UANL
CAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

SOLORZ
Indiarum
F1411
.S6
1777
v.1
c.1

D. D. JOANNIS

DE SOLORZANO

PEREIRA,

DE INDIARUM JURE.

TOMI DUO.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

F1411
.S6
1777
v.1

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
CALERE FLAMMAM VERITATIS

D. D. JOANNIS

DE SOLORZANO PEREIRA,

JURIS UTRIUSQUE DOCTORIS,

EX EQUESTRI MILITIA D. JACOBI,

ET IN SUPREMIS CASTELLÆ, ET INDIARUM CONSILIIS Senatoris;

DE INDIARUM JURE.

SIVE

DE JUSTA INDIARUM OCCIDENTALIUM INQUISITIONE, Acquisitione, & Retentione.

TOMUS PRIMUS.

Cum duplici Indice, primo Librorum & Capitum; altero Rerum notabilium absolutissimo.

Editio novissima ab innumeris, quibus priores deformatæ erant, mendis emaculata,

OPERA ET STUDIO

LIC. D. FRANCISCI MARIÆ DE VALLARNA, JURISCONS. HISP. in Supremis Consiliis Advocati, & Collegii Matritensis Alumni.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

MATRITI.

In Typographia Regia, vulgò de la Gazeta.
Anno MDCCLXXVII.

53534

1080046817

LECTORI.

HAbes, Candide Lector, scriptionis nostræ intentum, & argumentum. An & implementum? Tum erit, Libro, si vacat, attentè perlecto, dispicere. *Malè se habet* (inquit D. Ambrosius) *liber, qui sine assertore non defenditur.* Hic fortè vindicem Te, si prius judicem, experietur, atque adeò, non timet:

Scilicet incipias lima mordatius uti,
Et sub judicium singula verba voces.

Certè enim, nisi Mihi Suffenus sim, sperare possùm, Te in eo plura diligenter inventa, magnificè enuntiata, aptè disposita, plenè, & ubertim tradita, castè & politè explicata, acriterque & exactè judicata, reperturum. Quæ tibi illum commendent, lectumque, ac lectu dignum reddere possint, & in memoriam revocent, non solùm curtum illud, sermone rotato, Martialis Enthymema:

Est aliquid boni, ergo bonus liber est.

Verùm & Petronii verba, dum in simili ait: *Neque concipere, aut edere ejusmodi partus mens potest, nisi ingenti flumine literarum inundata.* Sat scio (vel Plinio Juniore præeunte) studiorum scribendorum, ac vulgandorum aleam: *Rem esse difficilem, arduam, fastidiosam, & quæ eos, à quibus contemnitur, invicem contemnat.* Præsertim in stricta nostrorum temporum censura, & rerum componendarum dissidentia, ubi præterire quicquam indiligentiùs, omnia consectari difficillimum, judicare periculosum, & omnibus in omnibus placere, impossibile est; sed vel ob hoc ipsum, cum eodem Plinio: *Eos omnes, qui aliquid in studiis faciunt, venerari etiam mirarique soleo.* Idque (ut videbis) passim hisce in libris ostendo, quamvis:

Plures Thyrsigeros, paucos sit cernere Bacchos.

Quod Te etiam Lector facere vellem, ac subinde his Sidonii Apollinaris verbis admoneo: *Magnum hoc est, & literarum viro convenientissimum, cùm studiis ipse maximis polleas, ea in aliis etiam minima complecti: sed ex hoc ipso consummatissima Tibi gloria reponderatur. Nam satis eminet meritis ingenii proprii, qui fuerit fautor alieni.* Neque ferre possum, qui ita mirantur antiquos, ut nostri ævi ingenia despiciant, cùm vel Horatius hoc sine indignatione non tulerit:

In-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Indignor quicquam reprehendi, non quia crassè
Compositum, illepideve putetur, sed quia nuper.

Quod si fortasse quædam hîc languida, vulgatiora, aut minus eleganter enuntiata, compereris, adverte precor, quòd

Non semper idem floribus est honos
Vernis, nec uno Luna rubens nitet vultu.

Et interdum eximiæ artis specimen esse, artis præcepta laxare, & vulgi palato indulgere, non enim frustra D. Augustinus scripsit: *Malo ut me Grammatici reprehendant, quàm ut non intelligant populi*, & Petronius:

Inveniat quod quisque velit, non omnibus unum est
Quod placeat, hic spinas colligit, ille rosas.

Sin autem alia, vel totus ipse liber Tibi nimis longus videatur, illud pro captu Tuo ad caput contrahe, & ubicumque visum fuerit finem, aut prologum facito, interim tamen animadvertens, longa censeri non posse, quibus nihil sit quod demere possis, quodque institutæ tractationis terminos transgrediatur, & juxta Plinii Junioris sententiam: *Hercule ut aliæ bonæ res, ita bonus liber melior est quisque, quo major.* Hasque & alias calumnias, sive objectiones, quibus noster impetitus, & penè interceptus est, ex sola ipsius lectione facili negotio convinci, & laudatiorem illum, desiderabilioremque reddidisse, ut sæpè in similibus accidit, & de Vejentonis libris eleganter Tacitus scriptum reliquit. Tu adhuc erratis ignosce, quæ plura esse non dubito, quò magis Tua benevolentia resplendeat, & Zoilum exue, Teque Patronum, ac Laudatorem laudabilium lucubrationum exhibe. Nam juxta nuperi Epigrammatarii consilium:

Laudatur meritò laudator, amatur amator,
Ergo ut lauderis, lauda, ut ameris, ama. Vale.

LU-

LUDOVICI TRIBALDI A TOLETO REGII RERUM INDICARUM Chronographi eruditissimi.

IN LAUDEM LIBRI ET AUCTORIS

CARMEN HEROICUM.

QUo jure Occiduos Hispanus regnet in Indos.
Legitimi Antistes juris lumenque, secundo
Hoc quoque, ceu primo, præstante volumine monstrat.
Nam velut ignivomo jubar ardens fundit ab ore.
Sol Hyperionius radiis armatus acutis,
Illustratque solum: sic lucem mentibus addit,
Discussa legum caligine, fulgidus ardor,
Nempè Solorzani Ingenii, sic lampade clarâ
Illata, victæ actutùm cessere tenebræ.
Sol etenim radians cognomen Gentis avitæ est:
Grande Solorzane; cujus cognominis hæres
Hîc cluit, Hesperii nova lux, Indique Senatus.
Ortygia quondam Sol ortus in Insula, Apollo
Veridicus fertur, Doctus, Jurisque Peritus,
Facundus, nitidus, culti quoque Carminis Auctor.
Noster & hic pariter cognomina tanta tuetur.
Sed pars corrupta est vocis, nam labilis ætas
Protulit Orzanum mendosè pro Ortygiano.
Quippe Solorzanus prius Ortygianus erat Sol.
Nocturnas patulo qui pellit ab Orbe tenebras.
Nec sic flammiferi radiato lumine Olympi
Omnia complentur, medio cum Phœbus in axe est,
Purus, & à nullis nebulis obductu opacis:
Luce micant nostris ut jurà faventia rebus,
Quæ tribus hic fulcit validis, solidisque Columnis
Juris item triplicis nostri ter Maximus Atlas,
Scilicet aut major veteri, vel non minor Orbis,
Invidia nobis penitus grassante, periset,
Ni foret hic nostris tantus Patronus in Oris,
Juris, & hoc tantus modò propugnator in ævo.
Tanta igitur tellus, tanto sub judice nostra est,
Quam jus, quam ratio nobis modò vindicat omnis.
At sibi ne Soli tantum tribuisse putetur,
Testibus hoc firmat legum, jurisque peritis,
Hoc quoque Doctorum censent monumenta virorum.
Fatidico hæc eadem testantur carmine Vates.
Innuit his mystes, connivet & ipse profanus.
Convenit externis cum nostris; cuncta Beatum
Eloquium decorat, documentaque maxima rerum.
Euge Pater Vatum, Themidis vittate Sacerdos,
Sacra & tecta simul cujus delubra tueris.
Historiæ columen, vindex veri, arbiter Orbis
Incorruptè Novi: cujus sublime Tribunal
Inscendis quoties, toties comitatur euntem,
Justitiæ inculpata cohors, pietasque fidesque.
Scilicet haud litis tetricæ, sed pacis amantem.
Te decus egregium semper firmumque bonorum
Præsidium sequitur; Te nostræ gentis alumni
Cantantes sublime ferent ad cærula cœli,
Vindiciasque suas prorsus celebravit uterque
Orbis, & inferior seclis labentibus ætas,
Cuncta sit ut meritò per secla Perreira perennis.
Magna igitur debent Tibi, Magne Solorzane, Iberi
Præmia, persolvent meritis majoribus omnes.
Hos inter plures cuperem Tibi dicere laudes,
Si foret ingenium Mihi, quod Tibi contigit uni.
Hoc tamen optare, ut stultum, sic prorsus inane est.
Quod minus ergo Meis tanta ad molimina laudum
Pondus adest numeris, pergam suadente Minerva
Insuperabilibus præstare silentia rebus,
Nemo secet parva sanus vasta æquora cymba.

DON

DON FERDINANDI DE SOLORZANO PEREIRA
& Paniagua,

AUCTORIS FILII NATU MAJORIS,

EX EQUESTRI MILITIA D. JACOBI EQUITIS, & Regis nostri Potentissimi Pædagogiani Aulici, quem Latinè Puerum, *Græcè* παῖς, *Gallicè, & Hispanè* Paje *vocamus.*

CARMEN ELEGIACUM.

VOx Geniti, ut Patris vox est (sententia juro
Fixa manet) patrios dum tenet ille Lares.
Esto; sed idcirco, Genitor venerande, canenda
Suspecta in Genito laus nequit esse Tuo.
Scilicet in gemino Te Fama Intermina Mundo
Et linguâ, & pennis celsa per astra vehit.
Quodque sub unanimi celebratur voce proinde
Desinit erratum, pergit & esse ratum.
Spargere si tenebras malè suada silentia tentent,
Pluma quidem doctis Te feret Orbe Libris.
A Te Cæsareum didicit Salmantica quondam,
Jus quoque Pontificum debuit illa Tibi:
Qui ferus ense Patrem nihil obtruncare timebat,
Codicis ecce Tui verba cruenta timet.
Qualis ab obscuro Sol igneus æthere noctem,
Legibus exturbas Indico in Orbe Chaos.
Et documenta refers, queis hac regione paranda,
Jura patere facis Principis æqua Tui.
Hoc novo, & in lucem veniente volumine, pandis,
Indica sub frænum quomodo Regna vocat.
Quidquid habet partum bello, & virtute PHILIPPUS,
Id firmas calamo tempus in omne Tuo.
Tu mores, muros expugnent Arma, Ducesque,
Indica rura alii, Tu Indica jura dabis.
Ira ferox illic: Pax hic propugnat, & hostem
Majorem vincis: fortior ergo Toga es.
Vivida primus Ego Genitoris nascor imago,
Quam negat esse parem, nil, nisi quod sit idem.
Ultimus Auctoris mentem Liber extrahit altam,
Mentitur corpus Vos animo esse duos.
Vis tamen è Libris, quàm è Natis ante referri
Fortè quod hi mores ingeniumque notent.
Hinc Mihi sortitus si detur, & optio, Liber
Protinus esse sinam, dum Liber esse queam.

ALIUD

ALIUD

DON GABRIELIS DE SOLORZANO PANIAGUA
& Trejo,

AUCTORIS FILII SECUNDOGENITI,

IN SALMANTICENSI ACADEMIA utriusque Juris studiosi.

MONTE sub umbrifero projectus Hyantius Heros
Impulit argutam voce canente lyram.
Ecce silent venti; lapides volvuntur in urbem
Sponte, peregrinis stat quoque Lympha modis.
Brachia collectis flexere volucribus orni,
Sistit & ad numeros Tigris, & Ursa gradum.
Ipse tenes populos gemini, PATER inclite, Mundi,
Quos Tagus auriferis, ditat & Indus aquis.
Fertur Apollineis Salmantica docta Palæstris,
Juris ad insuetas fixa stetisse vias.
Peruvii constat tenuisse silentia gentes,
Dixeris Occiduis cum pia jura plagis.
Decolor anfractus habitaverat India, noctem
Senserat; experta est, Te veniente, diem;
Quot sibi vulgato peperere volumine plausus
Aula; sed & Proceres, Magne PHILIPPE Tui?
Magna utique Amphion, sed Tu majora patrasti,
O PATER, ipse homines attrahis, ille feras.
Quodcumque est Sophiæ, quodcumque est artis ubique,
Ingenii, aut Genii quidquid ubique viget;
Omne Tuis, Genitor, reor insedisse libellis;
Non sapio, aut ætas, si sapit, ista leget,
Plura recenserem, inopem, sed copia natum
Ipsa facit, nullo carmine laudis eges.
Hoc Tibi doctrinæ monumentum, & pignus amoris,
Sic parvo grates munere pensat Amor.
Vive memor Nati, duretque Pelargia Tecum,
Sit Mihi cura Tui, sit Tibi cura Mei.

IN-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IN EJUSDEM LIBRI, ET AUCTORIS LAUDEM

ELEGIA

LIC. D. PETRI DE LLAREMA BRACAMONTII, S. Inquisitionis Llerenensis Fiscalis dignissimi.

REctus æthereis lapsus Jovis ales ab oris,
Dum vacat, & reduci tendit in astra gyro:
Digna Jovi referam quænam modò munera dixit,
Et mansura animi pignora grata mei?
Astra micant, Phœbique soror micat aurea cœlo,
Phœbus inexhausta nubila luce fugat.
Deliciæ, faustique dies, non tempora, non nox;
Munus utrumque Jovis, munus utrumque Deæ.
Mella feram sudata crocis, sudata marino
Rore, & pæstanis ereta mella rosis.
Fortunata dies, qua Te, SOLORZANUS, Auctor,
O rerum, tanto munere ditat apis!
Disce, Parens, hominum sævos lenire labores,
Blandaque frænato condere jura Polo.
Grandia magnanimi viden Indica regna PHILIPPI,
Mellitum Austriaci læta subire jugum?
Heu qualis pietas! talem decet esse parentem,
Quantus amor! victos in sua vota trahit.
Quantum auri, argentique ferax vomit India, partu
Fœlix, Hesperiæ fundit in arva Ducis.
Hinc census, placidique tument patrimonia Regis,
Nec populi incassum flava metalla liquant.
Thuris inabsumpto redolent altaria fumo:
Thura venenatis insidiosa Diis,
Ara calet, Styx atra pavet, delubra renident,
Sacra cluunt, summo ritè peracta Deo.
Seligit Austriacus lecto pius ordine Mystas,
Facundosque sacris præficit ille choris.
Clamosi sinuosa, fori placabilis undis,
Temperat arbitrio jurgia dira, Themis,
Pax animo, sincera quies, & cura domorum,
Læta Peruanis expatiantur agris.
Exulat irarum fluctus, timor omnis abactus,
Fertilis irriguo terra virore nitet.
Prætulit infaustis pacem SOLORZANUS almam
Litibus, inque foro prætulit arte modum.
Vindice nec lætus Peruani juris, & æqui,
Scriptoris fausto munere solus ovat.
Hic Mystæ, hic delubra piis prælata trophæis,
Juraque vix trutinâ dissociata, cluunt.
Cura Patrum, tetricique adigit censura Senatus,
Legibus invicti regna subesse Ducis.
Ante Jovem flexo sic poplite signifer ales,
Talia Dictæo retulit ille Deo.
Tum Pater Augusto flaventia tempora nutu
Movit, & hos placido fudit ab ore sonos,
Ter fausto visure diem liber augure, prodi,
Terque Tibi æternum luce refunde diem.
Indica non aliter perstabunt regna PHILIPPO,
Docte PEREIRA, Tuis ni tueare modis.

DOCTORIS

ALPHONSI SANCTII,

IN INCLYTA COMPLUTENSI ACADEMIA
Exoticarum linguarum Professoris.

EPIGRAMMA.

TEMPORA dispensat Sol, Tu Solorzanus Indis
Dispensas leges; lustrat uterque Polum.
Ambo dispensant, Sol, & Solorzanus, Orbem
Ille movens librat, librat & iste monens.

ALITER ALIUD EJUSDEM DOCTORIS.

SOLE sub ardenti das Indis jura remotis,
Sol rectus nomen Torrida Zona dedit.
Ex Grajo & Latio nomen SOLORZANE misces,
Æquat Sol rectus nocte dieque viam.
Barbara sic legi supponis colla superba.
Ergo Sol motu, Tu quoque lege Regis.

DOCTORIS

D. PETRI LUDOVICI SALAZARII,

electi Auditoris Regiæ Cancellariæ Insulæ Hispaniolæ, sive Sancti Dominici.

ALIUD AD IDEM EPIGRAMMA.

SOLA duos felix sortitur America Soles,
Unum communem, qui velit axe diem.
Nocte dieque micas scriptis SOLORZANUS alter:
Ille fugit tenebras, is fugat ingenio,
Sole igitur majus solus SOLORZANUS, ille,
Qui novus esse Novi noscitur Orbis Atlas.
Lustrat Hemisphærium nostrum, mox currit ad Indos
Phœbus, sic toto spargit in Orbe jubar,
Lustrat utrumque docens melius SOLORZANUS axem,
Nam caret occasu, fulget & ipse diu.

ALIUD

D. JOANN. DE MATIENZO ET DEZA.

V. C.

PRÆFERAT eximios Orbi, Vir Magne, labores
Grata Tuos gazis Indica terra suis.
Divitias quærunt alii, Tu juris & æqui
Doctrinâ illustris, ditior inde redis.
Ergo quique novum penetrare optaverit Orbem,
Disciplinarum pergat adire Tuum.
Cui radians, illum miroque regimine lustrans,
Sol ades, & semper lux eris ipse. Vale.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

D. D. FERDINANDI LUDOVICI DE VERA, Vice-Comitis de Sierra-Brava.

IN EJUSDEM LIBRI, ET AUCTORIS LAUDEM.

EPIGRAMMA.

A Quo clara micans deprimit lumina Titan,
Ad quod flammivomos æquore mergit equos,
Pergat, & extremam properet contingere metam;
Atque iterum cursum, retrò recurrat iter:
Non tamen Antipodas solitos descendat ad Indos;
Illic alter enim major Apollo micat.
Dum regit Indorum præsens Solorzanus Orbem,
Juraque dum populis dat sacrosancta novis,
Dumque novum linquens, Hispanum illuminat Orbem,
Et spargit Sophiæ lucem micante jubar.
Clarus inoffenso procedat lumine Titan,
Et ne sit geminus, pergat ad Antipodas:
Hic ubi lata patent floreutia Regna Philippi
Magni, quo major nullus in Orbe fuit.
Sol sat erit Sophiæ Solorzanus omnia lustrans,
Estque supervacuum lumen Apollineum.

D. JOANNIS BEJARANO CARVAJAL, in Supremis Consiliis Advocati.

AD EUMDEM LIBRUM, ET AUCTOREM.

EPIGRAMMA.

Gloria Colombi, Cortesii gloria, summâ
Felicitate, silet, dum Tua jura legunt.
Ignotum licèt traxit uterque triumphum,
Protulit in terras Imperiumque novas;
Ast majora petis, quæsitum viribus Orbem,
Et novitate regis, & comitate pacas.
Cedant Arma Togis, Toga cùm una Joannis,
Quidquid & arma premunt, ipsius ore regit.

D. HYACINTHI DE QUESADA ET FIGUEROA, Ex Equestri Militia D. Jacobi.

EPIGRAMMA.

Indica Regna levi das, Magne Solorzane, penna
Describis varias Scriptor, & Auctor opes.
De pelago, & fluviis, de campis, de ubere rerum
Copia, & argenti munere dives agis:
Congeris hinc servos, vestes, & pascua, silvas,
Gemmarum pretium, rustica dona, dapes
Regales reditus, portoria, vina, salinas,
Jura, notas, leges, tum monumenta, Fidem
Omnia divino tractas sub acumine, vitam
Omnibus inspirans, penè sepulta creas.
Omnibus ingenii paris alto lumine lucem,
Et pariter calamo stantque vigentque Tuo.
Numinis, ò similem divino munere dextram,
Quæ creat ille novas, quæ beat ille beas.

D. D. PETRI FERDINANDI DE BAEZA, à Consiliis Regis Nostri Potentissimi, Supremæque ejus Curiæ, & Sacrorum nemorum, saltuumque Quæstoris.

Ad eumdem librum, & Auctorem, HORATIANUM CARMEN.

Non sceptra Regum, non diademata,
Non splendor Orbis, factave Fortium,
Secura temporis refulgent,
Nobilibus decorata signis.
Quos alta Martis bellica gloria,
Jovi Supremo fecerat æmulos,
Premente Fortuna maligna,
Præcipiti cecidere lapsu.
Ubi superbum gloria Cæsarum?
Et alta Romæ mœnia Romuli?
Ruere penitus jam trophæa,
Instabili ferienti telo.
Tu sola virtus, Tu sine termino,
Vitam perennias, funeris insicia,
Mortisque contemptrix triumphas,
Despiciens cineres sepulchri.
Non Te caducis terra coërcuit,
Non lata fusis æquora finibus,
Tu sedibus cœli locata,
Sideribus redimita fulges.
O sæpè felix, quem Tua dextera,
Licèt sis ortus sanguine nobili,
Insignibus terræ relictis,
Ingenii decorat trophæis.
Olim, quod armis vicerat Hesperus,
Quem victor Indum sub juga miserat,
Huc mille perpessus labores,
Occidui domitor profundi.
Tu, major armis, docte Solorzane,
Tu jura servas, menteque fervida,
Victoribus donas Iberis
Imperium gladio subactum.
Vesana tristis vox sonet invidi,
Negetque Nostri jura severior
Mavortis, æstuet sub imis
Visceribus sanie tumenti.
Evincet hostes Te duce veritas,
Novæque flammæ conscia luminis
Altè coruscat, Tuoque victrix
Ingenio, radiata fulget.
Tonantis ales qualiter aëris
Tractus fugaci pervolat impetu,
Regina nubum triumphat,
Nobilibus relevata pennis.
Ergo perenni nomine secula
Vinces, & alti conscius ætheris,
Premes comas lauro virenti,
Perpetuò meritis superstes.
Fortuna nutet, nutet & arida
Tellus, & humor fluctibus æquoris,
Vives perennis, astra quamvis
Destituat radiosa flamma.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DOCTORIS

D. FRANCISCI DE ALARCON CORONADO,
Mexicani in Regia Insulæ Hispaniolæ,

SIVE

SANCTI-DOMINICI CANCELLARIA REGII FISCI
Patroni dissertissimi.

IN LAUDEM AUCTORIS

EPIGRAMMA LATINO-HISPANICUM,

VULGO

SONETO.

QUando illustrabas Aulas Salmanticinas,
Delicias de Minerva generosas,
Jurídicas lectiones Portentosas
Dictabas, Conclusiones peregrinas.

Patrocinando sólidas Doctrinas,
Manifestando Ingenio, si gloriosas
Palmas de Athleta invicto, tan famosas,
Quanto excellentes, Delphicas, divinas.

Ultimamente, das constitutiones
Indicas, doctas, claras, imitando
Graves Lycurgos, Principes facundos.

Tantas remotas, Barbaras naciones
Feroces, grandes ánimos domando,
De PHILIPPO conservas ambos Mundos.

IDEM

PRO AUCTORE LAUDANDO, LITERARUM ambagibus complicatum, undique SOLORSANO nomen, Tortuoso circumcludit Labyrintho, quem major S demonstrat.

O *mnige* N *as* A *rtes* S *uperas dict* A *mi* N *e tant* O

N *umen* *h* A *bens* S *ac* R *um*, *ut* S *i dulci* *c* A *rmine nome* N

A *ppon ani*, *re* S *onat* R *ar* O *de gittu* R *e* T S *ilv* A

S *uperius* R *epetens n* O *men*, L *aus* O *mnia*, R *ursu* S

R *orat* O *vans*, L *umen pr* O *dit*, *de* L *umine r* O *bu* R

O *ritur*, *&* L *arg* O S *ic* O *rnat tempora* L *aur* O

R *idet ager m* O *du* L *ante Dea*, *vi* O L *aria maj* O R

S *pargit*, *& au* R *i* *c* O *mans dat* L *it* O *ra vertice To* R *mi* S

A *mbro* S *iam spi* R *at flos* O *mnis*, R *ure Ligu* S *tr* A

N *ectareas context* A *rosa* S, *dant*, *ge* R *mini* S A *gme* N

O *tibi Sol*; *ore i* N *signis*, *c* A *pe pectore* S A N O

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IDEM
HIEROGLIPHICON ANAGRAMMATE
DEPROMPSIT EX NOMINE
SOLORSANO.

Tu Sol, nomine & omine, Solus.

Non patitur nebulas Sol sanus, splendicat ore,
Eclipsim numquam, Sol videt iste suam.

ALIUD ANAGRAMMA
LIC. D. FRUCTUS DE SOLORZANO
& Velasco,

Sequenti Disticho comprehensum.

Jus doceo, sacrumque lego, recondita Mundi
Nosco, novi: Auctorem nobile dicit opus.

Id est:

Doctorem D. Joannem Solorzanum Occidui gemmati Orbis
Solonem unum, innocuumque P.

INDEX CAPITUM,
SIVE SUMMARIA COGNITIO OMNIUM

Quæstionum, & Disputationum, quæ in his tribus libris de justa Indiarum Occidentalium inquisitione, acquisitione, & retentione continentur, & discutiuntur.

Numerus paginam indicat.

LIBER PRIMUS.

CAput I. Quid propriè Indiarum nomine veniat? ubi latè de Orientalium situ, & divisione tractatur, & de antiqua Orbis partitione, pag. 1

II. De eatumdem Indiarum Orientalium dignitate, & excellentiis, & an, & quatenus ab antiquis cognitæ, & lustratæ fuerint? 9

III. De eisdem Indiis Orientalibus, & fœlicissimis Lusitanorum in illis inquirendis, subigendis, & Christi Fide illustrandis, expeditionibus, 14

IV. De Occidentalibus, & Meridionalibus Novi hujus (ut vocant) Orbis regionibus, & cur Indiæ, & America dictæ? 21

V. De initio, & progressu detectionis Novi Orbis, & iis, qui in hoc magis meruisse videntur, 28

VI. De situ, & descriptione Novi Orbis, & de linea Meridionali, qua Alexan. VI. R. P. Castellanorum, & Lusitanorum navigationes divisit, 35

VII. De natura, & excellentiis Novi Orbis, & aliqua de terræ motibus, montibus ignivomis, & eorum causis, 45

VIII. De Oceano, quo Novus Orbis undique cingitur, & ejus utilitatibus, & nominibus, & naturali Atlantici, & Australis per fretum Magallanicum communicatione: & an hominum industria isthmus aliquis perforari possit, quo hæc duo maria facilius, & commodiùs jungantur, & adeantur. 53

IX. De origine gentium in Novi Orbis regionibus repertarum, & quomodo ad eas transire potuerint? 62

X. De eadem Indorum origine, & quod vero similius videatur terrestri, aut brevi navali itinere per has regiones disseminatos fuisse. Et an à posteris Chami descendant? & aliqua de colore eorum, & Giganribus, qui in aliquibus locis reperti dicuntur, 70

XI. De Auctoribus, & argumentis, quibus probatur, Hispanos omnium primos hunc Novum Orbem detexisse, & aliis ante eos prorsus incognitum, & certè nec leviter adumbratum, 76

XII. In quo latè Auctores, & argumenta contrariæ sententiæ referuntur, & refelluntur: & nullis ante Hispanos hunc Novum Orbem cognitum fuisse, magis ostenditur, 84

XIII. De Regione Ophira, cujus frequens est in sacris Litteris mentio, & an ea huic Orbi Novo respondeat: & appellationi Regni Pirù originem dederit? 94

XIV. An in Novo hoc Orbe ante Hispanorum adventum ullibi Evangelium prædicatum fuerit? 100

XV. De locis sacræ Scripturæ, quæ hujus Novi Orbis detectionem, & conversionem prænuntiare, & Hispanis reservare videntur, 111

XVI. De ingenti gloria, & majestate, quæ Hispaniæ Regibus & gentibus ob inventionem, lustrationem, & conversionem hujus Novi Orbis accessit, 128

LIBER SECUNDUS.

CAput I. Quàm sit nobilis & difficilis hæc de justa Indiarum acquisitione tractatio, & à quibus fuerit scrio, aut etiam perfunctorie agitata, 129

II. De primo debellationis, & dominationis Indiarum Occidentalium titulo, quem gloriosissimi Hispaniæ Reges ex Divinæ voluntatis concessione habere posse videntur, à qua omnium Regnorum jura dependent, & quibus illa vaticiniis, & prodigiis fuerit insinuata? 134

III. De secundo titulo, qui ex Divino impulsu & inspiratione colligi potest, qua Deus Hispaniæ Reges, & homines ad hunc Novum Orbem inquirendum, & acquirendum movisse videtur, 143

IV. De pluribus miraculis, quæ in Novi Orbis detectione, conversione, & acquisitione intervenerunt, & Divinam tanti operis voluntatem, inspirationem, & vocationem manifestarunt, 148

V. De aliis magis peculiaribus, notandisque miraculis, quæ in Indiarum Occidentalium conversione, & conquisitione acciderunt, 157

VI. De tertio titulo, qui ex jure inventionis, & occupationis hujus Novi Orbis, per Hispanos primum factæ, desumitur: & an, & quatenus justus, & legitimus censeri debeat? 162

VII. De quarto titulo, qui ex barbaris, & incultis Indorum moribus ab aliquibus sumitur, ob id justè debellari, & subjugari potuisse censentibus. Pro quorum opinione plurima latè, & novè considerantur, 171

VIII. De Auctoribus, & argumentis, quibus superior barbarismi Indorum titulus insufficiens videtur; & qualiter Aristoteles & alii, qui contrarium tenent accipi debeant? 179

IX. De superioris quæstionis resolutione, & Indorum in tres classes distributione, & quantum oporteat, quòd rudes, & insipientes à prudentioribus & sapientibus gubernentur, 194

X. De quinto titulo, qui ad debellandos & subjugandos Indos ex eorum infidelitate à multis desumitur: in quo latè ajentis & negantis sententiæ Auctores, & argumenta referuntur, & illustrantur, 301

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

XI. In quo vera prædictæ quæstionis resolutio proponitur, & problematicè utramque partem defendi posse monstratur, utriusque argumentis peculiari responsione solutis, 209
XII. De sexto titulo, ad eosdem Indos justè debellandos, & subigendos ab aliis frequenter astruitur, quòd plurima, fœdissimaque peccata contra legem naturæ committerent, tyrannidem exercerent, antropophagi essent, & idololatriæ, cruentisque hominum sacrificiis immanissimè dediti, 215
XIII. De eodem titulo, & aliis variis rationibus, & argumentis, quibus magis ac magis probari videtur, ad observandam legem naturæ, & idololatriam relinquendam, Indos, & quoslibet alios infideles, rectè, vi, & armis compelli posse, 227
XIV. De Auctoribus, & argumentis, quæ in superiore articulo pro negativa sententia urgere videntur; & contrariorum solutione. 236
XV. De titul, sive articuli præcedentis resolutione. Et quid verius, aut probabilius in conflictu dictarum pugnantium opinionum videatur, 247
XVI. De septimo titulo, qui ex causa prædicandæ, & propagandæ Christianæ Religionis desumitur, & de Auctoribus, & argumentis, quibus Indorum, & aliorum infidelium debellatio hoc prætextu facta probatur, 254
XVII. De Auctoribus, & argumentis quibus præcedens titulus debellationis Indorum ob solam causam Fidei, & Ecclesiæ propagandæ reprobari, & infirmari videtur, 266
XVIII. De dictarum opinionum concordia, & explicatione. Et qualis demum vis, aut coactio Fidei propagandæ causa infidelibus licitè inferri possit? 227
XIX. In quo de solutione argumentorum, quæ in prædicta quæstione ad utramque partem expensa sunt, specialiter agitur, 286
XX. De octavo titulo, qui ex obligatione deducitur, qua Indi, & reliqui infideles ad Fidem audiendam, & Prædicatores tuto hospitio excipiendos, tenentur, & ad concedendum liberum transitum in alias provincias, in quibus Evangelium annuntiare voluerint. Et an, & quatenus contra eos, qui hæc negant vel impediunt, justè pugnetur? 297
XXI. De nono titulo, qui ex auctoritate, & potestate desumitur, quam aliqui Romano Imperatori in elargiendis, & debellandis quorumlibet infidelium provinciis, concedunt. Quod an verum sit? latissimè disputatur, & de Imperii juribus obiter plura traduntur, 307
XXII. De decimo, & efficacissimo titulo, qui ex Romani Pontificis donatione, & concessione deducitur. Et an, & quatenus verum sit, illum circa personas, bona, & Regna fidelium, & infidelium tam in spiritualibus, quàm in temporalibus disponere posse? 316
XXIII. De eodem titulo, & magis peculiari Pontificiæ potestatis, in concedendis Regnis, provinciis, & bonis infidelium, disputatione, 325
XXIV. De eadem temporali Sedis Apostolicæ potestate. Et qualiter Alexander VI. & alii Romani Pontifices ea usi reperiantur: quorum Bullæ specialiter referuntur. Et de vi argumenti, quod ex auctoritate, consuetudine, seu observatione Ecclesiæ desumitur, 345
XXV. De juribus, ac rationibus, quibus Apostolica Sedes curam, & facultatem convertendi, & acquirendi Novi Orbis Hispaniæ Regibus potiùs quàm aliis indulserit. Et cur etiam quoscumque alios Reges, Principes, aut privatos ad eundem Orbem accedere; vel ejus maria navigare vetuerit? 361

LIBER TERTIUS.

CAput I. De justitia retentionis Novi Orbis; & an verum sit, quod Bodinus tradit, Catholicos scilicèt Hispaniæ Reges ob illius concessionem effectus fuisse sanctæ Romanæ Sedis vasallos, & feudatarios, & obiter nonnulla de feudis Ecclesiæ, 369
II. De alio titulo, qui ejusdem Novi Orbis retentionem magis justam, & legitimam reddit: nempè quòd Reges Catholici illius acquisitionem magno, & maturo consilio habito, ac probabili opinione ducti, tentaverint. Et quæ semel rite discussa sunt, vel legitimè præscripta, non debent iterum in examen vocari, 378
III. In quo specialius de eodem præscriptionis titulo agitur, ejusque virtute, etiam maris tractatus, & litora quæri, & aliorum in illis navigationes, & negotiationes prohibere posse, probatur, 385
IV. De aliis titulis, & rationibus, quæ eamdem retentionem justiorem efficiunt: & præcipuè de bellis contra Indos perduelles, vel apostatantes illatis, vel causa sociorum initis, & de voluntario populorum in Regni translatione consensu, 394
V. De ultimo, & efficacissimo ejusdem retentionis titulo, qui ex difficultate, aut verius impossibilitate restitutionis descendit, Indis jam ad Fidem conversis, & eorum, & Hispanorum rebus mutuis inter se nexibus complicatis, 400
VI. Reges nostros pie semper, & sanctè ea omnia ordinasse, quæ in detegendis, & convertendis Indis fieri conveniebat, & excessus, atque injurias à Ducibus, & militaribus irrogatas, nihil eorum pietati, & justificationi nocere, 404
VII. Indos, & reliquos infideles, qui Fidei prædicandæ & conservandæ causa Christianis Principibus subjiciuntur, naturali libertate privandos non esse; idque summo semper studio à Catholicis nostris Regibus cautum, 405
VIII. Et ultimum. In quo Auctor volumen alterum de peculiari Indiarum, jure, sive de justa earum gubernatione promittit & quid in eo tractare intendat, Laconica brevitate recenset. Et parænesim, sive ad monitionem subnectit adversus eos, qui miseros Indos injuriis, & molestiis afficiunt, 426

PROTESTATIO. *Si quidpiam uspiam, hic, aut alibi me ignaro elapsum, quod Catholicæ Fidei, & Christianæ Religioni aliquatenus adversari vel ignavo, quod Doctioribus minus probari contingat. Id omne indictum, inscriptum, & Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, censuræ ac cujuslibet melius sentientis correctioni subjectum ex debito voveo, ex animo volo.*

JOAN-

JOANNIS DE SOLORZANO PEREYRA,

DE INDIARUM JURE:

SIVE

DE JUSTA INDIARUM OCCIDENTALIUM inquisitione, acquisitione, & retentione.

LIBER PRIMUS,

In quo, quæ ad inquisitionem pertinent specialiter pertractantur.

CAPUT PRIMUM.

Quid propriè Indiarum nomine veniat, ubi latè de Orientalium situ, & divisione tractatur, & antiqua Orbis partitione.

SUMMARIUM.

1 *Operis hujus institutum proponitur.*
2 *Præfationes inutiles, & verbosos commentarios facere stultum est.*
3 *Verbis qui abundant, in rerum substantia deficiunt.*
4 *Brevis est, qui non dicit plus quàm oportet, & inita tractatio desiderat.*
5 *Perfectum est quod ex omnibus suis partibus constat.*
6 *Præfationum utilium necessitas, & laudatio.* Lex 1. ff. de orig. jur. exornatur, *Ibid.*
7 *Principium dimidium totius.*
8 *Adagium, quo illotis manibus, aut pedibus aliquid agere vetamur, quid significet, & unde sumatur.*
9 *Mundus à Deo ex nihilo, sed pulcherrimus conditus.*
10 *Mundi appellatio generaliter sumpta, quid contineat.*
11 *Mundus an dicatur à movendo, vel à munditie.*
12 *Mundus Græcè dicitur, κόσμος quod significat ornamentum.*
13 *Cornelæ ancillæ quæ, & cur ita dictæ.*
14 *Mundus muliebris quid significet.*
15 *Mundi climata, sive plagæ quæ & quot.*
16 *Venti præcipui, & Cardinales dicti, qui sint.*
17 *Orient, & Occident quid.*
18 *Septemtrionalis mundi plaga, quæ, & cur ita dicta.*
19 *Meridies, sive Meridionalis mundi plaga, quæ, & cur ita dicta.*
20 *Antarcticus polus solet vocari Meridionalis, & Australis, & cur.*
21 *Septemtrionalis pars cur etiam Aquilonaris dicatur.*
22 *Ventorum plurium nomina, situs & differentiæ, remittitur.*
23 *Mundi nomen contractum ad inferiora elementa, dividitur communiter in tres partes,* Europam nempè, Asiam, & Africam.
24 *Orbis partes antiqui qua ratione diviserint.*
25 *Asia tota dimidium Orbis olim cogniti continebat.*
26 *Orbis partium nomina unde, & situs, provinciæ, historiæ, mores, & excellentiæ, remittitur.*
27 *India jacet in Asia, & in sacris Literis dicitur Hevilath, & cur.*
28 *India dicitur regio Orientalis Asiæ, ab Indo flumine, quod eam alluit, vel ab Indo abnepote Noe.*
29 *Indi fluminis magnitudo, & an, & quatenus Gangem, & Nilum excedat.*
30 *Indus fluvius quot alios in se recipiat, & quot ostiis Oceanum ingrediatur.*
31 *India Asiæ, cur dicatur Orientalis, & de ejus situ, & Geographia.*
32 *Indiæ Orientalis magnitudo immensa pluribus demonstratur.*
33 *Indiæ Orientalis divisio varia reperitur apud Auctores.*
34 *Ganges fluvius celebratissimus, qui & in Scriptura* Phison, *à Paradiso exeat.*
35 *Indiæ Orientalis divisio à Paulo Veneto tradita reprobatur.*
36 *Abasia, & Abissinorum Imperium hodie est in Africâ, & an olim in Asia, & intra Indiam fuerit.*
37 *Indiam Orientalem novo & obscuro modo dividit Abdias Babylonius.*
38 *Abdias Babylonius quis, & quando vixerit, de fide historiæ Apostolorum, quæ ejus nomine circumfertur.*
39 *Æthiopia ubi, & unde dicta, & quòd sit duplex.*
40 *Media regio Asiæ, & ejus Geographia.*

XI. In quo vera prædictæ quæstionis resolutio proponitur, & problematicè utramque partem defendi posse monstratur, utriusque argumentis peculiari responsione solutis, 209
XII. De sexto titulo, ad eosdem Indos justè debellandos, & subigendos ab aliis frequenter astruitur, quòd plurima, fœdissimaque peccata contra legem naturæ committerent, tyrannidem exercerent, antropophagi essent, & idololatriæ, cruentisque hominum sacrificiis immanissimè dediti, 215
XIII. De eodem titulo, & aliis variis rationibus, & argumentis, quibus magis ac magis probari videtur, ad observandam legem naturæ, & idololatriam relinquendam, Indos, & quoslibet alios infideles, rectè, vi, & armis compelli posse, 227
XIV. De Auctoribus, & argumentis, quæ in superiore articulo pro negativa sententia urgere videntur; & contrariorum solutione. 236
XV. De titul, sive articuli præcedentis resolutione. Et quid verius, aut probabilius in conflictu dictarum pugnantium opinionum videatur, 247
XVI. De septimo titulo, qui ex causa prædicandæ, & propagandæ Christianæ Religionis desumitur, & de Auctoribus, & argumentis, quibus Indorum, & aliorum infidelium debellatio hoc prætextu facta probatur, 254
XVII. De Auctoribus, & argumentis quibus præcedens titulus debellationis Indorum ob solam causam Fidei, & Ecclesiæ propagandæ reprobari, & infirmari videtur, 266
XVIII. De dictarum opinionum concordia, & explicatione. Et qualis demum vis, aut coactio Fidei propagandæ causa infidelibus licitè inferri possit? 227
XIX. In quo de solutione argumentorum, quæ in prædicta quæstione ad utramque partem expensa sunt, specialiter agitur, 286
XX. De octavo titulo, qui ex obligatione deducitur, qua Indi, & reliqui infideles ad Fidem audiendam, & Prædicatores tuto hospitio excipiendos, tenentur, & ad concedendum liberum transitum in alias provincias, in quibus Evangelium annuntiare voluerint. Et an, & quatenus contra eos, qui hæc negant vel impediunt, justè pugnetur? 297
XXI. De nono titulo, qui ex auctoritate, & potestate desumitur, quam aliqui Romano Imperatori in elargiendis, & debellandis quorumlibet infidelium provinciis, concedunt. Quod an verum sit? latissimè disputatur, & de Imperii juribus obiter plura traduntur, 307
XXII. De decimo, & efficacissimo titulo, qui ex Romani Pontificis donatione, & concessione deducitur. Et an, & quatenus verum sit, illum circa personas, bona, & Regna fidelium, & infidelium tam in spiritualibus, quàm in temporalibus disponere posse? 316
XXIII. De eodem titulo, & magis peculiari Pontificiæ potestatis, in concedendis Regnis, provinciis, & bonis infidelium, disputatione, 325
XXIV. De eadem temporali Sedis Apostolicæ potestate. Et qualiter Alexander VI. & alii Romani Pontifices ea usi reperiantur: quorum Bullæ specialiter referuntur. Et de vi argumenti, quod ex auctoritate, consuetudine, seu observatione Ecclesiæ desumitur, 345
XXV. De juribus, ac rationibus, quibus Apostolica Sedes curam, & facultatem convertendi, & acquirendi Novi Orbis Hispaniæ Regibus potiùs quàm aliis indulserit. Et cur etiam quoscumque alios Reges, Principes, aut privatos ad eundem Orbem accedere; vel ejus maria navigare vetuerit? 361

LIBER TERTIUS.

CAput I. De justitia retentionis Novi Orbis; & an verum sit, quod Bodinus tradit, Catholicos scilicèt Hispaniæ Reges ob illius concessionem effectus fuisse sanctæ Romanæ Sedis vasallos, & feudatarios, & obiter nonnulla de feudis Ecclesiæ, 369
II. De alio titulo, qui ejusdem Novi Orbis retentionem magis justam, & legitimam reddit: nempè quòd Reges Catholici illius acquisitionem magno, & maturo consilio habito, ac probabili opinione ducti, tentaverint. Et quæ semel rite discussa sunt, vel legitimè præscripta, non debent iterum in examen vocari, 378
III. In quo specialius de eodem præscriptionis titulo agitur, ejusque virtute, etiam maris tractatus, & litora quæri, & aliorum in illis navigationes, & negotiationes prohibere posse, probatur, 385
IV. De aliis titulis, & rationibus, quæ eamdem retentionem justiorem efficiunt: & præcipuè de bellis contra Indos perduelles, vel apostatantes illatis, vel causa sociorum initis, & de voluntario populorum in Regni translatione consensu, 394
V. De ultimo, & efficacissimo ejusdem retentionis titulo, qui ex difficultate, aut verius impossibilitate restitutionis descendit, Indis jam ad Fidem conversis, & eorum, & Hispanorum rebus mutuis inter se nexibus complicatis, 400
VI. Reges nostros pie semper, & sanctè ea omnia ordinasse, quæ in detegendis, & convertendis Indis fieri conveniebat, & excessus, atque injurias à Ducibus, & militaribus irrogatas, nihil eorum pietati, & justificationi nocere, 404
VII. Indos, & reliquos infideles, qui Fidei prædicandæ & conservandæ causa Christianis Principibus subjiciuntur, naturali libertate privandos non esse; idque summo semper studio à Catholicis nostris Regibus cautum, 405
VIII. Et ultimum. In quo Auctor volumen alterum de peculiari Indiarum, jure, sive de justa earum gubernatione promittit & quid in eo tractare intendat, Laconica brevitate recenset. Et parænesim, sive ad monitionem subnectit adversus eos, qui miseros Indos injuriis, & molestiis afficiunt, 426

PROTESTATIO. *Si quidpiam uspiam, hic, aut alibi me ignaro elapsum, quod Catholicæ Fidei, & Christianæ Religioni aliquatenus adversari vel ignavo, quod Doctioribus minus probari contingat. Id omne indictum, inscriptum, & Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, censuræ ac cujuslibet melius sentientis correctioni subjectum ex debito voveo, ex animo volo.*

JOAN-

JOANNIS DE SOLORZANO PEREYRA,

DE INDIARUM JURE:

SIVE

DE JUSTA INDIARUM OCCIDENTALIUM inquisitione, acquisitione, & retentione.

LIBER PRIMUS,

In quo, quæ ad inquisitionem pertinent specialiter pertractantur.

CAPUT PRIMUM.

Quid propriè Indiarum nomine veniat, ubi latè de Orientalium situ, & divisione tractatur, & antiqua Orbis partitione.

SUMMARIUM.

1 *Operis hujus institutum proponitur.*
2 *Præfationes inutiles, & verbosos commentarios facere stultum est.*
3 *Verbis qui abundant, in rerum substantia deficiunt.*
4 *Brevis est, qui non dicit plus quàm oportet, & inita tractatio desiderat.*
5 *Perfectum est quod ex omnibus suis partibus constat.*
6 *Præfationum utilium necessitas, & laudatio.* Lex 1. ff. de orig. jur. exornatur, *Ibid.*
7 *Principium dimidium totius.*
8 *Adagium, quo illotis manibus, aut pedibus aliquid agere vetamur, quid significet, & unde sumatur.*
9 *Mundus à Deo ex nihilo, sed pulcherrimus conditus.*
10 *Mundi appellatio generaliter sumpta, quid contineat.*
11 *Mundus an dicatur à movendo, vel à munditie.*
12 *Mundus Græcè dicitur, κόσμος quod significat ornamentum.*
13 *Cornelæ ancillæ quæ, & cur ita dictæ.*
14 *Mundus muliebris quid significet.*
15 *Mundi climata, sive plagæ quæ & quot.*
16 *Venti præcipui, & Cardinales dicti, qui sint.*
17 *Orient, & Occident quid.*
18 *Septemtrionalis mundi plaga, quæ, & cur ita dicta.*
19 *Meridies, sive Meridionalis mundi plaga, quæ, & cur ita dicta.*
20 *Antarcticus polus solet vocari Meridionalis, & Australis, & cur.*
21 *Septemtrionalis pars cur etiam Aquilonaris dicatur.*
22 *Ventorum plurium nomina, situs & differentiæ, remittitur.*
23 *Mundi nomen contractum ad inferiora elementa, dividitur communiter in tres partes,* Europam nempè, Asiam, & Africam.
24 *Orbis partes antiqui qua ratione diviserint.*
25 *Asia tota dimidium Orbis olim cogniti continebat.*
26 *Orbis partium nomina unde, & situs, provinciæ, historiæ, mores, & excellentiæ, remittitur.*
27 *India jacet in Asia, & in sacris Literis dicitur Hevilath, & cur.*
28 *India dicitur regio Orientalis Asiæ, ab Indo flumine, quod eam alluit, vel ab Indo abnepote Noe.*
29 *Indi fluminis magnitudo, & an, & quatenus Gangem, & Nilum excedat.*
30 *Indus fluvius quot alios in se recipiat, & quot ostiis Oceanum ingrediatur.*
31 *India Asiæ, cur dicatur Orientalis, & de ejus situ, & Geographia.*
32 *Indiæ Orientalis magnitudo immensa pluribus demonstratur.*
33 *Indiæ Orientalis divisio varia reperitur apud Auctores.*
34 *Ganges fluvius celebratissimus, qui & in Scriptura* Phison, *à Paradiso exeat.*
35 *Indiæ Orientalis divisio à Paulo Veneto tradita reprobatur.*
36 *Abasia, & Abissinorum Imperium hodie est in Africâ, & an olim in Asia, & intra Indiam fuerit.*
37 *Indiam Orientalem novo & obscuro modo dividit Abdias Babylonius.*
38 *Abdias Babylonius quis, & quando vixerit, de fide historiæ Apostolorum, quæ ejus nomine circumfertur.*
39 *Æthiopia ubi, & unde dicta, & quòd sit duplex.*
40 *Media regio Asiæ, & ejus Geographia.*

41 *Medi* sunt populi Thraciæ in finibus Europæ.
42 Indiæ divisio tradita ab Abdia Babylonio defenditur, & late exponitur.
43 Vergere *verbum*, quid significet apud Geographos.
44 Geographi regiones magis nobiles, quamvis remotiores pro confinibus ponere solent.
45 India versus Æthiopiam est illa, quæ Citerior dici solet, & quid comprehendat, & num. 51.
46 *Arabes*, Sabæi, & Homeritæ, Indi vocantur.
47 Indiam vocat Curtius omnem terram, quam alluit mare rubrum.
48 India etiam vocatur Ægyptus superior, & cur.
49 India dicitur utraque Æthiopia Asiana & Africana.
50 India Orientalis tota dicitur ab aliquibus magna Æthiopia, & cur.
51 India, quæ ab Abdia dicitur prima, est eadem quæ Citerior, & quid contineat.
52 D. Bartholomæus prædicavit in India Citeriori.
53 India Citerior dicitur etiam Fortunata, & Beata, & Æthiopia adharcut.
54 India, quæ Abdiæ dicitur secunda, est illa, quæ aliis dicitur Interior, sive intra Gangem, & ejus situr.
55 India intra Gangem, per Septemtrionalem partem, non multum distat a Medis.
56 Medorum nomine non tam illorum provinciam quam imperium denotatur.
57 Medorum imperium Abdiæ Babylonii, & Artabani tempore latissimum fuisse.
58 Medi etiam à Parthis victi, ipsis nomen dederunt.
59 Media in Sacra Pagina quæ nationes comprehendat.
60 India, quam Abdias Babylonius tertiam vocat, est eadem, quæ aliis ulterior, sive extra Gangem dicitur.
61 Indiæ ulterioris, sive extra Gangem Geographia, & quod amplissimum Sinarum Regnum complectitur.
62 India ulterior est pars extrema mundi, & ideo dicitur finem facere, & Indico Oceano claudi.
63 Sabæa regio cur dicatur finis terræ.
64 Gadirę, verbum, & adagium, Non ultra Gadira, quid.
65 India ulterior cur dicatur Abdia tenebrarum regionem genere.
66 Tartarorum nomen & Imperium quando extendi cœperit.
67 Tenebrarum regio dicitur pars Septemtrionalis, & cur.
68 Aquilonares regiones plurimæ, in quibus Sol raro, vel numquam apparet.
69 Tenebrarum regio dicitur quædam provincia in finibus Tartarorum.
70 Regio quædam est ultra Laponas perpetua caligine oppressa, ubi Pygmei reperiuntur.
71 Cimmerii populi, & Cimmeriæ tenebræ.
72 Nebulosa provincia in Regno Georgiorum, & ejus mirabilis historia.

1 DEO volente, & juvante, de † justitia & jure dicturus, qua potentes pariter, ac Catholici Hispaniarum Reges & Domini nostri, numquam sine gloriæ & laudis titulis nominandi, Occidentales, & Meridionales Novi hujus (ut vocant) Orbis provincias, & longe, ac late patentia Regna inquirere, & acquirere potuerunt, & acquisita retinere: necnon de legibus, peculiaribusque sanctionibus, quibus eadem Regna, Divino Numine parta, tuentur & moderantur: arbitror è re esse, si quædam prius de ipsorum
2 nomine, situ & inventione tractaverim. † Non quia velim longos & verbosos commentarios facere, aut tempus in præludis, vel parergis consumere & in ipso opere posteà succingi, quod stultum esse docemur, *lib.* 2. *Machab. cap.* 2. *vers. ultim.* & optimè post Serarium exornat Martinus Delr. *in adagial. sacris*, 1. *tom. adag.* 1033. *pag.* 607. Wesembechius *consil.* 37. *num.* 12. † & 3
Just. Lips. *instit. Epis. c.* 7. ubi ait: *Ut corpore tenues vestes se dilatant, sic qui ingenii aut sapientiæ inopes, diffundunt se in verbis*, cui simile est illud Prob. 14. *Ubi verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.* † Sed quia juxta consilium Quintil. *lib.* 4. 4
institut. orat. c. 2. *Nos brevitatem in eo ponimus, non ut minus, sed ne plus dicatur quam oportet.* Plinium que juniorem secuti, *lib.* 5. *epist.* 6. *Primum Scriptoris officium esse existimamus, ut titulum suum legat, & idemtidem interroget se quid cœperit scribere, sciatque si materiæ immoratur, non esse longum, longissimum si ait quid accersit, atque attrahit.* † Et cum illud perfectum sit, quod ex 5
omnibus suis partibus constat, inconveniens judicamus, juris Indiarum tractationem promittentibus, omissis initiis, atque origine non repetita, protinus materiam aggredi. † Præsertim ubi ipsæ 6
præfationes, & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & cum eò venerimus, evidentiorem ejus præstant intellectum; prout in simili scripsit Gaj. J. C. *in l.* 1. *ff. de orig. jur.* & Imp. *In l. unic. vers. Nulla enim, C. de imponen. lucrat. descript.* Quorum dictum ornari potest ex plurimis, quæ de præfationum utilitate, & rebus ex suis primordiis deducendis & explicandis, tradunt DD. *in dict. l.* 1. præcipuè Zasius, Corras. Everlin. & novissimus Anton. Mornacius Bart. *in l.* 1. *n.* 16. *C. de novo Codice faciendo*, idem Bartol. & Jas. per text. ibi, *in l.* 3. *§. fin. ff. de pact. & in l. Titia* 133. §. *idem respondit*, *ff. de verb. oblig.* Tiraquel. qui plures refert *in tract. de primog. in præfat. n.* 64. Mascard. *de probat. lib.* 1. *in prooem. n.* 4. Mier. *in tract. de majorat. in initio n.* 1. Bobad. *in Politica, lib.* 1. *c.* 3. *n.* 3. Claud. Prat. *Gnosicon general. juris, lib.* 3. *tit.* 1. *c.* 2. Ferdinand. Mendoza *lib.* 3. *disput. de pact. c.* 8. Marc. Anton. Peregr. *de fideicom. art.* 16. Fus. *in singulari* 107. *sub liter. P*, & Seraph. *de virtute juram. privil.* 75. *n.* 9. † Unde natum adagium, *Principium dimidium totius*, quod ex Platone, Aristot. Cicer. Polyb. Horat. Ausonio, & aliis deducunt, & illustrant Auctores *suprà* relati. Lucian. *in Dialogo de domo*: Paul. Fusc. *in tract. de visita lib.* 1. *c.* 1. *num.* 2. & Aldus Manutius *in adagiis pag.* 95. Nec latuit Gajum *in dict. l.* 1. ibi: *Et certè cujusque rei potissima pars principium est.* † Ubi 8
alterius quoque adagii meminit, quo *illotis manibus*, aliquid tractare veramur, hoc est, ex abrupto, & nulla præfatione, imperatis adhuc audientium animis, rem quampiam, & præsertim gravem & seriam aggredi: locutione scilicet proverbiali ex Deorum sacris ducta, quæ manibus illotis peragere nefas erat: cui similis est alia, *illotis pedibus*, de quibus apud Hesiod. Agell. Macrob. & Gregor. cognomento *Theologum*, quos refert Manut. sive Erasm. *in adagiis pag. mihi* 388. & fusè explicat Maldon. *sup. Matthæi, cap.* 27. *n.* 24. Genebrar. *sup. Psalm.* 25. Gasp. Sanct. *sup. Isai. c.* 1. *n.* 47. & Joan. Steph. Durant. *de ritibus Eccl. lib.* 2. *cap.* 28.

Sciendum † est igitur, Deum Optimum Maximum mundum universum pro immensa bonitate & sapientia sua, ex nulla præexistente materia condidisse, & quidem pulchrum, prout 9
est, & ipse pulcherrimus, ut habetur Genes. &

& Joan. *c....* & tradit M. Paul. 11. *ad Hebr.* & *ad Rom.* Senec. *lib.* 1. *quæst. natural. ad Lucil. in prin.* & *lib.* 2. *cap.* 45. & eleganter Boët. *lib.* 3. *de consol. Philosoph. metro* 9. dum ait:

O qui perpetua mundum ratione gubernat,
Terrarum, cœlique Sator qui tempus ab ævo
Ire jubes, stabilisque manens, das cuncta moveri,
Quem non externæ pepulerunt fingere causæ
Materiæ fluitantis opus: verum insita summi
Forma boni, livore carens: tu cuncta superno
Ducis ab exemplo pulchrum, pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens, similique ab imagine formans.

10 Continet † autem mundi appellatio, si generaliter sumatur, cœlum, terram, mare, & quæ in eis opera Dei sunt, cœlestes, ac terrenas creaturas, sive naturas, ut post Arist. *lib.* 1. *de cœlo & mundo*: & Cleomed. *in lib. de Orbium cœlest. contempl.* docent Origen. *lib.* 2. *Periarchon. c.* 9. D. Aug. *tract.* 2. *in Joan.* Posid. *in meteor.* Hygin. *de Astron. c.* 1. Cœlius Rhodigin. *lib.* 1. *antiq. lection. c.* 4. Chasan. *in Catal. glor. mundi, part.* 12. *consid.* 10. Just. Lips. omninò legendus *in Physiolog. Stoic. lib.* 2. *dissert.* 6. & 7. & eleganter Festus Pompejus *de verb. signif. verb. Mundus*: D.
11 Isidor. *lib.* 3. *Etymol. c.* 39. & *lib.* 13. *c.* 1. † Qui duo à movendo dictum putant, quod in sempiterno motu consistat, licet verius M. Varro, & Plin. *lib.* 2. *de natur. histor. c.* 2. & 4. à perfecta, absolutaque elegantia vocatum dicant: quod ni-
12 hil eo mundius, pulchrius, vel ornatius sit. † Unde illum Græci κόσμον dixerunt, quod signi-
13 ficat ornamentum, † & κοσμάρας ancillas, quæ ornandis poliendisve uxoribus deserviebant; de quibus Juvenal. Satyr. 6. *Ponunt Cosmetæ tunicas*, quæ *Ornatrices* latinè dicuntur, in multis locis congestis à Brison. *verb. Ornatrices.* Quam etymologiam idem etiam Isidor. præsensit *dict. cap.* 1. & aliis rejectis magis probat Joann. Funger. *in Etymolog. Latino Græco, verb. Mundus, pag.* 652. & Just. Lips. *d. cap.* 6.
14 Et † ob id ea, quæ mulieres ad sui lautitiem & ornatum parant, sub mundi mulebris appellatione contineri, scripsit Varro, *lib.* 4. *de lingua Latin.* Cato apud Livium, *lib.* 37. Senec. *lib.* 1. *nat. qq. ad fin.* Jul. Paul. *lib.* 3. *Sentent. capit.* 6. & Ulpian. *in l. argumento* 25. *§. Mundus, ff. de auro & arg. leg.* & in aliis locis, quæ plenè congerunt Brison. Pratejus, & Joan. Calin. *in suis libris de verb. signific. verb. Mundus muliebris.*
15 Hujus † mundi climata, sive plagas quidam septem esse dixerunt, maximè Ptolemæus, & auctor libri *de locorum ac mirabilium mundi descript. cap.* 55. Easque & gentes quæ sub eis habitant, specialiter commemorat Chasan. *in catalogo glor. mundi, part.* 12. *consider.* 16. & alii, quos refert Mart. Delr. *in adag. sacr.* 1. *tom. adag.* 924. *pagin.* 508. Sed alii magis communiter, & generaliter in quatuor tantum dividere solent † nempe *Orientem, Occidentem, Septemtrionem & Meridiem*, ut docet Cicer. *lib.* 2. *de natur. Deorum*: Hieron. *in quæst. in Genes. cap.* 13. Servius ad illud Georg. 1. *Mundus ut ad Scyth. Riphæasque arduus arces*: D. Isid. *dict. lib.* 13. *Etymol. c.* 1. Agel. *lib.* 2. *noct. Attic. c.* 22. Cœl. Rhodig. *lib.* 1. *lect. antiq. c.* 19. & 21. Chasan. *d. part.* 12. *con-*

sid. 13. ubi tractat, quæ ex his plagis nobilior sit, Carol. Steph. & Joan. Funger. *in dictionariis sub illis verbis*: P. Joan. Pined. *in comment. in Job. cap.* 23. *vers.* 8. & novissimè, & latissimè, P. Ludovic. Ballest. è Societate Jesu *in Hierologia, lib.* 2. *cap.* 24. *per totum*, & eleganter insinuavit Ovid. *lib.* 1. *Metamorph.* † Simul etiam primores 16
ventos enumerans, qui ab his quatuor orbis partibus, sive cardinibus irruere solent, qui *cardinales* ob id à quibusdam nominantur.

Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit,
Persidaque & radiis juga subdita matutinis:
Vesper, & Occiduo, quæ litora Sole tepescunt,
Proxima sunt Zephiro, Scythiam, Septemque triones
Horrifer invasit Boreas, contraria tellus.
Nubibus assiduis pluvioque madescit ab Austro.

Orientalis, & † Occidentalis plaga, ut notum 17
est, & supradicti Auctores advertunt, à Solis ortu occasuque dicuntur. † Septemtrionales, quæ 18
inter polum Arcticum, & Æquinoctialem circulum interjicitur, à septem stellis nomen sumpsit, in ea cœli parte sitis, ex quibus quasi juncti triones, id est boves, figurantur. † Meridio- 19
nalis autem inde appellatur, quod ad eam orbis partem inclinat, ubi Sol facit medium diem, juxta Varronis & Ciceronis etymologiam, vel ut addit D. Isidor. *ubi suprà*, quia tunc purius micat æther: merum enim purum dicitur. Jacet autem hæc pars inter eumdem Æquinoctialem circulum, & polum Antarcticum, Arctico oppositum, qui terræ objectus, ab iis, qui superiorem ejus partem habitant, cerni non potest, sed ut ille dixit:

Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.

Unde † idem Antarcticus polus à nostris *Meri-* 20
dionalis vocari solet, & frequentius etiam *Australis*, ab Austro vento, qui à tropico Æstivali ad hanc plagam jacente suum flatum emittit. Quemadmodum † & *Septemtrionalis*, com- 21
muniter dicitur *Aquilonaris*, à vento inde vehementissimo volatu Aquilæ instar fruente. Quod apertè ostenditur Isaiæ *c.* 43. *Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni: Da: & Austro: Noli prohibere.* Et Genes. 13. *vers.* 14. *Leva oculos tuos in directum, & vide aloco, in quo nunc es ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidentem*: & in multis aliis locis Sacræ Scripturæ, quæ plenè congerit & illustrat Ballest. *dict. c.* 4. & est videndus Agell. *d. lib.* 2. *noct. Attic. c.* 22. † Qui dic- 22
torum, & aliorum ventorum nomina, situs & differentias eleganter prosequitur, & melius Chasan. *ubi supr. consid.* 14. Pontan. *in Meteoris*: Lilius Giral. *in hist. Deorum syntag.* 5. *ad fin.* Cœlius Rhodigin. *lib.* 20. *lect. antiq. c.* 18. & 19. Simon. Majol. *in dieb. Canic. t.* 1. *colloq.* 1. Levin. Lemnius *de occultis naturæ miraculis*, *lib.* 3. *c.* 3. Hadrian. Jun. *in suo nomenclatore part.* 2. *num.* 255. & 256. Pined. *in Eccles. c.* 1. *vers.* 6. *num.* 7. 8. & 9. Joan. Funger. *in Etymolog. ver. Ventus*: Petr. Mexia *in Sylva, var. lect.* 4. *part. cap.* 22.

Si verò † mundi nomen ad inferiora elemen- 23

ta contrahamus, scilicet aquam & terram, quæ simul unum corpus globosum constituunt, & Orbem terrestrem vocamus; constat eum à veteribus in tres partes magis communiter fuisse divisum, nempè *Europam*, *Africam*, & *Asiam*, ut præter Ptolem. Pompon. Melam, Strab. Herodot. & Diod. Sicul. passim docent omnes antiqui, & recentiores Cosmographi, quorum catalogum apponit Posevinus 2. *t. Biblioth. lib.* 15. *c.* 19. *pag.* 253. *& seq.* & optimè prosequitur Plin. *in princ. lib.* 3. *de natur. histor.* Paul. Oros. *lib.* 1. *hist. c.* 2. D. Isidor. *lib.* 14. *Etymol. cap.* 2. & Joan. Boem. *lib.* 1. *de morib. omn. gent. c.* 3. Petr. Mexia *in Sylva* 3. *p. c.* 19. licèt M. Varro *lib.* 4. *de ling. Latin.* Sallust. *in hist. Jugurth.* Isocrat. *in Panegyr.* & Servius *in lib. Æneid.* in duas tantùm secaverint, *Asiam* scilicet, & *Europam*: Africam nimirum cum Europa conjungentes.

24 Has tres orbis partes † veteres non æqualiter diviserunt: nam Asia à Meridie per Orientem usque ad Septemtrionem pervenit. Europa à Septemtrione usque in Occidentem porrigitur.
25 Africa ab Occidente in Meridiem jacet: † ac proinde sola Asia dimidium totius orbis olim cogniti tenere videbatur, ut advertit D. Isid. ubi *supr.* & Auctor libri *de mirabilium mundi descript. c.* 1. Ideo autem hæc inæqualitas contigit, & alterius dimidii, duæ partes evaserunt, quod ab Oceano, mare magnum, sive Mediter-
26 raneum se insinuans, eas intersecuit. † De quarum nominibus, situ, provinciis, moribus, historiis, religione, & excellentiis, plura quidem dicere possem, si id nostri instituti ratio patereretur, aut ab aliis diligenter præstitum non fuisset, & præcipuè à D. Isidor. *dict. lib.* 14. *Etymolog. cap.* 3. 4. & 5. Ptolem. & Gerard. Mercator. *in suis tabulis Geographicis*: Joan. Magin. Patavino *in enarration. & illustration. ad easdem tabulas*; Abrahamum Ortel. *in Teatro magno orb. terrar. tab.* 1. 2. 3. & 4. ubi alios allegat: eodem Ortel. *in Thesaur. Geograph. in verbis* Africa, Asia, & Europa: Carol. Steph. & Joann. Funger. *in eisdem verbis*: Joan. Boem. *de moribus omn. gent. lib.* 1. 2. & 3. Auctore tabulæ Cosmograph. quæ habetur in præfatione ad relationes novi Orbis Chas. *in Catal. glor. mundi dict. p.* 12. *consid.* 17. Textor. *in officin.* 1. *t. p.* 372. Theatr. vitæ human. *lib.* 3. *vol.* 3. *p.* 695. Jacob. Pontan. *in progymnas. latin.* 1. *p. vol.* 3. *progymnas.* 18. *ex p.* 315. latissime Joan. Boter. *in relation. universal. part.* 1. *lib.* 1. 2. & 3. Petr. Opmeer. *in Chronograph. p.* 19. Ant. Posevin. *in Biblioth.* 2. *t. lib.* 16. *sect.* 5. 6. & 7. & Fr. Thom. à Mal. *de Antichr. lib.* 3. *c.* 6. 7. & 8.

Quibus ita breviter & opportune prælectis, ut ad rem magis accedamus, rursus sciendum
27 est, † intra prædictos Asiæ terminos, latissimam quamdam, & totius terrarum orbis nobilissimam regionem contineri, quæ *India Orientalis* vulgò cognominatur, licèt in sacris literis *Genes.* 2. & 10. & alibi passim appellari soleat *Hevilath*, ab Hevila filio Jectan, qui aliquas ejus provincias primus incoluit; ut post alios docte observant Perer. & Delr. ad Genes. *dict. cap.* 10. Pin. *de rebus Salom. lib.* 4. *c.* 16. *q.* 11. *pag.* 217. Mald. *de Paradis. cap.* 41. *pag.* 124. & novissimus, & eruditissimus Ber. Aldrete *de variis Hispaniæ, & aliarum provinc. antiquitatibus lib.* 4. *c.* 9. † Sumpsit autem Indiæ nomen ab 28
Indo filio Gogi, Noe abnepotis, & Sabi nepotis, quem ipse Noe ad Arabiam Felicem, sive Sabæam, & Indiæ regiones incolendas misit, ut tradit Beros. *lib.* 2. & Pined. *in Monarch. lib.* 1. *c.* 24. *§.* 2. Vel ut observat D. Isid. *lib.* 14. *Etymol. cap.* 3. & alii Auctores *infrà* citandi, ab *Indo flumine*, quod Persiæ limes est, & eam ab Occa-
su usque ad Orientem alluit tanta † magnitu- 29
dine aquarum, ut cum Nilo & Gange à multis contendere dicatur, & absque dubio excedere, si ad cursus longitudinem inspiciamus, ut ostendit Cicer. *lib.* 2. *de natur. Deor.* Diodor. Sicul. *lib.* 5. Pompon. Mela *lib.* 3. *cap.* 4. D. Basil. *in Hexa. hom.* 3. & latè Plin. *lib.* 5. *c.* 18. & *lib.* 6. *c.* 17. ubi prodit, Alexandrum Magnum nullo die minus sexcenta stadia in Indo navigasse, nec potuisse ante menses quinque enavigare, adjectis paucis diebus.

Et ibi etiam † addit sexaginta perennes flu- 30
vios, & torrentes centum in se recipere, quamvis Arrianus in Periplo decem & novem ingentium fluminum mentionem dumtaxat faciat, & septem ostiis magnam illam aquarum vim in Oceanum evomere tradat, quorum nomina sigillatim recenset Ptolemæus. A quibus tamen dissentiens Abraham. Ortel. *in Thesaur. Geogr. verb. Indi fluminis*, duo tantùm ostia illi assignat secutus Mel. Strabon. & alios. Idque Lusitanorum attestatione confirmat, qui nostris temporibus eas regiones sedulò perlustrarunt, & plura alia de eodem fluvio comminiscuntur; prout & faciunt auctores *suprà* relati, & ultra eos Joan. Fung. *in Etymolog. verb. India*: Simon. Majol. *in dieb. Canicul. tom.* 1. *colloq.* 11. *pag. mihi* 293. & Joan. Baptist. Scortia *de natura, & incremento Nili lib.* 1. *c.* 5.

Orientalis † verò ea de causa India hæc ap- 31
pellatur, quia ejus termini ad Orientem Asiæ, imò & totius orbis, ut plurimùm tendunt, & Eoo pelago clauduntur, hoc est, Oceano Orientali, sive Auroræ, quam Græci *Eoos* appellabant, ut tradit Pompon. Mela, *lib.* 1. *c.* 2. A Septemtrione autem Tauri montis jugis concluditur, & à Meridie Indico Oceano. Occupatque teste Magino, *tab.* 32. *fol.* 251. maximum cœli tractum tam in longum, quam in latum: nam secundum longitudinem complectitur circiter quinquaginta tres Meridianos, quorum Occidentalissimus est in gradu 106. Orientalissimus in gradu 159. At verò juxta latitudinem extenditur ab Æquatore, quem propemodum attingit, usque ad gradum 43. latitudinis Boreæ: quamobrem ad medium usque sexti climatis expanditur, ubi contingit maxima Æstatis dies horarum quindecim cum dimidio: atque una ejus pars, quæ ad Meridiem vergit sub Torrida Zona, altera verò Borealis sub temperata cadit. Unde quidam tradunt, † ut ipse Magi- 32
nus ait, hanc Orientalem Indiam adeò esse immensam, & tantum litoris occupare, quantum per quadraginta dies, noctesque velificantibus cursus est. Et Pomp. Mel. *lib.* 3. *cap.* 7. sexaginta dierum, ac noctium navis velocissimæ cursum vix sufficere tradit Nearchus, quatuor men-

mensium iter per campum habere ait. Et ex Ctesia affirmat Strabo, & Photius *in sua Bibliotheca*, non esse minorem reliqua Asia, & Indos solos, cæteros ferè universos mortales superare: alii eam tertiam partem universi orbis continere affirmant, ut constat ex Plinio *dict. lib.* 6. *cap.* 17. Solin. *in Polyst. cap.* 55. Strab. *in Geograph. lib.* 15. P. Joan. Maffejo *histor. Indic. lib.* 6. Maluend. *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 12. & ex aliis *infrà* citandis, quibus addere licet Philostr. *lib.* 6. *de vita Appoll. cap.* 1. ubi sic ait: *Magnitudine quidem Indiæ non conferenda est Æthiopiæ, neque ulla alia continentis pars, quæ hominibus tota sit. Quòd si totam Æthiopiam toti Ægypto adjiciamus, non tamen ambæ conjunctæ magnitudinem Indiæ adæquabant.*

33 Hinc † factum est, ut in divisione hujus tam vastæ, & immensæ regionis, non satis inter auctores conveniat: Veteres namque, nempè Strab. *lib.* 15. Ptolom. *lib.* 7. *cap.* 1. *in tabul.* 10. & 11. *Asiæ*, & Pompon. Mela *lib.* 1. *cap.* 2. ex Gange fluvio nobilissimo, qui illam interfluit, in duas dividunt partes, & eam quæ Occidentalior est, & flumini Indo proximior, *Indiam intra Gangem* appellant; alteram verò, quæ magis ad Orientem vergit, *Indiam extra Gangem* cognominant, & ad Sinas usque inclusivè protendunt.

34 Est autem † fluvius hic Ganges longè inter alios celebratissimus à Gange filio Gogi, & fratris Indi, ita dictus, si Beroso fidem habemus, & idem ille, qui in Scriptura appellatur *Phison*, & ex Paradisi fontibus exire dicitur, quem Græci perperam *Indum* vocant, ut constat ex Joseph. *lib.* 1. *antiquit. cap.* 1. D. Hieronym. *de locis Hebraic. verb. Phison*: August. *lib.* 8. *de Genes. ad liter. cap.* 7. Ambros. *de Paradis. cap.* 3. Epiphan. *in Anchorato*; & ex pluribus aliis, quos eruditè refert, & illustrat Maluenda *de Paradis. cap.* 39. Multa alia satis notanda de eodem amne *ibid. & in cap. seq.* prætexens.

35 Alii autem, † scilicet Petr. Niger, & Paul. Venetus *lib.* 3. *cap.* 43. ex relatione illorum, qui ex Ægypto in hanc Indiam navigarunt, ipsam in tres partes diviserunt, *majorem*, *mediam*, & *minorem*, sive *superiorem*: Mediam & inferiorem, quarum nomina antiqua, & noviora benè prosequitur Magin. *d. tab.* 32. ubi alias divisiones adducit. Sed nemo sanus huic Veneti partitioni consentiet, quoniam Abassiam in illa comprehendit, & Indiam mediam appellat, eam verò, quæ intra Gangem est, majorem, sive superiorem: Minoris autem, sive inferioris Indiæ
36 terminos neutiquam signat. † Constat autem Abassiam esse Orientalissimam Africæ partem, quæ Arabici sinus, & maris Rubri oris circumdatur, & nullus unquam ex Historicis & Geographis Indiam Orientalem proprie extra Asiam collocavit: quamvis sint aliqui, qui, ut Venetum defendant, affirment, ante ducentos plus minus annos, quo tempore ille suas relationes vulgavit, verè Abyssinorum imperium in media India fuisse; postèa tamen ob bellorum eventus in eam Africæ partem, ubi hodie est transmigrasse, ut constabit ex Jacobo Navarcho *in sua Epist. Asiatic.* & Gerard. Mercat. *in sua tab. univers.* & Abraham Ortel. *in theat. mag. tab.* 108. *de regione Abyssinorum.* Sed hoc nullo satis fixo pedamento fulcitur, & quovis modo fiat, India intra Gangem media deberet dici, non autem Abassia, tum quia inter alias duas medium tenet locum, tum etiam, quia inter Citeriorem, quæ minor est, & Ulteriorem, quæ amplissima, & major, media apud omnes magnitudine judicatur.

Invenio quoque † novam quamdam India- 37
rum partitionem, sed obscuram satis, & à paucis animadversam apud Abdiam Babylonem *lib.* 8. *hist. Apost.* † qui & Salvatorem in carne 38
vidit, & Simonem & Judam in Persiam secutus, primus Babylonis Episcopus creatus fuit, à quo Babylonis nomen accepit, & Apostolorum vitas, & virtutes Hebraico sermone conscripsit, quas in Græcum vertit Eutropius ejus discipulus, & in Latinum Julius Africanus, ut ipse idem Julius testatur; & Jacob. Archiepiscopus Genuensis *in lib. annuarum solemnit.* & Petrus Episcopus Equilinus *in lib.* 9. *Catalogi Sanctorum.* Et licèt non ignorem auctorem hunc in his, quæ de Apostolorum actis scribit, multa pro arbitrio finxisse, vel ei à sectariis impicta fuisse, ita ut incertum sit, an legitimus extet, atque adeò meritò, ut fide indignum, à Paulo Papa IV. inter scripta à se damnata rejectum, ut refert Sixtus Senensis *lib.* 2. *Biblior.* Alan. Copp. *Dialog.* 2. *cap.* 1. *p.* 170. Illustrissimus Card. Baronius *in Annal. Eccles. tom.* 1. *ann.* 44. *num.* 44. *& ann.* 51. *num.* 51. Bellar. *de Script. Eccles. secul.* 1. Ant. Posevin. *in apparatu, verb. Abdias*; & Jacob. Gualterius in 1. *seculo à Christo nato, p.* 18. Cum tamen damnatus non fuerit in Indice librorum prohibitorum Concilii Tridentini, & in hoc, de quo agimus argumento, historiam magis, quam religionem; prosequatur, non verebor in ejus verbis referendis, & exponendis paulisper subsistere. Is ergo *dict. lib.* 8. vitam Divi Bartholomæi Apostoli, scribere parans, sic exordi-
tur: *Indiæ tres esse ab Historiographis asseruntur: Prima est India, quæ ad Æthiopiam vergit: secunda, quæ ad Medos tertia: quæ finem facit: nam ex uno latere tenebrarum regionem gerit, ex alio latere mare Oceanum. In Indiam ergo veniens Bartholomæus Apostolus, &c.* In quibus verbis prima facie, non tam aperire, quàm obscurare, & confundere videtur Indiarum Orientalium divisionem, & terminos ab antiquis & recentibus Geographis constitutos: Nam † Æthiopia, tam inferior, quam superior, 39
propriè India dici non potest, neque Indiæ contermina, cum sit Regio Africæ ab Æthiope Vulcani filio sic dicta, qui ei præfuit: seu potius à verbo Græco, *καιω το αἱθω καιειν* quod apud nos cremo sonat, vel faciem combustam habere, quandoquidem ipsa regio sub Torrida Zona jacet, ardoribusque Solis maximè opposita est, ut latiùs prosequitur Plin. *lib.* 5. *c.* 8. *& lib.* 6. *cap.* 30. Ptolom. *lib.* 4. *cap.* 7. Strab. *lib.* 15. Volater. *lib.* 12. Carol. Stephan. Abraham. Ortel. & Joann. Funger. *in suis thesaur. vel dictionar. verb. Æthiopia*: Et Magin. *in tabul. Geograph. tab.* 23. ubi de Africa *ex pag.* 195.

Rursus quod Abdias subdit de secunda India, quæ vergit ad Medos, & tertia quæ finem fa-

facit, vix est ut intelligi queat, cum neque nomina, nec situm earum aperiat, & nullus sit
40 auctor, qui hujusmodi confines admittat. † Erenim Media, licèt sit Regio Asiæ latissima, nullam Indiam vicinam habet, sed à Septemtrione Hircano mari, ab Occasu majori Armenia, & Assyria terminatur: à Meridie Persiam, ab Ortu Hircaniam, & Parthiam habet, quæ Cassaorum montibus ab ea excluditur, ut post Ptolom. observat Paul. Oros. *lib. 1. cap. 3.* Ortel. *in theatr. tabul. 3. & 102. & in Thesaur. Geograph.* verb. *Media*, Stephan. *eodem verbo*, & Magin. *supra*,
41 *pag. 247.* † Quod si de Mædis cum æ diphtongo Abdiam accipiamus, longè remotiores à qualibet Indiarum plaga eos reperiemus: sunt enim Traciæ populi, vicini Macedonibus, quos constat in Europæ finibus claudi auctores testantur.
42 † Sed nihilominus si rem attentius consideremus, rectè defendi poterit hæc Abdiæ divisio, & eadem fermè cum illa censeri, quam *supra* ex veteribus Geographis proposuimus; nisi quòd rem antiquam verbis novis proponit, & insolitis limitibus signat, tripartitam Indiam faciens, quam illi bipartitam constituerunt. Etenim quod ait, primam Indiam ad Æthiopiam vergere, secundam ad Medos, non ea mente dictum videtur, quasi in his regionibus Indiæ consistant, aut illis omninò circumscribantur, sed dumtaxat vergere, hoc est, tendere, specta-
43 re, declinare, vel inclinari. † Hæc est enim illius verbi vis, & proprietas, ut constat ex Jul. Cæsar. *lib. 1. bell. Gall. Vergit ad Septemtriones*: Cicer. *Philip. 11. Et ejus auxilium ad Italiam vergere, quam ad Asiam maluissemus.* Lucan. *lib. 1.*

Nec Polus adversi calidus quâ vergitur Austri.

Et iursus, *lib. 9.*

=Libiæ quod fertile terræ est,
Vergit in Occasum.

44 Et † est communis describendi modus quo sæpiùs Geographi, & Historici utuntur, signantes vel provinciam, vel cœli tractu, vel civitatem, vel montem, aut magnitudine, aut potentiâ, aut nomine, insignem, versus quam describenda regio magis declinet, ut illius situs certis signis commodius cognoscatur, quamvis aliis terminis propinquioribus, sed non adeò notis circumscribi potuisset, ut patet ex locis *supra* relatis, & ex Strabone, *dict. lib. 15.* ubi inquit, Trapobanem insulam esse longitudine octo millia stadiorum versus Æthiopiam, quas tamen ob hoc nemo vel propinquas, vel conterminas dicet, cùm sint ferè immenso maris & terræ intervallo distantes. Et ut hæc deficerent, posset quoque Abdiæ divisio defendi, si animadvertamus, quòd ultra Indiam intra Gangem, & extra Gangem, quas ipse *secundam* & *tertiam* ap-
45 pellat, ut *infrà* trademus: prior illa † India, quam versus Æthiopiam constituit, à plurimis aliis Scriptoribus cognita etiam fuit, & *Citerior* appellata, quasi plures Provincias citra Indum comprehendens, inter quas Plinius, *lib. 6. cap. 2. Gedrosos Arachotos, Arios, & Paropamisadas* nominat, & Indiæ nomine donat, licèt, ut ipse ait, ad Occidentem vergant, & Indo amne non terminentur. His quintam addit Philostr. *lib. 3. cap. 15.* & Volaterran. *lib. 12.* utramque scilicet Carmaniam: Easque, quamvis non exiguo spatio, citra Indum fluvium jaceant, Indiæ nomine etiam hodie complecti affirmat Magin. *d. tab. 32.* & Nicolaus de Conti Venetus, *in suis relat.* primam Indiæ partem vocat, & Ormuziam regionem addit, & reliquas, quæ à Perside ad Orientem Indo flumine terminantur. † Felicem 46
quoque Arabiam & Sabæos, & Homeritas illam habitantes *Indiam*, *Indosque* vocat Nicephor. *lib. 8. histor. Eccles. cap. 35. & lib. 9. cap. 18.* Abraham Ortel. *in Thesaur. Geograph. verb. Indi primum*, & quòd universæ Arabiæ ad mare usque Rubrum, eodem etiam nomine complectantur, auctor est Andr. Corsa *in epistola ad Julianum Mediceum*, *magnum Hetruriæ Ducem*, quam ex India de rebus Indicis scripsit anno Domini 1515.

Potestque † auctoritate Quinti Curtii inni- 47
xius videri, qui *lib. 8.* universam terram, quam abluit mare Rubrum, *Indiam* etiam appellat, & ob hoc forsitan *mare Indicum* nunc vocat Ortelius *in tabula de Persiæ Regno, sive de Sophiorum Imperio*, quod mare Rubrum dicebat antiquitas.

Rursus † superiorem Ægyptum Indiam etiam 48
vocat Higin. *fabula 275.* nimirum, quia juxta hanc Ægypti Asiaticam partem Æthiopes ab Indo flumine consurgentes consederunt anno mundi 3580. ut post Herodot. tradit Euseb. & Torquemada, *in Monarch. Indiæ, lib. 1. cap. 6. p. 23.*

† Et quod generalius est, & ad locum Abdiæ 49
magis accommodatum, tam Æthiopiam Orientalem, quæ sub Asia collocatur, quàm Occidentalem, quæ in Africa sub Ægypto, & Rhizophagos, & alios Æthiopes, qui ad Nilum, & omnes illos, qui eis & citra fluvium Indum habitabant, licèt Æthiopes essent, *Indiam*, & *Indos* fuisse vocatos, apertè ostendit Virgil. *lib. 4. Georg.* ubi hac de causa illos, *Indos coloratos* appellat, & Servius explicans illud ejusdem Maronis carmen.

=Sola India nigrum
Fert Ebenum.

Etiam in Æthiopia inquit Ebenum nasci, ac propterea annotat Indiam intelligi à Virgilio, & aliis, totam Æthiopiæ plagam. Cui assentiuntur Hingin. Theodoret. Procop. & alii, quos referunt Ortel. *in Thesaur. verb. Rhizophagi, & verb. Æthiopia*, & diligentissimi, & eruditissimi Patres Joann. Pined. *de rebus Salom. lib. 5. cap. 14. §. 5. pag. 405.* & Fr. Thom. Maluend. *lib. 3. de Antichrist. cap. 12. & lib. 5. cap. 9. & de Paradis. cap. 37. & 38.* ubi etiam de prædicta utriusque Æthiopiæ divisione pertractant, de qua item agit Herodot. *lib. 7.* Strabon. *lib. 7.* Plin. *lib. 5.* Senec. *in Hercul. furent. scen. 1.* Isidor. *lib. 14. Etymolog. cap. 6.* Solin. *c. 26.* Abulens. *in c. 5. epist. D. Hieron. ad Paulin.* Joann. Baptist. Scortia, *lib. 1. de natur. & interem. Nili, cap. 2. p. 16.* & Tornell. *in annal. 2. mund. ætate, anno 1931. n. 25.* Et juxta hunc sensum benè defendi posset Pauli Veneti opinio quam *supra* rejecimus; dum Abassiam intra Indiam constituit, licèt in reliquis à veritate, & aliorum Geographorum descriptione dissentiat. Quinimo † S. Epiphan. *in Anchorato*, & Anastas. 50
Nicæn. *quæst. 24. in Script.* totam hanc Indiam Orien-

Orientalem, de qua loquitur, *Magnam Æthiopiam* appellant, & satis appositè, ut inquit Maluend. *de Paradis. cap. 39. pag. 118.* quòd Indi colore sint cremato, & adusto, fermè ut Æthiopes, teste Plin. *lib. 6. cap. 19.* & Pompon. Mela *lib. 3. cap. 7.*

51 Juxta † quæ omnia, prima illa India, quam Abdias inquit ad Æthiopiam vergere, hæc intelligi debet, quæ citra Indum & Occasum perducta ad mare usque Rubrum extenditur, ita ut majorem partem Regni Cambajæ comprehendat; per cujus medium Indus amnis præterlabitur, & provincias Parapamisam, Ariam, Aracosiam, & Gedrosiam, utramque Carmaniam, Ormuziam regionem, & majoris nominis insulas Persici sinus, & universas Arabias, atque ipsas
52 etiam Æthiopias. Et † in hac India, quæ ut diximus, *Citerior* appellari solet, prædicavit D. Bartholomæus, quamvis in Abdias non satis aperiat, ut egregiè constat ex Eusebio *lib. 3. histor. Eccles. cap. 1.* qui cum provincias enumeraret, quas Apostoli ad prædicandum sortiti sunt: *Thomas*, inquit, *sicut nobis traditum est, sortitus est Parthos, Matthæus Æthiopiam, Bartholomæus Indiam citeriorem, &c.* Et idem sub eodem nomine *Indiæ citerioris* docet Origenes *in Genesim lib. 3.* D. Hieron. *de Script. Eccles. in Panteno.* Sozomen. *lib. 2. cap. 24.* Theodoret. *lib. 1. cap. 23.* Nicephor. *lib. 4. cap. 32.* Rufin. *lib. 1. continuation. histor. Eccles. Eusebii cap. 9.* Surius *in histor. Sanctor. 24. die Augusti*, Baron. *in Martyrolog. sub eodem die, & anno Christi 44. num. 34.* & Petr. Opmeer. *anno mundi 4010. &*
53 *Christi 44.* Ubi non solùm *Citeriorem*, † sed *Fortunatam* quoque hanc Indiæ partem appellat, in qua D. Bartholomæus Evangelizavit, quemadmodum & Solinus *cap. 33.* Beatam vocavit, quia Fœlix Arabia magna ipsius pars est. Et eam esse finitimam Æthiopiæ tradit Socrat. *lib. 1. histor. Eccles. cap. 15.* sic scribens: *Cùm Apostoli sortitò iter ad gentes susepissent, Thomas Parthiam obtinuit, Matthæus Æthiopiam, Bartholomæus Indiam, quæ huic finitima est, sortitione cepit.* Et Rufin. *ubi supra*, dum ait: *Thomæ Parthia, & Matthæo Æthiopia, eique adhærens Citerior India Bartholomæo dicitur sorte decreta.*

54 Secunda verò India, † quam Abdias ad Medos vergere tradit, illa est proculdubio, quæ in communi aliorum Geographorum partitione interior, sive intra Gangem vocatur, & ultra Indum amnem ab Occasu, ad Gangem, ad Orientem extenditur, à Meridie Oceano Indico, à Sep-
55 temtrione, monte Caucaso terminatur. † Et per hanc partem non multùm distare India à Media videtur, cum solùm intercedat, quæ ab Aquilone ad Meridiem est ipsius Caucasi latitudo, & Ecbatana Medorum Regum sedes à Caucasei portis, non plus quàm viginti millia passuum distare dicatur, ut constat ex Philostrat. *lib. 2. cap. 1.* ubi tradit, Caucasum Mediam, atque Indiam terminare, & in mari Rubro altero cubitu descendere, & ex Strabon. *lib. 2. & 15.* Plin. *lib. 6. cap. 17.* & eodem Philostrat. *dict. lib. 2. cap. 3. & 4.* ubi Alexandri magni itinera referentes, quibus usus est cum Besum ex Parthia in Bactrianam persequeretur, post trajectum Cauca-

sum mox Indicas regiones ingressum testantur, adeò ut à Caucaso ad Cosen fluvium Indiæ septuaginta tantum leucarum distantia extet, & ad Indum novem, juxta ejusdem Plinii supputationem: Neque abest Quintus Curtius *lib. 7.* dum ait: *Tandem septendecim dierum spatio Caucasum superavit Alexandri exercitus, ex Media versus Indiam profectus*: Et Polyb. *lib. 11. num. 32. de Antiochi Magni expeditione Indica*, sic scribens: *Superato Caucaso Indorum fines ingressus, amicitiam cum Sophageseno Rege renovavit.*

Quod si quis urgeat, prædictorum limitum propinquitate Mediam multò magis spectare citeriorem Indiam, de qua *primo loco*, Abdiam exponentes, locuti sumus, quàm interiorem hanc de qua nunc agimus, & ab ipso Abdia secunda esse dicitur: responderi potest, Abdiam non dicere, eam vergere ad Mediam, sed ad Medos, ut Medorum † nomine non provinciam, sed uni- 56
versum Imperium intelligeremus: quemadmodum olim omnes gentes, quæ Romanorum Imperio subjiciebantur, vocabantur *Romani*, & hodie universi Asiæ populi, qui lingua loquuntur Persica, *Persæ* vocantur, ut refert Pater Trigaultius *expeditionis ad Sinas lib. 4. cap. 3.*

Porrò † Medorum Imperium Artabani tem- 57
poribus, quibus Abdias Babylonius viguisse comperitur; latissimum quidem erat, & victricibus armis nomen, & fines suos usque ad ipsam Indiam dilataverat, Parthisque sub jugum missis, omnis illa Regnorum & Provinciarum congeries, quibus Parthica componebatur Monarchia, uno *Mediæ* nomine, & regno cognoscebatur, ut constat ex his, quæ de ejus magnitudine, & potentia scribit Polyb. *lib. 5. & 9. histor.* Strabon. *lib. 11.* Solin. *cap. 59.* Plin. *lib. 6. c. 26.* Philostrat. *lib. 1. de vita Apol. cap. 8.* Quod mirum videri non debuit, † cum tanta fuerit 58
semper Medorum auctoritas & existimatio, ut etiam cùm à Parthis superati essent, ipsi Parthi honoris causa *Medi* appellarentur, ut scribit Zonaras *2. tom. Annal.* Turnebus apud Robert. Stephan. *in Thesaur. liter. M.* Horat. *lib. 1. carmin. Od. 2. ad August.*

Neu sinas Medos equitare inultos,
Te duce, Cæsar.

Et *eodem lib. Od. 29.* ad Iecium:

Non ante devictis Sabææ.
Regibus, horribilique Medo
Nectis catenas.

Et *lib. 3. Od. 3.* de justi constantisque viri præmiis:

=Stet Capitolium
Fulgens triumphatisque possit
Roma ferox dare jura Medis.

Super quibus locis, ex antiquis commentatoribus Mancilenus, & Ascensius, & ex novis Labin. Torrent. & Cruch. Medorum nomine Parthos intelligunt, qui solùm tempore Augusti, cæteris Asiæ provinciis jam subactis, ferè reliqui erant, ad solam Romani nominis, & Imperii gloriam, ut ostendit Paul. Oros. *lib. 1. cap. 2.*
† Ubi etiam docet in sacra Scriptura omnia Per- 59
sarum, Parthorum, Assyriorum, & aliarum provinciarum adjacentium Regna *Mediam* vocari; prout & nos colligimus ex 4. lib. Esdr. c. 1. Daniel. *cap. 5.* Machab. *lib. 1. cap. 14.* & Jerem. 51.

Sun-

Superest, ut ad tertiam Indiam accedamus, quam ultimo loco proponit Abdias, & finem facere dicit: *Nam ex uno latere tenebrarum re-*
60 *gionem gerit, ex alio latere mare Oceanum.* † Quibus verbis licèt obscuris, nisi meum me argumentum fallit, arbitror Abdiam designare voluisse tertiam illam ulteriorem Indiam, quàm *suprà* diximus ab aliis Geographis communiter appellari, *extra Gangem*, quia ab hoc fluvio ad ultimos usque Sinas extensa; Indiarum, & totius terræ continentis, quæ ad Orientem termi-
61 natur, finem facit: † Nam ab Occasu, Gange flumine, ab Oriente, & Meridie, mari Indico Meridionali, & Eoo, ab Aquilone, Septemtrionalissimis Tartarorum regionibus cingitur. Quam adeò amplam limitum circumscriptionem non Abdias solus Indiæ ulteriori tribuit, sed antiqui etiam, & nonnulli nostri temporis Scriptores, ut constat ex Strabon. *lib.* 15. Pompon. Mela *lib.* 3. *cap.* 7. Cornel. de Judæis, Mercator. Volaterran. Robert. Stephan. Ortel. & aliis, quos *suprà* retulimus, & ex Philostr. *lib.* 6. *cap.* 1. ubi sic ait: *Æthiopia totius terræ quæ sub Sole est, Occidentale cornu occupat, sicut India id, quod ad Orientem terminatur.* Magin. *dict. tab.* 32. dum inquit: *India extra Gangem, quæ est provincia Magni, sive Chinens. regnum amplissimum.* Atque hoc nimirum significare vo-
62 luit Abdias, † dum Indiam hanc finem facere dicit. Quid enim aliud est finem facere, quam terram omnem, quæ versus Orientem habitabilis est Indiæ hujus limitibus terminari? Sic enim Cthesias in Indicis, quem refert Photius *in sua Bibliotheca*, ultra Indos nullos habitare homines affirmat; & idem colligitur ex verbis Pompon. Melæ *lib.* 1. *cap.* 2. & Paul. Orosii *lib.* 1. ubi Indos ultima mundi occupare inquiunt, quia à Meridie, & Occidente, Eoo, & Indico Oceano terminantur, quod Abdias exprimere voluit in illis verbis: *Ex alio latere mare Oceanum.* Et confirmat Cornelius de Judæis *in speculo Geograph.* ubi Sinarum Regnum, quod præcipuè, ut diximus, per hanc Indiæ partem extenditur, sic depingit: *Ingens, latissimumque Regnum Sina, & quod ab ortu Solis ultimum terrarum meritò existimatur, ab occasu novissimis Indiæ terminis definitur versus Septemtriones à Scythis, quos* Tartaros *appellant, mutuo metu, aut montibus, quin & muro separatur: cætera Oceanus ambit, latos sinus, & immensa spatia complectens.* Idem latius tradit elegantissimus, & oculatissimus Sinensium rerum scriptor Nicol. Trigaultius *lib.* 1. *Christ. expedition. in Sinas, cap.* 2.

Neque mirum videri debet, si ad hanc par-
63 tem Indiæ fidem facere dicatur, † cum & illa Arabiæ Felicis regio, quæ *Sabæa* vocatur, & ad Indiam Citeriorem pertinet, ut *suprà* retulimus, eò quod extremum Oceanum Australem pertingit, *finis* etiam *terræ, & remota*, ac *longinqua* in multis locis Sacræ Scripturæ appelletur, ut constat Ioël. 3. Ierem. 16. Isaiæ 43. Matthæi *cap.* 12. ubi agitur de Regina Saba, quam Christus Dominus de finibus terræ, ad potentiam Salomonis videndam venisse inquit, ad quorum. & aliorum explicationem ita docte observat Pined. *de rebus Salom. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 20. *pag.* 404. *& n.* 33. *pag.* 409. Et conducunt, quæ de eadem Sabæa loquens, scribit Nicephor. *lib.* 8. *cap.* 35. & melius de universis his Indiis S. Epiphanius *in Anchorato*, ubi cum Phisonis, sive Gangis fluvii cursum describeret, & totam terram Hevilath, id est Indiam parvam, & magnam circumdare, ostenderet: *Penetrat autem*, inquit, *magnam Æthiopiam, & cadit ad Austrum, & subit intra Gadira in magnum Oceanum.* † Etenim hoc 64
loco, per *Gadira* verbum fines terræ significavit: antiquorum more, quibus Proverbium erat, *Non ultra Gades*, quando terrarum finem significare volebant, ut apertè constabit ex Manutio *in adagiis pag. mihi* 879. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 15. *& de Paradis. cap.* 39. *pag.* 118. & ex his, quæ latius trademus *infrà hoc lib. c.* 9. *num.* 52.

Id autem † quod de tenebrarum regione ad- 65
jecit Abdias, proculdubio appositum esse videtur ad Aquilonares, sive Septemtrionales hujus Indiæ partes denotandas, quas Tartaris conterminas esse ostendunt Auctores *suprà* citati: † Quorum tamen nomen, & imperium Abdiæ 66
tempore, nondum Asiæ, vel Europæ populis innotuerat, sed omnis ille terræ Septemtrionalis tractus, quo nunc adeò longè, ac latè Tartari dominantur, utriusque Scythiæ nomine & situ cognoscebatur, & Nomades etiam dicebantur, qui ad Orientale Indorum mare spectabant, ut constat ex Strab. *lib.* 1. *&* 11. & Nicephor. Gregor. *lib.* 2. *histor. Rom.* Quousque Tartari, qui inter eosdem Scythas magis Orientales & Asiaticos, parvam quamdam regionem occupabant ultra Caspium mare, & intra Imaum montem, ex ea instar torrentis egressi, in Romanas Provincias irruentes, Asiam penè omnem, & partem Occidentis debellarunt, circa annum Christi 1220. ut latiùs refert Martin. Chromerus *de reb. Polonicis lib.* 7. Nicephor. Greg. *dict. lib.* 2. Leonic. Calcondil. *rerum Turcicar. lib.* 3. Genebrard. anno Domini 1222. Naucler. 2. *vol. generat.* 41. & Abraham Bozius *hist. Eccles. ann.* 1241.

Ideò † autem hunc cœli & terræ tractum, 67
quem nunc Tartari occupant, quemque *Borealem, Aquilonarem*, vel *Septemtrionalem* appellare potuit Abdias, tenebrarum regionem gerere dixit; quoniam tam antiqui Scriptores, quàm novi Septemtrionales plagas tenebras appellarunt, ut latè & optimè prosequitur Strab. *lib.* 1. *&* 10. ubi Homeri carmina citat, eumque totius Geographiæ parentem appellat, qui de Ithaca Ulyssis patria, & de quatuor mundi climatibus agens, sic decinit:

Hæc humilis jacet ad tenebras multum æquora supra,
Hæ ticuit Auroram spectant, Solisque nitorem,
Dextera rive adeant Auroram, & Solis ad ortum,
Sive petat illi lævam obscuramque tenebras,
Novimus haud Socii tenebræ loca, lucis & ortum,
Aut ubi Sol nitidus terræ succedit ad ima,
Aut ubi conscendit.

Ubi manifestè per tenebrarum loca, quæ Septemtrionalia sunt, intelligenda veniunt: Quo loquendi genere, non Poëtæ tantùm, sed alii etiam Historici, & probatæ fidei Auctores uti solent, † eò quòd multo per annum tempore in pluri- 68
mis Aquilonaribus regionibus Sol non appareat, & nedum noctu tenebræ sint, verum & interdiu

diu aër In modum crepusculi caliginosus, & quo unaquæque earum à cardinibus Septemtrionum propinquior, vel remotior existat, dies ac noctes breviore, vel longiore dimensione transigatur; prout in Riphæis, Arimaspis, Hiperboleis, Arimphæis, Attacis, Hibernicis, & aliis contingit. Quas ideò Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. *partem mundi* appellat *damnatam à natura rerum, & densa mersam caligine*, neque in alio quàm rigoris opere, gelidis Aquilonis conceptaculis. Et *lib.* 2. *cap.* 68. de extremis mundi axibus, sive verticibus loquens, quorum unus *Septemtrio* vocatur, & alter illi adversus *Austrinus*: *Perpetua*, inquit, *caligo utrobique, & alieno molliorum siderum aspectu, maligna, ac pruina tantùm albicans lux.* Et idem tradit Solinus *in Polyst. cap.* 12. Pompon. Mela *lib.* 3. *cap.* 2. *& seqq.* Cæsar *lib.* 5. *de bello Gallic.* Et de Suetia, Elsingia, Angermania, Noruegia, Scythia, Gothia, Moscovia, Livonia, Russia, Scandia, Engrovelandia, Andogitia, Novogrodia, Biarmia, Finmorchia, & aliis, quarum aliquæ unius diei, uniusque noctis inregrum annum habent, aliæ trium, quatuor, quinqueve mensium dies continuos, & totidem continuas noctes: Olaus Magnus *in histor. Septemtrion.* Magin. *tabul.* 24. *de Tartarorum imperio.* Anton. Bofin. *rer. Ungar. lib.* 1. Paul. Jov. *in Moscovia*: & Simon Majol. omninò videndus, *in diebus Canicul. tom.* 1. *vol. loq.* 17. *de proprietat. locorum, pag. mihi* 393. *& seqq.*

Quibus † adjicio Marc. Paul. Venetum qui 69
in suis relationibus, lib. 3. *cap.* 49. circa ultimam partem regni Tartarorum, se quamdam regionem invenisse tradit, quæ peculiari nomine *regio tenebrarum* dicebatur, à perpetua, quam ibi Sol habebat, obscuritate: & Paul. Jovius *ubi su-*
70 *prà*, † aliam regionem ultra Lapones esse scribit, inter Corum, & Aquilonem perpetua caligine oppressam, in qua Pygmæi reperiuntur.

Ut sic interim Cimmerios † populos silentio 71
præteream, qui ad Occidua Asiæ supra Albaniam positi, adeò tenebris, densisque caliginibus circumsepti esse dicuntur, ut alter alterum oculis vix conspicere queat; de quibus loquitur Herodot. *lib.* 4. Plin. *lib.* 6. *cap.* 6. Cicer. *lib.* 4. *Academ. quæst.* Ovid. *lib.* 11. *Metamorph.* ubi apud eos somni Dei regiam domum constituit: Erasm. *in adag. Cimeriæ tenebræ*: Fest. Pompejus, Ortelius, & Stephan. *verb. Cimerii*: Majol. *ubi suprà*, & eleganter Homer. *Odyss.* 11. sic inquiens:

Ast ille Oceani pervenit summa profunde,
Illic sunt populique, & mœnia Cimmeriorum;
Nubibus & cæca astridue caligine tecta:
Illos haud unquam radiis Sol aspicit ardens,
Nec quando astriferum curru petit arduus axem;
Nec rursum ad terras magno devectus Olympo,
Sed nox incumbit miseris mortalibus atra.

Et qui velit † mirandam historiam de quadam 72
alia Provincia nebulosa, quæ vocatur, *Hamsem*, & est etiam intra Asiæ fines, in regno Georgiorum, legat Haiton. *de Tartaris, cap.* 10. Ortel. *ubi suprà*: & Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *c.* 7. *pag.* 120.

Est autem adeò certum hanc ulteriorem, & Sinarum Indiam, de qua nunc loquimur, ex hoc latere, quo ad Septemtrionem vergit, vel ad re-

gionem tenebrarum, ut loquitur Abdias, esse ad modum Borealem, sive Septemtrionalem, ut à Borealissimis non multum distare videatur: Nam ingentes illi muri, quibus à Tartaris Sinæ disjunguntur, ad secundum, & quadragesimum versus Septemtrionem gradum elevati Poli pertingunt, ut auctor est Pater Trigault. *dict. lib.* 1. *expedit. ad Sinas, cap.* 2. Nec dissimiles hujus tractus hyemes cæterarum Aquilonarium regionum, rigidis brumis, & intolerabili frigore, ut ipse Pater *lib.* 4. *cap.* 4. *Sinenses omnes fluvii in Borealibus plagis sub ipsa hyemis initia, ita gelu concrescunt, ut navigilis pervadi minimè possint, at plaustris etiam fidum transitum præbeant, &c.*

CAPUT II.

De earumdem Indiarum Orientalium dignitate, & excellentiis; & an, & quatenus ab antiquis cognitæ, & lustratæ fuerint.

SUMMARIUM.

1 *Longo non sunt quibus nihildemi potest.*
2 *Supervacua dicere satius est, quàm omittere necessaria.*
3 *Indiarum Orientalium divitiæ, & excellentiæ, & Auctores qui de eis agunt.*
4 *Indiæ Orientalis felicitas, & plura in ea naturæ miracula ex Plinio, Isidoro, & aliis.*
5 *Paradisus voluptatis in Orientali India positus dicitur.*
6 *India Orientalis est terrarum principium, & dextera mundi manus.*
7 *India Orientalis monstra, quæ à Plinio, & aliis recententur, fabulosa sunt.*
8 *Auctores antiqui, qui de India Orientali scripserunt, in multis fallunt.*
9 *Indicas mulieres aprinos dentes habere, & centum viris parere, quidam referunt.*
10 *Indi Orientales longævi, & de quodam nostri temporis, qui 335. annos excessit.*
11 *Gigantes an hodie sint, vel olim fuerint in Orientali India, & in aliis regionibus, & plura de illis remissive.*
12 *Salomonis vigiles erant Gigantes, & hodie Regis Sinarum.*
13 *Gigantes nostra ætate reperti apud Canibales, & fretum Magellanicum.*
14 *Anthei proceritas excedebat texaginta cubitos.*
15 *Gigantes an vi magica nasci possint, Alphonsus Carranza S. C. eximius laudatur, ibid.*
16 *India Orientales olim cognitæ, & à quibus lustratæ, & num.* 29.
17 *Bacchus in Orientalem Indiam penetravit.*
18 *Hercules expeditio in Indiam Orientalem.*
19 *Alexander Magnus quousque Indiarum Orientalium pervenit.*
20 *Sesostris Ægyptiorum Rex ultra Gangem processit.*
21 *Sesostris superba monumenta, quæ in India reliquisse dicitur.*
22 *Sesostris crudelitas in Reges victos, & trophæa inverecunda.*
23 *Antiochus tentavit expeditionem in Indiam Orientalem.*
24 *Brachmanes Indorum Philosophi ex Judæis descendebant.*
25 *Indi Orientales Jerosolymis convenerunt in Pentecoste.*
26 *Indi Orientales Romam olim venerunt, & umbras suas mirabantur.*
27 *Indiarum Orientalium navigatio à quibus olim tentata.*
28 *Indi Orientales olim in Germania naufragio delati.*
29 *Antiqui cognoverunt Indiam Orientalem, Æthiopiam, & Trapobanam.*

Superest, ut ad tertiam Indiam accedamus, quam ultimo loco proponit Abdias, & finem facere dicit: *Nam ex uno latere tenebrarum re-*
60 *gionem gerit, ex alio latere mare Oceanum.* † Quibus verbis licèt obscuris, nisi meum me argumentum fallit, arbitror Abdiam designare voluisse tertiam illam ulteriorem Indiam, quàm *suprà* diximus ab aliis Geographis communiter appellari, *extra Gangem*, quia ab hoc fluvio ad ultimos usque Sinas extensa; Indiarum, & totius terræ continentis, quæ ad Orientem termi-
61 natur, finem facit: † Nam ab Occasu, Gange flumine, ab Oriente, & Meridie, mari Indico Meridionali, & Eoo, ab Aquilone, Septemtrionalissimis Tartarorum regionibus cingitur. Quam adeò amplam limitum circumscriptionem non Abdias solus Indiæ ulteriori tribuit, sed antiqui etiam, & nonnulli nostri temporis Scriptores, ut constat ex Strabon. *lib.* 15. Pompon. Mela *lib.* 3. *cap.* 7. Cornel. de Judæis, Mercator. Volaterran. Robert. Stephan. Ortel. & aliis, quos *suprà* retulimus, & ex Philostr. *lib.* 6. *cap.* 1. ubi sic ait: *Æthiopia totius terræ quæ sub Sole est, Occidentale cornu occupat, sicut India id, quod ad Orientem terminatur.* Magin. *dict. tab.* 32. dum inquit: *India extra Gangem, quæ est provincia Magni, sive Chinens. regnum amplissimum.* Atque hoc nimirum significare vo-
62 luit Abdias, † dum Indiam hanc finem facere dicit. Quid enim aliud est finem facere, quam terram omnem, quæ versus Orientem habitabilis est Indiæ hujus limitibus terminari? Sic enim Cthesias in Indicis, quem refert Photius *in sua Bibliotheca*, ultra Indos nullos habitare homines affirmat; & idem colligitur ex verbis Pompon. Melæ *lib.* 1. *cap.* 2. & Paul. Orosii *lib.* 1. ubi Indos ultima mundi occupare inquiunt, quia à Meridie, & Occidente, Eoo, & Indico Oceano terminantur, quod Abdias exprimere voluit in illis verbis: *Ex alio latere mare Oceanum.* Et confirmat Cornelius de Judæis *in speculo Geograph.* ubi Sinarum Regnum, quod præcipuè, ut diximus, per hanc Indiæ partem extenditur, sic depingit: *Ingens, latissimumque Regnum Sina, & quod ab ortu Solis ultimum terrarum meritò existimatur, ab occasu novissimis Indiæ terminis definitur versus Septemtriones à Scythis, quos* Tartaros *appellant, mutuo metu, aut montibus, quin & muro separatur: cætera Oceanus ambit, latos sinus, & immensa spatia complectens.* Idem latius tradit elegantissimus, & oculatissimus Sinensium rerum scriptor Nicol. Trigaultius *lib.* 1. *Christ. expedition. in Sinas, cap.* 2.

Neque mirum videri debet, si ad hanc par-
63 tem Indiæ fidem facere dicatur, † cum & illa Arabiæ Felicis regio, quæ *Sabæa* vocatur, & ad Indiam Citeriorem pertinet, ut *suprà* retulimus, eò quod extremum Oceanum Australem pertingit, *finis* etiam *terræ, & remota*, ac *longinqua* in multis locis Sacræ Scripturæ appelletur, ut constat Ioël. 3. Ierem. 16. Isaiæ 43. Matthæi *cap.* 12. ubi agitur de Regina Saba, quam Christus Dominus de finibus terræ, ad potentiam Salomonis videndam venisse inquit, ad quorum. & aliorum explicationem ita docte observat Pined. *de rebus Salom. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 20. *pag.* 404. *& n.* 33. *pag.* 409. Et conducunt, quæ de eadem Sabæa loquens, scribit Nicephor. *lib.* 8. *cap.* 35. & melius de universis his Indiis S. Epiphanius *in Anchorato*, ubi cum Phisonis, sive Gangis fluvii cursum describeret, & totam terram Hevilath, id est Indiam parvam, & magnam circumdare, ostenderet: *Penetrat autem*, inquit, *magnam Æthiopiam, & cadit ad Austrum, & subit intra Gadira in magnum Oceanum.* † Etenim hoc 64
loco, per *Gadira* verbum fines terræ significavit: antiquorum more, quibus Proverbium erat, *Non ultra Gades*, quando terrarum finem significare volebant, ut apertè constabit ex Manutio *in adagiis pag. mihi* 879. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 15. *& de Paradis. cap.* 39. *pag.* 118. & ex his, quæ latius trademus *infrà hoc lib. c.* 9. *num.* 52.

Id autem † quod de tenebrarum regione ad- 65
jecit Abdias, proculdubio appositum esse videtur ad Aquilonares, sive Septemtrionales hujus Indiæ partes denotandas, quas Tartaris conterminas esse ostendunt Auctores *suprà* citati: † Quorum tamen nomen, & imperium Abdiæ 66
tempore, nondum Asiæ, vel Europæ populis innotuerat, sed omnis ille terræ Septemtrionalis tractus, quo nunc adeò longè, ac latè Tartari dominantur, utriusque Scythiæ nomine & situ cognoscebatur, & Nomades etiam dicebantur, qui ad Orientale Indorum mare spectabant, ut constat ex Strab. *lib.* 1. *&* 11. & Nicephor. Gregor. *lib.* 2. *histor. Rom.* Quousque Tartari, qui inter eosdem Scythas magis Orientales & Asiaticos, parvam quamdam regionem occupabant ultra Caspium mare, & intra Imaum montem, ex ea instar torrentis egressi, in Romanas Provincias irruentes, Asiam penè omnem, & partem Occidentis debellarunt, circa annum Christi 1220. ut latiùs refert Martin. Chromerus *de reb. Polonicis lib.* 7. Nicephor. Greg. *dict. lib.* 2. Leonic. Calcondil. *rerum Turcicar. lib.* 3. Genebrard. anno Domini 1222. Naucler. 2. *vol. generat.* 41. & Abraham Bozius *hist. Eccles. ann.* 1241.

Ideò † autem hunc cœli & terræ tractum, 67
quem nunc Tartari occupant, quemque *Borealem, Aquilonarem*, vel *Septemtrionalem* appellare potuit Abdias, tenebrarum regionem gerere dixit; quoniam tam antiqui Scriptores, quàm novi Septemtrionales plagas tenebras appellarunt, ut latè & optimè prosequitur Strab. *lib.* 1. *&* 10. ubi Homeri carmina citat, eumque totius Geographiæ parentem appellat, qui de Ithaca Ulyssis patria, & de quatuor mundi climatibus agens, sic decinit:

Hæc humilis jacet ad tenebras multum æquora supra,
Hæ ticuit Auroram spectant, Solisque nitorem,
Dextera rive adeant Auroram, & Solis ad ortum,
Sive petat illi lævam obscuramque tenebras,
Novimus haud Socii tenebræ loca, lucis & ortum,
Aut ubi Sol nitidus terræ succedit ad ima,
Aut ubi conscendit.

Ubi manifestè per tenebrarum loca, quæ Septemtrionalia sunt, intelligenda veniunt: Quo loquendi genere, non Poëtæ tantùm, sed alii etiam Historici, & probatæ fidei Auctores uti solent, † eò quòd multo per annum tempore in pluri- 68
mis Aquilonaribus regionibus Sol non appareat, & nedum noctu tenebræ sint, verum & interdiu

diu aër In modum crepusculi caliginosus, & quo unaquæque earum à cardinibus Septemtrionum propinquior, vel remotior existat, dies ac noctes breviore, vel longiore dimensione transigatur; prout in Riphæis, Arimaspis, Hiperboleis, Arimphæis, Attacis, Hibernicis, & aliis contingit. Quas ideò Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. *partem mundi* appellat *damnatam à natura rerum, & densa mersam caligine*, neque in alio quàm rigoris opere, gelidis Aquilonis conceptaculis. Et *lib.* 2. *cap.* 68. de extremis mundi axibus, sive verticibus loquens, quorum unus *Septemtrio* vocatur, & alter illi adversus *Austrinus*: *Perpetua*, inquit, *caligo utrobique, & alieno molliorum siderum aspectu, maligna, ac pruina tantùm albicans lux.* Et idem tradit Solinus *in Polyst. cap.* 12. Pompon. Mela *lib.* 3. *cap.* 2. *& seqq.* Cæsar *lib.* 5. *de bello Gallic.* Et de Suetia, Elsingia, Angermania, Noruegia, Scythia, Gothia, Moscovia, Livonia, Russia, Scandia, Engrovelandia, Andogitia, Novogrodia, Biarmia, Finmorchia, & aliis, quarum aliquæ unius diei, uniusque noctis inregrum annum habent, aliæ trium, quatuor, quinqueve mensium dies continuos, & totidem continuas noctes: Olaus Magnus *in histor. Septemtrion.* Magin. *tabul.* 24. *de Tartarorum imperio.* Anton. Bofin. *rer. Ungar. lib.* 1. Paul. Jov. *in Moscovia*: & Simon Majol. omninò videndus, *in diebus Canicul. tom.* 1. *vol. loq.* 17. *de proprietat. locorum, pag. mihi* 393. *& seqq.*

Quibus † adjicio Marc. Paul. Venetum qui 69
in suis relationibus, lib. 3. *cap.* 49. circa ultimam partem regni Tartarorum, se quamdam regionem invenisse tradit, quæ peculiari nomine *regio tenebrarum* dicebatur, à perpetua, quam ibi Sol habebat, obscuritate: & Paul. Jovius *ubi su-*
70 *prà*, † aliam regionem ultra Lapones esse scribit, inter Corum, & Aquilonem perpetua caligine oppressam, in qua Pygmæi reperiuntur.

Ut sic interim Cimmerios † populos silentio 71
præteream, qui ad Occidua Asiæ supra Albaniam positi, adeò tenebris, densisque caliginibus circumsepti esse dicuntur, ut alter alterum oculis vix conspicere queat; de quibus loquitur Herodot. *lib.* 4. Plin. *lib.* 6. *cap.* 6. Cicer. *lib.* 4. *Academ. quæst.* Ovid. *lib.* 11. *Metamorph.* ubi apud eos somni Dei regiam domum constituit: Erasm. *in adag. Cimeriæ tenebræ*: Fest. Pompejus, Ortelius, & Stephan. *verb. Cimerii*: Majol. *ubi suprà*, & eleganter Homer. *Odyss.* 11. sic inquiens:

Ast ille Oceani pervenit summa profunde,
Illic sunt populique, & mœnia Cimmeriorum;
Nubibus & cæca astridue caligine tecta:
Illos haud unquam radiis Sol aspicit ardens,
Nec quando astriferum curru petit arduus axem;
Nec rursum ad terras magno devectus Olympo,
Sed nox incumbit miseris mortalibus atra.

Et qui velit † mirandam historiam de quadam 72
alia Provincia nebulosa, quæ vocatur, *Hamsem*, & est etiam intra Asiæ fines, in regno Georgiorum, legat Haiton. *de Tartaris, cap.* 10. Ortel. *ubi suprà*: & Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *c.* 7. *pag.* 120.

Est autem adeò certum hanc ulteriorem, & Sinarum Indiam, de qua nunc loquimur, ex hoc latere, quo ad Septemtrionem vergit, vel ad re-

gionem tenebrarum, ut loquitur Abdias, esse ad modum Borealem, sive Septemtrionalem, ut à Borealissimis non multum distare videatur: Nam ingentes illi muri, quibus à Tartaris Sinæ disjunguntur, ad secundum, & quadragesimum versus Septemtrionem gradum elevati Poli pertingunt, ut auctor est Pater Trigault. *dict. lib.* 1. *expedit. ad Sinas, cap.* 2. Nec dissimiles hujus tractus hyemes cæterarum Aquilonarium regionum, rigidis brumis, & intolerabili frigore, ut ipse Pater *lib.* 4. *cap.* 4. *Sinenses omnes fluvii in Borealibus plagis sub ipsa hyemis initia, ita gelu concrescunt, ut navigilis pervadi minimè possint, at plaustris etiam fidum transitum præbeant, &c.*

CAPUT II.

De earumdem Indiarum Orientalium dignitate, & excellentiis; & an, & quatenus ab antiquis cognitæ, & lustratæ fuerint.

SUMMARIUM.

1 *Longo non sunt quibus nihildemi potest.*
2 *Supervacua dicere satius est, quàm omittere necessaria.*
3 *Indiarum Orientalium divitiæ, & excellentiæ, & Auctores qui de eis agunt.*
4 *Indiæ Orientalis felicitas, & plura in ea naturæ miracula ex Plinio, Isidoro, & aliis.*
5 *Paradisus voluptatis in Orientali India positus dicitur.*
6 *India Orientalis est terrarum principium, & dextera mundi manus.*
7 *India Orientalis monstra, quæ à Plinio, & aliis recententur, fabulosa sunt.*
8 *Auctores antiqui, qui de India Orientali scripserunt, in multis fallunt.*
9 *Indicas mulieres aprinos dentes habere, & centum viris parere, quidam referunt.*
10 *Indi Orientales longævi, & de quodam nostri temporis, qui 335. annos excessit.*
11 *Gigantes an hodie sint, vel olim fuerint in Orientali India, & in aliis regionibus, & plura de illis remissive.*
12 *Salomonis vigiles erant Gigantes, & hodie Regis Sinarum.*
13 *Gigantes nostra ætate reperti apud Canibales, & fretum Magellanicum.*
14 *Anthei proceritas excedebat texaginta cubitos.*
15 *Gigantes an vi magica nasci possint, Alphonsus Carranza S. C. eximius laudatur, ibid.*
16 *India Orientales olim cognitæ, & à quibus lustratæ, & num.* 29.
17 *Bacchus in Orientalem Indiam penetravit.*
18 *Hercules expeditio in Indiam Orientalem.*
19 *Alexander Magnus quousque Indiarum Orientalium pervenit.*
20 *Sesostris Ægyptiorum Rex ultra Gangem processit.*
21 *Sesostris superba monumenta, quæ in India reliquisse dicitur.*
22 *Sesostris crudelitas in Reges victos, & trophæa inverecunda.*
23 *Antiochus tentavit expeditionem in Indiam Orientalem.*
24 *Brachmanes Indorum Philosophi ex Judæis descendebant.*
25 *Indi Orientales Jerosolymis convenerunt in Pentecoste.*
26 *Indi Orientales Romam olim venerunt, & umbras suas mirabantur.*
27 *Indiarum Orientalium navigatio à quibus olim tentata.*
28 *Indi Orientales olim in Germania naufragio delati.*
29 *Antiqui cognoverunt Indiam Orientalem, Æthiopiam, & Trapobanam.*

30 *Apostoli, & præsertim D. Bartholomæus Indiam Orientalem prædicando lustrarunt.*

31 *D. Bartholomæus Evangelium Matthæi in Indiam tulit, & Indicem transtulit.*

32 *D. Thomas maximo in prædicatione Indiæ interioris progressus fecit, & illius Apostolus merito vocatur.*

33 *D. Thomas etiam apud Sinas, & Basilienses prædicavit.*

34 *Socrates, & Ruffinus convincuntur, dum tradunt, nullum ex Apostolis in India ulteriori prædicasse.*

35 *Parthia olim generale nomen erat, & universas ferè nationes Asiæ denotabat.*

36 *D. Thomæ prædicationis in Indiæ interiori multa vestigia nostris temporibus reperta.*

37 *D. Joannem in India Orientali prædicasse aliqui tradunt.*

38 *D. Thomæ corpus Maliapuræ inventum, & ejus miracula.*

39 *D. Thomæ miraculum insigne apud Indos.*

40 *D. Thomæ vaticinium de Lusitanorum adventu ad Indos Orientales, & num. 44.*

41 *Crucis Maliapuræ à D. Thoma erectæ miracula.*

42 *Lusitani D. Thomam Apostolum in India, ut patronum agnoscunt, & venerantur.*

43 *Christiani S. Thomæ in India quotes.*

ATque hæc quidem hactenus de vero & proprio Indiarum nomine, earumque situ,
1 & divisione: In quo † si quis forte me nimis longum sermonem texuisse succenseat, audiat precor Martialem dicentem:

Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis.

2 Et Plin. jun. *lib. 6. epist. 2.* † dum inquit: *At quædam supervacua dicuntur etiam, sed satius est, & hæc dici, quam non dici necessaria.*

3 Fuerunt autem ejusmodi Orientales † Indiæ, tam soli, quàm cœli ratione, & ob divitias, temperiem, ubertatem, gentium mores, ac portentosas varietates, oppidorum & urbium incredibilem multitudinem, & alia plura, quæ in se continebant naturæ miracula, omni semper seculo ab auctoribus commendata, ut constat ex Herodot. *lib.* 3. Ethesia Guidio *in lib. Indicorum*, apud Photium *in Biblioth. num.* 66. 67. 69. Diodor. Sicul. *lib.* 3. & 5. Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. & *lib.* 6. *cap.* 17. *lib.* 7. *cap.* 2. & *lib.* 37. *cap. ult.* Solin. *cap.* 55. Strab. *lib.* 15. Arriano, Quinto Curtio, *lib.* 8. Plutarch. *in vita Alexand. Magni*: Philostrat. *lib.* 3. *de vita Apolonii*: Pompon. Mela *lib.* 1. *cap.* 4. & *lib.* 3. *cap.* 7. D. Isidor. *lib.* 34. *Etymolog. cap.* 8. Agell. *lib.* 9. *noct. Attic. cap.* 4. Nicephor. *lib.* 9. *histor. cap.* 19. Paul. Oros. *lib.* 1. *cap.* 2. M. Paul. Veneto *in relat. Oriental. lib.* 3. Cœl. Rhodig. *lib.* 18. *lect. antiq. cap.* 31. Joan. Boëm. *de moribus gent. lib.* 2. *cap.* 8. Carol. Steph. & Joan. Funger. *in dictionar. verb. India*: Abraham. Ortel. *in Thesaur. Geograph. eodem verbo, & in Theatro magno, tab.* 94. ubi alios auctores, qui de eis scribunt, adducit. Quod & præstat Magin. *tab.* 32. Pined. *de reb. Salomon. lib.* 4. *cap.* 16. §. 9. *n.* 6. Maluend. omnino videnda. *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 21. & 22. & *de Paradiso, cap.* 52. Jacob. Pontan. *in* 1. *tertii progym.* 16. *pag.* 292. & *seq.* & de monstris agens Franc. Torreblanc. *lib.* 2. *de Magia, cap.* 33. & nos *infrà* plures ex novioribus adducemus.

Quæ omnia sigillatim prosequi, & illustrare supersedemus, quia res quidem sine exitu esset, si cuncta hujus felicissimæ regionis bona huc velut attexere, quam præ cæteris pulchritudine excellere, & omnibus, quæ ad vitam necessaria sunt, quæve ad delicias, atque opes spectant, eleganti sermone tradit Diod. *ubi suprà*, & † Plinius non minus eleganter, aliam illius cœli faciem esse, alios syderum ortus, binas messes in anno, binas æstates, mediam inter illas hyemem, lenes ibi auras, mare navigabile, gentes, & urbes innumerabiles, & arbores, atque homines eximiæ proceritatis, quorum aliqui centenos & ducenos annos absque ulla ægritudine degunt, & quina cubita longitudine excedunt: alii aversas habent plantas, & octonos digitos in singulis pedibus: alii canin's sunt capitibus, & pro voce latratum edunt: alii singulis cruribus, qui *Monosceli*, vel *Sciopodæ* dicuntur: alii sine cervice oculos in humeris habentes: alii narium loco tantùm foramina: alii sine ore, halitu tantùm viventes, & odore, quem natibus trahant: alii, qui se totos propriis auribus contegant: alii Pygmæi, qui cum gruibus bella gerunt, à quibus infestantur. 4

Sed præstat ut omnium vice, ac voce D. Isidor. sic loquentem audiamus: *India vocata ab Indo flumine, quo ex parte Occidentali clauditur: hæc à Meridiano porrecta, usque ad ortum Solis, & à Septemtrione, usque ad montem Caucasum pervenit, habens gentes multas, & oppida, Insulam quoque Trapobanam elephantis refertam, Chrysem & Argyrem auro, argentoque fœcundas: Tilem quoque arboribus foliis numquam carentem. Habet & fluvios Gangem & Indum & Hypasin illustrantes Indos. Terra Indiæ Favonii spiritu saluberrima, in anno bis metit fruges: vice hyemis Etesiis potitur. Gignit autem tinctii coloris homines elephantos ingentes, Monoceron bestiam, Psittacum avem, ebenum quoque lignum, & cinnamomum, & piper, & calamum aromaticum. Mittit & ebur, lapides quoque pretiosos, berillos, chrysoprasos, & adamantem, carbunculos, lychnites, margaritas, & unionis, quibus nobilium fœminarum ardet ambitio. Ibi sunt & montes aurei, quos adire propter Dracones, & Gryphas, & immensorum hominum monstra, impossibile est.*

Inter † quæ hujus Indiæ bona illud omittendum non est, quod judicio meo ad ejus maximam commendationem spectat, ibi scilicet Paradisum voluptatis à Deo positum fuisse, secundùm probabilem, & magis communem opinionem: Lactant. Firmian. *lib.* 2. *divin. Instit. cap.* 13. Isidor. *d. lib.* 14. *Etymol. cap.* 3. Nicephor. *d. lib.* 9. *histor. cap.* 19. Damasc. *lib.* 2. *cap.* 11. S. Thom. 1. *part. quæst.* 102. *art.* 1. & aliorum multorum Patrum, quam eruditè refert, & illustrat Maluend. *de Paradis. cap.* 51. Martin. Delr. *in adag. sacris, adag.* 789. *pag.* 379. & Ludov. Ballester. *in Hierologia, lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 101. quibus consentit S. Alcim. Avitus *lib.* 1. *de initio mundi*, dum ait: 5

Est locus Eoo mundi servatur in axe,
Secretis natura tuis ubi Solis ab ortu
Vicinos, nascens Aurora repercutit Indos.

Ad eamdem † quoque ejusdem Indiæ laudem pertinere videtur, quod eam terrarum principium, & universi Orbis manum dexteram esse, communiter Auctores testantur, ut patet ex Div. 6

Thom. *d. q.* 102. Aristot. *lib.* 2. *de cœlo, cap.* 15. Cœlio Rhodigin. *lib.* 1. *antiq. lect. cap.* 21. Chasan. *in Catalog. glor. mundi p.* 12. *consider.* 4. *ad finem, & consid.* 10. *fol.* 246. Maluend. *d. tract. de Paradiso, c.* 21. Optimè ut solet P. Joan. Pined. *in comment. in Job, c.* 23. *vers.* 9. & Jacob. Pontano, *dict. progymnas.* 16. *pag.* 292.

Licèt non ignorem, non omnia, quæ à Plinio, & aliis antiquis de hac India traduntur, certa esse,
7 † præsertim quæ de illis monstrosis hominibus produnt. Hodiernâ quippè experientiâ contrarium nostri comperiunt, qui illas oras diligenter quotidie perlustrant. Neque ipse Plinius adeò levis fuit, ut ea pro veris traderet: nam *lib.* 37. *capit. ult.* agnoscit multa, quæ de India scribuntur, fabulosa esse: & ea etiam irridet Strabo *lib.* 2.
8 *Geograph.* Et idem † generaliter de universis Indiæ Scriptoribus tradit Theatr. vitæ humanæ, *volum.* 6. *pag.* 1591. *col.* 1. *in fin.* quos, inquit, ut plurimum falsa locutos fuisse. Quale & illud vi-
9 deri potest, quod scribit Oderic. *lib.* 1. † Indicas scilicet mulieres aprorum more dentes prominentes habere, & compertas fuisse, centum vicibus peperisse, & alia admodum portentosa, quæ ex variis Auctoribus recolit Sim. Majol. *in dieb. Canicul.* 1. *tom. colloq.* 3. *pag.* 71.

10 Planè † quod de longa & propagata hominum Indicorum vita, Plinius, & alii recensent, ad soli & cœli temperiem referri possetsed raro quoque id hodie conspicitur, & portenti loco narratur hominem quemdam ibi è Gangaridum gente, quam *Benglam* vocant, annos trecentos & triginta quinque excessisse, cui aliquoties jam decciderant dentes, aliis continuo subnascentibus, & barba ubi prorsus incanuisset, in atrum dennò colorem, idque paulatim, semetipsa vertebat, ut latius ex Ferd. Castañeda *lib.* 8. & aliis Lusitanicis rerum Indicarum Scriptoribus commemorat Massejus *lib.* 11. *hist. Ind. pag.* 259. Petr. Damariz *de varia hist. Dialog.* 5. *c.* 1. *pag.* 322. Fr. Anton. de San-Roman. *in hist. Ind. Orient. lib.* 3. *c.* 18. Mart. Delr. qui rem istam aliis exemplis confirmat *lib.* 2. *disquisit. Magic. quæst.* 23. Maluenda *dict. tract. de Paradiso cap.* 52. *pag.* 164. & novissimè Anton. Vasconcel. *in Anacephal. Reg. Lusit. pagin.* 297.

11 Rursus † quod de Gigantibus ejusdem Indiæ tradunt, hodie falsum esse experimur: nam frequentius est, ut pusillo corpore sint, licèt negari non possit, in aliquibus Insulis Orientalibus, & Occidentalibus, & in aliis regionibus Gigantes olim fuisse, imò & hodie esse, licèt non ita communiter, eò quod mundus homines nunc staturâ breviores ubique educat, qui recens dum esset, & florente juventâ, maximos & proceros protulit, ut habetur apud Esdram *lib.* 4. *c.* 5. De quo articulo qui velit plura ad multa sacræ Paginæ, & prophanorum Auctorum testimonia intelligenda & comprobanda, legat omninò Theod. Oleastr. Perer. Delr. & alios *sup. Genes. c.* 6. Philon. *in lib. de Gigantibus*: D. August. *lib.* 15. *de civit. Dei c.* 9. & 23. & *ibi* Lud. Vives *in addit. D. Isidor. lib.* 11. *Etymol. c.* 3. D. Greg. *lib.* 7. *Moral. c.* 11. Joseph. *lib.* 1. *antiq. Judic. c.* 10. & *lib.* 5. *c.* 2. Summ. Tabien. post. D. Tom. *verb. Gigantes*: Funger. *in Etymol. sub. eodem verb.* Hieron. Magium *lib.* 1. *Miscellan. c.* 4. Just. Lips. *in Physiolog. Stoic. lib.* 3. *dissert.* 5. Gasp. Sanch. *sup. Ira. cap.* 26. *n.* 34. & *c.* 35. *n.* 37. Maluend. *de Paradiso c.* 57. Petr. Opmeer. *in oper. Chronograph. p.* 9. Pined. *in Job.* 2. *t. p.* 419. & *seqq.* & *de rebus gestis Salom. lib.* 5. *c.* 13. §. 13. *p.* 398. *n.* 26. † qui vigiles 12
& excubitores Salomonis Gigantes fuisse traditi; prout hodie esse dicit Regis Sinarum, ex relatione Patris Melchior. Nunesii *in literis de rebus Japonicis, & Sinarum ann.* 1555. & plura miranda exempla Gigantum omnium seculorum, recenset Bapt. Fulgos. *lib.* 1. *memorab. c.* 6. *de miraculis fol.* 25. & *seq.* Simon Majol. 1. *t. colloq.* 2. *p.* 47. & *seq. t.* 2. *colloq.* 1. *p.* 49. *vers. Fabulam de Gigantibus & t.* 3. *colloq.* 3. *p.* 547. & Antonius Pigaferta, † qui affirmat apud Canibales Armeniæ 13
visum à se Gigantem, qui supra nostrates homines à cingulo emineret. Et alios repertos fuisse tradit sub Polo Antarctico, ad fretum Magellanicum, & in aliis partibus nostrarum Indiarum Occidentalium, de quo nos peculiariter agemus *infrà c.* 10. *n.* 54. Videantur † etiam, quæ de mon- 14
strosa Anthæi proceritate sexaginta cubitos excedente refert Plutarch. *in Sertorio*: Strab. *lib.* 17. *Geograph. fol.* 170. Pompon. Mela *lib.* 3. *c.* 11. Joan. Brodæus *lib.* 1. *Epigram. Græc.* & novissimus Bern. Alderete *antiq. Hispan. lib.* 4. *c.* 3. *p.* 500. qui alia quoque notanda de Gigantibus tradit eodem *lib.* 4. *c.* 12. *p.* 552. & 553. & latissimè Theatrum vitæ humanæ *vol.* 2. *lib.* 2. *ex pag.* 274. *ad* 277. Fr. Joan. Torq. *in Monarch. Ind. lib.* 1. *cap.* 13. & Doct. Huert. *in annot. Plin. lib.* 7. *c.* 2. *fol.* 16. & *c.* 17. *fol.* 42.

Et an † vi magicâ Gigantes nasci possint, & 15
alia plura de eis doctè & diligenter, ut solet reliqua; tractat Mart. Delr. *lib.* 2. *disquis. Magic. quæst.* 15. *pag.* 86. & ejus transcriptor, sive Epitomator Franc. Torreblanc. meus olim Salmanticæ auditor *lib.* 2. *de Magia c.* 32. Et novissimè, cum jam hæc prælo committebamus, eruditissimus Alphons. Carranz. *in præclara disputatione de vera humani partus naturali, & legitimi designatione, c.* 17. *p.* 59. *ex n.* 50. *ad* 59. in qua nos quoque, licèt immeritos, honorificis interdum titulis, interdum censoris notis, & obelis prosequitur; quibus sanè respondere facilè esset, nisi magis modestiæ, quàm vanæ existimationis periculum vereremur: Maximè cum

Non ego vel primus patiar, vel talia solus.
Sæpè premit magnos ista ruina viros.

Hujusmodi verò † Orientales Indias jam olim 16
ab antiquis non tantum cognitas, sed & magna ex parte lustratas, apertè constat ex Auctoribus *suprà* relatis: Nam † de Baccho sive Libero Pa- 17
tre legimus, illuc cum exercitu commeasse, & gentes illas anteà agrestes & feras, in civilem & politicam vivendi formam reduxisse. Herculem quoque † Ægyptum, eamdem Indiam appellisse 18
ex Magasthene, & Plinio tradit Cœlius Rhodig. *lib.* 18. *antiq. lect. c.* 31. Et idem ab eisdem, & *in lib.* 1. *Machab. c.* 1. narratur † de Alexandri 19
Macedonis expeditione, qui magnam harum Indiarum partem peragravit, & subegit: & Plutarcho teste, nisi segnities & vecordia militum ejus conatus impedisset, non prius inde arma revocasset, quàm omnes illarum angulos penetrasset, & suo imperio subjecisset. Sesostris † quoque Ægy- 20

ptiorum Rex septima post Merim soboles, qui Salomone defuncto, Hierosolymam cepit, ut est 3. *Reg.* 14. Asiæ magnam partem, Thracas, ac Scythas devicit: & in his Indiis ultra Gangem processit, si credimus Diodor. Sicul. & Herod. *lib.* 11. & Tom. Bocio *de sig. Eccles. lib.* 23. *c.* 14. Qui re-
21 ferunt eum, † multos passim ibidem Cippos, suarum victoriarum monumenta reliquisse, in quibus hæc erat inscriptio: *Hanc ego regionem meis obtinui humeris*: Vel, *Hanc provinciam subegit Rex meus humeris*: Vel, *Hanc provinciam subegit Rex Regum, & Dominus Dominorum Sesostris*; sic enim se appellare faciebat, regnoque impotenti in-
22 solens, eò ferociæ, & superbiæ processit, † ut sorte ductos Reges, annis singulis ad currum jungeret, ut ea pompâ per omnium ora triumphans vectaretur ut ostendit Lucan. *lib.* 10. cum cecinit:

Venit ad Oceanum, nondique extrema Sesostris,
Qui Pharios currus Regum cervicibus egit.

Et si cum hostibus, qui magno certamine dimicassent, & præsenti animo restitissent, rem gessisset: ibi trophæum cum coleis, & virili membro erigebat: si verò remisso & languido animo, per ignaviam segniter victi, aut nullo negocio pulsi essent, contra eos, mulierum instar, depingebat, tamquam desides & ignavos, & ita in trophæum ponere consueverat, ut ex eodem Herod. *lib.* 2. & Diod. *lib.* 2. *c.* 1. tradit Alex. ab Alex. *dier. genial. lib.* 1. *cap.* 22. & *ibi* Tiraquel. *in addition.*

23 Antiochus † etiam si Polybio credimus, & alii Duces & Imperatores eamdem expeditionem tentarunt, sed parum in ea profecerunt, ut *in c. seq.* trademus.

24 Judæos † in eisdem Indiis colonias posuisse, quisnimò & Brachmanes Philosophos Indorum celebratissimos ex Hebræorum gentibus esse; & illorum sectam & disciplinam in multis rebus sequutos fuisse, ex Magesthene observat Georg. Venet. *in harmon. mundi, t.* 1. *cant.* 1. *c.* 1. Clearchus apud Joseph. *lib.* 1. *contra Apion. Gram.* & diligentissimus P. Mag. Fr. Joan. de la Puente Regius Chronista *de convenient. utriusque Monarch. lib.* 2. *c.* 17.

Et Oecumenius narrat. *lib.* 1. *Actor. Apostol.*
25 Indos, † Scythas Hierosolymis convenisse in die Pentecostes. Quod mirum videri non debet: nam
26 & † Romam petiisse tradit Plin. *lib.* 6. *c.* 22. adjiciens, quod *iis maximè mirum erat umbras suas in nostrum cœlum cadere, non in suum, Solemque à lævo oriri & in dexteram occidere, potius quàm è diverso.* Quod etiam de Arabibus prius eadem ratione Lucan. scripserat, *lib.* 3. *Pharsal.*

Ignotum vobis, Arabes, venistis in Orbem,
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.

Idem etiam Plinius *ibidem. & lib.* 2. *cap.* 67.
27 aliquas † Hannonis, & aliorum navigationes scribit, quibus videtur, non terra tantùm, verum & mari, commercium cum his regionibus institutum: Nam in sinu Arabico, res gerente Cajo Cæsare, Augusti filio, signa navium ex Hispaniensibus naufragiis cognita fuerunt: & Quinto Metello Celeri, C. Afranii in Consulatu Collegæ, sed tum Galliæ Proconsuli, Indi à Rege Suevorum dono
28 dati, † qui ex India commercii gratiâ navigantes, in Germaniam tempestatibus abrepti erant. Quæ Plinii loca recensens Joseph Acosta *lib.* 1. *de natur. novi orbis cap.* 11. & 19. & Fr. Greg. Garc. *lib.* 1. *de Indor. orig. c.* 2. §. 7. *pag.* 42. *c.* 4. §. 1. *pag.* 67. non amplius modo à Lusitanis pernavigari inquiunt, quàm illo utroque naufragio, & Indorum usque ad Germaniam & Hispaniensium usque ad Sinum Arabicum percursum est. Et idem de aliis ad easdem Indias navigationibus tradit Maluenda *de Antichristo, lib.* 3. *c.* 15. *pagin.* 143. & novissimè post hæc scripta Doct. Seraphinus Freitas *de justo Imperio Lusitano Asiatico, cap.* 3.

Et generaliter † antiquos notitiam Æthio-29
piæ, atque hujus Orientalis Indiæ & Aureæ Chersonesi habuisse, quamvis hæ provinciæ infra terminos Torridæ Zonæ consistant, pluribus probat Joan. Boter. *in relationibus universal.* 1. *p. vol.* 2. *lib.* 2. ubi inter alia citat illud Ovidii:

Quid tibi si calida prosit, laudêre Syenę,
Aut ubi Trapobanam Indica tingit aqua?

Apostolis † quoque curam fuisse in his adeo 30
latis, & vastis Indiarum Orientalium regionibus Christi Domini fidem, & Evangelium prædicare, D. Bartholomæus ostendit: de quo scribit Dionys. Areopagita *in lib. de Mystic. Theolog.* ad Indos profectum esse, illincque lato secum volumine Evangelii D. Matthæi Christum annuntiasse: & consentit Venantius Fortunatus *de gaudio vitæ æternæ*, dum canit:

Inde triumphantem fert India Bartholomæum,
Matthæum eximium Naddaver alta virum.

Quam Indiam Citeriorem fuisse *suprà capit. præced. n.* 52. pluribus comprobavi: Quibus † ad-31
dit D. Isidor. *in lib. de ortu, & obitu S. Patr. capit.* 75. Indis Evangelium D. Matthæi in vernaculum eorum sermonem vertisse. Et cum posteà circa annum Christi 178. Indi legatos misissent ad Demetrium Alexandriæ Episcopum postulandorum Doctorum gratiâ, & is Panthænum Philosophum demandasset; hic illud Evangelium à S. Bartholomæo transcriptum reperit, & in reditu Alexandriam detulit, ut inquit D. Hieron. *de Scrip. Eccles. in Panthæno, & in Epist.* 84. *ad Magnum* Genebrard. *in Satere, & in Victore*: & novissimè Fr. Joan. de la Puente *de convenient. utriusque Monarch. lib.* 2. *cap.* 28. §. 2.

Sed qui † majores in his Indiis Orientalibus 32
fecit progressus, præcipuè in illa, quam interiorem, sive ulteriorem vocari diximus, & propriè ejus Apostolus vocari meruit, fuit D. Thomas cognomento *Didymus*. Is enim provincias Parthiæ in Orbis terrarum Apostolica distributione sortitus, in has quoque interioris Indiæ regiones pervenit, & cum omnes ferè earum populos perlustrasset, & in christiana religione, cum mirabili fructu instituisset, tandem Regis jussu lanceis transfixus occubuit, ut testatur Martyrol. Roman. *die* 21. *Decembr.* ubi latè Baron. *in notis.* Idem Baron. *anno Christi* 44. *num.* 35. Gregor. Nazianz. *in oration. ad Arrian.* Greg. Papa *homil.* 17. *in Evang.* Isidor. *ubi suprà, cap.* 76. & Niceph. *lib.* 2. *histor. Eccles. cap.* 40. ubi ait, quod eum viderunt, & audierunt quicumque in extrema Orientis ora ad ultimum Oceanum co-

lunt

lunt; & idem affirmat Hoyton. Armen. *in hist. Tartarorum, cap.* 6. Eoque producit Maluend.
33 *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 10. † ut ad Sinas usque penetrasse contendat, sicuti Maffæjus quoque affirmare videtur, *lib.* 1. *hist. Ind. pag.* 45. & *lib.* 6. *p.* 142. Pet. Jartic. *in Thes. rer. Indic. lib.* 2. *cap.* 17. & P. Nicol. Trigault. *de christiana expedit. ad Sinas, lib.* 1. *c.* 1. *in fin.* Seraph. Freit. *ubi sup. c.* 4.

Nec desunt, qui scribant inter Brasilienses etiam aliquo tempore fuisse, & prædicasse, ut ex relatione Emman. Nobrigæ advertit Thom. Boc. *lib.* 4. *de sign. Eccles. Dei, cap.* 3. *pag.* 132. & *lib.* 5. *cap.* 12. *pag.* 207. & Maluend. *dict. lib.* 3.
34 *cap.* 25. *ad fin.* † Quo fit, ut parum auctoritati Socratis deferre debeamus, dum nullam Evangelii lucem usque ad tempora Constantini Interiori Indiæ illatam affirmat, *lib.* 1. *hist. Eccles, cap.* 15. sic inquiens: *Cum Apostoli sortitò iter ad gentes suscepissent, Thomas Parthiam, in qua munere Apostolico perfungeretur, obtinuit: Matthæus Æthiopiam, Bartholomæus Indiam, quæ huic finitima est, sortitione cepit: India aut in interior, quam permultæ gentes barbaræ accolunt, linguis inter ipsas discrepantes, non ante tempora Constantini verbo Christi, & ejus religione illustrata est.* Et idem tradit Ruffin. *lib.* 1. *contin. hist. Eccles. Euseb. cap.* 9. his verbis: *In illa divisione Orbis terræ, quæ ad prædicandum verbum Dei, sorte per Apostolos celebrata est, cum aliæ aliis provinciæ obvenissent, Thomæ Parthia, & Matthæo Æthiopia, eique adhærens Citerior India Bartholomæo dicitur sorte decreta. Inter quam, Parthiamque media, sed longo interior tractu, India Ulterior jacet, multis, variisque linguis & gentibus habitata, quam velut longè remotam nullus Apostolicæ prædicationis vomer impresserat.* Etenim certius longè est D. Thomam in hanc quoque Indiam penetrasse, ut cæteri auctores *suprà* relati testantur; & Socrates, & Ruffin. absolutam ejus excursionem, & prædicationem ignorarunt, sortitionem nimirum solam inter Apostolos factam agnoscentes, & attendentes. Quamvis & hanc D. Thom. trans-
35 gressus non videatur, † quoniam Parthia eo tempore generale nomen erat, & universas ferè Asiæ nationes comprehendebat, ut ostendit Plin. *lib.* 6. *c.* 26. Solin. *in Polystor. c.* 59. & Paul. Oros. *lib.* 1. *cap.* 2. sic inquiens: *A flumine Indo, quod est ab Oriente usque ad flumen Tigrim, quod est ad Occasum, regiones sunt istæ*: Arachosia, Parthia Asyria, Persis, & Media, *situ terrarum montoso & aspero. Hæ à Septemtrione habent montem Caucasum, à Meridie mare Rubrum & Sinum Persicum: in medio autem qui flumina præcipua Hidaspem, & Arabim. In his sunt gentes* 32. *Sed generaliter* Parthia *dicitur, &c.*

Et utcumque olim hæc D. Thomæ in Interiori
36 India prædicatio in dubio esse posset, † hodie tamen extra omnem controversiam posita est, cum plurimi & gravissimi viri, qui eas regiones nostris temporibus peragrarunt, & alii, qui eorum scripta, & epistolas recolunt, passim testentur extare in illis multa & aperta hujus sancti Apostoli, & fidei, quam propagavit, vestigia, & præcipuè templa ab eo ædificata cruces, & imagines sculptas, & Christianos, qui ejus nomen retinentes S. Thomæ vocantur, ut constabit ex Josepho Indo, *in sua navigatione, pag.* 142. Petr. Alvar. *in suis relat. pag.* 132. Ludov. Vartoman. *lib.* 6. *cap.* 1. 2. & 14. Hieronym. Osor. *lib.* 3. & 4. *de rebus gest. Emmanuel.* Alan. Cop. *Dialog.* 3. *cap.* 19. *pag.* 438. ubi alios affirmare tradit, etiam † D. Joann. Evan-37
gelistam apud eosdem Orientales Indos prædicasse. Maff. *d. lib.* 1. *p.* 45. & *seq. lib.* 8. *pag.* 191. & *lib.* 12. *ad fin.* & alibi sæpè, Fr. Ant. de S. Roman *in hist. Ind. Orient. lib.* 1. *cap.* 13. & *lib.* 2. *cap.* 31. & *lib.* 3. *cap.* 30. Illes. *in hist. Pont.* 1. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 22. §. 1. & 3. *p. lib.* 2. *ex pag.* 159. Bot. *in relation. universal.* 1. *part. lib.* 6. Maluend. *dict. lib.* 3. *de Antichristo, cap.* 7. & 10. Pined. *in Monarch. lib.* 1. *cap.* 41. Fr. Joann. de la Puente *in dict. convenientia utriusque Monarch. lib.* 2. *c.* 29. §. 2. & latissimè Jartic. *d. lib.* 2. *cap.* 17. & 18. & Joan. Lucen. *in vita S. P. Xaverii, lib.* 1. & Freitas, *ubi supr. d. cap.* 4.

Qui etiam tradunt, † qualiter à Lusitanis in 38
ruinis antiquæ urbis insulæ Maliapuræ, venerandum hujus Sancti cadaver inventum fuerit, & eidem insulæ ipsius nomen in posterum dederit, licèt Martyrologium Romanum, & alii auctores Calaminæ mactatum perhibeant, ac sacrum deinde corpus ad urbem Edessam Mesopotamiæ à Christianis translatum. Sed verius est Maliapuræ, aut integrum, aut majorem illius partem repositam fuisse: nam id semper indigenæ affirmarunt, & propter innumera, quæ ibi edebat, miracula, eximiè locus ille ab omnibus licèt infidelibus colebatur, ut Joseph. Ind. Petr. Alvar. & alii *in prædictis relationibus tradunt*, & M. Paul. Venet. *lib.* 3. *de Oriental. region. cap.* 27.

Neque est omittendum † quòd Maff. Jartic. 39
& alii subjungunt, in eadem nempe urbe sacram ædem extruere aggresum Apostolum, cùm à Dæmonum sacrificulis, & à Sagamo Rege prohiberetur, rem interim insignem accidisse, ad Christi virtutem, & fidem Evangelii comprobandam. Insulitatæ quippè magnitudinis truncum, ut fit, in litus ejecerat mare, quod eo tempore leucas fere decem ab urbe distabat. Eam Rex materiam cum in usum ædificii cujusdam vehementer expeteret, robusti primum homines incassum funibus, ergastisque amovere conatis deinde adhibiti complures elephanti, cum toto connixi imperu nihil omninò proficerent, Apostolus Regi conditionem tulisse fertur, si truncum illum sibi ad templum vero Deo ædificandum daret, nullis machinis, nullo mortalium adjutore, sese protinus ad urbem attracturum. Cum Rex, insanire videlicet hominem ratus, per ludibrium annuisset, tunc D. Thomas zonâ, qua erat præcinctus, ad prominentem è caudice ramusculum annexa, signo tantùm facto Crucis, immanem stipitem facili ductu sequentem, universa ad spectaculum effussâ civitate, in ipso pomœrio statuit: ibidemque defixâ lapideâ Cruce, † varicinatus est; cùm ad eum 40
lapidem usque pertingeret pelagus, tunc divino jussu è remotissimis terris candidos homines ad eadem, quæ ipse intrulisset, sacra instauranda venturos. Neque fefellit prædictio; siquidem sub Lusitanorum appulsum, occultis tot annorum accessibus locus Oceano demum allui cœptus, & lapidea † illa crux, sive alia marmori insculpta, ad 41
quam posteà genuflexus Apostolus interfectus fuit, anno 1548. ab eisdem Lusitanis reperta est; quæ exinde, singulis propemodum annis, die vige-

gesimâ primâ Decembris, eidem Sancto dicatâ, splendescit, ac liquorem fundit, perinde ac si oleo delibuta fuisset, & mox multas sanguinis guttas stillat, eo ipso tempore, quo á Sacerdote Missam celebrante, Evangelium recitatur. Quo miraculo adducti innumeri Indorum Orientalium, quotannis ad Christi fidem convolare dicuntur, ut præter auctores *suprà* relatos refert Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei, lib. 2. cap. 11. pag.* 81. Maluend. *dict. lib. 3. de Antichrist. c. 12. pag.* 136. & 137. Pet. Damariz Lusitan. *in Dialog. 5. de var. histor. pag.* 328. Horat. Tursellin. *lib. 1. de vita S. Pat. Xaverii, cap.* 16. Jacob. Gretsct. *lib. 2. de Cruce, cap. 2.* Jacob. Gualter. *in Chronographia. pag.* 743. & Fr. Joan. de la Puente *in d. Convent. utr. Mar. lib. 2. cap. 29. §. 2. in fin. pag.* 294. Et quod,
42 † Lusitani propter hæc miracula D. Thomam in India Patronum elegerint, illumque jussu Regis in prælliis simul cum D. Jacobo invocare soleant, auctor est Maff. *lib.* 13. *pag.* 326. Maluend. *ubi suprà, cap. 7. & seq.* Jarric. *d. lib. 2. cap. 17. & 18.* Freit. *de Imper. Asiat. cap.* 18. *num.* 10. ubi alia congerunt de hujus sanctissimi Apostoli in hac
43 India prædicatione, & † de variis Christianorum populis, qui ibi etiam hodie fidem ab illo annuntiatam retinent, licèt multis erroribus obscuratam.

44 Sed † audiamus elegantem quemdam nostri temporis Poetam illud D. Thomæ oraculum his carminibus resonantem.

Pone modum lacrymis, nec tempora faustæ doloris
Obducant nubes, Atiæ dum Regna micanti,
Lysiadum splendore, novum territa decorem,
Auroræ primos obscurant liminis ortus,
Quæ mihi consilio Superûm sunt dedita curæ,
Quæ mihi consilio Superûm fore dominanda potenti
Regna Asiæ tradam, sceptro dominanda potenti
Emmanuelis, amat ribi fulsit India nomen
Lysiacum: situra citò victricibus armis
Alphonsum dantem Mahometi in Tartara Regnum,
Quo pietas, & casta Fides in pristina surgant.

CAPUT III.

De eisdem Indiis Orientalibus, & fœlicissimis Lusitanorum in illis inquirendis, subigendis, & Christi Fide illustrandis expeditionibus.

SUMMARIUM.

1 *Indiæ Orientales non satis antiquis cognitæ.*
2 *Marcus Paulus Venetus totum pene Orbem lustravit.*
3 *Mahometani quando primùm ad Indiam Orientalem accesserint.*
4 *Lusitani magis quàm reliqui Orientalem Indiam perlustrarunt.*
5 *Lusitanorum laudes ob navigationem, & acquisitionem Indiæ Orientalis.*
6 *Herculis & Alexandri expeditiones in Indiam Orientalem.*
7 *Semiramis Indicum bellum fruſtrà tentavit.*
8 *Sesostris Ægypti, & Tharco Æthiopiæ Rex numquam Indiam viderunt.*
9 *Nabocrodosorus, Idantyrsus, & Cyrus ad Indiam Orientalem non pervenerunt.*
10 *Trajanus habuit in votis expeditionem in Indiam.*
11 *Adrianus Imperator ad Euphratem tantùm pervenit.*
12 *Æmiliani expeditio in Indiam Orientalem parum profícua.*
13 *Cæsarion filius Cæsaris, & Cleopatræ in Indiam missus.*
14 *Indi Orientales numquam bellum aliis moverunt, & raro susceperunt.*
15 *Lusitanorum navigationis in Indiam Orientalem initia.*
16 *Henricus Portugalliæ Infans plures insulas adinvenit.*
17 *Terceræ insulæ quando detectæ.*
18 *Maderæ insulæ detectio, & magnitudo.*
19 *Insulæ de Arguin, & de Caboverde, repertæ.*
20 *Insulæ de Caboverde an eædem, ac Fortunatæ.*
21 *Henricus Infans insulas à se detectas & detegendas Lusitanis Regibus donavit.*
22 *Romani Pontifices qualiter concesserint Lusitaniæ Regibus exquisitionem, & acquisitionem Orientalium Indiarum.*
23 *Alphonsus Lusitaniæ Rex quid in Africæ, & Indiæ conquisitione præstiterit.*
24 *Insulæ de Fernan Po, anni boni, sancti Thomæ, & aliæ quando repertæ.*
25 *Joannes II. Rex Lusitaniæ multum profecit in navigationibus Indiæ Orientalis.*
26 *Promontorium Gnaniæ quando superatum, & cur Tormentosum, & Bonæ Spei dictum.*
27 *Joannes II. Lusitaniæ Rex mittit exploratores navigationis in Indiam.*
28 *Joannes II. Rex Lusitaniæ mittit legatos in Indiam ad quærendum Presti-Janem.*
29 *Emmanuel Rex Lusitaniæ plures classes in Indiam Orientalem mittit.*
30 *Vasci Gamæ Lusitani felicissimæ navigationes & expeditiones in Indiam.*
31 *Petrus Alvarez Capralis ingentem classem in Indiam ducit.*
32 *Brasilia Provincia qualiter à Caprali detecta, & Sanctæ Crucis dicta.*
33 *Malabaricum bellum cum Calecut Regulo cur cœptum.*
34 *Francisci Almeidæ, & Alphonsi Albulquercii egregia facinora.*
35 *Goa urbs Imperii Lusitanici in Oriente sedes quando capta.*
36 *Insula S. Laurentii quando reperta.*
37 *Malaca urbs, & ejus expugnatio.*
38 *Sumatra insula, & an eadem, quæ Trapobana, vel Aurea Chersonesus.*
39 *Zeilan insula detegitur, & ejus ubertas, & an sit Trapobana.*
40 *Paradisus Terrenalis creditur fuisse in insula Zeilan.*
41 *Molucæ insulæ quales, & quando repertæ.*
42 *Sinarum latissimum, & ditissimum regnum, & quando à Lusitanis lustratum.*
43 *Abyssinorum Regis ad Pontificem Romanum, & Lusitaniæ Regem legatio.*
44 *Æthiopiæ Africanæ partem antiquis incognitam, habitat Abyssinorum Imperator vulgo dictus Presbyter Joannes, id est, Preste Juan.*
45 *Insularum, Japoniæ, Lequii, Bornei, Javarum, & Philippinarum detectio, & magnitudo.*
46 *Ormucii Regnum in confinibus Persiæ à Lusitanis captum, & ejus emporii celebritas.*
47 *Auctores plurimi recententur, qui de rebus, & historiis Indiæ Orientalis scripserunt.*
48 *Emmanuel Rex Lusitanorum scripsit historiam Occidentalium.*
49 *Abyssinorum de rebus qui scribunt.*
50 *Lusitanorum virtus, & constantia in navigationibus, & expeditionibus Indiæ Orientalis à multis extollitur.*
51 *Lusitani Reges Indiæ Orientalis opes, & commercia in se transtulerunt.*
52 *Indiæ Orientalis commercium, & negotiatio semper fuit quæstuosa.*
53 *Indiæ Orientalis divitiæ admirabiles.*
54 *Lusitaniæ Reges quibus titulis usi sunt post Indiæ Orientalis acquisitionem.*
55 *Emmanuel Rex globum sphæricum suis insignibus addidit.*
56 *Lusitaniæ Reges cur à Deo titulis Orientalis Indiæ ornari meruerint.*
57 *Lusitaniæ Reges primam curam expeditionum Indiæ in propagatione Evangelii collocarunt.*
58 *B. Francisci Xaverii in convertendis Orientalibus Indis labores & in vita, & post mortem miracula, & quàm justè fuerit in numerum Divorum relatus.*
59 *B. Ignatii à Loyola eximius zelus conversionis Indorum Orientalium, & piissimæ literæ, quas super hoc ad Abyssinorum Regem scripsit.*
60 *Emmanuelis Lusitaniæ Regis cura conversionis Indorum, & pia legatio ad Leonem X. Pont. Max.*
61 *Joannis III. Lusitaniæ Regis elegantissima & piissima epistola ad ejus in India Orientali Prorogem.*
62 *Lusitanorum gloria & triumphus, ob detectam & subjugatam Indiam Orientalem, cæteris omnibus venustissimis celebratur.*

FUit quidem, ut vidimus, antiquoribus, seculis aliqua Orientalium Indiarum cognitio, confusa tamen illa, & multis fabulis, &
1 erroribus involuta. † Et sanè postea magis inobscuro esse cœperunt, & ferè extra commercium, imò & notitiam cæterarum Europæ nationum extiterunt, propter navigationis ignorantiam, itinerum terrestrium difficultatem, & propter pericula, quæ ex tot diversarum sectarum hostibus imminebant. Adeò, ut vix fidem mereu-
2 rit † Marcus Paulus, natione Venetus, qui cum ex anno ab Incarnatione Domini 1269. totam penè Asiam, Africæque, & Europæ magnam partem ausus fuisset lustrare, & circumnavigare, in patriam tandem reversus, earum omnium regionum, quas adiverat, & præcipuè istarum Orientalium relationes scripsit. Quem meritò hac de causa laudat Tom. Boc. Eugubin. *lib. 6. de sign. Eccles. Dei, cap. 6. pag.* 236. & *lib. 8. cap. 1.*
3 *pag.* 291. † Post hunc Mahometani aliqui, ante 240. annum, ex Provinciis confinibus paulatim in plures hujus Orientales Indiæ oras appulerunt, & per vim compulsis ad montana incolis, maritimam planitiem, & loca maximè opportuna commertiis occuparunt: & quod pejus fuit, suæ Sectæ pestem invexerunt, ut refert Maff. *lib.* 4. *hist. Indic. pag.* 96.

Sed nulli unquam mortalium majores in hoc
4 progressus fecerunt, † quam præclarissimi, & invictissimi Lusitani. Hi enim patrum nostrorum memoria Indicam navigationem tentantes, nullis sumptibus parcentes, nullisque laboribus, difficultatibus, aut periculis territi, incredibili virtute & constantia eò usque processerunt, ut extima, & intima totius Orientis sedulo penetrarent, & non tantum vastas, & immensas illius Provincias lustravetint, verùm & Christi fidem docuerint, atque earum plures, à Saracenis possessas, suæ dictioni & imperio subjecerint.

5 Quotum † laudes multis verborum encomiis prosequitur Thom. Boc. *ubi suprà, & lib. 21. cap. 2. pag.* 372. & *seqq.* ubi eventa felicia prosapiæ Regum Lusitanicorum commemorans, eorum navigationes ultra ducentos gradus progressas considerat, & nullam unquam gentem fuisse, quæ navali peritiâ Lusitanos excesserint, aut tam diuturnas, & opulentas navigationes aperuisse legatur, commerciaque induxisset inter tot, ac tam barbaras, efferatasque gentes, ita maximè facientia ad humani generis societatem devinciendam, ut jam ridicula videri possint, quæ de Tyriis, & Carthaginensibus rei nauticæ peritissimis ab antiquis jactabantur, & quæ somniando de Baccho, Hercule, & his similibus fabulæ prodiderunt. Idem latè & elegantèr memorat & extollit Paul. Jovius *lib. 12. histor.* qui antèà *lib. 4.* paucis multa perstringens, sic scripserat.

Indici maris emporia nobis Lusitanica classis aperuit, cum ab Atlantico Oceano ultimum Æthiopiæ promontorium, ingenti ope, unde ei nomen, insitatoque ausu prætervecta, ultra Arabicum, Persicum, & Gangeticum vastissimos sinus, ad Aurean usque Chersonesum, extremaque Sinarum litora coemendis aromatibus negotiationem extenderet. Et Joan. Voerthusin. *lib. 5. Phœnicis Augustæ fol. 21.* dum inquit: *Lusitani autem longum ab Afris Numidisque provecti, ad Nili fontes, & Rubrum adusque mare progressi sunt: & hinc Gangi, illinc Euphrati, Deo, ut par est credere, auctore, & ipso invitante cœlo, magnâ se tum nominis, tum famæ gloria interserunt. O Reges digni omnium favore, dignos Antipodum, & adversi quaquà patet Orbis imperio.*

Et reverâ mirabilis & inusitata hæc navigatio, & tanti Orbis subjugatio appellari potest: Nam longo intervallo Indicas Herculis, † Alexandri, 6
& aliorum expeditiones excessit, quos scimus, quam parum in illis profecerint.

Semiramis † quoque, quæ bis hoc bellum ten- 7
tavit, semel ad Indum fluvium, iterum paulo interius: priùs victrix, sed deindè victa recedere coacta est, ut ex Magasthene recensuit Strabo, & Diodor. Sicul. *lib. 3.* & Ludovic. Vives *in annot. ad D. Aug. lib. 18. de vivit. Dei, cap. 2.* ubi subjungit, † Sesostrim Ægypti Regem, & Thar- 8
conem Æthiopiæ, licèt usque ad Europam, & Herculis columnas pervenerint, numquam tamen Indiam vidisse. Neque Nabocrodosorum, † quem 9
Chaldæi Herculi quoque præferunt. Idantyrsum vero, licèt Ægyptum sit ingressus, ad Indos tamen non venisse constat: & Cyrum Massagetas solum armis sollicitasse, Indis intactis. Trajanum etiam † legimus eamdem expeditionem in votis 10
habuisse, jactasseque se, ultra quam Alexander penetrasset, in India progressurum, quod & Senatui per epistolam significavit, ut refert Dio, & Cuspinian. *in ejus vita*: & Eutrop. *lib. 8. histor. Roman.* sed certum est, ad regiones tantùm, quæ citra Tigrim sunt, pervenisse, † Adrianum ad 11
Euphratem: quamvis hi duo longiores Romanæ Monarchiæ terminos in his partibus collocaverint, ut optimè *in eorum vitis* Sueton. Dion. Casius, Petr. Mexia, & alii Scriptores observant. † Neque magis profecit Æmilianus Impe- 12
rii tyrannus, qui, ut Trebellius Pollio auctor est, in Ægypto agens, aliam contra eosdem Indos expeditionem paravit: Aut † Cæsarion filius Julii 13
Cæsaris & Cleopatræ, quem teste Plutarcho in Antonio, cum magna pecuniæ summa miserat mater per Æthiopiam in Indiam: Atque † hoc 14
est, quod ex Strabone *lib. 15.* tradit & affirmat Cœl. Rhodigin. *lib. 18. antiq. lect. cap. 31.* ab Indis nusquam foras missum exercitum, & exteras gentes bello appetitas, ne quid parum justi committerent: neque extrinsecus etiam adversus eos bellum ingruisse, exceptâ Herculis, Bacchi, & Alexandri expeditione.

Hujus † Lusitanicæ navigationis prima funda- 15
menta Joannes Portugalliæ Rex, eo nomine primus jecisse videtur: nam anno 1383. maximam classem instruxit, quâ Septam, urbem Mauritaniæ munitissimam, in ora maritima Gaditani freti sitam, expugnavit; & inde fuit oblata occasio Lusitanis, qui in illius urbis præsidio constituti fuerant, armis latius evagandi.

Hea-

gesimâ primâ Decembris, eidem Sancto dicatâ, splendescit, ac liquorem fundit, perinde ac si oleo delibuta fuisset, & mox multas sanguinis guttas stillat, eo ipso tempore, quo á Sacerdote Missam celebrante, Evangelium recitatur. Quo miraculo adducti innumeri Indorum Orientalium, quotannis ad Christi fidem convolare dicuntur, ut præter auctores *suprà* relatos refert Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei, lib. 2. cap. 11. pag.* 81. Maluend. *dict. lib. 3. de Antichrist. c. 12. pag.* 136. & 137. Pet. Damariz Lusitan. *in Dialog. 5. de var. histor. pag.* 328. Horat. Tursellin. *lib. 1. de vita S. Pat. Xaverii, cap.* 16. Jacob. Gretsct. *lib. 2. de Cruce, cap. 2.* Jacob. Gualter. *in Chronographia. pag.* 743. & Fr. Joan. de la Puente *in d. Convent. utr. Mar. lib. 2. cap. 29. §. 2. in fin. pag.* 294. Et quod,
42 † Lusitani propter hæc miracula D. Thomam in India Patronum elegerint, illumque jussu Regis in prælliis simul cum D. Jacobo invocare soleant, auctor est Maff. *lib.* 13. *pag.* 326. Maluend. *ubi suprà, cap. 7. & seq.* Jarric. *d. lib. 2. cap. 17. & 18.* Freit. *de Imper. Asiat. cap.* 18. *num.* 10. ubi alia congerunt de hujus sanctissimi Apostoli in hac
43 India prædicatione, & † de variis Christianorum populis, qui ibi etiam hodie fidem ab illo annuntiatam retinent, licèt multis erroribus obscuratam.

44 Sed † audiamus elegantem quemdam nostri temporis Poetam illud D. Thomæ oraculum his carminibus resonantem.

Pone modum lacrymis, nec tempora faustæ doloris
Obducant nubes, Atiæ dum Regna micanti,
Lysiadum splendore, novum territa decorem,
Auroræ primos obscurant liminis ortus,
Quæ mihi consilio Superûm sunt dedita curæ,
Quæ mihi consilio Superûm fore dominanda potenti
Regna Asiæ tradam, sceptro dominanda potenti
Emmanuelis, amat ribi fulsit India nomen
Lysiacum: situra citò victricibus armis
Alphonsum dantem Mahometi in Tartara Regnum,
Quo pietas, & casta Fides in pristina surgant.

CAPUT III.

De eisdem Indiis Orientalibus, & fœlicissimis Lusitanorum in illis inquirendis, subigendis, & Christi Fide illustrandis expeditionibus.

SUMMARIUM.

1 *Indiæ Orientales non satis antiquis cognitæ.*
2 *Marcus Paulus Venetus totum pene Orbem lustravit.*
3 *Mahometani quando primùm ad Indiam Orientalem accesserint.*
4 *Lusitani magis quàm reliqui Orientalem Indiam perlustrarunt.*
5 *Lusitanorum laudes ob navigationem, & acquisitionem Indiæ Orientalis.*
6 *Herculis & Alexandri expeditiones in Indiam Orientalem.*
7 *Semiramis Indicum bellum fruſtrà tentavit.*
8 *Sesostris Ægypti, & Tharco Æthiopiæ Rex numquam Indiam viderunt.*
9 *Nabocrodosorus, Idantyrsus, & Cyrus ad Indiam Orientalem non pervenerunt.*
10 *Trajanus habuit in votis expeditionem in Indiam.*
11 *Adrianus Imperator ad Euphratem tantùm pervenit.*
12 *Æmiliani expeditio in Indiam Orientalem parum profícua.*
13 *Cæsarion filius Cæsaris, & Cleopatræ in Indiam missus.*
14 *Indi Orientales numquam bellum aliis moverunt, & raro susceperunt.*
15 *Lusitanorum navigationis in Indiam Orientalem initia.*
16 *Henricus Portugalliæ Infans plures insulas adinvenit.*
17 *Terceræ insulæ quando detectæ.*
18 *Maderæ insulæ detectio, & magnitudo.*
19 *Insulæ de Arguin, & de Caboverde, repertæ.*
20 *Insulæ de Caboverde an eædem, ac Fortunatæ.*
21 *Henricus Infans insulas à se detectas & detegendas Lusitanis Regibus donavit.*
22 *Romani Pontifices qualiter concesserint Lusitaniæ Regibus exquisitionem, & acquisitionem Orientalium Indiarum.*
23 *Alphonsus Lusitaniæ Rex quid in Africæ, & Indiæ conquisitione præstiterit.*
24 *Insulæ de Fernan Po, anni boni, sancti Thomæ, & aliæ quando repertæ.*
25 *Joannes II. Rex Lusitaniæ multum profecit in navigationibus Indiæ Orientalis.*
26 *Promontorium Gnaniæ quando superatum, & cur Tormentosum, & Bonæ Spei dictum.*
27 *Joannes II. Lusitaniæ Rex mittit exploratores navigationis in Indiam.*
28 *Joannes II. Rex Lusitaniæ mittit legatos in Indiam ad quærendum Presti-Janem.*
29 *Emmanuel Rex Lusitaniæ plures classes in Indiam Orientalem mittit.*
30 *Vasci Gamæ Lusitani felicissimæ navigationes & expeditiones in Indiam.*
31 *Petrus Alvarez Capralis ingentem classem in Indiam ducit.*
32 *Brasilia Provincia qualiter à Caprali detecta, & Sanctæ Crucis dicta.*
33 *Malabaricum bellum cum Calecut Regulo cur cœptum.*
34 *Francisci Almeidæ, & Alphonsi Albulquercii egregia facinora.*
35 *Goa urbs Imperii Lusitanici in Oriente sedes quando capta.*
36 *Insula S. Laurentii quando reperta.*
37 *Malaca urbs, & ejus expugnatio.*
38 *Sumatra insula, & an eadem, quæ Trapobana, vel Aurea Chersonesus.*
39 *Zeilan insula detegitur, & ejus ubertas, & an sit Trapobana.*
40 *Paradisus Terrenalis creditur fuisse in insula Zeilan.*
41 *Molucæ insulæ quales, & quando repertæ.*
42 *Sinarum latissimum, & ditissimum regnum, & quando à Lusitanis lustratum.*
43 *Abyssinorum Regis ad Pontificem Romanum, & Lusitaniæ Regem legatio.*
44 *Æthiopiæ Africanæ partem antiquis incognitam, habitat Abyssinorum Imperator vulgo dictus Presbyter Joannes, id est, Preste Juan.*
45 *Insularum, Japoniæ, Lequii, Bornei, Javarum, & Philippinarum detectio, & magnitudo.*
46 *Ormucii Regnum in confinibus Persiæ à Lusitanis captum, & ejus emporii celebritas.*
47 *Auctores plurimi recententur, qui de rebus, & historiis Indiæ Orientalis scripserunt.*
48 *Emmanuel Rex Lusitanorum scripsit historiam Occidentalium.*
49 *Abyssinorum de rebus qui scribunt.*
50 *Lusitanorum virtus, & constantia in navigationibus, & expeditionibus Indiæ Orientalis à multis extollitur.*
51 *Lusitani Reges Indiæ Orientalis opes, & commercia in se transtulerunt.*
52 *Indiæ Orientalis commercium, & negotiatio semper fuit quæstuosa.*
53 *Indiæ Orientalis divitiæ admirabiles.*
54 *Lusitaniæ Reges quibus titulis usi sunt post Indiæ Orientalis acquisitionem.*
55 *Emmanuel Rex globum sphæricum suis insignibus addidit.*
56 *Lusitaniæ Reges cur à Deo titulis Orientalis Indiæ ornari meruerint.*
57 *Lusitaniæ Reges primam curam expeditionum Indiæ in propagatione Evangelii collocarunt.*
58 *B. Francisci Xaverii in convertendis Orientalibus Indis labores & in vita, & post mortem miracula, & quàm justè fuerit in numerum Divorum relatus.*
59 *B. Ignatii à Loyola eximius zelus conversionis Indorum Orientalium, & piissimæ literæ, quas super hoc ad Abyssinorum Regem scripsit.*
60 *Emmanuelis Lusitaniæ Regis cura conversionis Indorum, & pia legatio ad Leonem X. Pont. Max.*
61 *Joannis III. Lusitaniæ Regis elegantissima & piissima epistola ad ejus in India Orientali Prorogem.*
62 *Lusitanorum gloria & triumphus, ob detectam & subjugatam Indiam Orientalem, cæteris omnibus venustissimis celebratur.*

FUit quidem, ut vidimus, antiquoribus, seculis aliqua Orientalium Indiarum cognitio, confusa tamen illa, & multis fabulis, &
1 erroribus involuta. † Et sanè postea magis inobscuro esse cœperunt, & ferè extra commercium, imò & notitiam cæterarum Europæ nationum extiterunt, propter navigationis ignorantiam, itinerum terrestrium difficultatem, & propter pericula, quæ ex tot diversarum sectarum hostibus imminebant. Adeò, ut vix fidem mereu-
2 rit † Marcus Paulus, natione Venetus, qui cum ex anno ab Incarnatione Domini 1269. totam penè Asiam, Africæque, & Europæ magnam partem ausus fuisset lustrare, & circumnavigare, in patriam tandem reversus, earum omnium regionum, quas adiverat, & præcipuè istarum Orientalium relationes scripsit. Quem meritò hac de causa laudat Tom. Boc. Eugubin. *lib. 6. de sign. Eccles. Dei, cap. 6. pag.* 236. & *lib. 8. cap. 1.*
3 *pag.* 291. † Post hunc Mahometani aliqui, ante 240. annum, ex Provinciis confinibus paulatim in plures hujus Orientales Indiæ oras appulerunt, & per vim compulsis ad montana incolis, maritimam planitiem, & loca maximè opportuna commertiis occuparunt: & quod pejus fuit, suæ Sectæ pestem invexerunt, ut refert Maff. *lib.* 4. *hist. Indic. pag.* 96.

Sed nulli unquam mortalium majores in hoc
4 progressus fecerunt, † quam præclarissimi, & invictissimi Lusitani. Hi enim patrum nostrorum memoria Indicam navigationem tentantes, nullis sumptibus parcentes, nullisque laboribus, difficultatibus, aut periculis territi, incredibili virtute & constantia eò usque processerunt, ut extima, & intima totius Orientis sedulo penetrarent, & non tantum vastas, & immensas illius Provincias lustravetint, verùm & Christi fidem docuerint, atque earum plures, à Saracenis possessas, suæ dictioni & imperio subjecerint.

5 Quotum † laudes multis verborum encomiis prosequitur Thom. Boc. *ubi suprà, & lib. 21. cap. 2. pag.* 372. & *seqq.* ubi eventa felicia prosapiæ Regum Lusitanicorum commemorans, eorum navigationes ultra ducentos gradus progressas considerat, & nullam unquam gentem fuisse, quæ navali peritiâ Lusitanos excesserint, aut tam diuturnas, & opulentas navigationes aperuisse legatur, commerciaque induxisset inter tot, ac tam barbaras, efferatasque gentes, ita maximè facientia ad humani generis societatem devinciendam, ut jam ridicula videri possint, quæ de Tyriis, & Carthaginensibus rei nauticæ peritissimis ab antiquis jactabantur, & quæ somniando de Baccho, Hercule, & his similibus fabulæ prodiderunt. Idem latè & elegantèr memorat & extollit Paul. Jovius *lib. 12. histor.* qui antèà *lib. 4.* paucis multa perstringens, sic scripserat.

Indici maris emporia nobis Lusitanica classis aperuit, cum ab Atlantico Oceano ultimum Æthiopiæ promontorium, ingenti ope, unde ei nomen, insitatoque ausu prætervecta, ultra Arabicum, Persicum, & Gangeticum vastissimos sinus, ad Aurean usque Chersonesum, extremaque Sinarum litora coemendis aromatibus negotiationem extenderet. Et Joan. Voerthusin. *lib. 5. Phœnicis Augustæ fol. 21.* dum inquit: *Lusitani autem longum ab Afris Numidisque provecti, ad Nili fontes, & Rubrum adusque mare progressi sunt: & hinc Gangi, illinc Euphrati, Deo, ut par est credere, auctore, & ipso invitante cœlo, magnâ se tum nominis, tum famæ gloria interserunt. O Reges digni omnium favore, dignos Antipodum, & adversi quaquà patet Orbis imperio.*

Et reverâ mirabilis & inusitata hæc navigatio, & tanti Orbis subjugatio appellari potest: Nam longo intervallo Indicas Herculis, † Alexandri, 6
& aliorum expeditiones excessit, quos scimus, quam parum in illis profecerint.

Semiramis † quoque, quæ bis hoc bellum ten- 7
tavit, semel ad Indum fluvium, iterum paulo interius: priùs victrix, sed deindè victa recedere coacta est, ut ex Magasthene recensuit Strabo, & Diodor. Sicul. *lib. 3.* & Ludovic. Vives *in annot. ad D. Aug. lib. 18. de vivit. Dei, cap. 2.* ubi subjungit, † Sesostrim Ægypti Regem, & Thar- 8
conem Æthiopiæ, licèt usque ad Europam, & Herculis columnas pervenerint, numquam tamen Indiam vidisse. Neque Nabocrodosorum, † quem 9
Chaldæi Herculi quoque præferunt. Idantyrsum vero, licèt Ægyptum sit ingressus, ad Indos tamen non venisse constat: & Cyrum Massagetas solum armis sollicitasse, Indis intactis. Trajanum etiam † legimus eamdem expeditionem in votis 10
habuisse, jactasseque se, ultra quam Alexander penetrasset, in India progressurum, quod & Senatui per epistolam significavit, ut refert Dio, & Cuspinian. *in ejus vita*: & Eutrop. *lib. 8. histor. Roman.* sed certum est, ad regiones tantùm, quæ citra Tigrim sunt, pervenisse, † Adrianum ad 11
Euphratem: quamvis hi duo longiores Romanæ Monarchiæ terminos in his partibus collocaverint, ut optimè *in eorum vitis* Sueton. Dion. Casius, Petr. Mexia, & alii Scriptores observant. † Neque magis profecit Æmilianus Impe- 12
rii tyrannus, qui, ut Trebellius Pollio auctor est, in Ægypto agens, aliam contra eosdem Indos expeditionem paravit: Aut † Cæsarion filius Julii 13
Cæsaris & Cleopatræ, quem teste Plutarcho in Antonio, cum magna pecuniæ summa miserat mater per Æthiopiam in Indiam: Atque † hoc 14
est, quod ex Strabone *lib. 15.* tradit & affirmat Cœl. Rhodigin. *lib. 18. antiq. lect. cap. 31.* ab Indis nusquam foras missum exercitum, & exteras gentes bello appetitas, ne quid parum justi committerent: neque extrinsecus etiam adversus eos bellum ingruisse, exceptâ Herculis, Bacchi, & Alexandri expeditione.

Hujus † Lusitanicæ navigationis prima funda- 15
menta Joannes Portugalliæ Rex, eo nomine primus jecisse videtur: nam anno 1383. maximam classem instruxit, quâ Septam, urbem Mauritaniæ munitissimam, in ora maritima Gaditani freti sitam, expugnavit; & inde fuit oblata occasio Lusitanis, qui in illius urbis præsidio constituti fuerant, armis latius evagandi.

Hea-

16 Henricus † deinde, hujus Joannis filius tertio genitus (quem Infantem dicunt) alias classes instruxit, quibus Africæ litora, & eas Mauritaniæ regiones, quæ extra Fretum ad Austrum pertinent, infestas redderet, & hoc pacto varias insulas ab hominibus numquam habitatas adinvenit; & inter alias eas, quas † *Terceras* appellant, 17 quæ numero sunt septem, & ex his una *Angra* nomine, quadraginta milliaribus ambitur. Altera *S. Michaelis* plus quam nonaginta milliaria continet; derexit etiam alias nomine, *Portus Sanctus* 18 † nec procul inde Maderam anno 1420. vino & saccharo præstantissimam, quæ Regina Insularum Oceani Atlantici est, & centum & sexaginta milliaribus cingitur. Unde majore cupiditate ineensus, terras ignotas explorandi, dedit operam, ut ii, quos classibus præficiebat, multò longius progrederentur. Quod studio factum est, ut non solum bona pars Africæ, quæ ad Æthiopiam pertinebat, verum & insulæ permultæ in Oceano sub Impetium Lusitaniæ redigerentur. 19 Anno † quippe 1443. sex aut septem partæ insulæ repertæ sunt, quæ vocantur *de Arguin*, & posteà anno 1460. ab Ant. Nelli Genuensi decem aliæ, quæ dictæ fuerunt *de Cabo Verde*, quoniam ad Occidentem Promontorii hujus nominis 20 jacent, centum leucis distantes, † easque ab antiquis Geographicis *Fortunatas* dici, Joan. Barr. testatur *lib.* 1. *Decad.* 1. & eum sequitur Petr. Damiæ *in Dialog. 4. de var. hist. c. 4. in fine*, licèt alii aliter sentiant, ut alio loco dicemus.

Quibus & aliis, quæ procedente tempore repertæ sunt, mirum est, quantum gloriæ & incrementi Lusitanæ ditioni comparatum sit. Nam 21 † Henricus Infans eas, quas detexerat, & quas deinde detegendas conceperat, usque ad Indiam inclusivè, Regibus Portugaliæ in perpetuum donavit: & anno 1441. Martinum V. summum Romanæ Ecclesiæ Pontificem eorum, quæ gessit, & quæ gerere sperabat, certiorem fecit, & ut prædictam donationem confirmaret, expostulavit, simulque, ut Plenariam Indulgentiam illis omnibus concederet, qui in hujusmodi navigaet 22 tionibus & expeditionibus decessissent. † Quod prædictus Pontifex, rei gravitate & utilitate maturè perpensâ, libens indulsit. Et posteà Eugenius Papa IV. & Nicolaus V. idem suis plumbatis, & Apostolicis literis confirmarunt. Et tamdem Sixtus IV. qui præ cæteris excommunicationis & interdicti pœnas adversus alios Principes, & personas indixit, qui oras illas absque Lusitanorum Regum consensu ingredi, & subjugare tentarent; ut præter alios tradunt Maff. *lib.* 1. *histor. Indiar. pag.* 5. Fr. Anton. de San Roman *in eadem histor. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 2. & *cap.* 3. *pag.* 10. Petr. Damar. *in Dialog. 4. de var. histor. cap.* 4. *fol.* 152. Thom. Boc. *lib.* 4. *de sign. Eccles. Dei*, *c.* 3. *pag.* 134. & P. Fernand. Rebell. *de obligat. justitiæ*, *lib.* 18. *quæst.* 23. Ubi progressum harum expeditionum perstringit; Calixti & Nicolai Bullas ad literam refert, & titulos Lusitanorum Regum ad hanc Indiæ Orientalis conquisitionem, & prædicationem eleganter defendit, & novissimè post hæc scripta Seraphin. de Freit. *de justo Imperio Asiatico*, *cap.* 1. *numer.* 1. & *seqq.* & August. Barb. *in Pastorali* 1. *p. tit.* 3. *cap.* 2. *n.* 41.

Henrico autem sub anno salutis 1460. vitâ functo, † Rex Alphonsus Odoardi Regis, qui 23 fuerat Henrici frater, filius, nihil ulteriùs potuit explorare, ob bella gravissima, quæ in Africa gessit, unde *Africani* nomen adeptus est; licèt verum sit, sub ejus Imperio detectas fuisse in Æthiopiæ, seu Guineæ ora, † eas insulas, 24 quas vocant *de Fernan Po*, *Capitis Catharinæ*, *Principis*, *Anni boni*, & aliam, quæ dicitur *Sancti Thomæ*, quæ sub Æquinoctiali linea jacet, & Madera aliquando major, sacchari abunde dives est.

At † Joannes II. Alphonsi filius, cùm incredi- 25 bili cupiditate arderet Indicæ regionis penitus explorandæ novas classes instruxit, quæ maximam partem Æthiopiæ perlustravêre, & extra Æquinoctialem circulum evectæ, cùm essent à conspectu Septemtrionis remotissimæ, alia sydera in cœlo notarunt, ad quæ cursum dirigerent.

Jam cùm quilibet alium navigationis longitu- 26 dine superare contenderet, factum est, † ut incideret in Promontorium, quo nullum unquam majus in terris apparuit, longitudine triginta & novem gradum qui efficiunt supra duo millia & septingenta milliaria: ab Ortu verò latus illius multo longius est. In eo superando tantis tempestatibus jactati sunt, ut sæpenumero omnem spem salutis abjicerent. Quo factum est, ut illud Tormentosum appellarent, à *Tormenta*, hoc est, tempestate adversa, licèt antiquis Ganariæ Promontorium diceretur. Reversi, cùm Joanni ejus situm & longitudinem demonstrarent, tantâ lætitiâ affectus est, ut existimaret, esse sibi jam aditum in Indiam patefactum: & quasi felicis eventus augurio commotus, Promontorium illud *Bonæ Spei* nominare jussit, † & homines interim partim Hebræos, 27 partim Christianos, Alexandriam misit, inde in Æthiopiam, quæ supra Ægyptum est, & in Indiam, ut quâ ratione commodius ille cursus, post illum promontorii flexum, in Indiam confici posset, intelligerent. † Et etiam anno 1486. misit 28 Alphonsum Pajuam, & Joannem Petrejum Covillanium, ut inquirirent quemdam Christianum Imperatorem, quem audierat *Presbyterum Joannem*, id est *el Preste Juan*, apellati, & Indiæ imperio continere.

Sed hos Joannis conatus mors oppressit. 29 Emmanuel † verò, qui ei successit, motus Joannis consilio, multis dissuadentibus, classem quatuor navium instruxit, & ei summum ilium, & numquam satis laudatum virum Vascum Gamam præfecit, † qui è portu Lusitanico solvens nonâ die 30 Julii anni 1497. & superato Promontorio *Bonæ Spei*, legit Orientalem oram Æthiopiæ, repertis ibi insulis *Sofalæ*, *Mozambicæ*, *Melindæ*, & aliis; quarum situs, mores, & instituta diligentèr advertens, delatus posteà fuit in amplissimum illud Regnum Malabaricum, quod *Calecutum* vocant; ubi cum ejus Rege fœdus percussit, & alia præclara facinora gessit; ac tamdem regressus in Olyssiponensem Lusitaniæ portum appulit, anno 1499.

Post hæc Emmanuel classem tredecim navium anno 1500. mense Martio in eamdem Indiam Orientalem destinavit, mille & quingentos milites habentem, † eamque Petro Alvaro Ca- 31 pra-

pral commisit, eique præcepit, ut quoad fieri posset, amicitiam cum Calecutii Rege firmaret, ab eoque peteret facultatem arcis prope urbem ædificandæ, quâ Lusitani possent vitam ab hostium immanitate tueri, & sine ullo periculo negotiari: si recusaret, bellum ei inferre minimè dubitaret. Eumdem cursum, quem Gama, renuit Capralis, donec ad Insulam sancti Jacobi pervenit. Cum verò ulterius progrederetur, ortâ tem- 32 pestate, Occasum versus navigavit, & in terram incognitam descendens, quam † *Brasiliam* appellant, & ipse *Sanctæ Crucis* nomine celebrari voluit, columnam marmoream ibi collocari jusit in qua erat Crux cum Emmanuelis insignibus incisa, & Gasparem Lemnium in Portugall. remisit, qui Emmanueli de hujus terræ situ nuntiaret, de qua illud dici posse, tradit Alan. Cop. *Dialog.* 4. *c.* 16. *Tu non inventa*, *reperta es*, & plura alia scribunt Maff. *histor. Indiar. lib.* 2. Joann. Barr. *decad.* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. Petr. Damar. *Dialog.* 5. *c.* 2. & *ex fol.* 336. & Fr. Anton. de San Roman *lib.* 1. *hist. Ind. Oriental. cap.* 11. *pagin.* 57. & alii de quibus *infra cap.* 6. *num.* 59. Inde profectus, tempestate quatuor naves amisit, & consueto jam itinere decima tertia die Augusti Calecutum pervenit. 33 † Ubi ob injurias Lusitanis à Rege illatas, Arabum Mercatorum æmulatione, bellum Malabaricum inchoavit, & accepta damna gravioribus damnis rependit; licèt hoc bellum vis tredecim annis subsequentibus finiri potuerit. Et tamdem domum rediit pridie Kalendas Augusti ann. 1501.

Miserat autem eodem anno Rex Emmanuel in Indiam aliam classem trium navium; cui præerat Joannes Nonius, quòd confiderent in ea classe, cum qua Capralis anno proximo missus fuerat, satis præsidii fore, vel ad pacem cum Calecutii Rege constituendam, vel ad spiritus Regis insolentis & elati comprimendos. Sed cum è Capralî cognovisset insidias, quibus circumventus fuerat misit rursus anno sequenti 1502. Vasc. Gamam in Indiam cum classe decem navium; & aliam præterea classem instrui præcepit, cui Vincent. Soder. præerat, ut teneret Indicum mare, bellumque Saracen. qui in Indiam navigabant, inferret.

Aliam insuper classem quinque navium comparari jussit, cui Stephanum Gamam, Vasci Gamæ fratrem patruelem præfecit, qui Kalendis ejusdem anni Olyssipone profectus, eumdem cursum tenuit. Et anno 1503. rursum sex naves in Indiam misit: tribus Alphonsum Albuquercium, aliis Franciscum illius fratrem patrue- 34 lem præfecit. Et anno † sequenti primum Indiæ Proregem constituit Franciscum Almeidam, sub quo & prædicto Alphonso, qui posteà Almeidæ in officio successit, & ob egregia, quæ patravit, facinora, *Magni* cognomen consecutus est, insignes victorias Lusitani terra & mari in illis regionibus reportarunt: & fusis Calecuranis, & Cam- 35 baiæ Rege, vectigali Lusitano reddito, *Goa* † urbs capta est, jam destinata Imperii Lusitani- 36 ci in Oriente sedes, insulaque † *Sancti Laurentii* reperta, cujus ambitus trecentas & amplius leucas complectitur.

37 Et tamdem anno 1511. † *Malacam* urbem expugnarunt, Regni Malacensis Emporium; circa cujus oras complures insulæ jacent, & inter eas 38 † *Sumatra*, quæ omnium totius Orientis maxi-

ma est, & à Septemtrione in Austrum obliquè porrecta, ambitum 700. leucarum obtiner. Positaque est sub Æquinoctiali circulo, ac sub Torrida Zona, & eam antiquorum Trapobanam fuisse, plures gravissimi auctores consentiunt, licèt alii non minoris eruditionis Aureum Chersonesum esse putent & ob id antiquis ceu peninsulam creditam, ut constabit ex Plin. *lib.* 6. *cap.* 22. Æliano *lib.* 15. *hist. cap.* 17. D. Isidor. *lib.* 14. *Etymolog. c.* 6. Ptolem. *lib.* 7. Vartoman. Ramus. Odoard. Barbos. & aliis, quos refert Maj. *in diebus Canic. colloq.* 14. *pag.* 342. Et ei magnam Britan. cedere faretur Forcatulus, *lib.* 7. *de Gallor. Imper.*

In † sinu quoque Bengalico, qui Ptolemæo 39 est Angaricus, alia insula præstans inventa fuit, quæ vocatur *Zeilan*, & incolis Arabibus, *Tenarisim*, quam Andreas Corsalus Ptolemæi Trapobanam fuisse existimat; cui subscribunt Joann. Barr. Maff. Gasp. Borrer. Laurent. Anania, Blas. Vieg. Ortel. & alii, quos refert, & sequitur Maluend. *de Antichristo*, *lib.* 3. *cap.* 23. & *de Paradiso*, *cap.* 10. Mercator verò, & Maginus Ptolemæi Naningerim esse putant; cujus ambitus ad 240. leucas extenditur: & licèt sub Torrida Zona consistat, cœlo nihilominus temperatissimo, aëre saluberrimo, & perpetuò virescenti, & multis aliis divitiis, & commodis fruitur: adeò † ut istic Paradisum terrestrem olim 40 fuisse multi Auctores scribant, quos latè refert Maluen. *d. c.* 10. & *d. c.* 23. & ultra eos Laurent. Sur. *ann. Domini* 1565. & Majol. *ubi sup. p.* 341.

Anno deinceps 1512. iidem invictissimi Lusitani ad † *Molucas* insulas penetrarunt; quarum 41 licèt nulla ambitum sex leucarum excedat, celebres tamen sunt ob ingentem aromatum copiam, præsertim Gariophyllorum, quam toti orbi subministrat. Postmodum anno 1515. † ad extre- 42 mos usque Sinas navigationem inierunt, & cum illis commercia exercere cœperunt, cujus vastissimæ regionis descriptionem, ubertatem, divitias, incolarum mores, & tributa, quæ Regi præstantur, quæ millione sex & triginta quotannis excedere dicuntur, latissimè prosequuntur Auctores, quos *infrà* referemus.

Et hoc etiam anno insignis illa legatio contigit, † missa à Davide Abyssinorum Æthiopum 43 Rege, & Helena ejus avia ad Romanum Pontificem, & ad Emmanuelem Lusitaniæ Regem cum Sacrosanctæ Crucis fragmento. Hic enim erat Imperator ille, quem Joannes, ut diximus anno 1486. convenire studuerat, quem Petrejus tamdem invenit, licèt non in India, neque sub nomine *Presbyteri Joannis*, ut tunc omnes opinabantur; † sed in superiori, sive interiori Æthiopiæ 44 Africanæ parte: quam quod esset vastis, horridisque desertis, & feris & serpentibus infensis intercepta, vix antiqui Cosmographi cognoverunt, ut ex Herodot. *lib.* 2. Strabon. *lib.* 17. Plin. *lib.* 6. *c.* 29. Lucan. *lib.* 9. Pharsal. & Thom. Boc. *lib.* 15. *de signis Eccles. Dei*, *cap.* 18. planè constare potest, & ex Abraham Ortel. *in Theat. tab.* 108. Magin. *in tab. Africæ* 23. *pagin.* 195. & *seqq.* Ut sic appareat, hujus quoque amplissimi Imperii notitiam eisdem ferè Lusitanis deberi; qui institutum prosequentes, anno 1542. † *Japoniam* Insulam detexerunt, quæ 45 Marco Paulo, *Zipangri*, dicitur, & olim *Chrise*

vocabatur ; & omnes alias Orbis insulas magnitudine superat ; ut post Surium *in Commentar. anno* 1552. concludit Majol. *d. colloq.* 14. *pagin.* 342. Denique *Borneum, Lequios, Philipinas,* & utramque *Javam* pervestigarunt, quam Julius Cæsar Scaliger, omnium rerum facili, ubereque proventu *Compendium Orbis* appellat.

46 Neque † in India tantum, verum etiam in Asia, potiores oræ Occidentalis partes occuparunt : & inter eas valdè potens Regnum *Ormuzii* in confinio Persici Imperii jacens. Quod Armusam Ptolemæi, & Armuciam Plinii esse, quidam existimant. Ejusque caput est insula *Ormus* prope fretum Persici sinus, circa Arabiam Felicem posita, quæ ambitum continet novem milliarium, & urbem ejusdem nominis, emporium celeberrimum ; & licèt annonæ sterilis sit, & aquarum suavium potu, propterea quod tota ex sale esse dicitur, ut tradit Marc. Paul. *lib.* 1. *c.* 15. Surius *in comment. ann.* 1565. & Majol. *in diebus Canicul. colloq.* 18. *pag.* 410. *tom.* 1. Omnibus tamen maritimis urbibus situs elegantià, & unionum copiâ præferri solet, adeo ut Arabibus in proverbium abierit :

Si terrarum orbis, quaqua patet, annulus esset,
Illius Armucium gemma, decusque foret.

Hujus Rex Saracenus est, qui tributi nomine quindecim ducatorum millia singulis annis Por-
47 tugallensibus pendet, † qui istic arcem munitissimam, & optimè provisam collocarunt.

Et denique nihil prorsus terræ, ac maris in Orientalibus regionibus reliquerunt, quod solerti curâ, & indefessâ constantiâ non perlustrarent, prout Stephan. Forcat. agnoscit, *lib.* 7. *de Gallor. Imperio, & Philosoph.* ubi tamen livorem, quem Hispanis habet, effundens, hæc tam præclara Lusitanorum facinora paupertatis odio gesta esse subjungit.

De quibus sanè, & de peculiari, atque hodierna istorum Orientalium Regnorum, Provinciarum, & insularum nomenclatura, situ & descriptione, & de diversis incolarum ritibus, ac moribus, plura adjicere supersedeo : quoniam ea nos-
48 tri instituti ratio haud quaquam expostulat, † & passim ab aliis tradita, & quâ oportuit, diligentiâ illustrata reperiuntur, ut constabit ex relationibus M. Pauli Veneti, Ludovic. Patricii, aliàs Vartomani, Aloysii Cadamusti, & Josephi Indi, & ex Cosma Indopleute, Petr. Gillio, Gerard. Mercatore, & aliis pluribus auctoribus antiquis & modernis, qui de Geographia Indiæ scripserunt : quos latè recenset Anton. Posevin. *in Bibliothec. tom.* 2. *pag.* 254. *& seq. & lib.* 16. *sect.* 6. *cap.* 24. *pag.* 389. Abraham. Ortel. *in Theatr. magno tab.* 93. ubi de China, *& tab.* 94. ubi de India Orientali, & aliis insulis adjacentibus, Joan. Anton. Magin. Patavin. *ad tab. Ptolem. part.* 4. in descriptione Indiæ Orientalis *tabul.* 32. *ex pagin.* 251. *usque ad* 296. Halton. Armenio, qui eisdem temporibus, quibus M. Paul. Venetus vixit, in relationibus Imperii Tartarorum, & reliquorum Orientis, quæ sunt in India, quas mandante Clemente V. Pontifice Maximo scripsit : Joann. Boem. *de morib. omn. gent. lib.* 2. *cap.* 8. ubi agit de India, & Indorum, ac Sinarum prodigiosis ritibus, moribusque vivendi. Joann. de Barros Lusitano in Asia, qui egregiùm se Scriptorem nostrâ ætate ostendit, licèt maternâ linguâ suas vulgaverit Decades ; quibus quintam nuper addidit Didac. de Court. Hieron. Osorio Episcop. Sylvens. *in duodecim libris*, quos gravi admodum, & eloquenti stylo conscripsit, *de virtute, & gestis Emmanuelis Regis Lusitaniæ*, Joan. Petr. Maff. è Societate Jesu *in sexdecim libris historiarum Indicarum*, qui merito poterunt cum Tito Livio contendere ; Damiano Goes *in lib.* satis etiam eleganti *de rebus Lusitanorum in India gestis*, Anton. Galvan. Ferdin. Lopez, Castañed. Gaspar. Barrer. Odoard. Barbos. Fernand. de Escalante, *in suis Indic. histor.* Petr. Damar. *Dialog.* 4. *de varia histor.* Garcia de Horta, & Garcia de Resende, *in Chronic. Regis Joann. II.* Francisc. de Andrada *in Chronic. Regis Joann. III.* Alphons. de Alburquerque, cognomento Magnus *in suis Commentariis*, quos, ut Cæsar alter, districto ense paravit, & docto calamo exaravit, prout & fecit insignis ille earumdem Indiarum Prorex D. Joann. de Castro. Plurima etiam elegantissimis carminibus, Lusitano sermone cecinerunt Ludovic. Camoës, & Hieron. de Corte Real, quos non injuria Virgilio, & Horatio pares esse, quis dixerit. † Ipse 49
quoque Rex Emmanuel, cujus virtute tot, ac tales expediriones in India factæ comperiuntur, luculentam earum historiam scripsit, ut testatur Zamall. *lib.* 1. *cap.* 3. & ex eo refert Fr. Joan. de la Puente *in convenien. utriusque Monarch. lib.* 1. *c.* 2. §. 1.

Extant etiam de eodem argumento Italico sermone navigationes Ramusii, & relationes satis uberes Joan. Boteri 2. *part. lib.* 2. *per totum*, & 3. *part. lib.* 2. Ubi specialiter recenset regna & provincias, quas Lusitani in Africa, Æthiopia, Asia, & India Ulteriori, & Citeriori perlustrarunt, & occuparunt, & progressum, ac statum, quem hodie in illis Christiana fides accepit : quod linguâ Gallicâ copiosius & uberius exposuit Petrus Jarric. è Societate Jesu *in suo Thesaur. rerum Indicar.* quem nunc in Latinum sermonem transtulit M. Mathias Martinez ; & Hispana, sive Castellana Oratione eamdem generalem Indiarum Orientalium historiam prosecuti sunt P. Ludovic. Guzman, & Ribadeneira ex eadem Societate, & melius cæteris Fr. Anton. de San Roman Monachus Benedictinus *in quatuor libris*, quos *de eâdem historia* conscripsit, omnia, quæ ante ipsum ab aliis dicta fuerant, pulchro ordine & stylo contexens.

Audio etiam Germanorum Bibliopolarum curâ plurimos auctores, qui de his Indiis Orientalibus agunt, congestos fuisse, & in decem voluminà dispertitos, quæ tamen nec dum ad meas manus pervenere. Pervenit autem Nicol. Trigaultius Societatis Jesu qui nuper illuros quinque edidit de Christiana expeditione apud Sinas, ubi plurima de rebus Sinarum gravi & vero sermone pertractat. Et alius liber, qui complectitur peregrinationes Ferdin. Mendez Pinto Lusitani, nunc Castellano sermone donatas à Licent. Francisc. de Herrera, quæ, si veræ sunt, planè apparet Orientalis illius Orbis exiguam adhuc partem perlustratam, præ Regnis & Provinciis, quas ibi recenset, & necdum à nostris cognitas, esse tradit.

Mul-

Multa quoque leguntur in epistolis annuis, & missionibus Patrum Societatis Jesu, & in aliorum commentariis, qui de rebus Indiæ Orientalis. Sinarum, Japoniorum, & similium, & de propagatione Fidei Catholicæ apud illos scribunt, præcipuè Francisc. Benc. *in insigni poemate quinque Martyrum*, Fr. Gaspar de la Cruz, Fr. Joan. Gonzal. de Mendos. *in suo itinerario, & in Histor. de la China*, Fr. Hieron. Romanus *in lib. de Republica Orientali, & Sinarum*, Fr. Alphons. Fernand. Dominicanus *in histor. Eccles. nostrorum temporum, lib.* 2. *per totum*, Fr. Jaime Rebullosa *in eadem hist. lib.* 2. Fr. Marcell. de Ribadeneira *in histor. Sinarum, Tartar. Cauchinchinæ, Malaciæ, Sian. Camboxæ, & Japonii*, Anton. Posevin. *in Biblioth. tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 26. *pag.* 404. *& seq.* ubi aliqua adducit de Sinensium historia, & quomodo juvandi sunt, ut ad Fidem Catholicam convertantur. Et plurima quidem satis notanda, & admiranda recenset liber, qui continet vitam & gesta Illustriss. & Reverendiss. Antistitis D. Fr. Alexii de Meneses Archiepiscopi de Goa, & postmodum Bracharensis ; & alter quem nuper de rebus Sinarum vulgavit, & in Epitomen redegit dictus Licent. Francisc. de Herrera.

Et qui velit pluta de Æthiopia Orientali, & 50 rebus Abyssinorum, † & Imperio *Presbyteri* (ut vocant) *Joannis*, videat commentaria Franc. Alvarez, qui apud eos legatione functus, quæ diligenter observavit, non indiligenter scripsit, Damianum Goës *in libello de fide, religione, moribusque Æthiopum Abyssinorum*, ubi apponit tenorem legationis & epistolarum, quas *suprà* diximus, Davidem illius Imperii Dynastam ad Romanum Pontificem, & Regem Lusitaniæ misisse ; & post eum Joan. Bermudez, Petr. de Mesquita, & Hieron. Cherubin *in historia & relationibus Æthiopiæ* ; & novissimum Fr. Joan. *de los Santos* Dominicanum *in quatuor libris*, quos *de varia historia ejusdem Indiæ Orientalis*, Lusitano sermone edidit, in quibus multa satis admiranda recenset, & P. Nicol. Godign. Societatis Jesu *in tribus libris*, quos in lucem emisit *de rebus Abyssinorum, deque Æthiopiæ Patriarchis* : Joan. Nonio Barreto, & Andrea Oviedo, Sabellic. *Ænead.* 10. *lib.* 8. Othofrisingens. *lib.* 7. *cap.* 73. Vincent. Bellovacens. *lib.* 31. *Specul. cap.* 9. Abraham. Ortel. *in Theatr. Magn. tab.* 108. & Maluend. *lib.* 3. *de Antichristo. cap.* 8.

Sunt quoque obvia apud varios Historicos & Chronographos ejusdem Indiæ Orientalis, & Lusitanicæ virtutis in ea detegenda, & subigenda præconia, ut præter Thom. Bocium, & Paul. Jovium *suprà num.* 5. relatos constare poterit ex Genebrard. *lib.* 4. *Chronog. an.* 1492. Sur. *in Comment. ab an.* 1500. Zurit. *lib.* 3. *Annal. c.* 4. Sabellic. *d. lib.* 8. Guicciard. *lib.* 17. *hist.* Tarcoñiat. 3. *part. histor. mundi, lib.* 7. *fol.* 335. *& seq.* Ubi etiam agit de rebus Sinarum, & Japoniorum ; Theatrum vitæ humanæ *vol.* 20. *lib.* 2. *pag.* 3653. Maluend. *dict. lib.* 3. *cap.* 7. *& de Paradiso, cap.* 42. 44. 45. *&* 46. & plenius *cap.* 52. Pined. *de rebus Salomon. lib.* 4. *cap.* 16. *pag.* 217. *& in Commentar. in Job*, *cap.* 28. Illesc. *in Histor. Pontif.* 2. *part. lib.* 6. *cap.* 22. ubi etiam apponit historiam Petri Jannis, & Abyssinorum, P. Gordono *in Chronogr.* 1. *tom. cap.* 10. *pag.* 165. *& in* 2. *tom. pag.* 442. *cum multis sequentibus.* Opmeer. *in opere Chronograph. pag.* 423. *&* 437. Marian. *in histor. Hispan.* 2. *tom. lib.* 25. *c.* 11. *& seqq.* Didac. de Valdes *de dignit. Reg. Hispan. cap.* 12. *num.* 7. Simon Majol. *in diebus Canicular. colloq.* 14. *de insulis*: Rutil. Benzon. *de anno Jubil. lib.* 1. *cap.* 10. Alan. Cop. *Dialog.* 6. *cap.* 36. *pag.* 951. *& seq.* Fr. Thom. à Jesu *de proc. omn. gen. salute lib.* 7. *p.* 1. *cap.* 7. *& seq.* Ubi non solùm agit de India Orientali, sed etiam de natione, erroribus, ac ritibus Abyssinorum, & methodo illos juvandi : D. Franc. Mosquer. de Barnuevo *in sua Numantina, c.* 10. *fol.* 73. *&* 74. Et passim ex novissimo Seraphin. Freit. *in d. lib. de justo Imper. Asiatico.*

Ex hac † autem tot, tantorumque Regnorum 51
& Provinciarum communicatione, & acquisitione, mirum est, quantum gloriæ & potentiæ accesserit inclytis Lusitaniæ Regibus, ut passim prædicti Auctores observant. Etenim totius Orientis opes, & immanes mercium copias, incredibilemque aromatum, & aliarum pretiosissimarum rerum opulentium, & negotiationem in se transtulerunt ; ut bene advertit Ludovic. Vartom. *lib.* 5. *c.* 11. *& seq.* Guicciardin. *lib.* 17. *histor.* Theatr. vitæ humanæ, *vol.* 20. *lib.* 2. *pag.* 3653. & Fr. Anton. de San Roman *lib.* 1. *hist. Oriental. cap.* 6. *in fin. & c.* 9. *pag.* 49. Thom. Bocius, & Paul. Jovius *in locis suprà citatis*, quæ jam ab antiquis † tem- 52
poribus ingenti quæstu, per omnes Orbis partes comportari solebant, ut constat ex Plinio *lib.* 6. *cap.* 20. ubi celebrat emporia Indica, & *cap.* 23. ubi ait : Romæ Indiæ merces centuplicato veniisse, & in illam, & Seres, allasque adjacentes peninsulas, minima computatione singulis annis millies S H. hoc est duos milliones & semis à Romano Imperio commercii gratia asportari solere & latè prosequuntur, plurima † satis admiranda 53
de earumdem Orientalium regionum divitiis, & fertilitate tradentes, alii Auctores, quos *supr. cap.* 2. *num.* 3. recensui : Alois. Cadamust. *in sua navigat. cap.* 37. Majol. *in dieb. Canicul. colloq.* 17. *pag.* 391. *& colloq.* 23. *pag.* 511. *&* 512. Pined. *de reb. gest. Salomon. lib.* 4. *c.* 16. *&* 17. Gregor. Lopez Madera *de excellent. Hispan. c.* 8. *fol.* 63. & Maluend. omnino videndus, *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 12. *pag.* 134. *& cap.* 22. *pag.* 160. ubi inter alia notat hanc Indiam ab Isaia, *cap.* 18. *versic.* 1. ex versione Kimchi, metaphoricè appellatam fuisse *obumbrantem* aliis, quod suis mercibus totum ferme orbem compleat, & obumbret ; & mirabiles narrationes adducit de eximiis divitiis, monitibus, & cultu Regis Calecuth. & Pegu.

Unde factum † est, ut ipsi Lusitaniæ Reges 54
hoc Dei donum venerantes & æstimantes, illud antiquis Regni sui titulis adjecerint : Nam, Joannes II. se *Guineæ Dominum* appellavit, ut ait Petr. Dam. *in Dial.* 4. *de var. hist. c.* 7. *fol.* 102. & Aloys. Cadamust. *ubi suprà, cap.* 63. Et postea Rex Emmanuel cum ex reditu Vasci Gamæ navigationem Indiæ non detectam tantum, verum & fundatam cognovisset, his titulis usi cœpit : *Emmanuel Dei gratiâ Rex Portugalliæ, & Algarbiorum citra & ultra mare in Africa, Dominus Guineæ, & conquisitæ navigationis, ac commercii Æthiopiæ, Arabiæ, Perſiæ atque Indiæ.* Globum-

55 que † sphæricum suis insignibus addidit, quasi primus ejus pervestigator extiterit. Et eisdem titulis, & Insignibus deinceps ejus in regno successores usi sunt, ut tradit Frat. Ant. de S. Roman *d. lib. 1. c. 10. in fin. pag.* 54. quos splendidissimos esse, & à Deo gloriosè concessos, meritò testatur Joan. de Barros *decad. 1. lib. 6. cap. 1.* & Alan. Cop. *Dial. 6. cap. 36. pag.* 951. & P. Rebell. *de obligat. justit. lib. 13. quæst. 23. sect. 3.* & Seraph. Freit. *d. tract. de Imper. Asiatic. c. 8.*
56 *& cap. 14. num. 33. & seqq.* ob † id, quod Reges ipsi non tam propria commoda, & temporalium Regnorum augmentum, quam ipsius Dei laudem, & Catholicæ Fidei propagationem semper in votis habuerint; de quo plurima tradunt Auctores *suprà* citati, præcipuè Boter. & Fr. Alphons. Fernandez, Malvend. *dict. lib. 3. de Antichrist. cap. 7. in fin. pag.* 123. Didac. Valdes *de dignit. Reg. Hispan. cap. 19. num. 54. & seqq.*
57 † Nulla quippe classis instructa, nullave expeditio inita fuit, in qua non primum locum Evangelicæ prædicationis cura obtineret, & ministrorum electio ex Dominicano, Francisc. Augustiniano, & Jesuitarum Ordinibus, & aliis probatæ vitæ Presbyteris, per quos dignè res tanta tractari posset. Quod meritò laudibus extollit Thom. Boc. *lib. 4. de sign. Eccles. Dei, cap. 2. pag.* 129. & 130. ubi connumerat viros religiosos, qui maximè in hoc munere profecerunt.
58 Et inter eos † præcipuam laudem omnium consensu B. Francisco Xaverio Societatis Jesu deberi ait: Is enim postulante Joanne Lusitaniæ Rege à Paulo III. Pontifice maximo ad id muneris designatus cum potestate Legati à Latere, Ulyssipone solvens anno 1541. cunctas oras, quas Oceanus ab Indico mari usque ad extremos Sinas circumfluit, & sic dimidium ambitum totius Orbis, Evangelii prædicatione illustravit. Et præsertim Insulam Japonii, in qua altissima religionis fundamenta jecit anno 1549. linguarum, & prophetiæ donis ab Spiritu sancto donatus, quibus plusquam trecenta hominum millia ab impiis ritibus ad Christianum cultum perduxit, obiitque anno 1552. Indicæ peregrinationis undecimo, in Insula Santiano, Sinis adjacente, multis miraculis in vita, & post mortem conspicuus, corporeque & vestibus ejus integris, & suaviter olentibus post plures menses ab humatione repertis, prout hodie etiam in urbe Goa majori miraculo reperitur, ad quam ex Malaca translatum fuit; ubi tamquam verus, & novus Indiæ Apostolus veneratur, & eodem ferè in honore apud Indos habetur, quo apud Italos D. Franciscus de Assisio. Et hoc ipso, quo hæc scribimus anno 1622. sub die 12. mensis Martii à Sanctissimo D. N. Gregorio XV. Roman. Eccles. Pontif. Opt. Max. summâ totius Orbis alacritate & consensione inter Divos relatus est, piis ac gloriosis, & admirandis ejus gestis, atque virtutibus id suo veluti jure justissimè postulantibus. De quibus qui velit plura, legat Maff. Hect. Turselin. & Joan. Lucenam, qui ejus vitam lucidissimis commentariis prosecuti sunt, & omnes fermè Auctores, quos *suprà* citavimus, & præcipuè Boter. & San Roman, & Fr. Alphons. Ferdinand. *lib. 2. de histor. Eccles. nost. temp. ex cap. 34. usque ad 39.* Alan. Cop. *Dialog. 3. cap. 29. pag.* 443. *& seqq.* Pet. Dam. *dict. Dialog. 4. fol.* 327. 332. *&* 335. eumdem Boc. *lib. 6. cap. 3. pag.* 220. *& lib. 12. cap. 21. pag.* 547. ubi ejus vitam cœlestem fuisse affirmat; Rutil. Benzan. *de anno Jubil. lib. 1. c. 9. pag.* 48. Theatr. vitæ humanæ, *lib. 3. volum. 27. pag.* 4095. Ubi tradit ordinem, quem summus hic vir in convertendis & catechizandis Indis observabat: Frat. Thom. à Jesu *de proc. omn. gent. sal. lib. 2. part. 1. cap. 5.* P. Gualter. *in Chronograph. pag.* 739. & Par. Gordonus *ex anno* 1541. *usque ad* 1552. Jatric. *in Thesaur. rerum Indicarum, lib. 1. cap. 6. & seqq.* & novissimum Ferdinand. Mendez Pinto *in suis peregrinat. ex c.* 203. *usque ad* 218. & Mendozam *lib. 1. Reg. cap. 2. pag.* 675. Freitas *de Imper. Asiat. c.* 18.

Beatissimus † quoque vir Ignatius à Loyola, 59 qui ejusdem Societatis Jesu primus Fundator, & Præpositus extitit, & propter eximium religionis zelum, vitæ & instituti miracula, eadem die, quâ Beatus Xaverius inter Sanctos referri meruit, hanc Indiæ Orientalis conversionem pro virili sua ardentissimè procuravit: Nam, ut ait Maff. *lib. 16. histor. Indic. pag.* 389. non solum opi divinæ implorandæ assiduis per se, perque socios votis & supplicationibus excubabat, sed ministros in tam arduam expeditionem, tamque laboriosum, atque longinquum iter alacriter offerebat: & etiam fessa jam ætate, viribusque, suum ipse nomen & operam Summo Pontifici sponte detulerat: cumque ejus ætati & valetudini, maximis prætereà occupationibus parceretur, accuratâ meditatione ad Claudium Æthiopiæ Imperatorem, & Abyssinorum Regem, ejus Davidis filium, cujus *suprà* mentionem fecimus, gravissimas & plissimas literas scripsit, quibus Patriarcham, & duodecim socios commendavit, quos ad eum Apostolicâ auctoritate mittebat, & simul missionis causas exposuit, & Primatum, ac unitatem Romanæ Ecclesiæ luculenter adstruxit, Regemque, ut ad illam rediret, permovit. Quarum literarum tenorem hic libens insererem, nisi Latino sermone legi possent apud Maff. *dict. lib. 16. ex pag. 389. usque ad* 394. & Hispano apud Fr. Anton. de San Roman, *lib. 4. histor. Orient. c. 26. ex pag. 767. ad* 773. ubi etiam titulos addit, quibus ille uritur Imperator.

Cum autem hic zelus disseminandæ, & propagandæ fidei in omnibus Portugalliæ Regibus enituerit, maximus tamen fuisse conspicitur in † Em- 60 manuële, ut multa, quæ circa hoc divit, gessit, & sanxit, apertè demonstrant, de quibus passim prædicti Auctores mentionem fecerunt: Sed inter alia dignissima scitu est pia illa & devota legatio, quam anno 1523. ad Leonem X. Pontif. Maxim. cum elegantissimis literis misit, quibus de regionibus in India detectis, *Goa, Ormutlo, Malaca,* & aliis urbibus à suis Ducibus subjugatis, & à Mauris ereptis, illum certiorem effecit, & obedientiam tantarum Provinciarum nomine, Sanctæ Apostolicæ sedi humiliter promisit. Preciosis simul donis oblatis, rarisque, & exquisitis frugibus, aromatibus, & animalibus ab eadem India adductis, cujus opum primitias religionis causâ libandas existimavit. Quæ omnia Romæ, & noviratis, & pietatis ergò magnæ lætitiæ, & admirationi fuerunt: præsertim cum Rex in prædictis literis enunciaret, inter bellicos illos successus, divino suffragante Numine, per universam Indiam plurimos Spiritus sancti gratiâ, igneque afflatos, depositis gentilitiis erroribus, in dies ad nostram Religionem conversos, veram Dei Fidem agnovisse, & ob id summas ei gratias meritò referendas, quòd tam procul à nostro Orbe, in tam remotis regionibus Lusitanorum operâ sedulò suam veram Fidem, cultumque celebrari, publicari, ac propagari dignatus esset, sperandumque fore, extremas Orientis oras, quò & sacras Apostolorum voces intonuisse, compertum est, Occidentalibus propediem jungendas, & ad Dei veri cultum, ipsius suffragante Numine traducendas, Sanctæ Sedi Apostolicæ, Christiani gregis more, debitum obsequium, & obedientiam oblaturas.

Cujus Epistolæ, & legationis meminerunt Dam. Goës, & Hieron. Osor. *lib. 3. de reb. gest. Emman.* Paul Jov. *lib. 18. hist. cap. 8.* Maff. *lib. 5. histor. Ind. pag.* 123. Petr. Dam. *Dialog. 4. de var. hist. cap. 19. pag.* 301. Alphons. de Alburquerque *in suis Comment. 3. part. cap. 31.* ubi refert elegantem orationem, quam Camillus Portius tunc temporis coram eodem Pontifice habuit, expugnationem urbis Malacæ, & alia Lusitanorum in India præclara gesta commemorando: Illesc. *in histor. Pontif. 2. p. lib. 6. cap.* 22. Fr. Anton de San Roman *lib. 2. hist. Orient. cap. 6. pag.* 228. Petr. Opmeer. *in opere Chronogr. pag.* 449. & epistolæ verba ad literam inveniuntur *in relationibus Novi Orbis pag.* 184.

Extat quoque aliud non minus nobile monimentum hujus curæ & pietatis, quam Lusitaniæ Reges circa Indorum Orientalium conversionem
61 adhibuerunt, in Epistola illa, † quam Joannes Rex Emmanuëlis filius, hujus nominis tertius, ad Joannem Castrium ejus in eadem India Vicarium, sive Proregem scripsit; ubi postquam ei seriis, ac gravibus præceptis plurima injunxit, quæ ad Indorum idolatriam tollendam, Fidem promovendam, templa ædificanda, & Lusitanorum militum, ac mercatorum excessus cohibendos, pertinebant, tandem concludit: *Quod quidem in ista mea ditione mihi primum omnium & maximum est obsequium Dei, & Christianæ religionis amplificatio. Atque ut omni ex parte integri, incolumesque serventur, qui à dæmonum castris ad Christiana signa transierint: & citra tumultum ac vim, hos præsertim initio quam lenissimè populos rationibus, ac disputationibus edoceri, quanto in errore, ac veritatis ignoratione versentur: quamque vel perversum, vel impium sit cultum uni debitum Deo, simulachris, lapidibusque ab homine tribui.* Cujus epistolæ verba leguntur apud Maff. *d. lib. 12. pag.* 300. & ab eo sumpsit Fr. Thom. à Jesu, *lib. 2. de proc. omn. gen. sal. 1. part. cap. 8. pag.* 56. Lucen. *in vita S. Xaverii, lib. 2. cap.* 22. & novissimè Seraph. Freit. *de justo Imper. Asiatico, cap.* 18. *num.* 5. & Hispano sermone traduxit Fr. Anton. de S. Roman, *lib. 3. de histor. Orient. cap. 29. pag.* 589.
62 qui se eam † originalem reperisse tradit inter schedas, quas D. Ferd. Alvar. de Cast. Proregis Joannis nepos, ut reliquias tanti avi servabat.

Sed finiemus tamdem hoc caput, si ei pro coronide elegantissima quædam carmina subjecerimus, quæ Lusitanorum in his expeditionibus virtutem & gloriam, in quadam Tragicomœdia Ulyssiponæ recitata, anno 1619. coram potentissimo Rege nostro Philippo III. (immaturo heu fato nobis erepto) sic verè & luculenter sub devictarum nationum præconiis extollunt.

CHORUS TRIUMPHALIS.

Aurum ceu calidis fulget in ignibus,
Lucent ut gelidis sydera noctibus,
Ortu dum rutilo nubila dissipant:
Virtus Herculeis pressa laboribus,
Fulget sydereis amula scdibus,
Robur Lysiacum trans maria æquora,
Intrans Thetidos turgida belluis,
Mortalem veniens, quæris Olympicum
Laude triumphum.

Frustrà marmoreis mœnibus undique
Circumstat pelagus gressibus invitum,
Ne tellus pateat dissociabilis.
Mortali, superat marmora Lysius,
Neptuni rabidi dentibus inserens
Frænum: sydera tentat iter via,
Mortalem veniens, quærat Olympicum
Laude triumphum.

Naturæ validis claustra repagulis
Cedunt Lysiadis diruta tortibus.
Quid bello valeant brachia lugubri,
Expertus didicit Persa leonibus,
Cum sentit gravidas litoris ostia
Navet, Ormusii mœnibus ultimam
Cladem postlicitat, colla jubentibus
Ni cives domino subdita Lysio,
Dedant, & properet victor in ardua,
Mortalem veniens, quærat Olympicum
Laude triumphum.

Romanis valuit Persa cohortibus
Dejectis olim, non semel urbium,
E muris spolium tendere Martium,
Devictas Aquilas. Lysiacum tamen
Aspectat pavidus signa, patentibus
Valvis Ormusii mœnia dividit,
Ac tamdem validis Persia viribus
Succumbens, meritum sydcribus locat,
Mortalemque negans, quæris Olympicum
Laude triumphum.

Quibus carminibus alia addere licet, quæ novissimè ex Georg. Bucanan. & Jul. Scaliger. adducit Seraph. Freit. *ubi suprà, cap. 5. num. fin.*

CAPUT IV.

De Occidentalibus, & Meridionalibus Novi hujus (ut vocant) Orbis regionibus; & cur India, & America dicta.

SUMMARIUM.

1 *India Occidentales cur ita dictæ.*
2 *Indi, qui hodie dicuntur* Occidentales, *qualiter olim appellarentur.*
3 *India Occidentalis, secundum Ortelium, potiùs debuit dici Amazonia, vel Orelania.*
4 *Indiæ Occidentales vocatæ Columbur provinciæ à se repertæ, ut earum divitiæ significarent.*
5 *Americæ nomen falsò impositum fuit Orbi Novo à Columbo reperto.*
6 *Americus Vespatius quis, & qua arte sibi Novi Orbis detectionem adrogaverit.*
7 *Christophorus Columbus, ut insulas, sic etiam continentem Novi Orbis primus aperuit.*

Ame-

55 que † sphæricum suis insignibus addidit, quasi primus ejus pervestigator extiterit. Et eisdem titulis, & Insignibus deinceps ejus in regno successores usi sunt, ut tradit Frat. Ant. de S. Roman *d. lib. 1. c. 10. in fin. pag.* 54. quos splendidissimos esse, & à Deo gloriosè concessos, meritò testatur Joan. de Barros *decad. 1. lib. 6. cap. 1.* & Alan. Cop. *Dial. 6. cap. 36. pag.* 951. & P. Rebell. *de obligat. justit. lib. 13. quæst. 23. sect. 3.* & Seraph. Freit. *d. tract. de Imper. Asiatic. c. 8.*
56 *& cap. 14. num. 33. & seqq.* ob † id, quod Reges ipsi non tam propria commoda, & temporalium Regnorum augmentum, quam ipsius Dei laudem, & Catholicæ Fidei propagationem semper in votis habuerint; de quo plurima tradunt Auctores *suprà* citati, præcipuè Boter. & Fr. Alphons. Fernandez, Malvend. *dict. lib. 3. de Antichrist. cap. 7. in fin. pag.* 123. Didac. Valdes *de dignit. Reg. Hispan. cap. 19. num. 54. & seqq.*
57 † Nulla quippe classis instructa, nullave expeditio inita fuit, in qua non primum locum Evangelicæ prædicationis cura obtineret, & ministrorum electio ex Dominicano, Francisc. Augustiniano, & Jesuitarum Ordinibus, & aliis probatæ vitæ Presbyteris, per quos dignè res tanta tractari posset. Quod meritò laudibus extollit Thom. Boc. *lib. 4. de sign. Eccles. Dei, cap. 2. pag.* 129. & 130. ubi connumerat viros religiosos, qui maximè in hoc munere profecerunt.
58 Et inter eos † præcipuam laudem omnium consensu B. Francisco Xaverio Societatis Jesu deberi ait: Is enim postulante Joanne Lusitaniæ Rege à Paulo III. Pontifice maximo ad id muneris designatus cum potestate Legati à Latere, Ulyssipone solvens anno 1541. cunctas oras, quas Oceanus ab Indico mari usque ad extremos Sinas circumfluit, & sic dimidium ambitum totius Orbis, Evangelii prædicatione illustravit. Et præsertim Insulam Japonii, in qua altissima religionis fundamenta jecit anno 1549. linguarum, & prophetiæ donis ab Spiritu sancto donatus, quibus plusquam trecenta hominum millia ab impiis ritibus ad Christianum cultum perduxit, obiitque anno 1552. Indicæ peregrinationis undecimo, in Insula Santiano, Sinis adjacente, multis miraculis in vita, & post mortem conspicuus, corporeque & vestibus ejus integris, & suaviter olentibus post plures menses ab humatione repertis, prout hodie etiam in urbe Goa majori miraculo reperitur, ad quam ex Malaca translatum fuit; ubi tamquam verus, & novus Indiæ Apostolus veneratur, & eodem ferè in honore apud Indos habetur, quo apud Italos D. Franciscus de Assisio. Et hoc ipso, quo hæc scribimus anno 1622. sub die 12. mensis Martii à Sanctissimo D. N. Gregorio XV. Roman. Eccles. Pontif. Opt. Max. summâ totius Orbis alacritate & consensione inter Divos relatus est, piis ac gloriosis, & admirandis ejus gestis, atque virtutibus id suo veluti jure justissimè postulantibus. De quibus qui velit plura, legat Maff. Hect. Turselin. & Joan. Lucenam, qui ejus vitam lucidissimis commentariis prosecuti sunt, & omnes fermè Auctores, quos *suprà* citavimus, & præcipuè Boter. & San Roman, & Fr. Alphons. Ferdinand. *lib. 2. de histor. Eccles. nost. temp. ex cap. 34. usque ad 39.* Alan. Cop. *Dialog. 3. cap. 29. pag.* 443. *& seqq.* Pet. Dam. *dict. Dialog. 4. fol.* 327. 332. *&* 335. eumdem Boc. *lib. 6. cap. 3. pag.* 220. *& lib. 12. cap. 21. pag.* 547. ubi ejus vitam cœlestem fuisse affirmat; Rutil. Benzan. *de anno Jubil. lib. 1. c. 9. pag.* 48. Theatr. vitæ humanæ, *lib. 3. volum. 27. pag.* 4095. Ubi tradit ordinem, quem summus hic vir in convertendis & catechizandis Indis observabat: Frat. Thom. à Jesu *de proc. omn. gent. sal. lib. 2. part. 1. cap. 5.* P. Gualter. *in Chronograph. pag.* 739. & Par. Gordonus *ex anno* 1541. *usque ad* 1552. Jatric. *in Thesaur. rerum Indicarum, lib. 1. cap. 6. & seqq.* & novissimum Ferdinand. Mendez Pinto *in suis peregrinat. ex c.* 203. *usque ad* 218. & Mendozam *lib. 1. Reg. cap. 2. pag.* 675. Freitas *de Imper. Asiat. c.* 18.

Beatissimus † quoque vir Ignatius à Loyola, 59 qui ejusdem Societatis Jesu primus Fundator, & Præpositus extitit, & propter eximium religionis zelum, vitæ & instituti miracula, eadem die, quâ Beatus Xaverius inter Sanctos referri meruit, hanc Indiæ Orientalis conversionem pro virili sua ardentissimè procuravit: Nam, ut ait Maff. *lib. 16. histor. Indic. pag.* 389. non solum opi divinæ implorandæ assiduis per se, perque socios votis & supplicationibus excubabat, sed ministros in tam arduam expeditionem, tamque laboriosum, atque longinquum iter alacriter offerebat: & etiam fessa jam ætate, viribusque, suum ipse nomen & operam Summo Pontifici sponte detulerat: cumque ejus ætati & valetudini, maximis prætereà occupationibus parceretur, accuratâ meditatione ad Claudium Æthiopiæ Imperatorem, & Abyssinorum Regem, ejus Davidis filium, cujus *suprà* mentionem fecimus, gravissimas & plissimas literas scripsit, quibus Patriarcham, & duodecim socios commendavit, quos ad eum Apostolicâ auctoritate mittebat, & simul missionis causas exposuit, & Primatum, ac unitatem Romanæ Ecclesiæ luculenter adstruxit, Regemque, ut ad illam rediret, permovit. Quarum literarum tenorem hic libens insererem, nisi Latino sermone legi possent apud Maff. *dict. lib. 16. ex pag. 389. usque ad* 394. & Hispano apud Fr. Anton. de San Roman, *lib. 4. histor. Orient. c. 26. ex pag. 767. ad* 773. ubi etiam titulos addit, quibus ille uritur Imperator.

Cum autem hic zelus disseminandæ, & propagandæ fidei in omnibus Portugalliæ Regibus enituerit, maximus tamen fuisse conspicitur in † Em- 60 manuële, ut multa, quæ circa hoc divit, gessit, & sanxit, apertè demonstrant, de quibus passim prædicti Auctores mentionem fecerunt: Sed inter alia dignissima scitu est pia illa & devota legatio, quam anno 1523. ad Leonem X. Pontif. Maxim. cum elegantissimis literis misit, quibus de regionibus in India detectis, *Goa, Ormutlo, Malaca,* & aliis urbibus à suis Ducibus subjugatis, & à Mauris ereptis, illum certiorem effecit, & obedientiam tantarum Provinciarum nomine, Sanctæ Apostolicæ sedi humiliter promisit. Preciosis simul donis oblatis, rarisque, & exquisitis frugibus, aromatibus, & animalibus ab eadem India adductis, cujus opum primitias religionis causâ libandas existimavit. Quæ omnia Romæ, & noviratis, & pietatis ergò magnæ lætitiæ, & admirationi fuerunt: præsertim cum Rex in prædictis literis enunciaret, inter bellicos illos successus, divino suffragante Numine, per universam Indiam plurimos Spiritus sancti gratiâ, igneque afflatos, depositis gentilitiis erroribus, in dies ad nostram Religionem conversos, veram Dei Fidem agnovisse, & ob id summas ei gratias meritò referendas, quòd tam procul à nostro Orbe, in tam remotis regionibus Lusitanorum operâ sedulò suam veram Fidem, cultumque celebrari, publicari, ac propagari dignatus esset, sperandumque fore, extremas Orientis oras, quò & sacras Apostolorum voces intonuisse, compertum est, Occidentalibus propediem jungendas, & ad Dei veri cultum, ipsius suffragante Numine traducendas, Sanctæ Sedi Apostolicæ, Christiani gregis more, debitum obsequium, & obedientiam oblaturas.

Cujus Epistolæ, & legationis meminerunt Dam. Goës, & Hieron. Osor. *lib. 3. de reb. gest. Emman.* Paul Jov. *lib. 18. hist. cap. 8.* Maff. *lib. 5. histor. Ind. pag.* 123. Petr. Dam. *Dialog. 4. de var. hist. cap. 19. pag.* 301. Alphons. de Alburquerque *in suis Comment. 3. part. cap. 31.* ubi refert elegantem orationem, quam Camillus Portius tunc temporis coram eodem Pontifice habuit, expugnationem urbis Malacæ, & alia Lusitanorum in India præclara gesta commemorando: Illesc. *in histor. Pontif. 2. p. lib. 6. cap.* 22. Fr. Anton de San Roman *lib. 2. hist. Orient. cap. 6. pag.* 228. Petr. Opmeer. *in opere Chronogr. pag.* 449. & epistolæ verba ad literam inveniuntur *in relationibus Novi Orbis pag.* 184.

Extat quoque aliud non minus nobile monimentum hujus curæ & pietatis, quam Lusitaniæ Reges circa Indorum Orientalium conversionem
61 adhibuerunt, in Epistola illa, † quam Joannes Rex Emmanuëlis filius, hujus nominis tertius, ad Joannem Castrium ejus in eadem India Vicarium, sive Proregem scripsit; ubi postquam ei seriis, ac gravibus præceptis plurima injunxit, quæ ad Indorum idolatriam tollendam, Fidem promovendam, templa ædificanda, & Lusitanorum militum, ac mercatorum excessus cohibendos, pertinebant, tandem concludit: *Quod quidem in ista mea ditione mihi primum omnium & maximum est obsequium Dei, & Christianæ religionis amplificatio. Atque ut omni ex parte integri, incolumesque serventur, qui à dæmonum castris ad Christiana signa transierint: & citra tumultum ac vim, hos præsertim initio quam lenissimè populos rationibus, ac disputationibus edoceri, quanto in errore, ac veritatis ignoratione versentur: quamque vel perversum, vel impium sit cultum uni debitum Deo, simulachris, lapidibusque ab homine tribui.* Cujus epistolæ verba leguntur apud Maff. *d. lib. 12. pag.* 300. & ab eo sumpsit Fr. Thom. à Jesu, *lib. 2. de proc. omn. gen. sal. 1. part. cap. 8. pag.* 56. Lucen. *in vita S. Xaverii, lib. 2. cap.* 22. & novissimè Seraph. Freit. *de justo Imper. Asiatico, cap.* 18. *num.* 5. & Hispano sermone traduxit Fr. Anton. de S. Roman, *lib. 3. de histor. Orient. cap. 29. pag.* 589.
62 qui se eam † originalem reperisse tradit inter schedas, quas D. Ferd. Alvar. de Cast. Proregis Joannis nepos, ut reliquias tanti avi servabat.

Sed finiemus tamdem hoc caput, si ei pro coronide elegantissima quædam carmina subjecerimus, quæ Lusitanorum in his expeditionibus virtutem & gloriam, in quadam Tragicomœdia Ulyssiponæ recitata, anno 1619. coram potentissimo Rege nostro Philippo III. (immaturo heu fato nobis erepto) sic verè & luculenter sub devictarum nationum præconiis extollunt.

CHORUS TRIUMPHALIS.

Aurum ceu calidis fulget in ignibus,
Lucent ut gelidis sydera noctibus,
Ortu dum rutilo nubila dissipant:
Virtus Herculeis pressa laboribus,
Fulget sydereis amula scdibus,
Robur Lysiacum trans maria æquora,
Intrans Thetidos turgida belluis,
Mortalem veniens, quæris Olympicum
Laude triumphum.

Frustrà marmoreis mœnibus undique
Circumstat pelagus gressibus invitum,
Ne tellus pateat dissociabilis.
Mortali, superat marmora Lysius,
Neptuni rabidi dentibus inserens
Frænum: sydera tentat iter via,
Mortalem veniens, quærat Olympicum
Laude triumphum.

Naturæ validis claustra repagulis
Cedunt Lysiadis diruta tortibus.
Quid bello valeant brachia lugubri,
Expertus didicit Persa leonibus,
Cum sentit gravidas litoris ostia
Navet, Ormusii mœnibus ultimam
Cladem postlicitat, colla jubentibus
Ni cives domino subdita Lysio,
Dedant, & properet victor in ardua,
Mortalem veniens, quærat Olympicum
Laude triumphum.

Romanis valuit Persa cohortibus
Dejectis olim, non semel urbium,
E muris spolium tendere Martium,
Devictas Aquilas. Lysiacum tamen
Aspectat pavidus signa, patentibus
Valvis Ormusii mœnia dividit,
Ac tamdem validis Persia viribus
Succumbens, meritum sydcribus locat,
Mortalemque negans, quæris Olympicum
Laude triumphum.

Quibus carminibus alia addere licet, quæ novissimè ex Georg. Bucanan. & Jul. Scaliger. adducit Seraph. Freit. *ubi suprà, cap. 5. num. fin.*

CAPUT IV.

De Occidentalibus, & Meridionalibus Novi hujus (ut vocant) Orbis regionibus; & cur India, & America dicta.

SUMMARIUM.

1 *India Occidentales cur ita dictæ.*
2 *Indi, qui hodie dicuntur* Occidentales, *qualiter olim appellarentur.*
3 *India Occidentalis, secundum Ortelium, potiùs debuit dici Amazonia, vel Orelania.*
4 *Indiæ Occidentales vocatæ Columbur provinciæ à se repertæ, ut earum divitiæ significarent.*
5 *Americæ nomen falsò impositum fuit Orbi Novo à Columbo reperto.*
6 *Americus Vespatius quis, & qua arte sibi Novi Orbis detectionem adrogaverit.*
7 *Christophorus Columbus, ut insulas, sic etiam continentem Novi Orbis primus aperuit.*

Ame-

8 Americi *fraus, & impostura à Columbo coram Regio Senatu convincitur.*
9 *Alphonsus Oxeda magis quam Americus Novi Orbis inventor dici debuisset.*
10 *Americi fraudem plures auctores aperuerunt.*
11 *Veritas, etsi aliquando obscuretur, tamdem tamen emergit.*
12 *Americus ob rei nauticæ peritiam à Regibus Castellæ, & Lusitaniæ invitatur.*
13 *Indias Occidentales aliqui* Atlanticam *vocant.*
14 Atlantica *insula, quæ, & Platonis de ea narratio mirabilis.*
15 *Platonis narrationem de insula Atlantica multi veram esse opinantur.*
16 *Insulas, & terræ tractus plures mare submergere solet, & aliud etiam detegere.*
17 *Hispania ab Africa, & Sicilia ab Italia maris interruptione separatæ.*
18 *Ovidii elegans locus de insulis mari submersis.*
19 Rhodos *& Delos insulæ repentè è marinis fluctibus emersérunt.*
20 *Ægypti Regio olim occupabatur mari Mediterraneo, & qualiter detecta.*
21 *Peruani Regni planities, vulgò los llanos del Perù, olim erant mare.*
22 Pharos *insula qualiter à mari relicta.*
23 Syrtes Lybiæ *quid sint, & unde procedant, cum Lucano.*
24 Rex Relegatorum 7. §. est quoddam, ff. de interdict. & relegat. *illustratur, & emendatur.*
25 Ovasis, *sive* Oasis *insula quæ, & pœna deportationis in eam.*
26 *Oceanus Atlanticus multis seculis innavigabilis judicatus fuit.*
27 *Mare gramineum reperit Columbus in prima navigatione, & an id manserit ex reliquiis Atlanticæ.*
28 Atlanticæ *appellatio non benè convenit Orbi Novo.*
29 Atlanticæ *insulæ narratio Platonis fabulosa esse probatur.*
30 *Insulæ plures hodiè reperiuntur in mari Atlantico.*
31 *Insulæ plures diluvii tempore enatæ, & immutatæ, postea verò raro.*
32 §. Insula, instit. de rerum divis. *exornatur.*
33 *Mare gramineum, & virens sæpè reperitur.*
34 Oceanus Atlanticus *cur ita appelletur.*
35 Atlanticus mons *& Atlantidis insula ubi, & unde dicantur.*
36 *Atlas Rex Africæ antiquissimus, & fabulæ de eo.*
37 *Galli voluerunt Orbem Novum appellare* Franciam Antarcticam.
38 *Famæ in templo non dedicantur improba monumenta.*
39 *Orbem Novum aliqui appellant* Terram Sanctæ Crucis.
40 *Brasiliæ Provincia appellatur* Sanctæ Crucis, *& quare. Et quam injuitè hoc nomen vulgus pro Brasilia mutaverit.*
41 *Indiæ Occidentales vocantur ab aliquibus,* Orbis Catolinus, *& quare.*
42 *Provinciæ noviter repertæ, aut subactæ, à Duce, aut exploratore nomen sumere solent.*
43 Carolus *V. Imper. symbolum Columnarum Herculis, cum inscriptione,* Plus ultra, *cur assumpserit.*
44 *Alexander Magnus plorabat, audiens plures mundos esse, quod ne unum quidem subegisset.*
45 *Auctor pictæ poëtis qualiter exponat symbolum Caroli V.* Plus ultra.
46 *Francicus I. Galliæ Rex quid adjecerit symbolo Caroli V.* Plus ultra.
47 *Gloria eximia sapius fortunæ, quam virtutis est beneficium.*
48 Caroli *V. virtus, & religio, ejus fortunam prosperam fecerunt.*
49 Caroli *V. epitaphia.*
50 Caroli *V. laudes, & egregia facinora remissivè.*
51 *Orbis Novus à multis vocantur Indiæ Occidentales, & quare.*
52 *America dicitur quarta pars Orbis, & est major tribus aliis antè detectis.*
53 *Europa nihil esse videtur comparatione habita ad Indias Occidentales.*
54 *Orbem terrarum qualiter dividat Gerard. Mercator post Americæ detectionem.*
55 *Orbis universus quot gradus, & leucas contineat, & quot Orbis Novus Indiarum Occidentalium.*
56 *Jacobi Pontani scrupulus ineptus rejicitur.*
57 Scandinavia *Germaniæ insula, quia magna erat, vocabatur ab antiquis alter Orbis, & etiam* Trapobana.
58 *Americæ, & Indiarum Occidentalium appellatione auctor utetur, quamvis impropria sit.*
59 *Verbo utendum ut nummo cui publica forma sit.*
60 *Verborum proprietari derogat usus communis loquendi.*

VIdimus quæ, quota, & qualis Orbis terrarum pars propriè sub Indiarum nomine veniat, & quantum in illis inquirendis & conquirendis Lusitani profecerint: nunc autem ad institutum nostrum magis accedentes, videamus oportet, cur idem nomen his etiam provinciis inditum fuerit, quæ ad Occidentem & Meridiem vergunt, & quando ac qualiter à Catholicis Hispaniarum Regibus inquiri, ac detegi cœperint.

Et planè † quod ad nomen pertinet, valdè 1
mihi probatur opinio doctissimi & elegantissimi Pat. Joseph. Acost. *lib. 1. de natura Novi Orbis, cap. 14. pag. 36. & in proœm. ad libros de procuranda Indorum salute*, dum tradit, ob id *Indias* appellatas fuisse, quod apud veteres India diceretur remotissima illa regio Orientalis, quæ fines Orbis terrarum claudere putabatur, ut *suprà, cap. 1.* retulimus: ex quorum imitatione nostri nomen ad novas à se inventas regiones & gentes impropriè derivarunt: quæ etiam, ut plurimum, Occidentis extrema claudebant & occupabant, quamquam † initio non Indi, sed 2
Insulani, aut *Antilliani* hi Occidentales Barbari vocarentur.

Quam sententiam repetit idem P. Acosta *in sua historia naturali, & morali Indiarum*, Hispanâ lingua conscripta, *lib. 1. cap. 14.* & sequitur Thom. Porcacch. *in insulario, lib. 3. pag. 162.* Anton. Posevin. *in Biblioth. 1. tom. lib. 9. cap. 15. pag. 368* Camill. Borell. *in tractat. de præstantia Reg. Cathol. cap. 46. num. 217.* Fr. Greg. Garc. Dominicanus *in tractat. Indorum origine, lib. 1. cap. 3. §. 5.* D. Sebastian. Covarr. *in Thesaur. ling. Castell. verb. India.* P. Gaspar. Sanct. *in Comment. in Isaiam, cap. 2. num. 19. pag. 36.* ubi neminem ex prædictis referens, ait: *India à nobis communiter vocatur quæcumque regio antè incognita longèque divisa, quia ex incognitis, longinquisque regionibus ea, quam Indus fluvius perfluit, primum explorata est*: Et Abraham. Ortel. *in Thesaur. Geograph. verb. Atlantis insula*: qui subjicit falsò & impropriè ab Hispanis has regiones *Indias* esse appellatas. † Quibus si à principio nomen imponere libuisset, ut in Orientalibus contigit, Amazonias, vel Orelanias potius, quam Indiam indigitassent. Ne hanc tamen cum vera India confunderent, eam *Occidentalem* aut *Hispanicam* cognominarunt, cum altera, *Orientalis*, aut *Lusitanica* vulgò vocetur, ab orbis plagis, & Regibus nempe, quibus subsunt, ascitis nomenclaturis.

Eamdem rationem, aliis rejectis, sequi videntur Ant. Herrera *in hist. general. Indiar. decad. 1. lib. 1. cap. 6. pag. 23.* & Fr. Joan. Torquem. *in Mo-*

Monarch. Indiana, lib. 1. cap. 7. nisi quod it adjiciunt, † hoc nomen ob id etiam à Columbo confictum, ut magis ejus Orbis, quem detexerat, magnitudinem commendaret, & auro, argento, gemmis, & aromatibus aliis Indiis non esse inferiorem ostenderet, quæ jam tunc à Lusitanicis perquirebantur. Cui opinioni assentitur Fr. Joan. de la Puente *in convenient. utriusque Monarchiæ, lib. 3. cap. 7. pag. 53.* dum ait, ob id tantùm, quod Americanæ Provinciæ in remittendis ad Hispaniam thesauris Orientalibus similes sint, *Indiarum* nomen illis communicatum fuisse.

Sed quamvis impropriùm hoc nostrarum Indiarum nomen esse fateamur, aut etiam fatsum, ut 3
Ortel. affirmat, † longè tamen impropriùs, & falsiùs est alia locutio, quæ apud eumdem Ortelium, & reliquos Cosmographos, imò & apud omnes ubique gentes invaluit, teste Thom. Boz. *de sign. Eccles. Dei, lib. 4. cap. 3. pag. 131. & lib. 6. cap. 7. vers. Sed ne videamur*: Porcacch. *in insulario, lib. 3. pag. 162.* Ortel. *in Theat. magn. tab. 5.* Magin. Patavin. *tab. 34. pag. 279.* Petr. Opmeer. *in opere Chronograph. pag. 437.* Jacob. Pontan. *in prima tertii prolymnasmate 18. pag. 315.* Didac. Valdes *de dign. Reg. Hispan. cap. 19. num. 55.* & aliis communiter, dum has in universum regiones Occidentales, & Australes, *Americam* uno ore appellare solent, † tracto nimirum nomine ab 4
Americo Vesputio Florentino, qui cum esset Geographiæ, & rei nauticæ peritissimus, & Alphonsi Oxedæ, atque aliorum ducum in prioribus illis hujus Novi Orbis navigationibus, & investigationibus socius, se primum in eo terram continentem, quæ ad Pariam incipit, invenisse jactavit, & id vulgo persuasit, sparsis ubique relationibus, & tabellis Geographicis, quas ipse propriâ manu scitissimè exarabat, & nomine suo his provinciis, & aliis postea repertis, imposito. Hoc etenim falso, & per summam fraudem, & calliditatem ab eo confictum fuit. Nam † verius est, ut 7
& priores insulas, sic terram illam, & reliquam continentem, quæ ad Cummanam usque protenditur, & oras, quæ *del Dragon*, & *de la Sierpe* dicuntur, jam prius à Christoph. Columbo inventas, & signatas fuisse anno 1497. in tertia navigatione & expeditione, quam ad has oras Catholicorum Regum Ferdinandi & Elizabethæ jussu, & nomine fecit. In quorum † Senatu cum de Amerigi fraude, & tanti tituli usurpatione Columbus causam ageret, & ejus partes Fisci quoque Advocatus defenderet, id manifestis & apertis probationibus constitit, testimonium inter alios proferente prædicto Alphonso de Oxeda, cui, † si Columbus deficeret, potius quam Americo hæc gloria tribuenda merito esset, cum in illo itinere, in quo Vesputius se continentem invenisse jactavit, Oxeda ipse ducem ageret; & Joannes de la Cosa classis navarchum, uti refert, & ex Regiis Archivis comprobat Anton. Herrer. *in hist. gen. Ind. Occident. decad. 1. lib. 4. cap. 24. & 11. & lib. 7. cap. 1. pag. 224. & decad. 4. lib. 8. cap. 12. & in descriptione earumdem Indiar. Occid. pag. 15.*

Et de † eadem fraude, & impropria Americæ 10
appellatione queritur Fr. Thom. Maluend. *lib. 3. de Antichrist. cap. 16. in princ.* injustum, & suffuratum hoc vocabulum dicens, cum hæc palma Christophoro Columbo Ligurî, & Castellanis deferenda esset, & idem agnoscunt & fatentur Abraham. Ortel. *dict. tab. 3.* Opmeer. *d. pag. 437.* Carol. Stephan. *in dictionar. verb. America*: Just. Lips. *de Physiolog. Stoic. lib. 2. dis. 19.* doctissimus Berri. Aldrete *de antiq. Hispan. lib. 4. cap. 17. pag. 567.* Mosq. de Barnueno *in Numantina, cap. 10. fol. 74.* qui totam hanc inventionem Columbo tribuunt, & ab eo magis quam ab Americo Novum Orbem, *Coloniam*, sive *Columbonam*, nominari debuisse affirmant: ut sic appareat, derectam satis mundo fuisse hujus impostoris audaciam; & veritatem † rerum gestarum er- 11
rotibus non mutari, *l. illicitas, 4. veritas, ff. de officio Præsid.* quin potius tantam semper potentiam habere, ut nullis machinis, aut cujusquam hominis ingenio, aut arte subverti possit. Et licet in causis nullum patronum, aut defensorem obtineat: tamen per se ipsa defendatur, ut pulchrè ait Cicero *in orat. in Vatin.* qui etiam non minus eleganter *in orat. pro Cœlio*, sic inquit: *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias facilè sese per se ipsa defendat.* Quapropter Trivet. *apoph. 48.* eam rectè Soli similem factique quem ad modum à nubibus sæpè intercipitur, sed numquam nubibus suffocatur: ita veritas aliquando laborare potest, extingui verò numquam. Licet negari non possit, Americum † quoque plurimum 12
eâ quâ pollebat industriâ in his profectionibus juvisse, atque ideo à Ferdin. Rege Catholico ad eas invitarum, & nautarum examini, chartisque nauticis conficiendis præfectum, ut tradit idem Herrer. *dict. decad. 1. lib. 6. cap. 16. pag. 214. & lib. 7. cap. 1. pag. 224.* Et qualiter etiam ab Emmanuel. Lusitaniæ Rege vocatus fuerit, & jussu ejus duas alias navigationes ad Austrum fecerit, & Brasiliam Provinciam exactissimè exploravetit; ipse idem Americus *in suis relationibus* commemorat, & alia de eo tradunt Theatr. vitæ humanæ, *vol. 20. lib. 2. pag. 3654.* Maff. *lib. 2. histor. Ind. pag. 37.* & Fr. Anton. de S. Roman *in histor. Ind. Orient. lib. 1. cap. 2. pag. 6.*

Cum ergo his regionibus à Columbo detectis Indiarum nomen propriè non conveniat, & multò minus illud Americæ, quod ementitum ostendimus: Sunt alii, † qui putant, melius & pro- 13
prius totam hanc Orbis partem *Atlanticam* appellari potuisse, & ita eam appellat Gerardus Mercator, & alii Cosmographi, quos refert & sequitur Ortel. *in dict. Thesaur. Geograph. verb. Atlantis insulæ*: Thear. vitæ hum. *vol. 5. lib. 3. pag. 1258.* Patavin. *dict. tab. 34. pag. 279.* Joan. Funger. *in Etymolog. verb. Atlas*: & Opmeer. *in opere Chronographic. pag. 9.* eo argumento moti, quod existiment, † illam verè esse Atlanticam insulam de 14
cujus ingenti magnitudine, ubertate, & divitiis nobilem illam, & mirabilem narrationem, jam olim scriptam, reliquit Plato *in Thymæo, sive Critia*, ubi sic Athenienses alloquitur: *Traditur vestra civitas restitisse olim immanibus hostium copiis, quæ Atlantico mari profectæ propè jam cunctam Europam, Asiamque obsederunt. Tunc enim erat fretum illud columnarum Herculis navigabile, habens in ore, & quasi vestibulo ejus insulam Lybia simul, & Asia majorem, per quam ad alias proximas insulas patebat aditus, atque ab illis ad om-*

nem

nem continentem à conspectu jacentem, verò mari vicinam. Pelagus illud verum mare, terra quoque illa verè erat continens. Verum post hæc ingenti terræmotu, jugique unius diei, noctisque alluvione factum est, ut terra debiscens, omnes illos vestros bellicosos homines absorberet, & Atlantis *insula sub vasto gurgite mergeretur. Quapropter navigabile pelagus illud propter absorptæ insulæ limum relictum fuit.*

Hactenus Plato, plura alia non minus admi-
15 randa de eadem insula adjiciens: Cujus † narrationem veram esse, non solùm prædicti auctores, sed alii etiam plures sapientissimi viri sibi persuaserunt, ut constat ex Plinio *lib.* 2. *cap.* 90. Strab. *lib.* 2. *Geograph.* Diodor. Siculo *lib.* 4. ubi eam Tritoniam vocat: Plutarch. *in vita Sertorii*: Amian. Marcel. *lib.* 17. Tertul. *in Apol. cap.* 4. & *lib. de Pallio, cap.* 2. Arnob. *lib.* 1. *advers. gent.* Proclo Philosopho Platonico apud Marsil. Ficin. *in Comment. Thimæi*, ubi citat Marcellum quemdam historiæ Æthiopicæ Scriptorem: eamdem historiam egregiè confirmantem, Crantore, & Plotino, & novissimo Joan. Serran. *in Commentar. ad Platon.* Cœlio Rhodigin. *lib.* 17. *antiq. lect. cap.* 18. Ugon. Blos. *in orat. quodlib.* Joan. Becano *in origin. Antuerpiens. lib.* 3. Turneb. *lib.* 20. *advers. cap.* 11. Ludovic. Vives *in not. ad D. August. lib.* 16. *de Civit. Dei, cap.* 9. latè Pamelio *in scholiis ad Tertul. sup. annot.* 528. Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei, lib.* 20. *cap.* 3. Ludov. Legionensi Augustinian. *in Commentar. sup. Abdia, cap. ult. pag.* 670. Petr. Mexia Hispalens. *in Sylva, 4. part. cap.* 3. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 16. *pag.* 149. Pined. *de rebus Salom. lib.* 4. *cap.* 15. *pag.* 205. Just. Lips. *lib.* 1. *de Constantia, cap.* 16. & *in Physiolog. Stoic. lib.* 2. *dissert.* 19. Fr. Greg. Garc. *de Ind. origin. lib.* 4. *cap.* 8. & *seq. ex pag.* 351. *ad* 406. & *lib.* 1. *cap.* 3. *ex pag.* 46. Basil. Pont. *quæst.* 8. *expositiva, cap.* 1. *pag.* 467. Majol. *in dieb. Canic. tom.* 1. *colloq.* 1. *pag.* 30. & *colloq.* 14. *pag.* 337. Fr. Joan. de la Puente *in conveniential utriusque Monarchiæ, lib.* 3. *cap.* 21. §. 3. *ex pag.* 143. & Joan. Funger. *in Etymol. Latino-Græco, verb. Atlas, pag.* 97.

Et hanc continentem à Platone indicatam, esse hunc Novum Orbem à Columbo repertum, & insulas quas illi vicinas facit, esse *Cubam, Hispaniolam, Borriquenam, Xamaicam*, & alias quas vocant, *de Barlovento*: Columbumque Platonis auctoritate ductum, ad has regiones investigandas, permotum fuisse, apertè tradunt Mercator, Ortel. Turneb. Pamel. Viv. Boc. Majol. Garcia, Funger, Opmeer. & Theatr. vit. humanæ, *ubi suprà*, & ultra eos Gomara 1. *tom. histor. Ind. fol.* 120. *ad fin.* Augustin. Zarat. *in prooem. histor. Perus.* Petr. Ciez. 2. *tom. rerum Indic.* Joseph. Acosta *lib.* 1. *de naturâ Novi Orbis, cap.* 12. & Fr. Stephan. de Salazar *supr. Symbol. Apostol. disc.* 16. *cap.* 3.

Neque mirum videri debet, quod ingenti terræ motu, & maris alluvione Atlanticam illam insulam absorptam, & sub vasto gurgite mersam,
16 commemorat Plato: Cum † id frequentissimum fuisse legamus, & divino judicio ita disponente, maria, suis sedibus migrantia, vastissimas insulas, & longos terræ tractus occupasse. Contra etiam in ipso mari novas insulas, & multas terræ plagas repentè emersisse; quasi patria secum faciente na-
17 tura, & uno loco reddente, quod alio hauserat, ut plurimis exemplis ostendit Plin. *lib.* 2. *ex cap.* 85. *ad* 90. Tit. Liv. *lib.* 39. quem refert Bris. *de verbor. signif. verb. Insula, fol.* 305. Pompon. Mela *lib.* 1. *cap.* 5. & *lib.* 2. *cap.* 7. Strab. *lib.* 1. *ad med.* Senec. *lib.* 6. *natur. quæst. cap.* 31. Solin. *in Polysth. cap.* 8. & 36. Auctor de mirabilibus Sanctorum inter opera D. August. *lib.* 1. *cap.* 7. Bapt. Fulgos. *lib.* 1. *tit.* 6. *de mirac. fol.* 54. & *seq.* Genebrard. *suprà Psalm.* 106. *vers.* 33. Balduin. & Hotman. *in* §. *insula, instit. de rerum divis.* Maluend. *de Antichrist. lib.* 7. *cap.* 14. *pag.* 378. & *seq.* Fr. Greg. Garc. *d. lib.* 4. *de Indor. origin. cap.* 11. & 12. Fr. Joan. de la Puente *in d. convenientia, lib.* 2. *cap.* 29. *pag.* 294. & *lib.* 3. *cap.* 26. *pag.* 164. & 165. Florian. Ocamp. *lib.* 1. *histor. Hispan. cap.* 4. 35. & 40. Theatr. vitæ humanæ, *vol.* 23. *lib.* 1. *ex pag.* 3938. Auctor de mirabilibus Sanctorum inter opera August. *lib.* 5. *cap.* 7. Majol. *colloq.* 1. *pag.* 17. 30. & 31. & *colloq.* 10. *ex p.* 270. & *colloq.* 14. *ex p.* 335. & Just. Lips. *dict. lib.* 1. *de constantia, cap.* 16. ubi inter alia de Siciliæ ab
† Italia, & Hispaniæ ab Africa separatione, ma-17 ris interruptionibus factâ, meminerunt. Ovidius quoque *lib.* 15. *Metamorphos.* hoc argumentum elegantissimè juxta Pythagoræ opinionem illustrans, qui docere solebat, omnia in novas formas mutari, † sic canit: 18

Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus
Esse fretum: vidi factas ex æquore terras,
Et procul à pelago conchæ jacuere marinæ,
Et vetus inventa est in montibus anchora summis:
Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum.
Fecit; & eluvie mons est deductus in æquor,
Si queror Helicen, & Burim, Acheidos urbes,
Invenies sub aquis, & adhuc extendere nautæ
Inclinata tolent cum manibus oppida mersit.

Philo etiam *in lib. quòd mundus sit incorruptibilis*, † de *Rhodo*, & *Delo* clarissimis insuliis 19 agens, scribit, eas è marinis fluctibus emersisse, unde à Pindaro ἐξίκιστοι, dicuntur, id est, *Divinitùs conditæ*. Et Carol. Stephan. *in dictionar. verb. Ægyptus*, ait, † totum eum tractum, quem 20 hodiè Ægypti regio occupat, olim sinum maris Mediterranei fuisse, Nilique alluvione ex aggesto limo oppletum, & terram factam. Quod etiam plurimi alii ex antiquioribus & recentioribus tradiderunt, quos refert Joan. Gorop. *in Nilo Scopio*: & Joan. Bapt. Scort. *lib.* 1. *de natur. & increm. Nili, cap.* 1. & 8. asserentes. Nilum ita dictum, quod νέος, id est, *Novus limus*, ab eo quotannis deferatur. Memineruntque ejusdem rei Ulp. *in l.* 1. §. *ripa, ff. de flumin.* Imp. *in C. & Novellis sub tit. de alluvionibus*: & Casiodor. *lib.* 3. *epist.* 52. Michaël quoque Cabello Balboa, *in Miscellan. Australi manuscripta*, 2. *part. cap.* 15. tradit, ex constanti Indorum relatione, ab antiquis ad posteros derivata, & ex aliis signis compertum esse, † ingentes istas terræ planities, quæ 21 in hoc Peruano Regno circa maris litora adeò longè & latè diffunduntur, olim falsis & undosis ejusdem pelagi fluctibus occupatas fuisse.

Quibus adstipulatur, quod de Insula † *Pharo*, 22 & aliis canit Lucan. *lib.* 10. *Pharsal.*

Tunc claustrum pelagi cæpit Pharon, *insula quondam,*

In

In medio steterit illa mari sub tempore vastis
Prothoos, at nunc est Peltais proxima muris.

Et Ovid. *lib.* 15. *Metamorph.*

Fluctibus omnitæ fuerant Antissa, Pharosque,
Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.

23 Et de causa † Syrtium, quæ propè Lybiam conspiciuntur, idem Lucan. *lib.* 9. sic inquiens:

Syrteis vel primam mundo nascente figuram
Cùm daret, in dubio pelagi, terræque reliquit:
Sic malè deseruit, nullosque exegit in usus,
Hanc partem natura sui, vel plenior æto,
Olim Syrtis erat pelago, penitusque natabat:
Sed rapidus Titan ponto sua lumina pascens,
Æquora subduxit Zonæ vicina perustæ,
Et nunc pontus adhuc Phœbo ticcante repugnat;
Mox ubi damnosum radios admoverit æstum,
Tellus Syrtis erit: nam jam brevis unda supernè
Innatat, & latè perituros deficit æquor.

Tradunt alia Alberic. Gentil. *lib.* 4. *lection. cap.* 14. & Stephan. Forcat. *lib.* 2. *de Gallorum Imperio fol.* 82. ubi quod † Ulpianus scribit *in leg.* 24 *Relegatorum* 7. §. *est quoddam, ff. de interdictis & relegatis*: *Et quoddam genus quasi in insulam relegationis in Provincia Ægyto in novas insulas relegare.* Sic explicat, quasi ille nativitate sint novæ, vel quia eas recenter investigatio solers hominum, aut insomnis avaritia navigantium periculi secura detexit. In quo tamen animadvertere debuit, textum illum secundùm veriorem emendationem Codicum literam, non dicere, *In novas* 25 *insulas*, sed *in Ovasin.* Est autem, † *Ovasis*, sive *Oasis*, tam parva, quàm magna, locus desertus in mediis Lybiæ arenis, ad Egypti confinia versus Occidentem culicibus & muscis grandioribus infestus, ut Græci Interpretes notant, in quem nocentes olim relegari solebant, ut bene docuit Duaren. *lib.* 2. *disputat. cap.* 39. qui infinitos locos ex omni genere Scriptorum huc pertinentes congessit, & ultra eum Cujac, *lib.* 8. *observat, c.* 27. Barnab. Brison. *lib.* 3. *de verb. significat verb. Ovasis, fol.* 471. Pratejus & Casinus *eodem, verbo* & Abraham. Ortel. *in Thesaur. Geograph.* qui hinc etiam intelligunt illud, quod de Oasena deportatione traditur *in lib.* 1. *C. Theodos. de Nili agger.*

Id autem, quod à Platone in prædicto loco subjicitur, illud scilicet pelagus, ubi olim Atlantica insula absorpta fuit, innavigabile propter limum
26 mansisse, ex eo confirmari potest, quod † multis seculis hujus freti navigationem paucì tentarunt, ut tradit Pineda *de rebus Salomon. lib.* 4. *cap.* 14. *pag.* 196. & *cap.* 15. *pag.* 205. & nos *infrà c.* 11. latiùs ostendemus. Atque item ex eo, quòd Co-
27 lumbus, † cùm per illud mare primam navigationem instituit, per dierum aliquod iter tantam graminis ubertatem classi occurrentem invenit, ut tamdem tota circumsepta, tamquam in pratis herba virentibus, navigare videretur. Quæ gramînis vis potuit ex reliquiis Atlantici limi, de quo Plato loquitur, permansisse, aliis jam scopulis & impedimentis, tanti temporis spatiis, & continuis maris agitationibus comminutis. Et de hoc gramineo mari à Columbo reperto locupletissimi testes sunt ii, qui ejusdem res gestas scriptis mandarunt, ac præcipuè Gomara 1. *tom. histor. Ind.* Ovetus *in tad. hist. lib.* 2. *c.* 5. Francisc. Ulloa apud Ramusium *in navigation. tom.* 3. Anton Her-

rer. *in histor. general. Indiar. decad.* 1. *lib.* 1. *c.* 9. & 10. & ultra eos idem referunt Pamel. *in annot. ad Apologet. Tertul. scholio* 528. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 16. *pag.* 149. & Sim. Majol. *in diebus Canicul.* 1. *tom. colloq.* 10. *pag.* 262. & *colloq.* 20. *pag.* 451.

Verum autem verò licèt his argumentis defendi posse videatur *Atlanticæ* nomen quod nostro Novo Orbi supradicti auctores attribunt; adhuc tamen † arbitror, ei parum aptè applicari: Nam 28 si Atlantis insula tot retrò seculis, ut ipse Plato scribit, submersa fuit; quâ ratione ejus vocabulum ad continentem hodie stantem, & longè dissitam, extendemus? Tum etiam, quia hoc quod de Atlantica cum Platone retulimus, etsi ut verum à multis admittatur, ut patet ex *suprà* relatis, meritò tamen † ab eximiis aliis ipsius Platonis se- 29 ctatoribus fabulæ magis, quàm historiæ tribuitur, allegoricòque omnia à summo Philosopho dici volunt, ut constat ex Procło, Porphirio, Orig. & aliis relatis à Marsil. Ficino *in Commentar. super Thim. cap.* 4. & *in Critia, cap.* 1. Neque dissentiunt Plin. Tertul. & Arnob. quos *suprà* citavimus; nam licèt Platonis narrationem sequantur, sub mendacii tamen dubio, & periculo, eam proponunt. Idemque fecit Pat. Joan. Pineda *de rebus Salom. lib.* 4. *cap.* 14. *pag.* 201. & latiùs & elegantiùs cæteris, & in nostræ Americæ terminis loquens Joseph. Acost. *lib.* 1. *de natur. Novi Orbis, cap.* 22. *per totum*; & eruditissimus vir D. Gregor. Lopez Madera Regius & dignissimus in supremo Castellæ Senatu Consillarius *in lib. de excellentiis Monarch. Hispan. cap.* 9. & Fr. Basilius Pontius Legionens. 1. *part. variar. disput.* 48. *expos. cap.* 1. *pag.* 467. & novissimè post hæc scripta Seraph. Freit. *de justo Imperio Asiatico, c.* 5. *num.* 20.

Quorum argumentis numquam plenè respondere potuit Fr. Gregor. Garc. *in dict. tract. de Indor. orig. lib.* 4. *cap.* 9. *cum seqq.* quamvis in hoc multum olei & operæ collocaverit. Etenim Plato ipse à Critia puero inter cantilenas eam narrationem traditam esse fatetur, & novem mille annis ante illud tempus, quo scribebatur, contigisse, quod quam sit à vero alienum, nemo non videt, cum nec hodie à mundi creatione tot secula præterierint.

Et rursus, quia, quæ de immensitate illius insulæ subdit, & templi in ea positi divitiis, & magnitudine, Neptuni, & Clytus amoribus, gemellis quinquies ab eis susceptis, colle in quinque orbes diviso, & repentina tam vastæ telluris subversione, & submersione, quæ universam Asiam, simul & Africam amplitudine superabat nemo vel mediocriter sanus fabulosè dicta, & meras nugas esse negabit. Præsertim † cum quotidiana experientia 39 comperiamus in eodem mari & situ, quem Atlanticæ suæ Plato designat, alias minores insulas remansisse, quales sunt *Fortunatæ*, sive *Canariæ*, & quæ vocantur *de la Madera*, y *de los Azores*, & similes, quæ cum alluvionem à Platone confictam effugerint, non obscurè ostendunt, quid de ejus hac in parte fide sentire debeamus. Neque dixerit quispiam eas insulas, quas hodie conspicimus, post absorptam Atlanticam nasci, & emergere potuisse, juxta ea, quæ *suprà* retulimus: nam etsi hoc aliquando contigerit, † præcipuè dilu- 31

vii tempore, quo alias, atque alias insulas enatas,
Immutatasque tradit D. August. & post eum Ma-
jol. *dict. colloq.* 10. *pag.* 266. rarum tamen est, &
32 facilè non probandum, ut inquit Imperator Jus-
tin. † *in* §. *insula, instit. de rerum divis.* & Theo-
doret. *lib.* 4. *de curat. Græc. affection.* dum gene-
raliter docet: *Mare quamquam inde nubes vim*
aquarum incessanter exhauriant, imbresque pa-
riant, terrisque diffundant, imminutum olim ex-
haustumve esse non cerni, neque ab his litoribus re-
cessisse, quæ olim fluctibus suis obduxit.

Accedit his, nullum uspiam tantæ insulæ mo-
numentum, nisi fictitium illud Platonis reperiri,
nullumque subversionis ejus vestigium alicubi
comparuisse: Nam quod de gramineo diximus
33 mari † sæpè navigantibus in aliis etiam oris oc-
currit, ut multis exemplis ostendit Majol. *in locis*
suprà citatis.

34 Et quod quidam arguunt de † Oceani Atlan-
tici appellatione quam mare illud ab illa Atlanti-
ca insula, quæ olim in eo erat, traxisse opinan-
tur, inter quos Just. Lips. *de Physiolog. lib.* 2. *dis-*
sert. 19. confutatione planè non eget, cum certum
& apertum sit ab Atlantico monte denominari:
35 † quod scimus in extremæ Mauritaniæ terminis si-
tum, trecentis plus minus millibus ultra Gadita-
num fretum, & Herculis Columnas, è cujus re-
gione sita est Atlantidis insula, parva tamen,
& ignobilis, ut tradit Plinius *lib.* 6. *cap.* 5. &
31. *& lib.* 5. *capit.* 1. & alii relati ab Ortelio *in*
Thesaur. Geograph. verb. Oceanus Atlanticus. Atlas
36 autem mons ab † Atlante Promethei fratre no-
men accepit, qui antiquissimus Rex Africæ fuisse
perhibetur, & Hesperidum pater, & primus Astro-
logiæ artem excogitasse, ob quod cœli machinam,
atque astra sustinere humeris fabulabantur, & à
Perseo in montem eximiæ altitudinis, qui etiam
cœlum tangeret, fuisse conversum, ut constat ex
Diod. Sicul. *lib.* 4. *cap.* 5. *& lib.* 5. *cap.* 2. Cicer.
lib. 5. *Tuscul.* Herodot. *lib.* 4. Ovid. *lib.* 4. *Meta-*
morphos. Solin. *capit.* 37. D. August. *lib.* 18. *de*
Civitat. Dei, cap. 8. D. Isidor. *lib.* 14. *Etymolog.*
cap. 8. & ex plurimis aliis Græcis & Latinis Poë-
tis, atque Historicis, quos latissimè congerit
Bernard. Aldrete *de antiq. Hispan. lib.* 4. *ex ca-*
pit. 10. *usque ad* 15. & ab eo mutuatus Francisc.
Torreblanca *in epitom. de Magia in defension: ca-*
pit. 5. inter quos Virgil. *lib.* 6. *Æneid.* sic canit.

——Juxtà extra rydera tellus.
Extra anni Solisque viæ, ubi caliser Atlas,
Axem humero tollit, stellis ardentibus aptum.

Silius Ital. *lib.* 1.

Nec patitur nomen proferri longiùs Atlas,
Atlas subductò tracturus vertice cœlum.

Et expressiùs Festus Avienus *vers.* 105.

Ultima proceras subducit ad astra columnas,
Hic modus est Orbis, Gadir locus, hic tumet Atlas.
Arduus, hic duro torquetur cardine cœlum,
Hic circumfusis vestitur nubibus axis.

Rejectâ ergo *Atlanticæ* appellatione, quam
aliqui, ut vidimus, huic Novo Orbi tribuere vo-
luerunt, multò magis rejiciendum videtur nomen
37 *Franciæ Antarcticæ*, † quod ei Galli imponere co-
nati sunt, dum inaniter ostendere cupiunt, se pri-
mos illius inventores fuisse sub Villagagnonis Do-
mino, ut tradit Porcacch. *in insulario lib.* 3. *p.* 162.
Nam periit in flore hæc calumnia, quæ in gloriæ
Hispanorum invidiam à Gallis prætexebatur: ne-
que uspiam terrarum tale virus vires accepit, † ut 38
sic appareat, in Famæ templo non dedicari im-
proba, & petulca monumenta, ut aliud agens
tradit Just. Lips. *in cent.* 2. *ad Belg. epist.* 6.

Neque magis audiendi sunt alii qui, eodem
Porcaccho teste, † has omnes novas regiones 39
Terram Sanctæ Crucis appellant, nimis quidem
imperitè; cum † hoc nomen solùm Brasiliæ con- 40
veniat, quam ubi primùm Alvarus Capralis de-
texit, Sancto illo nomine & signo plissimè com-
munivit, ut diximus *suprà cap. proximo, num.* 32.
eoque multis annis appellata & cognita fuit, li-
cèt posteà, dæmonis fortasse astu, *Brasiliæ* ap-
pellatio magis invaluerit, à ligno hujus nominis
tingendis pannis admodum apto, quod ex ea
exportari solet, de quo graviter dolet & queritur
Joan. Barr. *decad.* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. & Petr. Dam.
Dialog. 5. *de var. hist. cap.* 2. *fol.* 338. & Fr.
Anton. de San Roman *lib.* 1. *histor. Indic. Orien-*
tal. cap. 11. *pag.* 57. Quia non debuit ligni Cru-
cis venerandum nomen, quo non solùm tinc-
ti, sed redempti fuimus, ob alterius ligni no-
men omitti, quod ejus comparatione vilissi-
mum est.

Convenientior planè videtur alia appellatio,
quam his regionibus communiter impositam tra-
dit Camill. Borrell. *de Reg. Catholic. præstantia,*
capit. 41. *num.* 77. eas nimirum † vocans *Orbem* 41
Carolinum, à nomini invictissimi Imperatoris
Caroli V. Hispaniarum Regis Optimi Maximi,
sub cujus Imperio, & auspiciis, detectio & com-
quisitio, à Columbo & aliis Ducibus jussu Re-
gum Catholicorum Ferdinandi & Elisabethæ fœ-
liciter cœpta, fœlicissimè ad Mexicanam & Pe-
ruanam Provinciam, & alias ditissimas, & latis-
simas extensa fuit, ut *in capit. seq.* trademus.
Pro qua opinione licèt ipse Camillus nihil alleget,
mihi considerari posse videtur, frequentissimum
omni seculo fuisse, † ut noviter inventæ, aut 42
subjugatæ provinciæ à Rege, aut Imperatore
nomen assumant, qui de illis cum majore laude
triumphavit, ut multis exemplis ostendit Jo-
seph. *lib.* 1. *antiq. cap.* 6. D. Isidor. *lib.* 9. *Ety-*
mol. cap. 2. Pereir. & alii, *sup. Genes. cap.* 6.
& 10. M. Mantua *in Enchiridio, lib.* 12. *ca-*
pit. 273. Gregor. Lopez Madera *de excellent. His-*
pan. cap. 3. *pag.* 19. Gaspar. Sanct. *in Isai. cap.* 2.
num. 20. & Frater Joan. de la Puente *in conve-*
nient. Monar. lib. 3. *capit.* 28. §. 2. *pag.* 174. Gre-
gor. Garcia *de Indor. origine lib.* 4. *cap.* 18. &
norabiliter Fab. Pictor. *lib.* 1. *de aureo seculo* in-
quiens: *Denominare enim, aut imponere genti-*
bus, & locis nominatum, Regum, Ducumque
jus est.

Rursus quia Carolus † ipse hunc titulum 43
sibi assumere velle, apperte significavit, dum in-
signibus suis Herculis columnas adjecit, cum
illa inscriptione *Plus Ultra*, sive *Plus Outre*, ut
legendum contendit Hieron. Ruiscell. *lib.* 2. *delle*
Imprese, fol. 28. quasi diceret, suæ virtuti &
fortunæ Herculeum fretum non obstitisse, quam-
vis ibi Orbem finiri, nec ultra progredi licere
veteres credidissent; sed alium novum & ma-
jorem Orbem detectum, & quæsitum fuisse, ad
quem sui Imperii ac nominis fines, & famam
extenderet. Tanti quippe Cæsaris virtus & glo-

ria unius Orbis angustiis claudi non poterat,
quin potius illis tamquam stricto carcere circum-
44 clusa, non minus æstuabat, † quàm olim Ale-
xander Macedonum Rex, de quo Juvenal. *Sa-*
tyr. 10. scriptum reliquit.

Unus Pellæo juveni non sufficit Orbis,
Æstuat infelix angusto limite mundi,
Ut Gadæ claustis scopulis, parvaque Seripho.

Alludens nimirum ad illud, quod recenset Va-
ler. Maxim. *lib.* 8. *cap.* 15. Ælian. *lib.* 4. *de var.*
histor. circa finem, Thear. vitæ humanæ, *vo-*
lum. 11. *lib.* 4. *pag.* 2573. & Maluend. *lib.* 3. *de*
Antichrist. capit. 16. *pagin.* 150. Alexandrum
nempè Anaxarcho Philosopho, ex auctoritate
Democriti præceptoris, innumerabiles mundos
esse referente, sortem suam tamquam miseram
deplanxisse, quòd nec uno quidem adhuc fuis-
set potitus.

Sed audiamus † pictæ Poesis auctorem, qui
45 ipsum idem Caroli symbolum, & utriusque Or-
bis Imperium, his carminibus egregiè declarat.

Carolus Occiduæ Princeps Austrasius oræ,
Divisum Imperium cum Jove Cæsar habet.
Jupiter in cœlo, terrarum Cæsar in Orbe,
Inter hic humanos imperat: ille Deos.
Nec mirum, Mars fortis enim, sapiensque Minerva,
Dant manibus pronis talibus auxilium,
Parva forit tunt arma, Domi, nisi consilium sit,
Magnanimus prudens Cæsar utroque viget,
Ut numquam (his velut Herculeis firmata columnis)
Gloria Cæsarei corruat Imperii.
Nec dum finis hic est. Duce, sed virtute sequentem,
Fortunam eventis proferet ulterius.

Et eodem pertinet expositio Riuscelli *suprà*,
Joan. Horoscii Covar. *in Emblemat. cap.* 10. Fr.
Joan. à Ponte *in convenient. Monarch. lib.* 3. *c.* 21.
in fine, & Martini Delr. *in Adag. sacris, tom.* 2.
46 *Adag.* 459. *pag.* 576. ubi narrat, † quòd cùm
Magnanimus ille Franciscus I. Francorum Rex,
Matriti caprus ab eodem Imperatore detineretur,
& in pariete dictum ejus symbolum, *Plus Ultra*,
scriptum legisset, adscripsit: *Hodie mihi, cras*
tibi, fortunæ vicissitudinem ostendere volens,
quæ gloriosa illa trophæa mutare solet, & ab aliis
in alios transferre. Quod cùm Cæsar Maximus
perlegisset, ut se mentem adversarii intellexisse
monstraret, subscripsit: Fateor me hominem.
47 Sed quamvis in aliis vera esse soleat † illa senten-
tia Quinti Curtii *lib.* 8. *Eximia gloria sapius for-*
tunæ, quam virtutis est beneficium, † in Carolo
48 tamen, cum pietate & virtute solidâ niteretur, Deo
ejus Religioni, conatibusque favente, non solum
mutata non fuit, verùm indies magis ac magis ex-
tensa, & ad Imperium usque cœleste producta,
ita ut meritò quidam imagini ejus inscriptionem
49 hanc dicare potuerit, † *D. Carolus V. Imper. Cæs.*
cui, cum unum vicisset mundum, adjectus est alter,
cum utrumque, vicit utriusque victorem. Nec vir-
tus Plus Ultra progredi potuit, inter calites vi-
xit antequam inter homines esse desineret. Et alter
in tumulo hoc epitaphium.

Plus Ultra famam extendit, nomenque decusque,
Quam capit tellus, quam capit Oceanus.
Nec mihi Plus Ultra, quin parva conderet urna.
Profuit, aut magna Martia vis animi.

Quid Regna, Imperium juvere, atque Indicus Orbis,
En gaudet spoliis trux Libitina meis,
Plus Ultra tamen, & tantarum gloria rerum,
Inter concessit rydera clara locum,
Invictum animum cœlo divina locavit,
Virtus, & sanctæ religionis amor.

Et alius: *D. Carolo V. Imperat. Cæs. August.*
Max. Indico, Turc. Afric. German. Regi potentis-
simo & invictissimo, quod ejus ductu auspicilique,
ac nominis auctoritate, gentes Indicæ omnes, quæ
à Septemtrione ad Meridiem usque protenduntur,
ut jure Novus Orbis appellentur, tam longè, la-
teque patent, auro, argento, gemmis, aromatis, aliis-
que variissimis rebus abundantissimæ per legatos
sint inventæ: ac sub Imperium Hispaniæ Regum,
magno Christianæ Religionis commodo & augmen-
to redactæ: Joanna Lusitaniæ Princeps, Hispania-
rum gubernatrix Patri Optim. & Maxim. F. I. De
cujus Magni Cæs. laudibus, & egregiis facinori-
bus plura adjicere supersedeo, quoniam † id exac- 50
tissimè præstiterunt Alphonsus Ulloa, Petr. Me-
xia, & Prudent. Sandoval. *in ejus vita*, Promptua-
rium Iconum, *pag.* 222. & plurimi alii auctores,
quos refert Camill. Borrel. *d. cap.* 42. *num.* 78. &
ultra eos Joan. Voerthus. *in lib. singul. Phœnicis*
sive consecrationis Augustæ per totum, & Alan.
Cop. *Dialog.* 6. *cap.* 34. *pag.* 942. Vide Valdes *de*
dign. Reg. Hispan. cap. 20. *num.* 14.

Sed licèt hæc ita pro appellatione Orbis Caro-
lini defendenda & illustranda non incongruè dic-
ta videantur, † adhuc tamen mihi magis semper 51
arrisit aliorum sententia, qui has omnes regiones
Occidentales & Meridionales, de quibus loqui-
mur, generaliter solent *Novum Orbem* vocare.
Non quia plures mundos esse opinentur, prout
nonnulli male fecerunt, quorum errorem *infrà*
cap. 12. *num.* 75. convincemus; sed quia cum ve-
teres totius Orbis terrarum, & circumambientis
Oceani effigiem in tres partes divisserint, *Africam*,
scilicet, *Europam* & *Asiam*, ut diximus *supr. c.* 1.
num. 23. Inventâ denuò hac, quæ *America* dicitur,
eam pro quarta numerare cœperunt, † & *Novum* 52
Orbem, sive *hemisphærium* appellare, ob immen-
sam ejus amplitudinem, quâ tres partes anteà
cognitas superare videtur, atque etiam ob diver-
sitatem morum, rituumque Incolarum, & dissimi-
litudinem animalium, arborum & stirpium, ut
benè observat Abraham. Ortel. *in Theatr. Magn.*
tab. 1. *& 5. & in Thesaur. Geographiæ, verb. At-*
lantis insulæ, Petr. Martyr. *in decadibus*, quibus
de Orbe Novo titulum fecit, *Epit. navigat. Ame-*
rici Vesputii in relation. Novi Orbis cap. 114. *pa-*
gin. 122. Præfatio Cosmograph. ad easdem rela-
tiones, §. 3. Epitaphium Caroli V. supr. relatum,
Joseph. Acost. *in elegantissimis libris de natura*
& historia Novi Orbis, Latinâ & Hispanâ linguâ
conscriptis, Just. Lips. *de Physiolog. Stoic. lib.* 2.
dissert. 19. Zurit. *lib.* 3. *Annal Arag. cap.* 4. Joan.
Matian. *lib.* 26. *histor. Hispan. cap.* 3. Scip. Amir-
rat. *lib.* 2. *discep. Politic. discurs.* 4. Genebrard.
lib. 4. *Cosmograph. ann.* 1497. Magin. *tab.* 34.
pag. 279. Petr. Damar. *Dialog.* 4. *cap.* 2. *fol.* 338.
Joan. Boter. *in relat. univers.* 1. *part. vol.* 2. *lib.* 1.
pag. 348. Porcacch. *in insulario lib.* 3. *pag.* 162.
Herrer. *in histor. gene. Ind. decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4.
& in descript. Ind. lib. 1. *cap.* 1. Torquem. *in*
Monarch. Indiana, lib. 1. *cap.* 2. Didac. Valdes *de*

dignit. Reg. Hispan. c.12. n.7. & cap.19. num.55. Henric. Mart. *in repert. tractat. 2. cap.7. pagin.* 102. Bernard. Aldrete *lib.1. origin.ling. Castel. cap.* 12. Doctis. Joan. Bapt. Valenzuela *consil.* 82. *num.* 69. Nos *infrà cap.* 16. *num.* 24. *& seqq.* passim Majol. *in diebus Canicular.* ubi easdem regiones sub appellatione *Orbis Novi* comprehendit, & præcipuè, *tom. 1. colloq.* 10. *pagin.* 266. Ubi ait, † Europam, si comparetur cum
53 reliquo Orbe antèà cognito, exiguum ejus angulum esse comparatione autem habitâ ad hunc nostrum postea repertum, nihil esse, videri posse. Et idem sentit Gerard. Mercator *in suis tab. univers.*
54 *in princip.* & Boter. *ubi suprà.* † Ubi totum terrarum Orbem in tres continentes distinguunt: primam faciunt eam, quam diximus, veteres in *Europam, Africam* & *Asiam* fuisse partitos. Secundam, quam hodiè *Americam*, vel *Indiam Occidentalem* vocamus. Tertiam dicunt terram *Australem*, quam nonnulli *Magellanicam* nuncupant, paucis hactenus litoribus detectam.

Quod adeò verum est, ut juxta eosdem auc-
55 tores, † cùm universus Orbis contineat in circuitu, quo maximè patet, milliaria Germanica 5400. sive Italica 21600. hoc est 360. gradus altitudinis, sive elevationis Poli, qui si ad leucas Castellanæ dimensionem reducantur, constituunt 3600. leucas: hæc nova ejus pars, quæ *America* dicitur, & reliqua, quæ Regibus Castellæ & Legionis inquirenda obtigerunt, centum & octuaginta gradus complectuntur, qui tria millia & nongenta leucarum Castellanarum efficiunt, de quo etiam latiùs agemus *infrà c. 6. ex num. 6.* Atque hue respiciens Joseph. Acost. *lib. 1. de natura Novi Orbis*, c.6. merito, inquit nobis, quæ hactenus certa fide comperta sunt, satis esse debere, ut Orbis terrarum portionem universâ Europâ, atque Asia & Africa non minorem, ex altera hac parte jacere intelligamus: & utrumque Mundi Polum æque sibi: & terras & mare vindicare, quod antiquis, aut negare, aut dubitare impunè licuit. Et idem probat Thom. Boc. *de sing. Eccles. Dei, lib. 6. cap. 7.* vers. *Sed ne videamur*, dum tradit, *Has regiones Antipodum recenter detectas continere dimidium totius Orbis terrarum, & omnium rerum quas Deum hominibus est fabricatus.*

56 Unde † justè rejiciendus venit Jacob. Pontanus *in* 1. 3. *progymnasmate* 18. *pag.* 315. dum nimis scrupulosè, aut etiam inepte tradit, se non audere Americam *quartam mundi partem* vocare, quia de ea neque tam multa adhuc, quod ipse sciat, neque tam fide digna extent literis publicata. Etenim nihil jam eo tempore, quo scripsit, erat certius, aut vulgatius, ut ex superioribus
57 satis apparet. Et cum *Scandinaviam* † Germaniæ insulam versus Septemtrionem, eo quod maxima, & incompertæ magnitudinis esset, *alterum Orbem terrarum* veteres appellarent, ut tradit Plin. *lib. 4. cap.* 13. & alii relati ab Abrah. Ortel. *in Thesaur. Geograph. verbo Brasilia.* Necnon etiam *Trapobanem*, ut patet ex eodem Plin. *lib.6. c.22.* Ibi: *Trapobanem alterum Orbem terrarum esse diù existimatum est, Antiochthonum appellatione.* Quantò justiori titulo idem nomen his vastissimis provinciis conveniet?

Et hæc plane suntque ultra alios, pro inquirendâ verâ & propriâ istarum regionum appellatione, elucubrare potuimus, † quas tamen in hujus operis discursu non verebimur vulgari, & magis cognito indiarum Occidentalium, vel Americæ nomine indigitare, propterea quod, ut † admo- 59
net Quint. *lib.1. instit. orat.* utendum est verbo ut nummo, cui publica forma sit, & † vulgaris 60
loquendi usus proprietate verborum potentior est, *l. annuculus* 132. *de verbor. signif. l. Labeo.7. ff. de supell. legat. l. talis scriptura*, 30. *ff. de legat. 1.* ubi Doctores: cùm rude hominum vulgus de exactiori verborum interpretatione & significatione non magnopere laborare soleat, ut latè prosequuntur Alciat. & Brech. *in rub. de verb. significat.* & plurimi alii relati per Joan. Gutierrez *lib. 3. pract. quæst. 14. à num.* 132. & Hieron. Cevall. *commun. opin. tom. 1. quæst.* 409. & novissimum Marium Burg. *in tract. de laudibile part. 1. cap. 1. num. 24. & 25.* ubi hoc etiam in verbis peritorum, imò & Principum, legum, & statutorum admittunt.

CAPUT V.

De initio, & progressu detectionis Novi Orbis, & iis, qui in hoc magis meruisse videntur.

SUMMARIUM.

1 *Hispani Ducet, qui Novum Orbem detexerunt, laude dignissimi sunt.*
2 *Joannes Baptista Ramusius notatur.*
3 *Memoria eorum, qui pro Republ. præclarum aliquod facinus gesserunt, semper commendari debet, & quare.*
Occultator alienæ laudis furi par est, ibidem.
4 *Columbi prima laus in detectione Novi Orbis, & ejus patria & mores.*
5 *Columbus quibus argumentis ductus fuerit ad detegendum Novum Orbem.*
6 *Columbus à quodam hospite naufragium passo Novi Orbis notitiam accepisse dicitur.*
7 *Harper, qui Columbo Nobi Orbis notitiam dedit, cujus nationis fuerit.*
8 *Navigationes admirandæ fortuitò factæ.*
9 *Ptolemæus Ægypti Rex qualiter ab Indo naufrago navigationem Indiæ Orientalis edoctus fuerit.*
10 *Eudoxii Genii ingens navigatio.*
11 *Trapobanæ insulæ certior notitia quando & qualiter à Romanis habita.*
12 *Navis ex India vi ventorum in Germaniæ portum delata.*
13 *Indi septem Occidentales in portatili cymba tempestate in Galliam delati, & eorum descriptio.*
14 *Columbus qualiter Angliæ, Lusitaniæ & Castellæ Reges adierit pro detectione Novi Orbis.*
15 *Columbus tandem à Regibus Catholicis ad Orbem Novum inquirendum mandatur, & ejus classis & commeatu.*
16 *Novi Orbis ingens, & quæstuosa detectio ex parvis initiis processit.*
17 *Indiæ Occidentales Hispaniæ Regibus utilissimæ.*
18 *Initia rerum magnarum solent esse minima.*
19 *Columbi prima navigatio, & ejus labores, & officium.*
20 *Columbus plures insulas detegit, & pro Hispaniæ Regibus earum possessionem apprehendit.*
21 *Columbus cum primitiis insularum, quas detexit, ad Reges Catholicos rediit.*
22 *Columbus à Regibus Catholicis honoratur, & remuneratur.*
23 *Admiralis, sive Almirantis dignitas quæ, & de voci etymologia.*
24 *Columbus repetit navigationem in Indiam, & plures alias insulas detegit, & ejus obitus.*
25 *Columbi historia de ovo apud convivas.*

Na-

26 *Navigationes in Novum Orbem repetuntur.*
27 *Blaschi Nonii de Balboa laudes, & historia.*
28 *Mare* del Sur *primus nostrorum detexit, & conspexit Balboa, & iter ad illud apperuit.*
29 *Ferdinandi Cortesii laudes, & qualiter Novæ Hispaniæ Regna detexit, & subegit.*
30 *Ferdinandi Cortesii præclarum facinus in navibus perforandis.*
31 *Naves, qui duces perforaverint, aut incenderint, & qui equos, aut scalas ademerint, ut milites animosiùs pugnarent.*
32 *Ferdinandi Cortesii patria, & qualiter sortitus, & expertus fuit patrocinium D. Petri.*
33 *Ferdinandus Cortesius natus fuit eodem anno, quo Mart. Lutherus.*
34 *Ferdinandi Cortesii honores, præmia, & obitus.*
35 *Ferdinandi Magallani laudes, & historia in detegendo freto Magallanico.*
36 *Magallanicum fretum quando, & quomodo detectum.*
37 *Magallanus quid fecerit in insula Zebu, & qualiter occisus.*
38 *Magallani socii ad Molucas perveniunt, & diverso itinere in Hispaniam redeunt.*
39 *Joannis Sebastiani à Cano, & sociorum reditus in Hispaniam cum nave Victoria post universum Orbem circumdatum.*
40 *Diem unum Calendarii cur amiserint nautæ navis Victoriæ.*
41 *Joan. Sebastiano à Cano honores, & insignia à Cæsare conceduntur.*
42 *Navis Victoriæ laudes, & memoriæ.*
43 *Francisci Pizarro laudes & historia in detectione & subactione Regni Peruani.*
44 *Milites tredecim qui cum Pizarro manserunt in insula Gorgona privilegiis honestantur.*
45 *Atabualpa, sive Atabaliba Tyrannus Perubello capitur, & temerè occiditur.*
46 *Præda capti Atabualpæ quanta fuerit, & inter quos distributa.*
47 *Auctores plurimi referuntur, qui ex professo, vel etiam obiter agunt de historia Indiarum Occidentalium.*
48 *Americæ historiæ libri, novem voluminibus comprehensi, & ab hæreticis publicati; cum cautione legendi sunt.*
49 *Gundis. Fernandez de Oviedo historia Indiarum Occidentalium laudatur.*

IN hujus Novi Orbis indagatione, & acquisitione adeò enituit Hispanæ gentis industria, virtus, atque constantia, ut Græci Herculis facinora, & labores superasse à multis merito ju-
1 dicetur. Quapropter † necessarium esse arbitror, aliqua ex plurimis, quæ se se hac in parte dicenda offerebant, breviter delibare, & nostris quoque licet obscuris, monumentis, eorum Ducum nomina, & præclara gesta, in Memoriæ templo consignare, qui in re ita utili, pariter atque ardua, magis excelluisse comperiuntur. Nec enim
2 scio, † quid, præter nostrorum invidiam, movere potuerit Joan. Baptist. Ramusium, dum *in proœmio 3. vol. suarum navigationem*, Hispanos auctores irridet, quòd libris suis illorum nomina, & patriam sedulò inquirere, & commendare studuerint.

3 Semper † quippè justum, & rationi consentaneum visum est, ut benè gerentibus laudis tribuatur assensus, & ut gloriosa sit, & diuturna apud omnes eorum memoria, qui pro Republica præclarum aliquod facinus exhibuerint, ut & ipsi audaciores in posterum fiant, & alii eorum exemplis permoveantur, ut tradit Arist. *lib. 3. Ethic. c. 6. & lib. 2. Polit. c. 6.* eleganter Cicer. *in orat. pro Milo. & pro Arch. Poet.* Theodos. Imp. *in l. & virtutum, C. de stat. & imagin.* Justin. *in §. 1. instit. de excusat. tut.* Casiodor. *lib. 1. epist. 13.* D. Gregor. *lib. 22. Moral c. 7.* & D. Basil. *hom. in Gord. Mart.* ubi sic inquit: *Sicut enim aromata tunc maximè spirant, cùm vel confricantur, vel conteruntur; sic virtutum opera tunc maximè movent, cùm laudantis oratione explicantur, sicut etiam oves, Jacob intuentes virgas maculosas, & varias similes agnos pariebant: sic juxta exempla, quæ cernimus, sive bona, sive mala voluntas hominis operatur.*

Idem quoque Cicero *Philip. 14.* nos præclarè cum his agere tradit: *Quorum virtutem, nec oblivione eorum, qui sunt, nec reticentia, posterorum sepeliri patimur.* Et Plat. *in lib. de legib.* multum laudat Tyrtæum Poëtam, quòd suis carminibus viros bello præstantes extulerit: *O divine*, inquit, *Poeta Tyrtæe, sapiens certè ac bonus nobis esse videris, quia exercitantibus eos extulisti laudibus, qui in bello excelluerunt.* Cui convenit doctrina Jas. *in fin. tit. inst. de action.* ubi occultatorem alienæ laudis, furi parem esse dicit, per text. *in l. hæreditatum, in fin. ff. ad leg. Falc.* & Plin. Jun. *epist. 8. lib. 5.* ubi sic ait: *Mihi pulchrum in primis videtur, non pati occidere, quibus æternitas debeatur, aliorumque famam cum sua extendere.*

Prima † igitur tantæ detectionis laus omnium 4
consensu Christophoro Colono, sive ut alii vocant, *Columbo*, debetur. Hic natione Ligur, sive Genuensis ex vico Nervii, non magnæ fortunæ, sed acris ingenii fuit, reique nauticæ peritissimus, & Cosmographus solertissimus, & in Lusitaniam profectus, ut tabulis nauticis conficiendis, & emendandis quæstum faceret, uxore ex insula Madera ducta, eò commigraverat. † Ibi, ut 5
plures existimant, ex Astronomica disciplina, & nonnulis veterum monumentis, aliisque argumentis, quæ var'è varii auctores pro suo captu confingunt, & præcipuè Ant. Herrer. *in hist. gen. Ind. decad. 1. lib. 1. c. 2. & 3.* secum cogitare, & tandem statuere cœpit, ultra noti Orbis terminos magna terrarum spatia, quemadmodum in Orientem, ita etiam in Occidentem patere.

Alii verò † tradunt in hanc notitiam, & spem 6
cujusdam hospitis sui relationibus motum, qui naufragium in Oceano Alantico faciens, vi tempestatis ad terram, nullis antea Cosmographis cognitam rejectus fuit, quem cùm diligenter delineasset, vix tandem ad Maderam appulit: & in domo, & manibus Columbi moriens ei rem omnem in hospitii mercedem aperuit. Cui traditioni multum novissimè defert Torniel. *in Annal. sacr. tom. 1. ann. mundi* 1031. *n.* 48. etsi in Columbi fraudem, & ut eum sua gloria privarent, ab Hispanis confictam esse, imprudenter affirmet Filer. Benzo *lib. 1. hist. Novi Orb. c. 5.*

Hunc † quidam Lusitanum fuisse affirmant, 7
inter quos Per. Damariz *Dial. 4. de var. hist. c. 4. fol.* 151. qui Inde Lusitanis hujus novi Orbis inventionem tribuendam contendit. Sed alii magis frequenter Bæticum, sive Andalusium nautam, & mercatorem fuisse opinantur, ejusque nomen & patriam in obscuro latere, Deo ita disponente, ne alii, quam sibi negotium adeò ingens hominis tribuere possent, ut observat Joseph. Acost. 1
lib. 1. de hist. Ind. c. 19. Fr. Greg. Garc. *de Indor. orig. lib. 1. c. 4. §. 1. pag.* 65. & Fr. Joan. Torquem. *in Monarch. Ind. lib. 28. c. 1.* Quamvis nuper Gar-

cia

dignit. Reg. Hispan. c.12. n.7. & cap.19. num.55. Henric. Mart. *in repert. tractat. 2. cap.7. pagin.* 102. Bernard. Aldrete *lib.1. origin.ling. Castel. cap.* 12. Doctis. Joan. Bapt. Valenzuela *consil.* 82. *num.* 69. Nos *infrà cap.* 16. *num.* 24. *& seqq.* passim Majol. *in diebus Canicular.* ubi easdem regiones sub appellatione *Orbis Novi* comprehendit, & præcipuè, *tom. 1. colloq.* 10. *pagin.* 266. Ubi ait, † Europam, si comparetur cum
53 reliquo Orbe antèà cognito, exiguum ejus angulum esse comparatione autem habitâ ad hunc nostrum postea repertum, nihil esse, videri posse. Et idem sentit Gerard. Mercator *in suis tab. univers.*
54 *in princip.* & Boter. *ubi suprà.* † Ubi totum terrarum Orbem in tres continentes distinguunt: primam faciunt eam, quam diximus, veteres in *Europam, Africam* & *Asiam* fuisse partitos. Secundam, quam hodiè *Americam*, vel *Indiam Occidentalem* vocamus. Tertiam dicunt terram *Australem*, quam nonnulli *Magellanicam* nuncupant, paucis hactenus litoribus detectam.

Quod adeò verum est, ut juxta eosdem auc-
55 tores, † cùm universus Orbis contineat in circuitu, quo maximè patet, milliaria Germanica 5400. sive Italica 21600. hoc est 360. gradus altitudinis, sive elevationis Poli, qui si ad leucas Castellanæ dimensionem reducantur, constituunt 3600. leucas: hæc nova ejus pars, quæ *America* dicitur, & reliqua, quæ Regibus Castellæ & Legionis inquirenda obtigerunt, centum & octuaginta gradus complectuntur, qui tria millia & nongenta leucarum Castellanarum efficiunt, de quo etiam latiùs agemus *infrà c. 6. ex num. 6.* Atque hue respiciens Joseph. Acost. *lib. 1. de natura Novi Orbis*, c.6. merito, inquit nobis, quæ hactenus certa fide comperta sunt, satis esse debere, ut Orbis terrarum portionem universâ Europâ, atque Asia & Africa non minorem, ex altera hac parte jacere intelligamus: & utrumque Mundi Polum æque sibi: & terras & mare vindicare, quod antiquis, aut negare, aut dubitare impunè licuit. Et idem probat Thom. Boc. *de sing. Eccles. Dei, lib. 6. cap. 7.* vers. *Sed ne videamur*, dum tradit, *Has regiones Antipodum recenter detectas continere dimidium totius Orbis terrarum, & omnium rerum quas Deum hominibus est fabricatus.*

56 Unde † justè rejiciendus venit Jacob. Pontanus *in* 1. 3. *progymnasmate* 18. *pag.* 315. dum nimis scrupulosè, aut etiam inepte tradit, se non audere Americam *quartam mundi partem* vocare, quia de ea neque tam multa adhuc, quod ipse sciat, neque tam fide digna extent literis publicata. Etenim nihil jam eo tempore, quo scripsit, erat certius, aut vulgatius, ut ex superioribus
57 satis apparet. Et cum *Scandinaviam* † Germaniæ insulam versus Septemtrionem, eo quod maxima, & incompertæ magnitudinis esset, *alterum Orbem terrarum* veteres appellarent, ut tradit Plin. *lib. 4. cap.* 13. & alii relati ab Abrah. Ortel. *in Thesaur. Geograph. verbo Brasilia.* Necnon etiam *Trapobanem*, ut patet ex eodem Plin. *lib.6. c.22.* Ibi: *Trapobanem alterum Orbem terrarum esse diù existimatum est, Antiochthonum appellatione.* Quantò justiori titulo idem nomen his vastissimis provinciis conveniet?

Et hæc plane suntque ultra alios, pro inquirendâ verâ & propriâ istarum regionum appellatione, elucubrare potuimus, † quas tamen in hujus operis discursu non verebimur vulgari, & magis cognito indiarum Occidentalium, vel Americæ nomine indigitare, propterea quod, ut † admo- 59
net Quint. *lib.1. instit. orat.* utendum est verbo ut nummo, cui publica forma sit, & † vulgaris 60
loquendi usus proprietate verborum potentior est, *l. annuculus* 132. *de verbor. signif. l. Labeo.7. ff. de supell. legat. l. talis scriptura*, 30. *ff. de legat. 1.* ubi Doctores: cùm rude hominum vulgus de exactiori verborum interpretatione & significatione non magnopere laborare soleat, ut latè prosequuntur Alciat. & Brech. *in rub. de verb. significat.* & plurimi alii relati per Joan. Gutierrez *lib. 3. pract. quæst. 14. à num.* 132. & Hieron. Cevall. *commun. opin. tom. 1. quæst.* 409. & novissimum Marium Burg. *in tract. de laudibile part. 1. cap. 1. num. 24. & 25.* ubi hoc etiam in verbis peritorum, imò & Principum, legum, & statutorum admittunt.

CAPUT V.

De initio, & progressu detectionis Novi Orbis, & iis, qui in hoc magis meruisse videntur.

SUMMARIUM.

1 *Hispani Ducet, qui Novum Orbem detexerunt, laude dignissimi sunt.*
2 *Joannes Baptista Ramusius notatur.*
3 *Memoria eorum, qui pro Republ. præclarum aliquod facinus gesserunt, semper commendari debet, & quare.*
Occultator alienæ laudis furi par est, ibidem.
4 *Columbi prima laus in detectione Novi Orbis, & ejus patria & mores.*
5 *Columbus quibus argumentis ductus fuerit ad detegendum Novum Orbem.*
6 *Columbus à quodam hospite naufragium passo Novi Orbis notitiam accepisse dicitur.*
7 *Harper, qui Columbo Nobi Orbis notitiam dedit, cujus nationis fuerit.*
8 *Navigationes admirandæ fortuitò factæ.*
9 *Ptolemæus Ægypti Rex qualiter ab Indo naufrago navigationem Indiæ Orientalis edoctus fuerit.*
10 *Eudoxii Genii ingens navigatio.*
11 *Trapobanæ insulæ certior notitia quando & qualiter à Romanis habita.*
12 *Navis ex India vi ventorum in Germaniæ portum delata.*
13 *Indi septem Occidentales in portatili cymba tempestate in Galliam delati, & eorum descriptio.*
14 *Columbus qualiter Angliæ, Lusitaniæ & Castellæ Reges adierit pro detectione Novi Orbis.*
15 *Columbus tandem à Regibus Catholicis ad Orbem Novum inquirendum mandatur, & ejus classis & commeatu.*
16 *Novi Orbis ingens, & quæstuosa detectio ex parvis initiis processit.*
17 *Indiæ Occidentales Hispaniæ Regibus utilissimæ.*
18 *Initia rerum magnarum solent esse minima.*
19 *Columbi prima navigatio, & ejus labores, & officium.*
20 *Columbus plures insulas detegit, & pro Hispaniæ Regibus earum possessionem apprehendit.*
21 *Columbus cum primitiis insularum, quas detexit, ad Reges Catholicos rediit.*
22 *Columbus à Regibus Catholicis honoratur, & remuneratur.*
23 *Admiralis, sive Almirantis dignitas quæ, & de voci etymologia.*
24 *Columbus repetit navigationem in Indiam, & plures alias insulas detegit, & ejus obitus.*
25 *Columbi historia de ovo apud convivas.*

Na-

26 *Navigationes in Novum Orbem repetuntur.*
27 *Blaschi Nonii de Balboa laudes, & historia.*
28 *Mare* del Sur *primus nostrorum detexit, & conspexit Balboa, & iter ad illud apperuit.*
29 *Ferdinandi Cortesii laudes, & qualiter Novæ Hispaniæ Regna detexit, & subegit.*
30 *Ferdinandi Cortesii præclarum facinus in navibus perforandis.*
31 *Naves, qui duces perforaverint, aut incenderint, & qui equos, aut scalas ademerint, ut milites animosiùs pugnarent.*
32 *Ferdinandi Cortesii patria, & qualiter sortitus, & expertus fuit patrocinium D. Petri.*
33 *Ferdinandus Cortesius natus fuit eodem anno, quo Mart. Lutherus.*
34 *Ferdinandi Cortesii honores, præmia, & obitus.*
35 *Ferdinandi Magallani laudes, & historia in detegendo freto Magallanico.*
36 *Magallanicum fretum quando, & quomodo detectum.*
37 *Magallanus quid fecerit in insula Zebu, & qualiter occisus.*
38 *Magallani socii ad Molucas perveniunt, & diverso itinere in Hispaniam redeunt.*
39 *Joannis Sebastiani à Cano, & sociorum reditus in Hispaniam cum nave Victoria post universum Orbem circumdatum.*
40 *Diem unum Calendarii cur amiserint nautæ navis Victoriæ.*
41 *Joan. Sebastiano à Cano honores, & insignia à Cæsare conceduntur.*
42 *Navis Victoriæ laudes, & memoriæ.*
43 *Francisci Pizarro laudes & historia in detectione & subactione Regni Peruani.*
44 *Milites tredecim qui cum Pizarro manserunt in insula Gorgona privilegiis honestantur.*
45 *Atabualpa, sive Atabaliba Tyrannus Perubello capitur, & temerè occiditur.*
46 *Præda capti Atabualpæ quanta fuerit, & inter quos distributa.*
47 *Auctores plurimi referuntur, qui ex professo, vel etiam obiter agunt de historia Indiarum Occidentalium.*
48 *Americæ historiæ libri, novem voluminibus comprehensi, & ab hæreticis publicati; cum cautione legendi sunt.*
49 *Gundis. Fernandez de Oviedo historia Indiarum Occidentalium laudatur.*

IN hujus Novi Orbis indagatione, & acquisitione adeò enituit Hispanæ gentis industria, virtus, atque constantia, ut Græci Herculis facinora, & labores superasse à multis merito ju-
1 dicetur. Quapropter † necessarium esse arbitror, aliqua ex plurimis, quæ se se hac in parte dicenda offerebant, breviter delibare, & nostris quoque licet obscuris, monumentis, eorum Ducum nomina, & præclara gesta, in Memoriæ templo consignare, qui in re ita utili, pariter atque ardua, magis excelluisse comperiuntur. Nec enim
2 scio, † quid, præter nostrorum invidiam, movere potuerit Joan. Baptist. Ramusium, dum *in proœmio 3. vol. suarum navigationem*, Hispanos auctores irridet, quòd libris suis illorum nomina, & patriam sedulò inquirere, & commendare studuerint.

3 Semper † quippè justum, & rationi consentaneum visum est, ut benè gerentibus laudis tribuatur assensus, & ut gloriosa sit, & diuturna apud omnes eorum memoria, qui pro Republica præclarum aliquod facinus exhibuerint, ut & ipsi audaciores in posterum fiant, & alii eorum exemplis permoveantur, ut tradit Arist. *lib. 3. Ethic. c. 6. & lib. 2. Polit. c. 6.* eleganter Cicer. *in orat. pro Milo. & pro Arch. Poet.* Theodos. Imp. *in l. & virtutum, C. de stat. & imagin.* Justin. *in §. 1. instit. de excusat. tut.* Casiodor. *lib. 1. epist. 13.* D. Gregor. *lib. 22. Moral c. 7.* & D. Basil. *hom. in Gord. Mart.* ubi sic inquit: *Sicut enim aromata tunc maximè spirant, cùm vel confricantur, vel conteruntur; sic virtutum opera tunc maximè movent, cùm laudantis oratione explicantur, sicut etiam oves, Jacob intuentes virgas maculosas, & varias similes agnos pariebant: sic juxta exempla, quæ cernimus, sive bona, sive mala voluntas hominis operatur.*

Idem quoque Cicero *Philip. 14.* nos præclarè cum his agere tradit: *Quorum virtutem, nec oblivione eorum, qui sunt, nec reticentia, posterorum sepeliri patimur.* Et Plat. *in lib. de legib.* multum laudat Tyrtæum Poëtam, quòd suis carminibus viros bello præstantes extulerit: *O divine*, inquit, *Poeta Tyrtæe, sapiens certè ac bonus nobis esse videris, quia exercitantibus eos extulisti laudibus, qui in bello excelluerunt.* Cui convenit doctrina Jas. *in fin. tit. inst. de action.* ubi occultatorem alienæ laudis, furi parem esse dicit, per text. *in l. hæreditatum, in fin. ff. ad leg. Falc.* & Plin. Jun. *epist. 8. lib. 5.* ubi sic ait: *Mihi pulchrum in primis videtur, non pati occidere, quibus æternitas debeatur, aliorumque famam cum sua extendere.*

Prima † igitur tantæ detectionis laus omnium 4
consensu Christophoro Colono, sive ut alii vocant, *Columbo*, debetur. Hic natione Ligur, sive Genuensis ex vico Nervii, non magnæ fortunæ, sed acris ingenii fuit, reique nauticæ peritissimus, & Cosmographus solertissimus, & in Lusitaniam profectus, ut tabulis nauticis conficiendis, & emendandis quæstum faceret, uxore ex insula Madera ducta, eò commigraverat. † Ibi, ut 5
plures existimant, ex Astronomica disciplina, & nonnulis veterum monumentis, aliisque argumentis, quæ var'è varii auctores pro suo captu confingunt, & præcipuè Ant. Herrer. *in hist. gen. Ind. decad. 1. lib. 1. c. 2. & 3.* secum cogitare, & tandem statuere cœpit, ultra noti Orbis terminos magna terrarum spatia, quemadmodum in Orientem, ita etiam in Occidentem patere.

Alii verò † tradunt in hanc notitiam, & spem 6
cujusdam hospitis sui relationibus motum, qui naufragium in Oceano Alantico faciens, vi tempestatis ad terram, nullis antea Cosmographis cognitam rejectus fuit, quem cùm diligenter delineasset, vix tandem ad Maderam appulit: & in domo, & manibus Columbi moriens ei rem omnem in hospitii mercedem aperuit. Cui traditioni multum novissimè defert Torniel. *in Annal. sacr. tom. 1. ann. mundi* 1031. *n.* 48. etsi in Columbi fraudem, & ut eum sua gloria privarent, ab Hispanis confictam esse, imprudenter affirmet Filer. Benzo *lib. 1. hist. Novi Orb. c. 5.*

Hunc † quidam Lusitanum fuisse affirmant, 7
inter quos Per. Damariz *Dial. 4. de var. hist. c. 4. fol.* 151. qui Inde Lusitanis hujus novi Orbis inventionem tribuendam contendit. Sed alii magis frequenter Bæticum, sive Andalusium nautam, & mercatorem fuisse opinantur, ejusque nomen & patriam in obscuro latere, Deo ita disponente, ne alii, quam sibi negotium adeò ingens hominis tribuere possent, ut observat Joseph. Acost. 1
lib. 1. de hist. Ind. c. 19. Fr. Greg. Garc. *de Indor. orig. lib. 1. c. 4. §. 1. pag.* 65. & Fr. Joan. Torquem. *in Monarch. Ind. lib. 28. c. 1.* Quamvis nuper Gar-

cia

cia Lassus Inca *in suis Comment. de Incar. orig. lib.* 1. *cap.* 3. quem refert, & sequi videtur Alldrete *de Antiq. Hispan. lib.* 4. *c.* 17. *pag.* 567. nullo quod sciam, fundamento ductus, *Alphonsum Sanchez* nominatum scribat, & ejus naufragium circa annum 1484. contigisse.

8 Nec † mirum, aut novum videri debet, hujus detectionis initium fortuitum fuisse. Nam præter alia nostrorum exempla, de quibus *infrà c.* 9. *n.* 49. si Straboni fidem habemus, *lib.* 2. *Geogr.* Plin. *lib.* 2. *c.* 67. Pomp. Mel. *lib.* 3. *c.* 10. similis casus 9 in Indiis Orientalibus accidit † Custodes quippe sinus Arabici Indum quempiam in navi solum mortuo similem litori appellentem invenerunt, eumque ad Ptolemæum Evergentem Ægypti Regem deduxere. Is linguâ Græcâ eum curavit instrui, quâ perceptâ, ex Indâ se tempestatibus jactatum, amissis fame comitibus, in ea loca devenisse declaravit. Quod si liber dimitteretur, assumptis comitibus, se Regi ad Indos usque facilem ostensurum navigationem. Credidit homini Ptolemæus & inter alios Eudoxim quoque Gnidium Astrologum ei adjunxit. † Qui hac occasione usus, Indiam perlustravit, & in reditu ad Æthiopiæ litora Gaditanorum gubernaculo, cui equi figura insculpta erat cognito, quod tempestatibus eo jactatum fuerat: ad Occidentem quoque per Meridionalem Oceanum viam patere deprehendens, Alexandriam reversus, inde per mare Mediterraneum extra columnas Herculis evectus, litora Africæ circuivit. 10

11 Romanis † quoque certiorem notitiam insulæ Trapobanæ alterius naufragii occasione contigisse, Plin. *lib.* 6. *cap.* 22. his verbis enarrat: *Nobis diligentior notitia*, scilicet Trapobanæ, *Claudii principatu contigit, legatis etiam ex insula adventis. Id accidit hoc modo. Annii Plocami, qui maris Rubri vectigal à fisco redemerat libertus circa Arabiam navigans, Aquilonibus raptus praeter Carmaniam quinto decimo die Hippurus portum ejus invectus, hospitali Regis elementa sex mensium tempore imbutus alloquio percontantis postea enarravit Romanos & Cæsarem, &c.* † Quarum 12 navigationum mentionem facit, sed fabulosas esse contendit Doct. Freitas *ubi suprà, c.* 5. *num.* 13. *& segq.*

Otto etiam Frisingensis auctor est, sub Friderico Æneo Barbo, navem ex India cum Indis negotiatoribus fortuitò appulisse Lubec Germaniæ portum ultra Cimbricam Chersonesum. Et Continuator Palmerii anno Domini 1509. quem refert Simon Majol. *colloq.* 25. *pag.* 534. *tom.* 1. † 13 delatam fuisse eo anno Rothomagum usque Galliæ oppidum cymbam quamdam portatilem, similem his, quæ in Orbe Novo conspiciuntur, & in ea septem ex ipsis Indis, qui fuligineo colore erant, cen homines sylvestres, grossis labris, stigmata in facie gerentes, ab aure ad medium mentum instar lividæ venulæ per maxillas deductæ, & nudi incedebant, solum baltheum gestantes, in quo erat borsula ad verenda tegenda. Barba per totum corpus nulla, neque pubes, neque ullus pilus, præter capillos, & supercilia.

14 Sed utcumque sit, † cum Colonus vel Columbus incredibili hujus rei experiendæ studio flagraret, simulque videret sine magno apparatu tentari non posse, Bartholomæum fratem ad Angiliæ Regem Henricum VII. expedivit, cujus regum ea tempestate paccatum erat & opulentum, ut exoneret, si sibi naves & facultates darentur, effecturum se, ut novis & auriferis regionibus repertis Angliæ regnum omnium regnorum totius Europæ florentissimum redderetur. Sed passus hic repulsam, non tam odio rei, quàm quod Italum hominem lucro inhiantem Angli suspectum haberent: idem Christophorus de eodem negotio Alphonsum V. Lusitaniæ Regem convenit, qui non modo negavit, quòd petebat, sed tamquam inania & fabulosa afferret, eum, ut delirum hominem rejecit, & irrisit, persuasus à Calzadilla Episcopo Visensi, & Roderico Magistro Theologiæ, præclaris alioqui Cosmographis, nec terras, nec aurum esse in Occidente. Tertiò igitur rem tentans affinitimos Castellæ, Legionis & Aragoniæ Reges Catholicos Ferdinandum, & Elisabetham eodem consilio se se contulit, & ibi cum nihilo magis audiretur, Regibus præsertim id temporis bello Granatensi impeditis & exhaustis, invictâ quadam animi pertinaciâ totum fermè septennium contrivit vorando repulsas, urgendo, instandoque per se, & per amicos. † Quousque superatis tamdem 15 Mauris, ac tota expulsis Hispaniâ, retulit quod voluit, & perbenignè à Regibus habitus, obtinuit, ut in occiduam illam navigationem, sive inquisitionem, tria sibi regio sumptu adornata navigia ad Hispalim oræ Bæticæ præberentur, cum centum & viginti hominum comitatu, & septemdecim ducatorum millibus, ut sibi de his, quæ ad talem expeditionem necessaria judicaret, commodiùs provideret, quam pecuniam Ludovicus Sanctangelus regiarum rationum scriba Columbo numerabit, imo & Regibus mutuam dedit.

Quod ideò advertere volui, † ut intelligatur, 16 hoc tam parvo apparatu, tantas, tamque inauditas posted res, quantæ hodie de his Indiis constant, originem habuisse: & tantillam pecuniam, tantum eisdem Regibus Catholicis auri, argentique tulisse, ut † testante Joan. Metello, quem re- 17 fert Theatr. vitæ human. *vol.* 10. *lib.* 2. *pag.* 2417. *in fin.* ejus summa præter margaritas & gemmas, quæ innumeræ fuerunt, *sexaginta*, quos vocant, *milliones* feratur excessisse, ut taceam incredibiles proventus subinde aliorum Regum temporibus in Hispaniam delatos, de quibus alio in loco dicemus: quorum maximè subsidio, ut ait Maff. *lib.* 1. *hist. Ind. pag.* 18. postmodum tantos, tamque assiduos terrâ, marique sumptus propè infinita pecuniarum erogatione sustinuerunt. † Nimi- 18 rum quia in hoc, ut in aliis, initia, sicuti & semina rerum naturalium, solent esse minima, quæ tamen suis progressibus augentur, ut docet Cicer. *lib.* 5. *de finibus.*

Sed ut ad Columbum redeamus, † is cum 19 exiguâ hac classe ex Hispaniis solvens anno à Christo nato 1492. tertio nonas Augusti, vastissimo se Oceano Atlantico comanisit, & Canarias primùm insulas petiit. Inde, continuatâ dierum aliquot velificatione, gramineum mare invenit, de quo, *cap.* 4. *num.* 27. locuti sumus, ut naves tamquam in pratis herba virentibus navigare viderentur. Quo tamdem superato, post multa pericula, post duram toleratam famem, in incognitas, quas quærebat regiones, nudâ, barbarâ, & inermi gente habitatas, sed auri divites appulit, triginta trium dierum navigatione, Occiduum 20 semper Solem secutus: Primamque † insulam, quam invenit, quæ ab incolis *Guanahani* dicebatur, *Sancti Salvatoris* appellatione insignivit, & in ea, aliarum nomine, quæ posteà detegerentur, possessionem pro Catholicis Castellæ & Legionis Regibus aprehendit, eaque de re publicum instrumentum conscribi curavit. Mox inde solvens, alias majores insulas adinvenit, quas *Conceptionem, Ferdinandam, & Isabellam* nuncupavit: & ulterius progrediens *Cubam, & Hispaniolam* longè majores, & auri fodinis ditissimas, patefecit. 21 Castrisque † ibi idoneo loco, & præsidio communitis, *incolas fermè duodecim, aurum gallipavos, psittacos* varii coloris, & alia inventæ regionis argumenta secum in Hispaniam triumphabundus revexit, vix septem mensibus, postquam ex ea solverat, lapsis; ubi Catholicis Regibus, tunc Barchinonæ commorantibus, ea, quæ acciderant, 22 retulit, † & ab eisdem honorificè, ut meruerat acceptus, Admirali & Proregis Indiarum titulo, & multis aliis privilegiis, ac muneribus donatus fuit Regiisque insuper armorum insignibus cohonestatus; hoc addito elogio, *Por Castilla, y por Leon, nuevo mundo hallò Colon.*

Admiralis autem, † sive Almirantis, ut Hispa- 23 nè vocamus, vox, & officium pro eo illustri Præfecto usurpatur, cui maris imperium, & litorum à Rege concreditum est: qui classes & navalia curat, ut sarta tecta sint, & ut exarmata reparentur, piratæque arceantur, aut fugentur, ut de ejusdem Columbi historia loquens advertit Forcat. *lib.* 2. *de Gallorum Imperio fol.* 83. & meliùs *lex nostra* 24. *t.* 9. *p.* 2. *& lib.* 3. *tit.* 24. *eadem part.* Nomenque sub Oct. Augusto adinventum, & probatum idem Forcat. tradit, ob id, quod quemdam Galliæ legatum, qui multa admiranda maris portenta à se visa referebat, classi Gallicæ præfecit, & *Admirandum* appellavit. Quod tamen ridendum videtur, cum teste Leone Africano, & aliis, quos refert Sebast. Covar. *in Thesaur. linguæ Castellanæ, verb. Almirante*, hæc vox Arabica sit, quæ *Archithalassum*, sive *summum maris Ducem*, aut *præfectum* significat: de quo etiam alia non contemnenda novissimè tradit doctissimus vir Petr. de Salazar & Mendoza Canonicus Toletanus *in lib.* 2. *de origin. & progressu dignitatum, & titulorum Hispaniæ cap.* 15. & Barnab. Morenus de Vargas *de nobilit. Hispan. disc.* 13. *num.* 18.

24 Post hæc † autem idem Columbus ab eisdem Regibus, cum majoribus copiis & classibus iterum, tertio, & quartò ad easdem insulas incolendas, & gubernandas, & ad alias inquirendas reversus est. Quod ita fœliciter gessit, ut post innumeras, quas detexit, & subegit, tamdem in continentem devenerit; & ostia totius Americani Orbis primus, ut diximus reseraverit. Obiitque in Hispania anno salutis 1506. ubi constans 25 traditio est, † quod cum forte celebri quodam convivio exciperetur, in quo simul plures Hispaniæ proceres discumbebant, & otto inter eos sermone de Novi Orbis detectione, essent nonnulli, qui præclarum hoc Columbi facinus extenuarent, quasi ab aliis quoque præstari potuisset: ille ad ea nihil respondens, ovum in mensam inferri jussit, & convivas omnes experiri rogavit, ut illud in apicem, nullis adminiculis fultum, sive nixum stans, & erectum in mensa constituerent. Id nullus cum posset, ipse altero ejus fastigio mensæ illiso, & leniter quassato, rectum, firmumque constituit, quod cum cæteri, se etiam eodem modo facturos, offerrent. Nunc, inquit, quia vidistis: Sic innuere volens, inventam jam Indiam inventu facilem tunc videri, cum priùs esset difficillimum, & vel à nemine cogitatum.

Crescentibus verò † deinceps magis atque 26 magis, apud istos Occiduos Indos Hispanorum rebus, & jussu Ferdin. Reg. Cathol. & Carol. V. Imp. Max. qui ei in Regno, & virtute successit, classibus, & auxiliis in dies renovatis, plures alii strenui Duces, & Navarchi claruerunt; qui non minus gloriæ, quam divitiarum spe incitati, & allecti, Columbi vestigia prementes, aliquid novi aggredi semper meditabantur. Inter † quos 27 magnam quidem laudem mihi promeruisse videtur Blasc. Nuñez de Balboa. Ab eo enim diù pervagante *Paria terræ*, & *Darienis regionis* litora, anno tamdem 1513. die 25. Septembris repertus est Isthmus ad Urabanum sinum, quo duo ingentia maria dirimuntur, quæ vulgò, *del Norte*, y *del Sur* appellantur.

A Comagre siquidem ingentis amnis ostio, Darienisque litore, per inaccessos propè montes monstrantibus iter Indigenis, Blaschus summa juga tenuit, † & subjectum in adverso litore 28 vastissimi pelagi sinum conspexit; post quem ditissima auri, argenti, & unionum regna, & insulæ repertæ sunt. Itaque invento multo auro Blaschus breviorem transitum quærens, quo duo illa maria conjungerentur: non plus inter se distare, quam centum milliaribus deprehendit. Verùm itinere adeo densissimis nemoribus, abruptis petris, & frequentibus fluviis impedito, ut non nisi magno cum labore, periculoque illac nostri permeare possent: præsertim cum passim inhospitæ, ac insidiosæ Barbarorum gentes, venenatis instructæ sagittis, occurrerent. Quibus de causis Blaschus ejus tractûs regulis, aut muneribus delinitis, aut cruenta acie subactis, quatuor castella opportunis intervallis constituit, ut commeantibus ab utroque mari tutissimus esset receptus: edificatâ etiam classiculâ in proximo portu, cui *D. Michaelis* nomen dedit. Quibus egregiis & fœlicibus ausis ad Regem delatis, Præsidis illarum provinciarum nomine & honore remuneratus fuit, & magnam sui apud Hispanos & Indos existimationem pepererat.

Cæterùm, dira auri sitis, novique Imperii libido effecit, ut Petrus Arias Davila Blaschi socer, qui summum in eisdem provinciis Regio diplomate imperium exercebat, illum perduellionis accusatum in carcerem duceret, eo rerum exitu, ut affectati Regni crimine damnatus, capite plecteretur. Indignus hercle eo supplicio (quod multi tradunt, injuriâ & invidiâ magis, quàm perfidiæ ratione perpessum) cùm ad lævam maris à se primum reperti *Peruana*, & *Cuzcana regna* auro, & argento, ac gemmis scatentia Francisco Pizarro, & Didaco Almagro successoribus demonstrarit. Et qualiter mare *del Sur*, ab eo salutatum fuerit, tradit additionator Benzonis, *pag.* 110.

Sed longè magis † nostrorum, & exterorum 29 historiis celebratur Ferdinandus Cortesius, qui fe-

feliciori ausu, & successu, res maximè claras ac memorabiles in ejusdem Novi Orbis indagatione, & acquisitione perfecit. Etenim cum anno 1517. à Franc. Ferdin. de Cordova, & Did. Velazquez Havanam gubernante, ad dexteram terræ Pariæ navigantibus, *Jucatana* Provincia reperta esset, & aliarum notitia sumeretur, quæ tunc ab eis plenè inquiri non potuerunt: Anno sequenti 1518. die 18. Novembris missus fuit Cortesius ab eodem Gubernatore cum undecim navibus, & quingentis hominibus, ut regiones illas penitùs perlustraret, & commodis locis Hispanorum castra & colonias communiret. In qua expeditione se ita prudenter & viriliter gessit, ut quamvis Didacum Velazquez facti pœnituerit, & mandata, quæ ei dederat, revocaverit, adhuc Cortesius milites sibi parentes habuerit, & in postremum Occidui litoris sinum delatus, *Jucataniam* & *Cozumeliam* provincias inviserit, *Tabascum* expugnaverit, & ulterius progrediens, alias ditiores & vastiores regiones patefecerit, quas *Novæ Hispaniæ* titulo commendavit. Portuque congruenti reperto, qui dicitur, *San Juan de Ullua*, & ibi oppido *Veræ Crucis* ædificato, cum † ad opulentissima Mexicana Regna terrestri itinere contendere niteretur, timeretque ne milites de fuga cogitarent; naves, quibus vecti fuerant, & revehi poterant clamculum perforavit, ut omni spe reditus intercisa, fortiùs, atque animosiùs institutum iter adorirentur.

Quo in facto, † licèt aliquos ex antiquis Ducibus habuerit, quos sibi imitandos proponere potuit, nempe Alexandrum Magnum, victis ad Granicum Darii Ducibus, captaque Mileto: Menecratem, Salaminem in Cypro capere volentem: Agathoclem Syracusiorum tyrannum adversus Carthaginenses pugnantem: Tymarchum Ætolum, dum locum Asiæ multitudine hominum abundantem expugnaret: Quintum Fabium Maximum, & alios qui veriti ne qua fiduciâ navium, ad quas refugium erat, minus constanter pugnaret exercitus, Incendi eas, vel solvi jusserunt, priusquam prælium inirent. Sicuti eadem ratione equos dimittere solebat Cajus Julius Cæsar, & Philippus Macedo scalas amovere, per quas milites in muros jam ascendissent, ut referunt Diod. Sicul. *lib.* 17. & 18. Polyænus *lib.* 4. & 5. Sueton. *in Jul.* Frontinus *lib.* 1. *cap.* 51. & Theatr. vitæ humanæ, *vol.* 7. *lib.* 3. *pag.* 1795.

Negari tamen non potest, quin Cortesius quantum tempore superioribus cedit, tantum magnitudine hujus præclari facinoris illos antecellat, cum in terris incognitis, & adeò remotis, & inter tot Barbarorum millia, omni prorsus auxilii spe destitutus, & cum paucis militibus, longinquis navigationibus fessis, tantis se bellis & periculis exposuerit, & redeundi viam voluntariè præcluserit.

Sed nec eum fefellit eventus: nam variis bellis prosperè gestis Tlaxcatecas & Mexicanos expugnavit, potentissimo illo Imperatore Motezuma deleto. Et anno tamdem 1521. die Augusti 13. celebri illâ Themistitanâ, seu Tenustitlanâ urbe potitus est, quam hodie *Mexicum* vocant; & salso in stagno positam, ædificiis & incolarum frequentiâ Venetæ urbi similem faciunt. Alia deinde Novæ Hispaniæ Regna detexit, & subegit, & per Occidentalem lineam terrestri itinere è Mexicanâ regione profectus, non longè abesse maria ab incolis didicit, paucisque diebus ad litus exterioris Oceani, quod *del Sur* dicunt, pervenit.

Unde (nec frustra, ut posteà docuit experientia) conjecit; si classes adessent, peti posse per antipodas Sinarum Regna, Catainasque oras ad Orientem nostrum jam anteà Lusitanis aditas, necnon & Molucas insulas, multo aromate, atque unionibus beatas, & ab omnibus expetitas, quæ sub Æquinoctiali linea sitæ esse dicerentur. Natus † fuit summus hic vir anno 1485. in oppido de *Medellin* Provinciæ Bæturiæ, vel Vectonum, quæ vulgò, *Estremadura* vocatur; & cum in puerili ætate morbo quasi desperato laboraret, parentes eum voverunt duodecim Apostolis, ductaque sorte, exiit D. Petrus, cui solemnes quasdam oblationes, aliaque sacrificia fecerunt; & cum ita servatus esset, semper Divinum hunc, quem patronum & tutelarem nactus fuerat, maximâ coluit veneratione, ejusque auxilio in magnis & arduis negotiis clarus & victor evasit, ut post Gomaram *cap.* 21. observat Cardan, *de rerum varietate*, *lib.* 16. *cap.* 92. Theatr. vitæ humanæ, *vol.* 5. *lib.* 4. *pag.* 1362. & *volum.* 27. *lib.* 3. *pagin.* 4153. & Mart. Delr. *disquisit. mag.* 1. *tom.* *lib.* 4. *cap.* 2. *d.* 7. *sect.* 3. *pag.* 292. ubi benè advertit, decuisse Evangelium in illis adeo remotis regionibus plantaturo, rigatorem favere, quo rigante numquam non incrementum dat Christus Jesus.

Et Eodem † respiciens, considerat Fr. Joan. à Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 4. *in proœmio pag.* 373. eò ipso anno quod Islebii apud Saxones execrandus ille hæresiarcha Lutherus natus fuit, Cortesium quoque apud Hispanos in lucem prodiisse, veluti providente Deo, ut damnum, quod illius malitiâ Ecclesia acceptura erat, hujus virtute, & industriâ ubertimè sarciretur. In quorum præmium † à Carolo V. Cæsare gubernationem, præfecturam supremam Novæ Hispaniæ, tam togatam, quam militarem accepit, & Marchionatum *Vallis de Guaxaca*, & aliorum locorum cum viginti tribus millibus vassallorum tributariorum, de quo expeditum fuit Regium satis honorificum diploma Barchinonæ 6. Julii anno 1529. & ipse postmodum anno 1547. in fata concessit, die 2. Decembris in oppido de Castilleja propè Hispalim, ætatis suæ anno 63.

Dignum quoque est, † ut silentio non involvatur memorabile & insigne inceptum, quod Ferdin. Magallanus natione Lusitanus tentare ausus est, cui fretum, quod ex ejus nomine *Magallanicum* vocant, una navigatione simul, & immortalem gloriam, & mortem attulisse perhibetur, ut fusè & eleganter præter alios, quos *infrà* referemus, licèt in multis variantes, enarrant Paul. Jov. *lib.* 34. *histor.* Osor. *de rebus Emmanuel.* *lib.* 11. Matt. *lib.* 8. *histor. Ind.* Genebr. *lib.* 4. *Chronograph. pag.* 707. Hieron. Benzo *in hist. Novi Orbis*, *lib.* 1. *cap.* 15. *ex pag.* 65. & Theatr. vitæ †umanæ, *volum.* 3. *lib.* 9. *pag.* 985. *volum.* 5. *lib.* 2. *pag.* 1218. *vol.* 8. *lib.* 4. *pag.* 2137. *vol.* 12. *lib.* 3. *pag.* 2734. & *volum.* 20. *lib.* 2. *pag.* 3653. & *seq.*

Is enim à Lusitano suo Rege deficiens, quòd pro

pro meritis se non satis remuneratum quereretur, cum prius publico testimonio fidem, & Regi, & patriæ debitam abjurasset, ad Carolum V. Imperi. Castellæ & Legionis Regem confugit, ei persuadens, si sibi socii, & naves darentur, non anteà à navigatione destiturum, quàm aut moreretur, aut fretum aliquod inveniret, quâ Occidentem versus compendiosiore viâ, & omninò diversâ, quàm qua Lusitani navigarent, ad insulas Molucas aditum patefaceret, quas ad Castellæ limites pertinere asserebat, & ab Emmanuele Lusitaniæ Rege contra pactionem, jam initam usurpari. Rex ergo ei quinque navium classem, commeatum, armamenta, ducentos & viginti tres homines in comitatum suppeditavit, & anno 1519. decima die Augusti mari vasto se commisit, ut terras, atque regiones perlustraret, quas neque viderat, neque ab aliis exploratas audierat, sed suspicione tantùm adiri posse conjectabatur.

Ad tractum itaque Peruanum cursum dirigens, inde Meridiem versus litora legens, post acerbas quasdam clades amissa una navi, & altera invito eo ad Hispaniam reversa, † fretum, quod cogitarat, invenit, 52. latitudinis gradu ad Austrum, anno 1520. die 8. Octobris, & post 27. diem, ex quo sinum intrarat, in apertissimum Oceanum evectus est: indeque ad Molucas Occasum versus deflectens, in diversas, numquam visas, lectas, aut auditas insulas incidit. In quarum una nomine *Zebu*, † cùm Magallanus Regulum sibi amicum, & deinde Christianum, cum uxore, ac liberis, & popularibus circiter octingentis, effecisset, atque hic armis eo tempore cum finitimo Mathani Rege contenderet, & à Magallanio ferri sibi suppetias postularet ille, & Christiano, & hospiti eas negare non potuit; belloque illato, semel, iterumque hostes fuderunt: tertiò verò ex insidiis circumventus, confossus, & dilaceratus à Barbaris, multis quoque ex suis desideratis, & gloria, quæ tanto facinori debebatur, frui non potuit.

Nihilo † tamen segnius, qui supererant socii iter institutum prosecuti sunt, & ad Molucas pervenerunt anno 1521. die 8. Novembris. Atque hic terria nave ob remigium defectum cremata, & Serrano amisso, qui Magallano suffectus fuerat, Cariophyli, & Cinnamomi, nucisque mitysticæ surculos ex natali solo colligentes, ut testimonii certam fidem referrent, ad duas, quæ restabant, quasque refecerant naves, se receperunt; quarum alteri *Trinitatis*, alteri *Victoriæ* nomen erat: Eurisque vela dantes, non quâ venerant redire, sed totum Orbem circuire volentes ab Oriente in Occidentem rectâ procurrunt, omnes sinus, & emporia Lusitanis in illis oris occupata prætervecti.

Et Trinitas quidem in Novum Orbem properans, ut ibi reficerentur, circa Hesperides insulas contra Praxium promontorium à Lusitanis insulæ præsidibus capta fuit, ubi viginti duo non ampliùs homines, qui in ea vivi pervenerant, & totum undique ambitum Orbis emensi, Barbarorum mille insidias, & omnem maris sævitiam evaserant, custodiæ traditi sunt.

Victoria † verò Lusitanis elapsa, cum decem & octo vectoribus, quibus præerat Joannes Sebastianus à Cano insignis nauclerus ex oppido Guetaria Vardulorum ad Pyrenæum, post enavigata duodecies mille milliaria Germanica, hoc est, inter quatuordecim millium leucarum nostrarum, post sexies sine læsione transmissam Torridam Zonam, tertio tamdem anno, quàm ex Hispanis solverant, eodem cum maxima Caroli Imperatoris, Regisque Catholici voluptate redierunt, † cum diem unum in Calendario anticipassent: nam diem illi Mercurii putabant esse cùm eset dies Jovis. Cujus erroris causam eruditè exponit Joseph. Acost. *in hist. Ind. lib.* 3. *cap.* 25. & Anton. Herrera *decad.* 3. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 140.

Sebastianus † autem à Rege arma, sive insignia gentilitia accepit, Orbem terrarum sphæricò globo delineatum, hoc addito symbolo, *Hic primus Geometres*, sive, *Tu primus circumdedisti me.* Ejus † verò naves reliquiæ Hispali memoriæ causa, jure, meritoque posteritati reservantur: ut cum Joan. Metello testatur Theatr. vitæ humanæ, *vol.* 3. *lib.* 9. *pag.* 985. Alan. Cop. *Dialog.* 6. *cap.* 34. *pag.* 942. Stephan. Garibay *lib.* 3. *hist. Hispan. cap.* 5. *pag.* 70. Thom. Can. *in suis Dialog. fol.* 5. Petr. Opmeer. *in opere Chronograph. pagin.* 464. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 25. Anton. de Herrer. *in histor. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. & *decad.* 3. *lib.* 4. *cap.* 1. & *cap.* 4. & *cap.* 24. Ubi aliorum etiam nomina ponit, qui cum Sebastiano à Cano in eadem navi redierunt; & qualiter à Rege accepti, & remunerati fuerint: Sed lubet Josephi Acosta verba subjicere, qui *lib.* 1. *de natur. Novi Orbis cap.* 2. sic inquit: *Una navis Victoria, prorsus inclyta de toto terrarum Orbe, simul de veterum immenso inani triumphavit, Oceani magnitudinem cursu suo emensa minoremque terra quantamcumque molem, vel ipsis vestigiis hominis exemplo novo declarans.* Sed posteà idem iter annis duobus, & decem mensibus fecit Franciscus Dracus, & alii plures feliciori etiam successu tentarunt; de quibus *infrà cap.* 8. *ex num.* 44. tractabimus.

Plurimi quoque alii, & præclarissimi Duces extiterunt, qui egregiam sibi laudem in ejusdem Novi Orbis detectione, & expugnatione pararunt, quorum si peculiarem sermonem habere vellemus, plus nimio ab instituto opere excedere videremur: Sed omitti tamen non potest † Franciscus Pizarrus, vir animi fortitudine, peritiâ gubernandi, & inauditis expeditionibus, quas intrepidè, & fœliciter gessit, sanè promeritus, ut ipsius, ac patriæ nomen nullus unquam casus, nulla temporis longinquitas obruat.

Is enim anno 1524. cum Didaco de Almagro, & Ferdinando de Luque societate initâ in Panamensi portu ad mare *del Sur*, quod, *ut supra* retulimus, Blascus Nonius Balboa primus omnium detexerat, exiguam quamdam classem construxit, & Dux ejus constitutus, multis periculis & laboribus exantlatis, Orientalem oram continentis Americanæ terræ perlustrans *Peruanam* hanc regionem invenit, quam cum auri, & argenti nimis feracem cognovisset, in Hispaniam rediit anno 1528. ubi Carolo Cæsari, quæ viderat & gesserat, prolixè narravit. A quo benignissimè habitus, & multis honoribus sibi, & sociis, & militibus impetratis, præcipuè tredecim illis, qui secum in insula † Gorgona manentes, tot ac tantas æruinas, & famem sustinuerunt, quorum nomina &

privilegia refert Regia schedula data Tolet. 26. Julii ann. 1529. quæ habetur *in 2. tom. impress. pag.* 11. & Anton. Herrera *decad. 4. lib. 6. cap. 5.* ad eamdem expeditionem prosequendam reversus est; priùs urbem *Truxillo* in *Estremadura*, in qua ortus erat, invisens, & quatuor, quos habebat, fratres secum adducens, nempe Ferdinandum, Gundisalvum, & Joannem cognomento *Pizarros*, & Franciscum Martinum de Alcantara.

Initio igitur anni 1530. ex Hispania solvens, & in Panamam feliciter delatus, compositis quibusdam querelis, quæ inter eum, & Didacum de Almagro exortæ fuerant, & eamdem, quam cœperat oram ulteriùs, & penitùs inquirens, tamdem latissimo & ditissimo hoc Peruano Regno, & aliis provinciis ei adjacentibus sub auspiciis Caroli V. potitus est; † Bello capto ejus Tyranno Atahualpa, sive, ut alii vocant *Ataballba*, qui tunc adversus fratrem natu majorem & Regni verum hæredem, *Guascarum* nomine, exercitum moverat, illumque à suis ducibus captum interfici jusserat. Fuit † verò adeò ingens victi Atahualpæ præda, ut vel testante Petr. Opmeero *in opere Chronograph. pag.* 473. auri tricies centum sexaginta mille solidos superaverit, & argenti puri centum & quinquaginta mille marcas, pluraque indies Tyrannus in pretium libertatis, uti pactus erat, inferret, nisi à Pizatro & sociis ob suspicionem tentatæ adversus Hispanos conspirationis, capite damnatus fuisset, non parva Caroli Imper. jacturâ, ut tradunt Sur. *Comment. sub anno Domini* 1538. Simon Majol. 1. *tom. dier. Canicul. colloq.* 19. *pag.* 447. & Anton. Herrer. *dict. histor. gener. Ind. decad.* 5. *lib.* 3. *per totum*, ubi *cap.* 3. sigillatim commemorat eos omnes, qui in hac expeditione contrà Atahualpam militarunt, & prædam cum eo habitam, partiti sunt.

De quibus omnibus, † & de aliis, quæ ad historiam hujus Novi Orbis spectant, & ad cognoscendos antiquos, & præsentes incolarum mores, & religionem, & quantum in ejus inquisitione, & veræ fidei propagatione à nostris laboratum fuerit, qui pleniores commentarios desideraverit, legat librum, qui inscribitur, *Relationes Novi Orbis*, ubi ipsius Columbi, Americi, & Alberici Vespucii navigationes inveniet; & Joan. Bapt. Remusium de eisdem, & aliis agentem, & eruditas octo decades Petr. Martyris de Angleria Mediolanensis, & ea, quæ Ferdinandus Columbus de vita genitoris sui, & Alphonsus Oxeda, Ferdinandus Cortesius, & Nunius Guzmanius de suis factis scripserunt: neenon libros Joan. Metelli, Maximiliani Transylv. Hieronymi Benzonis, & aliorum, qui † continentur in undecim voluminibus, sive partibus, diversis titulis, & editionibus distinctis de historia Americæ, qui tamen cautè legendi sunt: nam Hæretici, qui illos scripserunt, congesserunt, & evulgarunt, nihil magis jurasse videntur, quàm ut veræ fidei, & Hispanorum gloriæ, & præclaris facinoribus tenebras offenderent, sub prætextu aliquarum crudelitatum, quas in Indos commisisse recensent; & ita meritò in tertia classe librorum prohibitorum Catalogi anni 1612. Illustriss. & Reverendiss. Cardinalis Sandovalis numerantur, & expurgari jubentur *ex pag.* 49. *ad* 52.

Et † præcipuè legat Gundiss. Fernandez de Oviedo, Petr. Ziezain. Legionensem, & Franc. Lopez de Gomara, qui de eisdem historiis Hispano sermone plenissimos commentarios ediderunt jam tamen variis linguis traductos: Et Oviedus quidem ita luculenter, & eruditè, ut hunc solùm inter historicos nostræ ætatis antiquis adnumerari dignum, censeat Cardan. *de subtilit. in lib. de metallis*, & Theatr. vitæ humanæ *vol. 6. lib. 2. pag.* 1587. Fumus quoque Gallicâ linguâ Indiarum Occidentalium historiam edidit, & Augustinus de Zarate, Christophorus Stella Calvete, & Lævius Apollonius *de rebus Peruensibus*. Extatque liber ex his, & aliis consarcinatus, qui inscribitur, *Chronica Peruensis tripartita*, editus Venetiis anno 1560. Didac. Fernand. Palentinus *de bellis civilibus, & seditionibus ejusdem provinciæ egit* & Joseph. Acost. è Societate Jesu, tum Latinis, tum Hispanis commentariis naturalem, & moralem harum Indiarum historiam eleganter prosecutus est.

Extat etiam Latinum Poëma Joan. Bap. Stellæ, quod vocavit *Columbeidem, sive de Christophori Columbi gestis, & navigationibus*. Et aliud ejusdem nominis, & argumenti auctore Julio Cæsare, duobus libris partitum, in quorum secundo aliquid non positum esse præstaret, ut ait Anton. Possevinus *in Biblioth. 2. tom. lib. 17. c. 29. pagin.* 457. qui alios auctores de eodem Novo Orbe agentes connumerat *in eod. tom. lib. 6. c. 14. pag.* 389. *& in apparatu pag.* 25. *& 53.* Plures etiam alios ciravit Anton. de Herrera *in initio suæ historiæ generalis Indiarum Occidentalium*, qui cæteris plenius, & fidelius quatuor in hunc usque diem volumina edidit in octoginta annorum decadas, & 20. libros distributa.

Nuper item de rebus Peruensibus, & Incarum origine, & Imperio commentaria quædam Hispano sermone vulgavit Garcilassus Inca, qui se ab eisdem Regibus per maternam lineam prognatum esse commemorat. De quibus antea tres libros non contemnendos scripserat Michaël Balboa Cabello Peruensis Presbyter, sub nomine *Miscellaneæ Australis*, qui apud me manuscripti servantur. Et de eorumdem Occidentalium Indorum origine in communi integrum tractatum edidit Fr. Gregor. Garcia Dominicanus. Novissimè quoque de historiis, & rebus hujus Novi Orbis, & præcipuè de his, quæ ad Novam Hispaniam pertinent, viginti duos libros tribus voluminibus contentos, prælo & luci mandavit Fr. Joan. de Torquemada Franciscanus, quibus Monarchiæ Indianæ titulum fecit. Et aliud ingens volumen Fr. Petr. Remesal *de historia provinciæ Guathemalensis*.

Atque hi quidem ex professo Americani Imperii historias contexuisse videntur. Cæterum ex aliis, qui alias diversorum temporum, vel nationum scripserunt, nullus ferè est, qui, licèt obiter, aliqua ad idem argumentum spectantia non referat, ut constabit ex Paulo Jovio *in elogiis illustr. virorum lib. 6. & lib. 18. & 34. histor.* Petr. Bemb. *lib. 6. histor. Venet.* Maubrin. Roseo de Fabriano 3. *part. lib.* 1. Tarcañon. *lib.* 21. *fol.* 517. Natal. Comite *in histor. sui temp. lib.* 1. *fol.* 8. *& lib.* 21. *fol.* 445. Guiciardin. 17. Theatr. vitæ humanæ, *vol.* 20. *lib.* 2. *pag.* 3653. Bapt. Fulgos. *lib.* 8. *memorab. cap.* 11. *in fin.* Alphons. Alvar. *in specul. Rom. Pontif. cap.* 31. Alan. Cop. *Dialog. 6. c. 9.* Anastas. Germon. *de sacror. immunitat. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 30. *&* 31. Joan. Laurent. Anania *in fabr. mundi, tract.* 4. Lucio Marinæo Sicul. *in histor. Hispan. lib.* 19. *cap.* 16. Joan. Bodin. *de Repub. lib.* 1. *cap.* 9. Joan. Nicolao Doliono *in Compend. histor. lib.* 4. Gauden. Merula *in Sylva var. lect. lib.* 5. *per tot.* Petr. Mexia *in sua Sylva*, 4. *part. cap.* 1. Fr. Hieron. Romano *in libris de rebus publ. mundi*, 3. *part. lib.* 1. *de Republ. Indiar. Occident. pag.* 125. Stephan. Garibai *lib.* 19. *& 28. cap.* 1. & Zurit. *in suis annal. Hispan. ex anno* 1492. Maff. *in histor. Indiar. Orient. lib.* 1. *pag.* 17. *&* 18. *& lib.* 8. *pag.* 172. Genebrard. *lib.* 4. *Chronogr. ex pag.* 1493. Laurent. Sur. *in suis Commentar. passim ex anno* 1500. Petr. Opmeer. *in opere Chronogr. pag.* 437. 455. *&* 463. Hieron. Giglio *de moribus gentium, lib.* 4. & Fr. Tamara *in eodem tractat. lib.* 3. Illesc. *in histor. Pontif. lib.* 6. *cap.* 22. *§.* 2. *ex pag.* 279. *usque ad* 284. *& cap.* 24. §. 8. *& cap.* 26. §. 14. Joan. Botero *in relation.* 1. *part. vol.* 2. *&* 3. ubi sex integros libros in hoc consumit, *&* 2. *part. ex pag.* 217. Joan. Mariana *de rebus Hispan. lib.* 26. *cap.* 2. Petr. Damariz *de var. histor. Dialog.* 4. *pag.* 211. Petr. Gordovio *in Chronogr. anno* 1492. *pag.* 441. *&* 450. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 15. *ex pag.* 143. Thom. Bozio *de stat. Ital. lib.* 4. *cap.* 1. Didac. Valdes. *de dignitat. Reg. Hispan. cap.* 12. *& cap.* 19. *num.* 52. *cum seqq.* Camill. Borrel. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 46. *ex num.* 217. *& cap.* 42. *ex num.* 38. Gregor. Lopez Madera *in Monarch. Hispan. cap.* 6. *fol.* 44. Rutil. Benz. *de anno Jubil. lib.* 1. *cap.* 10. & Mosquera de Barnuevo *in Numantina, cap.* 10. qui omnes multa de prædictorum, & aliorum Ducum laudibus memorant, & progressum extollunt quem Fides Catholica nostrorum Regum & gentium curâ in his regionibus accepit. Quod argumentum latè etiam, & optimè prosequitur Boter. *in dict. relation.* 4. *part. lib.* 1. 2. *&* 3. Fr. August. Davila *in histor. Mexicana Ordin. Prædicat. eleganti admodum stylo conscripta*: Fr. Alphons. Ferdin. Dominican. *in histor. Eccles. nostri temporis, lib.* 1. *per totum*: Fr. Thom. à Jesu *de proc. omn. gent. salute, lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 5. *pag.* 52. & passim Thom. Boz. Eugubin. *in libris de signis Eccles. Dei*, præsertim *lib.* 4. *cap.* 3. *pag.* 131. *& seq. lib.* 6. *cap.* 6. *& pag.* 236. *cap.* 4. *pag.* 240. *& lib.* 20. *cap.* 6. *pag.* 333.

CAPUT VI.

De situ, & descriptione Novi Orbis, & de linea Meridionali, qua Alexander VI. Romanus Pontifex Castellanorum, & Lusitanorum navigationes divisit.

SUMMARIUM.

1 *Mundus puncti rationem obtinet.*
2 *Plinii, & Boetii gravis reprehensio adversus eos, qui pro hujus exigua mundi occupatione laborant.*
3 *Mundus quodammodo videtur auctus, post Novi Orbis detectionem, licèt multa detegenda supersint.*
4 *Orbis Novi situs, divisio & descriptio generaliter proponitur, & plures auctores, qui de ea agunt, recensentur.*
5 *Orbis Novus videtur exprimere cordis figuram secundùm Acostam.*
6 *Orbis Novus dividitur communiter in duas peninsulas, tenui istmo distinctas, & qualiter illæ appellentur.*
7 *Orbis Novi peninsulæ Septemtrionalis, & Meridionalis longitudo & latitudo, quæ secundùm varios auctores, quorum dicta referuntur.*
8 *Navigationes longissimæ aliquorum ad Polum Antarcticum.*
9 *Insulæ Oceani Atlantici ab Hispanis detectæ innumerabiles sunt, & aliquæ amplissimæ, & opulentissimæ.*
10 *Insulæ Sancti Dominici, sive Hispaniolæ descriptio, & nominis error.*
11 Jamaica *insula describitur.*
12 Cubæ *insulæ descriptio.*
13 *Insulæ dictæ*, Jardin de la Reyna, & los Lucayos, *describuntur.*
14 *Insula* sancti Joannis de Puerto Rico, *sive* Borriquena, *describitur.*
15 Canibalorum *insulæ, quæ, & cur ita dictæ.*
16 *Insula* de la Trinidad *describitur.*
17 Cubagua & Margarita *insulæ describuntur.*
18 *Cancellaria, & Metropoli insulæ sancti Dominici quid comprehendat.*
19 *Americæ Septemtrionalis provinciæ.* Estotilandia, Terra laboratoris & Norumberga.
20 *Terra de* Bacallaos *qua & cur ita dicta, & quo detecta.*
21 Nova Francia.
22 Virginia *provincia ab Anglis occupatur, & ejus descriptio.*
23 Florida *provincia, & ejus descriptio, & historiæ.*
24 Jucataniæ *provinciæ descriptio.*
25 Nicaraguæ *provinciæ descriptio.*
26 Honduras & Costa Rica *provinciæ.*
27 Guathemalensis *provinciæ descriptio, & Cancellaria.*
28 Chiapa *provincia, & ejus descriptio.*
29 Novæ Hispaniæ *provinciæ descriptio, & cur ita dicta.*
30 *Nomina suarum urbium, & provincias volent duces ad extraneas à se detectas transferre.*
31 Novæ Galleciæ, Mechoacan, Guaxacæ & Tlascalæ *provinciæ describuntur, & Cancellariam habent.*
32 *Mexicanæ urbis, & regionis descriptio, laudes, & Cancellaria, ac Metropolis.*
33 *Mexicum urbs dicta fuit antea* Tenuchtitlan, *& utriusque nominis etymologia.*
34 *Americæ Septemtrionalis regiones innumeræ.*
35 Panamensis *provinciæ, sive Terræfirmæ descriptio, & cur dicta* Castilla del Oro.
36 *Aurum retibus expiscari in Panamensi provincia publicavit Bacchalarius Enciscus.*
37 Panamæ & Portus Belli *urbes sunt veluti emporia commercii Americæ Septemtrionalis, & habent Cancellariam.*
38 *Dominus D. Franciscus Valverdi de Mercado Præses, & Gubernator Panamentis laudatur.*
39 *Calumniæ excitat virtus, & à viris probis contemnendæ sunt.*
40 Novi Regni Granatensis *descriptio, & Cancellaria ac Metropolis.*
41 *Beatus Aloisius Beltranus prædicavit, & multa miracula fecit in Novo Regno Granatæ.*
42 Peruani Regni *descriptio, & longitudo.*
43 Quitensis urbs, *& provincia describitur.*
44 *Urbes* Piura, & Paita, *quales.*
45 Truxilli urbis *Peruanæ descriptio, & ingens terræ motus.*
46 Limensis urbis, *quæ aliàs* Regum civitas *dicitur, descriptio & laudes, & utriusque nominis causa.*
47 *Prorex Peruanus per plus mille leucas suam gubernationem extendit.*
48 *Auctor dolet quòd per quatuor decim annos in Limensi Senatu tam longè à patria, & Curia Regia inservire jussus fuerit, & quare hoc opus scribere cœperit.*
49 *Cancellariæ Limensis districtus.*
50 *Urbes* Chachapoyas, Moyobamba, Leon de Guanuco, & Guamanga *describuntur.*

privilegia refert Regia schedula data Tolet. 26. Julii ann. 1529. quæ habetur *in 2. tom. impress. pag.* 11. & Anton. Herrera *decad. 4. lib. 6. cap. 5.* ad eamdem expeditionem prosequendam reversus est; priùs urbem *Truxillo* in *Estremadura*, in qua ortus erat, invisens, & quatuor, quos habebat, fratres secum adducens, nempe Ferdinandum, Gundisalvum, & Joannem cognomento *Pizarros*, & Franciscum Martinum de Alcantara.

Initio igitur anni 1530. ex Hispania solvens, & in Panamam feliciter delatus, compositis quibusdam querelis, quæ inter eum, & Didacum de Almagro exortæ fuerant, & eamdem, quam cœperat oram ulteriùs, & penitùs inquirens, tamdem latissimo & ditissimo hoc Peruano Regno, & aliis provinciis ei adjacentibus sub auspiciis Caroli V. potitus est; † Bello capto ejus Tyranno Atahualpa, sive, ut alii vocant *Ataballba*, qui tunc adversus fratrem natu majorem & Regni verum hæredem, *Guascarum* nomine, exercitum moverat, illumque à suis ducibus captum interfici jusserat. Fuit † verò adeò ingens victi Atahualpæ præda, ut vel testante Petr. Opmeero *in opere Chronograph. pag.* 473. auri tricies centum sexaginta mille solidos superaverit, & argenti puri centum & quinquaginta mille marcas, pluraque indies Tyrannus in pretium libertatis, uti pactus erat, inferret, nisi à Pizatro & sociis ob suspicionem tentatæ adversus Hispanos conspirationis, capite damnatus fuisset, non parva Caroli Imper. jacturâ, ut tradunt Sur. *Comment. sub anno Domini* 1538. Simon Majol. 1. *tom. dier. Canicul. colloq.* 19. *pag.* 447. & Anton. Herrer. *dict. histor. gener. Ind. decad.* 5. *lib.* 3. *per totum*, ubi *cap.* 3. sigillatim commemorat eos omnes, qui in hac expeditione contrà Atahualpam militarunt, & prædam cum eo habitam, partiti sunt.

De quibus omnibus, † & de aliis, quæ ad historiam hujus Novi Orbis spectant, & ad cognoscendos antiquos, & præsentes incolarum mores, & religionem, & quantum in ejus inquisitione, & veræ fidei propagatione à nostris laboratum fuerit, qui pleniores commentarios desideraverit, legat librum, qui inscribitur, *Relationes Novi Orbis*, ubi ipsius Columbi, Americi, & Alberici Vespucii navigationes inveniet; & Joan. Bapt. Remusium de eisdem, & aliis agentem, & eruditas octo decades Petr. Martyris de Angleria Mediolanensis, & ea, quæ Ferdinandus Columbus de vita genitoris sui, & Alphonsus Oxeda, Ferdinandus Cortesius, & Nunius Guzmanius de suis factis scripserunt: neenon libros Joan. Metelli, Maximiliani Transylv. Hieronymi Benzonis, & aliorum, qui † continentur in undecim voluminibus, sive partibus, diversis titulis, & editionibus distinctis de historia Americæ, qui tamen cautè legendi sunt: nam Hæretici, qui illos scripserunt, congesserunt, & evulgarunt, nihil magis jurasse videntur, quàm ut veræ fidei, & Hispanorum gloriæ, & præclaris facinoribus tenebras offenderent, sub prætextu aliquarum crudelitatum, quas in Indos commisisse recensent; & ita meritò in tertia classe librorum prohibitorum Catalogi anni 1612. Illustriss. & Reverendiss. Cardinalis Sandovalis numerantur, & expurgari jubentur *ex pag.* 49. *ad* 52.

Et † præcipuè legat Gundiss. Fernandez de Oviedo, Petr. Ziezain. Legionensem, & Franc. Lopez de Gomara, qui de eisdem historiis Hispano sermone plenissimos commentarios ediderunt jam tamen variis linguis traductos: Et Oviedus quidem ita luculenter, & eruditè, ut hunc solùm inter historicos nostræ ætatis antiquis adnumerari dignum, censeat Cardan. *de subtilit. in lib. de metallis*, & Theatr. vitæ humanæ *vol. 6. lib. 2. pag.* 1587. Fumus quoque Gallicâ linguâ Indiarum Occidentalium historiam edidit, & Augustinus de Zarate, Christophorus Stella Calvete, & Lævius Apollonius *de rebus Peruensibus*. Extatque liber ex his, & aliis consarcinatus, qui inscribitur, *Chronica Peruensis tripartita*, editus Venetiis anno 1560. Didac. Fernand. Palentinus *de bellis civilibus, & seditionibus ejusdem provinciæ egit* & Joseph. Acost. è Societate Jesu, tum Latinis, tum Hispanis commentariis naturalem, & moralem harum Indiarum historiam eleganter prosecutus est.

Extat etiam Latinum Poëma Joan. Bap. Stellæ, quod vocavit *Columbeidem, sive de Christophori Columbi gestis, & navigationibus*. Et aliud ejusdem nominis, & argumenti auctore Julio Cæsare, duobus libris partitum, in quorum secundo aliquid non positum esse præstaret, ut ait Anton. Possevinus *in Biblioth. 2. tom. lib. 17. c. 29. pagin.* 457. qui alios auctores de eodem Novo Orbe agentes connumerat *in eod. tom. lib. 6. c. 14. pag.* 389. *& in apparatu pag.* 25. *& 53.* Plures etiam alios ciravit Anton. de Herrera *in initio suæ historiæ generalis Indiarum Occidentalium*, qui cæteris plenius, & fidelius quatuor in hunc usque diem volumina edidit in octoginta annorum decadas, & 20. libros distributa.

Nuper item de rebus Peruensibus, & Incarum origine, & Imperio commentaria quædam Hispano sermone vulgavit Garcilassus Inca, qui se ab eisdem Regibus per maternam lineam prognatum esse commemorat. De quibus antea tres libros non contemnendos scripserat Michaël Balboa Cabello Peruensis Presbyter, sub nomine *Miscellaneæ Australis*, qui apud me manuscripti servantur. Et de eorumdem Occidentalium Indorum origine in communi integrum tractatum edidit Fr. Gregor. Garcia Dominicanus. Novissimè quoque de historiis, & rebus hujus Novi Orbis, & præcipuè de his, quæ ad Novam Hispaniam pertinent, viginti duos libros tribus voluminibus contentos, prælo & luci mandavit Fr. Joan. de Torquemada Franciscanus, quibus Monarchiæ Indianæ titulum fecit. Et aliud ingens volumen Fr. Petr. Remesal *de historia provinciæ Guathemalensis*.

Atque hi quidem ex professo Americani Imperii historias contexuisse videntur. Cæterum ex aliis, qui alias diversorum temporum, vel nationum scripserunt, nullus ferè est, qui, licèt obiter, aliqua ad idem argumentum spectantia non referat, ut constabit ex Paulo Jovio *in elogiis illustr. virorum lib. 6. & lib. 18. & 34. histor.* Petr. Bemb. *lib. 6. histor. Venet.* Maubrin. Roseo de Fabriano 3. *part. lib.* 1. Tarcañon. *lib.* 21. *fol.* 517. Natal. Comite *in histor. sui temp. lib.* 1. *fol.* 8. *& lib.* 21. *fol.* 445. Guiciardin. 17. Theatr. vitæ humanæ, *vol.* 20. *lib.* 2. *pag.* 3653. Bapt. Fulgos. *lib.* 8. *memorab. cap.* 11. *in fin.* Alphons. Alvar. *in specul. Rom. Pontif. cap.* 31. Alan. Cop. *Dialog. 6. c. 9.* Anastas. Germon. *de sacror. immunitat. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 30. *&* 31. Joan. Laurent. Anania *in fabr. mundi, tract.* 4. Lucio Marinæo Sicul. *in histor. Hispan. lib.* 19. *cap.* 16. Joan. Bodin. *de Repub. lib.* 1. *cap.* 9. Joan. Nicolao Doliono *in Compend. histor. lib.* 4. Gauden. Merula *in Sylva var. lect. lib.* 5. *per tot.* Petr. Mexia *in sua Sylva*, 4. *part. cap.* 1. Fr. Hieron. Romano *in libris de rebus publ. mundi*, 3. *part. lib.* 1. *de Republ. Indiar. Occident. pag.* 125. Stephan. Garibai *lib.* 19. *& 28. cap.* 1. & Zurit. *in suis annal. Hispan. ex anno* 1492. Maff. *in histor. Indiar. Orient. lib.* 1. *pag.* 17. *&* 18. *& lib.* 8. *pag.* 172. Genebrard. *lib.* 4. *Chronogr. ex pag.* 1493. Laurent. Sur. *in suis Commentar. passim ex anno* 1500. Petr. Opmeer. *in opere Chronogr. pag.* 437. 455. *&* 463. Hieron. Giglio *de moribus gentium, lib.* 4. & Fr. Tamara *in eodem tractat. lib.* 3. Illesc. *in histor. Pontif. lib.* 6. *cap.* 22. *§.* 2. *ex pag.* 279. *usque ad* 284. *& cap.* 24. §. 8. *& cap.* 26. §. 14. Joan. Botero *in relation.* 1. *part. vol.* 2. *&* 3. ubi sex integros libros in hoc consumit, *&* 2. *part. ex pag.* 217. Joan. Mariana *de rebus Hispan. lib.* 26. *cap.* 2. Petr. Damariz *de var. histor. Dialog.* 4. *pag.* 211. Petr. Gordovio *in Chronogr. anno* 1492. *pag.* 441. *&* 450. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 15. *ex pag.* 143. Thom. Bozio *de stat. Ital. lib.* 4. *cap.* 1. Didac. Valdes. *de dignitat. Reg. Hispan. cap.* 12. *& cap.* 19. *num.* 52. *cum seqq.* Camill. Borrel. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 46. *ex num.* 217. *& cap.* 42. *ex num.* 38. Gregor. Lopez Madera *in Monarch. Hispan. cap.* 6. *fol.* 44. Rutil. Benz. *de anno Jubil. lib.* 1. *cap.* 10. & Mosquera de Barnuevo *in Numantina, cap.* 10. qui omnes multa de prædictorum, & aliorum Ducum laudibus memorant, & progressum extollunt quem Fides Catholica nostrorum Regum & gentium curâ in his regionibus accepit. Quod argumentum latè etiam, & optimè prosequitur Boter. *in dict. relation.* 4. *part. lib.* 1. 2. *&* 3. Fr. August. Davila *in histor. Mexicana Ordin. Prædicat. eleganti admodum stylo conscripta*: Fr. Alphons. Ferdin. Dominican. *in histor. Eccles. nostri temporis, lib.* 1. *per totum*: Fr. Thom. à Jesu *de proc. omn. gent. salute, lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 5. *pag.* 52. & passim Thom. Boz. Eugubin. *in libris de signis Eccles. Dei*, præsertim *lib.* 4. *cap.* 3. *pag.* 131. *& seq. lib.* 6. *cap.* 6. *& pag.* 236. *cap.* 4. *pag.* 240. *& lib.* 20. *cap.* 6. *pag.* 333.

CAPUT VI.

De situ, & descriptione Novi Orbis, & de linea Meridionali, qua Alexander VI. Romanus Pontifex Castellanorum, & Lusitanorum navigationes divisit.

SUMMARIUM.

1 *Mundus puncti rationem obtinet.*
2 *Plinii, & Boetii gravis reprehensio adversus eos, qui pro hujus exigua mundi occupatione laborant.*
3 *Mundus quodammodo videtur auctus, post Novi Orbis detectionem, licèt multa detegenda supersint.*
4 *Orbis Novi situs, divisio & descriptio generaliter proponitur, & plures auctores, qui de ea agunt, recensentur.*
5 *Orbis Novus videtur exprimere cordis figuram secundùm Acostam.*
6 *Orbis Novus dividitur communiter in duas peninsulas, tenui istmo distinctas, & qualiter illæ appellentur.*
7 *Orbis Novi peninsulæ Septemtrionalis, & Meridionalis longitudo & latitudo, quæ secundùm varios auctores, quorum dicta referuntur.*
8 *Navigationes longissimæ aliquorum ad Polum Antarcticum.*
9 *Insulæ Oceani Atlantici ab Hispanis detectæ innumerabiles sunt, & aliquæ amplissimæ, & opulentissimæ.*
10 *Insulæ Sancti Dominici, sive Hispaniolæ descriptio, & nominis error.*
11 Jamaica *insula describitur.*
12 Cubæ *insulæ descriptio.*
13 *Insulæ dictæ*, Jardin de la Reyna, & los Lucayos, *describuntur.*
14 *Insula* sancti Joannis de Puerto Rico, *sive* Borriquena, *describitur.*
15 Canibalorum *insulæ, quæ, & cur ita dictæ.*
16 *Insula* de la Trinidad *describitur.*
17 Cubagua & Margarita *insulæ describuntur.*
18 *Cancellaria, & Metropoli insulæ sancti Dominici quid comprehendat.*
19 *Americæ Septemtrionalis provinciæ.* Estotilandia, Terra laboratoris & Norumberga.
20 *Terra de* Bacallaos *qua & cur ita dicta, & quo detecta.*
21 Nova Francia.
22 Virginia *provincia ab Anglis occupatur, & ejus descriptio.*
23 Florida *provincia, & ejus descriptio, & historiæ.*
24 Jucataniæ *provinciæ descriptio.*
25 Nicaraguæ *provinciæ descriptio.*
26 Honduras & Costa Rica *provinciæ.*
27 Guathemalensis *provinciæ descriptio, & Cancellaria.*
28 Chiapa *provincia, & ejus descriptio.*
29 Novæ Hispaniæ *provinciæ descriptio, & cur ita dicta.*
30 *Nomina suarum urbium, & provincias volent duces ad extraneas à se detectas transferre.*
31 Novæ Galleciæ, Mechoacan, Guaxacæ & Tlascalæ *provinciæ describuntur, & Cancellariam habent.*
32 *Mexicanæ urbis, & regionis descriptio, laudes, & Cancellaria, ac Metropolis.*
33 *Mexicum urbs dicta fuit antea* Tenuchtitlan, *& utriusque nominis etymologia.*
34 *Americæ Septemtrionalis regiones innumeræ.*
35 Panamensis *provinciæ, sive Terræfirmæ descriptio, & cur dicta* Castilla del Oro.
36 *Aurum retibus expiscari in Panamensi provincia publicavit Bacchalarius Enciscus.*
37 Panamæ & Portus Belli *urbes sunt veluti emporia commercii Americæ Septemtrionalis, & habent Cancellariam.*
38 *Dominus D. Franciscus Valverdi de Mercado Præses, & Gubernator Panamentis laudatur.*
39 *Calumniæ excitat virtus, & à viris probis contemnendæ sunt.*
40 Novi Regni Granatensis *descriptio, & Cancellaria ac Metropolis.*
41 *Beatus Aloisius Beltranus prædicavit, & multa miracula fecit in Novo Regno Granatæ.*
42 Peruani Regni *descriptio, & longitudo.*
43 Quitensis urbs, *& provincia describitur.*
44 *Urbes* Piura, & Paita, *quales.*
45 Truxilli urbis *Peruanæ descriptio, & ingens terræ motus.*
46 Limensis urbis, *quæ aliàs* Regum civitas *dicitur, descriptio & laudes, & utriusque nominis causa.*
47 *Prorex Peruanus per plus mille leucas suam gubernationem extendit.*
48 *Auctor dolet quòd per quatuor decim annos in Limensi Senatu tam longè à patria, & Curia Regia inservire jussus fuerit, & quare hoc opus scribere cœperit.*
49 *Cancellariæ Limensis districtus.*
50 *Urbes* Chachapoyas, Moyobamba, Leon de Guanuco, & Guamanga *describuntur.*

51 Huancabelica *oppidum argenti vivi fodinis nobile.*
52 Arequipæ urbis *Peruanæ descriptio.*
53 Cuzco urbs *Peruana Incarum olim Regia describitur, & laudatur.*
54 Arica urbs, *& ejus portus pertinet ad Limensem Cancellariam, non ad Argenteam, ut tradit Herrera.*
55 Argentea urbs, *sive de los Charcas, & la Plata, & ejus Cancellariæ districtus describitur.*
56 Potosi *mons argenti fodinis celeberrimus, & oppidum ingens juxta illum.*
57 Chuquisabo urbs, *alio nomine* la Paz, *describitur.*
58 *Provinciæ* de Santa Cruz de la Sierra, Tucuman & Paraguai *describuntur.*
59 Brasiliæ regionis *descriptio, detectio, & historia.*
60 Chilensis Regni *descriptio, & Cancellaria, & incolarum robur, & superbia.*
61 Magallanica terra *vastissima, & nec dum satis detecta.*
62 *Indiæ, quæ dicuntur,* del Poniente, *quales.*
63 Malutarum, *sive* Molucarum *insularum descriptio, & qualiter ad Castellæ terminos pertineant.*
64 Philippinarum *insularum descriptio, & Cancellaria.*
65 *Dominus D. Anton. à Monga Quintanilla Cancellariæ Præses laudatur.*
66 *Insulæ* Salomonis, *quæ, & quando detectæ.*
67 *Petrus Fernand. de Quiros scripsit lautissima commentaria de suis navigationibus in insulas Salomonis, & aliis peregrinationibus, quæ auctori communicavit ejus filius D. Franciscus de Quiros insignis Mathematicus, & Cosmographus.*
68 *Lis & controversia inter Regem Castellæ, & Lusitaniæ super terminis Indiarum, unde oria, & qualiter comporita.*
69 *Alexander VI. Romanus Pontifex composuit lites Regum Castellæ, & Lusitaniæ attignando eis distinctos navigationis, & conquisitionis terminos.*
70 *Linea Meridionalis qualiter Orbem dividat.*
71 *Magallanis cur de aperiendo freto tractaverit.*
72 *Molucæ insulæ à Lusitanis, & Castellanis prætendebantur, & quare.*
73 *Auctores qui agunt de linea, quæ ducta fuit juxta Alexandri VI. ad attignandos limites Lusitanis, & Castellanis.*
74 Portugalliæ *Regnum Castellæ jungi maximè conveniens fuit, ut cessarent contentiones de terminis Indiarum.*
75 *Lusitani semper cum despectu, & superbia de Castellanis loqui solebant.*
76 Portugalliæ *Regnum quo jure, & modo consolidatum fuerit cum Regno Castellæ, cujus feudum olim fuerat.*
77 *Ludovicus Cabrera Regius Chronista laudatur.*

1 MUndum universum, ad cœli spatium collatum, puncti rationem † obtinere veteres Cosmographi tradiderunt: inter quos Plin. *lib.* 2. 2 *cap.* 68. † merito homines ridet, & christiano potius, quam gentili stylo reprehendit, quòd pro re adeò parva, & vix in minima sui parte detecta, tot lites, & bella movere soleant, & nemo cogitet, cùm ad mensuram avaritiæ suæ terminos propagaverit, quam tandem portionem terræ defunctus obtineat? Idem quoque non minùs piè, & eleganter tradit Senec. *lib.* 1. *nat. quæst. in præfat.* & ab utroque mutuatus Boet. *lib.* 4. *de Consol. Philosoph. prosa* 7. sic inquiens: *Omnem terræ ambitum sicuti Astrologicis demonstrationibus accepisti, ad cœli spatium puncti constat obtinere rationem, id est, ut si ad cœlestis globi magnitudinem conferatur, nihil spatii prorsus habere judicetur. Hujus igitur tam exiguæ in mundo regionis quarta ferè portio est, sicut Ptolemæo restante didicisti, quæ à nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartæ, si quantum maria, paludesque premunt, quantumque siti vasta regio distenditur cogitatione subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncto circumsepti, atque conclusi, de pervulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? At quid habet amplum, magnificumque gloria, tam angustis exiguisque limitibus arctata?* Et Just. Lips. *lib.* 2. *Physiolog. Stoic. lib.* 2. *cap.* 18. *in fin.* ubi ait: *Et ipsa terra pene est nihilum, universi comparatione, & velut punctum. O miseri, cœlum adspicite, & in terram despicite: punctum est illud in quo navigatis, in quo bellatis, in quo Regna disponitis: minima etiam cum illis utrimque Oceanus occurrit.*

Sed licèt hoc verissimum sit, atque hodiè etiam mundus eandem puncti rationem obtineat, & multæ ejus partes nondum cognitæ, aut exploratæ sint, ut pluribus ostendit Joseph. Acost. *in histor. Ind. lib.* 3. *cap.* 25. & Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 14. *pag.* 141. *& seqq.* Satis † tamen omnibus constat, quantum extensionis, vel, ut ita dixerim, accessionis receperit, ex detectione hujus Novi Orbis, de quo *in superioribus capitibus* sermonem invimus. 3

Cujus situm, † longitudinem, & latitudinem, 4 atque universalem divisionem, & descriptionem variè constituunt auctores *suprà* relati, & præcipuè Gerard. Mercator. Petr. Appian. & Gemma Frisius in pluribus locis suæ Cosmographiæ Abraham. Ortel. *in Theatr. magn. tab.* 5. ubi de America in communi, *& tabulis seqq.* ubi de aliis ejus provinciis specialiter agit. Joan. Boter. *in relationem univer.* 1. *part. vol.* 2. *&* 3. *ex pag.* 347. *usque ad* 466. Thom. Poteacch. Anetin. *in insularlo, lib.* 3. *per tot.* Carol. Stephan. *in dictionar. Histor. & Poet. verb. America*: Magin. *in tabul. Cosmograph.* 2. *part. tabul.* 34. *ex pag.* 279. *usque ad* 292. Hieronym. Jarava Tarraconens. & Carol. Ventounius *in parallel.* Didac. Valdes *de dignit. Reg. Hisp. cap.* 12. Camill. Borrel. *de præst. Reg. Catholic. c.* 43. *& cap.* 46. *n.* 217. Gregor. Lopez Madera *de Monarch. Hispan. cap.* 6. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *c.* 44. *&* 45. Joseph. Acost. *lib.* 1. *de natur. Novi Orbis, c.* 6. Petr. Opmeer. *in opere Chronograph. pag.* 437. *&* 463. Anton. de Herrera *in suis octo decad. hist. gener. Indiar. Occident.* & melius in descriptione, & tabulis hujus Novi Orbis, quas in calce quartæ decadis collocavit: Fr. Alphons. Fernand. *in histor. Eccles. nostri temporis, lib.* 1. *per tot.* Fr. Joan. Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 1. *cap.* 6. Anton. Posevin. qui alios recenset *in apparatu, pag.* 52. *&* 53. Rod. Zamoran. *in repertor. lib.* 1. *cap.* 46. & Michaël Balb. Cabell. *in Miscellan. Australi manuscripta, part.* 2. *cap.* 19.

Et quamvis nemini satis compertum esse possit, quænam verè sit forma, aut facies ejusdem Novi Orbis, quoniam extremi ejus fines necdum hodiè cogniti, aut explorati sunt, utcumque tamen † aliquid concipiendo, cordis figuram ali- 5 qualiter exprimere videtur, ut tradit Joseph. Acost. *lib.* 3. *de histor. Ind. cap. fin.* subdens, latissimam ejus partem esse *terram Brasiliam* usque in Peru, terminum verò sive apicem *fretum Magallanes*, basim, qua perficitur, *Terram firmam.* Atque hinc paulatim usque in Floridam expandi, & ad illa loca, quæ nondum nota sunt.

Reliqui autem † magis communiter & apertè, 6 præ-

prætermissis insulis, quæ in Oceano Atlantico, sive (ut vulgò dicunt) *Del Norte*, à Columbo, & aliis detectæ sunt, atque adeò ad hunc etiam Novum Orbem pertinere videntur; universam ejus continentem postea repertam, & perlustratam in duas maximas peninsulas dividunt, quæ ad Panamaticum saltum tenui isthmo connectuntur. Earumque illam, quæ Novam Hispaniam, & alias regiones continet, quas statim connumerabimus, *Americam Septemtrionalem* appellant, alteram verò, quæ ad Panamiam incipiens, Peruanum Regnum, Brasiliam & reliqua continet, quæ statim etiam recensebimus, vocare solent *Americam Meridionalem*, eò quod magis ad hunc cœli tractum respiciat. Et ut ex aliorum relatione scribit Valdes, *ubi suprà* † peninsula illa Septemtrionalior 7 circiter quinquies mille ducentisque milliaribus longa est, quibus si conjungantur Mediterranea connnia Septemtrionem versus, non minùs quàm novem mille milliarla efficient. Meridionallor verò habet oræ maritimæ duodecies mille sexcenta milliaria, circulumque utrumque Arcticum, & Antarcticum perstringit, ut tradit Carol. Stephan. *dict. verb. America.*

Surius autem *in Commentar. anni Dom.* 1558. quem refert Simon Majol. 1. *tom. dier. Canicul. colloq.* 10. *pag.* 266. litora Borealia maris Novi Orbis ad triginta Italicorum milliariorum millia protendi, ait: Litora verò Australis maris ejusdem Orbis ter mille & quingentas leucas continere, id est, quatuordecim Italicorum milliariorum millia. Quibus subscribens Joseph. Acost. 8 *lib.* 1. *de nat. Novi Orbis, cap.* 2. † aliquos ejus exploratores usque ad septuagesimum ad Antarcticum gradum, immensa navigatione progressos commemorat.

Et Joan. Boter. *in dict. relat. universal.* 1. *p. volum.* 2. *lib.* 2. *pag.* 348. inquit, dictam peninsulam Septemtrionalem habere in circuitum sexdecim millia milliariorum, quatuor millia verò in longum ab ortu ad Occasum: & à Jacobo Cartlero anno 1535. per ejus oram maritimam navigatum fuisse usque ad gradum quinquagesimum. A Gasparo Corte Reali Lusitano usque ad sexagesimum, à Sebastiano Gaboto Italo usque ad sexagesimum septimum, neque ultra progredi potuisse eum, & Martinum Forficlerium, qui eamdem navigationem postea tentavit, ob immensum frigus. Et *in eadem part. & volum. lib.* 3. *pag.* 371. loquens de altera peninsula, quæ dicitur *Australis* sive *Meridionalis*, tradit, quod similiter habet sexdecim millia milliariorum in circuitum, & quatuor millia in longum, in latum verò admodum variare, propterea quod terra, juxta maris sinus interdum restringitur, & interdum multum ampliatur.

Maginus quoque *tab.* 34. *fol.* 280. eamdem divisionem, & dimensionem probans, subjungit, Americæ Septemtrionalis regionem à Meridie, ubi tota circumnavigata est, duobus ingentibus Oceanis pulsari per spatium sexdecim millium milliarium, Septemtrionalem verò ejus limitem porrigi versus polum Boreum, nec hactenus circumnavigari potuisse: Et *fol.* 282. loquens de regionibus alterius Americæ Meridionalis, ait: totius ejus continentis circumnavigationem complecti alia sexdecim millia milliaria, & idem concludit *fol.* 279. dum docet, totam Americæ circumnavigationem, ut tradunt probatiores, complecti circiter triginta duo millia milliarium, occupareque dimidium penè terreni globi spatium secundùm longitudinem; clauditur enim inter Meridianum gradu 190. & Meridianum gradu 360. & secundùm latitudinem exspatiatur utriusque ab Æquinoctiali longo tractu ad Austrum quidem, ubi prorsus patefactus est, ad gradum usque 52. ad fretum scilicet Magallanicum: & à Septemtrione ad gradum 67. latitudinis Boreæ. Et hoc etiam observant, & sequuntur Abraham. Ortel. *in Theatr. dict. tab.* 1. *&* 5. Herrera *in histor. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. *& in descript. Ind. cap.* 1. *& sequent.* & novissimè Fr. Joan. Torquemada *in Monarch. Indian. lib.* 1. *cap.* 2. *&* 6. ubi sigillatim connumerat leucas, quibus Novus hic Orbis extenditur per utramque oram maris Borealis, & Australis, hoc est *del Norte*, y *del Sur*, ut vulgò vocant, & nos etiam aliqua tetigimus *suprà cap.* 4. *n.* 51. *& seqq.*

Atque hoc quidem in genere de forma, & latitudine Novi Orbis dixisse sufficiat; ut verò aliquam etiam, licèt brevem, & summariam cognitionem de ejus provinciis, & regionibus specialiter habeamus: ab insulis Oceani Atlantici eidem Orbi adjacentibus, ser. nonem ineuntes; sciendum est, † illas tot numero esse, ut ferè cognosci 9 non possint, & aliquas adeò amplas, & opulentas, ut vel grandi Regno constituendo sufficerent, ut præter Auctores *suprà* relatos advertit Petr. Mex. *in Sylva variæ lect.* 5. *part. cap.* 2. *& seq.* & Majol. *colloq.* 10. *pag.* 266. *& colloq.* 14. *pag.* 338. *cum multis seqq.*

Inter quas † Principem locum obtinere vide- 10 tur insula *Sancti Dominici*, quæ olim ab incolis *Hayti*, & *Quisqueja* vocata fuit, à nostris autem *la Espanola*, quod nomen exteri Latinum reddere cupientes, & idioma nostrum non satis callentes, Hispaniolam verterunt: cùm verè *Hispanam*, sive *Hispaniceam* vertere debuissent, ut optimè advertit Bernard. Aldrete *de antiq. Hispan. lib.* 4. *cap.* 8. *pag.* 521. Ejus ambitus est 350. leucarum, seu mille & quadringentorum milliarium, longitudo quingentorum milliarium, latitudo verò varia, sed ubi major 300 milliaria capit. Mediumque ipsius insulæ distat ab Æquatore gradibus pene 19. versus Boream, & ejus forma longa est ab Ortu ad Occasum, gaudens eximiâ cœli temperie, soli ubertate, auri & argenti fodinis, saccharique in primis immensa copiâ, & aliis utilissimis frugibus, de quibus latius agunt Petr. Martyr. *de Novo Orbe, decad.* 1. *&* 2. Gomar. 1. *part.* Paul. Jov. *lib.* 34. Hieronym. Gigl. *lib.* 4. *cap.* 1. Franc. Tamar. *de mor. gent. lib.* 3. *cap.* 7. *&* 8. Hieron. Benz. & ejus additionat. *lib.* 1. *histor. Novi Orbis, cap.* 29. *in* 4. *part. histor. Americæ, pag.* 137. Ortel. *tab.* 7. Magin. *dict. tab.* 34. *fol.* 290. Porcacch. *in insularlo, lib.* 3. *pag.* 165. Boter. *in relation.* 1. *part. lib.* 3. *p.* 461. Herrer. *in histor. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. 4. *&* 5. *ex pag.* 84. *& in descript. cap.* 5. *&* 6. *ex pag.* 7. Fr. August. Davila *in histor. Mexicana, lib.* 1. *cap.* 101. *& sequent.* Fr. Gregor, Garcia *de Ind. orig. lib.* 2. *cap.* 1. & Fr. Alphons. Fernand. *in histor. Eccles. nostr. tempor. lib.* 1. *cap.* 1. 2. *&* 8.

Ur-

Urbes præcipuæ hujus insulæ sunt *Sancti Dominici*, quæ Archiepiscopalis, & Præsidis, ac Cancellariæ Regiæ sedes est: *Sancti Joannis à Meguana*, *Portus Platæ*, *Portus Regius*, *Cavana*, *Xaragua*, & aliæ, quæ Hispanorum sunt Coloniæ. Ab
11 † Occasu autem Hispaniolæ jacet insula *Jamaica*, quæ à nostris *S. Jacobi* vocatur, & ambitu suo 150. leucas, hoc est sexcenta milliaria complectitur, in longum verò 55. leucis patet, & in latum circiter 25. illis omnibus rebus abundans, quæ in Hispaniola proveniunt. Et duo continens oppida, nimirum *Oristan* & *Sevilla*, in quo quidem est principalis Ecclesia, titulo *Abbatiæ* insignita; de qua etiam latius agunt auctores *suprà* relati, præcipuè Magin. *dict. fol.* 290. Boter. *pag.* 463. Porcac. *pag.* 175. Fr. Alphons. Fernand. *cap.* 8. & Herrera *in d. descript. cap.* 7.

12 Proxima his insula † *Cuba* ab Occasu ejusdem Hispaniolæ conspicitur, relinquens à Meridie Jamaicam, quæ appellata fuit à Christophoro Columbo in honorem Ferdinandi Regis Catholici, *Fernandina*, sive *Ferdinanda*, & extenditur ab Ortu ad Occasum 300. leucis, hoc est 1200. milliaribus, ejus verò maxima latitudo 65. leucas, seu 250. milliaria non excedit, sed pluribus in locis 20. leucas vix superat; multis utilibus rebus abundans, & præcipuè magna Rubiæ tinctorum copia, & quodam bituminis seu picis genere ad naves oppicandas idoneo. Continet autem sex Hispanorum colonias, quarum præstantiores sunt, *S. Jacobi*, ubi Episcopalis sedes, & Havana totius insulæ emporium, & navale, ad quod appellunt navigia, quæ ex Peruvia, & Nova Hispania in Europam redeunt, atque etiam aliquando, quæ ex Europa ad has Novi Orbis regiones proficiscuntur, ut latius scribunt Magin. & Boter. *ubi suprà*: Porcacch. *pag.* 172. Herrer. *d. decad.* 1. & *d. descript. c.* 7. *ex pag.* 10. & Fr. Alphons. Fernand. *d. lib.* 1. *cap.* 1. & 2.

13 Hanc Cubæ insulam † septingentæ aliæ, eæque amœnissimæ in coronæ formâ, circumstant; quæ à Columbo, ob sui pulchritudinem & viriditatem, appellatæ sunt, *Jardin de la Reyna*, ut recolit Petr. Mexia *d.* 5. *part. cap.* 9. Herrer. *decad.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *pag.* 69. & Majol. *d. colloq.* 14. *pag.* 343. qui etiam de vicinis aliis insulis agunt, quæ vocantur *de los Lucayos*, & quadringentas numero esse testantur; de quibus latè etiam tractat Boter. *d.* 1. *part. lib.* 3. *pag.* 465. & idem Herrera *decad.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. & *lib.* 9. *cap.* 11. & *in descript. cap.* 7.

Vicina quoque est ab Ortu Hispaniolæ duo-
14 decim, vel quindecim leucis † insula *S. Joannis*, quæ incolis dicitur *Borriquen*, longitudinem trecentorum milliarium habens, sive 45. leucarum, & latitudinem septuaginta milliarium, sive viginti leucarum. Affluit frugibus, fructibus, animalibus, & piscibus, ac auro præterea & Guajaco ligno perfectissimo, quod vulgò dicunt *el Palo Santo*. Est in ea urbs præcipua *S. Joannis*, optimo gaudens portu, quem hac de causa Hispani *Puerto Rico* appellarunt, & habet (ultra minores alias) tres nobiles Hispanorum colonias, & Episcopalem, ac Gubernatoris sedem, ut latius videbis apud Herrer. *dict. cap.* 7.

15 His insulis adjacent aliæ, † quæ *Canibalorum*, seu *Caribum* dicuntur, ex habitantium viribus, & ferinis moribus vocabulis sumptis: sunt enim bellicosi admodum, & anthropophagi insignes. Quorum arma sunt sagittæ, & utuntur scaphis ex unico ligno excavato elaboratis, quas ipsi *Canoas* appellant. Jacent autem hæ insulæ ab Ortu & Meridie Hispaniolæ duplici serie protensæ, è regione, seu in conspectu Terræ firmæ, & quæ magis cognitæ, & ab Hispanis perlustratæ sunt, licèt necdum cultæ, vocantur *Santa Cruz*, *las Virgines*, *S. Estacio*, *S. Bartolomè*, *la Barbada*, *la Deseada*, *la Dominica*, *Todos Santos*, *Guadalupe*, *Marigalante*, & aliæ, quæ dicuntur *de Barlovento*, ad quas aquæ faciendæ causa appellere solent classes, quæ ex Hispania ad Americam veniunt. Circa Dominicam autem ad Meridiem repertæ sunt aliæ insulæ, quæ appellantur *Matanino*, *Santa Lucia*, *los Barbudos*, & ad continentem Terræ firmæ magis accedunt. Illarumque † prior, major & 16
Orientalior nominatur *la Trinidad*, ducentis circiter leucis ab Hispaniola, & sexaginta à Dominica, longitudine quinquaginta leucarum ab Ortu ad Occasum, & latitudine triginta, eamque detexit Christophorus Columbus anno 1498. & de illa & aliis Canibalorum plura tradit Magin. *dict. tab.* 34. *fol.* 291. Boter. *dict. lib.* 3. *pag.* 459. & Herrer. *decad.* 1. *lib.* 3. *cap.* 10. & *dict. descript. cap.* 7.

Post has verò insulas † *Cubagua* jacet, quæ 17
olim margaritarum copia nobilis fuit, sed posteà ob aquæ & concharum inopiam derelictam translato hujus piscationis emporio, ad aliam insulam, ab ea unâ tantùm leucâ remotam, cui *Margaritæ* nomen inditum est. Distatque viginti leucis ab insula Trinitatis ad Occasum, & 170. ab Hispaniola, habens in longum sexdecim leucas, sive ut alii putant, viginti, & in latum octo, aut decem & duo oppida, unum propè mare, ubi est arx, in qua residet Gubernator: alterum interius, quod vocatur *vallis Sanctæ Luciæ*, de quibus etiam latiùs agunt auctores *suprà* citati, & præcipuè Herrer. *dict. cap.* 7. *pag.* 15. & 18.

Hæ autem † insulæ omnes, & pars continen- 18
tis, quæ ad eas propiùs accedit, & comprehendit Gubernationes, quas vocant *de la Florida*, *y de Venezuela*, ubi est sedes Episcopalis, *de la Nueva Andalucia*, *del Rio de la Hacha*, *y de Santa Marta*, ubi est altera sedes Episcopalis, subsunt jurisdictioni Regalis Prætorii, sive Cancellariæ, quæ, ut diximus, residet in insula S. Dominici, sive Hispaniola, & prima fuit omnium hujus Novi Orbis, habetque sub territorio suo ab Ortu ad Occasum, quod vulgò dicunt, *de Leste, à Oeste* 550. leucas, & à Septemtrione ad Meridiem, quod dicunt *Norte Sur*, plus 300. ut latius refert Anton. de Herrera dictarum Insularum & Provinciarum peculiarem descriptionem, & relationem apponens *in dict. descript. ind. Occid. cap.* 5. 6. 7. & 8. Fr. Alphons. Fernand. *in hist. Eccles. nostr. temp. lib.* 1. *cap.* 8.

Sed ut relictis insulis ad continentem accedamus, pars ejus, quæ † *America Septemtrionalis* 19
(ut diximus) vocari solet, quâ ad Orientem vergit, tres amplissimas, & nondum satis cognitas, aut Hispanis subjectas regiones comprehendit, quæ vocantur *Estotilandia*, *Terra laboratoris*, & *Norumberga*, de quibus agunt Magin. *fol.* 282. Boter. *suprà pag.* 349. & *seq.* & Herrer. *in descript.*

20 *script. cap.* 8. *pag.* 20. Vicina est his terra, † quæ dicitur *de Bacallaos*, à Sebastiano Gabotto Veneto, sub nomine Henrici Regis Angliæ primùm inventa, & sic appellata, eò quod in ejus pelago tanta invenitur piscium hujusmodi copia, ut etiam navigia retardent; de cujus descriptione, & natura ultra prædictos auctores aliqua tradit Petr. Zieza *tom.* 2. *histor. Peru*: Illesc. *in histor. Pontif. lib.* 9. *cap.* 22. *pag.* 284. Theatr. vitæ hum.
21 *vol.* 5. *lib.* 2. *pag.* 1218. Nova † quoque *Francia* iis succedit, quæ juxta ripas fluvii *Canadæ*, vel *S. Laurentii* extenditur, illamque Galli primùm sub Francisco 1. eorum Rege detexerunt, sed propter ejus inopiam ad eam contendere desierunt, ut tradunt Magin. & Boter. *ubi suprà*.

Sequitur alia regio ab incolis *Apalebem* vo-
22 cata, ab Anglis verò † *Virginia*, qui aliquot in ea colonias fecerunt, & hodiè etiam renovatis auxiliis, & expeditionibus retinent, exiguo tamen fructu, & successu, quia ut primum est sterilis, & inculta, ut præter Magin. & Boter. *suprà* tradit Bejerlinch. *in opere Chronog. pag.* 306. & P. Gordon. *in Chronog. pag.* 475. quamvis admirandas historias, & commoditates hujus regionis nobis suadere velit Thom. Harlot. Anglus in relationibus & Iconibus, quas de ea vulgavit, & habentur in initio primi tomi auctorum, qui de historiâ Americæ scripserunt, & Raphe Hamor Virginiæ Secretarius, & Joannes Schmidt, in aliis descriptionibus & relationibus, usque ad an. 1616. quæ novissimè prodierunt *in* 10. *part.* ejusdem Americæ, sumptibus, ac studio Joan. Theodori de Bri. anno 1619.

23 Succedit proximè provincia † *Florida* vocata, quæ juxta sinum Mexicanum, & mare *del Norte*, in immensum extenditur, & est quidem, ut plurimum, satis amœna, ac omnium fructuum fertilis, oras tamen habens asperas, & scopulis ac brevibus refertas, & incolas barbaros, sordidos & inhospitales. Quo fit, ut parum nostri in ea proficere potuerint, licèt aliquoties sub Paphilo de Narvaez, Ferdinando de Soto, Petro Melendez de Aviles, & aliis ducibus eam penitissimè adierint, & perlustrarint. Galli quoque sæpè, irritis tamen conatibus, ejus occupationem adorti sunt; de quibus ultra Magin. *suprà fol.* 282. & Boter. *pag.* 352. latè scribit Herrera *decad.* 4. *lib.* 4. *cap.* 4. & *seq.* & *decad.* 6. *lib.* 7. *cap.* 9. *cum seq.* & *decad.* 7. *lib.* 1. *ex cap.* 10. *usque ad cap.* 8. *lib.* 2. & *lib.* 7. *ex cap.* 1. *ad* 12. & Cabrer. *in vita Philippi II. lib.* 7. *cap.* 8. & *in descript. cap.* 8. *pag.* 19. Illesc. *in hist. Pontif.* 2. *tom. pag.* 544. & 793. Abrah. Ortel. *tab.* 8. Fr. Aug. Davila *in hist. Mexic. Ordin. Prædicat. lib.* 1. *ex cap.* 55. *usque ad* 69. Garcilassus Inca *in hist. Floridæ*, & *hist. Americæ*, 2. *part.* ubi variæ relationes, & Icones apponuntur de rebus ad eamdem provinciam pertinentibus. Et rursus *in* 6. *part.* ubi Joan. Ribauldi infelicem expeditionem commemorat.

24 Post has regiones † *Jucatania* conspicitur, peninsulæ formam referens, quæ in mare *del Norte* porrigitur, ejusque ambitus patet milliaribus 900. in præcipua urbe, quæ *Meridia* dicitur, Cathedralis Ecclesia residet. Est autem segetum, fructuum, mellis, ceræ, ac animalium quorumdam ferax, ut sunt *anates*, *gallinæ*, *lepores* & *cervi*. Incolæ animosi sunt, ac bellicosi, qui arcubus utuntur, & clypeis, & carnem humanam non vorant, sed humani potiùs & hospitales sunt, & Crucem etiam, ut multi tradunt, ante Christianorum adventum venerabantur; de quibus agunt Magin. *fol.* 383. Boter. *pag.* 363. Herrer. *decad.* 4. *lib.* 3. *c.* 4. & *lib.* 10. *c.* 3. & *in descript. cap.* 10. *pag.* 27. & *hist. Americ. part.* 4. *circa fin.*

Nicaragua quoque † provincia in eadem Ame- 25
ricæ parte versus Ortum, & Meridiem reperitur, quæ quidem, ut plurimum, arenosa est, ac caloris æstivo obnoxia, sed juxta fluvios admodum fertilis. In ea est lacus valde ingens, qui 300. milliaribus extenditur, & crescit, ac decrescit perinde ac mare, & mons continuò ardens. Habet quinque Hispanorum oppida, in quorum præcipuo, quod dicitur *la Ciudad de Leon*, Episcopus residet. Incolæ hujus tractus ad albedinem magis accedunt, quam reliquæ Novi Orbis gentes, suntque statura satis convenienti, & humani, & ante Christi Fidem susceptam justitiæ quoque speciem aliquod habebant, ut post Magin. *suprà*, & Boter. *pag.* 368. tradit Herrer. *decad.* 4. *lib.* 8. *cap.* 3. & *seqq.* & *in descript. cap.* 13. *pag.* 35. Fr. Alphons. Fernand. *lib.* 1. *cap.* 54. *pag.* 187. Et aliqua adducit *Americæ histor. dict.* 4. *part. circa finem*; ubi etiam agunt de aliis vicinis provinciis, quæ † dicuntur *Honduras*, y *Coitarica*, 26
in quibus alter Episcopus residet in civitate, quæ dicitur *de Valladolid*.

Inter Jucaraniam & Nicaraguam regionem ja- 27
cet † *Guathemalensis* urbs & provincia in Mediterraneis, quæ agro potitur fertili & amœno, aereque salubri, & in ea est sedes Episcopalis, & Regia Cancellaria. Nec longè ab hac urbe sunt montes, qui ignem, fumum & lapides emittunt. Et alia provincia appellata *Chiapa*, † & alia, quæ di- 28
citur *la Vera Paz* ubi etiam Cathedrales Ecclesiæ præfulgent, de quibus, & de territorio dictæ Cancellariæ Guathemalensis agit Bot. *pag.* 266. Herrera *decad.* 4. *lib.* 8. *cap.* 8. *pag.* 204. & *in descript. pag.* 26. 32. & 34. Fr. Alphons. Fernand. *in hist. Eccles. nostr. temp. lib.* 1. *cap.* 37. & novissimè Remesalius, qui de his provinciis integrum volumen scripsit.

Sed inter has omnes provincias caput extollit 29
ea, quæ † *Nova Hispania* vocatur; est enim amplissima, & cæteris cultior, amœnior, ac populis frequentior, incipiensque à sinu Californiæ, quem vulgò *mar Bermejo* dicunt, extenditur usque ad sinum Mexicanum ad mare *del Norte*, ad Jucatanam regionem. Fuit autem ita appellata ab insigni illo Duce Ferdin. Cortesio, qui illam primum occupavit ann. 1518. quoniam ejus situs, temperies & dispositio Hispaniæ similis videbatur, ut tradit Herrer. *decad.* 3. *lib.* 2. *cap.* 10. & *decad.* 4. *pag.* 79. Vel † quoniam antiquam omnium nationum con- 30
suetudinem sequi voluit, quæ semper populis, aut provinciis à se novè in alienis, & remotis finibus conditis, propria suarum urbium, aut regionum nomina imponere solebant, ut pluribus exemplis ostendit Fr. Joan. de la Puente *in conv. utr. Monarch. lib.* 3. *cap.* 23. §. 4. *pag.* 153. & in hoc Novo Orbe passim observatum invenimus. Continet verò *Novæ Hispaniæ* appellatio plures satis celebres & utiles provincias, quas latè recensent Magin. *fol.* 280. Petr. Martyr. *decad.* 4. & *seqq.* Abraham. Ortel. *in Theatr. mag. tabul.* 6. Boter.

ex

ex pag. 354. Herrera *in descript. cap.* 9. *ex pag.* 21. *& decad.* 3. *lib.* 2. *cap.* 10. *& seqq.* Ludovic. Cabrer. *in vita Regis Philippi II. lib.* 13. *cap.* 11. & Fr. Joan. Torquem. *in Monarch. Ind.* 1. *tom. per tot. ubi in lib.* 5. *ex pag.* 37. *ad* 40. tractat de rebus & expeditionibus ad Novum Mexicum, & *cap.* 41. & 42. Californiis, & *cap.* 45. *ad* 58. de aliis expeditionibus ad detegendum caput Mendocinum.

31 Sed præcipuæ † & magis cognitæ, & habitatæ provinciæ sunt *Xalisco*, & *Culiacan*, quæ à nostris appellatur *Nova Gallecia*, ubi est sedes Episcopalis, & Regia Cancellaria: de cujus districtu & proprietatibus tractat Magin. *dict. fol.* 280. Abraham. Ortel. *tab.* 7. Boter. *pag.* 364. Herrera *in descript. cap.* 11. *ex pag.* 29. *& decad.* 4. *lib.* 9. *cap.* 12. & 13. *& decad.* 8. *lib.* 8. *cap.* 12. Mechoan. Guaxaca, & Tlascala, in quibus etiam proprii Episcopi resident, & de eis agit idem Magin. *supra fol.* 281. Boter. *pag.* 302. Herrera *in descript. cap.* 10. *ex pag.* 25. & Fr. Alphons. Fernand. *lib.* 2. *ex cap.* 36.

32 Et † Mexicana civitas, & regio, quæ est cæterarum Metropolis, & sedes Proregis, & Cancellariæ Novæ Hispaniæ, & plurima alia continet, quæ eam non solùm inter Americæ urbes, verùm & Europæ nobilem faciunt, ut latiùs prosequuntur Magin. *supra fol.* 281. Porcacch. *in insulario, lib.* 3. *pag.* 1576. Boter. *pag.* 366. Herrer. *in descript. cap.* 9. *ex pag.* 21. *& decad.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *cap.* 14. *& seqq.* Fr. Alphons. Fern. *dict. lib.* 1. *cap.* 36. Fr. Joan. Torquem. *in d. Monarch. Ind. tom.* 1. *lib.* 2. *per tot. & lib.* 3. *cap.* 22. & 23. Petrus Balbuen. *in carminib. Hispan. de laudib. Mexici*, & Sim. Majol. *in dieb. Canic. tom.* 1. *colloq.* 23. *pag.* 506. & 507. ubi multa mirabilia refert de situ & magnitudine urbis Mexici, & incolarum multitudine, & *colloq.* 12. *pag.* 304. ubi agit de lacubus, circa quos Venetiarum instar ædificata est, qui cum se proximè contingant, & alternatis vicibus procellosis motibus aquas suas communicent; unus tamen salsus, & alter dulcis est.

33 Fuit † autem hæc insignis urbs ab indigentis olim appellata *Tenuchtitlant*, à lapide quodam, & Tuna in eo nata, quam in lacu invenerunt, ubi primum illam ædificarunt. Qua de causa hodie hæc insignia eadem civitas obtinet, posteà verò *Mexici* nomen accepit, quod maternâ eorum linguâ scaturigines aquarum significat, ut tradit Herrer. *dict. decad.* 3. *lib.* 7. *cap.* 13. Torquemad. *dict. lib.* 2. *cap.* 11. & *lib.* 3. *cap.* 23. & Sebast. Covarr. *in Thesaur. ling. Hispan. verb. Mexico*, ubi etiam alias hujus nominis etymologias adducunt.

34 Ad alteram verò † Americæ partem, sive peninsulam accedentes, quam *Meridionalem* appellari retulimus, immensi quidem operis esset, si omnia ejus oppida, vel regiones sigillatim describere vellemus: sunt enim innumeræ, & earum nonnullæ vix nomen notum habentes, ut benè observat Magin. *dict. tabul.* 34. *fol.* 283. Sed de præcipuis aliqua delibantes, in primis occurrit
35 † provincia *Panamensis*, sive *Terra firmæ*, quæ à nostris vocata fuit *Castilla del Oro*, eâ fortè ratione, quod ibi aurum plurimum reperiebatur,
36 adeò, ut quidam † Bacchalarius Encisus rectibus in multis fluminibus expiscari publicaverit † quod causa fuit, ut plures hac spe allecti, ad hanc regionem cum Petro Arias Davila anno 1514. confluerent, ut refert Herrer. *in descript. cap.* 15. *pag.* 41. Continet hæc provincia sub se gubernationes, quas vocant *del Darien*, *Veragua*, *Uraba*, y *Nata*, & alia minora oppida, & duas satis nobiles urbes, quæ dicuntur *Puertobello*, y *Panama*. Prior ad mare *del Norte* constructa, commodissimum portum habet, à quo & nomen accepit, relicto alio antiquo portu & oppido, quod vocabatur *Nombre de Dios*. Altera juxta mare *del Sur* apposita est, eo isthmo à priore divisa, quo has duas Novi Orbis peninsulas constringi tradidimus, cujus quidem latitudo decem & octo leucas occupat, seu septuaginta duo milliaria. † Et 37
hæ urbes quæcumque, vel è Peruana regione in Hispaniam, vel ex Hispania in Peruviam advehuntur, fido portuum hospitio recipiunt; siquidem divitiæ, ac merces utrobique à navibus exonerandæ sunt, & terrestri itinere, aut per amnem, qui dicit *Chagre*, per illas decem & octo leucas comportandæ, ut rursus navibus impositæ per unum mare, vel alterum trajiciantur. Qua de causa ob classium concursum, & navale commercium, quod hic exercetur, Episcopalis Ecclesiæ Dariensis sedes ad hanc urbem Panamensem translata est, & ibidem Regia Cancellaria constituta, cujus Præses simul Gubernatoris, & Capitanei generalis munus exercet.

Quo † pluribus annis summa cum laude, & 38
vitæ integritate functus est Dominus D. Franciscus Valverdi de Mercado levir meus, hoc est, *mæ sororis maritus*, postquam dictam urbem & portum de *Puertobello* Regia auctoritate construxit & communivit, & gravissimis aliis obsequiis, atque servitiis, ad hunc & alios majores honores sibi aditum præparaverat; & obiit ibidem anno 1614. adversariorum quorumdam calumniis impetitus, quas tamen justius contemnere debuisset, cùm † semper calumniatorum virus pro- 39
vocet ipsa virtus, & ut locis lævibus, & politis ægrè sordidum aliquid adhærescit; sic maledictum sedem vix inveniat in vita puriore, ut præclarè advertit Just. Lips. *in orat. de calumniat.* & in hoc casu experientia monstravit, tanti viri fama, & virtutibus à morte ejus clarioribus redditis, & Regii Indiarum Senatus, ac bonorum omnium approbatione, & acclamatione desideratis. Et qui de hac provincia plura scire voluerit, legat Petr. Martyr. *decad.* 2. & 3. Magin. *ubi suprà*: Boter. 1. *part. vol.* 2. *lib.* 3. *pag.* 371. & *seqq.* Herrer. *in descript. cap.* 15. & *decad.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. & *sequentibus*: Frat. Alphons. Fernand. *lib.* 1. *cap.* 54. *pag.* 187.

Ad eamdem † partem Americæ pertinet alia 40
non minus celebris provincia, quæ vocatur *Novum Regnum Granatæ*, & sub se comprehendit gubernationes *Popajam*, *sanctæ Marthæ*, & *Carthaginis*, sive *Carthagenæ*, ubi est civitas, & portus ad Hispanienses classes excipiendas tutissimus. Abundat hæc provincia omnium fructuum copiâ, & auro, & smaragdis, aliisque pretiosis lapillis ditescit: habetque in longum trecentas leucas, & in latum totidem ferè, & inter plura nobilia Hispanorum oppida eminet urbs, quæ dicitur *Santa Fe de Bogota*, quam Licenciatus Gun-

Gundisalvus Ximenez de Quesada anno 1528. ædificare cœpit, & in ea residet Præses & Gubernator cum Regia Cancellaria, & Archiepiscopus cum Metropolitana Ecclesia, cujus suffraganei sunt Episcopus Popajanensis, Carthaginis, & Sanctæ Marthæ. Et plura alia de eadem provincia, & incolarum moribus tradunt Gomar. *in histor. Ind.* 1. *part. mores gent. lib.* 3. *cap.* 14. Hier. Gil, *lib.* 4. *cap.* 12. & 13. Boter. *dict. lib.* 3. *ex pag.* 375. *usque ad* 378. Herrera *in dict. descript. cap.* 16. *ex pag.* 41. & *decad.* 8. *lib.* 4. *ex cap.* 6. *ad* 12. & Frat. Alphons. Fernand. *dict.*
41 *lib.* 1. *ex c.* 46. *usque ad* 50. ubi etiam agit † de mirabilibus, quæ in convertendis hujus provinciæ Indis per integros septem annos patravit Beatissimus ille vir Fr. Aloisius Beltranus Dominicani Ordinis fulgentissimum decus, qui in Beatorum numerum referri meruit anno 1608. de quo etiam plura tradit Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei, lib.* 6. *sign.* 19. & *lib.* 7. *sign.* 25. *cap.* 1.

42 Sequitur † statim ea terræ pars, quæ *Peru*, sive *Peruana* dicta est, totius hujus Novi Orbis nobilissima, detecta primum, ut alio loco diximus, à Francisco Pizarro anno 1525. & tota ferè intra Æquatorem, & tropicum Capricorni jacens; sunt autem ejus fines à Septemtrione & Nova Granata, & Castella aurea, ab Occasu Oceanus, sive mare *del Sur*, à Meridie *provincia Chilensis*, & ab Ortu, *montes altissimi*. Occupat verò longitudine sua mille & octingentas plus leucas, & in latum usque ad Andes, ut plurimum, quinquaginta, quarum decem pertinent ad planities, quæ per totam regionem ad oram maritimam reperiuntur, viginti ad montana, quæ per eamdem regionem longo tractu extenduntur à Septemtrione ad Meridiem mille circiter leucis, & vulgò vocantur *la Cordillera del Peru*, aliæ 20. ad ultra montana, quæ vulgò dicuntur *los Andes*, & sunt etiam montes, qui pariter à Septemtrione in Meridiem incedunt continuâ serie producti, densissimi tamen, & absque vallibus, cùm tamen inter alios *de la Cordillera* multæ amplæ valles ac profundæ, fertillissimæque & populo numerosissimæ contineantur, cùm aëre potiantur calidiore, de quibus omnibus, qui plenioremhistoriam, & descriptionem desideraverit, legere poterit Levinum Apolonium *de rebus Peruensibus*: Petr. Ciezan, Aug. de Zarate, & alios quos citavimus *in fin. c. præcedentis*, qui de historiis Regni Pervani ex professo tractarunt, Hieron. Benzo, & ejus additionator. *lib.* 3. *per totum in* 6. *part. histor. Americæ*: Joseph. Acost. *in hist. Ind. lib.* 3. *c.* 21. *& seqq.* Abrah. Ortel. *in Theatr. mag. tab.* 8. Magin. *ex fol.* 283. *usque ad* 287. Joan. Boter. *d. lib.* 3. *ex pag.* 386. Herrer. *in descript. c.* 16. *in fin. pag.* 46. *& seqq. & in hist. gener. Ind. decad.* 4. *lib.* 9. *c.* 3. *& decad.* 5. *lib.* 1. *c.* 1. *&* 5.

Inter plurima verò Hispanorum, & Indorum oppida hujus latissimi Peruani Regni, quæ connumerare longissimum esset, præstantiores sunt
43 urbs † de *San Francisco de Quito*, à Sebastiano Belalcazar Francisci Pizarri commilitone anno 1534. fundata, quæ Æquatoris linea ferè subjacet, nec tamen fervido ac æstuoso cœlo, sed potiùs frigido potitur, ejusque ager semper virens est, & omni frugum beatitudine floridus, atque etiam auri, & argenti vivi minetis scatens.

Residet hac in urbe Episcopus Quitensis cum Ecclesia Cathedrali, & Præses cum Regia Cancellaria quæ ducentis & plus leucis in longum, & in latum suum territorium extendit, & gubernationes *de los Quixos*, i *la Canela*, *Pacamoros*, i *Gual Songo*, & partem Popajanæ comprehendit, atque etiam urbes *de Riobamba*, *Cuenca*, *Loxa*, *Zamora*, *Jaen*, *Guayaqui*, i *Puertoviejo*, ut latiùs prosequuntur Magin. *sup. fol* 286. Boter. *pag.* 396. Herrer. *in descript. cap.* 17. & 18. *& decad.* 5. *lib.* 6. *cap.* 6. & *lib.* 10. *cap.* 10. *cum multis seqq.* & Fr. Alphons. Fernand. *d. lib.* 1. *cap.* 54. *in fin.*

Post *Quiti* verò provinciam eminet alia urbs, † quæ à nostris *D. Michaelis*, à Barbaris *Piura* 44
vocatur, cui vicinus est portus, qui dicitur *Paita*, ad quem naves per hoc Peruanum mare transfretantes frequenter appellunt. Sed magis nobilis est † *Truxillo* à Francisco Pizarro con- 45
dita anno 1533. agrum feracissimum habens, & plures Hispanorum domos, quæ tamen omnes ingenti terræmotu momento temporis conquassatæ fuerunt anno 1619. Ita ut vix, & ne vix quidem, aliqua pristinæ urbis figura remanserit. In qua ob sui dignitarem & commoditatem, & plura Hispanorum & Indorum oppida, quæ illi confinia sunt, Cathedralis Ecclesia cum proprio Episcopo creata & erecta est anno 1612. & de ea peculiarem mentionem faciunt auctores *supra* relati, præcipuè Herrer. *dict. description. cap.* 19. *pag.* 56. & *decad.* 5. *lib.* 7. *cap.* 6.

Longè verò nobilior, atque excellentior est alia urbs, quæ octuaginta à Truxillo leucis in eadem planitie Peruana conspicitur, sub 12. gradu ad Antarcticum, quæ à Barbaris † *Lima* vocatur, 46
non ex nomine Reguli, sive *Cacique*, qui ei dominabatur, ut putavit Herrera, sed corrupto vocabulo à *Rimac* fluvio eam interluente, quod materna lingua, *sonans*, sive *loquax* interpretatur, à nostris verò dicitur *Civitas Regum*, sive quod sub Epiphaniæ die à Francisco Pizarro ædificari cœpta anno 1533. sive quod Magorum Regum patrocinium sortita fuerit, & pro insignibus tres coronas in campo cœlesti, cum stella micanti, quæ Regibus eisdem apparuit, de quo Imperatoris Caroli V. diploma satis honorificum habet.

Jacet urbs hæc in valle amœnissima, miraque aëris temperantia gaudet, & agro rerum omnium fertili, præsertim *frumenti*, *fabarum*, *pisorum*, & omni ferè leguminum, atque etiam fructuum nostratium genere. Est præterea populo frequentissima, ambitum comprehendens valde spatiosum, in quo sunt latæ viæ, amplum forum, insignia templa, illustris Cathedralis Archiepiscopalis Ecclesia, magnifica ædificia, nobilis Academia, & plura tribunalia & Collegia; prout decet tanti Regni Metropolim, & totius maritimi tractus excultissimum emporium. Portum quoque tutissimum habet, duabus leucis ab ea semotum, qui dicitur *el Callao*, ubi alterum oppidum ornatissimum constructum est. Et residet in ea
† Prorex, qui supremam jurisdictionem, & gu- 47
bernationem, per plus mille leucas exercet, & est Præses Regiæ Cancellariæ ibidem commorantis, quæ duos Fiscales, 4. criminum quæstores, & 8. causarum civilium Senatores, sive Auditores habet.

48 In quorum numerum † ego jam inde ab anno 1610. nihil tale ambiens, aut cogitans, D. Philippi III. Regis ac Domini nostri patentissimi, honestissimis codiciliis cooptatus, quâ potui maximâ fide, puritate & industriâ suscepti muneris pensa explere curavi, id tantùm mœroris habens, quòd tam longè à patriâ, & Regiis oculis stu-dii & ingenii mei (quod scio, quàm sit exiguum) proventum & specimen edere, atque eodem semper loco manens, consenescere coactus fuerim, aliis interea, quibus sors benignior arrisit, post plurium honorum gradus in supremis Consiliis meritissimè collocatis. Sed Deus, si opportuerit, nos quoque ab inferis (ut ajunt) ad superos revocabit, cui semper mearum rerum curam, quâ decet humilitate & veneratione relinquo; & ad patriæ desiderium leniendum, successivis horis opus hoc in prædicta nobilissima Regum urbe meditari, & scribere cœpi.

49 Cujus † Cancellaria, ut ad institutum redeamus, trecentis plus minus leucis territorii sui habenas extendit; in quibus ultra urbes *Piura*, & *Truxillo* de quibus locuti sumus, & plures alias satis divites & frequentes Hispanorum villas & colonias, Indorumque oppida; continentur

50 † etiam urbes *de los Chachapoyas*, de *Moyobamba*, de *Leon*, de *Guanuco*, & alia quæ dicitur *Guamanga*, sive *S. Juan de la Frontera*: de qua speciatim agit Herrera *decad. 6. c. 9. lib. 6.* à Francisco Pizarro primum condita anno 1539. & posteà in loco, ubi hodie conspicitur, multis cœnobiis & nobilibus ædificiis decorata; & demum anno 1612. in Cathedralem erecta, diœcesi ejus à Cuzquensi, cui anteà suberat, competenter divisa.

51 Et propè eam est † villa de *Oropesa*, alio nomine *Huancabelica*, argenti vivi ditissimis fodinis per totum terrarum orbem maximè nobilis, de quibus aliqua notat Acosta *lib. 4. cap.* 11. Pat. Lel. Bisciol. *lib. 16. horarum subcesivarum, cap. 3. col.* 1165. & nos alibi latiùs agemus.

Pertinet etiam ad ejusdem Cancellariæ dis-
52 trictum † *Ariquipa*, 130. leucis à Limensi remota, ab eodem Pizarro condita anno 1534. quæ duodecim à mari milliaribus fœcundo ac salubri in agro ædificata est, & ob portus & vinearum commoditatem multis nobilium ædificiis, Monasteriis, & frequenti populo aucta, & nuper Episcopali sede illustrata eodem tempore, quo *Guamanga*, & *Truxillo*.

Sexaginta autem leucis ab *Arequipa*, & 125. ab urbe Regum, sive *Lima*, sub decem & tribus gradibus, cum dimidio elevationis ad Austrum, & septuaginta octo longitudinis, jacet alia medi-
53 terranea urbs, † nomine *Cuzco*, quæ cum *Lima* tentat de principatu contendere, & *totius Regni Peruani* se *caput* appellat, & fuit certè ante Hispanorum adventum Regia Incarum Regum sedes, magno procerum, & gregariorum Indorum commercio celebrata, munitissimis quadratorum saxorum maximæ magnitudinis ædificiis ornata, & inter Peruanas sola, quæ faciem urbis præferret. Easdem ædes, quas Incolæ quondam possedere, politiore paulò ornatu instauratas hodie Hispani tenent, & templum admirandum Solis, Dominicani Monachi in Ecclesiam consecrarunt; octo parochias, & sex Virorum, & Monialium cœnobia habet, & proprium Episcopum cum insigni Cathedrali Ecclesia, quæ ante divisionem aliarum de *Arequipa*, & *Guamanga* ditissima erat.

De quibus omnibus, & aliis, quæ brevitatis causa prætereo, latiùs scribunt Levin. Apollon. & alii *suprà* relati: Magin. *fol.* 286. Boter. *pag.* 389. & 393. Herrer. *in descript. cap.* 19. & 20. & *decad.* 5. *lib.* 6. *cap.* 2. 4. & 12. & *lib.* 7. *capit.* 6. 10. & 13. Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom.* 1. *colloq.* 23. *pag.* 506. & Fr. Alphons. Fernand. *dict. lib.* 1. *cap.* 50. 51. & 54. & plura de urbe Cuzquensi, & ejus ædificiis tradens Garcias Lasus Inca *in suis Commentar. lib.* 7. *cap.* 8. & *cap.* 27. & *seqq.*

Spectat quoque ad eamdem † Cancellariam, 54
urbs *de S. Marcos de Ariga*, & ejus provincia, licèt Herrer. *in dict. descript. cap.* 21. *pag.* 63. ad Argenteam pertinere tradiderit, ubi est portus hoc in Regno pariter notus ac utilis, in quo naves, & classes Regiæ commodissimè recipiuntur, dum merces ad superiores provincias evehere, & earum divitias præcipuè Potosianas revehere solent.

Supradictis urbibus meritò adjicienda venit ea, quæ † *Argytopolis*, seu *Argentea* dici potest, 55
& vulgò *de la Plata* vocatur, quæ licèt habitantium copia cum *Lima*, & *Cuzco* comparati non possit, eximia tamen eorum opulentia insignis est, & à Petro Anzures Duce Francisci Pizarri, jussu ejus condita fuit anno 1538. jacetque in decimo nono gradu elevationis ad Austrum, trecentis leucis distans à civitate Limensi, & decem & octo à celebri illo & Imperiali oppido, & monte, cui nomen † *Potosi* argenteis fodinis supra mo- 56
dum referto, è quibus, & aliis, eis vicinis, immensa eruitur argenti copia, quæ universam Hispaniam, & Europam implet, & in Asiam etiam, & Africam magna ex parte dilabitur: de quo pluribus agit Acosta *lib.* 4. *de Ind. histor. cap.* 6. & *seqq.* Quapropter prædicta urbs *Argentea* dicta est, & cùm antea Episcopalem sedem haberet, anno 1607. in Archiepiscopalem, sive Metropolitanam erigi meruit, & Regia Cancellaria in ea resident, cujus districtus per trecentas, & amplius leucas excurrit, & ultra plura alia Indorum oppida, & Hispanorum municipia, comprehendit nobilem urbem, & provinciam, quæ dicitur *Chucuito*, & del *Collao*, & aliam quæ dicitur *Chuquiabo*, sive *de la Paz*, quam anno 1549. † Præses de la Gasca condere jussit, & hodie pro- 57
prium Episcopum habet cum satis ampla diœcesi, quæ ab Argentea divisa fuit.

Continet præterea dicta Cancellaria sub territorio suo quatuor amplissimas gubernationes, quæ dicuntur † *de Santa Cruz de la Sierra*, *del* 58
Tucumán, *del Paraguay*, *del Rio de la Plata*, & *Buenos Ayres*, in quibus omnibus proprii etiam Episcopi constituti sunt, & de eis, & aliis ad montem Potosium, & argenteam Cancellariam pertinentibus, multa specialiter tradunt Magin. *fol.* 287. & 289. Boter. *pag.* 383. 392. 397. 401. & 403. Herrer. *in descript. cap.* 21. & *cap.* 24. & *decad.* 4. *lib.* 1. *cap.* 1. & *lib.* 8. *cap.* 11. & *decad.* 5. *lib.* 10. *cap.* 15. & Fr. Alphons. Fernand. *d. lib.* 1. *cap.* 54. *pag.* 186. & 187.

His proxima est † *Brasilia regio*, licèt jam 59
Peruani Regni, & Proregis gubernationis fines exceedat, quæ inter duos ingentes fluvios jacet, nempè *Maragnonem* à Septemtrione, & *Argy-*
retum,

retum, vulgò *Rio de la Plata*, à Meridie, & partim ab Occasu, à qua etiam parte ad altissimos Peruviæ montes accedit; sed tamen ab ortu, mari vastissimo (vulgò *del Norte* vocato) pulsatur. Hujus longitudo, quæ à Septemtrione in Austrum accipitur, traditur mille & quingentorum milliarium, sive 450. leucarum; latitudo ab Ortu ad Occasum quingentorum milliarium, sive 200. leucarum, & ejus circumnavigatio juxta mare *del Norte* milliarium plus minus trium millium, sive 900. leucarum. Detecta autem fuit, & à Lusitanis coli, & lustrari cœpta eo modo & tempore, quæ diximus *suprà cap.* 3. *num.* 32. licèt priùs eam jussu Regum Catholicorum Ferdinandi, & Elizabethæ detexisset Vincentius Yañez Pinzon, & Didacus de Lepe.

Et qui de ejus descriptione, historiis, & incolarum moribus plura scire voluerit, legat Maff. *hist. Ind. Orient. lib.* 2. & 15. *ex pag.* 360. S. Roman. *in eadem histor. lib.* 1. *cap.* 11. *pag.* 57. & *lib.* 4. *cap.* 14. *pag.* 689. Magin. *dict. tab.* 34. *ex fol.* 287. Boter. *dict. lib.* 3. *ex pag.* 378. *usque ad* 383. & rursus 4. *part. lib.* 4. *per totum ex pag.* 104. *ad* 119. Herrer. *in descript. cap.* 25. & *decad.* 1. *lib.* 4. *cap.* 7. & *decad.* 4. *lib.* 8. *cap.* 12. & 13. Repertor. Mexic. *fol.* 225. & 271. Petr. Gordon. *in Chronograph. pag.* 443. Benzon. *de anno Jubil. lib.* 1. *cap.* 10. Possevin. *in Bibliotheca*, 1. *tom. pag.* 390. & historiam & epistolas aliquot navigationis in Brasiliam à Gallis & Germanis auctoribus, parum tamen fide dignis, scriptas, quæ habentur in fine tertiæ partis historiæ Americæ, & novissimè D. Thomas Tamajo de Vargas in libro vulgari lingua, sed non vulgari eruditione, & diligentia conscripto de ejusdem Brasiliensis Provinciæ ab Hollandis interceptæ restauratione, *cap.* 5.

A Meridie autem ejusdem Peruanæ regionis
60 jacet ingens alia provincia, sive Regnum, † quod *de Chile* vocatur, quo nomine incolæ frigus significant, quia revera cæteris Peruanis frigidior est, & sub ea Zonæ parte sita, quam antiqui hac de causa inhabitabilem judicabant: sed nihilominus experientia monstravit, non solùm habitabilem, verùm cœli & terræ temperie commodissimam esse, & Hispaniæ nostræ in omnibus ferè simillimam, cui opposita, sive Antipoda est, cùm à gradu Australi 27. usque ad 52. excurrat, & bellicosos, ac robustos homines gignat, qui in hunc usque diem nostros continuis bellis exercent, & fidem ac pacem multoties susceptam, & oblatam durâ cervice, & protervo corde rejiciunt. Sunt tamen hoc in Regno à nostris plusquam 300. leucæ in longum, & viginti in latum possessæ & pluribus colonliis, & urbibus illustratæ, præcipuè *Valdivia*, *la Serena*, & *la Imperial*, quæ ab hostibus destructæ fuerunt, & *la Conception*, quæ hodie viget, ubi sedes Episcopalis refulget, & alia nobilior *de Santiago*, quæ Metropolis regionis judicatur, & in qua alter etiam Episcopus residet, & Regia Cancellaria, quatuor Auditoribus, & Fiscali ac Præside constans, qui etiam Capitanei generalis munus in omnibus ad bellum necessariis exercet, de quibus & aliis ad hujus Regni historias, & pleniorem descriptionem pertinentibus, latius tractant Gomar. *in histor. Ind.* 1. *part.* Acost. *in hist. Indiar. lib.* 7. *cap. ult. pag.* 531. Mores Gent. *lib.* 3. *cap.* 10. Nobilis eques ac Poëta D. Alphons. de Arcilla in Araucana, Boter. *d. lib.* 3. *pag.* 385. Magin. *fol.* 287. Herrer. *in descript. cap.* 22. & *decad.* 7. *lib.* 1. *cap.* 6. & 7. & Fr. Alphons. Fernand. *lib.* 1. *cap.* 55.

Denique post hoc Regnum Chilense, & flu- 61
men, quod *Argenteum*, sive *de la Plata* vocatur, jacet famigeratum illud fretum, dictum † *Magallanicum*; de cujus inventione plura diximus *suprà cap. proximo ex n.* 35. & post illud versus Antarcticum Polum vastissima illa tertæ pars, *Magallanica* etiam nuncupata, quam licèt nullus hucusque penitus perlustraverit, plures tamen opinantur, Europâ, Asiâ, atque Africâ majorem esse ut tetigimus *d. cap. præced. num.* 54. & plenius scribunt Boter. *pag.* 403. & 404. & Herrer. *d. descript. cap.* 23.

Et cum his planè absolvi id omne videtur, quod ad prædictas duas Americæ peninsulas pertinet. Verum † cum aliæ insulæ, & continentis regiones 62
reperiantur, quæ licèt ab America distinctæ, & remotæ sint, atque ad Orientalem declinent intra fines tamen Occidentales clauduntur, quibus navigatio, & conquisitio Indiarum Regum Castellæ, & Legionis circumscripta fuit, juxta pactionem cum Lusitanis Regibus initam, nempe *Malucæ*, sive *Moluccæ*, *Philippinæ*, *Lequii*, *Japonium*, *Sinarum litora*, *Insulæ Salomonis*, & aliæ; sunt nonnulli, qui eas, veluti tertiam partem Indiarum constituant, & sub nomine Occidentalium comprehendant; de quibus in genere aliqua notavimus *suprà cap.* 3. *n.* 41. & 43.

Et quod attinet † ad Malucas, earum nomina, 63
descriptionem, detectionem, aromata, titulos, ac jura, quibus Castellæ Regibus competunt, specialiter prosequitur Petr. Martyr. *decad.* 7. *cap.* 6. & *decad.* 8. *cap.* 8. Petr. Ciezа *tom.* 2. *histor. Peru*, c. 62. Paul. Jov. *lib.* 34. *hist.* Herrer. *d. descript. c.* 26. *ex pag.* 72. & *decad.* 3 *dib.* 1. *cap.* 10. & 11. & *lib.* 6. *cap.* 3. *ad* 8. & *lib.* 9. *cap.* 9. & *seqq.* & *decad.* 4 *lib.* 5. *ex cap.* 6. *ad* 11. Petr. Maff. *in histor. Ind. Orient. lib.* 5. *pag.* 219. & 220. Purcacch. *in Istrulario*, l. 3. *pag.* 189. Magin. *tab.* 32. *fol.* 265. & *sequentib.* Boter. *in relation. universal.* 1. *part. volum.* 3. *lib.* 1. *pag.* 424. Pat. Gordon. *in Cronograph. pag.* 450. Henric. Martin. *in repert. Mexican. fol.* 242. Bartholom. Leonard. de Argensola *in decem libris*, quos de natura & historiis dictarum Insularum scripsit: & est etiam videndus elegantissimus Hieron. Osor. *lib.* 11. *de rebus Emman.* relatus à Theatr. vitæ humanæ, *volum.* 5. *lib.* 3. *pag.* 1259. ubi de eisdem insulis agit, & conatur ostendere, quòd ad terminos Lusitanæ navigationis, & detectionis pertinent.

De † *Philippinis* autem, & quot numero sint, 64
& quando detectæ, & à nostris habitari cœptæ, & qualiter in eis Regia Cancellaria constituta fuit, & sedes Episcopalis in urbe Manilâ, quæ posteà in Metropoli erecta est, & de aliis historiis scitu dignis ad easdem insulas pertinentibus, ultra Herrer. *in d. descript. cap.* 26. *pag.* 73. & *decad.* 4. *l.* 1. *cap.* 6. plura tradunt Magin. *d. fol.* 265. Boter. *pagin.* 420. & *sequentib.* Illesc. *in histor. Pontif. & tom. pagin.* 284. Henric Martin. *in Repert. Mexican. fol.* 252. Fr. Alphons. Fernand. *in hist. Eccles. nostr. tempor. lib.* 2. *ex cap.* 34. *ad* 39. Benzon. *de anno Jubil. libr.* 1. *cap.* 10. & Fr. Joan. à

Torquemada *in Monarch. Indiar. tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 61. & 62. Cabrera *in vita Philippi II. lib.* 7.
65 *cap.* 8. Plenius cæteris † Dominus D. Anton. de Morga nunc meritissimus Præses Regiæ Quitensis Cancellariæ, qui cùm in Philippinis Gubernatorem, & Senatorem ageret, luculentam de illis historiam, & relationem scripsit. Apud quos auctores, & alios, quos retuli *in fine d. cap.* 3. reperiuntur plura de Japoniorum, & Sinarum vastissimis Regnis, & insulis eis adjacentibus, & de expeditionibus, quas nostri in illis fecerunt.

66 Et † de *Nova Guinea*, & *insulis Salomonis*, & *Latronum* ab Alvaro Mendaña primum repertis anno 1567. & posteà ab eodem, & rursus à Petr. Fernandez de Quiros, vano tamen labore, indagatis, plenam relationem apponit idem Dom. Præses Ant. de Morga *ubi suprà ex pag.* 29. Herrer. *d. descript. cap.* 27. Torquem. *in dict. Monarch. lib.* 5. *ex cap.* 64. *ad* 70. & aliqua tradit Joseph. Acost. *de nat. Novi Orbis, lib.* 1. *cap.* 16. & *lib.* 3. *cap.* 11. & 25. & Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 15. *pag.* 142. & 147. Et ego apud me ser-
67 vo † manuscriptos commentarios dicti Petri Fernandez de Quiros, precariò concessos ab ejus filio Don Francisco de Quiros Mathematicarum scientiarum peritissimo, & Regio hujus Peruani Regni Cosmographo, & nautarum examinatore, quibus ea omnia quæ in dictis navigationibus contigerunt, latissimè scripta reliquit, & simul alias suas peregrinationes recenset, non minus certè mirabiles, aut scitu jucundas, quàm quæ de Ulysse olim, & hodie de Emmanuele Mendez Pinto Lusitano circumferuntur.

Sed quoniam *suprà* mentionem fecimus de limitum divisione, & pactione, circa Indiarum navigationes, & conquisitiones inter Reges Castellæ & Lusitaniæ celebrata, ère erit, ut eam paucis
68 pro coronide hujus capitis adjiciamus. † Sciendum igitur est, quod cùm Lusitaniæ Reges, post derectas Africæ interioris oras, ad Orientales Indias cum suis classibus penetrare cœpissent, impetrarunt à Martino V. Romanæ Ecclesiæ Pontif. Maxim. ut quidquid à Ganatiæ promontorio (quod postea *Caput Bonæ spei* appellari jusserunt) ad ultimam usque Indiam patefieret, id quàm optimo jure, & conditione Lusitaniæ ditionis esset: quam concessionem deinde alii Pontifices confirmarunt, ut diximus *sup. c.* 3. *n.* 21 & 22. Cum autem postea Christophorus Columbus Regum Catholicorum copiis, & nomine, Occidentales insulas explorare, & fœlici juxta ac fructuoso eventu detegere cœpisset, Joann. II. Lusitaniæ Rex id ægrè admodum tulit, vel quòd effloresceret, tum maximè ad maritimæ rei gloriam, nomini Lusitano, partum ab aliis in eodem genere decus officeret; vel quod relicto sibi à majoribus inclyto navigationis jure spoliari & vasti Oceani possessione pelli quodammodo videretur. Qua de causa, cum bellum utrinque immineret, & plures hinc inde legationes, & pacis media tentata fuissent: tandem inter eos convenit, ut tota illius litis, sive controversiæ disceptatio ad Alexandum VI. tunc temporis Romanæ Ecclesiæ Pontif. Maxim. remitteretur, qui
69 † cognitâ Regum causa, ut regiones definiret, quas quilibet explorare, & debellare sine alterius injuria posset, ultra Hesperidum insulas, vulgò dictas, *de Cabo Verde*, ad tricentesimam fermè, & quadragesimam leucam, ducto à Septemtrionibus ad Australem polum circulo, sive † lineâ, 70
quam *Meridianum* appellant, totum terrarum Orbem ex æquo bifariam divisit: ita ut pars, quæ ad Orientem vergeret, Lusitaniæ ob juris antiquitatem cederet; Occidua Castellæ Regi relinqueretur; statuens, ut Castellani non viam à Lusitanis apertam, sed diversam sequerentur, & hi ad Solis Ortum, illi ad Occasum navigantes, orbem marium, atque terrarum secarent: & cum hic constet 360. gradibus, unusquisque centum & octoginta partes ad pervestigandum, & debellandum sibi deposceret. Quæ divisio in causa fuit, ut adeo anxiè à Magallano, † & aliis navigatio ad 71
Molucas, per maria extra Lusitanorum limites posita quæreretur, & ut super eisdem † Insulis no- 72
væ lites suscitarentur, dum uterque Rex eas suis finibus comprehendi contenderet, variis rationibus, & prædicti Meridiani computationibus hinc inde perpensis, quousque convenit, ut Castellæ Reges illas Lusitanis pro trecentis & quinquaginta ducatorum millibus pignori darent.

De quibus † omnibus peculiarem mentionem 73
fecerunt Matth. *lib.* 1. *histor. Ind. Orient. pag.* 5. & 18. Hieron. Oson. *lib.* 11. *de reb. Emmanuel.* Fr. Anton. de San. Roman, *lib.* 1. *de hist. Orient. capit.* 6. & *lib.* 3. *cap.* 13. Episcop. Chiapensis *in tract. comprobat. fol.* 30. Marquard. *in tract. de Jud. & infid.* 1. *part. cap.* 14. Petr. Bembus *lib.* 6. *histor. Veneta* relatus à Balduino *in* §. *Insulæ, n.* 5. & 6. *initit. de rerum divisione*, Garibal *lib.* 28. *Annal. anno* 1493. Petr. Matth. *in addition. ad septimum decret. al. lib.* 1. *tit.* 9. *pag.* 74. & *in summa const. Pontif. pag.* 152. Joan. Boter. *in Cosmograph.* 2. *part. lib.* 4. *pag.* 384. & *part.* 4. *lib.* 2. *pagin.* 949. Hieron. de Monte *in tract. de finib. regund. cap.* 7. *num.* 8. Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei lib.* 17. *cap.* 4. *pag.* 112. & *de Italiæ statu, lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 342. & *seq.* Doctor Marta *in tract. de jurisdict.* 1. *part. cap.* 24. *num.* 32. Molin. Theolog. *de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 103. *pag.* 424. Petr. Opmeer. *in Chronograph. pag.* 437. P. Gordon. *pagin.* 441. melius & fidelius cæteris Anton. de Herrera *in dict. histor. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 2. *capit.* 5. 8. & 10. & *decad.* 3. *lib.* 6. *ex cap.* 3. *ad* 8. & *decad.* 4. *ex cap.* 6. *ad* 10. & alii, quos retulimus *sup. hoc cap. num.* 63. & *infrà lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 18. & tetigit Anton. Posevin. *in Bibliothec. lib.* 1. *cap.* 7.

Ubi bene † considerat, has omnes contentio- 74
nes cessasse; postquam Occidentales & Orientales Indiæ in unum Regem cojerunt, Lusitaniæ nimirum Regno Castellæ & Legionis, à quo exierat, copulato. Idque sapientissimè à Deo effectum fuisse, tum, ut sub unius imperio facilior ratio esset religionis cum sapientia propagandæ; cum etiam, ne Philippinis inventis, quæ proximùs ad Lusitaniæ limites accedebant, novæ contendendi occasiones excitarentur, † quas Lusita- 75
ni semper nimis superbè, & cum magno Castellanorum despectu prosequebantur, ita ut teste Petro Martyr. *decad.* 8. *cap.* 10. *in fine*, plures cordati viri, ruinam illis venturam, vel ex hoc vaticinarentur, & prædictam unionem, vel reductionem ad Castellæ coronam desiderarent.

Quæ-

76 Quæ † tamdem quomodò, & quibus titulis facta fuerit, latè & optimè prosequitur Joan. Anton. Viperan. *in commentariis de obtenta Portugallia.* Hieron. Connestagius Genuensis *in decem libris*, quos de eadem unione Italico sermone conscripsit, Michael ab Aguitre, Franciscus Alvarez à Ribera & alii quam plures, qui tractatus, & allegationes super ejusdem Regni successione ediderunt, & egregius nostri temporis Chronista, mihique, dùm Matriti agerem, ob ingenium, & va-
77 riarum literaraturn studium admodum familiaris † Ludovic. Cabrer. *in vita Regis Philippi II. lib.* 12. & 13. & obiter Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. c.* 21. *in fine*, Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. c.* 46. *ex n.* 210. & novissimè Salazar de Mendoza *de origin. dignit. Hispan. lib.* 4. *cap.* 4. 5. 4. *fol.* 169. ubi ex Hispaniæ annalibus, & historiographis probant, Regnum illud Castellæ & Legionis feudum fuisse, & Comitatus titulo ab illis separatum, de quo etiam benè agit Mariana *de rebus Histor. lib.* 1. *cap.* 4. & *lib.* 10. *c.* 13. Joan. Tarcañ. 2. *p. lib.* 12. Steph. Garib. *lib.* 5. *suæ histor.* & Petr. Damar. *in Dialogo* 2. *de varia histor. cap.* 3. Tamajo de Vargas *in defens.* Petr. Joan. Marianæ *pagin.* 42. & D. Joan. Briz Martin. *in histor.* S. Joan. de la Peña *lib.* 5. *cap.* 2.

CAPUT VII.

De natura, & excellentiis Novi Orbis: & aliqua de terræmotibus, montibus ignivomis, & eorum causis.

SUMMARIUM.

1 *Repetere, aut transcribere quæ ab aliis bene tractata sunt, otiosum est.*
2 *Novi Orbis excellentiæ cur Auctor notare voluerit.*
3 *Novi Orbis provinciæ, ut plurimum, amœnissimæ & temperatissimæ sunt.*
4 *Terræ elementum inæquale, & cum aliquibus defectibus, etiam ante diluvium à Deo creatum fuit, & quare.*
4 *Tellus eadem non parit omnia, sicut nec mare.*
6 *Terræ defectus Deus induxit ad cohibendam idolatriam, secundùm Theodoretum.*
7 *Columbus putavit Paradisum voluptatis in Novo Orbe invenisse.*
8 *Paradisi locum sub Æquatore positum, multi senserunt.*
9 *Regiones plurimæ admodum temperatæ, & habitabiles reperiuntur sub linea Æquinoctiali contra veterum opinionem.*
10 *Paradisi locus ubi sit, incertum est, & Deus occultum esse vult.*
11 *Novi Orbis temperies & amœnitas deteribitur & comparatur Tempe aut campis Elysiis secundùm Acostam.*
12 *Homines beatissimè in Novo Orbe vivere possent, si pecuniis congerendis non inhiarent.*
13 *Orbis olim cogniti partes Europa felices Asia & Africa de principatu contendebant.*
14 *Novus Orbis ferè in omnibus antiquum excelluit.*
15 *Flumina Novi Orbis mirabilia.*
16 *Descriptiones & relationes rerum, & locorum Novi Orbis semper fieri justæ sunt.*
17 *Comes Lemorum Excellentissimus laudatur, & eximia ejus cura in petendis descriptionibus, & relationibus Novi Orbis.*
18 *Romani qualiter disponebant notitiam utriusque Imp.*
19 *Augustus Cæsar qualiter curaverit peculiarem descriptionem, & relationem totius Orbis habere.*
20 *Europam cæteris mundi partibus præponit Eo. crus.*
21 *Hispaniæ laudes, & excellentiæ.*
22 *Novus orbis hodie excellentior est, cùm ultra propriorum fructus, & animalia quibus antè abundabat, reliqua ab Hispanis allata possideat, & uberrimè reddat.*
23 *Ubertas incredibilis fructuum, & frugum Novi Orbis.*
24 *Peponum intulæ Hispaniolæ mira fertilitas.*
25 *Fœnum abscissum quintæ die ad cubitum crescit.*
26 *Frumenti bis mille grana ex una arista in Novo Orbe, & spicas ad brachii magnitudinem.*
27 *Fructus tres quotannis reddantur in aliquibus provinciis Novi Orbis, & aliæ plures fruges intra decimum, aut vigesimum diem maturescunt.*
28 *Frumentum Hispanorum maturescit intra duos menses in aliquibus regionibus Novi Orbis, & Indicum bis in anno metitur & centuplum reddit.*
29 *Novi Orbis arbores toto anno frondent & virent.*
30 *Novi Orbis feracitas & ubertas præfertur Asiæ, & Indiæ Orientali secundùm Majolum.*
31 *Arborum, & arundinum Novi Orbis ingens magnitudo; & quædam in Perù quæ Venerem domat, numer.* 33.
32 *Lignum quoddam Novi Orbi noctu lucem emittit.*
33 *Maguei arbor Novi Orbis ad innumera servit.*
34 *Animalium Novi Orbis mira fœcunditas.*
35 *Animalium quadrupedum tria tantùm vel quinque genera erant in Hispaniola ante Hispanorum adventum, eaque minutissima nunc plurimis & magnis scatet.*
36 *Hispaniola insula armentis abundat, & ingentem coriorum copiam in Hispaniam mittit.*
37 *Oves duæ in Novo Orbe intra decem annos quadraginta mille uni Domino reddiderunt.*
Vacca una octingentos aureos Domino 20. *annis reddidit* ibid.
Bezaar lapis, & ejus inventio & virtus, ibid.
38 *Metallis, & lapidibus pretiosis abundat Novus Orbis.*
39 *Lapidei globi admodum rotundi reperiuntur in insula Cuba, qui ad ænea tormenta proficiunt.*
40 *Pulvis pyrius, sive tormentarius, vulgo polvora reperitur à natura creatus in provincia Quautemallan.*
41 *Novus Orbis intra breve spatium terræ habet varia temperamenta.*
42 *Arbores, quæ ex una parte uno semestri, ex alia alio virent & fructus producunt, & hujus rei ratio.*
43 *Pluviæ nullæ in planis Regni Perù, & quare.*
44 *Nebulæ planorum Regni Perù, quas vocant Garvas ad plura utiles sunt.*
45 *Pluit numquam in montibus Hyrcaniæ, & in aliis regionibus.*
46 *Terræmotus tolent esse frequentes in Novo Orbe, & aliqui referuntur.*
47 *Terræmotus Regni Chilensis vehementissimus.*
48 *Dominus Joannes à Sancta Cruce Senator Panamensis laudatur, & ejus infœlix mors.*
49 *Atheistæ si bonis viris aliqua mala contingebant, providentiam negabant.*
50 *Mors quolibet modo contingens mala dici non potest, si cum bona vita præcesserit.*
51 *D. Simon Stilites fulmine percussus interiit.*
52 *Naufragium horrendum, & miserandum, quod Indica classis circa Habanam passa est quinta die Septembris anno* 1622.
53 *Pat. Paulus Josephus ab Arriaga Societatis Jesu laudatur, & ejus exitus refertur.*
54 *Terræmotuum causas aliqui ignivomis montibus tribuunt.*
55 *Montes ignivomi plures reperiuntur in novo Orbe, Ætna & Vetuvio mirabiliores.*
56 *Terræmotus causæ, & eorum præcipuè, qui contingunt in oris maritimis.*
57 *Terræmotus Neptuno attributi, & quare.*
58 *Terræmotus notabiles, qui in variis Orbis partibus contigerunt temississe.*
59 *Terræmotuum mentionem & considerationem etiam habuerunt J. C.* Ter-

Torquemada *in Monarch. Indiar. tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 61. & 62. Cabrera *in vita Philippi II. lib.* 7.
65 *cap.* 8. Plenius cæteris † Dominus D. Anton. de Morga nunc meritissimus Præses Regiæ Quitensis Cancellariæ, qui cùm in Philippinis Gubernatorem, & Senatorem ageret, luculentam de illis historiam, & relationem scripsit. Apud quos auctores, & alios, quos retuli *in fine d. cap.* 3. reperiuntur plura de Japoniorum, & Sinarum vastissimis Regnis, & insulis eis adjacentibus, & de expeditionibus, quas nostri in illis fecerunt.

66 Et † de *Nova Guinea*, & *insulis Salomonis*, & *Latronum* ab Alvaro Mendaña primum repertis anno 1567. & posteà ab eodem, & rursus à Petr. Fernandez de Quiros, vano tamen labore, indagatis, plenam relationem apponit idem Dom. Præses Ant. de Morga *ubi suprà ex pag.* 29. Herrer. *d. descript. cap.* 27. Torquem. *in dict. Monarch. lib.* 5. *ex cap.* 64. *ad* 70. & aliqua tradit Joseph. Acost. *de nat. Novi Orbis, lib.* 1. *cap.* 16. & *lib.* 3. *cap.* 11. & 25. & Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 15. *pag.* 142. & 147. Et ego apud me ser-
67 vo † manuscriptos commentarios dicti Petri Fernandez de Quiros, precariò concessos ab ejus filio Don Francisco de Quiros Mathematicarum scientiarum peritissimo, & Regio hujus Peruani Regni Cosmographo, & nautarum examinatore, quibus ea omnia quæ in dictis navigationibus contigerunt, latissimè scripta reliquit, & simul alias suas peregrinationes recenset, non minus certè mirabiles, aut scitu jucundas, quàm quæ de Ulysse olim, & hodie de Emmanuele Mendez Pinto Lusitano circumferuntur.

Sed quoniam *suprà* mentionem fecimus de limitum divisione, & pactione, circa Indiarum navigationes, & conquisitiones inter Reges Castellæ & Lusitaniæ celebrata, ère erit, ut eam paucis
68 pro coronide hujus capitis adjiciamus. † Sciendum igitur est, quod cùm Lusitaniæ Reges, post derectas Africæ interioris oras, ad Orientales Indias cum suis classibus penetrare cœpissent, impetrarunt à Martino V. Romanæ Ecclesiæ Pontif. Maxim. ut quidquid à Ganatiæ promontorio (quod postea *Caput Bonæ spei* appellari jusserunt) ad ultimam usque Indiam patefieret, id quàm optimo jure, & conditione Lusitaniæ ditionis esset: quam concessionem deinde alii Pontifices confirmarunt, ut diximus *sup. c.* 3. *n.* 21 & 22. Cum autem postea Christophorus Columbus Regum Catholicorum copiis, & nomine, Occidentales insulas explorare, & fœlici juxta ac fructuoso eventu detegere cœpisset, Joann. II. Lusitaniæ Rex id ægrè admodum tulit, vel quòd effloresceret, tum maximè ad maritimæ rei gloriam, nomini Lusitano, partum ab aliis in eodem genere decus officeret; vel quod relicto sibi à majoribus inclyto navigationis jure spoliari & vasti Oceani possessione pelli quodammodo videretur. Qua de causa, cum bellum utrinque immineret, & plures hinc inde legationes, & pacis media tentata fuissent: tandem inter eos convenit, ut tota illius litis, sive controversiæ disceptatio ad Alexandum VI. tunc temporis Romanæ Ecclesiæ Pontif. Maxim. remitteretur, qui
69 † cognitâ Regum causa, ut regiones definiret, quas quilibet explorare, & debellare sine alterius injuria posset, ultra Hesperidum insulas, vulgò dictas, *de Cabo Verde*, ad tricentesimam fermè, & quadragesimam leucam, ducto à Septemtrionibus ad Australem polum circulo, sive † lineâ, 70
quam *Meridianum* appellant, totum terrarum Orbem ex æquo bifariam divisit: ita ut pars, quæ ad Orientem vergeret, Lusitaniæ ob juris antiquitatem cederet; Occidua Castellæ Regi relinqueretur; statuens, ut Castellani non viam à Lusitanis apertam, sed diversam sequerentur, & hi ad Solis Ortum, illi ad Occasum navigantes, orbem marium, atque terrarum secarent: & cum hic constet 360. gradibus, unusquisque centum & octoginta partes ad pervestigandum, & debellandum sibi deposceret. Quæ divisio in causa fuit, ut adeo anxiè à Magallano, † & aliis navigatio ad 71
Molucas, per maria extra Lusitanorum limites posita quæreretur, & ut super eisdem † Insulis no- 72
væ lites suscitarentur, dum uterque Rex eas suis finibus comprehendi contenderet, variis rationibus, & prædicti Meridiani computationibus hinc inde perpensis, quousque convenit, ut Castellæ Reges illas Lusitanis pro trecentis & quinquaginta ducatorum millibus pignori darent.

De quibus † omnibus peculiarem mentionem 73
fecerunt Matth. *lib.* 1. *histor. Ind. Orient. pag.* 5. & 18. Hieron. Oson. *lib.* 11. *de reb. Emmanuel.* Fr. Anton. de San. Roman, *lib.* 1. *de hist. Orient. capit.* 6. & *lib.* 3. *cap.* 13. Episcop. Chiapensis *in tract. comprobat. fol.* 30. Marquard. *in tract. de Jud. & infid.* 1. *part. cap.* 14. Petr. Bembus *lib.* 6. *histor. Veneta* relatus à Balduino *in* §. *Insulæ, n.* 5. & 6. *initit. de rerum divisione*, Garibal *lib.* 28. *Annal. anno* 1493. Petr. Matth. *in addition. ad septimum decret. al. lib.* 1. *tit.* 9. *pag.* 74. & *in summa const. Pontif. pag.* 152. Joan. Boter. *in Cosmograph.* 2. *part. lib.* 4. *pag.* 384. & *part.* 4. *lib.* 2. *pagin.* 949. Hieron. de Monte *in tract. de finib. regund. cap.* 7. *num.* 8. Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei lib.* 17. *cap.* 4. *pag.* 112. & *de Italiæ statu, lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 342. & *seq.* Doctor Marta *in tract. de jurisdict.* 1. *part. cap.* 24. *num.* 32. Molin. Theolog. *de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 103. *pag.* 424. Petr. Opmeer. *in Chronograph. pag.* 437. P. Gordon. *pagin.* 441. melius & fidelius cæteris Anton. de Herrera *in dict. histor. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 2. *capit.* 5. 8. & 10. & *decad.* 3. *lib.* 6. *ex cap.* 3. *ad* 8. & *decad.* 4. *ex cap.* 6. *ad* 10. & alii, quos retulimus *sup. hoc cap. num.* 63. & *infrà lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 18. & tetigit Anton. Posevin. *in Bibliothec. lib.* 1. *cap.* 7.

Ubi bene † considerat, has omnes contentio- 74
nes cessasse; postquam Occidentales & Orientales Indiæ in unum Regem cojerunt, Lusitaniæ nimirum Regno Castellæ & Legionis, à quo exierat, copulato. Idque sapientissimè à Deo effectum fuisse, tum, ut sub unius imperio facilior ratio esset religionis cum sapientia propagandæ; cum etiam, ne Philippinis inventis, quæ proximùs ad Lusitaniæ limites accedebant, novæ contendendi occasiones excitarentur, † quas Lusita- 75
ni semper nimis superbè, & cum magno Castellanorum despectu prosequebantur, ita ut teste Petro Martyr. *decad.* 8. *cap.* 10. *in fine*, plures cordati viri, ruinam illis venturam, vel ex hoc vaticinarentur, & prædictam unionem, vel reductionem ad Castellæ coronam desiderarent.

Quæ-

76 Quæ † tamdem quomodò, & quibus titulis facta fuerit, latè & optimè prosequitur Joan. Anton. Viperan. *in commentariis de obtenta Portugallia.* Hieron. Connestagius Genuensis *in decem libris*, quos de eadem unione Italico sermone conscripsit, Michael ab Aguitre, Franciscus Alvarez à Ribera & alii quam plures, qui tractatus, & allegationes super ejusdem Regni successione ediderunt, & egregius nostri temporis Chronista, mihique, dùm Matriti agerem, ob ingenium, & va-
77 riarum literaraturn studium admodum familiaris † Ludovic. Cabrer. *in vita Regis Philippi II. lib.* 12. & 13. & obiter Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. c.* 21. *in fine*, Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. c.* 46. *ex n.* 210. & novissimè Salazar de Mendoza *de origin. dignit. Hispan. lib.* 4. *cap.* 4. 5. 4. *fol.* 169. ubi ex Hispaniæ annalibus, & historiographis probant, Regnum illud Castellæ & Legionis feudum fuisse, & Comitatus titulo ab illis separatum, de quo etiam benè agit Mariana *de rebus Histor. lib.* 1. *cap.* 4. & *lib.* 10. *c.* 13. Joan. Tarcañ. 2. *p. lib.* 12. Steph. Garib. *lib.* 5. *suæ histor.* & Petr. Damar. *in Dialogo* 2. *de varia histor. cap.* 3. Tamajo de Vargas *in defens.* Petr. Joan. Marianæ *pagin.* 42. & D. Joan. Briz Martin. *in histor.* S. Joan. de la Peña *lib.* 5. *cap.* 2.

CAPUT VII.

De natura, & excellentiis Novi Orbis: & aliqua de terræmotibus, montibus ignivomis, & eorum causis.

SUMMARIUM.

1 *Repetere, aut transcribere quæ ab aliis bene tractata sunt, otiosum est.*
2 *Novi Orbis excellentiæ cur Auctor notare voluerit.*
3 *Novi Orbis provinciæ, ut plurimum, amœnissimæ & temperatissimæ sunt.*
4 *Terræ elementum inæquale, & cum aliquibus defectibus, etiam ante diluvium à Deo creatum fuit, & quare.*
4 *Tellus eadem non parit omnia, sicut nec mare.*
6 *Terræ defectus Deus induxit ad cohibendam idolatriam, secundùm Theodoretum.*
7 *Columbus putavit Paradisum voluptatis in Novo Orbe invenisse.*
8 *Paradisi locum sub Æquatore positum, multi senserunt.*
9 *Regiones plurimæ admodum temperatæ, & habitabiles reperiuntur sub linea Æquinoctiali contra veterum opinionem.*
10 *Paradisi locus ubi sit, incertum est, & Deus occultum esse vult.*
11 *Novi Orbis temperies & amœnitas deteribitur & comparatur Tempe aut campis Elysiis secundùm Acostam.*
12 *Homines beatissimè in Novo Orbe vivere possent, si pecuniis congerendis non inhiarent.*
13 *Orbis olim cogniti partes Europa felices Asia & Africa de principatu contendebant.*
14 *Novus Orbis ferè in omnibus antiquum excelluit.*
15 *Flumina Novi Orbis mirabilia.*
16 *Descriptiones & relationes rerum, & locorum Novi Orbis semper fieri justæ sunt.*
17 *Comes Lemorum Excellentissimus laudatur, & eximia ejus cura in petendis descriptionibus, & relationibus Novi Orbis.*
18 *Romani qualiter disponebant notitiam utriusque Imp.*
19 *Augustus Cæsar qualiter curaverit peculiarem descriptionem, & relationem totius Orbis habere.*
20 *Europam cæteris mundi partibus præponit Eo. crus.*
21 *Hispaniæ laudes, & excellentiæ.*
22 *Novus orbis hodie excellentior est, cùm ultra propriorum fructus, & animalia quibus antè abundabat, reliqua ab Hispanis allata possideat, & uberrimè reddat.*
23 *Ubertas incredibilis fructuum, & frugum Novi Orbis.*
24 *Peponum intulæ Hispaniolæ mira fertilitas.*
25 *Fœnum abscissum quintæ die ad cubitum crescit.*
26 *Frumenti bis mille grana ex una arista in Novo Orbe, & spicas ad brachii magnitudinem.*
27 *Fructus tres quotannis reddantur in aliquibus provinciis Novi Orbis, & aliæ plures fruges intra decimum, aut vigesimum diem maturescunt.*
28 *Frumentum Hispanorum maturescit intra duos menses in aliquibus regionibus Novi Orbis, & Indicum bis in anno metitur & centuplum reddit.*
29 *Novi Orbis arbores toto anno frondent & virent.*
30 *Novi Orbis feracitas & ubertas præfertur Asiæ, & Indiæ Orientali secundùm Majolum.*
31 *Arborum, & arundinum Novi Orbis ingens magnitudo; & quædam in Perù quæ Venerem domat, numer.* 33.
32 *Lignum quoddam Novi Orbi noctu lucem emittit.*
33 *Maguei arbor Novi Orbis ad innumera servit.*
34 *Animalium Novi Orbis mira fœcunditas.*
35 *Animalium quadrupedum tria tantùm vel quinque genera erant in Hispaniola ante Hispanorum adventum, eaque minutissima nunc plurimis & magnis scatet.*
36 *Hispaniola insula armentis abundat, & ingentem coriorum copiam in Hispaniam mittit.*
37 *Oves duæ in Novo Orbe intra decem annos quadraginta mille uni Domino reddiderunt.*
Vacca una octingentos aureos Domino 20. *annis reddidit* ibid.
Bezaar lapis, & ejus inventio & virtus, ibid.
38 *Metallis, & lapidibus pretiosis abundat Novus Orbis.*
39 *Lapidei globi admodum rotundi reperiuntur in insula Cuba, qui ad ænea tormenta proficiunt.*
40 *Pulvis pyrius, sive tormentarius, vulgo polvora reperitur à natura creatus in provincia Quautemallan.*
41 *Novus Orbis intra breve spatium terræ habet varia temperamenta.*
42 *Arbores, quæ ex una parte uno semestri, ex alia alio virent & fructus producunt, & hujus rei ratio.*
43 *Pluviæ nullæ in planis Regni Perù, & quare.*
44 *Nebulæ planorum Regni Perù, quas vocant Garvas ad plura utiles sunt.*
45 *Pluit numquam in montibus Hyrcaniæ, & in aliis regionibus.*
46 *Terræmotus tolent esse frequentes in Novo Orbe, & aliqui referuntur.*
47 *Terræmotus Regni Chilensis vehementissimus.*
48 *Dominus Joannes à Sancta Cruce Senator Panamensis laudatur, & ejus infœlix mors.*
49 *Atheistæ si bonis viris aliqua mala contingebant, providentiam negabant.*
50 *Mors quolibet modo contingens mala dici non potest, si cum bona vita præcesserit.*
51 *D. Simon Stilites fulmine percussus interiit.*
52 *Naufragium horrendum, & miserandum, quod Indica classis circa Habanam passa est quinta die Septembris anno* 1622.
53 *Pat. Paulus Josephus ab Arriaga Societatis Jesu laudatur, & ejus exitus refertur.*
54 *Terræmotuum causas aliqui ignivomis montibus tribuunt.*
55 *Montes ignivomi plures reperiuntur in novo Orbe, Ætna & Vetuvio mirabiliores.*
56 *Terræmotus causæ, & eorum præcipuè, qui contingunt in oris maritimis.*
57 *Terræmotus Neptuno attributi, & quare.*
58 *Terræmotus notabiles, qui in variis Orbis partibus contigerunt temississe.*
59 *Terræmotuum mentionem & considerationem etiam habuerunt J. C.* Ter-

60 *Terræmotus aliqui ex Jure Consultis vi divinæ tribuunt, alii vi naturali; & eorum concordia.*
Lex fluminum 24. §. Servius, D. de damno infect. & l. Martius, D. locati conciliantur, & illustrantur, ibid.
61 *Deus, & natura idem sunt.*
62 *Terræmotus etsi ex naturalibus cautis contingere possit, temper tamen Dei iræ & indignationi tribuendus est.*
63 *Terram Deus stabilem, & immotam esse voluit.*
64 *Philastrius appellat hæreticos eos, qui terræmotus adscribunt causis naturalibus, & non peculiari Dei fustioni, & indignationi.*
65 *Terræmotum temper ut rem prodigiosam & divinam acceperunt Romani.*
66 *Terræmotibus plura gravia delicta Deus vindicavit.*
67 *Feriæ extra ordinem terræmotuum causa indicebant Romani, & qualiter.*
68 *Feriæ repentinæ, & extraordinariæ, quæ.*
69 *Terræmotus ratione aliquæ votivæ feriæ Limæ indictæ.*
70 *Terræmotus ne damnum inferant, quæ verba foribus, & parietibus scribere oporteat.*
71 *Doctor Franciscus Carratcus del Sax Senator Panamensis laudatur.*
72 *Terræmotus notabilis urbis Arequipæ, & eructatio montis Ignivomi, qui circa eam erat.*
73 *Cinis ad torrentis modum fluxit in Arequipa.*
74 *Terræ pars quædam corruit circa oppidum Ango Ango, & per terquilencam aquæ instar profluxit.*
75 *Aquæ magna vis subitò è terræ visceribus erupit in provincia Chumbivilcas.*
76 *Aquæ sub terra, & flumina reperiuntur.*
77 *Pericula undique hominibus imminent, ut Deum timeant.*
78 *Terræmotus qui non timent, stupidi sunt, & sensus expertes secundùm Aristotelem.*

PEstrinxi quidem, & majori, quâ potui, brevitate ea omnia delibavi, & ni fallor, aliquatenus illustravi, quæ de Novi Orbis, sive utriusque Americæ regionibus à variis Scriptoribus tradita sunt, & omninò observatione digna ad susceptæ tractationis scopum videri potuerunt. Erenim si peculiarliter singula prosequi vellem, non solùm nostras paginas onerare, verùm & alienas transcribere necessarium esset. Quod
1 semper † fugiendum censui, sequutus Polybii sententiam, *lib. 1. hist.* dum ait: *Profectò neminem puto judicaturum, necessarium fuisse, aut de his, quæ rectè, & à multis dicta sunt, denuò sermo haberetur.*

Sed ne aliquis arbitretur prædictas provincias longitudinis & latitudinis suæ immensam vastitatem, cœli, aut soli infœlicitate, vel sterilitate
2 pensare, † operæpretium duxi, aliqua etiam sub eadem brevitate connectere, quibus earum ubertas, salubritas & utilitas aperiatur.

Et planè quamvis negari non possit, multa in eis locis fabulosa, aut saxosa reperiri, & præruptis collibus, opacis nemoribus, aut altissimis & infructuosis montibus occupata, & ob nimium calorem, vel frigus parum habitationi hominum
3 commoda; hoc neutiquam † impedit, quin cætera, quæ, ut plurimum, amœnissima, & temperatissima sunt, celebrare debeamus.

4 Hæc † enim terrarum inæqualitas in omnibus mundi partibus invenitur, non solum post diluvium, ut aliqui erroneè senserunt, sed ab ipso suæ creationis die, & summi Opificis immensitatem, ac benignitatem ipsa varietate commendat, quando tot locorum diversas proprietates effecit, aliis quædam, aliis alia tribuens, aliis alia negans; tum, ut pateret omnibus, quæ fecerit, voluntatis suæ fuisse, non necessitatis: cùm etiam, ut multa hominibus, cæterisque animalibus bona præstaret, quæ ex prædicta varietate descendunt, prout egregiè probatur *in Psalm. 103. ex vers. 8. usque ad 19. & Proverb. cap. 8. vers. 25.* & prosequitur Aristot. *lib. de Mundo, cap. 2.* Virgil. *lib. 1. & 2. Georg.* Strab. *lib. 3. de situ Orbis:* † Ovid. § *lib. 1. de Arte amandi*, dum ait:

Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Convenit, hæc oleis, hic bene farra virent.

Horatius eadem de mari scribens, *lib. 2. Satyr. 4.*

Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.
Murice Bajano melior lucrina peloris,
Ostrea Circeis, Miteno oriuntur echini:
Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum.

D. Chrysost. *ad cap. 13. epist. 1. Corinth. homil. 34.* Hug. de Sancto Victore, *lib. 1. de invisib. Dei, 9. 1.* relatus à D. Antonin. *3. part. histor. tit. 18. pag. 2.* Albert. Magn. *de Probl. lib. 1. tract. 2. cap. 4.* Abulens. *sup. Genes. cap. 1.* Majol. *colloq. 17. de proprietat. locorum, in princ. versic. Cogitemus:* Acost. *de prod. Indiar. tal. lib. 2. cap. 13.* Pat. Salazar *supr. dict. cap. 8. Proverb.* Pat. Lotin. *sup. d. Psalm. 103.* August. Torniell. *in annal. sacris, 3. die Mundi, n. 3. p. 38, & ann. 1656. n. 21. p. 167.* Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utriusque Monarch. lib. 3. c. 14. §. 2. pag. 94.* & Just. Lip. *de Physiol. Stoic. lib. 1. distert. 13.* quibus arridet Theodoret. *lib. 3. de curand. Græc. affection. in princip.* † nisi quod hos terræ defectus ad cohibendam hominum idolatriam à Deo inductos fuisse
6 opinatur, sic inquiens *Hominum errorem sapientissimus Deus multò antè præsentiens, nonnullos defectus elementis adjunxit, ut illorum quidem species ac magnitudo intuentes homines, ad Opificem demirandum, attolleret; ipsaque vicissim labes ac patientiæ homines cohiberent, quominus ea, tamquam Deos adoranda censerent.*

Talis est ergo, ac tanta Americanarum insularum, & regionum continentis pro majori parte fœlicitas, ac temperies † ut primus earum investigator Christophorus Columbus, hac consi-
7 deratione ductus, ferè opinatus sit, Paradisum terrestrem in illis inveniri, ut tradit Gomara *in histor. Ind. lib. 1.* quem refert Martin. Delr. *in adag. sacris 1. tom. adag. 789. pag. 378.* & latius prosequitur Anton. Herr. *in hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 3. cap. 12. pag. 106.* Ad quod suspicandum, illorum † sententia, non inepte moveri potuit, qui
8 Paradisi locum sub Æquatore, sive Æquinoctiali linea plantatum existimarunt; quos sequuntur D. Thom. 2. 2. *quæst. 164. art. 2. ad 5.* S. Bonaventur. & Durand. *in 2. sentent. distinct. 17.* Nicol. de Lira, & Ludovic. Istella *supr. Genes. capit. 2.* Cœlius Rhodig. *lib. 1. lect. ant. cap. 22.* & alii relati à Ludovic. Vives *in addit. ad D. August. lib. 13. de civit. Dei, cap. 21.* & Maluend. *de Paradiso, cap. 10. pag. 25. & 26.*

Circa & infra quam † lineam, & sub Zona
9 præusta, plures hujus Novi Orbis insulas, & provincias jacere, satis constare est, & contra antiquorum opinionem eas admodum temperatas, fertiles & habitabiles esse, ut benè probat idem Maluend. *ubi supra, & lib. 3. de Antichrit. cap.*

cap. 14. Benedict. Perer. *ubi suprà, Daniel. lib. 4.* ad illa verba, *Benedicat terra Dominum*: Joseph. Acosta *lib. 1. de natura Novi Orbis, cap. 10. in fine, & lib. 2. cap. 1. cum sequentib.* & Fr. Joan. à Ponte *in dict. Monarch. lib. 3. c. 19. §. 1.* & nos repetimus *infrà, cap. 11.*

Sed licèt hoc, quod de Paradiso dicitur, admitti sine temeritate non possit, teste Acost. *dict.*
10 *lib. 2. cap. 14.* & Delr. *dict. pag. 378.* † Cujus situm multi opinantur post diluvium evanuisse, & alii in India Orientali, vel sub Zeilana provincia, & in aliis variis locis constituunt, & alii de ejus loco disputare inanem quæstionem esse, quoniam Deus omnibus occultissimum esse voluit, nec nisi Divina revelatione cognosci, nec nisi Divino auxilio adiri potest, ut tetigimus *suprà cap. 2. num. 5. & cap. 3. num. 40.* & latiùs docent D. August. *de peccato origin. contra Pelagium lib. 2. cap. 23.* Mag. Sentent. *dict. distinct. 17.* Chasan. *in Catalog. gloriæ mundi, part. 12. consid. 4.* Maluend. *d. tract. de Paradiso per totum:* Simo. Majol. *colloq. 17. ex pag. 381.* Delr. *dict. adag. 789.* Rutil. Benzon. *de anno jubilæi lib. 2. cap. 43.* & August. Torniell. *in dict. annal. sacris diei mundi 3. num. 13. ex pag. 41. ad 52.* & Pat. Ludovic. Ballester: *in Onomathograph. verb. Paradisus, pag. 305.* ubi plurimas quæstiones de Paradiso proponunt, & prosequuntur: ad-
11 huc tamen idem Acosta concludit, † considerata quamplurium regionum hujus Novi Orbis temperie, & veluti perpetui Veris benignitate, tamquam voluptatis hortum, & alteram Tempe meritò reputari posse: Cùm neque Hyems premat frigore, neque æstas caloribus coquat, adeò ut parvo cespite injuriæ omnes satis propulsentur, vestiumque vicissitudine vix opus sit. Ita
12 † ut si homines cupiditatis, pravarumque opinionum vinculis expedirentur, & ingenuâ libertate dominari potius, quàm servire pecuniæ decrevissent, facilè hic jucundam, ac beatam vitam fuissent victuri. Nam quod Poëtæ de Elysiis, quod de Tempe, quod Plato de sua illa Atlantide, vel fingit, vel narrat, id certè in his regionibus reperirent. De quibus etiam non ineptè ea omnia prædicare possumus, quæ eleganti stylo, de fœlicibus illis insulis in Oceano sitis canit Horatius *libr. Epod. Ode 16.* quas licèt omnes ejus expositores pro Fortunatis accipiant, Bernard. tamen Aldret. Hespetides esse dicit *lib. 4. de antiq. Hispan. cap. 17. pagin. 566.* quæ hujus Novi Orbis partem constituunt; verba autem Horatii sic habent:

Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum,
Hesperiæ præter & volate litora.
Nos manet Oceanus circumvagus: arva beata
Petamus, arva, divites & insulas:
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret usque vinea:
Germinat & nunquam fallentis termes olivæ,
Suamque pulla ficus ornat arborem:
Mella cavata manant ex ilice: montibus altis
Levis crepante lympha desilit pede.
Illic incultæ veniunt ad mulctra capellæ,
Refertque tenta grex amicus uberat:
Nec vespertinus circumgemit ursus ovile,
Nec intumescit alta viperis humus.
Pluraque felices mirabimur, ut neque largis
Aquosus Eurus arva radat imbribus,
Pinguia nec siccis urantur semina glebis,
Utrumque rege temperante cœlitum.
Non hùc Argoo contendit remige pinus,
Neque impudica Colchis intulit pedem.
Non hùc Sidonii torserunt cornua nautæ,
Laboriosa nec cohors Ulyssei,
Nulla nocent pecori contagia, nullius astri,
Gregem æstuata torret impotentia.
Jupiter illa piæ secrevit litora genti,
Ut inquinavit ære tempus aureum,
Ære, dehinc ferro duravit sæcula: quorum
Piis secunda, vate me, datur fuga.

Unde quemadmodum olim collatis inter se tribus Mundi cogniti partibus, *Europâ* † scilicet, 13
Asiâ & *Africâ*, de earum præstantia & excellentia disputari solebat, ut constat ex traditis à Chasan. *in Catalog. glor. mundi part. 12. consider. 17.* Jacob. Pontano *in 1. part. vol. 3. progymnasmate 18. ex pag. 315.* & aliis, quos retulimus *sup. cap. 1. num. 26.* Ita nunc detectâ hac, quæ *quarta* vocatur, an illis præstantior, & excellentior censeri debeat, in quæstionem adduci solet. Et ferè in omnibus † præstare, Novumque 14
hunc Orbem antiquo præponi debere, apertè concludit Joseph. Acosta *in lib. 3. & 4. de histor. natur. & moral. Indiarum*: & Ant. Herr. *in cad. histor. decad. 1. lib. 1. c. 5. p. 11.* Quibus ego non gravatè subscriberem, si ita cultus, & habitatus ut antiquus reperiretur: cùm & ingenti magnitudine & temperie, ut diximus, longè superior sit, & aquarum, † fontium, lacuum, ac 15
fluviorum mirabilium, & navigabilium copiâ: de quibus plura tradit idem Acost. *dict. lib. 3. cap. 18. 19. & 20.* Fr. Greg. Garcia *de Ind. origin. ex pagin. 163. ad 172.* Simon. Majol. *colloq. 10. pag. 264.* Maff. *lib. 2. histor. Indiar.* Boter. *dict. lib. 3. pagin. 377.* ubi de insigni flumine dicto *Orellana*, ò el *Marañon*; & 383. ubi de altero non minore, quod *Argenteum*, sive *Rio de la Plata* vocatur: Garcilasus Inca *in suis Commentar. lib. 8. cap. 22.* & Joan. Baptist. Scott. *lib. 1. de natur. & increm. Nili cap. 5.* ubi Nilum, qui fluminum Rex ab antiquis judicabatur, teste Sil. Ital. *lib. 6.* & Agell. *lib. 10. cap. 7.* longè superari fatetur à prædicto Orelanio Novi Orbis flumine, cujus tanta est aquæ abundantia, ut in fine ad nonaginta quinque leucas pateat, adeò, ut in medio navigans, nonnisi cœlum & aquam conspicias. Unde meritò dixit Hieronym. Cardanus, esse maximum totius Orbis flumen. *Vivitur etiam* (inquit) *ab Argenteo fluvio in eadem America, qui ostio patente ad quadraginta leucas adeò videntus cuprit in Oceanum, ut nauta prius quàm tellurem ex alto conspiciant, dulces latices hauriant.* Pascuis etiam, fructibus, & variis arboribus, quin & plurimis radicibus, ad vitæ sustentationem utilissimis, abundantior, & auri, & argenti, aliorumque metallorum, & pretiosorum lapidum ditior reperiatur.

Quæ omnia sigillatim prædicti auctores pro-
sequuntur, † & manifestiùs constare poterunt ex 16
relationibus & descriptionibus, quæ Regum nostrorum repetitis decretis & schedulis heri jussæ sunt de omnibus hujus Novi Orbis insulis & regionibus, & de his, quæ in unaquaque earum procreantur, & peculiari animadversione digna videntur. Inter quas schedulas, una expedita est sub ann. 1606. † ab Excellentissimo Lemorum 17
Co-

Comite Domino ac Domino meo semper colendo, & venerando D. Petro Fernandez à Castro In Regio Indiarum Senatu Præsid. quæ tanti auctoris curam, prudentiam, & solertem indagationem satis ostendit, cùm nihil, vel minutissimum, excogitari possit, ad provinciarum situs, gentes, mores, maria, litora, fluvios, fontes, montes, valles, pascua, itinera, pecudes, aves, fructus, arbores, metallorum fodinas, & denique ad cœlum, & solum hujus Nov. Orb. spectans; de quo distinctam, & peculiarem notitiam ab eorum Prætoribus, & Gubernatoribus non exegerit. Exemplo † forsitan ducto à Romanorum libris, sive lateculis, quibus utriusque Imperii vires & rationes similiter ordinabantur circa quos luculentos, & eruditos commentarios scripsit Alciat. & Guid. Pancirol. † vel ab Augusto Cæs. de quo scribit Priscian. *in princ. suæ Cosmog.* Philip. Bergomens. *in suo supplem. Chronic. lib.* 7. Casan. *in dict. Catal. glor. mundi. part.* 12. *considerat.* 10. *in fin.* & Simon. Majol. *dict. colloq.* 10. *pag.* 262. *& pag.* 266. *& colloq.* 16. *de insulis*, *pag.* 342. quod per omnem terrarum Orbem, per triginta continuos annos dimensores legatos viros doctissimos, & in Geometrica arte peritos, ad Præsides, Duces, & Judices provinciarum misit, ut describerent, mesurarentque terras, aquas, nemora, plana, concava, montes, colles, itinerarium, atque etiam maria, & maritima loca, & quidquid ubique vel arte, vel naturâ mirandum, aut prodigiosum occurrisset, eaque omnia Senatui diligenter notata, & fideliter scripta, nuntiarent.

Et quamvis Joan. Boter. *in relat. univer. 1. p. vol.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *& 5. ex pag.* 339. hoc, quod de excellentia Novi Orbis asserimus, in dubium vocare velit, † Europæis regionibus, cæterisque primas deferens, quæ ad Arcticum Polum spectant. Quod etiam † Hispaniæ nostræ laudes exaggerans, sentire videtur Fr. Joan. à Ponte *in conven. utriusque Monarc. lib.* 3. *cap.* 11. *& 30. Paniam*, sive *Tubaliam* dictam fuisse considerans, quasi omnia bona, quæ in reliquis Orbis partibus divisa conspiciuntur, in ea cumulatissimè reperiantur, de quo pluribus agit Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. *& seqq. & lib. ult. cap. ult.* Strab. *lib.* 3. Justin. *lib.* 44. Latin. Pacat. *in Panegyr. ad Theodos.* Claudian. *de laud. b. Serenæ*, Apian. Alexan. *lib.* 2. *cap.* 22. Luc. Flor. *lib.* 2. Archiep. Tolet. 1. *part. hist. Hisp. cap.* 1. 3. *&* 4. Philip. Bergom. *in supplem. Chron. lib.* 2. Luc. Marin. Sicul. *de rebus Hispan. lib.* 1. *&* 5. Joann. Basæus *in Chron. Hispan. cap.* 9. Zamall. *lib.* 1. Casan. *in Catalog. glor. mund. part.* 12. *consider.* 17. Ambros. Moral. *in descript. Hispan. tom.* 2. Cœl. Rhodig. *lib.* 18. *antiq. lect. cap.* 12. Didac. Daval. *in Miscellan. Austral. colloq.* 37. Conrad. *in templo Jud. lib.* 1. *cap.* 2. §. 3. Camil. Borrell. *de præstan. Reg. Cathol.* ferè per totum, Pined. *de rab. Salom. lib.* 4. *c.* 14. §. 6. Mader. & Valdes. *in libris*, quos de excellentiis, & dignitate Hispaniæ luculenter scripserunt. Tandem tamen ipse idem Pater temperiem, & communem ubertatem Americani Orbis extollit: & Boterus etiam faterur, † hodierni temporis consideratione habitâ, negari non posse, quin antiquum Orbem excedat, cum animalibus, arboribus, fructibus, quibus anteà abundabat, isti ferè omnes accesserint, qui apud Europæos in usu erant. Quorum † in his regionibus ingens, & prope incredibilis fœcunditas, & ubertas passim expeditur, & multorum testimoniis celebratur, ut constat ex mirabilibus relatis à Petr. Martyre *in decad. de Novo Orbe*, Didac. Fernand. de Oviedo *in summa rer. Indic. cap.* 79. *&* 81. *& in hist. lib.* 9. *cap.* 16. *& lib.* 11. *cap.* 1. Aloïs. Cadamust. Alumno Cortesii, & aliis, qui relationes Novi Orbis scripserunt, Acost. *d. lib.* 3. *&* 4. *per totum.* Pet. Mexia Hispalens. *in Sylva var. lect.* 5. *part. cap.* 26. *&* 27. Herrera *decad.* 1. *lib.* 10. *cap.* 9. & alibi sæpè, Simon. Majol. *in dieb. Canicul. tom.* 1. *colloq.* 14. *de Insulis ex pag.* 340. *& colloq.* 17. *de propriet. locorum ex pag.* 391. & passim *colloq.* 20. *&* 21. ubi de herbis & plantis, Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 14. *ex cap.* 36. *ad fin. libri*, & Garcilas. Inca *in suis Commentar. lib.* 8. *ex cap.* 9. *ad* 21. *& lib.* 9. *ex cap.* 16. *ad* 30. † Ubi inter alia referunt, pepones in Hispaniola insula in tantam amplitudinem inaugeri, ut vix unus homo, unicum peponem humeris ferre possit, totoque ibi anno semper maturescere, semperque sapidos, & ad vescendum gratos esse: † fœnum quoque falce abscissum, quintâ die ad cubiti proceritatem rursum adolescere. Et in eadem insula, & plurimis circa illam aliis, & in aliquibus continentis ejusdem Novi Orbis regionibus, † ex una arista frumenti bis mille grana numerata fuisse, spicas adeò ingentes esse, ut humano brachio æquentur † tres fructus quorannis reddi, & cucumeres, pepones, ac cucurbitas post vigesimam à satione diem maturas colligi: lactucas, betas, buglossa, caules, decimâ: frumentum † verò nostrum, intra duos menses. At illud Indicum, cui *Maiz* nomen est semper centuplum referre, bisque in anno satum, bis meti.

Denique † totum hunc Novum Orbem tum in continenti, tum in insulis, toto anno penitus virere: nulla enim arbor frondibus unquam destituitur, præter paucas quasdam.

Quæ exactè perpendens † Majol. *d. colloq.* 17. *pag.* 391. meritò concludit, feracitatem Novi Orbis feracitati, quæ de India Orientali, & aliis Asiæ regionibus celebrari solet, proculdubio præferendam esse. Non enim (inquit) *ita passim in illis hæc fructuum ex uberantia est, sed alicubi tantum in locis, immensis inter se intervalis, disiunctis.* Idem quoque Auctor *d. colloq.* 21. & alii ex *suprà* relatis plura mirandà recensent † de natura, & ingenti magnitudine arundinum, & aliarum arborum ejusdem Orbis, & præcipuè † de ligno quodam Novæ Hispaniæ; in quo cum vetustior putredo est, lux quædam, splendorque nocturnis in tenebris enascitur, & noctu itinerantibus percommodum est, ut comitem quisque suum videat, & absque errore sequatur. Et de alia arbore, nomine, † *Maguel*, quæ una omnium rerum officia præstat; ex ea enim parantur aquæ, vina, oleum, acetum, mel, syrupi, fila, acus, tigna, & domorum tecta, & res aliæ infinitæ, ut latius recenset Acosta *dict. lib.* 4. *c.* 23. & Garcilas. Inca *in suis comment. lib.* 8. *c.* 13. Nec minus memorabilis videtur alia quæ in Peruvia reperitur materia spongiosa, quæ venereos stimulos perdomat. Eamque ob causam Indi numquam ex ea ignem struunt, ne ejus calore fumove impotentes in venerem reddantur, ut ex Joan. Metello narrat Theat. vitæ humanæ, *vol.* 23. *lib.* 2. *pag.* 3273.

Quantum † verò animalia ex Hispania adducta multiplicent, vel ex eo cognosci poterit, † quòd cum insula Hispaniola ante Nostrorum in eam adventum tria tantùm quadrupedum genera nascerentur, ut ait Magin. *tab.* 34. *pag.* 290. vel quinque, eaque minutissima, cuniculorum instar, quorum nomina refert Ovetus *lib.* 12. *hist. Ind. c.* 1. *&* 5. & Majol. *d. colloq.* 17. *pag.* 391. nunc verò innumerabilibus domesticis animalibus sagitet, & armentis Præcipuè, † ita ut hinc ingens coriorum, ac pellium copia in Hispaniam comportetur, ut præter alios tradit Acosta *d. lib.* 4. *c.* 33. & eadem fœcunditas in equis, porcis, capris, ovibus, & avibus, Castellæ in eadem insula, & reliquis ferè Americæ regionibus invenitur, ut observat idem Acost. *d. c.* 33. *& seqq.* & Ant. de Herrera *decad.* 4. *lib.* 9. *c.* 5. *pag.* 231. *&* c. 14. *pag.* 250. † Ubi tradit, in quadam valle prope Mexicum ex duabus ovibus cuidam Hispano homini, nomine, *Camargo*, intra decem annos quadraginta mille, & plures natas fuisse. Et Pet. Ciez. *tom.* 2. *hist. Ind. c.* 35. Cardan. *de variet. rer. lib.* 7. *c.* 27. & Theat. vit. human. *vol.* 3. *lib.* 1. *pag.* 611. narrant in dicta insula Hispaniola vaccarum carnes mercedis loco offerri excortiare volenti, & Decanum Rodericum Baptistam, ex una vacca octingentos ducatos aureos viginti annorum spatio collegisse, cum quovis anno bis parereret.

In solis prætereà † Peruanis montibus animal reperitur, *Vicuña*, ab indigenis appellatum, quod rufum colore est, hircis Indiæ Orientalis simile, cornua non habens, & cursu super reliqua velocissimum. Hoc animal herbis salutiferis, quæ sunt ibi plurimæ, nutritur, & lapides *Bezaares* in marsupio quodam latenti gignit, in quo herbas ruminandas reponit. Quorum lapidum usum, & utilitatem puer annorum duodecim, invitis Indis Hispanos admonuit, & ob id à suis mox sacrificatus fuit. Adeò Hispanis sua mysteria invident, ut tradit Joan. Metell. relatus à Theat. vir. human. *vol.* 1. *lib.* 1. *pag.* 106. Joseph. Acost. *in hist. nat. & moral. Indiar. lib.* 1. *c.* 21. *& lib.* 4. *cap.* 41. *&* 42. & Doct. Huert. *in annot. ad Plin. lib.* 8. *c.* 53. *fol.* 289. Et Auctor libri qui de lapide *Bezaar* novissimè prodiit: Herrer. *decad.* 5. *lib.* 4. *c.* 9. *pagin.* 123. & Camil. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. c.* 28. *num.* 40. qui pluribus probat hunc lapidem in aliquibus partibus fodinalem, aut mineralem reperiri.

Et † ut alia mirabilia prætereamus, quæ natura in metallis, & lapidibus earumdem regionum auxisse videtur, de quibus videndus erit Acosta *in d. histor. Ind. lib.* 5. *per totum*; & Garcilasus Inca *in d. commentar. lib.* 8. *cap.* 23. 24. *&* 25. Omitti non potest, quod de insula Cuba narrant Ovetus *lib.* 17. *histor. Ind. c.* 7. *& in summ. Ind. c.* 5. Pet. Mexia *in d. Sylva*, 5. *part. c.* 9. Porcacch. *in Insular. lib.* 3. *pag.* 173. Magin. *d. tab.* 34. *fol.* 290. & Majol. *colloq.* 17. *pag.* 391. *& colloq.* 18. *pag.* 418. In qua vallis est, ad duodecim millia passuum porrecta, quæ tota referta visitur lapideis globis, sive silicibus prærotundis à naturâ ipsa perfectè ad sphæricam formam tornatis, perinde ac si arte fuissent confecti, extant minimi, magni, majores, maximi, amplissimi, ut singulis tormentorum æneorum, sive bombardarum formis aptari possint, seu de industria ad hostes profligandos parati, ad quem effectum ingentem illorum copiam Hispalim adduci à Catholicis Regibus jussam, scribit Petr. Martyr. *decad.* 7. *cap.* 7.

Et quod admirabilis est, † testante eodem Pet. Mexia *d.* 5. *part. c.* 23. & Majol. *d. colloq.* 18. *pag.* 418. natura, velut quæ expectasset Christianorum in has regiones adventum, post globos adeò ingenti copiâ, adjecit, non minore, tormentarium pulverem, etiam sulphureum materiam suppeditans, in provincia *Quautemallam*, mirumque est, nulla arte egere; ut conficiatur is pulvis, quandoquidem sulphureâ naturâ ibi indita nascitur, ut idem opus, efficaciamque præstet in ipsis bombardis, quod apud nos absolutissimus tormentarius pulvis præstare solet.

Est quoque in eisdem regionibus, & præsertim † in istis Peruanis nimis mirabile, quod intra brevissimum terræ spatium, magna climatis, aut temperamenti variatio, & diversitas inveniatur, & prout loca ad montana, vel ad valles respiciunt, frigoris vel caloris, hyemis, ac veris differentiam, & effectus præsentiunt, ut cognosci potest ex traditis ab Acosta *d. lib.* 4. *c.* 32. Petr. Mexia *in Sylva* 5. *part. c.* 25. & Boter. *in relat. univers.* 1. *part. vol.* 2. *lib.* 1. *pag.* 390. ubi ex hoc descendere † dicunt, ut arbores uno semestri ex uno latere, seu parte, altero ex alia fructus producant, qualem esse ficulneam produnt in *valle de Mala* tredecim leucarum intervallo ab hac civitate *de los Reyes*, quæ parte dimidiâ quâ Austrum spectat, frondet, & fructus fert eo anni tempore, quo in montanis æstas viget, alterâ verò, quæ ad planities maritimas respicit opposito, aut contrario anni tempore, quo illæ vernant, viret, atque fructificat. Cujus diversitatis causa à diverso aëris temperamento dimanat, ab hoc, vel illo latere arborem affiantis, & percutientis.

Sed neque minus mirabile est, quod in eisdem planis, sive maritimis oris totius Peruani Regni, quotidie † experimur, & præter alios plures scripsit suis commendant August. Zarat *in histor. Peru. lib.* 1. *c.* 7. Acost. *dict. lib.* 3. *cap.* 22. *&* 23. Boter. *in relat. d. l.* 3. *p.* 387. Petr. Mexia *d. c.* 25. Simon Majol. *colloq.* 16. *pag.* 378. *& colloq.* 1. *pag.* 18. Anton. Herrer. *decad.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *& in description. c.* 19. Micael Balbi. Cebell. *in Miscellan. Austr. M. S. part.* 3. *cap.* 4. & D. Didac. Daval. & Figuer. *in sua Miscellan. colloq.* 35. *ex fol.* 157. scilicèt, quod in illis numquam pluat, aut ningat, nec tonitrua, fulgura, aut fulmina sentiantur, cùm tamen in montanis, quæ ab his oris decem (ut plurimum) milliaribus distant, & sub eadem linea & gradibus jacent, hæc omnia frequentissima sint. Cujus rei cùm plures philosophicas rationes prædicti auctores excogitaverint, in eam tamen magis conveniunt, ut id siccitati horum litorum tribuatur; ex quibus nulli humores, aut vapores crassi suscitantur, qui faciendis pluviis idonei sint; sed tenues nimis halitus, qui solùm nebulas, sive, ut loquuntur, *Garuas*, causare possunt. Et prætereà, quia Australis ventus, qui vocatur *Sur*, & perpetuo flatu in eisdem litoribus dominatur, nubes in montanis exhalatas reppellit, & cùm hic contrarium non habeat, vapores ibi elatos solus in altum promovere non potest, sed eosdem, in inferiore statione relictos, tantum in nebulas disponit. Quæ † tamen ne-

nebulæ apprimè utiles sunt, quoniam & gramini incrementum præstant, & fruges producunt: Nam etsi universa hujus terræ loca undarum ex fluminibus eductarum magnam copiam habeant, ros tamen, & nativa cœli humiditas plus efficaciæ possidet, præstatque, eo enim solo, arenosa admodum, & aliis arida, & sterilia non solùm splendidè virent, sed pabulum etiam uberrimum nanciscuntur, quo pecora promptè & facilè pin-
45 guescunt. A quibus † non multum abesse videtur, quod de Hyrcaniæ montibus ex Onesicrito commemorat Plinius *lib.* 31. *cap.* 3. tradens in illis à Meridiano latere numquam pluere, sylvasque ab Aquilonis tantum parte nasci, fertilissimam tamen regionem esse, & idem de aliis regionibus Ægypti, Babylonis, & Arabiæ scribit Strab. *lib.* 16. Mela *lib.* 1. *cap.* 5. & alii, quos refert Simon Majol. *dict. colloq.* 17. *pag.* 386. & 387. & *d. colloq.* 1. *de meteoris pag.* 18.

Verum tamen est, hæc tot ac talia cœli & terræ bona, quæ in his Americanis regionibus repe-
46 riuntur, terræmotum † damnis, & ruinis prægravari, qui in illis, ac præsertim in maritimis, valdè frequentes, & aliquando vehementissimi esse solent, qualis in hac Regali Regum urbe illi fuisse perhibentur, qui annis 1582. 1586. & 1609. acciderunt, & alius in urbe Quitensi anno 1587. & in urbe Arequipa anno 1582. quo omnes fere ejus domus prostratæ sunt, interemptis tantummodo viginti duobus vitis; & alius in
47 Regno Chilensi † anno 1562. qui ita vehemens fuit, ut per 300. oræ maritimæ leucas percurrens montes suis sedibus moverit, fluminum alveos præcluserit, maria suos terminos exire coegerit, & urbes quassaverit; de quibus & aliis latiùs agit Acosta *dict. lib.* 3. *c.* 28. Boter. *d. lib.* 3. *pag.* 386. Fr. Gregor. Garcia *de Indor. origin. pag.* 385. Herrera *in descript. Ind. cap.* 20. *pag.* 59. & *in histor. gener. decad.* 5. *lib.* 10. *c.* 6. Magin. *tab.* 34. *fol.* 286. & Fr. Joan. Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 14. *cap.* 35.

Et his ultimis annis ingens alius terræmotus accidit in urbe *Truxillo*, qui momento temporis omnia ejus ædificia funditus subertit, & alter in urbe Panamensi, die 2. Maii anno 1621. quo plures etiam domus prostratæ sunt; & inter reli-
48 quas, ea, † ubi præstantissimus, mihique amicissimus vir D. Joan. à Sancta Cruce, Regius ejusdem urbis Senator morabatur, qui dum matrem ægram, & luxatam, lecto jacentem, ut Æneas alter, à tanto periculo eruere satagit, labentis trabis ictu miserè collisus interiit. Dignus profectò obtalem pietatem, & vitam anteactam exitu felicio-
49 re, † si rem humanis oculis inspiciamus, ut Atheus ille fecit, qui dixit:

Cùm rapiant mala fata bonos, ignoscite fatis:
Solicitor nullos esse putare Deos.

At si divinæ mentis arcana animo, & cogitatione lustremus, parvi refertre judicabimus, igne quis, aquâ, ferro, fame, aut quavis alia † morte
50 moriatur, cùm hæc mala dici non possit, nisi cum mala vita præcessit. Neque enim facit malam mortem, nisi quoad sequitur mortem: & iis, qui necessario mortituri sunt, non multum curandum est, quid accidat, ut moriantur, sed moriendo, quo ire cogantur, ut piè docet idem Aug. *in lib. de dono discipl. & lib.* 1. *de civit. Dei*, *c.* 11. D. Ambr. *in orat. de obitu Valentinian. tit.* 5. ibi: *Nec putet aliquis meritis eorum, obitus celeritate detractum*, &c. & latè prosequitur Seneca, *in lib. quare boni viris mala accidant.* Muret. *ibidem in oratione de provident.* Just. Lips. *de Physiolog. Stoic. lib.* 1. *dissert.* 13. *& sequent. lib.* & Francisc. Petrarch. *de remed. advers. fort. Dialog.* 54. ubi ait: *Nescio quid terribilius adeò sit, in aquis mori, quàm in terris, quandoquidem in alterutro moriendum est, seu quid optabilius, vermium cibum esse, quam piscium.*

Quorum sententiis, † & exemplo Divi Simeo- 51
nis Stylitis, quem Sophronius *in Prato spirituali* narrat, fulmine percusum interisse, ingentem mœrorem leniebam tristis nuntii, in hanc urbem, ipso, quo hæc transcribimus tempore, allati, de pluribus ejus civibus, † qui in Hispaniam navi- 52
gantes, horribili, & tremendo naufragio circa Havanam periere. E quibus unus fuit † insignis 53
ille Pater Paulus Joseph. ab Arriaga è Societate *Jesu*, quem omnes ob vitæ puritatem, religionis observantiam, morum sanctimoniam, atque etiam ob variam eruditionem, cum maxima humilitate conjunctam, reverenter suspiciebamus, & nunc etiam magis venerari debemus: cum fide dignis testibus compertum fuerit, paulò ante navis submersionem, concionando, & audiendis naufragantium confessionibus fessum, Christi Domini crucifixi imagini innixum, piam animam exhalasse. Sed valet hic illud quod apud Homerum Jupiter effatur, *Habeo curæ & pereuntes*, quasi diceret, tunc quoque cùm pereunt; non negligi à Deo, sed bono aliquo fine perire. Unde ut D. Damascen. docet *lib.* 2. *de fide Orth. cath.* 29. *Omnia admirari, omnia laudare, omnia sine inquisitione suspicere Providentiæ opera debemus, etiam si multis injusta videantur, quia scilicèt ignota est, imò comprehendi novis impotens Divina Providentia.*

Dictorum † autem terræmotuum causas aliqui 54
ignivomis montibus tribuunt, vulgò dictis *Volcanes*, quorum plures in hoc † Novo Orbe apud 55
Mexicum, Tlascalum, Nicaraguam, Guathemalam, Tercnatam, Pastum, Quitum, Arequipam, & alibi passim reperiuntur, non minus Ætna, ac Vesuvio mirabiles, de quibus, & de causis, quod ignis & fumus in eis tamdiù duret, post Aristot. *de admiran. cap.* 36. Plin. *lib.* 2. *cap.* 106. & *lib.* 3. *cap.* 8. Solin. *cap.* 10. & 11. Trogum *lib.* 4. D. August. *lib.* 21. *de civit. Dei*, *c.* 4. & Ludovic. Vives *in notis Paul. Oros. lib.* 5. *cap.* 10. & 11. & *lib.* 7. *cap.* 9. Isidor. *lib.* 14. *Etymol. c.* 8. plura tradit Acosta *lib.* 3. *de hist. Ind. c.* 26. & 27. Petr. Mexia *in Sylva*, 5. *part. c.* 23. & *seq.* Ravis. Textor. *in officin. 2. t. ex pag.* 379. Maluend. *de Antichrist. lib.* 1. *c.* 35. *pag.* 50. Sim. Majol. *colloq.* 16. *ex p.* 368. & 373. ubi de montibus ignivomis utriusque Orbis multa congessit, & *colloq.* 17. *pag.* 396. & *colloq.* 22. *ex pag.* 498. Georg. Agricola *lib.* 1. & 2. *de ortu & caus. subterraneorum*, & *lib.* 4. *de natur.* eorum quæ effluunt ex terra: Cardan. *lib.* 2. *de subtilit.* Herrer. *in descrip. cap.* 18. *pag.* 53. Torquemada *dict. lib.* 14. *ex cap.* 30. *ad* 34. & Basil. Pont. Legionens. 1. *part. variar. disput. quæst.* 8. *exposit. c.* 4. ubi de his montibus ignivomis Novi Orbis exponit illud Job. *c.* 28. *Terra de qua orie-*

oriebatur panis in loco suo, igni subversa est, de quo latiùs agimus *infrà cap.* 15. *n.* 62.

56 Sed quoniam † multoties accidit, ut etiam in regionibus ab hujusmodi montibus, & eorum eruptionibus nimis distantibus, & præcipuè in planis, & litoralibus locis, terræmotus sentiantur, ut *suprà* retulimus; sunt alii, qui eorum causas esse opinantur, quod pori & cavernæ terræ, per quas halitus egressuri erant, maris aquâ obturentur, atque etiam superficiei humiditas efficiat, ut ferventes vapores, humoresque interius conclusi, & quasi captivati maneant, qui si post nimiopere incaluerint, latissimè diducuntur, & quasi diffiantur, eo majori impetu, quo exhalatio major fuerit. Atque ita nonnulli observarunt, terræmotus tum potissimum excitari, cum siccum annum frequentes pluviæ insequuntur.

Quas rationes aperuit Aristot. *lib.* 2. *Meteor.* Seneca *lib.* 6. *natur. quæst. c.* 1. 12. 21. & 23. & *lib.* 7. *cap.* 25. *Ubi Spiritus*, inquit, *intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita & sub mari. Deinde cùm est obstructus ille trames, per quem descenderat; reditum autem illi à tergo resistens aqua abstulit, huc & illuc fertur, & sibi ipsi occurrens, terram labefactat. Ideò frequentis-*
57 *simè mari opposita vexantur*, † *& inde Neptuno hæc assignata est movendi potentia. Quisquis primas literas Græcas didicit, scit illum apud Homerum* ἐνοσίχθονα *vocari*, id est, terræ motorem, aut concussorem.

Eamdem rationem, & causam nominis Neptuni exponit Plutarch. *in lib. de Homer. & in vita Cimonis*: Amian. Marcellin. *lib.* 1. Natal. Comes *in mithol. lib.* 2. *cap.* 8. & Juvenal. *satyr.* 10. dum ait:

Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.

58 Et † plurima simul de aliis causis, & de variis terræmotibus congerentes, qui in variis Orbis partibus contigerunt, prolixius prosequuntur Plin. *lib.* 2. *cap.* 80. 83. & 84. Lucret. *lib.* 6. *de natur. rer.* idem Senec. *lib.* 2. *natur. quæst. c.* 30. & 31. & *lib.* 9. *c.* 25. Diodor. Sicul. *lib.* 15. *Biblioth.* Nicephor. *lib.* 13. *c.* 36. & *lib.* 14. *c.* 46. & *lib.* 18. *c.* 13 D. Antonin. *t.* 6. *cap.* 21. *§.* 2. & *tit.* 22. *c.* 14. *§.* 2. & 3. Acost. *dict. lib.* 3. *cap.* 28. Torquemad. *d. lib.* 14. *pag.* 35. Petr. Fab. *lib.* 1. *Semest. cap.* 9. & *lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 63. & 64. Simon. Majol. omninò videndus, *colloq.* 1. *de Meteoris ex pag.* 29. & *colloq.* 13. *de fontibus, pag.* 319. & *colloq.* 17. *de propriet. loc. ex pag.* 397. Rutil. Benzon. *de ann. Jub. lib.* 6. *c.* 12. *ex pagin.* 675. Bernard. Aldret. *de antiq. Hispan. lib.* 3. *c.* 6. *ex pag.* 349. Maluend. *de Antichrist. lib.* 7. *c.* 14. Pined. *in Job. c.* 9. *vers.* 6. & *in Eccles. c.* 1. *vers.* 4. Ludovic. Ballester. *in Hierolog. lib.* 2. *cap.* 10. & alii relati à Torreblanca *de Magia divinat. lib.* 1. *c.* 2. *ex num.* 21. & *c.* 6. *per totum*, & *lib.* 2. *c.* 11. *ex num.* 28. Teatr. vit. human. *volum.* 3. *lib.* 2. *pag.* 632. 636. 637. & 646. & *seq.* Fr. Gregor. Garc. *de Ind. orig. lib.* 4. *c.* 12. & Nos *suprà c.* 4. *num.* 16. & Joan. Baptist. Scort. *de nat. & jacrem. Noli, lib.* 1. *c.* 8. ubi causam exponit cur in Ægypto numquam intremiscat, & P. Joan. Ludov. Cerda *in comment. sup. Virgil. lib.* 8. *Æneid. vers.* 241. *not.* 5. ubi sex terræmotuum species commemorat.

Neque † absunt nostri J. C. qui de eisdem ter- 59
ræmotibus mentionem faciunt, *in l. fluminum* 24. *§ hæc stipulatio, & §. Servius, ff. de damn. infect. l. propter incendium* 4. *ff. de pollicit. l. ex conducto.* 15. *§. Si vis tempestatis, l. si merces* 25. *§. vis maior. l. Marcius* 59. *ff. locati.* Inter † quas tamen 60
aliquod dissidium esse videtur: Nam priores illæ, terræmotum inter casus fortuitos numerant, & ex ira, sive indignatione Dei provenire docent, indéque illum *Ozoybian*, hoc est *vim divinam* appellant. Posterior autem vi naturali tribuit, causas nimirum, & rationes naturales, ut apparet, considerans ex quibus terræmotus oriri retullimus. Neque placet concordia Petr. Fab. *d. lib.* 2. *c.* 4. *ad finem*, qui vim divinam, & naturalem pro synonymis à Jurisconsultis usurpari putant, † cùm 61
Natura Deus ipsa sit, juxta illud Ovid. 1. *Metamorphos.*

Hanc Deus, & melior litem Natura diremit.

Et Senecæ *lib.* 4. *de benefic. cap.* 7. *Quid enim aliud est Natura, quàm Deus, & Divina ratio toti mundo, & partibus ejus inserta?* cum aliis, quæ eleganter congerit Just. Lips. *de Physiologia Stoic. lib.* 1. *dissert.* 5.

Quare † verius esse arbitror, quòd etsi natu- 62
rali aliqua vi, aut ratione terræmotus causari, & impelli possit, atque hoc inspecto ad vim naturalem eum referat Javolen. *in d. l. Marcius*; id tamen nihil vetat, quominùs alii Jurisconsulti ipsum quoque Dei iræ adscribant, atque adeò vi divinæ, quam & *vim majorem* appellant. Quoniam 63
cùm † firmam terram, stabilem, & immotam Deus manere jusserit, juxta illud *Eccles. c.* 1. *vers.* 4. *Terra autem in æternum stat.* Et *Psalm.* 133. *Fundasti terram super stabilitatem suam*; cum aliis, quæ ibidem eruditè tradit Pineda, & *sup. Job cap.* 28. *vers.* 7. & *cap.* 38. *vers.* 4. & Just. Lips. *ubi suprà lib.* 2. & *dissert.* 19. Benzon. *dict. lib.* 6. *cap.* 27. *pag.* 696. numquam ejusdem terræ commotiones, quantumvis ex causis naturalibus fluant, nisi in signum divinæ potentiæ, aut indignationis accipere debemus, quibus vel peccatores punit, vel commovet, ut converrantur, ut ostendit sacra Pagina *Job* 9. *versicul.* 6. *Ecclesiastici* 16. 18. & alibi passim. Quare † Philastr. *in lib. de hæres.* 64
sib. appellat hæreticos, & vanos illos Philosophos, qui terræmotum rerum, & elementorum naturæ adscribunt, non Dei peculiari jussioni, & indignationi. Et † prodigiosum semper exititi antiqui- 65
tati, atque adeò divinum, *si terra movit*, & ad portenti significationem aucupandam libros Sybillinos adibant, ut tradit Livius *lib.* 34. Senec. *lib.* 6. *nat. quæst. ferè per totum*: Agel. *lib.* 2. *noct. Attic. cap.* 28. Ludovic. Carrion *Lib.* 1. *emend. cap.* 11. & 12. Lorin. *Act. Apost. cap.* 4. *vers.* 31. Clavius *ad cap.* 1. *Sphæræ* † Et plura exempla Di- 66
vinæ indignationis & vindictæ, per terræmotus sumptæ, adducit Majol. *dict. colloq.* 1. *pag.* 29. & 30.

Ferias † quoque, cum moveri terram sense- 67
rant, ejus rei causa edicto imperabant Romani, teste eodem Agell. *ubi suprà. Dei tamen*, inquit, *nomen ita uti solet, cui servare ferias oportere, non edicebant, ne alium pro alio nominando, falsa religione populum alligarent. Eas ferias si quis polluisset; hostiam immolabat. Idque ita ex decretis Pon-*

tiſſimum observatum Mare. Varro dicit, quoniam & qua vi, & per quem Deorum, Dearumve terra tremeret incestum esset.

Ad quarum feriarum imitationem, & aliarum,
68 quæ ob alios † prodigiosos, aut repentinos casus indici solebant, de quibus agit *penè tot. tit. ff. de feriis, l. 1. Cod. eodem, l. 38. tit. 2. part. 3.* Covar. *lib. 4. var. cap. 19.* Anton. Thesaur. *decis. 39. num. 6.* Brison. *in l. Dominico, Cod. de spectacul.* & Rosin. *de antiquit. Roman. lib. 4. cap. 3.*

69 Nos, † qui unum & verum Deum, ut omnium causarum causam in ejus Sanctis veneramur, solemnia vota emittere. & anniversaria festa celebrare solemus, illis diebus, quibus violentiores aliqui terræmotus contigerunt, ut in hac Limensi urbe observatur in die Visitationis Deiparæ, & DD. Crispini & Crispiniani, & olim in Gallia Mamertum Episcopum observasse legimus apud Jornand. *in Annal. Sogon. lib. 14. Imper. Occident. & lib. 4. Reg. Ital.* & Theatr. vit. hom. *vol. 16. lib. 2. pag.* 3049. Et ad Dei iram, atque indignatio-
70 nem placandam † illa etiam verba foribus, & parietibus nostrarum ædium affigi curamus, *Christus nobiscum, state*, quibus quasi cœlitus missis Antiochenæ urbis ingentem terræmotum sedatum fuisse tempore Justiniani Imperatoris commemorat Anton. Cont. *in ejus vita*: & Nicephor. *lib. 7. hist. Eccles. c. 3.* Et de ejusdem urbis Limensis terræmotibus agens literis mandavit eruditissi-
71 mus † Doctor Franciscus Carrascus del Saz, qui postquam in ea pluribus annis honorificum advocationis, & assessoris Dominorum Proregum officium exercuit, Regii Panamensis Senatus Consul creatus fuit, *in suo lib. pract. quæst. sup. novam Rec. c. 2. ex n. 18. ad 24.*

Sed ut his, quæ de terræmotibus diximus, fi-
72 nem imponamus, lubet hic notabilem, † & admirandum casum cujusdam terræmotus, & ignivomi montis eruptionis hujus Peruani districtus inserere, qui præterquam quod in eo omnibus notissimus est, Reverendi Patris Martini Deltio asseveratione communitur *lib. 4. disquisit. magic. cap. 3. q. 2. pag.* 299. ubi sic ait: *Anno superiore 1600. die 18. Februarii propè Arequipam ex illis, qui multi Peruana sunt montes ignivomi*, (Vulcanos vocant) *unus eorum, Gualna Putina principio candidam nubem vitus pecorariis è longinquo eruētare, quam consecuta est procella fragminum ingentium, quasi avulsorum à rupibus, sed ignitorum: hæc paulum spatii progressa comminuebantur in minores lapides, & paulatim, centesimo fermè passu à cratere, in cinerem. Ubi saxa decidebant, cuncta revulsa, diruta, comminuta, interempta: ubi lapides, pauci mortales evasere, vel jumenta. Fors Hispanus iter faciebat eques, cum vim grandinis lapillaceæ non ferret, descendit, & se sub equo locat; sed equus non valebat sustinere, præ vi ictuum. Herus videns, nec tutum nec quietum sibi sub equo refugium, ephippium aufert, equum deserit, capiti sellam imponit: sic ægrè evasit cranifragium. Torrentes & fluvii, ac fontes nonnulli penitus exaruere, aliis lapsus facultas intercluſa, cineris multitudine, idque per leucas plus trecentas. Arequipæ primum ortæ clara luce tenebræ, integrum ferè mensem durarunt. Interea initio cœlum fulminibus vium debiscere, & audiri tonitrua, flammeique globi, instar artilleriæ bellicæ, aciebus hinc inde dispositis mutuò explosæ, vicissim huc illuc discurrere. Ingens globus simel decidit, & à templo in proximum ambitum, inde in viam publicam patente porta erupit, & subitò disparuit, relictò sulphureo nidore. Terræ motus jugis fuit, adeò ut multæ domus concíderent, reliquæ quasi tripudiarent nutantes. Nec cessavit interea pluere terram aliam instar cinerum, seu calcis tritæ, ut nemo per plateas incederet, quin mox digiti spissitudine cooperiretur: Domus quæ minimum tectæ essent, crassitudine semipedali, sic pleræque sub onere gemebundæ subsiderunt. Malum durabat, luce per intervalla potius ostentante se, quam diem præbente. Mense ferè exacto cessatio fuit, & nonnulla intermissio, ut nostri, qui illic degunt perscripsere: sed adhuc metus manebat graviorum. Magnam morum in melius tum timor expresit commutationem, omnes ad pedes Sacerdotum devolvi, adeò, ut quies nulla daretur, & vi in cubicula pœnitentes irrumperet. Sic Deo lucrum animarum multarum accesit. Sed nec Sátanas neglexit occasionem: nam cum Indi Pagani viciniores flammis solita superstitione, Magos accersissent, & simul ad montem illum properarent, & malis cantibus, ac sacrificiis procurarent, magos & vicinio-
res quoque flamma consumpserunt, cæteri omnes male mulctati, desperabundi pars suspendio, pars aliter sibi mortem conciviverunt.* † Quibus addo ex re- 73
latione multorum, qui huic spectaculo interfuerunt, cineres torrentium more magno impetu per plures leucas, etiam transvadatis fluminibus decurrisse, & domos aliquas in agris positas, illæsis habitantibus, suis sedibus motas, & in alias exportatas.

Addere † etiam libet ingens aliud naturæ mira- 74
culum, quod narrat Acost. *d. lib. 3. cap. 21. in fin.* & post eum Herrer. *in descript. Ind. cap. 20. pag. 59.* scribens anno 1581. circa urbem *Chuquiavo*, aliàs *de la Paz*, magnam partem altissimæ rupis ad Indorum pagum respicientis, qui dicitur *Ango Ango*, subitò corruisse, & eorum plures, qui idololatræ & malefici erant, obtrivisse. Et quod majus est, rupem ipsam non secùs ac undam, aut ceram liquefactam, ad sesquileucæ spatium procurrisse, aut pxofluxisse, lacúmque vicinum, & omnem illum ambitum terrâ expletum fuisse.

In alia quoque provincia Peruana, quæ *Chum-* 75
bivilcas † appellatur anno 1612. juxta oppidum *de Alca* repente parvus torrens, qui illud alluit, in magnum fluvium erupit, & regionem universam per dies aliquot cum maximo incolarum damno inundavit, ingentia saxa rapidissimè volvens, nullis aquis pluviis adactus, sed iis, ut apparet, quæ dehiscente ibidem tellure, ex intimis ejus penetralibus effluxerunt, juxta † quæ de aquis terræ- 76
immixtis, & fluminibus, & abyssis sub ea latentibus, ex aliorum Philosophorum sententia commemorat Plin. *lib. 2. cap. 68.* & Senec. omnino videndus *lib. 3. natural. quæst. per totum*, & præcipuè *cap. 8. 19. & 30. lib. 5. cap. 14. & lib. 6. cap. 7.* & Simon Majol. *d. colloq. 10. de mari pag. 262.* Ut sic appareat undique, † & ubique hominibus pe- 77
ricula imminere, *l. Senatus 35. §. mortis causa. ff. de donat. caut. mor. l. 1. §. cur tamen, ff. depos.* Deúmque ejusmodi naturæ portenta, ut timeatur, ordinasse, sicuti docemur *Psalm. 33.* ita ut Arist. *lib. 3. Moral. Nicomach.* docuerit, non esse † fortes appellandos, sed insanos potiùs, ac sen- 78
su

su vacantes eos, qui non habitu virtutis, sed immanitate quadam naturæ, terræ concussionem non perhorrescerent, quæ videtur inferorum ad superorum sedem eruptionem minitari. Unde ad stupidæ conditionis hominem designandum in Proverbium abiit: *Neque motus timet, neque fluctus.* De quo plura post Erasm. scribit Paul. Manut. *in adag. pag. mihi* 1160

CAPUT VIII.

De Oceano, quo Novus Orbis undique cingitur, & ejus utilitatibus, & nominibus, & naturali Atlantici & Australis per fretum Magallanicum communicatione, & an hominum industria Isthmus aliquis perfodi possit, quo hæc duo maria facilius, & commodius jungantur, & adeantur.

SUMMARIUM.

1 *Oceani etymologia.*
2 *Oceanus terram cingit, non terra Oceanum.*
3 *Oceanus terram omnem quasi insulam coronare, cingere, ambire, concludere, & circumfluere dicitur.*
4 *Mare utrùm connumerari debeat inter bona, vel inter mala.*
5 *Mare sibi bonum producit, secundùm Platonem & Homerum, & dicitur* quasi amarum, *& ab Ægyptiis* pernicies *vocatur.*
6 *Mare dicitur* Tharsis, *quasi egenum, & ejectum.*
7 *Adagium Neptuni, sive maris filii, quid significet.*
8 *Maris plurima bona, & commoda recensentur.*
9 *Navigationis, & commercii navalis utilitas expenditur.*
10 *Maria ferè omnia navigabilia sunt.*
11 *Senecæ quoddam veluti vaticinium navigationis ad Indos.*
12 *Navigatio & navis apud Oneirocriticos bona portendit.*
13 *Mare, & aqua marina Regem & Regias opes significat.*
14 *Maris mentio in Scriptura sacra ponitur pro loco pleno thesaurir. Et inter benedictiones, habitare loca maritima, & commercii opportuna.*
15 *Orbis Novus undique Oceano Atlantico, & Australi ablutur, & maritimis commoditatibus gaudet.*
16 *Mare ad Polum Antarcticum maximè diffunditur: Sed terræ tamen magna spatia relinquit, contra opinionem aliquorum Philosophorum.*
17 *Terra à mari vix unquam distat plus mille leucis Hispanicis.*
18 *Mare in universum plus multo occupat hujus globi inferioris, quam terra.*
19 *Australis plaga sub nomine maris solet denotari in Sacris Literis, & quare.*
20 *Oceani propria sedes est in Meridie.*
21 *Novus Orbis à multis* insula *esse dicitur.*
22 Insulæ *nomen quid propriè significet, & unde dicatur.*
23 *Orbis universi partes non tantùm* peninsulæ *sed* insulæ *à veteribus dicebantur.*
24 Creta *insula qualiter dividit Europam, Asiam, & Africam.*
25 Oceanus Atlanticus *quis, & unde dictus, & quare etiam* Borealis, *& del Norte dicitur.*
26 Norte *nomen est Belgicum, & significat Septemtrionem.*
27 Oceanus Australis, *sive* del Sur, *quis, & unde dicatur.*
28 Sur, *nomen est Belgicum, aut Gallicum, & significat* ventum Australem.
29 *Mare* del Sur, *sive* Australe, *dicitur etiam* Mare Pacificum, *& quare.*
30 *Mare* del Sur, *cur adeò tranquillum sit, & de maris fluxibus & refluxibus, & eorum causis, remissivè.*
31 *Mare diversas appellationes habet, pro varietate provinciarum, quas alluit, sed unum tamen est.*
32 *Maria omnia inter se mutuò perforata sunt, & cum Oceano variis modis communicantur, & quid in Hyrcano, Carpio, Mediterraneo & Rubro.*
33 *Mare Mediterraneum cur ita dicatur, & cur etiam Magnum vocetur, cur Oceanus major, & revera Magnus, imo & Maximus sit.*
34 Oceanus Atlanticus, *sive* del Norte, *qualiter coëat cum Oceano Australi, sive* del Sur.
35 *Magallanus aperuit fretum diù desideratum, quo uterque Oceanus adiri posset.*
36 *Naves Commendatoris Loaysæ, & Episcopi Placentini post Magallanum, fretum ab eo inventum transierunt.*
37 *Francisci Draque Angli, ad Magallanicum fretum, & aitas provincias Novi Orbis expeditiones, & ejus ostus.*
38 *Thomas Candisch Anglus, feliciter fretum Magallanicum transit, & in patriam opimis spoliis onustus revertus est.*
39 *Richardi Aubini Angli expeditio ad fretum Magallanicum, & qualiter captus fuerit.*
40 *Oliverius Vandernot Batavus variis fortunæ casibus jactatus, post trajectum fretum Magallanicum in Amsterdamum rediit, & etiam Guilhelmus Schouten.*
41 *Batavorum rex militares naves anno 1615. fretum Magallanicum transierunt, & cum nostris his navale certamen inierunt, primò victrices, secundò victæ, perierunt.*
Hollandensium, & aliorum Sectariorum relationes de rebus in Indiis gestarum tractantes, cautè legendæ sunt, & quare, ibidem.
42 *Fretum novum ultra Magallanicum anno 1619. à fratribus Nodalibus supremi Indiarum Senatus justu quæsitum, & inventum fuit, & ejus descriptio.*
43 *Fretum non esse ad terram Magallanicam, sed mare apertum pluribus insulis disjunctum multi opinantur.*
44 Magallanicum *fretum quando & qualiter ex parte maris* del Sur *lustraverint, & transierint Joannes Ladrillerus, Petrus Sarmientus, & Ferdinandus Lamerut.*
45 *Didacus Florus de Valdes mittitur ad ostium freti Magallanici muniendum, & incolendum.*
46 *Fretum aliud, quo uterque Oceanus conjungatur versus Polum Arcticum esse nonnulli opinantur, & in vastissima regione Floridæ reperiendum.*
47 *Oceani utriusque commercia hodiè qua via ineantur.*
48 *Isthmus Panamensis utrumque Oceanum dividens leucas septem habet.*
49 *Viæ plures quæ sunt, quibus Oceani Atlantici ad Australe facilior transitus aperiatur, & quæ illæ.*
50 *Isthmus Panamensis ut perfodiatur, & canali per eum aperto, uterque Oceanus communicetur, sæpè tractatum est, & an id possibile sit.*
51 *Nicanor Rex Syriæ numquam perficere potuit fossam, quam ex Carpio mari ad Euxinum ducere destinavit.*
52 *Isthmum Peloponnesi inter mare Ægæum, & Jonium frustrà perfodere multi tentarunt.*
53 *Nero irritus fuit, quod Isthmum Peloponnesi perfodere voluit.*
54 Isthmum perfodere *adagium, eos notat, qui frustrà aliquid moliuntur.*
55 *Xerxes frustra pontem navium in mari facere tentavit, ut Asiam Europæ conjungeret, & Athon montem effodit.*
56 *Nechaus Rex Ægypti fossam ex Nilo ad Rubrum mare fodere cœpit, in cujus opere centum viginti millia Ægyptiorum perierunt.*
57 *Opera Dei velle mutare, aut emendare piaculum est.*
58 *Alphonsus X. Castellæ & Legionis Rex à Deo punitus dicitur, quòd ejus opera reprehenderet.*
59 *Isthmi lapides, quem Gnidii perfodere tentarunt, in fodientium oculos reiliebant, & quid oraculum responderit.*
60 *Caroli Magni historia mirabilis, dum fossam ex Rheno in Ararim facere voluit.*
61 *Isthmus Panamensis si aperiretur, totaïlla regio aquis mergeretur.*
62 *Sesostris, & alii certarunt mare Rubrum in Nilum ducere, ne terra Ægypti inundaretur.*
63 *Europum insulam facere quidam Imperatores voluerunt,*

runt, & cur ab incepto destiterint.

64 *Mare etiam in prono ultra litus non potest excurrere.*

65 *Mare unum si alii pronum sit, & interjacentis terræ impedimentum auferatur, in illud influet.*

66 *Mare nullis aquis augetur, etiam si aliud mare in illud influat.*

67 *Mare an sit inferius, & depressius terra*, remissive.

68 *Isthmum Panamentem, aut alium aperire ad utrumque Oceanum communicandum, si id loci natura permitteret, utilissimum esset.*

69 *Deus non offenditur si homines arte, & industria naturæ defectus supplere, & suis utibus aptare conentur.*

70 *Fossam, quam ex Rubro mari ad Nilum cœpit Sesostris, postea alii perfecerunt, & qualis ea fuerit.*

71 *Cleopatra ab Augusto fugiens, voluit aperire fossam, sive Euripum Maris Rubri.*

72 *Fossam magnam in Gallia ad navigandum ex Rhodano in Ararim, Mosellam, & Rhenum usque ad Oceanum facere voluit Lucius Verus.*

73 *Hercules Gaditanum fretum infecto aggere claudere voluit.*

74 *Hispania olim angustissimo marit freto distabat ab Africa, imò & cum illa continuabatur.*

75 *Hercules qualiter Scyllæ, & Charybdis scopulos tattulerit, & ingentia alia utilisque opera alibi fecerit.*

76 *Opera plurima ingentia & laboriosa hominum arte, & industria confecta*; remissivè.

77 *Catpiæ seu Caucasiæ portæ, & famigeratum illarum opus.*

78 *Cloacarum urbis Romanæ opus ingens, & admirandum.*

79 *Muri, quo Sinæ provinciat suas à Tartaris dividunt, & tuentur, maxima, & penè incredibilis fabrica.*

80 *Alphonsus Alburquercius Nilum in Arabicum Sinum divertere tentavit, & sic totam Ægyptum in Turcarum odium sterilem reddere.*

81 *Turcæ cur imponani leviora tributa Abyssinis, in Terram Sanctam religionis causa venientibus.*

82 *Iraiæ locus expenditur, & exornatur.*

83 *Cyrus Persarum Rex quare, & qualiter Gangem divixerit.*

1 OCeanum † mare secundùm Solinum *in Polystb. cap. 26. de Hispania*: D. Isidor. *lib. 13. Etymolog. cap. 15. pag. 256.* & Ioan. Funger. *in Etymolog. verb. Oceanus*, quidam à celeri fluxu, quasi ocyus curtentem, dictum existimant; etenim ωκὺς est celer, & ῥέειν est fluere, vel natare. Sed alii verius tam Græci, quàm Latini Scriptores, ut idem Isidor. observat ita nominari tradunt, quod in circuli modum Orbem terrarum ambiat, & universas ejus oras amplectens, alternis æstibus accedat, atque recedat. Quàm etymologiam Eratosthenis, & doctissimorum quorumque Philosophorum opinio confirmat, qui rectè 2 profitentur, † Oceano potius terram cingi, quàm illum ab ea circumdari ut bene advertit Martin. Delrio *in adag. sacr. 1. tom. adag. 789. pag. 378.* & de Oceano hujus Novi Orbis loquens Acost. *lib. 1. de histor. Indiar. cap. 6. & lib. 3. cap. 10. & 27.* Eóque respexit Dionys. Alexandr. Cosmo- 3 graphus *sub initium sui poematis de situ Orbis*, † dum universam terram nihil aliud esse dixit, quam *Insulam Oceano coronatam*; & Orpheus *in hymno Jovis & Junonis*, dum laudat circulum indefesi pulchrè fluentis Oceani, quorum Græca carmina adducit Forcutul. *lib. 2. de Gallor. Imper. & Philosoph. fol. 82.* & Petr. Fab. *lib. 3. Semestr. cap. 25. pag. 403.* & Just. Lips. omninò legendus *in Physiolog. Stoicorum lib. 2. dissert. 16. & 17.* Nec abest M. Tul. *lib. 6. de Republic.* ubi inquit: *Omnis enim terra, quæ colitur à vobis, angustis verticibus, lateribus latior, parva quædam insula est, circumfusa illo mari, quod* Atlanticum, *quod* Magnum, *quod* Oceanum *appellatis in terris.* Quem imitatus Julius Firmicus *lib. 1. Mathem.* tradit Atlanticum Mare *terræ spatium in modum* Insulæ *undarum suarum circumfusione concludere.* Idem quoque sentit Catullus *de nupt. Pelei & Thet.* dicens:

Oceanusque *pater* totum *qui* amplectitur Orbem.

Et Horatius *in Opod. Odæ 16.* qui Homericum epithetum mutuatus, ut Lambinus ibidem observat, illum circumvagum vocat:

Nos manet Oceanus *circumvagus, &c.*

Et expressiùs Manilius *lib. 4. Astronom.* inquiens:

Ipsa natat tellus Pelagi *lustrata corona,*
Cingentis *medium liquidis amplexibus* Orbem,

Et Seneca *in Oedipo*:

Lucidæ dum current annoti sydera mundi,
Oceanus *clausum cum fluctibus* ambiat Orbem.

Utrum verò † mare inter mala, vel inter bo- 4
na connumerari debeat? in quæstionem vocari solet. Et † sanè nihil memorabile, vel Jove dig- 5
num producere, Plato *in Phædone* scriptum reliquit, cui consentiens Homerus, mare nullius frugis esse dixit, & arridet nominis etymologia; siquidem mare, quod *amarum* sit, dictum putat Honorius, quem refert Joan. Funger. *in etymolog. verb. Mare*, vel quod *aquæ ejus amaræ* sint, secundùm D. Isidor. *lib. 14. etymolog. cap. 14.* atque adeò Ægyptii Sacerdotes illud *perniciem* appellare soliti sunt, ut testatur Pier. *in Hierogl. lib. 31. pag. 285.* Et Simon Majol. *colloq. 10. pagin. 264. & pag. 277.* inquit, mare malum esse, & mala significare, juxta illud Isaiæ 57. *Cor impii mare fervens.* Eadem † quoque de causa ma- 6
re *Tharsis* appellarum putant Forerius, atque Mercerus, quos refert Maluend. *lib. 5. de Antichrist. cap. 14. pag. 283.* à verbo Hebreo *Rasas*, vel *Rus*, quod pauperem, ejectum, destitutum, disertumque esse significat, quasi nimirum omnia ejiciat, exterminet, depauperet, vel potius, quod ipsum sit egenum, inops, pauper, exterminatum, & ejectum. Quod † & sentit Agel. 7
lib. 15. noct. Attic. cap. 21. & alii relati à Paul. Manut. *in adag. filii maris, vel Neptuni, p. 1404.* & Fr. Joan. à Ponte *lib. 3. de conven. utriusque Monarch. cap. 7. §. 1. pag. 50.* dum docent, nihil benevolum, aut mite in mari gigni, & ideò ferocissimos, immanes, & alienos ab omni amore, & ingenii suavitate Neptuni filios dicere Poëtas consuevisse.

Sed in contrarium † plurima esse, & magni 8
quidem semper facienda commoda & bona, quæ ex Oceano, & ejus terræ circuitu proficiscuntur, latè & eleganter ostendunt D. Ambros. *lib. 3.* & D. Basil. *lib. 4. Hexam.* & Pat. Ludovic. Ballester. *in Hierolog. lib. 2. cap. 9. pag. 146.* Primum, quia terras necessariò suffulcit humore, quibus per venas quasdam occultè succum quemdam haud inutilem subministrat. Est etiam bonum mare tamquam hospitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum, invectio commeatum, quo sibi distantes populi copulentur, quo præliorum removeantur pericula, quo barbaricus furor claudatur; subsidium in necessitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, sa-

salubritas valetudinis, separatorum conjunctio, itineris compendium, transfugium laborantium, subsidium vectigalium, sterilitatis aliarumtum. Ex hoc pluvia in terras transfunditur, siquidem de mari radiis Solis aqua hauritur, & quod subtile ejus est, rapitur: deinde quantò altius elevatur, tantò magis etiam obumbratione frigescit, & imber fit, qui non solùm terrenam temperat siccitatem, sed etiam jejuna arva fœcundat.

Hactenus ex Ambrosio & Basilio, qui benè 9
inter alia † utilitatem navigationum considerant, quæ per hanc ingentem aquarum congregationem, quam *Oceanum* appellamus, iniri ab hominibus possunt, quarum medio facilis eis reddita est regionum, quamtumvis longè distantium, communicatio, quæ terrestribus itineribus difficilis, & quandoque impossibilis esset. De quo etiam optimè post alios agit Boter. *in relation. univers. part. 1. vol. 2. lib. 1. pag. 340.* & Anton. de Herrera *in histor. general. Ind. decad. 1. lib. 5. cap. 8.* 10
pag. 172. Atque † inde *Deum Optim. Max.* omnia fere maria navigabilia fecisse, licèt in aliquibus aliqua impedimenta sese navigantibus offerant, pluribus probat Simon Majol. *dièt. colloq. 10. circa finem*, & multa exempla magnarum navigationum omnium seculorum recensens Maluend. 11
lib. 3. de Antichrist. cap. 15. Ubi † inter alia refert Senecæ verba *in præfat. ad lib. natur. quæst.* qui quasi hanc navigationem, quæ hodie à nostris in utramque Indiam initur, inspiceret, inquit: *Quantum enim est, quod ab ultimis litoribus Hispaniæ usque ad Indos jacet? paucissimorum dierum spatium si navem suus ventus implevit.* Quibus conveniunt plurima alia, quæ de utili, & necessario navigationum usu congerit Aristor. *lib. 1. Politicor. cap. 7. l. 1. §. si is qui navem, ff. de exercit. act. lex 24. tit. 9. part. 2.* Angel. *cons. 290.* Benven. Stracha *in tract. de mercatura, tit. de navigatione, part. 1. num. 1.* Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. cap. 8. num. 4.* Petr. Fab. *lib. 1. Semestr. cap. 25. pag. 171.* D. Marta *in tract. de jurisdict. 2. part. cap. 24. num. 27.* & Callist. Remirez *in tract. de leg. Reg. Arag. §. 14.* & novissimè post hæc scripta Seraphin. Freit. *de justo Imper. Asiat. cap. 1. num. 16. & seqq.*

12 Et † judicium Onirocriticon, sive eorum, qui somnia interpretantur, apud quos naviga- 13
tio, & navis bona portendit † atque etiam † mare ad Regis personam refertur, in quod se opes universæ, quasi universi amnes exonerent. Atque adeò aqua marina Regias opes repræsentet, & qui aquam marinam bibat, divitias ex recondita penu, aut ex Regalibus promptuariis haurire possit, ut tradunt Artemidor. *lib. 2. Onirocrit. cap. 23. Achmetes, cap. 198. & seqq.* & Pat. Joan. Pineda *de reb. Salomon. lib. 4. cap. 3. pag. 166. & in Commentar. in Job. cap. 28. vers. 14. num. 3.* 14
pag. 197. ubi maris † mentionem ibi factam ostendit, propter reconditos rerum pretiosissimarum thesauros, qui vel in mari sunt, vel per mare advehuntur. Et eodem modo intelligit illam Zabulonis benedictionem, *Deuter. 33. 19. Inundationes maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum*; ubi Septuaginta legunt: *Divitiæ maris lactabunt te, & emporia maritimam habitantium.* Et Simplicius Theodoret. *Divitias maris sugent, & mercaturam habitantium juxta mare*, quasi dicant, beatissimos illos esse, quorum provinciæ mari vicinæ sunt, & navigationum commerciis fruuntur. Prout etiam similis ex mari abundantia, & opulentia indicatur, *Ezech. 31. 4. Aquæ multæ nutrierunt illum, Abyssus elevavit eum. Genes. 49. 13. Zabulonem in litore maris habitabit, & in statione navium pertingens usque ad Sydonem*; unde de Alexandria dicitur, *Nahum 3. Cujus divitiæ mare & aquæ muri ejus.* Et de Tyro, *Ezech. 27. Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita.*

Hæc cùm ita se habeant, jam planè appare- 15
bit, non solùm terræ bonis hunc Novum Orbem excellere, ut *in superiore cap.* ostendimus; † sed maritimis etiam commodis, & navigationum utilitatibus frui, cum omni ex parte vastissimi pelagi undis abluatur. Habet quippè ab ortu Solis Oceanum illum, qui *Atlanticus* dicitur, sive, ut vulgò loquuntur, mare *del Norte*, ab Occasu autem ingentiori alio, & vastiori æquore circumdatur, quod *Australe*, & vulgò *del Sur*, nuncupari solet, ut præter alios auctores, quos passim *in præcedentibus capitibus* recensuimus, optimè observant Abraham. Ortel. *in Theat. mag. tab. 1. 5. & seqq.* Acost. *dièt. lib. 1. cap. 6. & d. lib. 3. cap. 10. & 29.* Magin. *in Cosmogr. part. 2. tab. 34. fol. 279.* Boter. *d. lib. 1. 2. & 3. per totum*; & Anton. de Herrera *in descript. Ind. Occident. cap. 2. in princip. par. 3.*

Experientia nimirum † ostendente, veram 16
fuisse opinionem antiquorum Philosophorum, quos refert Plutarch. *lib. 3. de placit. Philosoph. cap. 9. 10. & 11.* & D. August. *lib. 16. de Civit. Dei, cap. 9.* dum existimarunt, ad Polum Antarcticum mare quaquaversum esse diffusum, falsam tamen, dum putabant, nullum uspiam terræ locum ibidem relictum. Constat namque ita aquas terræ vicissim cedere, ut non tota hujus congeries hinc, tota illarum inde se teneat, sed mutuis excursionibus sese per omnia complectantur, ut dicemus *infrà cap. 11. n. 9. & 11.* Adeò, ut † plenè observatum sit, vix unquam 17
terram à mari amplius quam viginti quatuor millia stadiorum distare, id est, leucas Hispanicas mille, sicuti ex allorum relatione advertit Acosta *dièt. cap 6.*

Quamvis † negari non possit, multò maxi- 18
mam terreni globi partem aquas possidere, & præcipuè in hac Australi plaga, ut post alios benè notat Herrera *in histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 10. cap. 4. pag. 337.* Quapropter † tota ipsa 19
sæpè in Sacris Literis mare vocatur, & sub hoc verbo Aquilonari regioni opponitur, appellatione scilicet sumpta à parte, quæ in ea magis excellit, juxta illud Psalm. 88. *Aquilonem & mare tu creasti*: Et Psalm. 106. *A Solis ortu & Occasu, ab Aquilone & mari.* Quæ loca, & alia ita exponi posse testantur D. Basil. Theodoret. Jansen. & Lorin. ibidem, & Genebrard. hujus rei † rationem reddens: *Quod propria sedes Oceani est* 20
in Meridie. Pat. Gaspar. Sanct. *in Isaiam, cap. 9. num. 54.* & doctissim. Pat. Joan. Pineda *in Commentar. in Job. cap. 23. vers. 9. num. 3. & 4.*

Et ob hunc nimirum Oceani ambitum, cujus undis hunc Novum Orbem undique cingi probavimus, † sunt qui illum *insulam* appellent, ut 21
tra-

tiſſimum observatum Mare. Varro dicit, quoniam & qua vi, & per quem Deorum, Dearumve terra tremeret incestum esset.

Ad quarum feriarum imitationem, & aliarum,
68 quæ ob alios † prodigiosos, aut repentinos casus indici solebant, de quibus agit *penè tot. tit. ff. de feriis, l. 1. Cod. eodem, l. 38. tit. 2. part. 3.* Covar. *lib. 4. var. cap. 19.* Anton. Thesaur. *decis. 39. num. 6.* Brison. *in l. Dominico, Cod. de spectacul.* & Rosin. *de antiquit. Roman. lib. 4. cap. 3.*

69 Nos, † qui unum & verum Deum, ut omnium causarum causam in ejus Sanctis veneramur, solemnia vota emittere. & anniversaria festa celebrare solemus, illis diebus, quibus violentiores aliqui terræmotus contigerunt, ut in hac Limensi urbe observatur in die Visitationis Deiparæ, & DD. Crispini & Crispiniani, & olim in Gallia Mamertum Episcopum observasse legimus apud Jornand. *in Annal. Sogon. lib. 14. Imper. Occident. & lib. 4. Reg. Ital.* & Theatr. vit. hom. *vol. 16. lib. 2. pag.* 3049. Et ad Dei iram, atque indignatio-
70 nem placandam † illa etiam verba foribus, & parietibus nostrarum ædium affigi curamus, *Christus nobiscum, state*, quibus quasi cœlitus missis Antiochenæ urbis ingentem terræmotum sedatum fuisse tempore Justiniani Imperatoris commemorat Anton. Cont. *in ejus vita*: & Nicephor. *lib. 7. hist. Eccles. c. 3.* Et de ejusdem urbis Limensis terræmotibus agens literis mandavit eruditissi-
71 mus † Doctor Franciscus Carrascus del Saz, qui postquam in ea pluribus annis honorificum advocationis, & assessoris Dominorum Proregum officium exercuit, Regii Panamensis Senatus Consul creatus fuit, *in suo lib. pract. quæst. sup. novam Rec. c. 2. ex n. 18. ad 24.*

Sed ut his, quæ de terræmotibus diximus, fi-
72 nem imponamus, lubet hic notabilem, † & admirandum casum cujusdam terræmotus, & ignivomi montis eruptionis hujus Peruani districtus inserere, qui præterquam quod in eo omnibus notissimus est, Reverendi Patris Martini Deltio asseveratione communitur *lib. 4. disquisit. magic. cap. 3. q. 2. pag.* 299. ubi sic ait: *Anno superiore 1600. die 18. Februarii propè Arequipam ex illis, qui multi Peruana sunt montes ignivomi*, (Vulcanos vocant) *unus eorum, Gualna Putina principio candidam nubem vitus pecorariis è longinquo eruētare, quam consecuta est procella fragminum ingentium, quasi avulsorum à rupibus, sed ignitorum: hæc paulum spatii progressa comminuebantur in minores lapides, & paulatim, centesimo fermè passu à cratere, in cinerem. Ubi saxa decidebant, cuncta revulsa, diruta, comminuta, interempta: ubi lapides, pauci mortales evasere, vel jumenta. Fors Hispanus iter faciebat eques, cum vim grandinis lapillaceæ non ferret, descendit, & se sub equo locat; sed equus non valebat sustinere, præ vi ictuum. Herus videns, nec tutum nec quietum sibi sub equo refugium, ephippium aufert, equum deserit, capiti sellam imponit: sic ægrè evasit cranifragium. Torrentes & fluvii, ac fontes nonnulli penitus exaruere, aliis lapsus facultas intercluſa, cineris multitudine, idque per leucas plus trecentas. Arequipæ primum ortæ clara luce tenebræ, integrum ferè mensem durarunt. Interea initio cœlum fulminibus vium debiscere, & audiri tonitrua, flammeique globi, instar artilleriæ bellicæ, aciebus hinc inde dispositis mutuò explosæ, vicissim huc illuc discurrere. Ingens globus simel decidit, & à templo in proximum ambitum, inde in viam publicam patente porta erupit, & subitò disparuit, relictò sulphureo nidore. Terræ motus jugis fuit, adeò ut multæ domus concíderent, reliquæ quasi tripudiarent nutantes. Nec cessavit interea pluere terram aliam instar cinerum, seu calcis tritæ, ut nemo per plateas incederet, quin mox digiti spissitudine cooperiretur: Domus quæ minimum tectæ essent, crassitudine semipedali, sic pleræque sub onere gemebundæ subsiderunt. Malum durabat, luce per intervalla potius ostentante se, quam diem præbente. Mense ferè exacto cessatio fuit, & nonnulla intermissio, ut nostri, qui illic degunt perscripsere: sed adhuc metus manebat graviorum. Magnam morum in melius tum timor expresit commutationem, omnes ad pedes Sacerdotum devolvi, adeò, ut quies nulla daretur, & vi in cubicula pœnitentes irrumperet. Sic Deo lucrum animarum multarum accesit. Sed nec Sátanas neglexit occasionem: nam cum Indi Pagani viciniores flammis solita superstitione, Magos accersissent, & simul ad montem illum properarent, & malis cantibus, ac sacrificiis procurarent, magos & vicinio-
res quoque flamma consumpserunt, cæteri omnes male mulctati, desperabundi pars suspendio, pars aliter sibi mortem conciviverunt.* † Quibus addo ex re- 73
latione multorum, qui huic spectaculo interfuerunt, cineres torrentium more magno impetu per plures leucas, etiam transvadatis fluminibus decurrisse, & domos aliquas in agris positas, illæsis habitantibus, suis sedibus motas, & in alias exportatas.

Addere † etiam libet ingens aliud naturæ mira- 74
culum, quod narrat Acost. *d. lib. 3. cap. 21. in fin.* & post eum Herrer. *in descript. Ind. cap. 20. pag. 59.* scribens anno 1581. circa urbem *Chuquiavo*, aliàs *de la Paz*, magnam partem altissimæ rupis ad Indorum pagum respicientis, qui dicitur *Ango Ango*, subitò corruisse, & eorum plures, qui idololatræ & malefici erant, obtrivisse. Et quod majus est, rupem ipsam non secùs ac undam, aut ceram liquefactam, ad sesquileucæ spatium procurrisse, aut pxofluxisse, lacúmque vicinum, & omnem illum ambitum terrâ expletum fuisse.

In alia quoque provincia Peruana, quæ *Chum-* 75
bivilcas † appellatur anno 1612. juxta oppidum *de Alca* repente parvus torrens, qui illud alluit, in magnum fluvium erupit, & regionem universam per dies aliquot cum maximo incolarum damno inundavit, ingentia saxa rapidissimè volvens, nullis aquis pluviis adactus, sed iis, ut apparet, quæ dehiscente ibidem tellure, ex intimis ejus penetralibus effluxerunt, juxta † quæ de aquis terræ- 76
immixtis, & fluminibus, & abyssis sub ea latentibus, ex aliorum Philosophorum sententia commemorat Plin. *lib. 2. cap. 68.* & Senec. omnino videndus *lib. 3. natural. quæst. per totum*, & præcipuè *cap. 8. 19. & 30. lib. 5. cap. 14. & lib. 6. cap. 7.* & Simon Majol. *d. colloq. 10. de mari pag. 262.* Ut sic appareat undique, † & ubique hominibus pe- 77
ricula imminere, *l. Senatus 35. §. mortis causa. ff. de donat. caut. mor. l. 1. §. cur tamen, ff. depos.* Deúmque ejusmodi naturæ portenta, ut timeatur, ordinasse, sicuti docemur *Psalm. 33.* ita ut Arist. *lib. 3. Moral. Nicomach.* docuerit, non esse † fortes appellandos, sed insanos potiùs, ac sen- 78
su

su vacantes eos, qui non habitu virtutis, sed immanitate quadam naturæ, terræ concussionem non perhorrescerent, quæ videtur inferorum ad superorum sedem eruptionem minitari. Unde ad stupidæ conditionis hominem designandum in Proverbium abiit: *Neque motus timet, neque fluctus.* De quo plura post Erasm. scribit Paul. Manut. *in adag. pag. mihi* 1160

CAPUT VIII.

De Oceano, quo Novus Orbis undique cingitur, & ejus utilitatibus, & nominibus, & naturali Atlantici & Australis per fretum Magallanicum communicatione, & an hominum industria Isthmus aliquis perfodi possit, quo hæc duo maria facilius, & commodius jungantur, & adeantur.

SUMMARIUM.

1 *Oceani etymologia.*
2 *Oceanus terram cingit, non terra Oceanum.*
3 *Oceanus terram omnem quasi insulam coronare, cingere, ambire, concludere, & circumfluere dicitur.*
4 *Mare utrùm connumerari debeat inter bona, vel inter mala.*
5 *Mare sibi bonum producit, secundùm Platonem & Homerum, & dicitur* quasi amarum, *& ab Ægyptiis* pernicies *vocatur.*
6 *Mare dicitur* Tharsis, *quasi egenum, & ejectum.*
7 *Adagium Neptuni, sive maris filii, quid significet.*
8 *Maris plurima bona, & commoda recensentur.*
9 *Navigationis, & commercii navalis utilitas expenditur.*
10 *Maria ferè omnia navigabilia sunt.*
11 *Senecæ quoddam veluti vaticinium navigationis ad Indos.*
12 *Navigatio & navis apud Oneirocriticos bona portendit.*
13 *Mare, & aqua marina Regem & Regias opes significat.*
14 *Maris mentio in Scriptura sacra ponitur pro loco pleno thesaurir. Et inter benedictiones, habitare loca maritima, & commercii opportuna.*
15 *Orbis Novus undique Oceano Atlantico, & Australi ablutur, & maritimis commoditatibus gaudet.*
16 *Mare ad Polum Antarcticum maximè diffunditur: Sed terræ tamen magna spatia relinquit, contra opinionem aliquorum Philosophorum.*
17 *Terra à mari vix unquam distat plus mille leucis Hispanicis.*
18 *Mare in universum plus multo occupat hujus globi inferioris, quam terra.*
19 *Australis plaga sub nomine maris solet denotari in Sacris Literis, & quare.*
20 *Oceani propria sedes est in Meridie.*
21 *Novus Orbis à multis* insula *esse dicitur.*
22 Insulæ *nomen quid propriè significet, & unde dicatur.*
23 *Orbis universi partes non tantùm* peninsulæ *sed* insulæ *à veteribus dicebantur.*
24 Creta *insula qualiter dividit Europam, Asiam, & Africam.*
25 Oceanus Atlanticus *quis, & unde dictus, & quare etiam* Borealis, *& del Norte dicitur.*
26 Norte *nomen est Belgicum, & significat Septemtrionem.*
27 Oceanus Australis, *sive* del Sur, *quis, & unde dicatur.*
28 Sur, *nomen est Belgicum, aut Gallicum, & significat* ventum Australem.
29 *Mare* del Sur, *sive* Australe, *dicitur etiam* Mare Pacificum, *& quare.*
30 *Mare* del Sur, *cur adeò tranquillum sit, & de maris fluxibus & refluxibus, & eorum causis, remissivè.*
31 *Mare diversas appellationes habet, pro varietate provinciarum, quas alluit, sed unum tamen est.*
32 *Maria omnia inter se mutuò perforata sunt, & cum Oceano variis modis communicantur, & quid in Hyrcano, Carpio, Mediterraneo & Rubro.*
33 *Mare Mediterraneum cur ita dicatur, & cur etiam Magnum vocetur, cur Oceanus major, & revera Magnus, imo & Maximus sit.*
34 Oceanus Atlanticus, *sive* del Norte, *qualiter coëat cum Oceano Australi, sive* del Sur.
35 *Magallanus aperuit fretum diù desideratum, quo uterque Oceanus adiri posset.*
36 *Naves Commendatoris Loaysæ, & Episcopi Placentini post Magallanum, fretum ab eo inventum transierunt.*
37 *Francisci Draque Angli, ad Magallanicum fretum, & aitas provincias Novi Orbis expeditiones, & ejus ostus.*
38 *Thomas Candisch Anglus, feliciter fretum Magallanicum transit, & in patriam opimis spoliis onustus revertus est.*
39 *Richardi Aubini Angli expeditio ad fretum Magallanicum, & qualiter captus fuerit.*
40 *Oliverius Vandernot Batavus variis fortunæ casibus jactatus, post trajectum fretum Magallanicum in Amsterdamum rediit, & etiam Guilhelmus Schouten.*
41 *Batavorum rex militares naves anno 1615. fretum Magallanicum transierunt, & cum nostris his navale certamen inierunt, primò victrices, secundò victæ, perierunt.*
Hollandensium, & aliorum Sectariorum relationes de rebus in Indiis gestarum tractantes, cautè legendæ sunt, & quare, ibidem.
42 *Fretum novum ultra Magallanicum anno 1619. à fratribus Nodalibus supremi Indiarum Senatus justu quæsitum, & inventum fuit, & ejus descriptio.*
43 *Fretum non esse ad terram Magallanicam, sed mare apertum pluribus insulis disjunctum multi opinantur.*
44 Magallanicum *fretum quando & qualiter ex parte maris* del Sur *lustraverint, & transierint Joannes Ladrillerus, Petrus Sarmientus, & Ferdinandus Lamerut.*
45 *Didacus Florus de Valdes mittitur ad ostium freti Magallanici muniendum, & incolendum.*
46 *Fretum aliud, quo uterque Oceanus conjungatur versus Polum Arcticum esse nonnulli opinantur, & in vastissima regione Floridæ reperiendum.*
47 *Oceani utriusque commercia hodiè qua via ineantur.*
48 *Isthmus Panamensis utrumque Oceanum dividens leucas septem habet.*
49 *Viæ plures quæ sunt, quibus Oceani Atlantici ad Australe facilior transitus aperiatur, & quæ illæ.*
50 *Isthmus Panamensis ut perfodiatur, & canali per eum aperto, uterque Oceanus communicetur, sæpè tractatum est, & an id possibile sit.*
51 *Nicanor Rex Syriæ numquam perficere potuit fossam, quam ex Carpio mari ad Euxinum ducere destinavit.*
52 *Isthmum Peloponnesi inter mare Ægæum, & Jonium frustrà perfodere multi tentarunt.*
53 *Nero irritus fuit, quod Isthmum Peloponnesi perfodere voluit.*
54 Isthmum perfodere *adagium, eos notat, qui frustrà aliquid moliuntur.*
55 *Xerxes frustra pontem navium in mari facere tentavit, ut Asiam Europæ conjungeret, & Athon montem effodit.*
56 *Nechaus Rex Ægypti fossam ex Nilo ad Rubrum mare fodere cœpit, in cujus opere centum viginti millia Ægyptiorum perierunt.*
57 *Opera Dei velle mutare, aut emendare piaculum est.*
58 *Alphonsus X. Castellæ & Legionis Rex à Deo punitus dicitur, quòd ejus opera reprehenderet.*
59 *Isthmi lapides, quem Gnidii perfodere tentarunt, in fodientium oculos reiliebant, & quid oraculum responderit.*
60 *Caroli Magni historia mirabilis, dum fossam ex Rheno in Ararim facere voluit.*
61 *Isthmus Panamensis si aperiretur, totaïlla regio aquis mergeretur.*
62 *Sesostris, & alii certarunt mare Rubrum in Nilum ducere, ne terra Ægypti inundaretur.*
63 *Europum insulam facere quidam Imperatores voluerunt,*

runt, & cur ab incepto destiterint.

64 *Mare etiam in prono ultra litus non potest excurrere.*

65 *Mare unum si alii pronum sit, & interjacentis terræ impedimentum auferatur, in illud influet.*

66 *Mare nullis aquis augetur, etiam si aliud mare in illud influat.*

67 *Mare an sit inferius, & depressius terra*, remissive.

68 *Isthmum Panamentem, aut alium aperire ad utrumque Oceanum communicandum, si id loci natura permitteret, utilissimum esset.*

69 *Deus non offenditur si homines arte, & industria naturæ defectus supplere, & suis utibus aptare conentur.*

70 *Fossam, quam ex Rubro mari ad Nilum cœpit Sesostris, postea alii perfecerunt, & qualis ea fuerit.*

71 *Cleopatra ab Augusto fugiens, voluit aperire fossam, sive Euripum Maris Rubri.*

72 *Fossam magnam in Gallia ad navigandum ex Rhodano in Ararim, Mosellam, & Rhenum usque ad Oceanum facere voluit Lucius Verus.*

73 *Hercules Gaditanum fretum infecto aggere claudere voluit.*

74 *Hispania olim angustissimo marit freto distabat ab Africa, imò & cum illa continuabatur.*

75 *Hercules qualiter Scyllæ, & Charybdis scopulos tattulerit, & ingentia alia utilisque opera alibi fecerit.*

76 *Opera plurima ingentia & laboriosa hominum arte, & industria confecta*; remissivè.

77 *Catpiæ seu Caucasiæ portæ, & famigeratum illarum opus.*

78 *Cloacarum urbis Romanæ opus ingens, & admirandum.*

79 *Muri, quo Sinæ provinciat suas à Tartaris dividunt, & tuentur, maxima, & penè incredibilis fabrica.*

80 *Alphonsus Alburquercius Nilum in Arabicum Sinum divertere tentavit, & sic totam Ægyptum in Turcarum odium sterilem reddere.*

81 *Turcæ cur imponani leviora tributa Abyssinis, in Terram Sanctam religionis causa venientibus.*

82 *Iraiæ locus expenditur, & exornatur.*

83 *Cyrus Persarum Rex quare, & qualiter Gangem divixerit.*

1 OCeanum † mare secundùm Solinum *in Polystb. cap. 26. de Hispania*: D. Isidor. *lib. 13. Etymolog. cap. 15. pag. 256.* & Ioan. Funger. *in Etymolog. verb. Oceanus*, quidam à celeri fluxu, quasi ocyus curtentem, dictum existimant; etenim ωκὺς est celer, & ῥέειν est fluere, vel natare. Sed alii verius tam Græci, quàm Latini Scriptores, ut idem Isidor. observat ita nominari tradunt, quod in circuli modum Orbem terrarum ambiat, & universas ejus oras amplectens, alternis æstibus accedat, atque recedat. Quàm etymologiam Eratosthenis, & doctissimorum quorumque Philosophorum opinio confirmat, qui rectè 2 profitentur, † Oceano potius terram cingi, quàm illum ab ea circumdari ut bene advertit Martin. Delrio *in adag. sacr. 1. tom. adag. 789. pag. 378.* & de Oceano hujus Novi Orbis loquens Acost. *lib. 1. de histor. Indiar. cap. 6. & lib. 3. cap. 10. & 27.* Eóque respexit Dionys. Alexandr. Cosmo- 3 graphus *sub initium sui poematis de situ Orbis*, † dum universam terram nihil aliud esse dixit, quam *Insulam Oceano coronatam*; & Orpheus *in hymno Jovis & Junonis*, dum laudat circulum indefesi pulchrè fluentis Oceani, quorum Græca carmina adducit Forcutul. *lib. 2. de Gallor. Imper. & Philosoph. fol. 82.* & Petr. Fab. *lib. 3. Semestr. cap. 25. pag. 403.* & Just. Lips. omninò legendus *in Physiolog. Stoicorum lib. 2. dissert. 16. & 17.* Nec abest M. Tul. *lib. 6. de Republic.* ubi inquit: *Omnis enim terra, quæ colitur à vobis, angustis verticibus, lateribus latior, parva quædam insula est, circumfusa illo mari, quod* Atlanticum, *quod* Magnum, *quod* Oceanum *appellatis in terris.* Quem imitatus Julius Firmicus *lib. 1. Mathem.* tradit Atlanticum Mare *terræ spatium in modum* Insulæ *undarum suarum circumfusione concludere.* Idem quoque sentit Catullus *de nupt. Pelei & Thet.* dicens:

Oceanusque *pater* totum *qui* amplectitur Orbem.

Et Horatius *in Opod. Odæ 16.* qui Homericum epithetum mutuatus, ut Lambinus ibidem observat, illum circumvagum vocat:

Nos manet Oceanus *circumvagus, &c.*

Et expressiùs Manilius *lib. 4. Astronom.* inquiens:

Ipsa natat tellus Pelagi *lustrata corona,*
Cingentis *medium liquidis amplexibus* Orbem,

Et Seneca *in Oedipo*:

Lucidæ dum current annoti sydera mundi,
Oceanus *clausum cum fluctibus* ambiat Orbem.

Utrum verò † mare inter mala, vel inter bo- 4
na connumerari debeat? in quæstionem vocari solet. Et † sanè nihil memorabile, vel Jove dig- 5
num producere, Plato *in Phædone* scriptum reliquit, cui consentiens Homerus, mare nullius frugis esse dixit, & arridet nominis etymologia; siquidem mare, quod *amarum* sit, dictum putat Honorius, quem refert Joan. Funger. *in etymolog. verb. Mare*, vel quod *aquæ ejus amaræ* sint, secundùm D. Isidor. *lib. 14. etymolog. cap. 14.* atque adeò Ægyptii Sacerdotes illud *perniciem* appellare soliti sunt, ut testatur Pier. *in Hierogl. lib. 31. pag. 285.* Et Simon Majol. *colloq. 10. pagin. 264. & pag. 277.* inquit, mare malum esse, & mala significare, juxta illud Isaiæ 57. *Cor impii mare fervens.* Eadem † quoque de causa ma- 6
re *Tharsis* appellarum putant Forerius, atque Mercerus, quos refert Maluend. *lib. 5. de Antichrist. cap. 14. pag. 283.* à verbo Hebreo *Rasas*, vel *Rus*, quod pauperem, ejectum, destitutum, disertumque esse significat, quasi nimirum omnia ejiciat, exterminet, depauperet, vel potius, quod ipsum sit egenum, inops, pauper, exterminatum, & ejectum. Quod † & sentit Agel. 7
lib. 15. noct. Attic. cap. 21. & alii relati à Paul. Manut. *in adag. filii maris, vel Neptuni, p. 1404.* & Fr. Joan. à Ponte *lib. 3. de conven. utriusque Monarch. cap. 7. §. 1. pag. 50.* dum docent, nihil benevolum, aut mite in mari gigni, & ideò ferocissimos, immanes, & alienos ab omni amore, & ingenii suavitate Neptuni filios dicere Poëtas consuevisse.

Sed in contrarium † plurima esse, & magni 8
quidem semper facienda commoda & bona, quæ ex Oceano, & ejus terræ circuitu proficiscuntur, latè & eleganter ostendunt D. Ambros. *lib. 3.* & D. Basil. *lib. 4. Hexam.* & Pat. Ludovic. Ballester. *in Hierolog. lib. 2. cap. 9. pag. 146.* Primum, quia terras necessariò suffulcit humore, quibus per venas quasdam occultè succum quemdam haud inutilem subministrat. Est etiam bonum mare tamquam hospitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum, invectio commeatum, quo sibi distantes populi copulentur, quo præliorum removeantur pericula, quo barbaricus furor claudatur; subsidium in necessitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, sa-

salubritas valetudinis, separatorum conjunctio, itineris compendium, transfugium laborantium, subsidium vectigalium, sterilitatis aliarumtum. Ex hoc pluvia in terras transfunditur, siquidem de mari radiis Solis aqua hauritur, & quod subtile ejus est, rapitur: deinde quantò altius elevatur, tantò magis etiam obumbratione frigescit, & imber fit, qui non solùm terrenam temperat siccitatem, sed etiam jejuna arva fœcundat.

Hactenus ex Ambrosio & Basilio, qui benè 9
inter alia † utilitatem navigationum considerant, quæ per hanc ingentem aquarum congregationem, quam *Oceanum* appellamus, iniri ab hominibus possunt, quarum medio facilis eis reddita est regionum, quamtumvis longè distantium, communicatio, quæ terrestribus itineribus difficilis, & quandoque impossibilis esset. De quo etiam optimè post alios agit Boter. *in relation. univers. part. 1. vol. 2. lib. 1. pag. 340.* & Anton. de Herrera *in histor. general. Ind. decad. 1. lib. 5. cap. 8.* 10
pag. 172. Atque † inde *Deum Optim. Max.* omnia fere maria navigabilia fecisse, licèt in aliquibus aliqua impedimenta sese navigantibus offerant, pluribus probat Simon Majol. *dièt. colloq. 10. circa finem*, & multa exempla magnarum navigationum omnium seculorum recensens Maluend. 11
lib. 3. de Antichrist. cap. 15. Ubi † inter alia refert Senecæ verba *in præfat. ad lib. natur. quæst.* qui quasi hanc navigationem, quæ hodie à nostris in utramque Indiam initur, inspiceret, inquit: *Quantum enim est, quod ab ultimis litoribus Hispaniæ usque ad Indos jacet? paucissimorum dierum spatium si navem suus ventus implevit.* Quibus conveniunt plurima alia, quæ de utili, & necessario navigationum usu congerit Aristor. *lib. 1. Politicor. cap. 7. l. 1. §. si is qui navem, ff. de exercit. act. lex 24. tit. 9. part. 2.* Angel. *cons. 290.* Benven. Stracha *in tract. de mercatura, tit. de navigatione, part. 1. num. 1.* Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. cap. 8. num. 4.* Petr. Fab. *lib. 1. Semestr. cap. 25. pag. 171.* D. Marta *in tract. de jurisdict. 2. part. cap. 24. num. 27.* & Callist. Remirez *in tract. de leg. Reg. Arag. §. 14.* & novissimè post hæc scripta Seraphin. Freit. *de justo Imper. Asiat. cap. 1. num. 16. & seqq.*

12 Et † judicium Onirocriticon, sive eorum, qui somnia interpretantur, apud quos naviga- 13
tio, & navis bona portendit † atque etiam † mare ad Regis personam refertur, in quod se opes universæ, quasi universi amnes exonerent. Atque adeò aqua marina Regias opes repræsentet, & qui aquam marinam bibat, divitias ex recondita penu, aut ex Regalibus promptuariis haurire possit, ut tradunt Artemidor. *lib. 2. Onirocrit. cap. 23. Achmetes, cap. 198. & seqq.* & Pat. Joan. Pineda *de reb. Salomon. lib. 4. cap. 3. pag. 166. & in Commentar. in Job. cap. 28. vers. 14. num. 3.* 14
pag. 197. ubi maris † mentionem ibi factam ostendit, propter reconditos rerum pretiosissimarum thesauros, qui vel in mari sunt, vel per mare advehuntur. Et eodem modo intelligit illam Zabulonis benedictionem, *Deuter. 33. 19. Inundationes maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum*; ubi Septuaginta legunt: *Divitiæ maris lactabunt te, & emporia maritimam habitantium.* Et Simplicius Theodoret. *Divitias maris sugent, & mercaturam habitantium juxta mare*, quasi dicant, beatissimos illos esse, quorum provinciæ mari vicinæ sunt, & navigationum commerciis fruuntur. Prout etiam similis ex mari abundantia, & opulentia indicatur, *Ezech. 31. 4. Aquæ multæ nutrierunt illum, Abyssus elevavit eum. Genes. 49. 13. Zabulonem in litore maris habitabit, & in statione navium pertingens usque ad Sydonem*; unde de Alexandria dicitur, *Nahum 3. Cujus divitiæ mare & aquæ muri ejus.* Et de Tyro, *Ezech. 27. Perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita.*

Hæc cùm ita se habeant, jam planè appare- 15
bit, non solùm terræ bonis hunc Novum Orbem excellere, ut *in superiore cap.* ostendimus; † sed maritimis etiam commodis, & navigationum utilitatibus frui, cum omni ex parte vastissimi pelagi undis abluatur. Habet quippè ab ortu Solis Oceanum illum, qui *Atlanticus* dicitur, sive, ut vulgò loquuntur, mare *del Norte*, ab Occasu autem ingentiori alio, & vastiori æquore circumdatur, quod *Australe*, & vulgò *del Sur*, nuncupari solet, ut præter alios auctores, quos passim *in præcedentibus capitibus* recensuimus, optimè observant Abraham. Ortel. *in Theat. mag. tab. 1. 5. & seqq.* Acost. *dièt. lib. 1. cap. 6. & d. lib. 3. cap. 10. & 29.* Magin. *in Cosmogr. part. 2. tab. 34. fol. 279.* Boter. *d. lib. 1. 2. & 3. per totum*; & Anton. de Herrera *in descript. Ind. Occident. cap. 2. in princip. par. 3.*

Experientia nimirum † ostendente, veram 16
fuisse opinionem antiquorum Philosophorum, quos refert Plutarch. *lib. 3. de placit. Philosoph. cap. 9. 10. & 11.* & D. August. *lib. 16. de Civit. Dei, cap. 9.* dum existimarunt, ad Polum Antarcticum mare quaquaversum esse diffusum, falsam tamen, dum putabant, nullum uspiam terræ locum ibidem relictum. Constat namque ita aquas terræ vicissim cedere, ut non tota hujus congeries hinc, tota illarum inde se teneat, sed mutuis excursionibus sese per omnia complectantur, ut dicemus *infrà cap. 11. n. 9. & 11.* Adeò, ut † plenè observatum sit, vix unquam 17
terram à mari amplius quam viginti quatuor millia stadiorum distare, id est, leucas Hispanicas mille, sicuti ex allorum relatione advertit Acosta *dièt. cap 6.*

Quamvis † negari non possit, multò maxi- 18
mam terreni globi partem aquas possidere, & præcipuè in hac Australi plaga, ut post alios benè notat Herrera *in histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 10. cap. 4. pag. 337.* Quapropter † tota ipsa 19
sæpè in Sacris Literis mare vocatur, & sub hoc verbo Aquilonari regioni opponitur, appellatione scilicet sumpta à parte, quæ in ea magis excellit, juxta illud Psalm. 88. *Aquilonem & mare tu creasti*: Et Psalm. 106. *A Solis ortu & Occasu, ab Aquilone & mari.* Quæ loca, & alia ita exponi posse testantur D. Basil. Theodoret. Jansen. & Lorin. ibidem, & Genebrard. hujus rei † rationem reddens: *Quod propria sedes Oceani est* 20
in Meridie. Pat. Gaspar. Sanct. *in Isaiam, cap. 9. num. 54.* & doctissim. Pat. Joan. Pineda *in Commentar. in Job. cap. 23. vers. 9. num. 3. & 4.*

Et ob hunc nimirum Oceani ambitum, cujus undis hunc Novum Orbem undique cingi probavimus, † sunt qui illum *insulam* appellent, ut 21
tra-

tradit Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 18. Proprio enim & vulgari nomine insula
22 locum † significat, qui undique aquis ambitur, & inde originem sumpsit, quasi in salo, id est, in mari posita sit, ut observat D. Isidor. *lib.* 4. *Etymolog. cap.* 6. *in princip.* Martian. Capella *lib.* 6. *de nuptiis philolog.* Ripa *in leg. si insulam, num.* 22. *ff. de verbor. obligat.* Peregrin. *de jure fisci, lib.* 8. *num.* 61. & Brison. *de verbor. signif. lib.* 9. *fol.* 304. *in fin.*

23 Neque † hoc mirum videbitur iis, qui cognoverint, reliquas etiam mundi partes, *Europam* nempè, *Asiam* & *Africam*, eadem ratione, quod mari tamdem ex omni latere proluantur, non tantum *peninsulas*, verùm & *insulas* à veteribus appellatas fuisse, ut constat ex locis Dionys. Tulli, & Firmici *suprà* relatis: Isocrate *in Panegyrico*: Just. Lips. *dict. lib.* 2. *Physiolog. dissert.* 17. & ex Joan. Episcopo Gerundensi *lib.* 1. *rerum Hispan. in princip.* ubi ait, in Orbis divisione sub Noè, filio Japheto, Europam pro insula in portione contigisse, cum aliis fratribus aliæ quoque insulæ partitæ fuissent, Asia scilicet Sem, & Africam Cham: Intra quas tres Orbis partes illud ut mirandum ex Bocatio refert Simon Majol.
24 *in ditb. Canicul.* 1. *tom. colloq.* 14. *in fin.* † naturam nempè Cretam insulam collocasse, ut omnes ipsa sola disterminaret, velut umbilicus, cum ab Oriente Asiam, à Meridie Africam, ab Occidente, & Aquilone Europam teneat.

25 Appellatio autem † *Oceani Atlantici*, quo diximus, Americam nostram ab Ortu circumfluí, originem traxit ab Atlante antiquissimo Africæ Rege, & à monte, & insula ejusdem nominis, non multùm à Gadibus in extremæ Mauritaniæ terminis sitis, ut *suprà cap.* 4. *num.* 34. & 35. notavimus. Eoque nomine veteres proprie illud mare significabant, quod Europam & Africam ab Occidente alluit, & largè & impropriè interdum etiam pro universo Oceano accipiebant, ut patet ex verbis Tullii & Firmici *ubi suprà*: Macrob. *lib.* 1. *de somn. Scipion.* Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Herodot. Strab. Suid. Zosim. & aliorum, quos refert Abraham. Ortel. *in Thesaur. Geograph. verbo Oceanus Atlanticus*: Funger. *in etymolog. verb. Oceanus, pag.* 697. & passim ex Strabone, qui scribit, Indiam desinere ad mare Orientale, & ad Austrinum Atlantici partem, & alibi, ejus Australe & Orientale latus in Atlanticum pelagus procurrere.

Borealis verò, sive *del Norte*, idem ipse *Oceanus* vulgò appellari cœpit, secundùm Acostam *dict. cap.* 10. quoniam harum Indiarum Occidentalium terra, per illius navigationem à nostris primum reperta, tota ad Polum Arcticum & Aquilonem, sive Septemtrionem sita sit. Quam
26 cœli plagam, nautæ † sub hoc nomine *Norte* significare solent, quod proprium esse linguæ Belgicæ *Noort*, vel *North*, scribit Goropius Becan. *in originibus Antuerp.* & Carol. Bobil. *de different. vulg. linguarum, cap.* 10. & D. Sebastian. Covarr. *in Thesaur. ling. Hispan. verb.* Norte.

27 Alterum autem † mare, ab Occasu hunc Novum Orbem interluens, ideò *Australe* appellatur, quoniam postquam Blascus Nuñez de Balboa primus illud post Panamensem tractum detexit, juxta ea, quæ diximus *suprà cap.* 5. *n.* 27. & 28. eò nostri navigare cœperunt, quousque lineam Æquinoctialem transgressi, & in alterum hæmisphærium delati, Septemtrionis stellas, & Arcticum Polum è suo conspectu amiserunt, & pro illo Antarcticum nacti sunt, qui *Australis* etiam ab Austro vento, ex ea parte perflante, vocari solet; prout tetigimus *suprà cap.* 1. *num.* 20. & alio nomine *Sur*, ut advertit Acost. *d. cap.* 10. Magin. *dict. fol.* 279. & Abraham. Ortel. *in Thesaur. Geograph. verb. Mar del Sur*, ubi etiam idem mare, & reliquum ad Sinas usque pertingens, *Chryse* dictum scribit.

Et quamvis maxima hujus Novi Orbis pars ad Septemtrionem vergat; prout in universa ora Novæ Hispaniæ, & plurimis aliis provinciis videmus, quarum mentionem fecimus *suprà cap.* 6. *ex num.* 19. *ad* 34. totus tamen iste Oceanus Antarcticus, etiam ubi ultra utriusque Americæ terminos spatiatur, *Australis* appellationem ex prædicta ratione retinuit: & *del Sur* ex ea, quia † Bel-28 gæ, à quibus, & aliis gentibus Septemtrionalibus, nautæ nostri ut plurimùm, ventorum nomina mutuati sunt, quos in triginta duos partiuntur, Australem *Zuidt* vocant, Galli autem *Su*, aut *Sud*, ut tradit Bobil. *supr.* Levin. Lemn. *de occultis natur. mirac. lib.* 3. *cap.* 3. Oront. Fin. *lib.* 5. *Geograph. cap.* 5. *de ventis*: & Adrian. Junius *in suo nomenclatore*, 2. *part. sub tit. de elementis, verb.* Auster, *pag. mihi* 255.

Pacifici quoque † nomen idem mare usurpat, 29 ut notant Magin. & Ortel. *suprà*, quod ei à Ferdinand. Magallanio impositum fuit, ut testatur Anton. de Herrera *dict. histor. gener. Ind. Occid. decad.* 1. *lib.* 9. *cap.* 12. *pag.* 319. eò quod tranquillum & pacatum ut plurimùm sit & peringens illius pelagus naves, ut per placidissimum fluvium, fœlici, & indesinenti aurâ vehantur. Cujus tranquillitatis † causas, & alia, quæ perti-30 nent ad Oceani fluxus, & refluxus, & diversos alios motus cognoscendos, optimè prosequitur Overan. *in summ. Ind. cap.* 9. Petr. Mexia *in Sylva, part.* 5. *cap.* 1. Idem Herrer. *dict. cap.* 12. Acost. *dict. lib.* 3. *cap.* 16. & 29. Roderic. Zamoran. *in suo repertor. lib.* 3. *cap.* 14. & ante eos Plin. *lib.* 2. *cap.* 97. D. August. *de miracul. sacræ Script. lib.* 1. *cap.* 7. D. Basil. *in Hexam. homil.* 6. D. Thom. 1. *part. quæst.* 105. *art.* 6. Simon Majol. *colloq.* 10. *pag.* 268. & *seq.* & novissimè Joan. Scortia *lib.* 2. *de natur. & increment. Nili, cap.* 9.

Sed quamvis diversas istas † maris Oceani 31 appellationes connumeraverimus, & alias plures alii Auctores comminiscantur, præsertim postquam hic Novus Orbis, & Sinarum & Japoniorum regiones detectæ sunt, ut constat ex Plinio *lib.* 6. *cap.* 23. Pompon. Mel. *lib.* 3. Solin. *cap.* 26. Senec. *lib.* 3. *nat. quæst. cap.* 8. & 19. Macrob. *lib.* 2. *de somn. Scipion. cap.* 9. Martian. Capel. *dict. lib.* 6. *de nupt. Philolog.* Theodoret. *q.* 12. *in Genes.* Peter. Delr. Martineng. & aliis ibidem: Acost. *dict. lib.* 3. *de hist. Ind. cap.* 10. Priscian. & Bergomat. apud Majol. *colloq.* 10. *pag.* 262. Gerard. Mercat. *in Europa*: Paul. Merul. *in sua Cosmograph. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. & *seqq.* Ballester. *in Hierologia, lib.* 2. *cap.* 9. Pineda *de reb. Salomon. lib.* 4. *cap.* 9. & *in Eccles. cap.* 1. *vers.* 7. *num.* 4. *pag.* 151.

Verius tamen est, unum ubique mare esse, quod

quod tamen pro regionibus, quas alluit, vel aliis de causis, variis nominibus nuncupatur; sicut etiam terra, cùm una sit, pro diversis locis varia nomina sumit, ut rectè ultra aliquos ex *supr.* relatis, observavit Homer. *lib.* 12. *Iliad.* dum ait: *Profundi magna potentia Oceani, ex quo omnes fluvii, & totum mare, & omnes fontes & putei alti fluunt.* Strabo relatus ab Ortelio *dict. verb. Oceanus*, qui uno in loco Austrinum Oceanum Atlantici partem facit, & alio in se utrumque coïre testatur D. Isidor. *lib.* 13. *Etymolog. cap.* 15. & 16. D. Ambros. *lib.* 3. *Hexam. cap.* 1. & Gregor. Nysen. *ibid.* aperte concludens, quòd licèt innumerabilia maria esse videantur, & sub numero multitudinis appellentur, *Genes.* 1. 10. dum dicitur: *Congregationem aquarum appellavit maria*, unum tamen, & continuum est mare, in sese per universum Orbem commeans, nec ullo pacto à conjunctione sua divulsum.

Idem docet ex nostris Peregrin. *lib.* 8. *de jure fisci, num.* 1. & luculentiùs prosequitur D. Basilius *in eod. Hexam. homil.* 4. ubi ait, quod etsi multa sint nomina propria, variaque marium, *ut Caspium, Hyrcanum, Mediterraneum, Rubrum, Septemtrionale, Austrinum, Orientale, Occidentale, Euxinum, Hellesponticum, Ægæum, Jonium, Sardonicum, Germanicum, Britannicum, Siculum, Tyrrhenum*, & infinita alia genera pelagorum, quæ nimirum à regionibus, quas alluunt, varia nomina sumunt, & ob id Deus con-
32 gregationem aquarum *Maria* nominaverit: † credendum tamen est Geographis asserentibus, ea omnia inter se mutuo perforata esse, & per meatus suos commisceri, ac simul ad Maximum mare, hoc est *Oceanum*, ostiis suis confluere, quemadmodum etiam *Rubrum mare* dicunt ad id, quod ultra Gades est, connecti.

Eamdem sententiam D. Theodoret. & Pineda, *ubi suprà*, docentes, hanc marium communicationem, vel deorsum fieri per occultos & latentes terræ meatus, veluti per tubulos, & canales, aut siphones subterraneos, vel secundùm superficiem terræ, dum ex aliis in alia propriis & apertis ostiis in Maximum mare Atlanticum, vel Oceanum derivantur. Et priore modo communicari putant mare Hyrcanum & Caspium, quantumvis Aristot. Herodor. & Ptolem. tradant, ea per se suis undique litoribus circumscripta esse, & nulla cum Oceano coitionem habere; quod probare etiam videntur Conimbricenses *tract.* 8. *in Meteor. c.* 3. Merul. *d. lib.* 3. *cap.* 5. 6. 7. Bened. Perer. *lib.* 1. *comment. in Genes.* Casaubon. *in not. sup. Strabonem, lib.* 2. & *lib.* 11. *in princ.* & Scaliger. contra Cardanum *exercit.* 46. Posteriore autem Mediterranei, & aliorum pelagorum in illud desinentium commixtionem, & confluxum ad Oceanum fieri docent, cùm circa Gades per fretum, quod *Herculeum* vocant, conjungantur, vulgò *el Estrecho de Gibraltar*. Atque etiam in maris Rubri, quod ab aliis Mediterraneis divulsum per se in Oceanum Indicum influit. Unde cautè legendus est D. Basil. *ubi suprà*, qui Rubrum cum Mediterraneo confundit, & ad Gades connecti testatur.

33 Porrò *Mediterraneum* † mare sic dictum est, quia per mediam terram ab Occasu ad Orientem usque perfunditur, & in Meridiem vergens, dein-

de ad Septemtrionem tendit, Europam, & Africam, Asiamque disterminans: Quapropter *Magnum* appellatur, quia cætera maria in comparatione ejus minora sunt, ut ait D. Isidor. *d. lib.* 13. *cap.* 16. Paul. Merula *ubi suprà, cap.* 7. & *in comment. ad lib.* 17. *Annal. Ennii*: Pontan. & Cerda in illud Virgilii *Æneid.* 5. *vers.* 628.

Syderaque emensæ ferimur, dum per mare magnum.

Janus Douza *in præcedent. pro Catullo, cap.* 6. Robert. Titius *lib.* 6. *locorum controvers. cap.* 6. & plures alii Auctores sacri, & prophani relati à Pineda *d. lib.* 4. *de reb. Salom. cap.* 11. *pag.* 129. *num.* 5. & *d. cap.* 1. *Eccles. vers.* 7. *n.* 4. *p.* 152. Quod tamen, ut rectè observat idem Pineda, intelligendum est respectu internorum marium, hoc est, quæ terræ internas regiones interluunt, non tamen respectu Oceani, in quem ipsum Mediterraneum, & reliqua, ut diximus, influunt, & reverà *Magnus*, imò & *Maximus* dicitur, ut constat ex Tullio *d. lib.* 6. *de Republic.* Plinio *d. lib.* 3. *cap.* 5. D. Basil. *d. homil.* 4. *in Hexam.* & Ludovic. Balle *in d. Hierol. lib.* 2. *c.* 9. *p.* 144.

Potuit quoque ab eisdem Auctoribus nobilius aliud exemplum coitionis, sive perforationis unius maris ad alterum in hoc, de quo agimus, reperiri. Etenim † Oceanus ille Atlanticus, qui reperta, 34 continenti Americani Orbis finiri videbatur, posteà vastior & ingentior ultra illam protendi ad Panamaticum Isthmum inventus fuit, in eo mari, quod *Australe*, vel *del Sur* appellarum diximus.

Cumque † homines diù hærerent, quærentes, 35 undenam tantùm pelagus originem sumeret, vel per quem locum cum illo Oceano *Atlantico*, sive *del Norte* communicari posset, tandem Ferdinand. Magallanes famigeratum illud ostium, sive fretum, ac ejus nomine deinde vocatum, invenit anno 1519. de quo latiùs egimus *suprà cap.* 5. *ex num.* 35. & hac utrumque mare coire, & quod magis fuit, utrumque Orbem indesinenti navigatione adiri & perlustrari posse, manifestavit, veram reddens illam Macrobii conjecturam, *d. lib.* 2. *in somn. Scipion. cap.* 9. qui quasi præsagiens hanc utriusque maris coitionem aperiendam fore, sic scripsit: *Nec dubium est in illam quoque Australis generis temperatam, mare de Oceano similiter influere, sed describi hoc nostra attestatione non debuit, cujus situs nobis incognitus perseverat.*

Eamdem † navigationem posteà fecisse dicitur 36 altera navis Commendatarii D. Fr. Garcia de Loaysa, & alia Episcopi Placentini D. Gutierrii de Carvajal, ejusque malum diù miraculi causa in Regia hac Limensi urbe pro foribus Palatii servatum scribit Acosta *dict. lib.* 3. *cap.* 10. & refert Anton. de Herrer. *in histor. gener. Ind. lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 12.

Franciscus † quoque Drachus insignis Pyrata, 37 natione *Anglus*, idem iter cum quinque navigiis tentavit anno 1577. sub auspiciis Elizabethæ Angliæ Reginæ, & duobus annis & decem mensibus, per hoc Magallanicum fretum delatus, totum Orbem, utrumque Oceanum navigans, circuivit, ut tangit Acosta *ubi suprà*: Nicolaus de Judæis *in nova totius Orbis terrarum descriptione*: latè Hieronym. Benzo, & ejus Additionator. *lib.* 1. *histor. Novi Orbis, cap.* 15. Barthol. Leonar. de Argensola *in histor. Molucarum, lib.* 3. *pag.* 105.

& *seqq.* Doctor Christophor. Suar. de Figueroa *de vita & fact. Marchionis de Cañete, lib.* 5. *pag.* 209. & 210 Ludovic. Cabrer. *in vita Reg. Philipp. II. lib.* 12. *cap.* 23. Henric. Martin. *in Repert. Mexicano, fol.* 271. *histor. Americæ*, 8. *part. per totam.* ubi latissimas relationes reperies, & Laurent. Bejerlinch. *in suo opere Chronograph. pag.* 66. qui posteà *pag.* 149. tradit, qualiter anno 1586. idem Pyrata insulam Hispaniolam cepit, & devastavit, & *pag.* 238. qualiter anno 1597. miserè cum pluribus sociis apud Portum Bellum occubuerit, dum Panamam urbem aggredi tentat, quod & refert Pat. Gordonus *in sua Chronograph. anno* 1595. *pag.* 482. Et de ejusdem Drachi expeditione in Hispaniolam, & Carthaginem extat etiam peculiaris narratio Noribergæ typis excusa anno 1594. & optimè agit Fr. August. Davila *in histor. provinc. Mexicanæ, lib.* 1. *cap.* 105. 106. & 107.

38 Drachi deinde vestigiis † Thomas Candisch popularis ipsius, anno 1587. fœliciore paulò successu institit; navim enim quamdam ex Philippinis in novam Hispaniam redeuntem, multis divitiis onustam, expilavit: cujus sericeis telis sui navigii vela, & carbasa cooperiens, superbo fastu in patrium Londini portum reversus fuit, ut iidem Auctores recensent præcipuè Doct. Figuer. *dict. lib.* 5. *pag.* 211. Dom. Præses Morga *in sua histor. Philippin. fol.* 10.

39 Anno † rursus 1564. Richardus Achines natione itidem *Anglus* per idem Magallanicum fretum ad has Peruensis Oceani oras transfretavit, qui tamen à nostris petitus, & navali bello superatus, in Hispaniam sub vinculis remissus fuit ab Excellentissimo, & multis semper honorum titulis commendando Prorege Dom. D. Garcia Hurtado de Mendoza Marchione de Cañete, ut in ejus vita & gestis latiùs commemorat dict. Doct. Figueroa *lib.* 5. *ex pag.* 211. *ad* 220.

40 Iterum † anno 1600. Oliverius Vandernot è Batavis vera Neptunia prole, in eodem cursu casuum varietate aliis palmam præeripuit. Nam cum per Magallanicum fretum in nostrum mare *del Sur* fœliciter delatus fuisset, non minus fœliciter effugit impetum classis, quam adversus eum instruxit, & misit excellentissimus Prorex D. Ludov. à Velas. Salinarum Marchio, cujus Prætoria navis cum ejus Archithalasso D. Joanne de Velasco, & aliis pluribus militibus circa Californias naufragio absorpta fuit. Et posteà idem pyrata circa Philippinas alia nostrorum classe peritus, unâ ex duabus navibus navali conflictu demersa, cum altera semiquassata discessit, & in Amsterdamum 26. die Augusti anno 1601. cum novem tantùm sociis repedavit, ut exactiùs refert dictus Dom. Præses Morga *in d. histor. Philipp. ex fol.* 71. & rursus *ex fol.* 132. Et idem Oliverius in narratione, quam de sua expeditione Anglico sermone conscripsit, quam posteà Latino donaram typis excusit Theod. de Bri Germanus Francofurti anno 1602. & extat *in hist. America, 9. part.* Ubi etiam in undecima parte refertur novissima alia & certè notabilis navigatio alterius freti, quod Guilhelm. Scoultem *Hollandus* detexisse dicitur ex anno 1615. ad 1616.

41 Anno † deinde 1615. idem fretum fœlicissimè trajecerunt sex naves Batavorum, seu Hollandensium mercatorum, & militum, ad Philippinas, ut apparuit, suæ navigationis scopum protendentes, duce Georgio Spelbergio, quibus cum obviam nostra classis exiret, jussu excellentissimi Proregis Marchionis de Montesclaros, & circa litus oppidi, quod *de Cañete* vocant, navalis conflictus acerrimus initretur, duas naves, & plures ex militibus nostris amisimus, adversariis licèt tunc victoribus, non leviter comminutis, qui tamen posteà apud Manilam anno 1617. alterâ nostrâ classe petiti, cujus Archithalassus, sive dux generalis fuit D. Joannes Ronquillo, audaciæ suæ pœnas cum fœnore persolverunt, omnibus ferè, quas secum duxerant, navibus & militibus bellicâ nostrum virtute occisis, atque submersis, ut omnibus notissimum est. Quamvis nuper in lucem prodierit longissima hujus expeditionis relatio à Batavis ipsis scripta, & sub nomine appendicis undecimæ partis historiæ Americæ typis excusa à dicto Joanne Theodoro de Bri, anno 1620. In qua omnes salvos, & spoliis opimis triumphantes, in patriam redisse commentantur, & plura alia pro libito confingunt, ut suæ gentis gloriam extollant, & Hispaniæ detrahant. Qui præcipuus scopus omnium illarum relationum fuisse videtur, unde cum hac cautione legendæ sunt, ut etiam *suprà cap.* 5. *num.* 48. notavimus, & *infrà lib.* 2. *cap.* 25. *in fin.* repetimus.

Denique † anno 1618. die Septem. 27. jussu 42
supremi Indiarum Consilii, atque id enixè curante eximio ejus Præside Dom. D. Ferdinando Carrillo, duo fratres peritissimi nauclerí nomine *Petrus* & *Gundisalvus de Nodal*, cum Didaco Ramirez insigni Cosmographo, & duabus celocibus Regio sumptu constructis, & instructis, Ulyssipona solventes, vastissimo se Oceano commiserunt, ad quærendum & describendum novum aliud fretum, quod ultra Magallanicum Belga ille, sive Batavus nauta Schoultem invenisse dicebatur, & cum 19. die mensis Januarii anni sequentis 1619. ostium freti Magallanici detexissent ulteriùs progredientes 22. die ejusdem mensis inter duo promontoria, quibus *sanctorum Vincentii* & *Bartholomæi* nomina indiderunt, aliud novum & magis apertum ostium invenerunt, sub 55. gradibus & 13. minutis elevationis ad Polum Antarcticum jacens, quod quinque in longum leucas, & in latum tres, & in profundo canalis sexaginta ulnas habere judicarunt, & per illud facili cursu ad mare *del Sur* delari, ejus insulas & adjacentia loca considerantes, & depingentes, per antiquum Magallani fretum rursus in mare *del Norte* redierunt, & tamdem septimâ die Julii in Hispaniam reversi sunt, novem duntaxat mensibus, & paucis diebus in adeò ardua navigatione consumptis, cujus ephemericam narrationem typis excusam eidem Domino Præsidi consecrarunt.

Ex qua, † & ex his, quæ jam pridem multi 43
prudentes Cosmographi tradidere, quos referunt Joseph. Acosta *d. lib.* 3. *cap.* 10. Herrera *decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 12. & *in descript. Ind. cap.* 1. & 23. *pag.* 67. Boter. *in relation. universal.* 1. *part. volum.* 2. *lib.* 3. *pag.* 404. non ineptè opinari possumus, nullum verum fretum ibi inveniri, sed insulas aliquas Oceani circumfusione disjunctas, ad quarum finem si pervenire liceret, in latissimum pelagus deducerèmur, quo Oceanus uterque conjungitur, vel, ut melius loquar, unus & idem esse, qui Orbem utrumque ambiat, ostenderetur.

Atque hi quidem ex parte maris *del Norte* 44
Magallanicum fretum transisse reperiuntur, † ex parte autem maris *del Sur*, idem fretum quærere, & describere cum duabus navibus præsidiariis & sexaginta hominibus missi fuerunt, dux quidam nomine Joannes Ladrillerus & Didacus Gallecus insignis nauclerus anno 1558. jussu Domini Don Garciæ Hurtado de Mendoza, qui tunc Regnum Chilense moderabatur, qui variis naufragiis, & periculis jactati, tamdem illud derexerunt, & in Chile cum tribus, aut quatuor duntaxat sociis reversi sunt, reliquis fame, & navigationis labore confectis, ut tangit Acosta *dict. lib.* 3. *cap.* 10. qui se hujus expeditionis notabilem relationem legisse testatur, & eam nuper scriptis suis latiùs inseruit dict. Doctor. Suarez de Figueroa *in vita Marchion. de Cañete, lib.* 3. *in princip.* Deinde verò anno 1579. cùm Franciscus Drachus, hoc fretum emensus, in has Peruanas oras, ut diximus, delatus esset, Excellentissimus ille, & numquam pro meritis laudatus Prorex Dominus Don Franciscus de Toledo, cupiens eumdem Pyratam punire, & in posterum ejusdem freti transitum allis intercludere, ad illud recognoscendum, & si possibile esset, muniendum, insignem alium ducem nomine *Petrum Sarmiento*, & nauclerum nomine *Ferdinandum Lamerum* cum duabus aliis præsidiariis navibus, & ducentis hominibus misit. E quibus Sarmientus, & suæ navis socii, licèt variis tempestatibus agitati, ita perstiterunt, ut tamdem fretum invenerint, & omnes ejus sinus, canales, & insulas annotantes, ad mare *Atlanticum*, sive *del Norte*, & per illud in Hispaniam delati fuerint. Cujus navigationis mirabilem historiam recenset Acosta *dict. lib.* 3. *cap.* 11. & longè plenius, & luculentiùs Argensola omninò legendus *in histor. Moluccarum, lib.* 2. & 3. *ex pagin.* 109. *usque ad pag.* 137. Cabrer. *dict. lib.* 12. *cap.* 23. Martinez *dict. repert. Mexican. fol.* 271. Et alia de eodem freto, & ejus signis adducens, historia Americæ 2. *tom. part.* 8. & 9. ubi extant relationes Anglorum, qui hoc iter fecerunt: Anton. de Herrera *in dict. description. Ind. cap.* 23.

45 † ubi addit, anno 1582. suasionibus Petri Sarmienti missam fuisse ex Hispania aliam classem satis instructam, Duce Didaco Flores de Valdes, ut in dicti freti ostio ad mare *del Norte* arces aliquas conderet, & muniret; quod tamen, licèt ab eo tentatum fuerit, ob nimiam illius regionis frigiditatem & intemperiem durare non potuit.

46 Sunt etiam † qui putent, multis & satis philosophicis argumentationibus ducti, quemadmodum Oceani Borealis ad Australe, versus Polum Antarcticum, repertus est aditus per dictum Magallanicum fretum, ita necessario alium quoque aditum, & urriusque maris communicationem ad Polum Arcticum reperiendam, cum hic nobilior sit, & recto naturæ ordini convenire videatur, ut ei non negetur, quod in altero reperitur. Atque hoc quidem fretum in regione Floridæ jacere conjectabatur Præfectus Petrus Melendez vir rei militaris, & nauticæ peritissimus apud Acostam

dict. lib. 3. *cap.* 12. & eo non relato, Idem tradit Herrera *d. decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 12. & novissimè Licent. Anton. de Robles Cornejo *in suo examine herbarum simp. med. lib.* 5. *cap.* 21. Nimirum, quia regio illa ita latè protenditur, ut usquè adhuc quò ultimi ejus fines pertingant, penitùs ignoretur, & quidam ad mare Germanicum, alii ad extremos Europæ fines pervenire contendant. Et ut idem Acosta testatur, hujus freti aliqualem notitiam habuisse videtur insignis ille Pyrata Franciscus Drac, de quo *suprà* loquuti sumus, & quod plus est, alii per illud Thomam Candisch in hoc mare *del Sur* delatum existimarunt.

Sed cùm Floridæ fretum, si quod est, nondum cognitum fuerit, & Magallanicum adeò sit remotum, & ingentibus difficultatibus plenum, † nul- 47
la commodior via à nostris hucusque reperta est, qua ex uno Oceano in alium transire, & navale commercium in his Occidentalibus Indiis, præsertim Peruanis, exercere possint, quam si onerariæ naves in Portubello maris *del Norte* ad Panamaticum saltum exonerentur, & merces terrestri itinere transferantur ad contrariam oram maris *Australis*, sive *del Sur*, atque ibi alia classe susceptæ, quo libitum fuerit, dirigantur. Ibi † namque utrumque mare tenui Isthmo secer- 48
nitur, qui septem duntaxat leucis recta, & diametrali linea ducta, distare comperitur, licèt propter itineris vortices, gyros, & anfractus, octodecim communiter dimetiantur, quarum tamen tredecim, vel duodecim per fluvium *Chagre* dictum, biremibus, & scaphis aut orariis navigulis, qui volunt, ascendere possunt, ut diximus *suprà cap.* 6. *num.* 36. & 37. & latiùs tradit Acosta *dict. lib.* 3. *cap.* 10. Herrera *in dict. descript. Ind. cap.* 1. *pag.* 2. & *cap.* 15. *pag.* 40. & *decad.* 4. *lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 20.

Qui etiam † *d. descript. cap.* 13. *pag.* 31. de alio 49
itinere & transitu loquitur, qui est per provinciam dictam de *Honduras* ex portu dicto *de Cavallos* ad Balam dictam *de Fonseca*. Et *decad.* 3. *lib.* 5. *cap.* 12. *pag.* 216. & *decad.* 4. *lib.* 3. *cap.* 2. *pag.* 53. proponit alios angustos terræ tractus, per quos prædicta duo maria fœcilè adiri, imò & canalibus quibusdam labore & industria hominum confectis, mutuò intermisceri & communicari possent, videlicet per dictum flumen *Chagre*, aut per septem illas leucas Panamatici Isthmi, vel per ingentem illam lacunam, quæ jacet in provincia Nicaraguæ, & cum tribus, vel quatuor leucis ab Australi mari originem sumat, posteà in magnum quoddam flumen prolabitur, & in Oceanum *Atlanticum*, sive *del Norte* suas aquas post longum cursum exonerat: Aut per flumen Novæ Hispaniæ *Veræ Crucis* vocatum, usque ad oppidum *Tecoantepec*, per quod incolæ scaphas mercibus plenas ex uno mari ad aliud trajicere solent. Eamdem relationem dictorum locorum, & itinerum facit Joannes Boter. *in relat. universal.* 1. *part. vol.* 2. *lib.* 2. *pag.* 369. & Acosta *dict. cap.* 10. loquens tantùm de illo Panamensi, & qualiter à multis multoties de eo aperiendo, & mare utrumque communicando sermo habitus fuerit; & Fr. Joan. à Ponte *in conven. utriusque Monarch. lib.* 3. *cap.* 33. *pag.* 202.

Sed ipsi † Auctores subjungunt, hoc opus 50
neutiquam tentari debere: Primò, quia per

quamcumque ex *suprà* dictis partibus, & quantumvis magna hominum vi & perseverantia illud aggrediamur, difficile, & penè impossibile esse arbitrantur, durissimos illos, inaccessos, & impenetrabiles montes, ac rupes succindere, quibus Deus utriusque maris impetus dividere, & infringere voluit.

51 In † cujus rei confirmatione considerat Boterus *ubi suprà*, Nicanorem Syriæ Regem potentissimum numquam perficere potuisse fossam, sive canalem, quam ex Caspio mari ad Euxinum designaverat: de qua Plin. *lib. 6. cap. 11.* Nec
52 Romanos † aperire illud breve quinque milliarium spatium, quod inter Ægæum & Jonium mare ad Peloponnesum, nunc vulgò *Morea*, reperitur, & efficit, ut naves longo & ancipiti ambitu, juxta illam peninsulam circumagantur. In quo opere post Demetrium Poliorcetem, plurimum laboravit Dictator Cajus Cæsar, & omnium maximè Domitius Nero, ut prodit Plin. *lib. 4. c. 4.* Strabo *lib. 1.* & Sueton. *in ejus vita, cap. 19.* Ubi
53 † inquiunt, quòd hunc Isthmum perfodere tentans, Prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est, tubaque signo dato, primus rastello humum effodit, & corbulæ congestam humeris extulit. Sed ejus conatus tamquam imperfectos, & numquam ad optatum finem perventuros, meritò irrisit Apollonius Tyanæus *apud Philostrat. in ejus vita, lib. 4. cap. 8. & lib. 5. cap. 2.* & Lucianus *in Dialogo Nero, sive de fossione Isthmi, fol. mihi* 338. ubi alia similia opera ab aliis frustrà tentata commemorat. Et
54 † hinc adagium originem sumpsit, quo *Isthmum perfodere* dicebantur, qui magno quidem conatu, sed irrito, aliquid molirentur; de quo agit Erasm. *pag.* 1064. & Cœl. Rhodigin. *lib. 21. lect. antiq. cap. 19.*

55 Xerxes † quoque Persarum Rex, non magis felici successu, pontem navium facere tentavit, quò Asiam Europæ conjungeret; ut post D. Isidor. & alios Græcos Scriptores recenset Joan. Fungerus *in Etymol. verb. Athos.* Et Athon montem absque ullo fructu, solâ jactantiæ gratiâ, & potentiæ ostentandi cupidus, à suis copiis sub verberibus effodi jussit, per vices aliis succedentibus, adjuvantibus etiam in effodiendo accolis, uti latius commemorat Herod. *lib. 7.* Brison. *de Regno Persar. lib. 3. pag.* 335. & Baptist. Fulgos. *lib. 9. memorab. cap. 5. de superb. fol.* 326.

56 Herodot. † etiam *lib. 2.* relatus à Petro Opmeero *in Chronograph. pag.* 98. & Maluend. *de Paradiso, cap.* 35. *pag.* 98. narrat, Nechaum, seu Nichepsum Ægypti Regem fossam ex Nilo ad Rubrum mare fodere cœpisse, in qua centum viginti millia Ægyptiorum re infectâ perierunt. Et idem scribit Paul. Jovius *lib. 36. histor.* ubi subjungit, in medio ejus opere Nechaum destitisse, territum Oraculo cum id Barbaro præmunire. Et alia similia exempla congerit Theatr. vitæ humanæ *vol. 10. lib. 2. pag.* 2400. *& seqq.*

Secundò: Acosta & Boterus prædictum opus eâ consideratione dissuadere conantur, quòd licèt fossarum, aut canalium constructio non ita difficilis esset, homines tamen ab ausu tam arduæ, & periculosæ rei, meritò; tùm pietas, honestasque, tum imprudentis pœnæ metus avo-
57 care † deberet, ut quibus probrosum omninò, & piaculare futurum esset, si opera, quæ Deus inexhaustâ suâ sapientiâ, & infinitâ providentiâ in creando mundo, ita condita & constituta, voluit, eadem nos temerario & nefando molimine, destruere, evertere, & in Creatoris contumeliam emendare satageremus.

Pro qua ratione exornanda, † ego illud, quod 58
vulgò circumfertur de Alphonso X. Castellæ & Legionis Rege perpendo, qui Regni privatione, & aliis suppliciis à Deo punitus dicitur, quòd inanis suæ sapientiæ persuasione inflatus, Divina opera notare, & emendare ausus fuerit, & cum Momo illo Lucianico asserere, se, si à creationis exordio Divinæ menti affuisset, de multis rectiùs creandis admoniturum fuisse, ut refert Roderic. Sanct. *part. 4. cap. 4. & 5.* Thom. Boz. *de ruinis gent. lib. 7. cap. 4. pag.* 636. Theatr. vitæ humanæ *vol. 17. lib. 7. pag.* 3196. & Mariana *de rebus Hispan. lib. 14. cap. 4. pag.* 685. licèt hoc falsò piissimo illi Regi à calumniatoribus ejus seculi impictum, satis doctè probet novissimus D. Joann. Briz Martin. *in histor. S. Joan. de la Peña, lib. 5. cap. 27.*

Adduco etiam † aliam mirabilem historiam, 59
quæ habetur apud Herod. *lib. 1.* Pausan. *in Corinth.* & Erasm. *d. adagio*, dum narrant, Gnidios Isthmum quà angustissimo spatio, nempe quinque stadiorum, spectabat continentem, perfodere adortos, quo insulam facerent; cæterùm ictos scopulos in fodientium oculos resiliisse. Deinde Delphicum Apollinem ab eis consultum, trimetris respondisse:

Neque cingite Isthmum mœnibus, neque fodite,
Nam si Jovi id visum, locasset in salo.

Æmil. etiam *lib. 2.* & Aimoin. *lib. 4. cap.* 84. *rerum Franc.* & Aventin. *lib. 4. annal. Bojor.* tradunt, quod † cùm Carolus Magnus fossam ex 60
Rheno in Ararim, & subsequentes fluvios facere tentasset, ut sic ex Mediterraneo navigari posset, & commercia rerum in promiscuo forent; & jam opus processisset ad trium millium passuum longitudinem, trecentorum latitudinem, quò longius tendebatur, eò magis velut palustri limo in se residente, quidquid interdiu egerebatur, noctu humo relabente subsidebat, noctibusque audiebantur voces mugientium, & lascivientium, confusi strepitus circum superiorem fossam, quo quasi miraculo pavefacti operæ ac curatores, id religiosum rati, tandem pervicêre, ut Rex à conatu desisteret. Atque ita facies rerum naturæ, quam mutare Francus statuerat, ut ab ævo fuerat, permansit.

Tertio considerant, quod † si supradictum 61
opus perficeretur, universa illa regio absque dubio aquis submergenda esset, cùm unus Oceanus altero multo pressior, & humilior decumbat, quam ob causam † dicunt Sesostris primum tempore, & 62
posteà sub Turcarum imperio, cœptam maris Rubri in Nilum deductionem intermissam fuisse, quia excelsius tribus cubitis Rubrum mare, quam terra Ægypti compertum erat, ut scribit Herodot. *d. lib. 2.* Plinius *lib. 6. cap. 20.* D. Basil. *homil. 4. in Hexam.* D. Ambros. *ibidem lib. 3. cap. 2.* Procop. *in 1. Genes.* S. Thom. *1. part. quæst. 69. artic. 1. ad 2.* Acosta *d. cap. 10.* Maluend. *de Antichrist. lib. 5. cap. 7. & de Paradiso, cap. 35.*

pag. 98. licèt contradicere videatur Strabo *lib. 17. de situ Orbis.*

Et addere potuerunt exemplum aliquotum
63 Romanorum Imperatorum, † qui Europam, quæ peninsulam facit, in insulam prorsus hominum industriâ redigere voluerunt, verum id fuit prætermissum, quòd Oceano aditus aperiebatur ad Orbem illum nimiis inundationibus affligendum, ut tradit Simon Majolus *colloq. 14. ad finem, pagin. mihi* 350.

64 Etenim licèt † aliquorum sententia fuerit, mare nec quidem in prono ultrà litus excurrere posse, nisi ita imperet Deus, ut colligitur ex verbis Ierem. *cap. 5. vers. 22.* Job. *cap. 38. vers. 10. & 11. Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi: Usque huc venies, & non procedes amplius, atque hinc infringes tumentes fluctus tuos.* Solini *cap. 27.* ubi de Hesperidum hortis agens, inquit; illud in eis mirum videri, *quòd solum inferiore licèt libra depressius, numquam tamen accessus freti superlabitur, sed obstacula naturalis repaguli in ipsis marginibus habet unda, & intimis orarum superellis sponte fluctui in gyrum resistunt. Ita spectando loci ingenio nimirum planities manet sicca, quamvis prona si perveniant æquora.* Et D. Basilii *in Hexam. hom. 4.* qui piè non Naturæ, sed Dei jussui id tribuens, scribit: *Furiosum sæpè ex ventis mare, & in maximam altitudinem per undas exurgens, ubi litoris tantum contingerit, impetu in spumam desoluto, retrocedit, debilissima re arena, id quod violentia intolerabile est, frænatur. Alioqui quid prohiberet Rubrum mare omnem Ægyptum cæoiorem, ac depressiorem ipso existentem invadere, & cum Ægypto pelago conjungi, si non præcipio conditoris ligatum esset, &c.*

Hoc tamen ita accipiendum est, ne maria, in suo naturali alveo relicta, litora prætergredian-
65 tur; † at si aliud mare alli pronum sit, & interjacentis Isthmi impedimentum auferatur, dubio procul in illud influet, nec redibit, ut perspicuè docet Seneca *lib. 4. nat. quæst. cap. 2. Pontus*, inquiens, *in inferum mare assiduè fluit rapidus, non ut cætera maria alternatis ultrò citroque æstibus in unam partem semper prouus, & torrens*: Et idem recolit Majol. *colloq. 10. pag.* 274. Hinc aliud memorandum miraculum animadvertens cum eodem
66 Seneca *lib. 3. cap. 5.* Ut † adeò verum sit, mare nullis unquam aquis crescere, ut neque alio mari illuente possit augeri. Et est videndus eruditissimus Pat. Joan. Pineda *in Commentar. in Job c. 26. versic. 10. & d. c. 38. vers. 10. & 11.* ubi eleganter tractat an mare sit inferius, & depressius terrâ &
67 an † miraculo, vel naturali aliquâ ratione contineatur, ne exundet? & idem tractat Pat. Joan. Bapt. Scort. *lib. 2. de nat. & increm. Nili, c. 11.* resolvens mare numquam esse alterius terra, & ejus superficiem semper esse in æquilibrio, & Augustus Tor. *in annal. sacris, 1. t. 3. die Mundi, n. 4. & 5.*

68 Sed licèt hæc ita considerari possint: Ego † tamen hanc utriusque Oceani communicationem ut rem universo Orbi, & præcipuè Hispanis utilissimam absque ulla hæsitatione Potentissimis Regibus nostris consulerem, si id alicujus ex prædictis locis qualitas & conditio, licèt difficulter, fieri pateretur. Nihil est enim, quod non labori & industriæ hominum cedat. Neque † usquam 69
Deum offensum iri putarem, si ingenio, & arte, quam illis beneficentissima sua pietate concessit, naturalem cursum, & statum aliquarum rerum aut locorum aliquando & aliquatenus mutent, & eorumdem necessitate, aut utilitate suadente, montes, flumina, & maria ipsa suis usibus aptare conentur. Sic † enim videmus inchoatam illam à 70
Sesostri ex Rubro mari ad Nilum fossam, & navigationem, postèa ab aliis ejus successoribus annis timoribus derelictam tamdem à Ptolemaicis Regibus perfectam, fuisse, quæ latitudinem habebat cubitorum centum, profundum quantum navigio satis esset decem millia ferenti. Et hunc Euripum clausum fecisse, ut cum vellent, in exterius mare navigarent; ac rursum sine periculo revertererentur, ut tradit Diodor. *lib. 1. cap. 3.* Strab. *d. lib. 17.* & Plutarch. *in Antonio*, ubi ait, Cleopatram † ab Augusto victam, per hunc locum rese- 71
ratam fossa transferre classem instituisse in Arabicum sinum, & cum auro & argento, & magna suorum manu in ignotas sedes commigrare, fugiens bellum, ac servitutem.

Nerone † etiam I. I. & Valerio Mesala Con- 72
sulibus, Lucius Verus, quem exercitui præfecerant, in Gallia ex Mossella navigabilem alveum perducêre in Ararim aggressus est, ut sic ex Rhodano per Ararim, fossam, Mosellam in Rhenum ad Oceanum posset navigari, & perfecisset, nisi ab hoc tam utili conatu eum deterruisset Julius Gracilis Belgicæ Legatus, ut recolit Pined. Franciscanus *in Monarch. Ecclesiast. 2. part. lib. 11. cap. 4. §. 4. pag. 96. & lib. 18. c. 11. §. 3.* ubi agit de Carolo Magno idem opus tentante, & Petrus Opmeer. *in opere Chronograph. pag.* 223.

Herculem † quoque Gaditanum fretum, quo 73
Africa ab Hispania dividitur, claudere olim voluisse tradit Diodor. Sicul. *lib. 4. cap. 3.* Marian. *lib. 1. histor. Hispan. c. 2.* & Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utriusque Monarch. lib. 3. c. 25. §. 4. pag.* 165. nimirum † quia eo tempore angustissi- 74
mum erat, ut constat ex Plin. *in præfat. lib 3.* Solin. *cap. 36.* imò & olim fuisse terram continuatam tradit Eratosthnes apud Strab. *lib. 1. de situ Orbis ad medium*: Senec. *lib. 6. natur. quæst. cap. 29.* Pompon. Mel. *lib. 1. cap. 5.* & Puent. *ubi suprà §. 3.*

Alia † simillia ejusdem Herculis opera, quibus 75
Charybdis, & Scyllæ nocivos scopulos sustulit, Acheloum fluvium in alium cursum divertit, Nilum altissimis aggeribus ductis compressit, & Tempe, & Thessaliæ stagnantes regiones, apertis ingentibus fossis, utiles & fertiles reddidit, latè scribunt & laudant Diodor. *lib. 1. c. 2. & d. lib. 4. cap. 2.* Sabellic. *lib. 6. Ænead.* Cœl. Rhodigin. *lib. 7. antiq. lect. c. 20.* Natal. Comes *lib. 8. Mythol. c. 12.* & † plurima congerens de hujusmodi 76
Isthmis perfossis, & aliis mirabilibus operibus hominum opera, industria, & labore confectis, Theat. vitæ humanæ omninò videndum *vol. 10. lib. 2. per totum*: Simon. Majol. *1. tom. colloq. 15. & 23.* Cœl. Rhodigin. *d. lib. 21. c. 19.* Ravis. Textor. *in officina, 2. tom. ex pag.* 222. & Maluend. *lib. 5. de Antichrist. cap. 17. & lib. 6. cap. 13.* ubi inter alia de insigni opere † illarum portarum agunt, quas *Caucasias* sive *Caspias* dicunt, & Tar- 77
taros à Georgianis, & aliis nationibus dividunt, de

qui-

quibus etiam plura tradit Plin. *lib. 6. c. 11. & 14.* D. Hieronym. *in epist. ad Ocean. de epitaph. Fabiolæ tom. 1.* Jornandes *in lib. de gestis Goth.* Marc. Paul. *lib. 1. cap. 5.* Paul. Jovius *lib. 17. histor. c. 5.* & Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utr. Mynarch. lib. 2. c. 18. pag. 205.*

78 Et † de cloacis urbis Romæ, quas Plin. *lib. 36. c. 15. operum omnium maximum* vocat, suffossis montibus, atque urbe pensili, subterque navigata; & Casiodor. *lib. 3. var. epistol. 30.* stuporem visentium, cum possint aliarum civitatum miracula superare, de quarum etiam laude & admiratione multa scribit Tit. Liv. *lib. 1. & 5.* Eutrop. *lib. 1.* Alexand. ab Alex. *lib. 3. Genial. c. 14. pagin. 366.* & Just. Lips. *de admir. mag. urbis Romæ, lib. 3. cap. 12.*

Neque † potest silencio involvi ingentis, & 79 pene incredibilis fabrica illius muri, quem Sinæ fecerunt, ut Regnum suum à Tartarorum invasionibus tutarentur; durat enim adhuc per quingentas leucas extensus, ut ex variis Auctoribus, qui de rebus Sinarum scripserunt, recolit Majol. *d. colloq. 23. pag. 515.* & post eum P. Nicolaus Trigantius *de Christ. in Sinas expeditione lib. 1. c. 2. in fin. & lib. 5. cap. 13. in princip.* & longè melius testis oculatus Ferdin. Mendez Pinto *in suis mirab. peregrinat. cap. 95.* ubi leucas longitudinis muri 350. esse dicit, altitudinem sex ulnarum, latitudinem quadraginta palmorum, & in eo construendo, & munibus ac rapibus, quæ se offerebant: cum illo conjungendis & complanandis, viginti quinque continuis annis, septingenta, & quinquaginta hominum millia indesinenter laborasse.

80 Clarissimum † quoque Lusitaniæ Ducem Alphonsum Alburquecium animo concepisse operâ Abysinorum uti, & Nili fluenta novo & breviori alveo in Arabicum sinum avertere, ut sic totam Ægyptum Turcis Christianæ nostræ Fidei hostibus prorsus infructuosam redderet, & fame, sitique extingueret, apertè scribit, & vel solum conatum multis laudibus extolit Maffæi, *lib. 5. histor. Ind.* Maluend. *de Antichrist. lib. 2. cap. 5. pag. 70. & de Paradiso cap. 35.* ubi addit ex Laurent. Anania *in fabric. mundi tract. 3.* Turcarum,

81 Sultanum † Abysinis peregrinis religionis ergo in Terram Sanctam venientibus leviora tributa, quàm aliis Christianis imperare, quod in eorum potestate sit, Nilum in Rubrum mare derivare, atque ita ne in Ægyptum descendat efficere.

Sed finiamus hoc caput † adjecto Isaiæ Pro-
82 phetæ loco *cap. 4. vers. 4.* ubi similia opera non solùm non damnat, sed potius homines ad ea facienda cohortatur, sic inquiens: *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas,* quasi diceret, juxta paraphrasim Caspar. Sanctii ibidem Injecto aggere, & congesta humo attollatur vallium depressa profunditas, & contra dejectis scopulorum fastigiis, demitantur colles. Et quod anfractuosum est, dirigatur ad regulam, quod verò clivosum & inæquale, in planitiem æquetur, ut fecisse dicitur Annibal, dum obstantes Alpium rupes aperuit, & Vespasianus, cum castra moverent contra Jerusalem: de quo Joseph.

83 *lib. 3. de bello Judaico. c. 5.* Eadem quoque † licentia, sed culpabili tamen superbia usus est Cyrus Persarum Rex, ut post alios refert Baptist. Fulgos. *lib. 9. memorab. c. 5. de superbia, fol. 326.* Nam cùm ad Babylonicam expeditionem proficisceretur, fluvium Gangem immensæ magnitudinis rapidumque, in trecentos ac sexaginta parvos alveos divisit, quod in eo eques Persa unà cum equo absorptus esset. Superbæ rei insolens quoque verbum addens, affirmans se ita diminuturum amnem, qui equiti suo se pervium facere noluerat, ut etiam prægnans fœmina pedibus sine labore eum trajectura esset.

CAPUT IX.

De origine gentium in Novi Orbis Regionibus repertarum, & quomodo ad eas transire potuerint.

SUMMARIUM.

1 *Hominis primi de ortu, & creatione variè Philosophi sentiebant.*
2 *Homines omnes ad Adamo originem ducunt.*
3 Cap. 17. Act. Apost. *exponitur, & illustratur.*
4 *Adam fuit auctor totius generis humani.*
5 *Adam idem significat Hebraicè, quod Latinè homo, & cur ita vocatus.*
6 *Adami ad formationem Deus terram ex quatuor mundi partibus sumpsisse dicitur, & quare.*
7 *Adami inter filios, & descendentes qualiter Orbis dividi cœperit.*
8 *Noe post diluvium constitutus fuit à Deo veluti parens cæterorum hominum, & qualiter illis provincias diviserit.*
9 *Homines qualiter sub Noe, & post confusionem linguarum diviti fuerint.*
10 *Plato quo tempu dixerit Deos singulatim Orbis regiones sortitos fuisse.*
11 *Noe à veteribus sub Jani nomine celebratur, & quare etiam* Consuvius, & Chaos mundi *dicerentur.*
12 *Noe velut mundi heres à Deo constitutus, qualiter Orbem inter filios diviserit.*
13 *Adami ossa in Arca servavit Noe, & qualiter illa inter filios cum Orbe diviserit.*
14 *Noe posteri tolum tres antiquas Orbis partes diviserè & habitasse leguntur.*
15 *Indi in Novo Orbe reperti, unde originem ducant, difficilis quæstio, & num. 19.*
16 *Japhetì filios insularum incolas fuisse, quo tempu in sacra Scriptura dicatur.*
17 *Diluvium universale Noe, etiam Indos Novi Orbis, ei tunc aliqui erant, delevit.*
18 *Diluvii generalis aliquam notitiam Indi Occidentales habuisse videntur.*
19 *Difficilis quæstio de origine Indorum.*
20 *Divus Augustin. putavit Australes Regiones non habitari, & quare.*
21 *Indi nil niri somnia, & merat fabulas narrant de sua origine, & propagatione, & earum plures breviter referuntur.*
22 *Romani, & alii credidèrunt à Deucalione lapides in homines versos.*
23 *Æginetæ putabant se ex formicis homines factos.*
24 *Coribantes ac Curetes ex monte Ida prodisse fabulantur.*
25 *Athenienses se terrigenas esse jactabant, & eas Cicadas capillis intexerent.*
26 *Cicadæ semper manent in loco ubi natæ sunt, & de adagio* Cicadis operti, *quid significet.*
27 *Terrigenas se esse plures nationes gloriabantur.*
28 Terræ filius *dictus fuit Saturnus, & quare. Et de usu, & significatione adagii,* Terræ filius.
29 *Spurii cur dicantur* Terræ filii, Gigantum fratres, & Favonii.
30 §. Si adversus, institut. de nupt. *illustratur.*
31 *Indi Occidentales nullas literas habuerunt, & quibus modis, & nullis historias suas conservarent, & annos computarent.*
32 *Indorum omnium historiæ antiquæ parum fidei habere possunt.*
33 *Antiqua semper sunt obscura, & leviores probationes exigunt.*
34 *Græci, pueri dicti fuerunt, quia res antiquas ignorabant.*
35 *Indos suæ propagationis initia ignorare mirum non est, & quare.*
36 *Batnecorum Hispaniæ notabilis historia.*
37 *Indos Occidentales ex terra primùm, vel putri aliqua materia formatos, aliqui erroneè putaruut.*
38 *Animalia imperfecta & insecta benè possunt generari ex putrefactione.*
39 *Mures in Ægypto qualiter generentur.*
40 *Animalia perfecta, & præsertim homo non possunt nasci, niti ex semine parentum.*
41 *Arnaldi de Villanova* heretica opinio, *qui hominem dixit, & tentavit fieri posse per artem Alchimiæ, & magiam naturalem.*
42 *Homo non potest generari per magiam dæmoniacam, neque ex coitu cum aliquo bruto animali: & historiæ, quæ contrarium produnt qualiter accipiendæ, remissivè.*
43 *Peguviani, & Sianitæ dicuntur à cane quodam cum muliere rem habente, originem ducere.*
44 *Indos procedere ab iis, qui data opera, vel fortuito ad regiones Novi Orbis olim navigarunt multi opinantur, qui rejiciuntur, num. 48.*
45 *Navigationes antiquorum longissimæ, remissivè.*
46 *Hispani Maurorum invasionem per mare fugientes tempore Regis Roderici ad provincias Novæ Hispaniæ appulisse dicuntur, ubi cruces postea repertæ sunt.*
47 *Insula septem urbium dicitur reperta, & habitata à septem Episcopis, & Hispanis Maurorum cladem fugientibus.*
48 *Animalibus perfectis non minus quàm hominibus via in Novum Orbem quærenda est, quia etiam diluvio perierunt.*
49 *Animalia domestica, & fera qualiter post diluvium ad insulas longinquas transierint, anceps est quæstio, & num. 50. seq.*
50 *Animantia omnia qualiter adducta fuerint coram Adam, ut eis nomina imponeret, & coram Noe, ut ea in arcam includeret.*
51 *Animalia durante statu innocentiæ linguam Hebræam quodammodo intellexisse; imò & locuta fuisse, quidam fabulantur.*
52 *Animalia post diluvium in insulis denuò creata fuisse opinantur D. Augustinus, quod rejicitur.*
53 *Genesis locus* cap. 1. vers. 24. *de productione animalium exponitur.*
54 *Indos Novi Orbis quidam tradunt procedere à Phœnicibus, & Carthaginensibus, vel à Romanis, & aliis nationibus,* remissivè.
55 *Indi Novi Orbis secundùm plures, procedunt ex incolis insulæ Atlanticæ, quod rejicitur, licèt valdè probetur à Justo Lipsio.*
56 *Indi Occidentales à tubali, & Hispaniæ originem ducunt,* secundùm Maluend.
57 *Tubal filius Japhet, & nepos Noe omnium primus in Hispaniam venit.*
58 *Indos Occidentales ab Hespero XII. Hispaniæ Rege, & Hispanis ab eo missis originem trahere putat Ovetur, & alii.*
59 *Hispaniæ Coronæ jure postliminii unitas fuisse Indiarum regiones olim ab Hespero ejus Rege possessas.*
60 Hesperus *quo tempore in Hispania regnavit.*
61 Hesperides *insulæ propriè & verè sunt illæ, quas vocamus de Barlovento, licèt aliqui eas confundant cum Gorgadis, aut Fortunatis.*
62 Hesperus *nomen dedit insulis Hesperidis, & Hesperiæ, & horris Hyperidum, & Hespero stellæ, & de his aliqua* remissivè.
63 *Dionisii Alex. elegans locus de insulis Hesperidis ab Hispanis jam olim habitatis expenditur.*
64 *Hispani olim* Hiberi *dicebantur.*
65 *Hesperides insulas à Floridentibus primum coli cœptas opinatur Herrera.*
66 *Indos Novi Orbis à Judæis à Salmanasare captis procedere, multi arbitrantur, & quare, & num. 70. & reprobatur,* num. 71.
67 *Esdræ locus exponitur.*
68 *Indorum mores, & proprietates, & in quibus Judæis similes sint.*
69 *Judæi decem tribuum capti à Salmanasare, ubi hodie constitant, & cur clausi dicuntur, & alia de eis.*
70 *Judæi decem Tribuum non videntur in Americam pervenire potuisse, & quare.*
71 *Esdræ liber quartus ab Ecclesia non est receptus, licèt non sit reprobatus.*
72 *Licentiatus Petrus Ruiz Bejaranus Regius Senator in Argentina Cancellaria laudatur.*
74 *Indi Novi Orbis an procedant ab Isaachar quinto filio Jacob.*
75 *Isaachar, & ejus posteris, quæ pater Jacob prædixit, Indis omnino convenire videntur.*
76 *Isaachar Tribus terram optimam Chananeæ possedit, & asinum pro insigni sui vexilli portavit.*

REjectis, variantibus Philosophorum Ethnicorum sententiis, qui de primo Hominis † ortu vanas juxta ac prolixas disputationes 1 habuerunt, de quibus plura tradit Plutarc. *lib. 5. de plac. Philosoph. c. 18.* Lucret. *lib. 2. & 5. de natur. rerum:* Ovid. *lib. 1. Metamorphos.* Censorin. *de die Natali capit. 2. & 3.* Lanctant. *lib. 2. Divin. Instit. c. 12. & lib. 7. c. 7.* & Just. Lips. omninò videndus *in Physiolog. Stultorum, lib. 3. c. 4.* Apud nos quidem, qui Catholicam Fidem agnoscimus, ut certissimum, ita & vulgarissimum est, omne † mortalium genus, per quas 2 cumque Orbis partes diffusum existat, ex primi illius parentis nostri Adami semine propagarum, quem Deus de terræ lino formavit, ut totius Orbis terrarum pater existeret, & eorum omnium, quæ erant super terram, potestatem acciperet. Hoc expressè colligitur ex Genes. *c. 2.* Sapient. *c. 10.* Ecclesiastici *c. 17.* & D. August. *lib. 16. de Civit. Dei c. 8. in fin.* ubi concludit, ea quæ de monstrosis gentibus à nonnullis Auctoribus proferuntur, omninò nulla esse: *Aut si sunt, homines non sunt, aut ex Adam sunt, si homines sunt.* Et idem apertiùs probatur † *ex c. 17. Act.* 3 *Apostol. vers. 26.* ubi sic habetur: *Fecit Deus ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terræ, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum.* Quem locum, etsi Arias Montanus de Noë, & temporibus post diluvium acceperit, verius tamen est, multò magis Adamo convenire, † qui propriè fuit auctor om 4 nium hominum generis, ut ibi Glossa Interlinealis, Lyran. & alii senserunt, & sequitur Joan. Lorin. *pag. 669.* Et ea propter † nullo proprio, 5 sed speciei duntaxat nomine fuit appellatus, cum idem sit Latinè *Homo*, quod Hebraicè *Adam*; siquidem omnes, ab eo descendentes, homines nuncupantur; ut benè considerat D. Epiphanius *initio Panarii*; Pined. *super Job. c. 40. versic. 9.* & August. Torniell. *in Annal. sacr. 1. tom. die 6. Mundi, n. 6. in fine.*

Quibus addo † notabilem illam doctrinam 6 D. Cypriani *in lib. de monte Sion & Sina contra Jud.* & August. *tract. 9. in Joan. quæst. 10.* qui tradunt, Deum ad creationem Adam ex quatuor cardinibus Orbis terrarum limum pugno comprehendisse, sicut scriptum videtur apud Isai. *c. 40. vers. 12.* secundùm Septuaginta: *Pal-*

ma-

quibus etiam plura tradit Plin. *lib. 6. c. 11. & 14.* D. Hieronym. *in epist. ad Ocean. de epitaph. Fabiolæ tom. 1.* Jornandes *in lib. de gestis Goth.* Marc. Paul. *lib. 1. cap. 5.* Paul. Jovius *lib. 17. histor. c. 5.* & Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utr. Mynarch. lib. 2. c. 18. pag. 205.*

78 Et † de cloacis urbis Romæ, quas Plin. *lib. 36. c. 15. operum omnium maximum* vocat, suffossis montibus, atque urbe pensili, subterque navigata; & Casiodor. *lib. 3. var. epistol. 30.* stuporem visentium, cum possint aliarum civitatum miracula superare, de quarum etiam laude & admiratione multa scribit Tit. Liv. *lib. 1. & 5.* Eutrop. *lib. 1.* Alexand. ab Alex. *lib. 3. Genial. c. 14. pagin. 366.* & Just. Lips. *de admir. mag. urbis Romæ, lib. 3. cap. 12.*

Neque † potest silencio involvi ingentis, & 79 pene incredibilis fabrica illius muri, quem Sinæ fecerunt, ut Regnum suum à Tartarorum invasionibus tutarentur; durat enim adhuc per quingentas leucas extensus, ut ex variis Auctoribus, qui de rebus Sinarum scripserunt, recolit Majol. *d. colloq. 23. pag. 515.* & post eum P. Nicolaus Trigantius *de Christ. in Sinas expeditione lib. 1. c. 2. in fin. & lib. 5. cap. 13. in princip.* & longè melius testis oculatus Ferdin. Mendez Pinto *in suis mirab. peregrinat. cap. 95.* ubi leucas longitudinis muri 350. esse dicit, altitudinem sex ulnarum, latitudinem quadraginta palmorum, & in eo construendo, & munibus ac rapibus, quæ se offerebant: cum illo conjungendis & complanandis, viginti quinque continuis annis, septingenta, & quinquaginta hominum millia indesinenter laborasse.

80 Clarissimum † quoque Lusitaniæ Ducem Alphonsum Alburquecium animo concepisse operâ Abysinorum uti, & Nili fluenta novo & breviori alveo in Arabicum sinum avertere, ut sic totam Ægyptum Turcis Christianæ nostræ Fidei hostibus prorsus infructuosam redderet, & fame, sitique extingueret, apertè scribit, & vel solum conatum multis laudibus extolit Maffæi, *lib. 5. histor. Ind.* Maluend. *de Antichrist. lib. 2. cap. 5. pag. 70. & de Paradiso cap. 35.* ubi addit ex Laurent. Anania *in fabric. mundi tract. 3.* Turcarum,

81 Sultanum † Abysinis peregrinis religionis ergo in Terram Sanctam venientibus leviora tributa, quàm aliis Christianis imperare, quod in eorum potestate sit, Nilum in Rubrum mare derivare, atque ita ne in Ægyptum descendat efficere.

Sed finiamus hoc caput † adjecto Isaiæ Pro-
82 phetæ loco *cap. 4. vers. 4.* ubi similia opera non solùm non damnat, sed potius homines ad ea facienda cohortatur, sic inquiens: *Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas,* quasi diceret, juxta paraphrasim Caspar. Sanctii ibidem Injecto aggere, & congesta humo attollatur vallium depressa profunditas, & contra dejectis scopulorum fastigiis, demitantur colles. Et quod anfractuosum est, dirigatur ad regulam, quod verò clivosum & inæquale, in planitiem æquetur, ut fecisse dicitur Annibal, dum obstantes Alpium rupes aperuit, & Vespasianus, cum castra moverent contra Jerusalem: de quo Joseph.

83 *lib. 3. de bello Judaico. c. 5.* Eadem quoque † licentia, sed culpabili tamen superbia usus est Cyrus Persarum Rex, ut post alios refert Baptist. Fulgos. *lib. 9. memorab. c. 5. de superbia, fol. 326.* Nam cùm ad Babylonicam expeditionem proficisceretur, fluvium Gangem immensæ magnitudinis rapidumque, in trecentos ac sexaginta parvos alveos divisit, quod in eo eques Persa unà cum equo absorptus esset. Superbæ rei insolens quoque verbum addens, affirmans se ita diminuturum amnem, qui equiti suo se pervium facere noluerat, ut etiam prægnans fœmina pedibus sine labore eum trajectura esset.

CAPUT IX.

De origine gentium in Novi Orbis Regionibus repertarum, & quomodo ad eas transire potuerint.

SUMMARIUM.

1 *Hominis primi de ortu, & creatione variè Philosophi sentiebant.*
2 *Homines omnes ad Adamo originem ducunt.*
3 Cap. 17. Act. Apost. *exponitur, & illustratur.*
4 *Adam fuit auctor totius generis humani.*
5 *Adam idem significat Hebraicè, quod Latinè homo, & cur ita vocatus.*
6 *Adami ad formationem Deus terram ex quatuor mundi partibus sumpsisse dicitur, & quare.*
7 *Adami inter filios, & descendentes qualiter Orbis dividi cœperit.*
8 *Noe post diluvium constitutus fuit à Deo veluti parens cæterorum hominum, & qualiter illis provincias diviserit.*
9 *Homines qualiter sub Noe, & post confusionem linguarum diviti fuerint.*
10 *Plato quo tempu dixerit Deos singulatim Orbis regiones sortitos fuisse.*
11 *Noe à veteribus sub Jani nomine celebratur, & quare etiam* Consuvius, & Chaos mundi *dicerentur.*
12 *Noe velut mundi heres à Deo constitutus, qualiter Orbem inter filios diviserit.*
13 *Adami ossa in Arca servavit Noe, & qualiter illa inter filios cum Orbe diviserit.*
14 *Noe posteri tolum tres antiquas Orbis partes diviserè & habitasse leguntur.*
15 *Indi in Novo Orbe reperti, unde originem ducant, difficilis quæstio, & num. 19.*
16 *Japhetì filios insularum incolas fuisse, quo tempu in sacra Scriptura dicatur.*
17 *Diluvium universale Noe, etiam Indos Novi Orbis, ei tunc aliqui erant, delevit.*
18 *Diluvii generalis aliquam notitiam Indi Occidentales habuisse videntur.*
19 *Difficilis quæstio de origine Indorum.*
20 *Divus Augustin. putavit Australes Regiones non habitari, & quare.*
21 *Indi nil niri somnia, & merat fabulas narrant de sua origine, & propagatione, & earum plures breviter referuntur.*
22 *Romani, & alii credidèrunt à Deucalione lapides in homines versos.*
23 *Æginetæ putabant se ex formicis homines factos.*
24 *Coribantes ac Curetes ex monte Ida prodisse fabulantur.*
25 *Athenienses se terrigenas esse jactabant, & eas Cicadas capillis intexerent.*
26 *Cicadæ semper manent in loco ubi natæ sunt, & de adagio* Cicadis operti, *quid significet.*
27 *Terrigenas se esse plures nationes gloriabantur.*
28 Terræ filius *dictus fuit Saturnus, & quare. Et de usu, & significatione adagii,* Terræ filius.
29 *Spurii cur dicantur* Terræ filii, Gigantum fratres, & Favonii.
30 §. Si adversus, institut. de nupt. *illustratur.*
31 *Indi Occidentales nullas literas habuerunt, & quibus modis, & nullis historias suas conservarent, & annos computarent.*
32 *Indorum omnium historiæ antiquæ parum fidei habere possunt.*
33 *Antiqua semper sunt obscura, & leviores probationes exigunt.*
34 *Græci, pueri dicti fuerunt, quia res antiquas ignorabant.*
35 *Indos suæ propagationis initia ignorare mirum non est, & quare.*
36 *Batnecorum Hispaniæ notabilis historia.*
37 *Indos Occidentales ex terra primùm, vel putri aliqua materia formatos, aliqui erroneè putaruut.*
38 *Animalia imperfecta & insecta benè possunt generari ex putrefactione.*
39 *Mures in Ægypto qualiter generentur.*
40 *Animalia perfecta, & præsertim homo non possunt nasci, niti ex semine parentum.*
41 *Arnaldi de Villanova* heretica opinio, *qui hominem dixit, & tentavit fieri posse per artem Alchimiæ, & magiam naturalem.*
42 *Homo non potest generari per magiam dæmoniacam, neque ex coitu cum aliquo bruto animali: & historiæ, quæ contrarium produnt qualiter accipiendæ, remissivè.*
43 *Peguviani, & Sianitæ dicuntur à cane quodam cum muliere rem habente, originem ducere.*
44 *Indos procedere ab iis, qui data opera, vel fortuito ad regiones Novi Orbis olim navigarunt multi opinantur, qui rejiciuntur, num. 48.*
45 *Navigationes antiquorum longissimæ, remissivè.*
46 *Hispani Maurorum invasionem per mare fugientes tempore Regis Roderici ad provincias Novæ Hispaniæ appulisse dicuntur, ubi cruces postea repertæ sunt.*
47 *Insula septem urbium dicitur reperta, & habitata à septem Episcopis, & Hispanis Maurorum cladem fugientibus.*
48 *Animalibus perfectis non minus quàm hominibus via in Novum Orbem quærenda est, quia etiam diluvio perierunt.*
49 *Animalia domestica, & fera qualiter post diluvium ad insulas longinquas transierint, anceps est quæstio, & num. 50. seq.*
50 *Animantia omnia qualiter adducta fuerint coram Adam, ut eis nomina imponeret, & coram Noe, ut ea in arcam includeret.*
51 *Animalia durante statu innocentiæ linguam Hebræam quodammodo intellexisse; imò & locuta fuisse, quidam fabulantur.*
52 *Animalia post diluvium in insulis denuò creata fuisse opinantur D. Augustinus, quod rejicitur.*
53 *Genesis locus* cap. 1. vers. 24. *de productione animalium exponitur.*
54 *Indos Novi Orbis quidam tradunt procedere à Phœnicibus, & Carthaginensibus, vel à Romanis, & aliis nationibus,* remissivè.
55 *Indi Novi Orbis secundùm plures, procedunt ex incolis insulæ Atlanticæ, quod rejicitur, licèt valdè probetur à Justo Lipsio.*
56 *Indi Occidentales à tubali, & Hispaniæ originem ducunt,* secundùm Maluend.
57 *Tubal filius Japhet, & nepos Noe omnium primus in Hispaniam venit.*
58 *Indos Occidentales ab Hespero XII. Hispaniæ Rege, & Hispanis ab eo missis originem trahere putat Ovetur, & alii.*
59 *Hispaniæ Coronæ jure postliminii unitas fuisse Indiarum regiones olim ab Hespero ejus Rege possessas.*
60 Hesperus *quo tempore in Hispania regnavit.*
61 Hesperides *insulæ propriè & verè sunt illæ, quas vocamus de Barlovento, licèt aliqui eas confundant cum Gorgadis, aut Fortunatis.*
62 Hesperus *nomen dedit insulis Hesperidis, & Hesperiæ, & horris Hyperidum, & Hespero stellæ, & de his aliqua* remissivè.
63 *Dionisii Alex. elegans locus de insulis Hesperidis ab Hispanis jam olim habitatis expenditur.*
64 *Hispani olim* Hiberi *dicebantur.*
65 *Hesperides insulas à Floridentibus primum coli cœptas opinatur Herrera.*
66 *Indos Novi Orbis à Judæis à Salmanasare captis procedere, multi arbitrantur, & quare, & num. 70. & reprobatur,* num. 71.
67 *Esdræ locus exponitur.*
68 *Indorum mores, & proprietates, & in quibus Judæis similes sint.*
69 *Judæi decem tribuum capti à Salmanasare, ubi hodie constitant, & cur clausi dicuntur, & alia de eis.*
70 *Judæi decem Tribuum non videntur in Americam pervenire potuisse, & quare.*
71 *Esdræ liber quartus ab Ecclesia non est receptus, licèt non sit reprobatus.*
72 *Licentiatus Petrus Ruiz Bejaranus Regius Senator in Argentina Cancellaria laudatur.*
74 *Indi Novi Orbis an procedant ab Isaachar quinto filio Jacob.*
75 *Isaachar, & ejus posteris, quæ pater Jacob prædixit, Indis omnino convenire videntur.*
76 *Isaachar Tribus terram optimam Chananeæ possedit, & asinum pro insigni sui vexilli portavit.*

REjectis, variantibus Philosophorum Ethnicorum sententiis, qui de primo Hominis † ortu vanas juxta ac prolixas disputationes 1 habuerunt, de quibus plura tradit Plutarc. *lib. 5. de plac. Philosoph. c. 18.* Lucret. *lib. 2. & 5. de natur. rerum:* Ovid. *lib. 1. Metamorphos.* Censorin. *de die Natali capit. 2. & 3.* Lanctant. *lib. 2. Divin. Instit. c. 12. & lib. 7. c. 7.* & Just. Lips. omninò videndus *in Physiolog. Stultorum, lib. 3. c. 4.* Apud nos quidem, qui Catholicam Fidem agnoscimus, ut certissimum, ita & vulgarissimum est, omne † mortalium genus, per quas 2 cumque Orbis partes diffusum existat, ex primi illius parentis nostri Adami semine propagarum, quem Deus de terræ lino formavit, ut totius Orbis terrarum pater existeret, & eorum omnium, quæ erant super terram, potestatem acciperet. Hoc expressè colligitur ex Genes. *c. 2.* Sapient. *c. 10.* Ecclesiastici *c. 17.* & D. August. *lib. 16. de Civit. Dei c. 8. in fin.* ubi concludit, ea quæ de monstrosis gentibus à nonnullis Auctoribus proferuntur, omninò nulla esse: *Aut si sunt, homines non sunt, aut ex Adam sunt, si homines sunt.* Et idem apertiùs probatur † *ex c. 17. Act.* 3 *Apostol. vers. 26.* ubi sic habetur: *Fecit Deus ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terræ, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum.* Quem locum, etsi Arias Montanus de Noë, & temporibus post diluvium acceperit, verius tamen est, multò magis Adamo convenire, † qui propriè fuit auctor om 4 nium hominum generis, ut ibi Glossa Interlinealis, Lyran. & alii senserunt, & sequitur Joan. Lorin. *pag. 669.* Et ea propter † nullo proprio, 5 sed speciei duntaxat nomine fuit appellatus, cum idem sit Latinè *Homo*, quod Hebraicè *Adam*; siquidem omnes, ab eo descendentes, homines nuncupantur; ut benè considerat D. Epiphanius *initio Panarii*; Pined. *super Job. c. 40. versic. 9.* & August. Torniell. *in Annal. sacr. 1. tom. die 6. Mundi, n. 6. in fine.*

Quibus addo † notabilem illam doctrinam 6 D. Cypriani *in lib. de monte Sion & Sina contra Jud.* & August. *tract. 9. in Joan. quæst. 10.* qui tradunt, Deum ad creationem Adam ex quatuor cardinibus Orbis terrarum limum pugno comprehendisse, sicut scriptum videtur apud Isai. *c. 40. vers. 12.* secundùm Septuaginta: *Pal-*

ma-

mo mensus sum cœlum, & pugno comprehendi terram, & formavi hominem ex omni limo terræ; eâ forte ratione, quia ad easdem etiam quatuor ejusdem Orbis partes illius successio jugiter propagari & extendi debebat. Quemadmodum verè extendi cœpit † in generali illa & priori mundi divisione, quæ Adami temporibus inter ejus filios facta fuit, de qua præter alios optime agit Joseph. *lib. 1. antiq. c. 1.* D. August. *lib. 15. de Civitate Dei, c. 8.* Genebrard. *lib. 1. Chronic.* Anton. Posevinus *in Bibliath. tom. 2. lib. 15. c. 19. pag. 252.* & Petr. Opmeer. *in opere Chronograph. pagin. 7.*

7

8 Quamvis negari non possit, † deleto postea per diluvium Orbe, & omnibus, qui in eo habitabant, exceptis Noë, & ejus uxore, & filiis Sem, Cham, & Japhet cum uxoribus suis, & animalibus, quæ ex præcepto Domini in arca servata sunt, ipsum Noë à Deo velut universalem parentem cæterorum hominum, qui ab illo processerunt, constitutum fuisse, & aucto nimis humano genere, alias aliis subinde stationes, provincias, civitates, ac populos designasse, in quibus commode vitam degere possent, ut docemur Genes. *c. 9. ver. 19.* ibi: *Tres isti filii sunt Noë, & ab his disseminatum est omne genus hominum super universam terram.* Qui † etiam deinde magis divisi sunt, & in septuaginta duas Respublicas mundum partiti, post linguarum confusionem, quæ in ædificatione turris Babylonicæ contigit, ut habetur Genes. *c. 7. 10. & 11.* Deuteronom. *c. 32.* & late prosequuntur Beros. & Joan. Ann. *lib. 2. & 4.* Joseph. & Genebrard. *ubi supr.* D. Augustin. *lib. 16. de Civitate Dei, c. 4. 5. & 6.* Phil. Judæus *in libro de confusion. linguar.* Diodor. Sicul. *lib. 1. Bibliothec.* Origen. *homil. 11. supr. Numer.* D. Isidor. *de orig. Goth. in princ.* Archiepisc. Tolet. *in Chronic. Hispan. lib. 1. c. 3.* Episcop. Tudens. *ibidem lib. 3.* Abulens. *c. 14. Genes. quæst. 1.* D. Antonin. *1. part. Chronic. c. 3.* Ado Archiepiscop. Viennens. *in Chronic. ætate 2. anno 1758.* Istela. Perer. & Delr. *in Genes. c. 11.* Arias Montan. *in Phaleg.* quæ vox divisionem significat: Pined. Franciscan. *in Monarch. lib. 1. c. 16. & seqq.* Anton. Posevin. *in Bibliothec. 2. tom. lib. 15. c. 16. pag. 252. & 253.* Thom. Boc. Eugubin. *de ruinis gentium lib. 4. c. 1. 2. & 3.* Marian. *de reb. Hisp. lib. 1. c. 7.* Petr. Opmeer. *in dict. opere Chronograph. pag. 17.* ubi satis distinctas tabulas hujus divisionis apponit, & melius Augustin. Torniell. *in Annal. sacris, 1. tom. anno mundi 1909. n. 2. & 3. & 1931. ex pag. 201. & 238.* Fr. Joann. a Ponte *in conveniens. utr. Monarch. lib. 3. c. 33.*

10 A quibus † non valdè abest Plato *in Critia*, dum ait: *Dii quondam universæ terræ Orbem singulatim sortiti sunt, in regiones singulas distributum, &c.* Deos enim appellat Principes, ac præcellentes in Republica viros, qui, ut manifestum est, *Dii* antiquitus dicebantur, *Exod. 7. & 21. Psalm. 46. & 81. Jud. 5. & Joan. 10.*

11 Unde veteres † Noë sub Jani nomine celebrantes, *omnium Deorum majorum & minorum patrem* appellaverunt: necnon etiam *Consuvium*, à conserendo, id est, generis humani propagine, ut tradunt Beros. *d. lib. 2.* Macrob. post Cicer. *lib. 1. Saturn. c. 9.* & Opmeer. *ubi supr. pag. 18.* Et, quod plus est, doctissimus Grammaticus Fest. Pompej. *lib. 3. de verb. significat.* Chaos, & sæmen mundi illum fuisse scribit, sic inquiens: *Chaos appellat Hesiodus confusam quamdam ab initio unitatem hiantem, patentemque in profundum; ex eo & κατὰ τὸν Græci, & nos hiare dicimus. Unde* janus *detracta aspiratione nominatur, ideò, quod fuerit omnium primus, & à quo rerum omnium factum putabant initium.*

Arridet † prædictis Epiphanius *in Ancborato*, 12
dum ait: Noë velut mundi hæredem à Deo constitutum, tribus filiis universum mundum sub sortem misisse, & unamquamque partem juxtà sortem singulis distribuisse. Quibus in verbis aliud mysterium ex traditionibus Syrorum latere putat, Torniell. *ubi supr. & anno 930. num. 4. pag. 128.* post Andream Masium *in Comment. in Josue, citra finem*, † nempe Noë, ossa primi parentis Adami religiosè in arcam ad se recepisse, 13
& post siccatum à diluvio Orbem terrarum, illa inter suos tres liberos cum Orbe ipso distribuisse: Semque, quem anteferebat cæteris, calvariam donasse, & cum ea regionem illam, quam modò *Judæam* appellamus.

His ergo suppositis, cùm omnes homines ab Adamo, sive Noë, & ejus posteris originem ducant, quos scimus intra illas tres partes, *Asiam* † scilicet, *Africam & Europam*, quæ olim dum- 14
taxat cognitæ erant, se continuisse, juxta ea, quæ tradunt Joseph. & D. Hieronym. *ubi suprà.* Arias Montan. *in Phalag.* Torniel. *anno mundi 1931. num. 45. pag. 230.* meritò in dubium à Doctissimis viris vocari solet, † unde hi Occidentales & 15
Australes Indi originem ducant, & quomodo, quâ viâ, quove duce gens adeò innumerabilis in has provincias pervenire potuerit, quæ, & ab aliis toto fermè Oceano dividuntur, & ab antiquis penitus ignoratæ videntur: Nam, ut præclarè inquit Joseph. Acost. *lib. 1. de natura Novi Orbis c. 16.* neque alteram Noë arcam hunc appulisse cogitare possumus, neque Angelum quempiam (ut olim Habacuc Prophetam ex Palæstina in Babylonem) suspensos per aëra transvexisse Indicæ gentis progenitores. Non enim quid Deus potuerit, quæritur, sed quid humanarum rerum ratio, atque ordo patiatur.

Rursus, † quia licèt constet Mosem *Genes. 10.* 16
vers. 5. ubi de Japheti filiis verba facit, eos insularum incolas fuisse, affirmare, omnes tamen consentiunt, quod eo loco Moses Græciam, Galliam, & Italiam designavit, quas regiones, quod interjectum sit mare, insulas appellavit, & minimè consentaneum esse, illud ad Americam referre, præter alios advertit Joan. Lerius Burgund. *in hist. navigat. in Brasiliam cap. 5.* Et † multo 17
minus putare debemus, maximo illo diluvio sub Noë temporibus contingente, hos homines salvos mansisse, si qui tunc in his regionibus habitabant: nam hoc Catholicæ veritati repugnaret, quæ omne humanum genus aquis suffocatum docet, excepto Noë cum familia sua, quæ in arca liberata est, & aquas prævaluisse nimis super universam terram, opertosque esse montes excelsos sub universo cœlo, ut refertur Genes. *c. 7.* & affirmat Beros. *lib. 1. antiq.* Philo Jud. *de vita Mosis lib. 2.* Joseph. *lib. 1. antiq. Judaic. c. 3.* & in nostris terminis de his Indis Occidentalibus loquens, & quod, ut reliqui alii, generali cataclysmo

mo perierint Camill. Borrell. *de præstantia Reg. Cathol. c. 43. n. 2.* & Acost. *d. lib. 1. c. 25. & in bis-*
18 *tor. Ind. lib. 6. c. 19. pag. 431.* Ubi † apud eos aliquam diluvii generalis memoriam reperiri fatetur, quod etiam cum Augustin. de Zarate, & Francisc. Lopez Gomara testatur Just. Lips. *in Physiolog. Stoicorum lib. 2. dissert. 21.* Joan. Bot. *in relation. univers. 4. part. lib. 2. pag. 35.* & de incolis Cubæ Anton. de Herrer. *in hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 9. cap.... pag. 296.*

19 Quibus † de causis meritò concludit idem Acost. *d. lib. 1. c. 24.* facilius esse aliena improbare, dum de origine Indorum disseritur, quàm certi aliquid de suo afferre, & idem sentit eruditissimus Pat. Joan. de Pined. *lib. 4. de rebus Salomon. c. 16. §. 4. pag. 212.* & Fr. Gregor. Garcia Dominicanus, qui cum de hoc argumento libros quatuor non vulgari studio, quamvis vulgari linguâ conscripserit, postquam in referendis duodecim diversis opinionibus insudavit, nullam tamen earum admittit, & rem sub eodem, aut majori dubio relinquit.

20 De quo tamen parum mirari debemus, † cùm eadem difficultas adeò torserit D. Augustin. *dict. lib. 16. de Civitate Dei, c. 9.* uti affirmare maluerit, impossibile esse, has Australes plagas ab hominibus habitari, quàm argumento tam molesto pressus fateri, aliquos ullibi terrarum homines reperiri posse, qui ab Adami semine non descenderent. Nimirum, quia summus ille vir valde absurdum esse putabat, ut dicatur, aliquos homines in illam partem, Oceani immensitate trajectâ, navigare & pervenire potuisse.

21 Quod si ab ipsis Indis † suæ propagationis exordia inquirere & perscrutari conemur, nullius pretii id esse videbitur, ut rectè inquit Acosta, *d. lib. 1. c. 25.* Nam cum nullam prorsus memoriam habeant, unde huc commigraverint primi ipsorum auctores, somnia potius quædam, atque ægri deliria narrare videntur: & ut variæ sunt eorum nationes, varias etiam fabulas suæ generationis confingunt. Quæ tamen eò fere recidunt, ut sese in eodem Orbe, quem habitant, natos & conditos opinentur, & vel à Sole, vel à mari, vel à certis antris, lacubus, fontibus, montibus aut rupibus primos eorum parentes creatos fuisse, vel exiisse, inaniter credant, ut constabit ex iis, quæ de Indis Hispaniolæ tradit Petr. Mart. *in decad. Novi Orbis, lib. 10.* Fr. Gregor. Garc. *d. tract. de Ind. origin. lib. 5. c. 2.* Anton. Herrer. *in hist. gen. Ind. decad. 1. lib. 3. c. 3. pag. 86.* de Mexicanis, Chichimecis, Mistechis, Chapanechis, & aliis Novæ Hispaniæ: Acosta *d. lib. 1. c. 25. & lib. 7. c. 2.* Fr. Hieron. Romanus *1. part. Rerumpub. lib. 2. c. 15.* Fr. Gregor. Garc. *ubi suprà c. 3. cum tribus sequentib.* Henric. Martin. *in Repertor. Mexicano tract. 2. c. 10. ex fol. 106.* Fr. Joan. Torquemad. *Monarch. Indiar. lib. 1. c. 11. & 12.* Fr. Anton. Remesal. *de provincia Guatemal. lib. 1. ex c. 3.* Et de origine Cuzquensium, Xauxensium, Andaguilensium, Collaorum, Chiriguanensium, & aliorum Peruanorum; idem Acost. *d. lib. 1. c. 25. & lib. 6. c. 29.* Joan. Betanz. & Fr. Gregor. Garc. qui eum refert *dict. lib. 5. c. 7. 8. & 9.* Francisc. Lopez Gomar. *1. part. hist. Ind. fol. 68.* Lenin. Apollon. *lib. 1. de reb. Peruens.* Petr. Ciez. *1. part. Chron. Perù, c. 99.* Joan. Bo-

ter. *in relation. univers. 1. part. vol. 2. pag. 344.* Michael Cabello Balboa *in Miscellan. Australi manuscripta 2. p. c. 18. & 19.* & Anton. de Herrer. *in histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. c. 6. pag. 12.*

Et plane mirandum non est, Indos, qui ut plu- 22
rimùm Barbari erant, hujusmodi figmenta suæ originis credidisse, cùm † Romani, & aliæ magis cultæ nationes sibi persuaserint, post diluvium Deucalionem hominum genus ex lapidibus reparatum fuisse, ut late canit Ovid. *lib. 1. Metamorphos.* & Ludovic. Vives, fabulæ causam aperiens, *in not. ad D. August. lib. 8. de civitate Dei, cap. 10.* Et † Æginæ colonis morbo assumptis, 23
Æaci precibus, qui solus superstes in ea insula mansit, Jovem formicas, quæ in annosa quercu vagabantur, in homines mutasse, qui inde *Myrmidones* dicti sunt, ut tradit idem Ovid. *lib. 7. Metamorphos.* & Natal. Comes *libr. 3. Mythol. cap. 9.*

Sunt † etiam, qui Corybantes, ac Cureres na- 24
tos ferunt ex Ida Cretæ monte, in quem Opis, sive Rhea fugiendo delata, monti manus impegit, ac inde emanasse Cureras, quibus à montis nomine, & fœdâ qualitate Dactylorum nomen inditum fuit, & Cureteæ etiam ex oculorum formosa specie nuncupari, ut observat Cœlius Rhodig. *in lib. 17. lect. antiq. cap. 12.*

Athenienses † quoque literarum, & Philo- 25
sophiæ principes in similem stultitiam inciderunt, jactantes, se omnium hominum primos, & terrigenas, sive ex ipsa terra, quam incolebant procreatos, & enutritos, ut produnt Isocr. *in Panegyric. & in Panath.* Lys. *in funeb. orat.* Platon. *in Menexen.* Herod. *lib. 7. Aristoph. in avibus*: Apulej. *lib. 11.* Sophocl. *in Ajace*: Strabon. *lib. 8.* Laërc. *de vita Philosoph. lib. 3. c. 1. in Antisthene*, & expressius omnibus M. Tull. *in orat. pro Lucio Flacco*: & Auson. Gallus *in Catalogo urbium*, dum ait:

Nunc & Terrigenis paribus numeremus Athenas.

Qua de causa pro capitis ornamento cicadas ex auro, capillis implicatas, gestare solebant, indigenas se esse, non advenas, significantes. In
† ea siquidem regione vivunt, & moriuntur ci- 26
cadæ, in qua genitæ sunt, non aliunde commigrant, sicut pleraque alia animalia: unde Proverb. ansam præbuerunt, *αὐτόχθονες*, sive *αὐτογενεῖς*, id est, *Cicadis operti*, quod ingloriosos ac stultos olim, aut obsoletis, ac jam desitis utentes, usurpabatur; ut ex Thucydide, Aristophanis Scholiaste, & aliis observat Erasm. *in adagiis, pag. 847.* Cœl. Rhodigin. *lib. 12. lect. antiq. cap. 6.* Alciat. *Emblem. 136.* & Joan. Funger. *in etymolog. verb. Indignæ*, licèt Natal. Comes *lib. 4. Mythol. c. 10.* ideò Athenienses cicadis uti tradiderit, quoniam cùm musicæ sint, Apollini sacratæ sunt, qui patrius Deus, & defensor illorum erat.

Et † eamdem terrigeni laudem sibi usu passe 27
Arcades, Æginetas & Thebanos, scribit Suidas *in dictione* Ἀπόλλων. Apollon. *lib. 4. Argonautic.* & de Parnasiis idem commemorat Strab. *lib. 9. de Germanis*: Cornel. Tacitus *de moribus Germanor.* & de Ægyptiis, Indis Orientalibus, & Æthiopibus: Diodor. Sicul. *lib. 1. cap. 1. lib. 2. cap. 10. lib. 3. cap. 1.*

De Saturno etiam legimus, † *Terræ filium* die- 28

tum fuisse, quòd apud Italos esset ignotis parentibus proditus. Unde & adagium originem traxit, quo homines ignobiles, & qui certum patrem ostendere nequeunt, id est, *Terrigenæ*, sive *Terræ filii* dicuntur, ut ex Alex. Comico, & Minutio Felice in Octavio docet Paul. Manut. *in Adag. Lutea proles, pag.* 1360. & ex Cicer. Lactant. Tertul. Persio, Juvenali, & aliis, Angel. Politian. *lib.* 1. *Miscellan. cap.* 18. & Adrian. Turneb. *lib.* 26. *advers. cap.* 22. ubi etiam declaraunt, † cur iidem spurii *Gigantum fratres*, & *Favonii* dicerentur. Quod † notare licebit ad illustrationem *text. in §. si adversus, instit. de nupt.*

Supradictis etiam adjici potest, † apud istos Indos Occidentales nullas literas in usu fuisse, neque certa aliqua majorum monumenta, quibus primordia suæ propagationis ad posteros transmitere possent, cùm picturæ illæ, quibus Mexicani utuntur, & filorum nodi, quibus Peruani, (vulgò *Quipos* vocati) vix quadringentorum annorum memoriam retinere possint, & ultra id ætatis aliud, quàm densæ tenebræ ignorationis occurrant, ut bene advertit Acost. *d. lib.* 1. *de nat. Novi Orbis cap.* 25. *& in hist. Ind. lib.* 1. *c.* 24. *& lib.* 6. *c.* 2. 3. 4. 7. 8. *& 9.* Hieron. Roman. *de Rep. Ind. lib.* 2. *cap. ultim.* Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 1. *c.* 11. Henric. Martinez *in repertor. Mexican. tract.* 2. *c.* 9. Garcilas. *lib.* 6. *de Incarum orig. cap.* 8. *& lib.* 2. *cap.* 22. *&* 23. & Fr. Alphons. Ramus. Gavilan. *in histor. Virgin. de Copacavaria, lib.* 1. *cap.* 11. ubi simul eorum Calendarium, & annorum computandorum rationem diligenter exponunt.

Et idem disertè sentit † de incertitudine originis Britannorum Cornel. Tacit. *in vita Agric. post init.* & reliquarum historiarum, quas omnes Indi ex antiquis seculis repetunt: Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utr. Monarch. lib.* 3. *cap.* 2. adducens illud Strabonis *lib.* 1. *Geograph.* dum ait: *Sanè quicumque de India scripserunt, pleraque mentiti sunt.*

Semper † enim antiqua, obscura, & confusa ad posteros derivantur, & quia difficile est eorum memoriam & notitiam habere, levioribus probationibus adstringuntur, *l. census, & monumenta, & l. penult. ff. de probation. cap. olim de censib. cap. veniens, de testib.* cum latè traditis à Cravet. *de antiq. temp. part. ult. primæ part. princip. ex n.* 30. Masc. *de probat. vol.* 1. *concl.* 103. *& seqq.* & Fulu. Pacian. *in cod. tract. lib.* 2. *c.* 38. *ex n.* 39.

Et cum à multis, & persæpe laudata sit illa Sacerdotis Ægyptii increpatio, qui (sicuti Plato in Timæo refert) Soloni respondit, † Græcos nihil aliud, quam pueros esse, res enim antiquas eos ignorare: Quid mirum † si ab Indis ignorentur? qui, ut tradit Acost. *à lib.* 1. *cap.* 24. *&* 25. *in fine*, ab hominibus sylvestribus & palantibus propagati videntur, & etiam si ex culta & bene morata Republica aliquando profecti essent: ipsa tamen diuturnitate, & desuetudine, humana penè omnia oblivione deleverint, cum tales esse in ipsa Hispania & Italia hominum greges, nihil præter eos, & figuram hominis habentes, notius sit, quàm ut testibus egeat.

Aliud † quoque recens exemplum ad ejusdem rei comprobationem adducit Fr. Basil. Pont. Legionensis *in* 1. *part. var. disput. q.* 6. *expositiva c.* 1. de antiquis illis Hispanis, qui Maurorum invasionem fugientes, se intra illam locorum planiciem abdiderunt, quam *Batuecar* vocant, altissimis undique montibus & rupibus naturâ vallatam, & ferè inaccessam, in qua octingentis fermè annis latuerunt, aliam atque aliam subinde prolem generantes, quousque proximis temporibus, ab Albano Duce in hac venatum exercente, reperti sunt: ita jam Barbari, & suæ originis obliti, ut nullum ferè Christianorum vestigium apud illos remanserit.

Sed ut vanis Indorum traditionibus insuper habitis, allorum opiniones de illorum origine & propagatione expendere incipiamus, non minus stolida, & erronea illa judicari debebit, quam quidam ex doctrina Avicennæ proponunt, tradentes, primos † istarum regionum accolas ex terra, vel putri aliqua materia, mediante Solis calore, generari potuisse, quod saltim quoad corpus possibile esse, multis probare conatur Andr. Cæsalpin. *lib.* 5. *Peripatet. quæst. q.* 1. Nam hoc rectè confutatum est ab Averroë *lib.* 8. *Physic. text.* 46. & ab omnibus cordatis Theologis & Philosophis, quos referunt Conimbricenses *in* 2. *de cœlo, c.* 3. *q.* 6. *art.* 3. *&* 4. & in nostris terminis à Camill. Bortell. *in tract. de Reg. Cathol. præstantia, c.* 43. *num.* 3.

Etenim † licet animalia imperfecta, utpotè muscæ, vermes, ranæ, & hujusmodi insecta, sæpè ex putrefactione nascantur, ut docet Aristot. *lib.* 5. *de histor. animal. cap.* 1. *&* 2. *cap.* 10. Simon Majol. *in dieb. Canicul.* 1. *tom. colloq.* 5. *de insectis* & Diodor. Sicul. *lib.* 1. *cap.* 1. ubi ait, Ægyptios prima animantia apud se orta esse, ea conjectura probare, † *quòd nunc etiam in Thebaidis agro certis temporibus multi ac magni ex terra generentur mures, quâ ex re plurimum stupent homines, cùm videant quorumdam anteriorem usque ad pectus, & priores pedes murium partem animatam moveri, posteriori nondum inchoata, sed informi*; quod & tradit Plutarc. *q. convival. c.* 4. & Macrob. *lib.* 7. *Saturnal. cap. ult.* Animalia tamen † perfecta, & præsertim hominem, qui omnium terrenarum creaturarum perfectissimus est, *l. justissimè. ff. de ædilit. edict. & in pecudum, instit. de rer. divis.* ex putrefactione nasci non posse, longè verius est, nec nisi ex prolifico parentum semine ab Adami posteris, ut diximus, propagato, ut præclarè post alios *suprà* relatos observant Abulens. *paradox.* 1. *cap.* 36. Marian. *de rebus Hispan. lib.* 14. *cap.* 9. *in fin.* Martin. Delr. *lib.* 1. *disquisit. magicar. c.* 5. *q.* 4. *circ. finem.*

Qui † ex hoc reprobant, tamquam stultam, impiam & hæreticam opinionem Arnaldi de Villanova, Julii Camilli, & Thom. Garzoni *in foro univers. discursu* 41. qui hominem verum per Alchymiæ artem produci & formari posse putarunt, immò & tentarunt, humano semine vase cum quibusdam simplicibus medicamentis incluso. Neque abest Macrob. *d. c. ult.* ubi: *Natura* (id est Deus, inquit) *primum singula animalia perfecta formavit, deinde perpetuam legem dedit, ut continuaretur pro creatione successio.* Quod in hominibus etiam ex Stoicorum disciplina certissimum esse, pluribus probat Just. Lips. *in Physiolog. Stoic. lib.* 3. *dissert.* 6. *&* 7.

Unde idem Delr. *lib.* 2. *quæst.* 14. *pag.* 82. *& seq.*

seq. & ejus Epitomator Torreblanc. *lib.* 1. *de Magia, cap.* 4. *ex num.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 32. *& capit.* 33. *ex num.* 36. ex eadem † ratione concludit etiam per Magiam dæmoniacam verum hominem creari non posse, neque ex coïtu cum simiis, canibus, vaccis, aut aliis brutis animantibus prout & tradit Aristot. *lib.* 5. *de histor. animal. capit.* 18. *& lib.* 4. *de generat. animal. cap.* 3. Lucret. *lib.* 5. *de natura rerum*: Manil. *lib.* 4. *Astronom.* Licentiat. Huert. *in comment. suprà* 7. *lib. Plin. c.* 2. & respondent ad plurima exempla, quæ in contrarium duci solent, de aliquibus hominibus, qui ex brutis animalibus, vel concepti, vel editi esse dicuntur; de quibus agunt Plin. *dict. cap.* 2. Ælian. *lib.* 1. *c.* 6. *& lib.* 6. *cap.* 42. Lycosthen. *de prodig.* Saxo Gram. *lib.* 10. *histor. Dan.* Joan. Magnus *lib.* 18. *cap.* 2. Alexand. ab Alexand. *lib.* 2. *dier. genial. c.* 31. Cardan. *lib.* 16. *de rerum variet.* Levin. Lemn. *lib.* 1. *de occult. natur. mirac. cap.* 8. Petr. Cieza *in histor. Perù*, 1. *part. cap.* 95. Ferdinand. Castaned. *in histor. Ind. Oriental.* 2. *part.* Joan. de Barr. *decad.* 1. qui loquitur † de Pegusianis, & Siamitis Indiæ Orientalis, & ait, originem ducere à cane, qui cum mulliere corpus miscuerat, quod verum esse sibi persuasit Mich. Balboa Cabell. *in Miscell. Austral. M. S. part.* 2. *cap.* 11. & alia similia recolit Torquem. *in hortu flor. Dial.* 1. Fr. Raph. de la Torre *in D. Thom.* 2. *tom. pag.* 328. Pet. *lib.* 2. *rer. ind. tit.* 4. *c.* 8. Petr. Cabal. *var. resol. casu* 139. *n.* 3. Petr. Garc. *de locis affectis, q.* 37. *c.* 3. Læl. Bisciol. *horar. subcessiv. lib.* 12. *c.* 4. *tom.* 2. Gasp. Bahuin. *de Hermophrod. lib.* 1. *c.* 10. Joan. Huarte *in exam. ingen. cap.* 21. Theatr. vit. human. *vol.* 9. *lib.* 3. *pag.* 2298. & novissimè atque eruditissimè Alphons. Carranza *in disp. de part. hum. c.* 17. *n.* 91. *vers.* 5. qui tamdem resolvit, & probat ex ejusmodi commixtionibus aliquando monstrosos fœtus gigni & edi solere.

Superiore igitur opinione rejecta, & damnatâ, † veritati propius accedere videntur, qui docent, primos Indorum Auctores vel certo cursu, fixoque consilio in hunc Novum Orbem ex antiquo, instructis ad id navibus, commeasse, ut nunc nostris Hispaniensibus accidit, quia, ut ait Cornel. Tacit. *de moribus German. Non terra olim, sed classibus advehebantur, qui mutare sedes quærebant.* Vel saltim ex illis fuisse, qui dum ad proximas civitates vel provincias mercimonii gratiâ, sive alia de causa navigarent, vi ventorum & tempestatis per vastum Oceani pelagus jactati, fortè fortunâ in aliquam ex his regionibus appulerunt, ex qua paulatim in reliquas illi vicinas progressi sunt. Quod satis probabile esse scribit Acost. *d. lib.* 1. *de nat. Novi Orb. ex c.* 16 *ad* 20. & apertè sequuntur Gorop. Becan. *in Hispanicis*, Barret. *in libello de regione* Ophira, Maluend. *lib.* 5. *de Antichrist. c.* 14. Fr. Gregor. Garc. *d. tract. de Ind. origine lib.* 1. *ex cap.* 1. *ad* 4. Pined. *de reb. gest.* Salom. *lib.* 4. *c.* 15. *§.* 4. *pag.* 206. novissimus August. Torniell. in Annal. sacr. *anno Mundi* 1931. *n.* 48. & Bernard. Aldrete *de antiq. Hisp. lib.* 4. *cap.* 7. *in fine*, & idem generaliter tradit Beros. *lib.* 4. & ibi Joan. Ann. & Cornel. Tacit. *ubi suprà* de reliquis omnibus, qui olim terras, & insulas incoluerunt, ad quas occupandas, mare trajiciendum erat. Potestque non leviter confirmari ex his, quæ prædicti Autores † de longis antiquorum navigationibus tradunt, tum data opera initis, tum maximè inopinato peractis, de quibus Nos etiam plura congessimus *sup. c.* 3. *ex num.* 5. *& c.* 5. *ex n.* 6.

Et post afferri aliud exemplum, quod est † apud Gomaram. *tom.* 1. *hist. Ind. c.* 53. Maluenda *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 52. *pag.* 169. Fr. Joan. à Ponte *in conven. utr. Monarch. lib.* 3. *c.* 3. *pagin.* 20. qui narrant in provinciis de Cozumel & Jucatam à nostris (ubi primùm illuc delati sunt) cruces ligneas, & æreas repertas fuisse, indeque in eam suspicionem multos devenisse, ut putarent, tempore Hispanicæ cladis per Arabes sub Roderico Rege in eas terras aliquos Hispanorum in summa desperatione profugos, ac tempestatibus delatos appulisse; illicque tamdem vitæ concedentes, curasse supra busta sua cruces erigi. Et eodem respicit † historia illa insulæ septem urbium sæpius à Lusitanis, & aliis, sed frustrà quæsitæ, quam existimarunt à septem Episcopis & Hispanis eamdem eladem fugientibus, fortuitò inventam, atque ibi urbes illas propriam unicuique sedem erexisse & habitasse, ut latiùs refert Anton. de Herrera *d. decad.* 1. *lib.* 1. *c.* 2. *in fin.* & Julianus del Castillo *in hist. Reg. Got. discursu* 3. ubi has insulas invisibiles esse inquit, & *Antilias* vocari: quod tamen fabulosum esse censeo, & *Antillarum* nomen ad insulas Occidentales pertinere, de quibus diximus *sup. c.* 4. *n.* 2.

Sed adhuc † ego cum eodem Acost. & Anton. de Herrera *decad.* 1. *lib.* 1. *c.* 9. huic opinioni acquiescere nequeo. Nam primum de navigatione certo & fixo consilio in has regiones susceptâ, credibile non est, cum earum nulla olim notitia haberetur, & usus atque peritia navigandi deficeret, quâ vastissima æquora, quibus ab aliis disjunguntur, homines trajicere possent, ut late in sequentibus capitibus ostendemus. Secundum autem, quòd fortuitò à naufragium facientibus inventæ & occupatæ sint, etsi probabilius videatur, ex eo tamen difficilè redditur, quòd ut demus viros & fœminas, unde hominum genus propagaretur, eo modo in has provincias appellere potuisse, cùm tamen in eis plurima etiam animalia reperta sint non modò hominibus utilia, verum etiam fera, & illis noxia, ut sunt *lupi, vulpes, pantheræ, leones, tigres*, & alia similia, nusquam satis constare poterit, qualiter in remotas adeò plagas delata fuerint: nam absurdum erit dicere, aut opinari, naufragos illos ea secum asportasse. Et tamen constat, sicut † hominibus, ita & belluis aliisque animantibus, quæ perfecta dicuntur, ex veteri Orbe in hunc Novum viam quærendam esse, cùm divinorum librorum auctoritate tradente doceamur, in magno illo mundi cataclysmo, non homines tantùm, verùm & terrena quæque animalia perilisse, iis exceptis, quæ in Noë arca servata leguntur, ut patet ex Genesi *cap.* 7. *&* 8. & ex his, quæ ibidem Interpretes latè notarunt.

Quàm difficultatem † in simili casu de animalibus post diluvium in insulis longinquis repertis, graviter movit D. August. *de Civit. Dei, lib.* 36. *cap.* 7. nec se satis ab ea explicare potuit, sicuti neque Ludov. Vives *in ejus annotat*, & in nostris terminis d. Fr. Gregor. Garc. *lib.* 2. *de Ind. orig. c.* 4. ubi per undecim §§. ei respondere conatur, & tamdem concludit, quòd † sicut Angelorum mi-

ministerio omnia animantia ad conspectum Adæ perducta fuerunt, ut eis convenientia nomina imponeret, ut tradit D. August. *lib. 9. supr. Genes. capit.* 14. & D. Thom. 1. *p. q.* 102. *art.* 2. *ad* 2. & similiter ex omnibus Orbis partibus adducta sunt ad Noë, ut diluvii tempore ea in arcam includeret, juxta sententiam D. Aug. *lib.* 15. *de Civit. Dei, c.* 7. *Philon. lib.* 2. *de vita Moysis*, Pet. Comest. *in Genes. c.* 33. ita post diluvium per eosdem Angelos in easdem Orbis regiones unde advenerant, & ubi creata fuerant, Deo jubente, reducta fuisse, quod etiam variando tenuit D. August. *d. cap.* 7. & sequuntur alii Theologi communiter post Abulens. *sup. Genes. c.* 6. & 7. novissimè Fr. Joan. Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 1. *c.* 8. *in fin.* & de animalibus ad Adam, & Noë adductis Didac. Mature *de prosap. Christi, 1. ætate mundi, cap.* 6. §. 5. *fol.* 39. & 2. *ætate, cap.* 5. §. 8. *pag.* 103. † Ubi ex Moyse Barceph. *in lib. de Paradiso* deducit, initio mundi, & innocentiæ statu durante, animalia Hebræam linguam quodammodo intellexisse, & Græcorum item fabulam refert ex Philone *lib. de confusione linguarum*, qui etiam eo tempore locuta fuisse putarunt, atque ideo Evam non exhorruisse, cùm dæmonem in serpentem versum, in Paradiso loquentem audivit.

52

Verum hæc evasio propositam difficultatem non tollit, quia, ut *supr.* dictum est, hîc non quærimus, quid Deus per miraculum facere potuerit, sed quid secundùm ordinem & rationem naturalem rerum humanarum contigisse videatur. Quo fundamento August. Torniel. *ubi sup. n.* 49. † aliam etiam opinionem D. August. *d. c.* 7. meritò notat, qui in his insulis, & novis regionibus animalia Dei ordinatione de novo post diluvium à terra producta esse arbitratur, juxta illud *Genes. c.* 1. *vers.* 24. *Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas.* Hoc enim secluso miraculo fieri non potuit. Et ille Genesis † locus de prima animalium perfectorum productione necessario intelligi debet. Posteà namque naturaliter non nisi per sui seminis propagationem procreari potuerunt, ut diximus *supr. hoc c. n.* 40. & patet ex *d. c.* 7. *Genes. vers.* 3. ubi hac ratione de cunctis animalibus masculum, & fœminum in Noë arcam assumi Dominus jussit; *Ut salvetur semen super faciem universæ terræ*; quod sanè frustra factum, jussumve fuisset, si posteà Deus eadem animalia iterum à terra mirabiliter produci vellet.

53

54

Quare alii variis, sed incertis tamen, conjecturis & argumentationibus ducti: † has Novi Orbis nationes à Phœnicibus & Carthaginensibus, vel à Romanis & Italis, vel à Tartaris, & Sinis originem sumpsisse opinantur, quorum fundamenta latissimè prosequitur Fr. Greg. Garc. *d. lib.* 2. *per totum, & lib.* 4. *ex cap.* 18. & breviter recolit Pat. Joan. Pineda *de reb. gest. Salom. lib.* 4. *cap.* 16. §. 4. *pag.* 212.

55

56 Sunt etiam, † qui eximiam illam Atlanticam insulam à Platone in Timæo, vel Critia, descriptam & celebratam, veram fuisse putantes, ex ea facili admodum transitu, ut idem Plato ait, primos homines ad insulas, & continentes regiones hujus Novi Orbis pervenire potuisse, affirment, necnon animalia tam domestica, quàm fera, quæ in illis reperta sunt, quod multum placere video Gomar. *in hist. Ind.* 1. *part. fol.* 120. Augustin. de Zarate *in procem. histor. Perù*: Gregor. Garc. *d. lib.* 2. *ex cap.* 8. *ad* 16. Fr. Stephan. de Salazar *supr. Symbol. Apostol. discurs.* 16. *cap.* 3. & omninò probandum esse contendit Just. Lips. *in Physiolog. Stoicorum lib.* 2. *dissert.* 19. & *lib.* 1. *de Constantia cap.* 16. Sed mihi nulla ratione pervincit, maximè cum illam Platonis narrationem fabulosam esse pluribus testimoniis & argumentis ostenderim *suprà cap.* 4. *ex num.* 28. *ad* 37. prout novissimè etiam facit Agust. Torniel. *in Annal. sacris, anno* 3314. *n.* 11. *in fin. pag.* 181. Seraph. Freit. *de just. Imp. Asiatico cap.* 5. *n.* 19.

57 At † si divinandum est, magis verosimilis videri debet opinio Maluendæ *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 18. *in fine*, qui ait, Tubalem Japheti filium, & Noë nepotem, † qui post diluvium mortalium primus in Hispaniam venit, ut ex communi omnium consensu testantur Beros. *lib.* 5. *antiq.* Euseb. *lib.* 9. *demonstrat. Evang. cap.* 3. D. Hieronym. *in quæst. Hebr. in Genes. & in Isai. c.* 66. Roderic. Tolet. *lib.... de reb. Hispan. cap.* 3. Florian. *lib.* 1. *cap.* 4. Vasæus *in princip.* Marin. Sicul. *lib.* 1. *cap.* 1. Mariana. *lib.* 1. *c. p.* 7. Tarraph. *de Reg. Hispan. cap.* 1. Philip. Bergom. *in supplement. Chron. lib.* 2. Chasan. *in Catal. glor. mund.* 5. *part. consid.* 28. & Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utr. Monarch. lib.* 2. *cap.* 36. §. 2. *pag.* 368. & *lib.* 3. *cap.* 33. *pag.* 201. & Nos *infrà cap.* 15. *num.* 51. postquam Hispaniæ provincias multis coloniis implevit, per Oceanum illis finitimum novos colonos in Occiduum etiam istum Orbem misisse, cujus fortè à patre, aut ab avo notitiam accepit.

58

Et sanè si hoc alicui non suadeatur, aspernari tamen non usquequaque debebit judicium Ferd. Gund. ab Oviedo 1. *part. hist. Ind. lib.* 2. *cap.* 5. † ubi tentari posse, inquit, saltem ab Hespero duodecimo ejusdem Hispaniæ Rege initium incolendi & habitandi primas hujus Novi Orbis insulas datum fuisse. Quo præjacto, facilis transitus ad alias illis vicinas redditus fuit, & ad continentis regiones posteà repertas. Quam conjecturam optimè exornat Fr. Gregor. Garc. *d. lib.* 4. *cap.* 17. & 18. & sequi videtur doctissimus Bernard. Aldrete *de antiq. Hispan. lib.* 4. *cap.* 17. *in fine*. Hinc † notantes, optimo jure, Deo ita disponente, postliminio quodam has provincias ad Hispani Regni Coronam rediisse, cùm Hispani primi earum inventores, & habitatores fuisse reperiantur jam inde à temporibus Hesperi, qui † secundùm Beros. *lib.* 5. & Joan. de Ann. *de Reg. Hispan. cap.* 13. & alios *suprà* relatos 1658. annis ante Christum natum in Hispania regnavit, atque ita hodie 3280. fluxisse videntur.

59

60

61

Hesperum porrò, & Hispanos ab eo missos, insulas huic Novo Orbi finitimas incoluisse, ex eo efficaciter probant, † quòd illæ, quæ hodie dicuntur *de Barlovento*, nempè *Hispaniola, Cuba, Borriquena*, & similes, eædem verè sunt ac illæ, quas veteres *Hesperides* appellarunt, & in mari Atlantico sitas, quadraginta dierum navigatione à Gorgadis distare tradebant; ut constat ex Plin. *lib.* 6. *cap.* 31. Plutarc. *in vita Sertorii*: Solin. *in Polystor. cap. ult.* Pompon. Mel. *lib.* 3. *cap.* 11. Ptolom. *lib.* 4. *cap.* 7. D. Isidor. *lib.* 14. *Etymolog. cap.* 6. Non. Marcell. ex auctoritate Sallust. *de num. & casib.* Abraham. Ortel. *in Thesaur. Georg. in verbis, Atlantis insula, Fortunatæ, Gorgones, & Hesperides*: Et Additionar. Hieronym. Bezonis *lib.* 1. *histor. Americ. cap.* 5. *in fin. pag.* 28. & 29. licèt Abulens. *in Eusseb. de tempor. lib.* 3. *cap.* 79. Alex. Veneg. *lib. nat. quæst. cap.* 21. Marian. *de rebus Hispan. lib.* 1. *cap.* 22. Postell. *in Geograph.* Jodius Hundius *in globo terrestri*: & Henric. Alegren. *in Mappa generali*: perperam eas confundant cum Fortunatis, quæ verè sunt, *las Canarias*, aut cum Gorgadis sive Gorgonis, quæ sunt *las de Cabo Verde*, ut ex *suprà* dictis Auctoribus constat.

62

63 Hæ autem † Hesperides insulæ nomen sumpserunt à prædicto Hispaniæ Rege Hespero, Atlantis Mauritaniæ Regis fratre, sub cujus imperio primum derectæ, & cultæ esse videntur, ut expressè affirmat Abulens. *ut suprà*: Calepin. *in Thesaur. linguæ Latinæ, verb. Hesperi*, Carol. Stephan. *verb. Hesperia, Hesperides, & Hesperus*; & ostendit antiqua consuetudo nominum provinciis novis imponendorum, de qua egimus *suprà cap.* 4. *num.* 42. Quemadmodum, & ab eodem Hespero, aut ab Stella, in quam conversus narratur, *Italia & Hispania*, quarum summum Imperium tenuit, *Hesperia* etiam nominari solents & *Hesperidum* horti illi, in quibus à draconе pervigili aurea mala servari Poëtæ fabulantur; ut constat ex traditis à Diodor. Sicul. *lib.* 5. *cap.* 2. Higin. apud Annium *in lib. de Reg. Hispan. cap.* 15. Florian. *lib.* 1. *cap.* 19. Nat. Comite *in Mitholog. lib.* 4. *cap.* 7. & *lib.* 7. *capit.* 7. Joan. Funger. *in Etymolog. verb. Hesperia, & Hesperides*: Carol. Stephan. Garc. & Aldrete *ubi suprà*: eodem Aldrete *lib.* 4. *cap.* 4. *cum seqq.* ubi latè de Hesperidum hortis: Francisc. Torreblanc. *in defensione ad suos libros de Magia, cap.* 5. *per totum*: & Frat. Joan. à Ponte *in dict. convenient. utr. Monarch. lib.* 2. *cap.* 32. §. 2. *pag.* 199.

64 Extat † quoque expressus aliud earumdem insularum ab Hispanis jam olim possessarum testimonium apud Dionys. Alexand. *in sua Geograph. vers.* 564.

Νήσοι τ' ἔστιν ἔναι, τόθι πρόσθ' ἠέλιος φαέθων,
Ἑσπερίδων ἀγανῇσι μιγεὶς ἰθυπτίοις
Insulaque Hesperidar, ubi stagni origo
Divites habitant illustrium filii Iberorum.

Quæ carmina ita exposuit Andreas Papius:

=Et Hesperidum stagni fulcibus oris
Magnanimum dites nati dominantur Iberum.

65 *Hispanos* † enim *Iberos* olim dictos fuisse, apertissimum est, & ex Plin. Strab. & aliis latè probat Ortel. *in dict. Thesaur. verb. Hispania, & verb. Iberia*: Funger. *in Etymolog. eisdem verb.* Puent. *dict. lib.* 3. *cap.* 33. & latius Maluend. *lib.* 1. *de Antichrist. cap.* 12. Quod † si verum est, manifestè corruet opinio, quam ut certiorem probat Anton. de Herrer. *in histor. general. Ind. decad.* 1. *lib.* 9. *cap.* 4. *in fin.* docens, prædictas omnes insulas à Floridensibus illis vicinis primùm habitatas fuisse.

66

Sed licèt hæc ita probabiliter considerati potuerint, frequentiùs tamen receptam video illam aliorum opinionem, quæ habet, † totum hoc Indorum Occidentalium genus ab Hebræis illarum decem Tribuum originem trahere, quæ sub Osea Rege Israel à Salmanasare Assyriorum Rege bello captæ, & in novas regiones translatæ dicuntur 4. *Reg. cap.* 17. & 18. & apud Joseph. *lib.* 11. *antiq. cap.* 5. D. August. *lib.* 7. *de Civitate Dei, cap.* 23. Paul. Oros. *lib.* 3. *cap.* 7. & latius *in lib.* 4. *Esdræ c.* 13. ubi inter † alia tradit, Tribus illas divinitus in terram aliam fuisse deductas; ubi numquam habitavit genus humanum, regionemque, quam incoluerunt, adeò esse remotam, ut haberet iter anni unius & dimidii, quod nostræ Americæ convenire inquiunt, & ad eam per summam Tartariam, & Mexicanam plagam ex Media aliquando pervenisse. Præterea considerant, gentem illam ab eodem Esdra appellari *Pacificam*, quod ajunt in his Indis Occidentalibus reperiri, sicut & plura alia, quæ certum indicium præbere putant ad probandum, ex Judæorum gente descendere, † nempè quod meticulosi, quod fracti, quod ingrati, quod mirè superstitiosi, quod acuti, mendacesque sint, & in ipsis vestibus, imò & in loquendi genere plurima Judaicæ nationis vestigia retineant.

67

68

69

Quibus † & aliis conjecturis hanc sententiam amplectitur Genebrar. *lib.* 1. *Chronograph. p.* 159. tradens, se mirari, quod hoc à nullo fuerit animadversum, sed prius idem tentasse videntur Isidor. de Insolanis Mediolanensis *lib.* 1. *de Imper. Milit. Eccles. tit.* 6. *quæst.* 2. Frider. Lumn. *in libello de extremo Dei judicio*, & alii quos refert Acost. *lib.* 1. *hist. Ind. cap.* 23. Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 1. *c.* 9. ubi dicit, à se quasdam schedas repertas, quarum auctorem fuisse putant insignem illum Episcopum Chiapensem, Fr. Balthas. de las Casas, in quibus eadem opinio non solùm relata, verum & inculenter exornata conspicitur; & Michaël Cabel. Balb. *in Miscellan. Austr. manuscript.* 1. *part. cap.* 5. testatur, se idem Salmanticæ excepisse à doctissimo illo viro Licentiat. Joanne del Caño almæ illius Ecclesiæ Canonico Magistrali, dum illum David Psalmum exponeret: *In omnem terram exivit sonus eorum*: & novissimè, & diligentissimè de eadem opinione agunt Maluend. *lib.* 3. *de Antichrist. c.* 18. Greg. Garcia *in d. tract. de Ind. origin. lib.* 3. *per totum*, qui nihil omisisse videntur, quod vel ad eam affirmandam, vel infirmandam spectet, & eis non relatis, illam eximiè laudat, & multis Sacræ Scripturæ locis communire intendit Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. cap.* 43. *per totum*. Quibus adjicio optimum locum D. Server. *lib.* 2. *sacr. histor.* ubi de eisdem decem Tribubus sub Salmanasare dispersis hæc habet: *Decem verò Tribus priùs ductæ per Parthos, Medos, Indos, atque Æthiopes dispersæ, numquam in solum patrium sunt regressæ, hodieque Barbarorum Imperiis coercentur.*

Verum autem vero ego adhuc huic opinioni assentire non possum, adversus quam urgentissimè pugnant plures rationes & argumenta, quibus eam manifestè convincunt Acosta, Maluenda, & Torquemad. *ubi suprà*: Cabell. *in dict. Miscellan. 2. part. ex cap.* 3. *ad* 7. Fr. Hieronym. Romanus 3. *part. in Republ. Ind. lib.* 2. *cap.* 9. Joan. Boter. *in relation. univers. 4. part. lib.* 2. *pag.* 27. & 28. novissimus Augustin. Torniell. *in Annal. sacris*, 2. *tom. ann.* 3314. *n.* 11. *pag.* 180. Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utr.*

Mo-

Monarch. lib. 1. cap. 18. pagin. 203. & cap. 25. pag. 258. & Fr. Seraphin. Freitas *dict. cap. 5. numer. 19.* neminem referens.

Certùs quippè est, Judæos illarum decem Tribuum eamdem nunc, quam anteà captivitatem servare, ibique usque ad ultima tempora mansuros, nec nisi per eosdem angustos Euphratis aditus, per quos venerant, redituros, sistente iterum Deo fluminis venas, ut in eodem Esdræ loco apertè subjiciturs & tradit Joseph. *dict. lib. 11. antiq. cap. 5. & lib. 9. cap. 15.* D. Hieronym. *in Ezech. cap. 22. in princip. & cap. 27. & sup. Zachar. cap. 2.* Paul. Oros. *lib. 3. cap. 7.* & novissimus Pomatius Judæus *in lib. de germ. David*, ubi tradit, hodiernis temporibus illos Judæos ibi consistere, quem & alia de illis, & cur à multis clausi dicantur, optimè refert Maluend. & Joan. à Ponte *ubi suprà*, & novissimè Barrad. *in tract. de peregrinat. filiorum Israel.*

72 Et præterea nusquam † certa via assignari potuit, per quam gens illa in Americam trajicere posset: nam si per Occiduam, Euphrate iterum transmisso, incessisse dicamus, ut apertè citatus Esdræ locus indicare videtur, necessarium fuit, eos vel universæ Syriæ, Arabiæ, Africæque latitudine longis itineribus peragrata, ad Atlanticum usque Oceanum, & inde, eo magnis navigiis, ac longa admodum navigatione dimenso, tandem ad Americam pervenisse, vel ab Assyria ad Occiduos Syriæ fines terrestri itinere, mox navibus tota Mediterranei longitudine usque ad freti Gaditani extrum emensâ, inde per vastissima, & tunc omninò incognita Oceani maria ad Novi Orbis oras postremo appulisse. Quod (ut benè observat Torniell. *ubi suprà*,) profectò tam longam tanti populi navigationem, utpotè magnum quid, & novum, & numquam anteà auditum, nullatenus Esdras silentio involvisset.

72 Ut omittam † librum illum quartum, qui ejus nomine circumfertur inter apocryphos connumerari ab eodem Genebrard. *lib. 2. Chronic. pagin.* 188. Sixto Senens. *lib. 1. Bibliothec. sanct. sect. 3.* Nicol. de Lyra *in lib. Esdr. cap. 1.* Bellarmin. *lib. 1. de verb. Dei, cap. 20.* Acost. *dict. cap. 23.* & Anton. Posevin. *in Apparatu, 1. tom. verb. Esdras*; licèt verum sit ab Ecclesia non reprobari, sed potiùs eam, & Sanctos ejus Patres, ejusdem libri auctoritatibus uti solere, ut refert à Ponte *dict. lib. 2. cap. 18. in fin. pag. 206.*

73 Et cum hæc † de superiore opinione judicemus, longè magis eam rejicere debemus; quæ placuit viro alioqui doctissimo Petro Ruicio Bejarano, olim primi nominis in Curiis Regalibus causarum Patrono, & posteà in Argentino Conventu hujus Regni Peruani meritissimo Senatori, dum in quibusdam manuscriptis scholiis, quæ de Indis adscriptitiis, sive ut vulgo loquuntur,

74 *Yanaconas* elucubravit, Indorum † progeniem Isaachar quinto Jacobi filio, & ejus Tribu originem duceret tradit, motus eò quòd *Genes. 49. & 15.* sic de eo, atque ejus posteris pater prophetasse videtur: *Isaachar asinus fortis, accubans inter terminos vidit requiem, quod esset bona, & terram, quod optima, supposuit humerum suum ad portandum factusque est tributis serviens.* Quam opinionem ex paraphrasi Nicolai de Lyra ad illum locum confirmare contendit, & eam multum laudat, & extollit Doctor Carrasc. *in tuis interpretat. ad ll. Novæ Recop. cap. 6. §. 3. num. 4. pag. 65.* Eo quod † omnia, quæ de Isaachar ibi dicta sunt, his Indis omninò conveniant, cùm inter utriusque Oceani terminos jaceant, optimas & feraces admodum terras possideant, & otio & ignaviæ valdè dediti sint, & ad serviendum, & onera ferendum nati videantur. Sed animadvertere debuissent, aliud esse, Indos Isaachar similes videri, aliud ab eo originem ducere, quod novum est, & nullo fundamento subnitur. Præsertim † cùm ex eadem Sacra Pagina 76 constet, Isaachar terram totius Cananææ optimam, atque supra modum fertilem in sortem obvenisse, & in ea patris benedictionem impletam, ac propterea Tribum illius ita se ultrò agriculturæ operibus addixisse, ut ab his divelli posse non videatur, & mallet tributa majora pendere, quàm de terra sua, sive ad bella gerenda, sive ad alia Principum servitia exire. Et in hujus rei significationem Tribus illa pro insignis sui vexilli asinum posuit, ut implereret præceptum à Domino traditum, *Numer. cap. 2.* sicuti produnt Ferdinand. Mexia *in Nobiliario, lib. 3. cap. 4.* Fr. Hieronym. Romanus *Rerumpubl. lib. 6. cap. 4.* Solaz. *super Symbol. Apostol. disc. 1. cap. 3.* & novissimè Barnab. Moren. de Vargas *de nobil. Hispan. disc. 18. in princip.*

CAPUT X.

De eadem Indorum origine, & quòd verosimilius videatur, terrestri, aut brevi navali itinere per has regiones disseminatos fuisse. Et an à posteris Cham descendant: & aliqua de colore eorum, & Gigantibus, qui in aliquibus locis reperti dicuntur.

SUMMARIUM.

1 *Indorum de origine nihil certè affirmari potest, & quod multis modis initium habere potuerint.*
2 *Orbis Novus per aliquam partem est antiquo conjunctus, aut vicinus.*
3 *Indi Novi Orbis, & reliqua animalia, quæ in eo reperta sunt, ad eum pervenire potuerunt terrestri, vel brevi navali itinere, & quomodo.*
4 *Terrarum primariæ plagæ etsi vastissimo mari dividantur, alicubi tamen conjunctæ, vel valdè proximæ sunt, & exempla.*
5 *Auctores recensentur, qui Indos Occidentales terrestri itinere ad eas regiones pervenisse dicunt.*
6 *Hominum per Orbem dissemination magis frequente, & ordinaria terrestri itinere, aut brevi mari trajecto facta est.*
7 *Terras ita Deus disposuit, ut facilè homines de aliis ad alias transire possent, cùm jusserit eas Orbem replere.*
8 *Insulas maris cur hic, atque illic Deus collocaverit ab initio mundi.*
9 *In insulis Dei sapientiam elucere cur dixerit Augustinus.*
10 *Noë posteri brevi tempore nimis aucti, & sparsi sunt.*
11 *Homine ex uno, & ejus conjuge quos liberi procreari possint spatio 210. annorum.*
12 *Noë plus decem annis per Mediterraneum navigavit, posterorum suorum familiar, seu colonias invisens.*
13 *Humanum genus semper dilatationi, & propagationi studuit, & qualiter paulatim omnes Orbis regiones, & insulas etiam longè positas occuparit.*
14 *Theophili Antiocheni elegantissima verba de hominum propagatione.*
15 *Tertulliani de eadem propagatione hominum duo loca elegantissima proferuntur.*

16 *Franciscus Valletius intignis Medicus, & Philosophus, quid senserit de hominum per universum Orbem dissemination.*
17 *Josephus Acosta putat habitatores Novi Orbis non esse valdè antiquos, & ab hominibus sylvestribus propagatos, & id qualiter accipiendum.*
18 *Homines sylvestres, & omnino bruti reperiuntur in aliquibus locis.*
19 *Homines veri reperiuntur, qui sylvas, & antra habitantes brutis assimilantur, sed rectè instituti rationales evadunt.*
20 *Migrationes, & coloniæ variarum nationum, & auctores plurimi, qui de illis scribunt.*
21 *Dom. D. Laurentius Ramirez de Prado Regius Consiliarius laudatur.*
22 *Orbis Novus ubi antiquo conjungi, aut proximus esse credatur.*
23 *Orbis Novus supra Floridam creditur extendi ad Polum Arcticum usque ad Grotlandiam, Lappiam & Norvegiam.*
24 *Curlantia provincia Septemtrionalis in Regno Poloniæ habet gentes Indis Occidentalibus simillimas.*
25 *Anian fretum ultra promontorium Mendocinum dividit Indiam Orientalem & Occidentalem.*
26 *Orbis Novus ex parte Poli Antarctici ultra fretum Magallanic plures regiones nondum detectas habere creditur.*
27 *Arctici sub Polo sunt plures regiones habitatæ, & sub Antarctico alias reperiendas esse verosimile est.*
28 *Septemtrionales nationes plurimæ, & qui de illis scripterunt.*
29 *Regio in qua juxta Æthiopiam, Atia, & Africa jungebantur, & alia Narbonensis, Polybii tempore lustratæ non erant.*
30 *Indos Orbis Novi ex pluribus partibus ad eum transire potuisse, & maximè ex Orientalibus, aut Sinis, & Tartaris.*
31 *Indos Occidentales, sicuti & Orientales ab Ophir genus ducere putat Arias Montanus, & alii.*
32 *Indiam Orientalem fuisse olim conjunctam Occidentali Auctor quidam scribit.*
33 *Indi Occidentales in omnibus ferè similes sunt Orientalibus.*
34 *Indi Novi Orbis postunt procedere ex filiis Sem, aut Japhet, & etiam ex filiis Cham* secundum Torniellum.
35 *Indos Occidentales originem ducere ex posteris Cham filii Noë, aliqui tradunt.*
36 *Joannis Lerii Burgundi levis conjectura de origine Indorum Occidentalium.*
37 *Indi Occidentales, & Orientales quem colorem communiter habeant*, Ex num. 52.
38 *Cubæ insulæ incolæ historiam Noë, & filiorum ejus narrabant.*
39 *Coloris Indorum & Æthiopum causa.*
40 *Homines varios colores habere non est ita mirandum, quàm ex Æthiopibus albos nasci, vel è contrario.*
41 *Mexicani homines nimis albos servabant, & mirabantur.*
42 *Homines in monte Zantone Indiæ Orientalis, quò vergit ad Orientem nascuntur albi, quò ad Occidentem nigerrimi, & de quodam homine bicolori.*
43 *Coloris & crispaturæ Æthiopum causam Soli tribuit Theodectes.*
44 *Indi cur non sint ita nigri & crispi, sicut Æthiopes.*
45 *Coloris hominum causa non pendere ex temperie toli, aut Cœli, sed ex habitudine, & similitudine parentum, multi opinantur, & quibus rationibus.*
46 *Æthiopes, & Indi, & eorum liberi numquam mutant colorem, etsi ad frigidas regiones transferantur.*
47 *Cham cur destitutus fuerit paterna benedictione, & Chanaan ejus filius cur maledictus.*
48 *Chus filius primogenitus Cham fuit nigerrimus, & Æthiopum auctor.*
49 *Misraim filii deformes.*
50 *Getuli nigri sunt, & are putidi, unde talem semper in eo portare solent.*
51 *Phut tertiogenitus Cham quales liberos genuerit.*
52 *Proprii colores utriusque Indiæ Incolæ.*
53 *Æthiopem dealbare adagium, & alia de Æthiopibus, remissivè.*
54 *Gigantes in Novo Orbe viguisse, & hodie vigere aliqui tradunt, & latè de eis.*

HÆc fermè sunt, quæ à doctissimis viris circa Indorum Occidentalium originem, & propagationem considerari solent, in quibus tamen congerendis & illustrandis an nos aliquid præstiterimus? viderint alii. Et quidem † in re 1
adeò lubrica & antiqua nihil omninò respuendum est: nam si in id incumbere acrius quodvis humanum ingenium perrexerit, in quamvis rem ludet potius, quàm firmas rationes inveniet. Quo fit, ut minus displicere debeat judicium Gregor. Garciæ, *ubi suprà lib. 4. cap. ult.* qui in dubio positus, cui ex prædictis opinionibus adhæreret, tandem affirmari posse inquit, non ab una tantùm gente, neque una tantùm via, sed ab illis omnibus, quos commemoravimus, casu, & consilio, mari, ac terrâ primos hujus Novi Orbis habitatores propagari potuisse.

Ergo fruatur unusquisque sententiâ suâ. Et † ut 2
ego meam sub aliorum etiam correctione proponam, semper verosimilius arbitrarus sum, hunc Novum Orbem non esse penitus ab altero illo divisum, quia potiùs aliqua in parte, vel hærere, vel sanè valdè vicinum esse, arcto aliquo duntaxat freto disjunctum, eòque, uti assolet, aliis atque aliis insulis interrupto, per quæ loca † facilè, 3
promptumque est, existimare, genus hominum, & simul reliqua perfecta animantia paulatim terrestri, vel brevi navali itinere defluxisse, ac sedes subinde, & novas quærendo, & inventas mutando, pro varia regionum commoditate tot populos & nationes effecisse, quemadmodum etiam † Divinæ providentiæ dispensatione factum 4
est, ut primariæ aliæ terrarum plagæ, tametsi, ut plurimùm, vastissimis disjunctæ maribus, alicubi tamen aliquo, vel tenui Isthmo copulatæ sint, vel exiguo freto inter se distinctæ. Videmus enim in universalibus Orbis terrarum descriptionibus, Asiam cum Africa, Isthmo, qui est inter mare Mediterrancum & Arabicum, conjungi, & in duabus Americæ nostræ peninsulis idem in Panamensi tractu contingere, ut diximus *suprà cap. 6. num. 6. & 36.*

Videmus item Africam ab Europa circa Hispaniæ, ac Mauritaniæ fines, freto tantùm Herculeo, seu Gaditano sejungi, & eodem modo Europam ab Asia, Helesponto, & duobus Bosphoris, Thracio scilicet, & Cymmerio, quamquam, eadem Europa supra paludem Mæotidem, fluvio dumraxat Tanai ab Asia dirimitur, & in parte magis Boreali invicem Asia, Europaque copulantur, Isthmo satis amplo, qui à fontibus prædicti fluminis rectà ad Granicum Aquilonaris Oceani sinum excurrit: Asia quoque à regionibus Arcticis ad novam Zemblam modico freto secernitur, & ab America altero, nimirum Aniano, dirimi creditur: Americam item Australem, seu Peruvianam certum est fretu tantùm Magallanico separari, de quo egimus *suprà cap. 8. ex num. 35.*

Quam † sententiam optimè proponit & illu- 5
strat Acost. *d. lib. 1. cap. 20. & 24.* & aliis neglectis probat & sequitur Joan. Boter. *in relat. univers. col. 2. part. 1. lib. 1. pag. 343. & 344.* doctis-

ctissimus Ar. Montan. *tom. 7. in lib.* quem inscripsit Phaleg, hoc est, *de primis gentium sedibus, cap. 9.* Genebrard. *in d. Chronogr. lib. 1. pag. 35.* Maluend. *d. lib. 3. de Antichrist. cap. 18. pag. 155. & cap. 14. pag. 141. & 142.* Cabell. *in d. Miscell. Austral. M. S. 2. part. cap. 19. fol. 98. & cap. fin. fol. 121.* Gregor. Lop. Mader. *in excellent. Monarch. Hispan. cap. 8. pag. 70.* Gregor. Garc. † *d. tract. de Indor. orig. lib. 4. cap. 1. & seqq.* Anton. de Herrera *in hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. cap. 6. pag. 12. & 13.* Torquemad. *in dict. Monarch. Ind. lib. 1. cap. 10. pag. 32.* Joan. Lorin. *in Act. apost. cap. 7. vers. 26. pag. 669.* & novissime ac doctissime August. Torniel. *in Annal. sacrir, 1. tom. anno Mundi 1931. num. 47.*

6 *pag. 232.* Qui † hanc viam ordinariam ac faciliorem esse dicit, ad hominum per cunctas Orbis

7 terras dissemination em: Quia † cùm Dominus homines crescere, multiplicari, & terram universam habitatoribus replere jussisset, *Genes. cap. 1.* credendum quidem est, prius omnes ejus regiones ita disposuisse, ut ab una ad alteram, alicubi sultem, non incommode transiretur.

8 Et ad hoc † certe non casu, sed mira dispensatione & providentia ab initio mundi in medio maris plures hic, atque illic insulas collocavit, tum ut vastos ejus sinus speculari, & scrutari securius homines possent, cum etiam ut post diluvium ab Armenia exeuntes, commodiùs sese in altum conferrent, & paulatim, ac successivè à proximis ad remotissimas quasque provincias dis-

9 seminarentur; quapropter † elucere in insulis Dei sapientiam merito dixit D. August. *de mirab. Script. lib. 1. cap. 7.* quem refert & laudat Simon Majol. *in dieb. Canicul. colloq. 10. pag. 266. & colloq. 14. pag. 334.*

Et posteri Noë hoc modo totum Orbem va-

10 riis † coloniis replere cœperunt, *ut supra capit. proximo num. 8.* retulimus ac brevi tempore ita creverunt, ut secundùm Philon. *lib. 1. antiq. Ind.* & Pined. *in Monarch. lib. 1. cap. 18. §. 2.* decem annis ante ejus mortem, qui fuit 340. post diluvium, Principes familiarum, qui inter se Orbem diviserant, suas familias numeraverint, invenerint-

11 que 7321702. quod mirum non est: † nam juxta evidentem computationem August. Torniel. *in Annal. sacr. 1. 1. ann. 1329. n. 19. pag. 394.* unum par conjugatorum in septimo tricenario, hoc est in fine anni ducentesimi decimi, potest generare plus quàm sexies & decies centena millia, & quadraginta septem millia hominum 1.647086.

12 Et de eodem † etiam Noë tradit idem Philo *in lib. de multip. gen. hum.* Annian. *sup. Beros. lib. 4.* Greg. Garc. *d. lib. 1. cap. 2. §. 1. &* Torquemad. *d. lib. 1. cap. 19. pag. 33.* plus decem annis Mediterranei maris litora navigasse, suos filios & nepotes invisens, & familias & colonias requirens, quas in variis regionibus collocaverant.

13 Quod propagandi † studium, & novas sedes quærendi, cum decursu temporis prætermissum non fuerit, sed imò quotidie magis auctum, augescente etiam hominum genere, & sese internecinis bellis exagitante, mirum non est, si neque ab incolendis insulis, & aliis quamtumvis longè positis regionibus abstinuerint, ut præclarè ostendit D. August. *lib. 16. de Civit. Dei, cap. 6.* tradens, homines ex tribus filiis Noë procedentes, multiplicato genere humano, etiam insulas implevisse, *ad quas* (inquit) *inhabitandas, navigatio transire potuisse, quis ambigat?* Idem † docet 14
Theophil. Antiochen. *lib. de Antol.* in hæc verba *Cùm enim primis temporibus pauci forent homines in Armenia, & Chaldæa, post linguarum divisionem aucti & multiplicati paulatim sunt. Hinc quidam abjerunt versus Orientem, quidam concessere ad partes majoris continentis, alii porrò profecti ad Septemtrionem sedes quæsiturì. Postmodum similiter inde progressi homines etiam reliquas Orbis partes invaserunt, cœptæque sunt habitari insulæ maris, necnon reliqua Orbis climata. Nec prius desierunt terram ubique occupare, quam etiam Britannos in ultimis climatibus accesserint.*

Et non minus eleganter † Tertullian. *lib. de* 15
Pallio, ubi Carthaginenses alloquens, ita eamdem diversarum nationum per universum Orbem dispersionem & migrationem proponit: *Nam & primitus majore ambitu terra cassa, & vacans hominum, & sicubi aliqua gens occuparat, sibimet soli erat. Itaque cogitans omnia sibi domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deserentem rumare, ac ruspare, ut inde velut ex sarculis & propaginibus populi de populis, urbes de urbibus per ubique Orbis pangerentur. Transvolant redundantium gentium examina, Scythæ exuberant in Persas, Phœnices in Africam eructant, &c.* Elegantius *lib. de anima cap. 30. Invenimus* (inquit) *apud commentarios etiam humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exuberasse, dum Aborigines vel vagi, vel extorres, vel gloriosi quique occupant terras, ut Scythæ Parthicas, ut Manidæ Peloponnesiaca, ut Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam, ut Phœnices Africam, dum solemnes etiam migrationes quas ἱερὰς ἀποικίας appellant, consilio exonerandæ popularitatis in alios fines examina gentis eructant. Nam & origines in suis sedibus permanerent, & alibi plus Gentilitatis fœnerabunt. Certè quidem ipse Orbis in promptu est, cultior de die in diem, & instructior pristino. Omnia jam pervia, omnia nota, omnia negotiosa, solitudines famosas retrofundi amœnissimi obliteraverunt. Sylvas, arua domuerunt, feras, pecora, fugaverunt arenæ seruntur, saxa panguntur, paludes eliquantur, tantæ urbes, quantæ non casæ quondam. Jam neque insulæ horrent, nec scopuli terrent, ubique domus, ubique populus, ubi Respublica, ubique vita summum frequentiæ humanæ, Onerosi sumus Mundo, &c.*

Insignis quoque ille † Medicus, & Philoso- 16
phus Francisc. Valles. *de sacra Philosoph. cap. 26. pag. 209.* magis ad nostram quæstionem accedens, cùm probasset, hominum dispersionem non intra angustos duarum Zonarum fines steriscse, ut veteres reputabant, sed in universum terræ Orbem esse factam, sic subjungit: *Atque quamquam alii aliorum ob magna locorum dissidia sint obliti, tamen Dei providentia eos, more ejus, qui seminat hæc, & illac, quoqueversus diffudisse, ita ut nulla pars hominibus alendis idonea sine Adami semine relinqueretur.*

Joseph etiam Acost. † *lib. 1. de nat. Nov. Orb.* 17
cap. 24. & iterum *lib. 7. histor. Ind. cap. 8. in fin.* hunc Novum Occidentalem Orbem non multis ab hinc annorum millibus habitari cœptum existimat, magisque id ab hominibus Sylvestribus,

&

& palantibus, quam ab aliqua Republica oblitum: *Cùm errore* (inquit) *potius, aut patriæ angustiis, novas sedes paulatim habitare cœpissent, atque his assueti, nihil nisi natu alis lucis ductum, eumque obseruratum, aut patriæ fortassis gentilitiæ aliquas consuetudines retinerent.* Quod non est intelli-
18 gendum † de hominibus omninò Sylvestribus, quos nos *Selvages* vocamus, qui præter humanam effigiem, nihil hominum habent, & muti sunt, ac inter belluas computantur, quales in Noruegia, & alibi repertos esse, tradit Hieron. Boeth. *in Scotia*; Theatr. vitæ human. *vol. 1. lib. 1. pag. 94.* & Simon Majol. *in dieb. Canicul. 1. tom. colloq. 2. pag. 60. & 61.*

19 Sed de hominibus veris ab Adamo † profectis, qui tamen à suis divulsi, per sylvas, & nemora, ac incultas regiones nudi, & sine certa sede pererrantes, hirsuto, & villoso corpore facti sunt, & adeò bruti animantibus similes, ut aliqui etiam proni quadrupedum more incedere, & antra, & speluncas habitare soleant, quorum plures jam olim commemorantur à Plin. *lib. 5. cap. 8. lib. 6. cap. 24. 30. & 31.* Solin. *cap. 32. 33. & 35.* Pompon. Mel. *lib. 3. cap. 4.* Agell. *lib. 9. cap. 4.* & D. Isidor. *lib. 1. Etymolog. cap. 33.* & hodie in nostris Ind. Orient. & Occident. passim reperiuntur, ut ex Pigaffet. Oder. Barbos. Petr. Martyre, Haiton. & aliis tradit Majol. *ubi suprà*, qui adhuc rationis, mentisque vestigia in illis apparere, rectissimè tradit, & cum veri homines sint, sensim in legitimum rationis usum, Dei gratia, & melioris vitæ institutione accedente, posse traduci.

20 Ultra quos Auctores † de variis variarum gentium incrementis, migrationibus, & coloniis per Orbem extensis, plurima congerit M. Cato *in lib. de Originibus*: Senec. *in lib. de consolat. ad Albin. cap. 6.* Strab. *lib. 1. &* 15. Alex. ab Alex. *lib. 4. gen. cap. 10.* Gorop. Becan. *in libris peculiaribus*, quos de hoc argumento conscripsit: Theatr. vitæ humanæ *vol. 3. lib. 3. ex pag. 586.* Joan. Vas. *in Chron. Hispan. lib. 1. cap. 11.* Wolfang. Lazio *lib. 12. de Rep. Rom. per tot.* Simon Majol. *4. tom. dier. Canicul. colloq. 4.* Gregor. Lopez Madera *de excellent. Hisp. cap. 8. pag. 66.* Pined. *de reb. gest. Salom. lib. 3. cap. 5. num. 5. pag. 101. & lib. 6. cap. 2. pag. 423. n. 1. & cap. 20. pag. 476.* Villalp. *in Ezech. in appar. tom. 1. part. 2. lib. 5. disp. 3. cap. 57. & 58.* Petr. Opmeer. *in oper. Chronogr. pag. 18.* Bern. Aldret. *de orig. ling. Hisp. lib. 3. cap. 1. & antiq. Hispan. lib. 1. cap. 30. & lib. 3. cap. 27.* Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utr. Monarch. lib. 2. cap. 15. cum multis seqq. & lib. 3. cap. 5. pag. 34. & seq.* & † Dom. D. Laurentius
21 Ramirez de Prado Regius primum & meritissimus rei Dominicæ Consiliarius, & nunc in Supremo Indiarum Senatu jure optimo constitutus, & ad honorificam valdè erga Christianissimum Franciæ Regem legationem adlectus, mihique ob egregias animi dotes, & politissimas literas magni semper, jam inde ab studiis Salmanticensibus, habitus, in tersa illo & satis docto libello, cui *Tessera legum* titulum fecit, sub explicatione *l. certa forma 4. C. de jure fisci.* Et de coloniis Indorum Regni Peruani Garcias Lasus Inca *in suis Commentariis lib. 3. cap. 4. & 19. & lib. 7. cap. 1.*

22 Ubi autem † ejusmodi terræ vicinitas, vel

continuatio reperiatur, per quam homines ex Orbis regionibus antiquitus cognitis, ad has denuò detectas transire potuerint, latè præfati Auctores examinant. Et sunt † qui putent, forsitan 23
illam ad polum Arcticum reperiri, cùm hactenus certo documento contrarium non patuerit, nec omnis terræ ad eam partem tendentis longitudo satis explorata sit, quin potius multi dicant supra Floridam latissimam esse terram Septemtrionalem, & Vulpellus tradat Grotlandiam cum Estotilandia conjungi, & à Terra laboratoris parum distare. Quod si certum est, verosimile sit, ut ait Boter. *dict. vol. 2. part. 1. lib. 1. pag. 343.* Gomar. *1. part. fol. 7.* & alii relati à Greg. Garc. *de Ind. orig. lib. 1. cap. 4. §. 4. ex pag. 79.* Lapianas, & Noruegas gentes propagine suæ, & sedium mutatione paulatim in has partes pervenisse. Quibus adstipulatur, quod de Provinc. Europ. † *Carlantia* nomine tradit Henric. Martinez *in* 24
repert. Mexican. 2. part. cap. 8. pag. 104. quæ jacet in 50. altitudinis gradibus, longitudinis autem 45. & peculiares Duces habet, qui Poloniæ Regibus subsunt; cujus incolæ, vultu, habitu & moribus Indos Novæ Hispaniæ ferè in omnibus referunt.

Ultra † Promontorium quoque Mendocinum, 25
ut ait Acost. *d. lib. 1. cap. 20.* non est satis cognita terræ amplitudo, quam tamen oppido ingentem esse plurimi ferunt, & ibi fretum Regni Anian, quod non multum à Tartaris & Sinis, & à regionibus Indiarum Orientalium distare cognoscitur, & Inde docent planam viam in has Americanas esse potuisse, ut constat ex Genebrard. *in Chronogr. lib. 1. pag. 150.* Pet. Planc. Henrico Alegren. & aliis doctissimis Cosmographis, quos refert Fr. Greg. Garcia *d. §. 4. & lib. 3. cap. 1. pag. 181. & seqq. & lib. 4. cap. 2. pag. 325.*

Ex parte † quoque Australis nostri verticis, 26
sive Antarctici Poli, quem vocamus *del Sur*, nemo hactenus exploravit quousque procurrat continens ultra Patagones, & fretum Magallanicum positra. Et quemadmodum † reperiæ sunt re- 27
giones in altitudine septuaginta, & amplius graduum ad Septemtrionem, imò & sub ipso Arctico, & rigente cingulo habitatæ, insunt *Groenlandia, Scandinavia, Jwma, Corelia, Gothia, Biarmia, Lapia, Finlandia, Finmarchia, Scrifinia*, & aliæ multæ, † quas Jotnandez Gentium omnium 28
officinam, & quasi vaginam nuncupat: de quibus plura tradunt Olaus, & Joan. Magnus, qui de illis gentibus integra volumina condiderunt: Plin. *lib. 4. cap. 2.* Math. Michoniens. *lib. 1. de Sarmatia, cap. 14.* Abrah. Ortel. *in tabula Scandiæ, & Scotiæ*: Maluend. *lib. 3. de Antichrist. cap. 14. pag. 141.* Magin. Patavin. *in sua Cosmograph. 2. part. tab. 9. ex fol. 196.*

Ita quoque aliæ similes provinciæ reperiri poterunt sub alia Zona frigida hujus Poli Australis, versus quam cùm multi post Magallanum constantissimè navigaverint, de quibus sermonem fecimus *supra cap. 8. ex num. 33.* nullum planè terminum oculis perlustrarunt, quo per eam partem terra deficeret. Quod mirum quidpiam videri non debet: nam † & Polybii tempore, ut ipse 29
ostendit *lib. 3.* illa regio, quæ juxta Æthiopiam est, ubi Africa, atque Asia junguntur, penitus ignorabatur, nesciebaturque, utrum perpetua os-

ctissimus Ar. Montan. *tom. 7. in lib.* quem inscripsit Phaleg, hoc est, *de primis gentium sedibus, cap. 9.* Genebrard. *in d. Chronogr. lib. 1. pag. 35.* Maluend. *d. lib. 3. de Antichrist. cap. 18. pag. 155. & cap. 14. pag. 141. & 142.* Cabell. *in d. Miscell. Austral. M. S. 2. part. cap. 19. fol. 98. & cap. fin. fol. 121.* Gregor. Lop. Mader. *in excellent. Monarch. Hispan. cap. 8. pag. 70.* Gregor. Garc. † *d. tract. de Indor. orig. lib. 4. cap. 1. & seqq.* Anton. de Herrera *in hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. cap. 6. pag. 12. & 13.* Torquemad. *in dict. Monarch. Ind. lib. 1. cap. 10. pag. 32.* Joan. Lorin. *in Act. apost. cap. 7. vers. 26. pag. 669.* & novissime ac doctissime August. Torniel. *in Annal. sacrir, 1. tom. anno Mundi 1931. num. 47.*

6 *pag. 232.* Qui † hanc viam ordinariam ac faciliorem esse dicit, ad hominum per cunctas Orbis

7 terras dissemination em: Quia † cùm Dominus homines crescere, multiplicari, & terram universam habitatoribus replere jussisset, *Genes. cap. 1.* credendum quidem est, prius omnes ejus regiones ita disposuisse, ut ab una ad alteram, alicubi sultem, non incommode transiretur.

8 Et ad hoc † certe non casu, sed mira dispensatione & providentia ab initio mundi in medio maris plures hic, atque illic insulas collocavit, tum ut vastos ejus sinus speculari, & scrutari securius homines possent, cum etiam ut post diluvium ab Armenia exeuntes, commodiùs sese in altum conferrent, & paulatim, ac successivè à proximis ad remotissimas quasque provincias dis-

9 seminarentur; quapropter † elucere in insulis Dei sapientiam merito dixit D. August. *de mirab. Script. lib. 1. cap. 7.* quem refert & laudat Simon Majol. *in dieb. Canicul. colloq. 10. pag. 266. & colloq. 14. pag. 334.*

Et posteri Noë hoc modo totum Orbem va-

10 riis † coloniis replere cœperunt, *ut supra capit. proximo num. 8.* retulimus ac brevi tempore ita creverunt, ut secundùm Philon. *lib. 1. antiq. Ind.* & Pined. *in Monarch. lib. 1. cap. 18. §. 2.* decem annis ante ejus mortem, qui fuit 340. post diluvium, Principes familiarum, qui inter se Orbem diviserant, suas familias numeraverint, invenerint-

11 que 7321702. quod mirum non est: † nam juxta evidentem computationem August. Torniel. *in Annal. sacr. 1. 1. ann. 1329. n. 19. pag. 394.* unum par conjugatorum in septimo tricenario, hoc est in fine anni ducentesimi decimi, potest generare plus quàm sexies & decies centena millia, & quadraginta septem millia hominum 1.647086.

12 Et de eodem † etiam Noë tradit idem Philo *in lib. de multip. gen. hum.* Annian. *sup. Beros. lib. 4.* Greg. Garc. *d. lib. 1. cap. 2. §. 1. &* Torquemad. *d. lib. 1. cap. 19. pag. 33.* plus decem annis Mediterranei maris litora navigasse, suos filios & nepotes invisens, & familias & colonias requirens, quas in variis regionibus collocaverant.

13 Quod propagandi † studium, & novas sedes quærendi, cum decursu temporis prætermissum non fuerit, sed imò quotidie magis auctum, augescente etiam hominum genere, & sese internecinis bellis exagitante, mirum non est, si neque ab incolendis insulis, & aliis quamtumvis longè positis regionibus abstinuerint, ut præclarè ostendit D. August. *lib. 16. de Civit. Dei, cap. 6.* tradens, homines ex tribus filiis Noë procedentes, multiplicato genere humano, etiam insulas implevisse, *ad quas* (inquit) *inhabitandas, navigatio transire potuisse, quis ambigat?* Idem † docet 14
Theophil. Antiochen. *lib. de Antol.* in hæc verba *Cùm enim primis temporibus pauci forent homines in Armenia, & Chaldæa, post linguarum divisionem aucti & multiplicati paulatim sunt. Hinc quidam abjerunt versus Orientem, quidam concessere ad partes majoris continentis, alii porrò profecti ad Septemtrionem sedes quæsiturì. Postmodum similiter inde progressi homines etiam reliquas Orbis partes invaserunt, cœptæque sunt habitari insulæ maris, necnon reliqua Orbis climata. Nec prius desierunt terram ubique occupare, quam etiam Britannos in ultimis climatibus accesserint.*

Et non minus eleganter † Tertullian. *lib. de* 15
Pallio, ubi Carthaginenses alloquens, ita eamdem diversarum nationum per universum Orbem dispersionem & migrationem proponit: *Nam & primitus majore ambitu terra cassa, & vacans hominum, & sicubi aliqua gens occuparat, sibimet soli erat. Itaque cogitans omnia sibi domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deserentem rumare, ac ruspare, ut inde velut ex sarculis & propaginibus populi de populis, urbes de urbibus per ubique Orbis pangerentur. Transvolant redundantium gentium examina, Scythæ exuberant in Persas, Phœnices in Africam eructant, &c.* Elegantius *lib. de anima cap. 30. Invenimus* (inquit) *apud commentarios etiam humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exuberasse, dum Aborigines vel vagi, vel extorres, vel gloriosi quique occupant terras, ut Scythæ Parthicas, ut Manidæ Peloponnesiaca, ut Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam, ut Phœnices Africam, dum solemnes etiam migrationes quas ἱερὰς ἀποικίας appellant, consilio exonerandæ popularitatis in alios fines examina gentis eructant. Nam & origines in suis sedibus permanerent, & alibi plus Gentilitatis fœnerabunt. Certè quidem ipse Orbis in promptu est, cultior de die in diem, & instructior pristino. Omnia jam pervia, omnia nota, omnia negotiosa, solitudines famosas retrofundi amœnissimi obliteraverunt. Sylvas, arua domuerunt, feras, pecora, fugaverunt arenæ seruntur, saxa panguntur, paludes eliquantur, tantæ urbes, quantæ non casæ quondam. Jam neque insulæ horrent, nec scopuli terrent, ubique domus, ubique populus, ubi Respublica, ubique vita summum frequentiæ humanæ, Onerosi sumus Mundo, &c.*

Insignis quoque ille † Medicus, & Philoso- 16
phus Francisc. Valles. *de sacra Philosoph. cap. 26. pag. 209.* magis ad nostram quæstionem accedens, cùm probasset, hominum dispersionem non intra angustos duarum Zonarum fines steriscse, ut veteres reputabant, sed in universum terræ Orbem esse factam, sic subjungit: *Atque quamquam alii aliorum ob magna locorum dissidia sint obliti, tamen Dei providentia eos, more ejus, qui seminat hæc, & illac, quoqueversus diffudisse, ita ut nulla pars hominibus alendis idonea sine Adami semine relinqueretur.*

Joseph etiam Acost. † *lib. 1. de nat. Nov. Orb.* 17
cap. 24. & iterum *lib. 7. histor. Ind. cap. 8. in fin.* hunc Novum Occidentalem Orbem non multis ab hinc annorum millibus habitari cœptum existimat, magisque id ab hominibus Sylvestribus,

&

& palantibus, quam ab aliqua Republica oblitum: *Cùm errore* (inquit) *potius, aut patriæ angustiis, novas sedes paulatim habitare cœpissent, atque his assueti, nihil nisi natu alis lucis ductum, eumque obseruratum, aut patriæ fortassis gentilitiæ aliquas consuetudines retinerent.* Quod non est intelli-
18 gendum † de hominibus omninò Sylvestribus, quos nos *Selvages* vocamus, qui præter humanam effigiem, nihil hominum habent, & muti sunt, ac inter belluas computantur, quales in Noruegia, & alibi repertos esse, tradit Hieron. Boeth. *in Scotia*; Theatr. vitæ human. *vol. 1. lib. 1. pag. 94.* & Simon Majol. *in dieb. Canicul. 1. tom. colloq. 2. pag. 60. & 61.*

19 Sed de hominibus veris ab Adamo † profectis, qui tamen à suis divulsi, per sylvas, & nemora, ac incultas regiones nudi, & sine certa sede pererrantes, hirsuto, & villoso corpore facti sunt, & adeò bruti animantibus similes, ut aliqui etiam proni quadrupedum more incedere, & antra, & speluncas habitare soleant, quorum plures jam olim commemorantur à Plin. *lib. 5. cap. 8. lib. 6. cap. 24. 30. & 31.* Solin. *cap. 32. 33. & 35.* Pompon. Mel. *lib. 3. cap. 4.* Agell. *lib. 9. cap. 4.* & D. Isidor. *lib. 1. Etymolog. cap. 33.* & hodie in nostris Ind. Orient. & Occident. passim reperiuntur, ut ex Pigaffet. Oder. Barbos. Petr. Martyre, Haiton. & aliis tradit Majol. *ubi suprà*, qui adhuc rationis, mentisque vestigia in illis apparere, rectissimè tradit, & cum veri homines sint, sensim in legitimum rationis usum, Dei gratia, & melioris vitæ institutione accedente, posse traduci.

20 Ultra quos Auctores † de variis variarum gentium incrementis, migrationibus, & coloniis per Orbem extensis, plurima congerit M. Cato *in lib. de Originibus*: Senec. *in lib. de consolat. ad Albin. cap. 6.* Strab. *lib. 1. &* 15. Alex. ab Alex. *lib. 4. gen. cap. 10.* Gorop. Becan. *in libris peculiaribus*, quos de hoc argumento conscripsit: Theatr. vitæ humanæ *vol. 3. lib. 3. ex pag. 586.* Joan. Vas. *in Chron. Hispan. lib. 1. cap. 11.* Wolfang. Lazio *lib. 12. de Rep. Rom. per tot.* Simon Majol. *4. tom. dier. Canicul. colloq. 4.* Gregor. Lopez Madera *de excellent. Hisp. cap. 8. pag. 66.* Pined. *de reb. gest. Salom. lib. 3. cap. 5. num. 5. pag. 101. & lib. 6. cap. 2. pag. 423. n. 1. & cap. 20. pag. 476.* Villalp. *in Ezech. in appar. tom. 1. part. 2. lib. 5. disp. 3. cap. 57. & 58.* Petr. Opmeer. *in oper. Chronogr. pag. 18.* Bern. Aldret. *de orig. ling. Hisp. lib. 3. cap. 1. & antiq. Hispan. lib. 1. cap. 30. & lib. 3. cap. 27.* Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utr. Monarch. lib. 2. cap. 15. cum multis seqq. & lib. 3. cap. 5. pag. 34. & seq.* & † Dom. D. Laurentius
21 Ramirez de Prado Regius primum & meritissimus rei Dominicæ Consiliarius, & nunc in Supremo Indiarum Senatu jure optimo constitutus, & ad honorificam valdè erga Christianissimum Franciæ Regem legationem adlectus, mihique ob egregias animi dotes, & politissimas literas magni semper, jam inde ab studiis Salmanticensibus, habitus, in tersa illo & satis docto libello, cui *Tessera legum* titulum fecit, sub explicatione *l. certa forma 4. C. de jure fisci.* Et de coloniis Indorum Regni Peruani Garcias Lasus Inca *in suis Commentariis lib. 3. cap. 4. & 19. & lib. 7. cap. 1.*

22 Ubi autem † ejusmodi terræ vicinitas, vel

continuatio reperiatur, per quam homines ex Orbis regionibus antiquitus cognitis, ad has denuò detectas transire potuerint, latè præfati Auctores examinant. Et sunt † qui putent, forsitan 23
illam ad polum Arcticum reperiri, cùm hactenus certo documento contrarium non patuerit, nec omnis terræ ad eam partem tendentis longitudo satis explorata sit, quin potius multi dicant supra Floridam latissimam esse terram Septemtrionalem, & Vulpellus tradat Grotlandiam cum Estotilandia conjungi, & à Terra laboratoris parum distare. Quod si certum est, verosimile sit, ut ait Boter. *dict. vol. 2. part. 1. lib. 1. pag. 343.* Gomar. *1. part. fol. 7.* & alii relati à Greg. Garc. *de Ind. orig. lib. 1. cap. 4. §. 4. ex pag. 79.* Lapianas, & Noruegas gentes propagine suæ, & sedium mutatione paulatim in has partes pervenisse. Quibus adstipulatur, quod de Provinc. Europ. † *Carlantia* nomine tradit Henric. Martinez *in* 24
repert. Mexican. 2. part. cap. 8. pag. 104. quæ jacet in 50. altitudinis gradibus, longitudinis autem 45. & peculiares Duces habet, qui Poloniæ Regibus subsunt; cujus incolæ, vultu, habitu & moribus Indos Novæ Hispaniæ ferè in omnibus referunt.

Ultra † Promontorium quoque Mendocinum, 25
ut ait Acost. *d. lib. 1. cap. 20.* non est satis cognita terræ amplitudo, quam tamen oppido ingentem esse plurimi ferunt, & ibi fretum Regni Anian, quod non multum à Tartaris & Sinis, & à regionibus Indiarum Orientalium distare cognoscitur, & Inde docent planam viam in has Americanas esse potuisse, ut constat ex Genebrard. *in Chronogr. lib. 1. pag. 150.* Pet. Planc. Henrico Alegren. & aliis doctissimis Cosmographis, quos refert Fr. Greg. Garcia *d. §. 4. & lib. 3. cap. 1. pag. 181. & seqq. & lib. 4. cap. 2. pag. 325.*

Ex parte † quoque Australis nostri verticis, 26
sive Antarctici Poli, quem vocamus *del Sur*, nemo hactenus exploravit quousque procurrat continens ultra Patagones, & fretum Magallanicum positra. Et quemadmodum † reperiæ sunt re- 27
giones in altitudine septuaginta, & amplius graduum ad Septemtrionem, imò & sub ipso Arctico, & rigente cingulo habitatæ, insunt *Groenlandia, Scandinavia, Jwma, Corelia, Gothia, Biarmia, Lapia, Finlandia, Finmarchia, Scrifinia*, & aliæ multæ, † quas Jotnandez Gentium omnium 28
officinam, & quasi vaginam nuncupat: de quibus plura tradunt Olaus, & Joan. Magnus, qui de illis gentibus integra volumina condiderunt: Plin. *lib. 4. cap. 2.* Math. Michoniens. *lib. 1. de Sarmatia, cap. 14.* Abrah. Ortel. *in tabula Scandiæ, & Scotiæ*: Maluend. *lib. 3. de Antichrist. cap. 14. pag. 141.* Magin. Patavin. *in sua Cosmograph. 2. part. tab. 9. ex fol. 196.*

Ita quoque aliæ similes provinciæ reperiri poterunt sub alia Zona frigida hujus Poli Australis, versus quam cùm multi post Magallanum constantissimè navigaverint, de quibus sermonem fecimus *supra cap. 8. ex num. 33.* nullum planè terminum oculis perlustrarunt, quo per eam partem terra deficeret. Quod mirum quidpiam videri non debet: nam † & Polybii tempore, ut ipse 29
ostendit *lib. 3.* illa regio, quæ juxta Æthiopiam est, ubi Africa, atque Asia junguntur, penitus ignorabatur, nesciebaturque, utrum perpetua os-

set & continens, an clauderetur pelago? Et idem ait de eo, quod Narbonensis regio ad Septemtrionem excurreret.

30 Apparet igitur † per has omnes partes facilem fuisse primis hominibus transitum, quo in hunc Novum Orbem perducentur. Et cum extrema Orientalis, & Occidentalis Indiæ hucusque (ut diximus) explorata non sint, mihi valde probabile videtur, hujus priores accolas ab illa, & à redundanti fortè Sinarum, aut Tartarorum copia duxisse: prout tenent multi ex auctoribus relatis

31 *suprà num. 6.* præcipuè † Arias Montan. *in Phaleg.* qui inde Americanos *Ophiritas* appellat, quasi à duobus filiis lectam, scilicet *Ophir* & *Hevila*, initium suæ propaginis sumpserint, qui primi Indiam Orientalem tenuerunt, ut habetur *Genes. 2. & 1. Reg. 9.* atque deinde Ophir etiam Occidentalem, ut idem auctor probare nititur: *Non enim* (inquit) *aliam verosimiliorem originem Indis Occidentalibus assignare possumus.* Idem tradit Genebrard. *ubi suprà*: Petr. Opmeer. *in opere Chronogr. pag.* 16. qui aliquos filios Hebri Jectanum connumerat, subditque hinc tredecim filios fuisse, qui à Chaldæa ad Indiam usque migrarunt. *A quibus*, inquit, *Indorum, Sinarumque variæ gentes originem trahunt, ingenio, industria, arte, atque philosophiæ studiis excellentes.*

His subscribunt Michael Balb. Cabell. *in Miscell. Austr. M. S. 1. part. cap.* 12. *&* 3. *part. cap.* 15. *&* 20. *& cap. 6. fol.* 153. Ubi quod †

32 plus est, absque ullo certo fundamento suadere intendit, utramque Indiam olim conjunctam, & continuam fuisse, quousque maris fluctibus dividi cœperunt: Greg. Garc. *lib. 4. cap. 1. &* 23. Greg. Lop. Madera *de excellent. Hisp. c.* 8. *pag.* 70. & Joan. Boter. *d. lib. 1. pag.* 345. qui †

33 ad eamdem sententiam fulciendam similem ferè in omnibus conditionem, corporis habitudinem, ritus & mores, ac præcipuè colorem Indorum utriusque Indiæ rectè considerant. Quamvis Fr. Joann. à Ponte *in convenient. utr. Monarch. lib.* 3. *cap.* 7. *p.* 53. contrarium, scilicet Americanos ab Orientalibus nequaquam procedere, sua tantùm auctoritate nixus existimet.

Sed prædictam opinionem, licèt in origine Ophir rejiciat, in reliquis tamen sequitur etiam, & optimè exornat Torniell. *d. anno Mundi* 1931.

34 *num.* 47. *pag.* 232. Ubi † ait, quòd si quæratur ex quibus filiis, aut posteris Noë hic Novus Orbis impletus fuerit, possumus respondere, ex filiis Sem, per partes Indiæ Orientalis, & Chinæ, & Japoniæ provinciis atque insulis, quæ Americæ Aquilonari vicinæ sunt: aut etiam ex posteris Japhet, qui postquam per plagas Asiæ Aquilonares, quas nunc Tartari incolunt, disseminati fuerunt, tamdem ad Orientales ejusdem Asiæ fines, qui supra Chinam nonnihil flectunt, ad Aquilonem devenerunt, prope fretum Anian, quo ut diximus, parvo intervallo, ipsa Asia ab America sejungi perhibetur. Ad illas autem Antarcticas provincias, quæ nobis omninò Australes esse videntur, & contra extremum Africæ Promontorium, quod *Caput Bonæ Spei* appellant, respiciunt, licèt nobis adhuc benè cognitæ non sint, probabiliter conjici posset, primùm penetrasse posteros Cham, qui prædictum Promontorium, cæterasque Africæ partes incoluisse dicuntur: hi enim à prædictis Antarcticis regionibus omnium minus remoti fuisse videntur, & consequenter ad eas potuisse commodiùs pertransire.

Quo sensu † accepta, vera esse potest opinio 35 Gomaræ *in histor. Indiar. lib. 5. cap.* 217. dum existimat, Peruenses à Cham originem ducere, ac maledictionis divinæ in Cham hæredes esse, & idem de Brasiliensibus, & aliis Americanis tradit Joan. Lerius Burgund. *in sua historia navigationis in Brasiliam*, quæ habetur *in 3. part. histor. Americæ cap.* 15. *in fin. pag.* 233. Qui tamen hoc levissima † alia conjectura confirmat, dicens: 36 quod cùm Josue, juxta promissiones Patriarchis factas, mandatùmque sibi peculiariter datum, in terram Chanaan ingrederetur, testatur Scriptura, *Josue 2. 9.* tantùm terrorem irruisse super illius terræ incolas, ut diffluerent metu Israëlitarum: unde etiam fieri potuit, ut Americanorum nostrorum majores, Israëlitarum conspectum fugientes, mari se commiserint, ac tamdem in terram Americam appulerint.

Joannes quoque à Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 1. *cap.* 10. *p.* 33. & latius *lib.* 14. *cap.* 18. *&* 19. Joan. Lucena *in vita Sancti Xaverii lib.* 1. *cap.* 13. *& lib.* 10. *cap.* 22. Hieronym. Osor. *de reb. Emman. lib.* 8. *pag.* 320. Petr. Bertius *in descript. Javæ. pag.* 611. & Seraph. Freitas *de justo Imper. Asiat. cap.* 5. *num.* 15. *&* 20. eamdem originem constituit Indorum Orientalium & Occidentalium, putantque eos ab aliquo ex filiis, vel nepotibus Cham propagari cœpisse: † atque ideò colorem æneum subfuscum habere, sive oleastri- 37 num, & ut plurimùm cineritium quibus adstipulatur, quod refert Herrer. *in histor. gen. Ind. decad.* 1. *lib.* 9. *cap.* 4. *pag.* 296. Nempe in † Cuba 38 insula veteres indigenas nostris apertè Noë, & filiorum ejus historiam retulisse, dicentes, se ex filio, cui ille maledixit, procedere, & ideò rudiores, & versicolores esse, ac nudos incedere. Nos verò ex altero, cui benedixit, & ideò vestibus uti, equis incedere, atque aliis cœli donis, & commoditatibus perfrui.

Quod ut melius intelligamus, sciendum est, coloris † Indorum causas, ut & nigredinis, & 39 crispaturæ Æthiopum à plurimis doctissimis viris in Solis ardorem & temperamenta locorum, quibus habitant, referri solere, ut constat ex Ptolem. *in oper. quadripert. & ejus comment.* Hilly. *cap.* 2. Hippocr. *in tract. de aëre & aqua.* Albert. Magn. *de nat. cœl. lib.* 2. *&* 1. Galen. *lib.* 2. *de temperam. cap.* 12. Cabell. *in dict. Miscell. Austr. 1. part. cap.* 9. Fr. Gregor. Garc. *dict. tract. de Ind. orig. lib.* 2. *cap.* 5. *pag.* 149. *& seq.* & Simon Majol. *in dieb. Canicul. t.* 1. *colloq.* 3. *pag.* 62. Ubi † tradit 40 non esse monstrosum, quod cutis adeò variæ formæ, & colores in hominibus sint: nam cœli id in climata plurimum influunt: sed magis admirandum esse ex albis nasci Æthiopem, aut ex Æthiopibus album: ac propterea in † Mexico ab 41 ejus antiquis Tyrannis Motezumis homines aliquos publicè ali solitos, quibus ab ipso ortu cutis, crines, supercilia, ac palpebræ albæ fuerint, idque valdè ibi pro admirando habitum fuisse, ut tradit Cortes. *in relat.* 2. & idem Majol. *colloq.* 17. *pag.* 395. ex Oder. Barbos. & aliis commemorat † in India Orientali tantam esse climatis in 42 unico monte Zantone vim variam, ut quà vergit ad

ad Orientem albi sint, qui & nascuntur, & incolunt; quia verò vergit in Occidentem, nigerrimi, cum tamen omnes belluino more vivant.

Illud porrò magis monstrosum videtur, quod de homine quodam bicolore à Ptolemæo Lagi filio in Ægyptum deducto narrat Cœl. Rhodigin. *lib.* 7. *antiquitat. lect. c.* 18. cujus quidem medietas ex æquilibrio summè erat nigra, & reliqua portio eximiam albedinem præferebat.

43 Theodectes † etiam apud Strabonem *lib.* 15. *pag.* 799. eamdem coloris varietatem Soli his carminibus tribuit:

Quorum propinqua Sol adurens orbita
Fuliginoso corpora colore imbuit,
Æstuque totas sicco crispavit comas,
Materiemque adolescendi consumptam abstulit.

44 Unde idem Strabo infert, † Indos Orientales non crispari, nec eorum colorem in totum aduri, sicut Æthiopum, propterea quod sint humidi aëris compotes, & minus perpendiculariter radiis Solis feriantur.

45 Alii tamen putant, † neque Soli, neque solo id esse tribuendum, sed à spermatis natura proficisci, quoniam sub Æquatore, locis utrique Tropico vicinis inter nigerrimos sparsi reperiuntur albi, vel cineritii, qui illic in sua albedine perseverant, ut in regno *Melinda* & *Mombaza*, & benè observat Abraham Ortel. *in comment. tab. 4. tui Theatri*: & Autor *hist. Regni Congiani cap.* 3. in calidioribus quibusdam locis sub eodem parallelo; atque adeo, sub eadem cœli constitutione videmus nasci alicubi homines albos, ut in hac America, alicubi subfusci coloris, ut in Abyssinorum regionibus: alicubi nigerrimos, ut in Asiæ Provincia, quam *Malabaricam* vocant. Et quia

46 Æthiopes † etiam, & Indi, si per multa secula in frigidas regiones transferantur, semper tamen nigros, vel oleastrinos liberos generant; sicuti & Hispani albos, quamvis in Indiæ, aut Æthiopiæ litoribus perseverent. Et in insula *S. Thomæ*, quæ primùm à Lusitanis habitari cœpta est, non impedit calor quominus ipsorum filii usque ad centesimum jam annum albi sint, & maneant: cum tamen Sol ibi æquè ac in aliis insulis Æthiopicis calidus sit.

47 Quapropter affirmant à stirpe & † sanguine Cham Æthiopes provenire, qui destitutus fuit patris sui Noë benedictione, ob culpam, quam contraxit in ejus temulentia irridenda, & inde magnam plagam posteritati suæ attulit, ut & ipsa indignationem Dei in suum parentem testaretur, ut habetur Genes. *cap.* 10. & Paralip. 1. Chanaam enim filius Cham quartogenitus, quia patri avum temulentum ostendit, maledictus fuit, & jugo servitutis subjectus: & ideo Chananæi, & aliæ undecim gentes ab eo descendentes, deletæ sunt. Chus

48 verò † ipsius Cham primogenitus, quamvis multò ante patris impietatem natus fuisset, niger tamen ipse, velut in pœnam effectus, nigerrimos filios produxit, & Æthiopum auctor esse perhibetur.

49 Filii autem † Mizraim secundogeniti nigri, & de-

50 formes nati sunt, ut Ægyptii, ac † Getuli præter nigrorem ore putidi, ut cogantur perpetuò sa-

51 lem in eo habere. Filii denique Plut † tertiogeniti (ut Mauri) nigri, simi, labeones, alìove modo

52 prodigiosè affecti. Ex † quibus coloribus utrius-

que Indiæ incolæ habent, & præcipuè illius Oleastrini, quo, ut diximus, magis frequenter præditi esse videntur. Quod ultra Torquemad. *d. lib.* 14. *cap.* 18. *&* 19. ubi suprà apertè proponit, & prosequitur Ant. Posevin. *in Biblioth.* 2. *tom. lib.* 15. *cap.* 19. *pag.* 252. *&* 253. Didac. de Yepes *in suis discurs. de var. histor.* & August. Torniel. *in annal. sacris tom.* 1. *ann. Mundi* 1931. *n.* 26. *&* 27. Et qui † de Æthiopibus plura voluerit, & de usu il- 53 lius adagii *Æthiops non albescet*, legat Plinium, *lib.* 5. *cap.* 8. *& lib.* 6. *cap.* 30. Erasmum *in adagiis*: Alciat. *Embl.* 59.

Abluit Æthiopem quid frustrà ab desine; noctis
Illustrare nigræ, nemo potest tenebras.

Ubi Sanctius Brocensis, & Claudius Minoës alios allegant, & eruditissimus pariter ac pissimus vir Martin. Delr. *in adag. sacr. 1. tom. adag.* 851. *pagin.* 448. *& seq.*

Illud † tamdem pro hujus capitis coronide sub- 54 jiciemus, hodie Indos omnes, ut plurimum, mediocri statura reperiri, cujus rei causas examinat Torquemad. *d. lib.* 14. *cap.* 24. *&* 25. & Fr. Joan. à Ponte *in Monarch. lib.* 3. *c.* 9. *pag.* 75. Quamvis non ignorem, tam incolarum traditionibus, quam multorum Scriptorum testimoniis, compertum esse, in aliquibus hujus Novi Orbis regionibus quondam Giganteæ magnitudinis homines viguisse, & hodie quoque vigere, ut etiam de Indiis Orientalibus diximus *suprà cap.* 2. *ex numer.* 11. Nam Americus Vespucius *in suis relat. navig.* 2. tradit, se in quamdam insulam appulisse altissimis hominibus cultam, quam ob id *Gigantum* appellarunt. Et Anton. Pigafetta, qui fuit socius Magallani, dum nobile ejus nominis fretum detexit, affirmat, se juxta illud Giganteos populos conspexisse, quorum cervix ad brachii dimidium longitudine protenderetur. Qui Gigantes posteà sæpe ab aliis illud fretum navigantibus conspecti sunt. Et de eis ita scribit Cardan. *lib.* 8. *de rerum variet. cap.* 43. relatus in Theatr. vit. human. *vol.* 2. *lib.* 2. *pag.* 277. *Constat juxta fauces freti Magallanici in Boreali litore ad quinquaginta duas partes altitudinis esse Patagones Gigantes, octo palmis longiores, magnis pro statura pedibus, qui crudis carnibus vescuntur, piscibus assatis, pane carent. Una bucca librat duas carnis aut piscium sumunt: tantùm aquæ uno haustu bibunt, ut duodecim hominibus sufficere possit. Caterum forma decenti sunt, membrisque pro altitudine commensuratis: cursus velocissimi, hilares, fortes, robustissimi etiam supra magnitudinis rationem. Fartis mirum in modum delectantur: crudeles tamen, quod mirum est, non sunt, nec humana carne vescuntur. Sagittas adeò profundè in gulam demittunt, ut in ventriculum pervenire existimentur, quod ipsi pro egregio spectaculo habent.*

Idem de antiquis Jucataneæ Provinciæ indis monumentis suis inandavit Anton. de Herrera *in hist. gen. Ind. decad.* 4. *lib.* 2. *c.* 7. *ad fin. pag.* 44. *& lib.* 10. *c.* 4. *pag.* 268. & de Chichimecis, & aliis gentibus Novæ Hispaniæ Acost. *in hist. Ind. lib.* 7. *c.* 3. *pag.* 457. ubi ait, se molam cujusdam ex his Gigantibus pugno majorem vidisse; & Fr. Joan. de Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 1. *cap.* 13. ubi de alia testatur duobus pugnis majore, quæ

ex sepulto jamdiu hominis cadavere extracta fuit, cujus caput grandis dolii vinarii magnitudinem excedebat, quod & tradit Cardanus, & Theatrum *ubi suprà*, docens ex ossibus horum Gigantum in sepulchris repertis, partium ad totum habita ratione constare, viginti palmos magnitudine excessisse, hoc est triplum justæ magnitudinis fermè hominum nostræ regionis, & ævi: Apud eumdem etiam Joseph. Acost. *lib. 1. de nat. Novi Orb. c. 19. pag. 5.* Petr. Ciezam 1. *part. dist. Perù cap. 52.* August. Zarate *in cad. hist. lib. 1. c. 5.* Magin. *in 2. p. sua Cosmogr. tab. 34. fol. 286.* Torquemad. *d.r. 13. pag. 38.* Fr. Greg. Garc. *lib. 1. de Ind. orig. cap. 4. §. 1. pag. 67.* Garcilas. Inc. *in suis comment. lib. 9. c. 9. fol. 234.* Herrer. *dec. ad. 5. lib. 3. c. 1. pag. 64.* & Joan. Metellum relatum à Thearr. vitæ human. *ubi supr.* reperimus, celebrem esse famam in hac Peruensi regione, ubi nunc Manta, & Portus Vetus oppidum perexiguum ab Hispanis ædificatum est, circa *Caput S. Elenæ*, reperiri ossa hominum Gigantea, tantæ magnitudinis, ut duplo, aut certè semiduplo corpora eorum proceriora fuisse demonstrent, quàm sint communia præsentium Indorum. Illos autem Gigantes olim mari ad hæc litora esse delatos, ibi cum indigenis bella gessisse, & quædam extruxisse immania opera, cujus generis profundus puteus hodie visitur, lapidibus immensis ædificatus. Ac tandem homines illos sævos & portentosos, quòd nefaria, & impurissima libidine abuterentur, cœlitus esse consumptos. De quibus Gigantibus mentionem etiam facit Did. Daval. & Figuer. *in Miscell. Australi colloq. 33. pag. 147.* & subjungit, in valle de Tarija similia Gigantum ossa reperiri, seque unius mandibulam vidisse, quæ semiulnam excedebat, cum tribus dentibus pugno majoribus: & à Dom. Laurentio Suar. de Figueroa, Provinciæ *Sanctæ Crucis de la Sierra* Gubernatore, audivisse, à se aliud integrum cadaver in eadem valle juxta cujusdam torrentis ripam conspectum, adeò portentosæ magnitudinis, ut ensis per oculi cava demissus, vix ad cerebrum perveniret.

CAPUT XI.

De Auctoribus & argumentis, quibus probatur, Hispanos omnium primos hunc Novum Orbem detexisse, & aliis ante eos prorsus incognitum, & certè nec leviter adumbratum.

SUMMARIUM.

1 *Orbis Novus an antiquit ullo modo cognitus fuerit.*
2 *Auctores, qui tenent, Orbis Novi nullam antiquis notitiam fuisse, latè recensentur.*
3 *Joseph. Acost. Abrah. Ortel. Maluend. & alii meritò mirantur, hunc Novum Orbem, adeò magnum & divitem, antiquos tot seculis latuisse.*
4 *Orbis Novi notitia si aliqua fuit apud antiquos, postea in totum evanuit.*
5 *Franc. Vallesius tentit, Orbis Novi habitationem nullà memoria, vel historia ante Columbum cognitam.*
6 *Alani Copi sententia & verba de omnimoda ignoratione Novi Orbis apud antiquos.*
7 *Thomas Bocius Eugubinus laudatur, qui tradit, ne tenue quidem nomen Novi Orbis ad majores nostros perveniss.*
8 *Orbem Novum non fuisse antiquis seculis cognitum, pluribus argumentis Auctor evincit.*
9 *Mundum ex una tantum parte cœlum, & terram habere multi ex antiquis cum Epicuro opinabantur. Alii cum Stoicis & Peripateticis contrarium sentiebant, & num. 11.*
10 *Lucretii carmina advertus eos, qui Mundum rotundum esse putabant.*
11 *Stoicorum sententia.*
12 *Terra constituta est à Deo in medio globi cœlestis, & duas superficies habet.*
13 *Terra cur dicta à Græcis ὑπόγειον.*
14 *Globosa figura sive forma, perfectissima est.*
15 *Terra in medio cœlestis globi pendeat, quomodo sustineatur.*
16 *Orbis Etymologia à rotunditate.*
17 *Manilii locus elegans de Orbis rotunditate.*
18 *Plinius qualiter aperiat ineffabilem rationem, qua elementa inter se colligata sunt.*
19 *Australes mundi plagas, aquis omninò tegi multi ex veteribus opinabantur, & quare.*
20 *Procopii Gazæi notabilis locus, terram in aquis subsistere, & infra nos nullam esse putantis.*
21 *Photius reprehendit D. Clementem, quòd putavit, terram reperiri ultra Oceanum, & Phœnicem avem veram esse.*
22 *Australes & Occidentales regiones ultra Oceanum inhabitatas esse, multi ex antiquis putarunt, & quare.*
23 *D. Augustini locus expenditur.*
24 *Cajetanus putat, nullo Scripturæ loco concludi, omnem terram esse habitabilem.*
25 *Antipodes, sive Antichones esse multi auctores constantissimè negarunt, & de horum nominum etymologia.*
26 *Antipodes Hispanis, & aliis Europæis tunt plures regiones Novi Orbis, remissivè.*
27 *Antipodes esse, qui olim ridebant, hodie magis ridendi sunt.*
28 *Lactantius Firmianus multum invehitur in eos qui Antipodes esse affirmabant.*
29 *Lucretius vanos & stolidos vocat eos, qui Antipodes agnoscunt.*
30 *D. Isidorus Antipodes fabulosas appellat.*
31 *Procopius Gazæus quasi contra Fidem esse inquit Antipodes dari.*
32 *Virgilius Episcopus Salehurg. reprehensus fuit, quod Antipodes dari pro concione dixit.*
33 *Antipodes esse plures ex antiquis affirmarunt.*
34 *Antipodes esse qui olim agnoverunt, putabant alterius generis esse, & aditum ad eos non dari propter calorem Torridæ Zonæ.*
35 *Zonas quinque, quibus terra dividitur, qualiter describat Cicer. Plin. & alii, & num. 38.*
36 *Australem Zonam, & gentes sub ea habitantes à nobis agnosci non posse, multi putarunt.*
37 *Nili origo agnoici non potest ob æstum Torridæ Zonæ cum Lucano.*
38 *Auctores plurimi recenseutur, qui de Zonis Orbis scribunt.*
39 *Zonam Torridam esse impertransibilem, & inhabitabilem, hodie etiam aliqui nimis supine scribunt.*
40 *Picus Mirandulanus publicè Romæ defendit Zonam Torridam inhabitabilem esse.*
41 *Zonas omnes habitabiles esse, & Torridam placidissimam, hodie certissimis experimentis compertum est, & auctores qui de hoc agunt, & num. 43.*
42 *Philosophicis argumentis non est desrendum plusquàm oculis.*
43 *Auctor. de Torrida tractantes.*
44 *Servius quid sentiat de Antipodibus, & eorum cum nostris communicatione.*
45 *Zonas tres antea inhabitabiles, post Christi adventum habitabiles factas, pie probare nititur Thomas Bocius.*
46 *Christi Domini fœlicissimus adventus plurima bona mundo attulit, & Sybillæ carmina de hoc.*
47 *Oceanum innavigabilem esse veteres crediderunt, & loca Naciann. Origen. & Cicer. num. 49. 50. & 51.*

48 *Antipodes negavit D. Augustt. & alii Ecclesiæ Patres, quia ad eas regiones transiisse per Oceanum Adami posteros impossibile judicarunt.*
49 *Naciann. locus.*
50 *Origen. sententia.*
51 *Cicer. verba.*
52 *Adagium* non ultra Gadira, *sive*, qua ultrà Gades inaccessa, *explicatur, & exornatur.*
53 *Oceanus in sacra Pagina sumi solet pro fine totius Orbis.*
54 *Gades sumitur pro ultimo termino Occidentis.*
55 *Hercules columnas Gadibus fixit, tamquam illic esset suprema Orbis meta.*
56 *Imperatorum antiqua consuetudo fuit aliquas columnas, vel alia monimenta erigere in extremis locis, ad quæ pervenissent.*
57 Gades *nomen terminum, seu finem Latinis significat.*
58 Finis tertæ *Promontorium Hispaniæ in Regno Galleciæ.*
59 *Hispania tota, & prætertim Provincia Bæticæ dicitur* Occidens Occidentis, *& id significare ejus antiqua nomina* Sepharad, *&* Spania.
60 Hesperi *nomine à quo* Hesperia *dicta Græci* totum Occidentem *appellabant.*
61 *Epitaphia antiqua, quæ Hispaniæ oras terrarum ultimas faciunt.*
62 *Promontorium sacrum, id est*, El Cabo de S. Vicente, *Orbis ultimum dicitur Straboni.*
63 *Tartessus Bæticæ urbs eadem ac Gades.*
64 *Tartarum ubi defunctorum animas mitti credebant, in ultimis Hispaniæ oris tamquam in extrema totius Orbis regione antiqui collocabant.*
65 *Elysii campi, & Beatorum sedes in Hispaniæ finibus esse putabantur, secundùm Homerum & alios.*
66 *Hesperidum horti, quamvis circa Hispaniam potiti, ab antiquis ignorabantur, & quare.*
67 *Oceani navigatio ultra fretum Herculeum olim nimis periculosa, & quare.*
68 *Maria omnia innavigabilia olim* Atlantica *dicebantur.*
69 *Navigationes per altum olim incognitæ erant.*
70 *Navium & navigationis inventio & usus à Noe temporibus initium accepit.*
71 *Atlantem Lybicum primum naves fabricasse testatur Clem. Alex.*
72 *Navium forma, astrolabium, & alia nautica instrumenta, quibus hodie utimur, antiquis ignorabantur.*
73 *Magnetica acus, & ejus præcisa necessitas ad navigationes per altum inundas.*
74 *Navigationis aliquam peritiam, & certitudinem ex syderum observatione Phœnices nacti fuerunt.*
75 *Navigantes nubilo, aut procelloso tempore syderum observatione se juvare non poterant.*
76 *Virgilii elegans naufragii, & procellæ descriptio.*
77 *Magneticæ acus inventum extollitur, & quod priscis ignotum fuit.*
78 *Navigandi peritia antiquorum cum hodierna, & præcipuè Hispanica conferri non potest.*
79 *Magneticæ acus inventor quis, & de ejus commodis & usibus, remissivè ad plures auctores.*
80 *Magnetis proprietates mirandæ, & unde ei nomen,* remissivè.
81 *Magnes cur semper Septemtrionem requirat,* remissivè.
82 *Magnetis novum, & mirum experimentum.*
83 *Magnetica acu multi etiam utuntur in terrestribus itineribus: & de montibus magneticis, qui attrahant ad se navigia, quibus ferrum inest.*

HUjus ergo adeò vasti, & immensi Orbis detectione, descriptione, & indigenarum
1 origine patefacta, superest † nunc, ut eadem cura, nobilem illam quæstionem examinemus, an scilicèt ante Columbi, & Hispanorum in eumdem Orbem adventum, ab aliquibus antiquorum seculorum hominibus cognitus, & lustratus fuerit, aut saltem certis, & constantibus literarum monumentis ostensus? Et planè mihi semper eorum opinio magis arrisit, qui tantæ detectionis & cognitionis primam laudem ac gloriam Hispanis tribuunt, & aliis ante eos, has Occidentales & Australes regiones penitus ignoratas, esse testantur. Quod † multis rationibus defendunt, & extollunt 2
Petr. Malferit. inter consilia Mandeili *vol. 2. consil. 769. n. 17.* Marquard. de Susanis *in tract. de Judæis, & infidel. 1. p. c. 14. inprincip.* Petr. Bellin. *in tract. de bello 2. part. tit. 11.* Taraph. *de Regib. Hispan. cap. ultim.* Victor. *in relect. de Ind. insulanis in princip.* Barrer. *in libello de regione Ophira:* Lud. Leo Augustinian. *in comment. super Abdiam cap. ult. pag. 662. & super Cat. cap. 8.* Joseph. Acost. *lib. 1. de nat. Novi Orb. cap. 1. & seqq.* Perer. *lib. 3. in Gen.* Barrad. *lib. 5. concord. cap. 1.* Botet. *in relat. universal. vol. 2. lib. 1. ex pag. 329. usque ad 338.* Ant. de Herrer. *in histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. c. 1. & c. 6. pag. 12. in fin.* Greg. Lopez Madera *in lib. de excell. Hispan. Monarch. c. 6. fol. 44. & cap. 9. ex fol. 67.* Jacob. Valdes *de dignit. Reg. Hisp. c. 12. num. 7. cum seq. & cap. 19. ex num. 55. ad 63.* Camill. Borrell. *de præst. Reg. Catol. cap. 43. num. 7. & 8. & cap. 46. n. 225. & 226.* Bern. Aldrete *lib. 3. de orig. ling. Hisp. cap. 13.* Petr. Opmeer. *in opere Chronograph. p. 417.* Fr. Joan. à Ponte *in Convent. utr. Monarch. lib. 3. c. 7. §. 10. pag. 49. & c. 19. §. 1. pag. 152. & §. 2. pag. 125.* Trajan. Bocalin. *in nuptiis Parnass. centur. 2. c. 90.* Fr. à Torquem. *in Monarch. Ind. lib. 1. c. 4. in fin.* August. Torniel. *in annal. sacris ann. mundi 1631. num. 46. & 48. pag. 230. & seq. & ann. 3043. n. 7. & 8.*

Idem tradit ipse Acost. *eod. lib. c. 12.* † ubi monstri simile reputat, & alterum Orbem esse 3
tantum quantum hunc cernimus, & antiquos tot secula latuisse, & nullum prorsus vestigium inveniri, quo ostendi possit, ex Europæ nationibus aliquem ante Hispanos in has oras appulisse.

Abrahamus etiam Ortel. *in Theat. Geograph. tab. 5.* & Carol. Stephan. qui ejus verba transcribit, *in diction. Hist. & Poet. verb. America*, in eadem opinione sunt. Et æquè mirum sibi videri dicunt, hoc Hemisphærium tantæ & tam immensæ amplitudinis, veteribus tot seculis incognitum mansisse, & tamdiu potuisse latere, considerata præcipuè cum antiquorum in describendo terrarum Orbe diligentia, & amplissimorum imperiorum ad perquirendas regiones commoditate, opportunitateque tum humani generis dira, atque insatiabili auro, atque argento inhiante cupidine, nihil non tentante, quo his potiatur, quibus hæ regiones incredibili copia abundant.

Doctissimus quoque Fr. Thom. Maluend. *lib. 3. de Antichr. c. 16. in princ.* apertè resolvit, veteres Scriptores, & quoscumque qui ante Columbum fuerunt, nullam habuisse vel tenuem suspicionem istius tam vastæ, & immanis terræ portionis, quæ per Hispanos patefacta est, ut planè sit inter maxima miracula computandum, voluisse Deum, per tot secula ab Orbe condito majorem partem totius Orbis terrarum ita in obscuro delitescere. Et in fine ejusdem capitis subdit, quod † etsi con- 4
cedamus apud priscos aliquam quamvis confusaneam, atque inturbatam extitisse Novi istius Orbis notitiam, cujusmodi tamen cognitionis vel

te-

ex sepulto jamdiu hominis cadavere extracta fuit, cujus caput grandis dolii vinarii magnitudinem excedebat, quod & tradit Cardanus, & Theatrum *ubi suprà*, docens ex ossibus horum Gigantum in sepulchris repertis, partium ad totum habita ratione constare, viginti palmos magnitudine excessisse, hoc est triplum justæ magnitudinis fermè hominum nostræ regionis, & ævi: Apud eumdem etiam Joseph. Acost. *lib. 1. de nat. Novi Orb. c. 19. pag. 5.* Petr. Ciezam 1. *part. dist. Perù cap. 52.* August. Zarate *in cad. hist. lib. 1. c. 5.* Magin. *in 2. p. sua Cosmogr. tab. 34. fol. 286.* Torquemad. *d.r. 13. pag. 38.* Fr. Greg. Garc. *lib. 1. de Ind. orig. cap. 4. §. 1. pag. 67.* Garcilas. Inc. *in suis comment. lib. 9. c. 9. fol. 234.* Herrer. *dec. ad. 5. lib. 3. c. 1. pag. 64.* & Joan. Metellum relatum à Thearr. vitæ human. *ubi supr.* reperimus, celebrem esse famam in hac Peruensi regione, ubi nunc Manta, & Portus Vetus oppidum perexiguum ab Hispanis ædificatum est, circa *Caput S. Elenæ*, reperiri ossa hominum Gigantea, tantæ magnitudinis, ut duplo, aut certè semiduplo corpora eorum proceriora fuisse demonstrent, quàm sint communia præsentium Indorum. Illos autem Gigantes olim mari ad hæc litora esse delatos, ibi cum indigenis bella gessisse, & quædam extruxisse immania opera, cujus generis profundus puteus hodie visitur, lapidibus immensis ædificatus. Ac tandem homines illos sævos & portentosos, quòd nefaria, & impurissima libidine abuterentur, cœlitus esse consumptos. De quibus Gigantibus mentionem etiam facit Did. Daval. & Figuer. *in Miscell. Australi colloq. 33. pag. 147.* & subjungit, in valle de Tarija similia Gigantum ossa reperiri, seque unius mandibulam vidisse, quæ semiulnam excedebat, cum tribus dentibus pugno majoribus: & à Dom. Laurentio Suar. de Figueroa, Provinciæ *Sanctæ Crucis de la Sierra* Gubernatore, audivisse, à se aliud integrum cadaver in eadem valle juxta cujusdam torrentis ripam conspectum, adeò portentosæ magnitudinis, ut ensis per oculi cava demissus, vix ad cerebrum perveniret.

CAPUT XI.

De Auctoribus & argumentis, quibus probatur, Hispanos omnium primos hunc Novum Orbem detexisse, & aliis ante eos prorsus incognitum, & certè nec leviter adumbratum.

SUMMARIUM.

1 *Orbis Novus an antiquit ullo modo cognitus fuerit.*
2 *Auctores, qui tenent, Orbis Novi nullam antiquis notitiam fuisse, latè recensentur.*
3 *Joseph. Acost. Abrah. Ortel. Maluend. & alii meritò mirantur, hunc Novum Orbem, adeò magnum & divitem, antiquos tot seculis latuisse.*
4 *Orbis Novi notitia si aliqua fuit apud antiquos, postea in totum evanuit.*
5 *Franc. Vallesius tentit, Orbis Novi habitationem nullà memoria, vel historia ante Columbum cognitam.*
6 *Alani Copi sententia & verba de omnimoda ignoratione Novi Orbis apud antiquos.*
7 *Thomas Bocius Eugubinus laudatur, qui tradit, ne tenue quidem nomen Novi Orbis ad majores nostros perveniss.*
8 *Orbem Novum non fuisse antiquis seculis cognitum, pluribus argumentis Auctor evincit.*
9 *Mundum ex una tantum parte cœlum, & terram habere multi ex antiquis cum Epicuro opinabantur. Alii cum Stoicis & Peripateticis contrarium sentiebant, & num. 11.*
10 *Lucretii carmina advertus eos, qui Mundum rotundum esse putabant.*
11 *Stoicorum sententia.*
12 *Terra constituta est à Deo in medio globi cœlestis, & duas superficies habet.*
13 *Terra cur dicta à Græcis ὑπόγειον.*
14 *Globosa figura sive forma, perfectissima est.*
15 *Terra in medio cœlestis globi pendeat, quomodo sustineatur.*
16 *Orbis Etymologia à rotunditate.*
17 *Manilii locus elegans de Orbis rotunditate.*
18 *Plinius qualiter aperiat ineffabilem rationem, qua elementa inter se colligata sunt.*
19 *Australes mundi plagas, aquis omninò tegi multi ex veteribus opinabantur, & quare.*
20 *Procopii Gazæi notabilis locus, terram in aquis subsistere, & infra nos nullam esse putantis.*
21 *Photius reprehendit D. Clementem, quòd putavit, terram reperiri ultra Oceanum, & Phœnicem avem veram esse.*
22 *Australes & Occidentales regiones ultra Oceanum inhabitatas esse, multi ex antiquis putarunt, & quare.*
23 *D. Augustini locus expenditur.*
24 *Cajetanus putat, nullo Scripturæ loco concludi, omnem terram esse habitabilem.*
25 *Antipodes, sive Antichones esse multi auctores constantissimè negarunt, & de horum nominum etymologia.*
26 *Antipodes Hispanis, & aliis Europæis tunt plures regiones Novi Orbis, remissivè.*
27 *Antipodes esse, qui olim ridebant, hodie magis ridendi sunt.*
28 *Lactantius Firmianus multum invehitur in eos qui Antipodes esse affirmabant.*
29 *Lucretius vanos & stolidos vocat eos, qui Antipodes agnoscunt.*
30 *D. Isidorus Antipodes fabulosas appellat.*
31 *Procopius Gazæus quasi contra Fidem esse inquit Antipodes dari.*
32 *Virgilius Episcopus Salehurg. reprehensus fuit, quod Antipodes dari pro concione dixit.*
33 *Antipodes esse plures ex antiquis affirmarunt.*
34 *Antipodes esse qui olim agnoverunt, putabant alterius generis esse, & aditum ad eos non dari propter calorem Torridæ Zonæ.*
35 *Zonas quinque, quibus terra dividitur, qualiter describat Cicer. Plin. & alii, & num. 38.*
36 *Australem Zonam, & gentes sub ea habitantes à nobis agnosci non posse, multi putarunt.*
37 *Nili origo agnoici non potest ob æstum Torridæ Zonæ cum Lucano.*
38 *Auctores plurimi recenseutur, qui de Zonis Orbis scribunt.*
39 *Zonam Torridam esse impertransibilem, & inhabitabilem, hodie etiam aliqui nimis supine scribunt.*
40 *Picus Mirandulanus publicè Romæ defendit Zonam Torridam inhabitabilem esse.*
41 *Zonas omnes habitabiles esse, & Torridam placidissimam, hodie certissimis experimentis compertum est, & auctores qui de hoc agunt, & num. 43.*
42 *Philosophicis argumentis non est desrendum plusquàm oculis.*
43 *Auctor. de Torrida tractantes.*
44 *Servius quid sentiat de Antipodibus, & eorum cum nostris communicatione.*
45 *Zonas tres antea inhabitabiles, post Christi adventum habitabiles factas, pie probare nititur Thomas Bocius.*
46 *Christi Domini fœlicissimus adventus plurima bona mundo attulit, & Sybillæ carmina de hoc.*
47 *Oceanum innavigabilem esse veteres crediderunt, & loca Naciann. Origen. & Cicer. num. 49. 50. & 51.*

48 *Antipodes negavit D. Augustt. & alii Ecclesiæ Patres, quia ad eas regiones transiisse per Oceanum Adami posteros impossibile judicarunt.*
49 *Naciann. locus.*
50 *Origen. sententia.*
51 *Cicer. verba.*
52 *Adagium* non ultra Gadira, *sive*, qua ultrà Gades inaccessa, *explicatur, & exornatur.*
53 *Oceanus in sacra Pagina sumi solet pro fine totius Orbis.*
54 *Gades sumitur pro ultimo termino Occidentis.*
55 *Hercules columnas Gadibus fixit, tamquam illic esset suprema Orbis meta.*
56 *Imperatorum antiqua consuetudo fuit aliquas columnas, vel alia monimenta erigere in extremis locis, ad quæ pervenissent.*
57 Gades *nomen terminum, seu finem Latinis significat.*
58 Finis tertæ *Promontorium Hispaniæ in Regno Galleciæ.*
59 *Hispania tota, & prætertim Provincia Bæticæ dicitur* Occidens Occidentis, *& id significare ejus antiqua nomina* Sepharad, *&* Spania.
60 Hesperi *nomine à quo* Hesperia *dicta Græci* totum Occidentem *appellabant.*
61 *Epitaphia antiqua, quæ Hispaniæ oras terrarum ultimas faciunt.*
62 *Promontorium sacrum, id est*, El Cabo de S. Vicente, *Orbis ultimum dicitur Straboni.*
63 *Tartessus Bæticæ urbs eadem ac Gades.*
64 *Tartarum ubi defunctorum animas mitti credebant, in ultimis Hispaniæ oris tamquam in extrema totius Orbis regione antiqui collocabant.*
65 *Elysii campi, & Beatorum sedes in Hispaniæ finibus esse putabantur, secundùm Homerum & alios.*
66 *Hesperidum horti, quamvis circa Hispaniam potiti, ab antiquis ignorabantur, & quare.*
67 *Oceani navigatio ultra fretum Herculeum olim nimis periculosa, & quare.*
68 *Maria omnia innavigabilia olim* Atlantica *dicebantur.*
69 *Navigationes per altum olim incognitæ erant.*
70 *Navium & navigationis inventio & usus à Noe temporibus initium accepit.*
71 *Atlantem Lybicum primum naves fabricasse testatur Clem. Alex.*
72 *Navium forma, astrolabium, & alia nautica instrumenta, quibus hodie utimur, antiquis ignorabantur.*
73 *Magnetica acus, & ejus præcisa necessitas ad navigationes per altum inundas.*
74 *Navigationis aliquam peritiam, & certitudinem ex syderum observatione Phœnices nacti fuerunt.*
75 *Navigantes nubilo, aut procelloso tempore syderum observatione se juvare non poterant.*
76 *Virgilii elegans naufragii, & procellæ descriptio.*
77 *Magneticæ acus inventum extollitur, & quod priscis ignotum fuit.*
78 *Navigandi peritia antiquorum cum hodierna, & præcipuè Hispanica conferri non potest.*
79 *Magneticæ acus inventor quis, & de ejus commodis & usibus, remissivè ad plures auctores.*
80 *Magnetis proprietates mirandæ, & unde ei nomen,* remissivè.
81 *Magnes cur semper Septemtrionem requirat,* remissivè.
82 *Magnetis novum, & mirum experimentum.*
83 *Magnetica acu multi etiam utuntur in terrestribus itineribus: & de montibus magneticis, qui attrahant ad se navigia, quibus ferrum inest.*

HUjus ergo adeò vasti, & immensi Orbis detectione, descriptione, & indigenarum
1 origine patefacta, superest † nunc, ut eadem cura, nobilem illam quæstionem examinemus, an scilicèt ante Columbi, & Hispanorum in eumdem Orbem adventum, ab aliquibus antiquorum seculorum hominibus cognitus, & lustratus fuerit, aut saltem certis, & constantibus literarum monumentis ostensus? Et planè mihi semper eorum opinio magis arrisit, qui tantæ detectionis & cognitionis primam laudem ac gloriam Hispanis tribuunt, & aliis ante eos, has Occidentales & Australes regiones penitus ignoratas, esse testantur. Quod † multis rationibus defendunt, & extollunt 2
Petr. Malferit. inter consilia Mandeili *vol. 2. consil. 769. n. 17.* Marquard. de Susanis *in tract. de Judæis, & infidel. 1. p. c. 14. inprincip.* Petr. Bellin. *in tract. de bello 2. part. tit. 11.* Taraph. *de Regib. Hispan. cap. ultim.* Victor. *in relect. de Ind. insulanis in princip.* Barrer. *in libello de regione Ophira:* Lud. Leo Augustinian. *in comment. super Abdiam cap. ult. pag. 662. & super Cat. cap. 8.* Joseph. Acost. *lib. 1. de nat. Novi Orb. cap. 1. & seqq.* Perer. *lib. 3. in Gen.* Barrad. *lib. 5. concord. cap. 1.* Botet. *in relat. universal. vol. 2. lib. 1. ex pag. 329. usque ad 338.* Ant. de Herrer. *in histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. c. 1. & c. 6. pag. 12. in fin.* Greg. Lopez Madera *in lib. de excell. Hispan. Monarch. c. 6. fol. 44. & cap. 9. ex fol. 67.* Jacob. Valdes *de dignit. Reg. Hisp. c. 12. num. 7. cum seq. & cap. 19. ex num. 55. ad 63.* Camill. Borrell. *de præst. Reg. Catol. cap. 43. num. 7. & 8. & cap. 46. n. 225. & 226.* Bern. Aldrete *lib. 3. de orig. ling. Hisp. cap. 13.* Petr. Opmeer. *in opere Chronograph. p. 417.* Fr. Joan. à Ponte *in Convent. utr. Monarch. lib. 3. c. 7. §. 10. pag. 49. & c. 19. §. 1. pag. 152. & §. 2. pag. 125.* Trajan. Bocalin. *in nuptiis Parnass. centur. 2. c. 90.* Fr. à Torquem. *in Monarch. Ind. lib. 1. c. 4. in fin.* August. Torniel. *in annal. sacris ann. mundi 1631. num. 46. & 48. pag. 230. & seq. & ann. 3043. n. 7. & 8.*

Idem tradit ipse Acost. *eod. lib. c. 12.* † ubi monstri simile reputat, & alterum Orbem esse 3
tantum quantum hunc cernimus, & antiquos tot secula latuisse, & nullum prorsus vestigium inveniri, quo ostendi possit, ex Europæ nationibus aliquem ante Hispanos in has oras appulisse.

Abrahamus etiam Ortel. *in Theat. Geograph. tab. 5.* & Carol. Stephan. qui ejus verba transcribit, *in diction. Hist. & Poet. verb. America*, in eadem opinione sunt. Et æquè mirum sibi videri dicunt, hoc Hemisphærium tantæ & tam immensæ amplitudinis, veteribus tot seculis incognitum mansisse, & tamdiu potuisse latere, considerata præcipuè cum antiquorum in describendo terrarum Orbe diligentia, & amplissimorum imperiorum ad perquirendas regiones commoditate, opportunitateque tum humani generis dira, atque insatiabili auro, atque argento inhiante cupidine, nihil non tentante, quo his potiatur, quibus hæ regiones incredibili copia abundant.

Doctissimus quoque Fr. Thom. Maluend. *lib. 3. de Antichr. c. 16. in princ.* apertè resolvit, veteres Scriptores, & quoscumque qui ante Columbum fuerunt, nullam habuisse vel tenuem suspicionem istius tam vastæ, & immanis terræ portionis, quæ per Hispanos patefacta est, ut planè sit inter maxima miracula computandum, voluisse Deum, per tot secula ab Orbe condito majorem partem totius Orbis terrarum ita in obscuro delitescere. Et in fine ejusdem capitis subdit, quod † etsi con- 4
cedamus apud priscos aliquam quamvis confusaneam, atque inturbatam extitisse Novi istius Orbis notitiam, cujusmodi tamen cognitionis vel

te-

tenuem auram paulatim postmodum obliteratam, ac penitus tandem evanuisse.

5 His adsentiens † eruditissimus Franc. Valles. *in lib. de sacr. Philosoph. c.26.* explicans illud Deuter. *c. 30. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, & assumet*, inquit, tempus, omnium rerum magistrum, evidenter indicasse, omnes Mundi partes ad utrumque Polum habitabiles esse, & verè ab hominibus coli ab Adam semine disseminatis. Hanc autem dissem-
6 inationem, nulla neque memoria hominum, neque historia cognitam, nobis in hoc seculo velut digito indicasse Hispanos Christicolas, incarnati Verbi disseminationem procurantes.

Alan. † Cop. natione *Anglus*, eidem opinioni semel & iterum se subscribit. Nam *in Dialog. 6. adversus Hæret. c. 9. p. 783.* summam divinæ providentiæ curam extollens, quæ cum Fides Catholica in Septemtrionalibus regionibus habebatur, ejusdem prædicationem & agnitionem ad Australes Orbis Novi perduxit, sic adit. *Quæ anteà ne extitisse quidem ullis unquam libris est tradi-tum, nulla fama, & auditione acceptum.* Et *in eod. Dialog. c. 34. p. 642.* Sleidani hæretici fraudem incusans, qui Catholicæ Fidei propagationem in Orbe Novo eo tempore ab Hispanis tactam perfidioso silentio involverat, inquit, *Incredibili Dei benignitate alterum quemdam Orbem, de quo nihil à Ptolemæo, nihil veteribus Cosmographis, nihil ab aliis vel fando quidem prius acceptimus, intra hominum memoriam repentè emersisse.*

7 Extant quoque † plurima ejusdem rei præconia, & testimonia in illis piis pariter ac eruditis libris, quos insignis Thom. Boz. Eugubin. de *signis Eccles. Dei* in vulgus mandavit, & præcipuè *lib. 17. cap. 1. sig. 74.* ubi ait: *Non ita pridem loca plurima, & latissima reperta fuisse navigationibus Lusitanorum & Hispanorum, quorum ne tenuis quidem nomen pervenerant ad majores nostros.* Et *lib. 6. cap. 7.* ubi divinitus hunc Novum Orbem, qui continet dimidium totius Orbis terrarum, Catholicis Regibus detectum ostendit; & idem tradit *in lib. de robore bilii, cap. 9. pag. 312. & c. 12. pag. 337.*

8 Pro cujus sententiæ confirmatione, & illustratione, ego cum aliis & præter alios, sequentia argumenta † perpendo: Primum; quòd Novus hic Orbis non videtur ullo prorsus modo antiquioribus seculis innotescere potuisse, cum eorum plurimi, & ii quidem gravissimi Scriptores exiterint, qui † mundum universum domui similem reputabant, cui tectum ex una parte non quaquaversus immineat. Atque ita ad Polum Antarcticum, & Australes & Occidentales plagas nullo pacto cœlum extendi posse contendebant, & longè minus terram, cujus gravem molem in medio aere suspensam teneri, nulla ratio (ut ipsi sibi suaserant) patiebatur: quam opinionem sæpe sæpius repetit D. Chrysost. *homil. 14. & 27. in epist. ad Hebr. & homil. 6. & 13. in Genes. & homil. 12. ad populum Antioch.* irridens eos, qui cœlum rotundum & sphæricum esse opinabantur, cum Scriptura potius tabernaculum à Deo fixum commoret. Cui etiam hac in parte assentiuntur Theophyl. *in comment. ad Hebr. c. 8.* & illis antiquior Lactan. Firmian. *lib. 3. divin. institut. c. 24.* qui Epicuri probans sententiam Peripateticos, & Academicos circa cœli ambitum & figuram damnat, & terram ad Chaos quoddam immane definit, prout & facit † Lucretius *lib. 1. de nat. rerum*, qui 10 cum eodem Epicuro, sic inquit:

Illud in his rebus longè fuge, credere, Memmi,
In medium summæ quod dicunt, omnia niti:
Atque ideò mundi naturam stare, sine ullis
Ictibus externis, neque quoquam posse revolvi
Summa atque ima, quòd in medium tint omnia nixa.

Quod attingere quoque videtur D. Hieronym. *lib. 2. in Epist. ad Ephes. c. 4.* Auctor apud Justin. *quæst. 130. Orthod.* Procop. Gazæus *in cap. 1. Genes.* & alii relati à Sixto Senensi *lib. 5. Bibliot. annot. 3.* Perer. *lib. 2. in Genes.* Joseph. Acosta *lib. 1. de nat. Novi Orbis c. 41.* Maluend. *lib. 3. de Antichrist. cap. 14. pag. 141.* Et licèt sub dubio proponit D. August. *lib. 2. de Genes. ad literam, cap. 9. & sup. Psalm. 135. Quid ad me pertinet*, inquiens, *utrum cœlum, sicut sphæra, undique concludat terram in media mundi mole libratam, an eam ex una parte desuper veluti discus operiat?*

Secundo, † quia quamvis Stoici & Peripate- 11
tici in contrariam sententiam euntes, cœlum rotundum esse, atque in circulum volvi affirmarent, & terram etiam † in medio hujus cœlestis globi 12
constituerent, duas superficies habentem, ut tradit Aristot. *lib. 1. de cœlo c. 3.* Plutarch. *de placit. Philosoph. lib. 1, c. 2.* Plin. *lib. 2. c. 5. & 65.* Ovid. *fast.* dum ait:

Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa
Aere subjecto, tam grave pendet onus.

Et ex multis Sacræ Scripturæ locis probant & defendunt D. Aug. *lib. Categor. c. 10.* D. Chrysost. super illud Psalm. 123. *Fundasti terram super stabilitatem suam*: D. Basil. *in Hexam. homil. 1.* D. Ambr. *in eod. Hexam. lib. 3. cap. 6.* Acost. *ubi suprà cap. 2. & 3. & 4.* Cœl. Rhodig. *lib. 1. antig. lect. c. 4. & 13.* Ubi inter alia ait, terram hac ratione † à Græcis *ἰσόμμων* aliquando appellari, id 13
est æquinutantem, & rectè mundum in globi figura fabricatum: quia † ut ab scientissimis 14
proditur;

Hæc æterna manet, Divisque simillima forma,
Cui neque principium est utquam, nec finit in ipsa,
Sed similis toto remanet, perque omnia par est.

Simon Majol. *in dieb. Canicul. 1. tom. colloq. 16. pag. 367. & 368.* Just. Lips. *in Physiologia Stoicorum lib. 2. cap. 9. & 18.* Pat. Joan. Pineda *in Eccles. cap. 1. vers. 4. num. 3.* explicans illa verba: *Terra autem in æternum stat, & sup. lib. 26. 6.* explicans illa: *Appendit terram super nihilum.* Ubi simul rationem exponunt, quomodo † terra, cui 15
aërem undique substratum dicimus, per se ipsa pendat, nec nobiscum cadat. Quibus suscribens D. Isidor. *lib. 14. Etymol. cap. 1. & 2.* & Higin. *lib. 1. de Astronom. c. ultim.* Orbem † à rotundi- 16
tate circuli dictum putant, & terram in media Mundi regione collocatam, omnibus partibus æquali intervallo dissidentem, centrum sphæræ obtinere. Unde eleganter † Manilius *lib. 1. Astron.* 17
sic cecinit.

Est

Est igitur tellus mediam sortita cavernam
Aerit, & toto pariter sublata profundo
Nec patulas distenta plagas, sed condita in Orbem.
Undique turgentem pariter, pariterque cadentem.
Hæc est naturæ facies, sic mundus & ipse
In convexa volans teretes facit esse figuras
Stellarum, Solisque Orbem, Lunamque rotundam
Quod nisi librato penderet pondere tellus,
Non ageret cursus mundi subeuntibus astris
Phœbus ad Occasum, & numquam remearet ad Ortus,
Lunave submersos ageret per inania cursus.

18 Et Plin. † *d. c. 5.* hanc ineffabilem rationem, qua inter se elementa colligata sunt, sic tradit: *Mutuo complexu diversitatis efficaci nexum, & levia ponderibus inhiberi, quominus evolent: contraque gravia ne ruant, suspendi levibus in sublime tendentibus. Sic pari in diversa nisu vi sua, quæque consistere, irrequieto mundi ipsius constricta circuitu: quo semper in se currente, imam, atque mediam in toto esse terram, eamdemque inversi cardine stare pendentem, librantem, per quæ pendeat, ita solam immobilem circa eam volubili universitate. eamdem ex omnibus necti, eidemque omnia inniti.*

Adhuc tamen ipsi iidem Auctores frequentius
19 opinabantur, Australes † & Occidentales Mundi plagas undis omninò tegi. Nam cùm ex duobus elementis terra, & aqua unus efficiatur globus, inteligebant ad Polum Antarcticum mare quaquaversum esse diffusum, ut constat ex iis, quæ tetigimus *suprà cap. 3. num. 16.* & latiùs adduxit Plutarch. *lib. 3. de placit. Philosoph. c. 9. 10. 11.* D. August. *lib. 16. de civit. Dei, cap. 9.* Lactan. Firmian. *lib. 3. divin. inst. c. 23.* Gregor. Nazianz. *epist. 27. ad Posthum. & in orat. funeb. ad Basil.* & Procop. Gazæus *in comment. ad c. 1.*
20 *Genes.* ubi sic † inquit: *Quòd autem terra universa in aquis subsistat, nec ulla sit pars ejus, quæ infrà nos sita est, aquis vacua, & denudata, omnibus notum reor. Nam sicut docet Scriptura: qui expandit terram super aquas; & iterum, quia ipse super maria fundavit eam. Sola igitur superficies, quæ penes nos est intelligitur dum ait: Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum unum. Nec decet, ut credamus aliquam terram infrà nos cœli nostri*
21 *Orbi opositam.* Et hæc fuit ratio † ob quam Phot. *in excerptis ex Clement. epist. ad Corint. 2. pag. 26.* illi inter alia succenset, quòd aliquas terræ Provincias ultra Oceanum collocasset: *Reprehendat verò*, inquit, *hoc in illis quispiam, quòd extrà Oceanum mundos aliquos collocet. Deinde forte & illud, quod Phœnicem avem unicam tamquam pro veritimo adhibet argumento.*

22 Tertiò, † quia tametsi aquis nudum in parte aliqua hemisphærium Australe reperiretur, non tamen ideò necessariò sequi affirmabant, illud ab hominibus habitari. Præsertim cùm non perciperent, quando, aut quomodo posteri Noë ad has regiones transierint, à quibus certum est, omnes mortales fluxisse, ut *suprà* probavimus. Qua
23 propter † D. August. *d. lib. 16. de Civ. Dei cap. 9. Nec attendunt* (inquit) *etiam si figura conglobata, & rotunda mundus esse credatur, sive aliqua ratione monstretur: non tamen esse consequens, ut etiam ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra. Deinde etiamsi nuda sit, neque hoc statim necesse est, ut homines habeat: quando nullo modo Scriptura ista mentitur, &c.* Et Cardinalis † Cajetanus 24
explicans illud *Genes. 1. vers. 26.* ubi Deus, hominem universæ terræ præesse mandavit, nullam esse ejus partem, docet, quæ dominationi hominis subjecta non sit: *Non tamen ex eo* (inquit) *valet concludi; omnem partem terræ esse habitabilem, vel habitandam esse ab homine.*

Atque hoc nimirum in causa etiam fuit, ut ipse idem Augustin. & alii plures Ethnici, & Christiani Philosophi, quos *suprà num. 19.* retulimus, *Antipodes* † sive *Antiçiones* esse, constantissimè 25
negaverint, sic appellatos, quòd contraria nobis vestigia figant, & oppositam terram incolant, distentque à nobis diametro, toto medio terræ centro interposito, ita ut cùm nobis est æstas, illos premat hyems: cùm nobis dies, illis nox sit, ut præter alios observant Ambros. Calepin. & Carol. Stephan. *in diction. verb. Antiçiones, & verb. Antipodes*, Joan. Funger. *in Etymolog.* sub eisdem verbis, & Maluenda *de Antichrist. lib. 1. cap. 2.* quod apertè ostendit, nullam illis hujus Novi Orbis, & gentium in eo habitantium notitiam fuisse.

Constat † namque, antipodes esse plurimos, 26
qui aliquas ejus Provincias inhabitant, quos plenè recenset Over. *lib. 4. hist. Ind. c. 2.* Joseph. Jesuita *de rebus Brasil. ann. 1560.* Sur. *in comment. ann. 1501. 1552.* Ramus. *tom. 1. suarum navigat.* Petr. Mexia *in sylva var. lect. c. 25.* Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom. 1. colloq. 1. pag. 36. & colloq. 17. pag. 395. & 396. & colloq. 11. pag. 281.* Ut sic jam satis appareat, † non tam ridendos esse, 27
qui olim Antipodes agnoverunt, quàm eos, qui vanis suis conjecturis, & argumentationibus ducti, illos irridebant, & præcipuè † Lactan. Fir- 28
mianus dicti. *lib. 3. c. 23.* qui mirum est, quam nimis longè in illis explodendis, & reprobandis provehatur. Quos † etiam *vanos & stolidos* ap- 29
pellavit Lucretius *d. lib. 1.* sic canens:

Illi cùm videant Solem, nos tydera noctis.
Cernere, & alternis nobiscum tempora cæli,
Dividere, & noctes pariles agitare diebus.
Sed vanus stolidis hæc omnia parturit error.

Et † fabulosos D. Isidor. *lib. 14. Etymol. c. 5.* 30
ubi ait: *Extra tres autem partes Orbis quarta pars trans Oceanum interior est in Meridie, in cujus finibus Antipodes fabulosè inhabitare produntur.*

Procop. † etiam Gazæus *In comment. d. c. 1.* 31
Genes. cosdem Antipodes apertissimè negat: *Nam si Antipodes forent* (inquit) *certè Christus eò quoque profectus esset, & cætera, quæ pertinent ad salutem humani generis, ibi perfecisset. Sed & Adam prima generis nostri origo & serpens, qui humanum genus circumvenit, & diluvium quoque penes oppositam regionem extitisset.* Quo † argumento 32
refert. Aventin. *in annal. Bojorum lib. 3.* & Tobias Hallerus *in oratione* quòd antiquitati non ubique credendum sit, apud Joan. Rosinum *pag. 488.* & novissimè Seraph. Freitas *de Imp. Asiat. in præfat. & c. 4. num. 5.* Reprehensum & accusatum fuisse Virgilium Episcopum Saleburgensem in Germania à Bonifacio Episcopo Moguntino, quòd pro concione dixerat, *Antipodes esse*, ejusque opinionem damnatam & explosam fuisse circa annum Christi 745.

Quartò, quia illi quoque Auctores & Philo-

so-

sophi, qui melius docti Antipodes sive Anticto-
33 nes esse affirmarunt, utpotè † Cicer. *lib. 4. Academic. quæst.* Pythagor. *apud Laert. in ejus vita, Plin. lib. 2. c. 65. & lib. 6. c. 22.* Pomp. Mela *lib. 1. c. 5.* Servius *in 6. Æneid.* Origen. *lib. 2. Periarc. c. 3.* & plures alii, quos refert Majol. *ubi supr.* & Maluend. *lib. 3. de Antichr. c. 14. per totum.*
44 Fatebantur † tamen, tales Antipodes, & situs terrarum, quas incolebant, nusquam agnoscere licuisse, & non nostri, sed alterius generis mortalium esse putabant: propterea quod ob arborem intercedentis mediæ Zonæ, quam *Torridam* vocavere, nemo nostrorum ad illos, vel illorum ad nos potuerit commigrare, ut expresse ostendit Cicer. *in fragment. lib. 6. de Rep. & in somnio Scipion.* Ubi hos, qui incolunt utramque Mundi partem ita interruptos esse ait, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit.

35 Et † ex quinque Zonis, quibus terra redimitur, duas maximè inter se diversas & cœli verticibus ipsis ex utraque parte subnixas, pruina obriguisse: mediam autem, & maximam Solis ardore torreri: duas autem esse habitabiles. Earum-
36 que † Australem illam, in qua qui insistunt, adversa nobis urgent vestigia, nihil ad nostrum genus pertinere. Idem docet *lib. 1. Tusculan.* inquiens: *Globum terræ eminentem è mari fixum in medio mundi universi loco duabus orbis distantibus habitabilem & cultum: quarum altera quam nos incolimus, sub axe posita sit ad septem stellas, unde horifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives: altera Australis ignota, nobis, quam vocant Graci, ἀντίχθονα, à contrario axe.* Plinius etiam *lib. 2. c. 6.* in eadem sententia est, & cùm pulcherrimè earumdem Zonarum divisionem scripsisset, sic subdit: *Duæ tantum inter exustam, & rigentes temperantur, eæque ipsæ inter se non pervia propter incendium syderis.* Macrob. quoque *lib. 1. Saturnal. c. 19. & lib. 2. de somno Scipion. cap. 5.* postquam easdem Zonas depinxit, & terras illas Australes, quæ intemperata jacent, habitari probavit, ita prosequitur. *Sed à quibus, non licuit nobis unquam, nec licebit agnoscere: interjecta enim Zona utrique hominum generi commercium ad se denegat commeandi.* Quæ verba eo non citato transcribit Philipp. Bergomensis *in supplem. Chron. lib. 1.* & sequitur Pomp. Mela *d. lib. 1. c. 1.* his elegantissimis verbis eamdem sententiam exponens: *Hujus medio terra sublimis cingitur utique mari, eodemque in duo latera, quæ Hemisphæria nuncupantur, ab Oriente dividua ad Occasum. Zonis quinque distinguitur: mediam æstus infestat, frigus ultimam. Reliquæ habitabilis parla agimt anni tempora, verum non pariter, Antichones alteram, nos alteram incolimus, illis situs ob arborem intercedentis plagæ incognitus.*

Et † eamdem causam refert Lucanus, *lib. 10.*
37 *Pharsal.* Nili originis ignorantiam, sic inquiens:

Quæ tibi noscendi Nilum, Romane, cupido est,
Hoc Pharsii, Persisque fuit, Macedumque Tyrannis,
Nullaque non ætas voluit conferre futuris,
Notitiam: Sed vincit adhuc natura latendi,
Summus Alexander Regum, quem Memphis adorat.
Invidit Nilo miritique per ultima terræ
Æthiopum lector: illos rubicunda perustri
Zona poli tenuit, Nilum vidêre celantem. &c.

Quæ opinio, & prædictarum † Zonarum na- 38
tura & divisio ab aliis priorum, & posteriorum seculorum Philosophis, Historicis, Poetis & Theologis libenter, & frequenter usurpari videtur, ut constat ex Aristot. *lib. 2. Meteor c. 5.* Cicer. *lib. 1. de nat. Deorum.* Plinio *lib. 2. c. 68.* Strab. *lib. 3. & 17. Geograph.* Virgil. *lib. 1. Georg. & 7. Æneid.* & ibi eleganter Servio, qui per digitos manus totam Zonarum intelligentium facillimam reddit, Lucret. *lib. 5. de nat. rerum*, Ovid. *lib. 1. Metamorph.* Horat. *lib. 1. carmin. Ode 22.* Tibull. *lib. 4. de laudib. Messal.* Claudian. *lib. 1. de rapt. Proserp.* D. Isidor. *lib. 3. Etymol. c. 44.* Philon. *in lib. quis rer. divin. hæres sit*, Beda *de ratione temp. lib. 11. c. 32.* D. Thom. *1. part. quæst. 102. art. 2. ad 4.* Scoto & Durand. *2. sentent. dist. 17.* Ludov. Vives *in notis ad D. Aug. d. c. 9.* Joachin. Vandian. *in not. ad Pomp. Melam dict. c. 1.* & plurimis aliis à Chasan. *in Catal. glor. mundi part. 12. consid. 15.* Acost. *lib. 1. de natur. Novi Orb. c. 9. 10. & lib. 2. per totum*, Thom. Boc. *de sig. Eccles. Dei lib. 1. c. 1. & lib. 15. c. 18.* Maluend. *d. lib. 3. cap. 14.* Fr. Gregor. Garc. *lib. 2. cap. ult. §. 4. & sequent. pag. 162.* & Seraph. Freit. *d. c. 4. num. 5.*

Et adeò hominum animis hæsisse videtur, ut 39
illi etiam hodie † aliqui Neoterici assentiantur, Torridam Zonam afflatu continui caloris incensam nullo modo habitari, vel navigari posse affirmantes. Nam ut refert Maluend. *ubi suprà pag. 139.* Avorum nostrorum memoria † Jon. Picus mi- 40
randulan. Romæ in publico doctissimorum virorum cœtu coram Alexando VI. P. M. propositis assertionibus ausus est, id acerrimè propugnare. Et idem tenet Petr. de Aliaco *quæst. 3. super Sphæram* Apian. & Gemafris. *in Cosmograp.* & Blasius Alvarez Mirabal. *in lib.* Hispanâ lingua Salmanticæ anno edito 1599. cui titulum fecit *de conservatione salutis corporis & animæ c. 2.* Quorum tamen errorem, sive desidian, merito notavit Hentic. Martinez *in repert. Mexic. tract. 3. c. 5. pag. 169.* & ab eo sumens Fr. Joan. Torquemada *in Monarch. Ind. lib. 1. c. 4. pag. 8.* Et enim † cum hoc posteriori seculo tot, & tam certis ex- 41
perimentis constiterit, Antipodes esse, & omnes Orbis plagas, tam quæ ad glaciales Zonas, quam quæ ad Torridam pertinent, non solùm habitabiles esse, verum & humano genere cultas, atque etiam multis in locis, & præsertim sub ipsa Æquinoctiali refertissimas, & placidissimas reperiri, atque habitationi & navigationi admodum pervias, emoti prorsus, & amentis judicii erit, ea in dubium velle revocare, & † Philosophicis rationi- 42
bus, quæ sæpè fallaces existunt, plus quam oculis nostris deferre, ut optimè † advertunt Ludovic. Vives, Acost. Maluend. & Torquemad. 43
ubi suprà, Just. Lips. *in Physiolog. Stoic. lib. 2. dissert. 19.* Lambin. *sup. Horatium d. Ode 22.* Fr. Valles. *in libris de sacra Philosoph. c. 26.* Joan. Boter. *in rel. universi. vol. 2. 1. part. lib. 1. pag. 229. & seqq.* Ant. de Herrera *in hist. gener. Ind. dec. 1. lib. 1. c. 2. & 4.* Conimbricenses *in 2. lib. Arist. de cœlo c. 14. quæst. 1.* Pined. *de reb. gest. Salomon. lib. 4. c. 15. §. 2.* Fr. Joan. à Ponte *in conven. utr. monar. lib. 3. cap. 19. pag. 121.* Thob. Haller. *in dict. orat. de antiq. ap. Rotinum pagin. 487.*

Qui

Qui omnes latissimè de Zonarum (præcipuè Torridæ) naturâ & temperie latissimè agunt, & ex antiquis idem jam olim tentarunt Aristot. & ejus commentator Averr. *lib. 4. de cœlo*, Avicen. *fen. 2. doctr. 1. c. 8.* Posidojus apud Cleomedem, cujus verba refert Just. Lips. *in d. Physiolog. Stoic. lib. 2. dissert. 27. in fin.* Albert. Magnus
44 *de nat. loc. cap. 6.* & † Servius *sup. Virgil. 6. Æneid.* ubi elucidans illud:

Pelagine venit erroribus actus.

Disquirit, qui potuerit dicere Virgil. Æneam erroribus maris ad inferos vivum devenisse? respondetque hisce verbis: *Altius hoc intellige secundum chorographos, qui volunt terram sphæricam esse, & undique aqua & aere sustentari. Quod si est, ad Antipodes potest navigatione pervenirì, qui nobis inferi sunt, ut nos illis. Hinc est quod sub terra inferos dicimus. Tyberianus etiam dicit, epistolam esse ab antipodibus ad nos vento allatam, quæ habet: superi inferis salutem.* Et melius, & latiùs cæteris prosequitur Thom. Bocius *dict. tractat. de sign. Eccles. Dei, lib. 15. cap. 18.*

45 Qui † tamen pio quidem zelo, & subtilibus, licèt non usquequaque solidis rationibus ostendere conatur, tres illas terræ fascias, quas antiqui Scriptores, ut diximus, inhabitables esse, asseruerunt, reverà ab Orbe condito ad Christum usque semper desertas mansisse, & semper, vel saltem ex majori parte inhabitatas, & tales repertas eo tempore à pluribus fuisse, qui eas diligentissimo studio explorarunt: post Christi verò fœlicissimum in mundo Ortum, cœpisse illas hominibus incoli, quousque tamdem jam nostris temporibus cultoribus sunt repletæ: at-
46 que hanc † inter alias Christum in mundum importasse fœlicitatem, ut ejus præsentiâ terra melior, atque usibus humanis commodior sit reddita, sic explicans Psalm. 8. *vers. 1. & 4.* & locum Isaiæ *c. 35. vers. 1. & cap. 43.* & Sybillæ carmina, quæ habentur apud Lactant. *lib. 7. divin. institut.*

Et tunc tunc gaudium magnum Deus hominibus dabit
Et enim tellus, & arbores & innumera pecora terræ
Dabunt fructum verum hominibus
Vini, & mellis & candidi lactis,
Et frumentum, quod est hominibus optimum omnium.

Quintò, quo magis ostendatur, hunc Novum Orbem antiquis penitùs ignoratum, aut certè inhabitabilem judicatum fuisse, considero illos non solùm existimasse ob ardorem æstuantis Zonæ ad ejus oras aditum omnino præcludi, sed eâ quoque ratione, quam urgentiorem, imò & insuperabi-
47 lem reputarunt, nempe totius † Oceani spatium inter ipsum, & alias mundi partes obversari, neque ullum modum reperiri, quo infinito illo abysso trajecto, homines huc commeare potuerint.
48 Quod argumentum † adeò pressit D. August. *d. lib. 16. de Civit. Dei, cap. 9.* ut nimis absurdum esse dicat, & sacræ Scripturæ contrarium, Antipodes in his regionibus habitare, cùm ex Adami, aut Noë posteris, à quibus necessario petenda est universi humani generis propagatio, nullus ad
49 eas navigare, ac pervenire potuerit. Cui † ex antiquis Ecclesiæ Patribus hærere videtur Greg. Nazianz. *in epist. 71. ad Posthum. & in orat. funeb. Basilii*, dum pro certo confirma, ultra Gades mare esse hominibus impermeabile, & finem non habere, neque tellurem penetrari posse. Et † Origen. *lib. 2. Periarch. cap. 3.* ubi locum D. 50
Clement. exponens, qui alios mundos trans Oceanum esse insinuavit, de quo *in cap. seq.* latiùs agemus, ait, illum *Antichtones* significare voluisse, atque illius Orbis terræ partes, ad quas quia Oceanus intransibilis est, nostrorum quis- 51
quam accedere non potest. Idem † etiam de impossibili Oceani penetratione apertissimè scripsit Cicer. *d. lib. 6. de Rep.* & Plin. *dict. lib. 6. cap. 67.* sic inquiens: *Maria circumfusa undique dividuo globo partem Orbis auferunt nobis, neque inde huc, neque hinc illo pervio tractu.*

Et hanc fuisse constantem veterum omnium 52
sententiam, † satis ostendit illud Pindari *in Olymp. Ode 3. in fine*, dum ait, quod ultra Gades est, æquè sapientibus, & stultis inaccessum fuisse. Quod proverbii loco à cæteris usurpatum apparet, teste Pedone Albinovano apud Seneca Plin. *in proœm. lib. 3.* & aliis relatis à Paulo Manut. *in adag. Non ultra Gadira, pag. 879.* Maluend. *de Antichrist. lib. 3. cap. 15. in princip. & de Paradis. cap. 19. pag. 118.* Fr. Anton. de S. Roman. *in histor. Ind. Orient. lib. 1. cap. 4. pag. 12.* Theatr. vitæ human. *vol. 5. lib. 3. pag. 1258.* & novissimè Suar. de Salazar *de antiquit. Gaditanis, lib. 1.*

Unde † & Oceanum ipsum sacræ Paginæ pro 53
Occidentali plaga, & fine totius Orbis apponunt: Isai. *49. vers. 12.* Ezech. *48. vers. 17.* & in multis aliis locis relatis à Ludovic. Ballest. *in Hierol. lib. 2. cap. 4. in fin.* Juvenalis † quoque *Satyr. 10.* 54
in eodem sensu Gades accepit, cum ait:

Omnibus in terris, quæ sunt à Gadibus usque
Auroram, & Gangem, pauci dignoscere possunt
Vera bona, atque illis multum diversa remota,
Erroris nebula.

Et propterea Hercules, † cùm boves Gery- 55
onis vestigans, ad Gades pervenisset, columnas ibi fixisse narratur, tamquam illic esset suprema Orbis meta, ut tradit idem Pindar. *in Nemeis:* Strab. *lib. 3. circa fin.* Pomp. Mela *lib. 2. cap. 6.* D. Isidor. *lib. 13. Etymolog. cap. 15.* Dionys. *in libello de situ Orbis*, his carminibus:

Obliquat narrate viat, mihi dicite Musæ
Oceanis Hesperiis à gentibus incipientes,
Ad fines ubi sunt erectæ fortè columnæ
Herculeæ (mirum) justa suprema Gadira.

Et Fest. Avien. *vers. 105.* sic canens:

Ultima procerat subducit ad astra columnas,
Hic modus est Orbis Gadir locat, hic tumet Atlas
Arduus, hic duro torquetur cardine cælum,
Hic circumfosit vertitur nubibus auris.

Fuit † enim antiqua Imperatorum consuetu- 56
do, ad quæ loca extrema cum exercitu, vel classe penetrassent, ibi aliqua suæ expeditionis monimenta relinquere: sicut Bacchus columnas duas magnas erexit in Oriente, & Alexander Indicæ militiæ terminos aras apud extremos Indos instituit, atque ordinavit, super quibus vota Diis persolvit, ut testatur Strab. *lib. 3.* & de eisdem Herculis columnis agens Natal. Comes *lib. 7. Mi-*

57 *tholog. cap.* 1. *pag.* 582. Atque hoc ipsam † Gaditanæ urbis, sive insulæ appellationem ostendere, docet Arias Montan. *in sua Geograph.* relatus ab Ortelio *in Thesaur. verbo Gades*, ubi sic inquit: *Gades non sepem, sed terminum, seu finem Latinis dici mihi auctor est Arias Montanus, apertius Stephanus in sua Geograph. dum inquit: Gadeira urbs, & insula in mari Oceano angusta, & oblonga quasi fascia, sic dicta velut, γε κιρας id est* extremitas terræ.

58 Quod nomen, † *Finis terræ*, alteri quoque promontorio inditum fuit, quod in Galleciæ Regno mari adjacet, ut ait Florian. *in histor. Hisp.*

59 *cap.* 2. Et † tota Provincia Bætica, imò & ipsa Hispania in universum, ex eadem ratione *Occidens Occidentis*, & *angulus Occidentis* vocata est, ut ex D. Hieronym. Theod. Bellarm. & aliis probat Pineda *lib.* 4. *de reb. gest. Salom. cap.* 14. *pag.* 196. *& cap.* 15. *pag.* 210. Idque denotare videbantur antiqua nomina Hebræa, quibus appellabatur, nempe *Sepharad*, *& Spania*. Significant quippè terram absconditam, & in extremo termino, sive fine mundi jacentem, ut benè advertit, & post alios probat Fr. Joan. à Ponte *in convent. utr. Monarch. lib.* 3. *cap.* 19. *pag.* 123. & Dom. Greg. Lopez Madera *de excell. Hisp. cap.* 3. *fol.* 21. Ubi Hesperi † nomine, à quo *Hi-* 60 *pania* & *Italia Hesperia* vocantur, Græcos totum *Occidentem* appellasse considerat.

Extant quoque celeberrimi quædam, & memoria dignissimi † epitaphia in eadem Hispania 61 apud Capurram Eboram & Gades, quæ citantur ab eruditissimo Ambros. Morales *de antiq. Hispan. lib.* 8. *cap.* 20. & 48. Petr. Apian. & Cyriaco Anconitano *in libris antiq. inscrip.* Fr. Roder. Yepes *in antiq. Astigit.* Salaz. *in dict. antiq. Gaditan.* Ponte *ubi supra*: & Matut. *in prosap. Christi* 2. *ætate. cap.* 2. *fol.* 76. in quibus ultimas Orbis aras ibidem concludi, veteres fatebantur. Illa autem sic habent:

QUAM VARIA HOMINUM FATA : ORTUS IN
MARSIS DOMICIUS THORANUS, ULTIMAS ADII
TERRAS, ARMA SEQUUTUS INFOELICIA. GN. POMI
HIC. OCCUBUI, &c.

Aliud.

SERTOR. LUSIT. DUX EXTREM. ORB. PLAGA
D. IMMORT. VOVET. ANIM. BUSTO. CORPUS, &c.

Aliud.

HELIODORUS INSANUS CARTHAGINENSIS, AD EXTREMUM ORBIS, SARCOPHAGO, TESTAMENTO, ME HOC
JUSSI CONDIER, UT VIDEREM SI ME QUIQUAM INSANIOR, ADME VISENDUM USQUE AD HÆC LOCA PENETRARET.

His adjicere possumus Strabonem *lib.* 3. *in* 62 *princ.* ubi † de sacro Promontorio loquens, quod hodie dicitur; *Cavo de San Vincente*, hoc esse inquit, non Europæ modo, sed Orbis universi in Occidentem remotissimum signum, & conjectu- 63 ram facit † à Tartesio Bæticæ Provinciæ urbe (quam eamdem esse cum Gadibus tradunt Ortel. *in Thes. Geogr. verb. Tartessus*, & plures alii antiquiores relati à Pineda *de reb. Salomon. d. lib.* 4. 64 *cap.* 14. §. 2. *pag.* 187.) *Tartarum* † esse vocatum à veteribus locum illum subterraneum, in quem defunctorum animas mitti credebant: Quasi hic in extrema illa Hispaniæ, sive totius Orbis parte consistere deberet; sicuti ipsi etiam Elysii 65 campi, † ubi piorum sedem collocaverunt: Sic enim Protheus Menelaum apud Homerum alloquitur *lib.* 4. *Odyss.*

Sed te qua terræ postremus terminus extat
Elysium in campum cælestia numina ducent,
Quem Rhadamantus habet, qua vita facillima multo
Ducitur: Haud operit campos nive Jupiter istos,
Hybernum tempus, neque multo prorogat anno
Nulli imbres. Spirat semper grata aura Favonii
Mistaque ab Oceano mimos demitigat æstus.

Et eamdem Homeri, & Strabonis sententiam, Elysios campos Hispaniæ tribuentium, sequitur Ludovic. Viv. *in not. ad D. August. lib.* 20. *de Civit. Dei, cap.* 27. Carol. Stephan. *in d. verb. Elysii campi*: Cœl. Rhodigin. *lib.* 18. *lect. antiq. cap.* 22. Joan. à Ponte *in dict. conven. lib.* 2. *cap.* 24. *pag.* 255. licèt alii in cavo lunaris globi eos statuant: alii in duabus insulis Atlanticis, Gaditano Freto vicinis, *Canariis*, aut *Fortunatis*; alii in Paradiso, vel etiam circa Ægyptum, aut Lesbon, ut constat ex Plutarch. *in Sertorio*, & *in libello de facie Orbis Lunæ*: Servio, Pontan. & Cerda in illud Virgil. *in 6. Æneid.*

Devenere locos lætos, & amœna vireta,
Fortunatorum nemorum sedesque beatas.

Lucan. *lib.* 9. *Pharsal.* Hesych. Cœl. Rhodigin. *lib.* 1. *cap.* 4. & aliis, quos refert Vives *ubi supra*: Ortel. *in Thesaur. verb. Elysius*: Carol. Stephan. *in dict. verb. Elysii campi, & verb. Atlantica insula*: & Joan Fulger. *in Etymolog. sub eodem verbo.*

Sextò & ultimò, quia mirum videri non debet, has Occidentales & Australes plagas antiquos latuisse, cum † neque de Hesperidum hortis noti- 66 tiam habuerint, qui prope ipsum Hispaniæ Oceanum, sive Atlanticum mare ad Lixi oras extitisse dicuntur, ut ex Hesiod. *in Theog.* Euripi *in Hypolit. coronat. & in Hercul. furen.* & ex aliis plurimis Græcis & Latinis Auctoribus eruditè ostendit Natal. Comes *lib.* 7. *Mythologiæ cap.* 1. *pag.* 583. *& cap.* 7. *pag.* 619. *& seqq.* & Bern. Aldret. *lib.* 4. *de antiq. Hispan. cap.* 6. & Lucret. *lib.* 5. *de nat. rer. in princ.* Qui illam hujus rei causam reddit, quòd nostrorum nemo ad eas navigasset, nec Barbari eo accedere propter Draconis metum ausi fuissent, sic enim, inquit:

Aureaque Hesperidum servant fulgentia mala,
Aspera acerba tuens immani corpore serpens,
Arboris amplexus stipem? quid denique aberret
Propter Atlanteum litus, pelagique revera,
Quæ nec noster adit quisquam, nec barbarus audet.

Fuit

Fuit enim olim navigatio freti Gaditani, & 67 transmissio † columnarum Herculis infrequens & intentata, propterea quod nimis periculosa reputabatur, ut latè probat Pined. *de reb. Salomon. lib.* 4. *cap.* 6. *pag.* 171. *& cap.* 15. §. 3. *pag.* 205. cui addo Cornel. Tacit. *in lib. de morib. Germ.* qui Germanos indigenas esse, eo argumento ostendere nititur: *Quia immensus ultra, utque sit dixerim, adversus Oceanus, raris ab Orbe nostro navibus aditur. Quis porrò propter periculum horridi & ignoti maris, Asia, aut Africa, aut Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam cœlo, tristem cultu, aspectuque, nisi sibi patria sit.* Et Suidam *verb. Atlantica maria*, relatum & sequutum ab Ortel. *in Thesaur. Geograf. verb.* 68 *Oceanus Atlanticus*, ubi tradunt, † *Omnia maria innavigabilia* Atlantica *vocari.*

Hujus autem periculi, sive difficultatis ratio 69 in eo consistebat, quòd priscis illis † temporibus, nondum navigationes per altum institutæ erant, 70 & licèt † navium inventio, & navigandi usus cognosceretur, utpotè, qui ab ipso Noë, & ejus arca initium accepit, ut constat ex Genes. *cap.* 7. Joseph. *lib.* 5. *antiquit.* Philo *in lib. de multipl. gen. human.* Methastene, Fabio Pictore, & Annian. *sup. Beroi. lib.* 4. Polid. Virg. *lib.* 3. *de invent. rer. cap.* 15. Ravis. Text. *in officina*, 1. *tom. pag.* 326. Carol. Stephan. *in diction. verb. Noe, pag.* 319. Joan. Funger. *in Etymolog. verb. Navis pag.* 674. Cahil. Borrel. *de præstant. Reg. Cath. cap.* 19. *num.* 54. *&* 55. Theatr. vitæ humanæ *vol.* 20. *lib.* 3. *pag.* 1715. *& vol.* 20. *lib.* 1. *pag.* 3628. & ex Clement. Alex. *lib.* 1. *stromat.* 71 *cap.* 7. *pag.* 336. Qui † Atlantem Lybicum primum naves fabricasse, & mare navigasse com- 72 memorat. Minimè † tamen navium forma, astrolabium, & alia instrumenta ad hoc necessaria ita hominibus innotuerant, ut sese tam immani abyssi 73 so committere auderent. Præsertim † sine ferrea acu magnete attacta, quam vulgò *maritimam* vocant, quæ perpetuo Septemtrionem respicit; & eo uno navigationis præsidio sublato, certa magni Oceani trajectio prorsus impossibilis est, ut præclarè considerat Joseph. Acost. *lib.* 1. *de nat. Nov. Orb. cap.* 16. *pag.* 45. & Thom. Bocius loquens de Columbi & Lusitanorum navigationibus *lib.* 4. *de statu Italiæ, cap.* 1. *num.* 68. Nam etsi, ut Plin. *lib.* 8. *c.* 56. de Phœnicum naviga- 74 tione scribit, † ex Syderibus, Sole & Luna, ex terrarum promontoriis, litorumque differentiis aliquid maritimæ peritiæ haberi possit, quod latè etiam illustrat Pineda *cap.* 15. §. 5. *pag.* 208. cum Cicer. *lib.* 1. *Academ.* & Arato in Phænomen. ubi sic habet:

Hic Jovis altrices Helice, Cynosuraque fulgent,
Dat Graiis Helice cursus, majoribus astris,
Phœnicas Cynosura regit; sed candida totis
Certior est Cynosura tamen vulcanibus æquor:
Quippe brevis totam fido se cardine vertit.

Si tamen † hæc omnia nubilo tempore obduce- 75 rentur, & in medio mari deprehensi, ut Virg. ait *lib.* 1. *Æneid.*

Una Eurus Notusque ruunt, creberque procellis
Africus, & vastos volvunt ad litora fluctus.

Fieri non poterat, ut nauta dempto magnetis

usu, quo dirigeret proram nosceret, non magis quàm ut oculis captus, quid in monte procul posito emineat, quid jaceat, digito ostenderet. Ut vel ipse † idem Virgil. egregiè insinuat *lib.* 3. 76 *Æneid.* sic canens:

Postquam altum tenuere rates: nec jam amplius ullæ
Apparent terræ: cœlum undique & undique pontus.
Continuo venti volvunt mare, magnaque surgunt
Æquora; dispersi jactamur gurgite vasto,
Involvere diem nimbi, & nox humida cælum
Abstulit: ingeminant abruptis nubibus ignes,
Excutimur cursu, & cœcis erramus in undis,
Ipse diem, noctemque negat discernere cælo,
Nec meminisse viæ media Palinurus in unda:
Tres adeò incertos cœca caligine Soles
Erramus pelago, totidem sine sydere noctes.

Quapropter meritò Acost. *d. lib.* 1. *cap.* 16. *&* 77 *seqq.* nimis extollit † ingens hoc naturæ miraculum, quod in acu magnetica reperitur, probatque veteribus ignoratam fuisse, neque eam illos in navigando peritiam habuisse, † ut cum arte nau- 78 tica hominum nostri temporis, & præcipuè Hispanorum, conferri possit. Qua una incredibili & celeritate, & certitudine Oceanum undevis, & quovis enavigant, illiusque regiones, & climata accuratè callent, ut ubi sistendum, ubi dextrorsum nonnihil inclinandum, ubi lævorsum, non minus constanter noscant, quàm si per terram progrederentur.

Hujus autem adeò magni beneficii auctorem incertum † esse dicit Polid. Virg. *d. lib.* 3. *de in-* 79 *vent. rer. cap.* 13. sed alii magis frequenter id tribuunt Flavio cuidam Amalfitano circa an. salutis 1300. De cujus laudibus & commodis, & usibus acus magneticæ ultra prædictum Acostam plurima cumulant Pandulf. Collenuc. *hist. Neapolit. lib.* 1. *&* 10. Bapt. Carraf. *in eadem hist. lib.* 1. Petr. Zieza 2. *tom. rer. Ind. cap.* 9. Gomar. 1. *part. histor. Ind. cap.* 10. Lavin. Lenn. *de occul. nat. mirac. lib.* 3. *cap.* 4. Petr. Medina *artis navigat. lib.* 6. *cap.* 1. Hieronym. Osor. *lib.* 1. *de rebus Emman.* ubi pyxidem nauticam eleganter describit Gilbert. *de magnete, lib.* 1. *cap.* 1. Jov. *lib.* 25. *histor.* Joan. Barros *in sua Asia, decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. Adrian. Turneb. *lib.* 20. *adversar. cap.* 20. Guid. Pancirol. *in novis repertis, cap.* 11. Philander. *comment. in Vitruvium, lib.* 10. *cap.* 14. Abraham. Ortel. *in Theatr. Geograph. tab.* 5. Joan. Boter. *in relat. universi* 1. *part. vol.* 2. *l.* 1. *pag.* 332. *& seqq.* Lil. Girald. *lib. de navigat. cap.* 1. Thom. Boc. *lib.* 6. *de sign. Eccles. Dei, cap.* 7. *sign.* 24. *pag.* 240. *& seq. & lib.* 8. *cap.* 1. *sign.* 33. *pag.* 291. *& lib.* 20. *sign.* 87. *cap.* 6. *pag.* 334. *& de Italiæ statu, d. lib.* 4. *c. p.* 1. Camil. Borrel. *de præst. Reg. Cathol. cap.* 78. *ext num.* 22. Pat. Guzman *in* 1. *part. histor. Iapon.* Petr. Garcia Ferrand. & Andr. Cretens. in peculiaribus libris, quos de navigandi arte scripserе: Petr. Opmeer. *in opere Chron. graph. pag.* 100. *& pag.* 357. *&* 373. Anton. Posevin. *in Biblioth.* 2. *t. lib.* 15. *cap.* 20. *pag.* 257. Marian. *de rebus Hisp. lib.* 1. *cap.* 22. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 24. Theatr. vitæ hum. *vol.* 20. *lib.* 1. *pag.* 628. ubi ait hoc ipso invento Hispanis Novi Orbis investigandi instrumentum datum fuisse: Fr. Anton de San Roman. *in eadem histor. lib.* 1. *cap.* 2. Fr. Joan. Torquemada *in Monarch.*

Ind. lib. 1. cap. 10. pag. 32. Anton Herrera *in histor. gener. Ind. Occid. decad. 1. lib. 1. cap. 1. & seq. & in descriptione in dict. cap. 1. pag. 1.* Simon Majol. *in dieb. Canicul. 1. tom. colloq. 23. pag. 540. & seq. & colloq. 18. pag. 404. & seq. & pag. 422.* ubi alium acus magneticæ inventorem agnoscit, & plura de magnetis proprietatibus tradit, quod † & præstat Plin. *lib. 36. c. 16.* Lucret. *lib. 6. de nat. rerum.* D. August. *lib. 21. de Civit. Dei, cap. 4. & 6.* ubi Ludovic. Vives *in notis*: Gorop. Becan. *lib. 3. Hispanic.* Pined. *d. lib. 4. cap. 15. §. 4. ex pag. 206. & cap. 18. pag. 222.* ubi etiam explicat, cur ita appelletur, & unde trahatur: Theatr. vitæ humanæ *vol. 5. lib. 2. pag. 1226.*

81 Et causam, † cur magnes Septemtrionem semper requirat, adducere conatur Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utr. Monarch. lib. 2. c. 23. p. 249.* & novum, & notandum magnetis experimentum:
82 Herrer. *in d. descriptione, pag. 2.* Nimirum † magnetem ferro majorem attrahendi vim communicare, quàm ipsa habeat; etenim si magneti ferrum jungatur, longè majus pondus alterius ferri elevabit, quàm si per se sola ad id petagendum accommodaretur. Et quod etiam in terrestribus † itineribus multi magnete utantur, & quòd montes magnetici trahant ad se navigia circa eos transeuntia, quibus ferrum vehitur, recolit Majol. *ubi supra*: & Aloys. Cadamust. *in sua navigatione 55.* ubi refert, non longè à mari Arabico ad insulas Calechut esse magnam magnetis copiam, adeo ut multæ ibi fiant naves absque ferro, quòd vim magnetis paveant. Idem tradit Ludovic. Viv. *ubi suprà.*

CAPUT XII.

In quo latè auctores, & argumenta contrariæ sententiæ referuntur, & refelluntur: & nullis antè Hispanos hunc Novum Orbem cognitum fuisse magis ostenditur.

SUMMARIUM.

1 *Opinionem aliquam probare non sufficit, nisi contrariis satisfiat.*
2 *Auctores plurimi recententur, qui Novum Orbem veteribus cognitum dicunt.*
3 *Justus Lipsius quid senserit de notitia Novi Orbis. Basilius Pontius Legionensis Augustinianus laudatur,* ibid.
4 *Novum nihil est hodie, quod antea non præcesserit,* & num. 10.
5 *Novus Orbis aliquando antiquis cognitus, & postea ignoratur, ac denuò à Columbo repertus.*
6 *Nova multa videri, quæ jam olim in usu fuerunt.*
7 *Arietis machinam invenit Carthago, & postea ejus oblita stupuit contra se per Romanos admotam.*
8 *Fontes & Tibuani carmina de novis antiquis.*
9 *Res omnes suas mutationes habent, & quæ cecidere, resurgunt,* secundùm Horatium.
10 Novum nihil sub Sole, *Proverbium, qualiter accipiatur.*
11 *Homines non omnia simul Jupiter docuit.*
12 *Erato, una inter Musas, à novis inventis nomen accepit.*
13 *Thaletis Milesii apophthegma.*
14 *Tempus est rerum omnium inventor, & magister.*
15 *Inveniendis inventa non obstant* secundùm Baldum.
16 *Inventa de novo plurima, & utilissima omnibus seculis leguntur, & aliqua eorum exempla.*
17 *Antipodum & Novi Orbis inventio instar omnium inventorum valet.*
18 *Munera maxima, & clarissima naturæ fortuitò sæpè reperta sunt, & aliqua exempla.*
19 *Fortuitò quæ apud nos fieri videntur, Dei consilio reguntur.*
20 *Magnes lapis fortuitò repertus.*
21 *Lyræ, sive Cytharæ inventio qualiter cœperit.*
22 *Purpuræ inventio cum Cassiodoro.*
23 *Nili origo, & incrementum his ultimis temporibus à Lusitanis detecta.*
24 *Nili originis cognitio veteribus frustrà tentata, & impossibilis reputata.*
25 *Navigationes per altum antiquitus in usu fuisse quidam tradunt, & earum exempla,* & num. sequentib.
26 *Mare universum non totùm navigabile, sed de facto etiam antiquitus navigatum.*
27 *Hannonis navigatio similis fuisse dicitur tertiæ Columbi.*
28 *Carthaginenses olim per Atlanticum navigasse dicuntur.*
29 *Euthymenes Massiliensis olim Atlanticum navigavit.*
30 *Navigatio quem progressum olim habuerit, cum Claudiano.*
31 *Magnetis usum sunt qui veteribus tribuant,* & numer. 42.
32 *Plauti verrorium aliqui acum Magneticam fuisse putant,* & num. 40.
33 *Navigandi peritia veterum cum nostra comparari nequit.*
34 *Navigationes per altum raræ olim, & portenti loco habitæ.*
35 *Hannonis navigationes parum fidei habuerunt, & Proverbium de eis.*
36 *Navigationes tantùm literales priscos exercuisse, qui affirmant,* & num. 37. 38. & 40.
39 *Navigationem sine remis veteres nunquam exercebant.*
41 *Astrolabii inventum, & utilitas.*
42 *Magnetica acus usum veteribus omninò ignoratum fuisse probatur.*
43 *Magneticæ pyxidi Novi Orbis detectio debetur.*
44 *Trapobanenses qua industria in navigando uterentur.*
45 *Magneticæ acus nullum extat nomen apud antiquos.*
46 *Versoriam capere apud Plautum significat* dár o tomar la vuelta.
47 *Atlanticam Platonis quidam Novum Orbem esse putant, sed rejiciuntur,* num. 52.
48 *Aristotelis locus de insulis à Carthaginensibus detectis à multis accipitur pro Novo Orbe, qui rejiciuntur,* num. 53.
49 *Americanos à Carthaginensibus procedere aliqui putant, & quare?*
50 *Ælliani optimus locus exponitur, ubi Novum Orbem depingere videtur, sed rejicitur,* num. 56.
51 *Novi Orbis incolas eosdem esse ac Hyperboreos tradit Goropius, sed rejicitur,* num. 60.
52 *Non esse Novum Orbem Platonis Atlanticam.*
53 *Locus Aristotelis non loquitur de Novo Orbe.*
54 *Aristotelis, sive Theophrasti liber de mirabilibus auditionibus fabulosus est.*
55 *Euciani fabula de quadam navigatione à se in novas regiones facta refertur, & ridetur.*
57 *Sileni narrationem de Novo Orbe à Theopompo relatam, ut meram, & nugatoriam fabulam accepit Ælianus & Tertul.*
58 *Theopompus quis fuerit.*
59 *Goropius Becanus audaciæ, & levitatis notatur.*
60 *Hyperboreos & Riphæos montes ubi sint, & unde dicantur,* & num. 62.
61 *Riphæos & Hyperboreos montes incolentium miræ fœlicitas & salubritas.*
62 *Pro Pirinæi Riphæi sumuntur.*
63 *Novi Orbis scientiam videntur habuisse, qui & Antipodum; & respondetur,* num. 70.
64 *Novum Orbem agnovisse videtur Lucian. Plutarch. & Avitus: & eis respondetur,* num. 71. & 72.
65 *Divi Clementis Romani verba de mundi, qui sunt trans Oceanum, multi pro Novo Orbe accipiunt, & respondetur,* num. 74.
66 *D. Clementis epistolæ ad Corinthios auctoritas.*
67 *Seneca Philosophus scripsit tragœdiam Medeæ, & in ea vaticinari videtur de Novi Orbis detectione,* & num. 76.
68 *Columbum, Senecæ auctoritate inter alia ductum, ad Novum Orbem quærendum, multi opinantur.*
69 *Hispanis adimi non potest veræ gloriæ primæ detectionis Novi Orbis.*
70 *Antipodes esse licèt aliqui ex antiquis agnoverint, ignorabant tamen regiones eorum, & alterius generis mortalium esse putabant.*
71 *Plutarchi & Luciani narrationes, quibus videntur Orbem Novum denotare fabulosæ sunt.*
72 *Avitus declamator Novum Orbem non agnovit, sed potius apertè negavit.*
73 *Aviti elegantissima verba, quibus Alexandrum hortatur, ne novas terras ultra Oceanum quærat.*
74 *D. Clemens Romanus sub mundis trans Oceanum Antipodes significavit veluti* secundùm Origenem.
75 *Mundos plures esse, qui affirmant, graviter errant.*
76 *Seneca quo tentu, & modo Novos Orbes detegendos esse prædixerit.*
77 *Divinatio virii prudentibus familiaris quæ sit.*
78 *Seneca non secùs ac cæteri sui temporis Philosophi Oceanum finem Orbis esse putabat.*
79 *Pedonis carmina elegantissima apud Senecam, Oceanum mundi finem esse tradentis.*
80 *Poëtæ, & alii Auctores multa temerè vaticinantur, quæ postea impleta videmus.*
81 *Senecæ locus alter, quo prænuntiasse videtur detectionem hujus Novi Orbis.*
82 *Gentium plura examina repentè ex regionibus Aquilonaribus exierunt, & bellis Orbem turbarunt.*
83 *Virgilii vaticinium, quod trahi potest ad detectionem Novi Orbis.*
84 *Argonautarum fabulam qui tractaverint.*
85 *Aurei velleris Ordinis Equestris origo.*
86 *Ducatus Burgundiæ veri successores sunt nostri Reges Catholici.*
87 *Virgilii locus Æneid. 6. exponitur contra Justum Lipsium.*
88 *Æthiopia Maurorum cur à Virgilio & Lucano dicatur jacere extra sydera.*
89 *Seneca* in Medæa non loquitur de regionibus Occidentalibus, *quales sunt Novi Orbis, sed de Septemtrionalibus.*
90 Thule *insula ubi? & plura de ea,* remissivè.
91 *Novæ terræ, & insulæ reperiæ sunt in Oceano Septemtrionali.*
92 Hunni, & Gothi *in alio veluti Orbe ignoto habitare olim dicebantur.*
93 *Mare Septemtrionale navigare, non ita mirum ac Oceanum Occidentale.*
94 *Mare ultra Groenlandiam unius diei cur sustertur innavigabile.*
95 *Navigationes mirandæ Batavorum per mare Glaciale,* remissivè.
96 *Lucius Marineus Siculus debili argumento ductus tribuit Romanis Novi Orbis detectionem,* & num. 99.
97 *In Regno Chile in valle Cauten repertæ sunt figuræ aquilarum bicipitum,* & num. 102.
98 *Clavus ferreus antiquus repertus lapidi cuidam inclusus dicitur in argenti fodinis de Caxatambo,* & num. 105.
99 *Marinei figmentum de numismate Augusti Cæsaris in mineralibus Orbis Novi reperto à multis explauditur, & qualiter ibi esse potuerit.*
100 *Impostura plures sæpè fiunt sub prætextu antiquitatis.*
101 *Carmina quædam Indiarum Orientalium Inquisitionem suadentia Ulyssipone confectæ sunt antiquitatem simulantia.*
102 *Chilenses quo pacto potuerint effigiare aquilas bicipites.*
103 *Aquila Romanorum signum quando & quare biceps portari cœperit.*
104 *Germani cur sumpserint pro insigni aquilam bicipitem.*
105 *Clavus ferreus quo pacto pervenire potuerit ad fodinas Caxatambi, & lapidibus earum includi.*
106 *Lapides intra, multa mirandà reperta sunt, & exempla,* remissivè.
107 *Naves in altissimis montibus, & longè à mari positis aliquando repertæ sunt.*

VErum autem verò, quoniam † parum est 1
fundamenta opinionis nostræ jecisse, quæ totam laudem detectionis hujus Novi Orbis Hispanis tribuit, nisi contrariis quoque satisfaciamus, ut in simili dicebat Bald. *in notabili cons. Schismatis, col. penult.* quod est *in titul. si quis aliquem testari prohibuerit.* Sciendum † est, plu- 2
rimos alios, & sanè doctissimos Scriptores, non extraneos tantùm, verùm etiam nostrates existere, qui dum plus æquo antiquitati deferre volunt, eumdem Orbem priscorum monumentis manifestè insinuarum, imò & à Carthaginensibus, Tyriis, Phœnicibus, Romanis, Hebræis & aliis nationibus lustratum esse contendunt, ut constare potest ex iis, quæ latè tradunt Varabl. *supr. 3. lib. Reg. c. 9. & 22. & lib. 2. Paralip. c. 3.* Arias Montan. *in apparatu ad Pableg. cap. 9.* Genebrard. *dict. lib. 2. Coronogr. pag. 158.* Ludovic. Vives *supr. D. August. lib. 16. de Civit. Dei, cap. 9.* Lucius Marinæus Sicul. *de reb. Hisp. lib. 19. c. 16.* Alex. Vanegas *lib. 2. natur. quæst. c. 22.* Adrian. Turneb. *lib. 20. advers. cap. 11.* Pamelius *in notis ad Tertull. in Apolog. n. 528.* Isaac Casaubon. *in animadvers. ad Athen. lib. 3. cap.* Gorop. Becan. *lib. 7. orig. Hisp. & in orig. Antuerpien. lib. 3. & 9. pag. 1026. & seq.* Joan. Mariana *de reb. Hisp. lib. 2. c. 2.* Steph. de Salazar Carthusianus *supr. Symbol. Apostol. alsc. 16. c. 3.* Gregor. Garcia Dominicanus *in tractat. de Ind. orig. per tot.* Maluend. *lib. 3. de Antichrist. c. 16.* Joan. Pined *lib. 4. de reb. Salom. c. 16. per totum*, præcipuè §. 4. *pag. 213. num. 4.* & latè & eleganter Just. Lips. † *lib. 2. Physiologiæ, cap. 3*
Stoicor. 21. & post eum, eo non relato, Mag. Fr. Basilius Pontius Legionensis Augustinian. quem ego Salmanticæ ob religionem, variam eruditionem, & incomparabilem memoriam, multum suspexi, *in lib.* cui *varior. disput.* titulum fecit, & post hæc scripta ad meas manus pervenit, *sub quæst. 8. exposit. c. 1. & 2.* ubi concludunt: *Fuisse jam olim istam partem mundi, & auditione acceptam, & ratiocinatione stabilitam, etsi inspectione fortasse non usurpatam.*

Pro cujus sententiæ confirmatione primò considerant, nihil † nunc in mundo contingere, 4
quod novum, aut recens vocari possit, quodque jam prioribus illis seculis non præcesserit, licet memoria fortè eorum excíderit, ut habetur *Eccles. 1. vers. 9. & 10.* ubi plura novissimè congessit Pineda *ex pag. 177.* Martin. Delr. *in adag. sacris, 2. tom. adag. 292. pag. 366.* & idem Pineda in nostræ quæstionis terminis loquens *dict. lib. 4. de reb. Salomon. cap. 15. §. 4. pag. 206. & cap. 16. §. 5. pag. 214.* Atque ita opinantur antiquis planè † temporibus hunc Orbem, & Oceani 5
ad illum navigationem in comperto fuisse; postea tamen temporum, & casuum varietate in usu, & memoria hominum esse desiisse, quousque rursus Divinâ providentiâ, Columbi industriâ, & Hispanorum virtute res non tam nova, quàm antiqua inventa fuit, sed potius repetita, atque instaurata.

Que-

Ind. lib. 1. cap. 10. pag. 32. Anton Herrera *in histor. gener. Ind. Occid. decad. 1. lib. 1. cap. 1. & seq. & in descriptione in dict. cap. 1. pag. 1.* Simon Majol. *in dieb. Canicul. 1. tom. colloq. 23. pag. 540. & seq. & colloq. 18. pag. 404. & seq. & pag. 422.* ubi alium acus magneticæ inventorem agnoscit, & plura de magnetis proprietatibus tradit, quod † & præstat Plin. *lib. 36. c. 16.* Lucret. *lib. 6. de nat. rerum.* D. August. *lib. 21. de Civit. Dei, cap. 4. & 6.* ubi Ludovic. Vives *in notis*: Gorop. Becan. *lib. 3. Hispanic.* Pined. *d. lib. 4. cap. 15. §. 4. ex pag. 206. & cap. 18. pag. 222.* ubi etiam explicat, cur ita appelletur, & unde trahatur: Theatr. vitæ humanæ *vol. 5. lib. 2. pag. 1226.*

81 Et causam, † cur magnes Septemtrionem semper requirat, adducere conatur Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utr. Monarch. lib. 2. c. 23. p. 249.* & novum, & notandum magnetis experimentum:
82 Herrer. *in d. descriptione, pag. 2.* Nimirum † magnetem ferro majorem attrahendi vim communicare, quàm ipsa habeat; etenim si magneti ferrum jungatur, longè majus pondus alterius ferri elevabit, quàm si per se sola ad id petagendum accommodaretur. Et quod etiam in terrestribus † itineribus multi magnete utantur, & quòd montes magnetici trahant ad se navigia circa eos transeuntia, quibus ferrum vehitur, recolit Majol. *ubi supra*: & Aloys. Cadamust. *in sua navigatione 55.* ubi refert, non longè à mari Arabico ad insulas Calechut esse magnam magnetis copiam, adeo ut multæ ibi fiant naves absque ferro, quòd vim magnetis paveant. Idem tradit Ludovic. Viv. *ubi suprà.*

CAPUT XII.

In quo latè auctores, & argumenta contrariæ sententiæ referuntur, & refelluntur: & nullis antè Hispanos hunc Novum Orbem cognitum fuisse magis ostenditur.

SUMMARIUM.

1 *Opinionem aliquam probare non sufficit, nisi contrariis satisfiat.*
2 *Auctores plurimi recententur, qui Novum Orbem veteribus cognitum dicunt.*
3 *Justus Lipsius quid senserit de notitia Novi Orbis. Basilius Pontius Legionensis Augustinianus laudatur,* ibid.
4 *Novum nihil est hodie, quod antea non præcesserit,* & num. 10.
5 *Novus Orbis aliquando antiquis cognitus, & postea ignoratur, ac denuò à Columbo repertus.*
6 *Nova multa videri, quæ jam olim in usu fuerunt.*
7 *Arietis machinam invenit Carthago, & postea ejus oblita stupuit contra se per Romanos admotam.*
8 *Fontes & Tibuani carmina de novis antiquis.*
9 *Res omnes suas mutationes habent, & quæ cecidere, resurgunt,* secundùm Horatium.
10 Novum nihil sub Sole, *Proverbium, qualiter accipiatur.*
11 *Homines non omnia simul Jupiter docuit.*
12 *Erato, una inter Musas, à novis inventis nomen accepit.*
13 *Thaletis Milesii apophthegma.*
14 *Tempus est rerum omnium inventor, & magister.*
15 *Inveniendis inventa non obstant* secundùm Baldum.
16 *Inventa de novo plurima, & utilissima omnibus seculis leguntur, & aliqua eorum exempla.*
17 *Antipodum & Novi Orbis inventio instar omnium inventorum valet.*
18 *Munera maxima, & clarissima naturæ fortuitò sæpè reperta sunt, & aliqua exempla.*
19 *Fortuitò quæ apud nos fieri videntur, Dei consilio reguntur.*
20 *Magnes lapis fortuitò repertus.*
21 *Lyræ, sive Cytharæ inventio qualiter cœperit.*
22 *Purpuræ inventio cum Cassiodoro.*
23 *Nili origo, & incrementum his ultimis temporibus à Lusitanis detecta.*
24 *Nili originis cognitio veteribus frustrà tentata, & impossibilis reputata.*
25 *Navigationes per altum antiquitus in usu fuisse quidam tradunt, & earum exempla,* & num. sequentib.
26 *Mare universum non totùm navigabile, sed de facto etiam antiquitus navigatum.*
27 *Hannonis navigatio similis fuisse dicitur tertiæ Columbi.*
28 *Carthaginenses olim per Atlanticum navigasse dicuntur.*
29 *Euthymenes Massiliensis olim Atlanticum navigavit.*
30 *Navigatio quem progressum olim habuerit, cum Claudiano.*
31 *Magnetis usum sunt qui veteribus tribuant,* & numer. 42.
32 *Plauti verrorium aliqui acum Magneticam fuisse putant,* & num. 40.
33 *Navigandi peritia veterum cum nostra comparari nequit.*
34 *Navigationes per altum raræ olim, & portenti loco habitæ.*
35 *Hannonis navigationes parum fidei habuerunt, & Proverbium de eis.*
36 *Navigationes tantùm literales priscos exercuisse, qui affirmant,* & num. 37. 38. & 40.
39 *Navigationem sine remis veteres nunquam exercebant.*
41 *Astrolabii inventum, & utilitas.*
42 *Magnetica acus usum veteribus omninò ignoratum fuisse probatur.*
43 *Magneticæ pyxidi Novi Orbis detectio debetur.*
44 *Trapobanenses qua industria in navigando uterentur.*
45 *Magneticæ acus nullum extat nomen apud antiquos.*
46 *Versoriam capere apud Plautum significat* dár o tomar la vuelta.
47 *Atlanticam Platonis quidam Novum Orbem esse putant, sed rejiciuntur,* num. 52.
48 *Aristotelis locus de insulis à Carthaginensibus detectis à multis accipitur pro Novo Orbe, qui rejiciuntur,* num. 53.
49 *Americanos à Carthaginensibus procedere aliqui putant, & quare?*
50 *Ælliani optimus locus exponitur, ubi Novum Orbem depingere videtur, sed rejicitur,* num. 56.
51 *Novi Orbis incolas eosdem esse ac Hyperboreos tradit Goropius, sed rejicitur,* num. 60.
52 *Non esse Novum Orbem Platonis Atlanticam.*
53 *Locus Aristotelis non loquitur de Novo Orbe.*
54 *Aristotelis, sive Theophrasti liber de mirabilibus auditionibus fabulosus est.*
55 *Euciani fabula de quadam navigatione à se in novas regiones facta refertur, & ridetur.*
57 *Sileni narrationem de Novo Orbe à Theopompo relatam, ut meram, & nugatoriam fabulam accepit Ælianus & Tertul.*
58 *Theopompus quis fuerit.*
59 *Goropius Becanus audaciæ, & levitatis notatur.*
60 *Hyperboreos & Riphæos montes ubi sint, & unde dicantur,* & num. 62.
61 *Riphæos & Hyperboreos montes incolentium miræ fœlicitas & salubritas.*
62 *Pro Pirinæi Riphæi sumuntur.*
63 *Novi Orbis scientiam videntur habuisse, qui & Antipodum; & respondetur,* num. 70.
64 *Novum Orbem agnovisse videtur Lucian. Plutarch. & Avitus: & eis respondetur,* num. 71. & 72.
65 *Divi Clementis Romani verba de mundi, qui sunt trans Oceanum, multi pro Novo Orbe accipiunt, & respondetur,* num. 74.
66 *D. Clementis epistolæ ad Corinthios auctoritas.*
67 *Seneca Philosophus scripsit tragœdiam Medeæ, & in ea vaticinari videtur de Novi Orbis detectione,* & num. 76.
68 *Columbum, Senecæ auctoritate inter alia ductum, ad Novum Orbem quærendum, multi opinantur.*
69 *Hispanis adimi non potest veræ gloriæ primæ detectionis Novi Orbis.*
70 *Antipodes esse licèt aliqui ex antiquis agnoverint, ignorabant tamen regiones eorum, & alterius generis mortalium esse putabant.*
71 *Plutarchi & Luciani narrationes, quibus videntur Orbem Novum denotare fabulosæ sunt.*
72 *Avitus declamator Novum Orbem non agnovit, sed potius apertè negavit.*
73 *Aviti elegantissima verba, quibus Alexandrum hortatur, ne novas terras ultra Oceanum quærat.*
74 *D. Clemens Romanus sub mundis trans Oceanum Antipodes significavit veluti* secundùm Origenem.
75 *Mundos plures esse, qui affirmant, graviter errant.*
76 *Seneca quo tentu, & modo Novos Orbes detegendos esse prædixerit.*
77 *Divinatio virii prudentibus familiaris quæ sit.*
78 *Seneca non secùs ac cæteri sui temporis Philosophi Oceanum finem Orbis esse putabat.*
79 *Pedonis carmina elegantissima apud Senecam, Oceanum mundi finem esse tradentis.*
80 *Poëtæ, & alii Auctores multa temerè vaticinantur, quæ postea impleta videmus.*
81 *Senecæ locus alter, quo prænuntiasse videtur detectionem hujus Novi Orbis.*
82 *Gentium plura examina repentè ex regionibus Aquilonaribus exierunt, & bellis Orbem turbarunt.*
83 *Virgilii vaticinium, quod trahi potest ad detectionem Novi Orbis.*
84 *Argonautarum fabulam qui tractaverint.*
85 *Aurei velleris Ordinis Equestris origo.*
86 *Ducatus Burgundiæ veri successores sunt nostri Reges Catholici.*
87 *Virgilii locus Æneid. 6. exponitur contra Justum Lipsium.*
88 *Æthiopia Maurorum cur à Virgilio & Lucano dicatur jacere extra sydera.*
89 *Seneca* in Medæa non loquitur de regionibus Occidentalibus, *quales sunt Novi Orbis, sed de Septemtrionalibus.*
90 Thule *insula ubi? & plura de ea,* remissivè.
91 *Novæ terræ, & insulæ reperiæ sunt in Oceano Septemtrionali.*
92 Hunni, & Gothi *in alio veluti Orbe ignoto habitare olim dicebantur.*
93 *Mare Septemtrionale navigare, non ita mirum ac Oceanum Occidentale.*
94 *Mare ultra Groenlandiam unius diei cur sustertur innavigabile.*
95 *Navigationes mirandæ Batavorum per mare Glaciale,* remissivè.
96 *Lucius Marineus Siculus debili argumento ductus tribuit Romanis Novi Orbis detectionem,* & num. 99.
97 *In Regno Chile in valle Cauten repertæ sunt figuræ aquilarum bicipitum,* & num. 102.
98 *Clavus ferreus antiquus repertus lapidi cuidam inclusus dicitur in argenti fodinis de Caxatambo,* & num. 105.
99 *Marinei figmentum de numismate Augusti Cæsaris in mineralibus Orbis Novi reperto à multis explauditur, & qualiter ibi esse potuerit.*
100 *Impostura plures sæpè fiunt sub prætextu antiquitatis.*
101 *Carmina quædam Indiarum Orientalium Inquisitionem suadentia Ulyssipone confectæ sunt antiquitatem simulantia.*
102 *Chilenses quo pacto potuerint effigiare aquilas bicipites.*
103 *Aquila Romanorum signum quando & quare biceps portari cœperit.*
104 *Germani cur sumpserint pro insigni aquilam bicipitem.*
105 *Clavus ferreus quo pacto pervenire potuerit ad fodinas Caxatambi, & lapidibus earum includi.*
106 *Lapides intra, multa mirandà reperta sunt, & exempla,* remissivè.
107 *Naves in altissimis montibus, & longè à mari positis aliquando repertæ sunt.*

VErum autem verò, quoniam † parum est 1
fundamenta opinionis nostræ jecisse, quæ totam laudem detectionis hujus Novi Orbis Hispanis tribuit, nisi contrariis quoque satisfaciamus, ut in simili dicebat Bald. *in notabili cons. Schismatis, col. penult.* quod est *in titul. si quis aliquem testari prohibuerit.* Sciendum † est, plu- 2
rimos alios, & sanè doctissimos Scriptores, non extraneos tantùm, verùm etiam nostrates existere, qui dum plus æquo antiquitati deferre volunt, eumdem Orbem priscorum monumentis manifestè insinuarum, imò & à Carthaginensibus, Tyriis, Phœnicibus, Romanis, Hebræis & aliis nationibus lustratum esse contendunt, ut constare potest ex iis, quæ latè tradunt Varabl. *supr. 3. lib. Reg. c. 9. & 22. & lib. 2. Paralip. c. 3.* Arias Montan. *in apparatu ad Pableg. cap. 9.* Genebrard. *dict. lib. 2. Coronogr. pag. 158.* Ludovic. Vives *supr. D. August. lib. 16. de Civit. Dei, cap. 9.* Lucius Marinæus Sicul. *de reb. Hisp. lib. 19. c. 16.* Alex. Vanegas *lib. 2. natur. quæst. c. 22.* Adrian. Turneb. *lib. 20. advers. cap. 11.* Pamelius *in notis ad Tertull. in Apolog. n. 528.* Isaac Casaubon. *in animadvers. ad Athen. lib. 3. cap.* Gorop. Becan. *lib. 7. orig. Hisp. & in orig. Antuerpien. lib. 3. & 9. pag. 1026. & seq.* Joan. Mariana *de reb. Hisp. lib. 2. c. 2.* Steph. de Salazar Carthusianus *supr. Symbol. Apostol. alsc. 16. c. 3.* Gregor. Garcia Dominicanus *in tractat. de Ind. orig. per tot.* Maluend. *lib. 3. de Antichrist. c. 16.* Joan. Pined *lib. 4. de reb. Salom. c. 16. per totum*, præcipuè §. 4. *pag. 213. num. 4.* & latè & eleganter Just. Lips. † *lib. 2. Physiologiæ, cap. 3*
Stoicor. 21. & post eum, eo non relato, Mag. Fr. Basilius Pontius Legionensis Augustinian. quem ego Salmanticæ ob religionem, variam eruditionem, & incomparabilem memoriam, multum suspexi, *in lib.* cui *varior. disput.* titulum fecit, & post hæc scripta ad meas manus pervenit, *sub quæst. 8. exposit. c. 1. & 2.* ubi concludunt: *Fuisse jam olim istam partem mundi, & auditione acceptam, & ratiocinatione stabilitam, etsi inspectione fortasse non usurpatam.*

Pro cujus sententiæ confirmatione primò considerant, nihil † nunc in mundo contingere, 4
quod novum, aut recens vocari possit, quodque jam prioribus illis seculis non præcesserit, licet memoria fortè eorum excíderit, ut habetur *Eccles. 1. vers. 9. & 10.* ubi plura novissimè congessit Pineda *ex pag. 177.* Martin. Delr. *in adag. sacris, 2. tom. adag. 292. pag. 366.* & idem Pineda in nostræ quæstionis terminis loquens *dict. lib. 4. de reb. Salomon. cap. 15. §. 4. pag. 206. & cap. 16. §. 5. pag. 214.* Atque ita opinantur antiquis planè † temporibus hunc Orbem, & Oceani 5
ad illum navigationem in comperto fuisse; postea tamen temporum, & casuum varietate in usu, & memoria hominum esse desiisse, quousque rursus Divinâ providentiâ, Columbi industriâ, & Hispanorum virtute res non tam nova, quàm antiqua inventa fuit, sed potius repetita, atque instaurata.

Que-

6 Quemadmodum † in aliis pluribus contingit, de quibus loquitur Tertul. *lib. de Pallio, cap.* 1. relatus à Basil. Pont. *d. quæst.* 8. *cap.* 3. *pag.* 475.
7 ubi sic notanter inter reliqua, inquit: *Nam † & arietem, nemini unquam libratum, illa dicitur Carthago, studiis asperrima belli, prima omnium armasse, in oscillum penduli impetus commentata vim tormenti debile pecoris capite vindicantis: Cùm tamen ultimarent tempora patriæ, & artes Romanus in muros quondam suos auderet, stupuere illicò Carthaginenses, ut novum extraneum ingenium. Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.*

Atque eodem respexisse videtur poetica illa
8 paraphrasis † Fontei:

=Quæ nunc dici, fierique notamus
Ut nova præteritis jam dicta aut gesta fuere
Temporibus, sed cum semel interiere resurgunt.
Atque renascuntur quasi facta recentia, cum sint
Antiqua, & Patribus jam dudum cognita nostris.

Et Thuani?

=Nempe omnia quæ nunc
Miramur, prisca ea vita, auditaque tecìis
Temporis exacti veniens oblivia tempus
Induxit.

9 Quod prefectò illud est † Horatianum *in arte Poet.* Dum non solùm de vocabulorum, sed de rerum omnium, atque humanarum consuetudinum ætate, ortu, interitu, mutationibus, iterumque redivivis vicissitudinibus, sic scripsit:

=Mortalia facta peribunt,
Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque,
Quæ nunc sunt in honore vocabula si volet usus, &c.

Sed hoc argumentum parum quidem judicio meo evincit, cum nimis generale sit, nec certa aliqua & solida ratione muniatur. Non enim quærimus, an potuerit Novus hic Orbis veteribus innotescere? Sed an reverà innotuerit, & aliquod sufficiens testimonium ad id probandum reperia-
10 tur. Neque urget † proverbialis illa Eccles. locutio; quâ *nihil sub Sole novum* esse docemur: nam hoc varias expositiones habet, quas copiosè congerunt, & illustrant novissimi Pineda, & Delrius ibidem. Et hyperbolicè, vel argumento sumpto à communiter accidentibus à Salomone dictum esse videtur, ut comprimeret, & corrigeret insaturabilem illam hominum libidinem videndi, experiendique novas ad voluptatem, & felicitatem vias, ostenderetque non successuras fœlicius, quam hucusque, vel ipsi, vel priores alii in similibus casibus experti fuerint. Quis enim
11 negabit † omninò verum esse, quod Aratus *in lib. Phænomenon*, scripsit πολλὰ γὰρ ἐμοῦ ἐν ἔπεσι κατέλιπε μοῦνος ἀνάγκη, id est, non omnia simul edoctos homines à Jove, sed adhuc pleraque occulta manere, quorum aliqua in posterum dabit. Unde † & in-
12 ter Musas, quarum cuilibet suæ artis, disciplinæve institutionem veteres assignarunt, Erato, id est, ἐρέσθαι ἐμοῦ dicitur, ut inquit D. Fulgent. *lib.* 1. *Mytholog. de decem Musis*; quasi simile inveniens, quia post scientiam & memoriam nova invenire deceat, eaque commoda, ut divinitatis opinio acquiratur.

13 Et † Thales Milesius referente Laertio *lib.* 1. *c.* 1. sciscitatus, quidnam in tota rerum natura
14 esset sapientissimum, respondit, † *tempus*: invenit enim omnia, quem sequutus Tertul. *in Apolog. c.* 1. *tempus* (inquit) *omnia revelat*, & Senec. *lib.* 7. *natur. quæst. c.* 31. veluti præsagiens hanc tanti Orbis detectionem, de qua sermonem habemus, sic scribit: *Multa venientis ævi populus ignota nobis sciet. Multa seculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleverit, reservantur. Pusilla res mundus est, nisi in illo quod quærat omnis mundus habeat.* Quibus adsentiens Sinesius Cyrenensis Episcopus *epist.* 57. *Multas*, inquit, *rerum utilium tempus invenit, aut correxit, non omnia ad exempla fiunt, sed singula, quæ facta sunt, initium semel habuerunt.* Et Baldus † *in proœmio Decretal.* 15 de se, ac suis scriptis objiciens, sic ait: *Ad quid loqueris, cum tot scripserunt, & mundum illuminaverint? Adhuc multum restat operis, multumque restabit, quia inveniendi inventa non obstant.*

In cujus rei comprobationem plurima quoque exempla omnium seculorum adduci etiam possent, in † quibus aliqua recenter inventa in mun-16 dum prodierunt, de quibus latè agit Polidor. Virgil. *in suis libris de invent. rerum.* Theat. vitæ hum. *vol.* 21. *lib.* 3. *ex pag.* 3798. Ravis. Textor *in officina*, 2. *part. ex pag.* 97. Simon Majol. *in dieb. Canicul.* 1. *tom. colloq.* 23. Thom. Bocius *de sign. Eccles. Dei, lib.* 6. *c.* 7. Ubi † instar 17 omnium esse posse inquit: *Quòd à nostris Antipodes certo atque explorato inventi, & aperti fuerint, & facillima & expedita navigatio ad illos relicta, dimidium scilicet totius Orbis terrarum, & omnium rerum, quas Deus hominibus est fabricatus.* Et omnino legendus Jacobus Pomerus in oratione, quod antiquitas non ubique novitati præferenda sit, apud Joan. Rosinum *pag. mihi* 490. ubi sulphurei pulveris, & æneorum tormentorum, Nauticæ pyxidis, sacchari ex arundinibus excoquendi artem, & plurima alia superioris ætatis utilissima inventa, multis & meritis laudibus efferunt.

Et idem præstat Joseph. Acost. *lib.* 1. *de nat. Novi Orbis, c.* 19. illud etiam tanquam valdè mirabile rectè commendans in maximis clarissimisque naturæ muneribus, quod † casu, atque fortuito multoties reperta sint, non industriâ hominum 18 conquisita: *Plerasque enim* (inquit) *herbarum vires, hominum vitæ salutares, & lapidum, & stirpium, usum, & fossilium, quæ vocant, mineralia, gemmas quoque & auri venas, proprietates quoque magnetis, succini, adamantis & cæterorum talium, casus potius ostendit mortalibus quam ullâ industriâ, ut in ils non hominum ingenium, sed Dei providentia commendetur: quæ † fortuitò apud nos fieri 19 videntur, ea comilio Divino prorsus eveniunt.*

Et potuit adducere aliud exemplum de fortuita inventione † magnetis ferrum ad se trahentis, 20 de qua Plin. *lib.* 36. *cap.* 16. & lyræ, † sive cy- 21 tharæ, quam Mercurius casu etiam reperisse, & adaptasse fertur, cum testudinem mortuam ad ripas Nili invenisset, consumpta jam carne, sed superstitibus nervis, & percusione digitorum sonum excitasset, ut latius commemorant Pausan. *in Eliacis*: Lucian. *in Dialog. Apoll. & Vulcan.* & Natal. Comes *lib.* 5. *Mythol. c.* 5. *pag.* 375.

Quibus adjicio † quod de inventione purpuræ 22 his elegantissimis verbis prodidit Casiodor. *l.* 1. *var. epist.* 2. *pag.* 11. *Verùm talis tantaque res, quam facili legitur inventa compendio! Nam cum fame canis avida in Tyrio litore projecta conchilia im-*

pressis mandibulis contudisset, illa naturaliter humorem sanguineum defluentia, ora ejus mirabili colore tinxerunt. Et ut est mos hominibus, occasiones repentinas, ad artes ducere talia exempla meditantes, fecerunt Principibus decus nobile dare, quod substantiam noscitur habere mediocrem.

23 Nec omittere volo originis † incrementi Nili cognitionem his ultimis temporibus à Lusitanis detectam, dum navigandi peritiâ tota Africa circumvecti extremaque ora occupata, sibi aditum ad Abyssinos, aliosque populos in Africa meditullio aperuerunt, ejusque fontes lustrarunt; de quo agunt Joan. Barrus *decad.* 1. *lib.* 10. *cap.* 1. Joan. Boter. *in relat. univers.* 1. *part. lib.* 3. *cap. de Nilo*: Philip. Pigafetta *lib.* 2. *de Regno Congi c.* 10. Damian. Goes *lib.* 2. *de moris. & releg. Æthyop.* Joan. Bapt. Ramus. *in fin. Æthiop. navigat. Francisci Alvarez*: Simon Majol. 1. *tom. colloq.* 11. *pag.* 281. & 282. Nicol. Godign. *lib.* 1. *de reb. Abyssin. cap.* 11. Thom. Bocius *in tract. imperia pendere à virtut. cap.* 12. & Joan. Baptist. Scott. *lib.* 1. *de nat. & increm. Nili cap.* 2. Cum
24 tamen † antiquioribus seculis hoc omninò latuisset, & frustrà à potentissimis Regibus, & sapientissimis Philosophis quæsitum, & disputatum, semper magis abstrusum maneret, ut notavit Lucan. *lib.* 10. *Pharsal.* & Franc. Petrarch. *in fin. itinerar. Syriaci*, adeò ut quæsierit Lactan. Firm. *lib.* 3. *divinar. instit. cap.* 8. num cœli, & Nili fontis cognitio hominem beare posset? & ut Herodot. *lib.* 2. & 4. Solin. *cap.* 34. Senec. *lib.* 4. *natur. quæst. c.* 2. Horat. *lib.* 4. *Carm. Ode* 14. Ovid. *lib.* 2. *Metam.* Procop. Cæsar. *lib.* 1. *de reb. Goth.* & alii auctores relati à Scortia *d. cap.* 2. Impossibile prorsus esse putaverint Nili fontes ullo tempore reperire. Unde Ammian. Marcelin. *lib.* 11. *Origines* (inquit) *fontium Nili, sicut adhuc factum est, posteræ quoque ignorabunt ætates*; & Claudian. *Epig. de Nilo.*

Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quærendus ratione latet, nec contigit ulli,
Hoc vidisse caput: fertur sine teste creatus.

Eademque de causa dixit Tullib. *lib.* 1.

Nile pater, quanam possum te dicere causa,
Aut quibus in terris occuluitte caput?

Et Lucan. *d. lib.* 10.

Nullaque non ætas voluit conferre futuris
Notitiam, sed vincit adhuc natura latendi.

Et post alia:

Et te terrarum nescit cui debeat Orbis
Arcanum natura caput non prodidit ulli,
Nec licuit populis parvum te, Nile, videre, &c.

Et ad hoc idem alluxit Auson. *Epigr.* 10. cum ait

Inveniet fontes hic quoque, Nile, tuos.

Secundò, quò suam sententiam magis confirment, & Orbis Novi notitiam verentibus asserant eâ ratione prædicti Scriptores utuntur, & præcipuè Pined. *d. lib.* 4. *de reb. Salom. cap.* 14. §. 4. *pag.* 192. & Gregor. Garc. *d. lib.* 1. *de Ind. orig. cap.* 2. *per totum, & lib.* 4. *cap.* 2. Quod mirum non sit, eum ab antiquis cognitum, & lustratum fuisse, licet ad hoc totius Oceani vastitas trajicienda esset, cum constet etiam tunc navigationes per altum † & quidem longissimas in ip-
25 so Oceano Atlantico, & alibi sæpè iniri solere, ut adversus Eratosthenem contendit Strabo *lib.* 3. *& 16. de situ Orb.* & pluribus exemplis sumptis ex navigationibus *Phœnicum, Tyriorum, Sydoniorum, Gaditanorum, Samiorum, Herculis, Bacchi, Osiridis, Semiramis, Darii, Alexandri, Hannonis*, & aliorum ostendunt Herodot. *lib.* 1. & 4. Diodor. Sicul. *lib.* 1. *cap.* 2. Plin. *libr.* 3. *c.* 1. & *lib.* 6. *cap.* 23. *lib.* 2. *cap.* 67. *lib.* 5. *cap.* 1. *lib.* 18. *cap.* 16. Arrian. *lib.* 8. Solinus *in Polysth. cap. ult.* Pompon. Mela *lib.* 3. *cap.* 10. Ælian. *lib.* 6. *histor. animal. cap.* 39. & alii plures relati à Pined. & Garc. *ubi supra* & Maluend. *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 15. ubi probare nititur universum † mare non solùm navigabile esse, verùm & de 26 facto navigatum, etiam antiquorum attestatione, & *cap.* 16. Ubi Hannonis † navigationem ab his 27 auctoribus commemoratam simillimam fuisse existimat tertiæ, quam Columbus in Novum Orbem fecit, cùm Pariam aperuit anno Redempt. 1497. ut patet *ex relationibus Novi Orbis cap.* 105. & Gomara *in hist. Ind. lib.* 1.

Idem quoque latè prosequitur Bernard. Aldrete *de antiquit. Hispan. lib.* 1. *cap.* 24. *ex pag.* 107. *& lib.* 2. *cap.* 24. *& seqq.* & Isaac. Casaubon. *lib.* 3. *animadvers. in Athen. cap.* 7. ubi sic ait: † *Jam olim Carthaginenses navigationem in* 28 *Atlantico Oceano instituerunt, & terrarum aliquas plagas, multis posteà seculis incognitas aperuerunt. Classis præfectus fuit Anno, vel potius Hanno è proceribus Carthaginensium.*

Ultra quos addo Senecam *lib.* 4. *nat. quæst. c.* 2. Plutarch. *lib. de placitis Philosoph. cap.* 1. & Galenum *lib. de histor. Philosoph.* Qui † Euthymenem Massiliensem referunt, testantem, se 29 Atlanticum mare navigasse, & experientia comprehendisse, inde Nilum fluere, eumque majorem, quamdiu Etesiæ tempus observant.

Et perpendi etiam possunt † elegantissima Claudiani carmina in raptu Proserpinæ, qui pris- 30 cos illos nautas ex litoralibus primùm navigationibus, paulatim ad longissimas & altissimas prorupisse, sic graphicè & dissertè testatur:

Inventa secuit primus qui nave profundum,
Et rudibus remis sollicitavit aquas.
Qui dubiis autus committere stattibus alnum,
Quas natura negat, prædbuit arte viat.
Tranquillis primum trepidus se credidit undis,
Litora secuto tramite summa legens.
Mox longos tentare sinus, & linquere terras.
Et leni cœpit pandere vela Noto.
Aut ubi paulatim præceps audacia crevit,
Cordaque languentem dedidicere metum.
Jam vagus irrupit pelago, culumque secutus,
Ægeas hyemes jonumque domat.

Magnetis † quoque sive acus nauticæ usum veteribus tribuit idem Pined. *ubi suprà* cum 31 Lemn. *lib.* 3. *de occult. nat. mirac. cap.* 4. & Gorop. Becano *in orig. Hist. lib.* 3. atque itaque magis commodè, & secure per altum navigare potuisse contendunt. Ad quod probandum † Plauti auctoritate movetur Lævinus, qui in Mercato- 32 re, ubi de navigando sermo est, sic Eutichum loquentem inducit:

Huc secundas ventus nunc est, cape modo versoriam,
Hic Favonius serenus est, istbic Auster imbricus:
Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus concier.

Ubi sub nomine *Versoriæ*, proculdubio intelligendum dicit instrumentum nauticum, non so-

solum cœli, sed ventorum indicem, qualis est acus, sive pyxidicula nautica, quam hodie Calamitam vocant, quâ sine rutum non esset navigationi se committere. Eodem fermè modo Plautum interpretatur Joann. Baptist. Pius, & Lambin. ibidem, Lilius Giraldus *navigiis cap.* 1. Cœl. Calcagnin. *in sua supellectile nautica*: & Steph. *in suo Thesauro verb. Caplo.*

Verùm hoc argumentum superiore validius
33 non videtur: Nam quod dicitur † de antiquorum navigationibus per vastum Oceani pelagus, insolens quidem fuit, & eorum rei nauticæ peritia, cum hodierna ullo modo comparari nequit, ut latissimè ostendimus *in cap. præced. ex num.*
3447. Et ideo † portenti loco excursiones illæ memorantur, quæ à prædictis auctoribus referuntur;
35 † & Hannonis præcipuè quæ ita parum fidei apud eosdem antiquos meruerunt, ut Democritus apud Athenæum veluti Proverbii loco de eis dixerit: *Si quid horum retulit in libro suos Juba dignus est, quem oblectent Lybici libri de erroribus Hannonis.* Quod proverbium notat Casaubon. *in animadvers. ad eumdem Athen. lib.* 3. *cap.* 7. & addit simile illi: *Qui Bavium non odit amet tua carmina Nævi.* Et inde natum, quod neque Periplus ab Hannone editus, neque libri de eodem argumento ab aliis confecti, fidem apud homines invenerunt. De quo invento, post hæc typis excudi cœpta, late etiam agentem Doct. Seraphin. Freitas *de justo Imperio Asiat. cap.* 5. *ex n.* 5. ubi similes fabulas in longis aliis antiquorum navigationibus notat.

36 His convenit sententia † Eratosthenis apud Strabonem *lib.* 3. qui constanter affirmat: *Priscos navigasse & prædatum, & mercatum, non ut in altum inveherentur, sed tantùm litus legerent, & antiquitus Euxinum mare, neque juxta Africam, aut Syriam, aut Ciliciam quemquam navigare autum.* Et † Arrianus in Periplo maris Erithræi, etsi Hippalum navigationes per altum invenisse tradat, eas tamen certis locis & temporibus circumscriptas fuisse, his verbis ostendit:
37 *Ubi primus Hippalus gubernator animadverso emporiorum situ de maris figura, invenit navigationem per altum mare, eo tempore, quo spirantibus ex Oceano apud nos Etesiis, Libonitus in Indico pelago existit.*

38 Josephus † etiam Acosta prudentissimi judicii vir *lib.* 1. *de natur. Novo Orb. cap.* 18. Ita scribit: *Equidem navigationem altissimo Oceano commissam, neque apud veteres lego, neque ab illis aliter Oceanum navigatum puto quàm à nostris hodie Mediterraneum. Quo* † *circa docti viri sentiunt, veteres sine remis nusquam navigare solitos, quòd horas ferè terrarum legerent: id quod divina Scriptura insinuat in longa illa navigatione à Jona suscepta ubi ad terram nautas tempestate compulsos remigasse narrat.* Et idem probare potuit ex Virg. 4. *Æneid.* dum Æneæ nautragium recensens, ait:
39

Quarto terra die primum se attollere tandem
Visa aperire procul montes, ac volvere fumum
Vela cadunt, remis insurgimus, &c.

His adstipulatur † Petr. Math. *in notis ad lib.*
40 *7. Decretal. tit. 9. de Indis insulanis, pag.* 79. Ubi explicans Bullam Alexandri VI. quâ derectas navigatione Columbi insulas, & alias in posterum post Oceanum detegendas Regibus Catholicis concessit: *Navigandi verò*, inquit, *ante centesimum annum, vel apud Hesperios populos tanta fuit insicitia, maritimo videlicet usu Astrolabii nondum excogitato, ut ab ora discedere, & alto Oceano se committere nequaquam auderent. Sed litora cautè legentes, ubi ad æstus maris, aut brevia periculosa pervenerant, quasi repagulis quibusdam à Natura, seu Numine objectis reciperent illicò se, & longiùs tendere quoadmodo nefas arbitraventur.* De cujus † Astrolabii præclaro invento, 41
& qualiter illud, cum anteà ad colligendos stellarum motus dumtaxat ab Astronomis adhiberetur, posteà ad usum rei maritimæ à Lusitanis translatum fuerit; plura etiam eleganter scribit Maffejus *lib.* 1. *histor. Ind. pag.* 6. & 7. Petr. Damariz, Joan. Barros, & Damian. Goës *in vita Regis Joan. Lusitan. II.* Fr. Ant. de San-Roman *in hist. Ind. Orient. lib.* 1. *cap.* 2. & 3. Freitas *ubi supra cap.* 8. *num.* 6.

Sed neque † magis amitti debet, quod de 42
acus magneticæ usu veteribus explorato præcitati Auctores conjiciunt: Nam verius est, novum id fuisse Amalfitani cujusdam inventum, circa annum 1300. ut probant plurimi alii doctissimi & gravissimi viri, quorum mentionem feci *supra cap. proximo ex num.* 73. & ultra eos Just. Lips. *lib.* 2. *Physiolog. Stoic. dissert.* 10. *ad fin.* & Jacob. Promer. *in orat.* quod antiquitas non ubique præferenda sit novitati, apud Joan. Rosin. *pag.* 491. ubi ait: *Quid dicam de nautica, atque in omnes universi oras navigatione, quæ tertia ætatis nostra laus est. Hæc* † *enim magnetis, & pyxidis nauticæ beneficio (de quo veteres nihil ne fando quidem audierunt) renovata à Columbo anno 1491. à Vespucio anno* 1501. *Antipodes terrarumque, atque Oceani tractus omnes nobis aperuit.*

Et vel ex eo probatur, quòd cum veteres Historici, aut Philosophi satis multa de magnete commemorent, hoc tamen unum, & maximum, certè ac præclarissimum ejus miraculum, attritu suo ferrum ad Septemtrionem convertendi, nullo modo attingunt, ut constat ex Plin. *lib.* 36. *cap.* 16. & *lib.* 34. *cap.* 14. & *lib.* 37. *cap.* 4. Lucret. *lib.* 6. *de nat. rer.* & D. August. *libr.* 21. *de Civit. Dei, cap.* 4.

Deinde, quoniam etsi idem Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. navalium rerum inventores, & reliqua, quæ ad rem nauticam eo tempore pertinebant, diligentissimè recenseat, magnetem tamen penitus tacet. Et quod plus est *in lib.* 6. *cap.* 22. † Tra- 44
pabonensium mitam industriam in navigando extollit, eò quod cum apud illos Septemtrio non cernatur, volucres secum velunt, easque sæpè emissas, terram petentes observant, & comittantur. Quod etiam tradunt Solin. *in Polysth. cap.* 56. Marcian. Capella *lib.* 6. Simon Majol. *in diebus Canicul.* 1. *tom. colloq.* 6. *pag.* 139. & Pined. *d. lib.* 4. *cap.* 15. §. 5. *pag.* 209. Et certè necessarium non esset, si magnetis usus illis innotuisset.

Denique, † quia ejusmodi nautici instru- 45
menti quod patrio vocabulo dicimus *Aguja de marear.* nullum extat nomen apud Latinos & Græcos, neque etiam apud Hebræos. Quod si illis nota esset, minimè peculiari nomine res tam præ-

præclara caruisset, ut rectè argumentatur Acost. *d. lib.* 1. *de nat. Nov. Orb. cap.* 16.

Neque adversatur locus Plauti, *versoriæ* men-
46 tionem faciens, quem ad nauticam istam pyxidem Levinus & alii traducunt: Nam † verè & propriè de ea intelligi non potest, ut bene observat Pined. *d. cap.* 15. §. 4. *ex n.* 3. *pag.* 207. & ante eum Turneb. *lib.* 20. *advers. cap.* 4. ubi alias expositiones recensent; inter quas ego illam simplicissimam æquè ac verissimam probo, ut *capere versoriam*, idem sit apud Plautum, quod reverti, sive velificationem, aut viam mutare, Hispanè dicimus, *dár, ó tomar la vuelta.* Nam id apertè locus ille significat, & alter ejusdem in Trinummo, ubi cùm quis servum ab hero fugientem, ut ad eum redeat, suadere conaretur, sic præcipit?

Cape versoriam, recipe te ad herum.

Et ita hæc vox accipitur ab Henrico *in suo Thesauro*, & à Calepini auctoribus in voce *Versorius.*

47 Tertiò, aliquis ex citatis auctoribus, † præsertim Just. Lips. *d. lib.* 2. *Physiolog. dissert.* 19. Fr. Greg. Garcia *lib.* 1. *de Ind. orig. c.* 3. & *lib.* 4. *c.* 18. Fr. Steph. de Salazar *super symbol. Apost. discurs.* 1. *c.* 3. & eis non relatis Basil. Pontius *d. q.* 8. *exposit. c.* 1. probare contendunt, hunc Novum Orbem priscis illis temporibus cognitum & lustratum fuisse, ex historia (sive ut verius loquar fabula illa) Insulæ Atlanticæ, quæ à Platone in Timæo & Critia refertur, ubi plura ejus miracula congerit, & quòd post illam ad alias proximas insulas patebat aditus, & ad omnem continentem alteri vero mari vicinam, quam Novum Orbem esse absque dubitatione opinantur.

Et adjiciunt idem, non minus apertè insinuan-
48 tum esse † ab Arist. *in lib. de mirab. audition.* ubi ait: *In mari extra Herculis columnas, insulam desertam fuisse, silva nemorosam, fluviis navigabilem, fructibus uberem, multorum dierum navigatione distantem, in quam crebro Carthaginenses commearint, & multi sedes etiam fixerint: sed veritas primores ne nimis loci illius opes convalescerent, & Carthaginis laberentur edicto cavisse, & pœna capitis sanxisse, ne quis eò navigasse deinceps vellet.* Quem locum de insulis S. Dominici, Cubæ, vel aliis à Columbo repertis, intelligendum esse, vel etiam de Brasilia, aut alia parte continentis hujus Novi Orbis, non tantùm prædicti, sed plures alii gravissimi Auctores existimarunt, ut constabit ex Flor. de Ocamp. *libr. Chron. Hisp. cap.* 20. Gomar. *in hist. Ind.* 1. *tom. ad finem*: Ovet. 1. *part. lib.* 2. *cap.* 3. Genebrard. *lib.* 2. *Chronograph. pag.* 258. Marian. *lib.* 2. *de rebus Hispan. cap.* 2. Gregor. Garcia *dict. lib.* 1. *de Ind. orig. cap.* 3. §. 2. *pag.* 48. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 16. *pag.* 148. Et eo progre-
49 ditur Alexius Vanegas *lib.* 2. *natur. q. cap.* 22. ut hac Aristotelis narratione † ductus etiam putaverit, Americanas gentes ex Carthaginensibus propagatas fuisse, illo ex Africa ductis colonias. Cujus dictum latè exornat, & multis argumentis confirmare & defendere nititur Gregor. Garcia, *ubi supra lib.* 2. *per totum.*

50 Extat quoque apud † Ælianum *lib.* 3. *de varia historia cap.* 18. longa alia narratio Theopompi, quâ Sileni & Midæ colloquium comprehendit, in quo Silenus videtur ostendere, Euro-

pam, Asiam & Lybiam insulas esse, quas Oceanus circumfluat. Continentem verò unicam extra hunc mundum existere, & magni ædificii ipsius infinitam & immensam esse, alereque diversa animalia grandia, & homines duplo nostri majores, & vivaciores, alios quidem nimis pacificos, alios admodum pugnaces, auri, argentique maximam copiam possidentes, ut minoris apud ipsos æstimetur aurum, quàm apud nos ferrum. Eos etiam quodam tempore conatos fuisse in has nostras insulas transire, & rejecto Oceano mille myriadas hominum usque ad Hyperboreos pervenisse, cumque audivissent hos populos inter nostrates esse fœlicissimos, contempsisse, tanquam vilem, humilemque, & minimè gloriosam vitam degentes, & idcirco indignum duxisse progredi ulterius. His plura alia nimis meo judicio ridiculi & fabulosa miscet Ælian. *dict. cap.* 18. Cujus tamen narrationem cum ipsissima rei veritate, quam nostro seculo in hoc Novo Orbe experimur, convenire, tradit Basil. Pont. *ubi supra pag.* 458. & refert de eadem historia multa non solum ingeniosè, sed valdè verosimiliter deduxisse Joan. Gorop. Becanum *in orig. Antverp. lib.* 9. *pag.* 1026. & *seqq.* Qui † inter alia probare conten- 51
dit, incolas hujus Novi Orbis eosdem esse cum illis quos veteres *Hyperboreos* appellarunt.

Sed hoc argumento quod ex his auctoritatibus sumitur, facilè responsum præstabimus, si earum fidem & constantiam examinemus. Et quidem primum illud de Atlantica † Platonis, latissimè retulimus, & rejecimus *supra cap.* 4. *ex num.* 52
23. *usque ad* 37. ita ut nihil desideretur quod hic addi posse videatur.

De loco autem † Aristot. sive Theophrasti, 53
cui alii illum librum mirabilium auditionum attribuunt, non magis curandum est; tum, quia non loquitur de Novo Orbe, sed de quadam insula deserta, quales plures in Oceano nostris etiam temporibus repertæ sunt, ut diximus *supra cap.* 3. tum etiam, quia liber ille nullam habet auctoritatem, cùm † somnia potius, & aniles fabulas con- 54
tineat, quàm res fide & historica auctoritate dignas, ut omnes Scriptores passim animadvertunt, teste Anton. Posevin. *in apparatu* 1. *tom. verb. Aristoteles.*

Sicut & alter † Luciani, cui ipse historiæ ve- 55
ræ nomen inscripsit, in cujus initio se egressum olim ab Herculeis columnis similiter narrat, & in Occidentalem Oceanum secundâ navigatione delatum, animi curiositate, & novarum rerum desiderio, quòd scire cuperet, quis esset Oceani finis, quinque homines ultra illum inhabitarent, & octuagesimâ navigationis die in insulam sublimem, & arboribus consitam pervenisse, & stadiis circiter tribus à mari, columnam quamdam æream reperisse, quæ indicaret eo usque Herculem, & Bacchum penetrasse, quod certius additit flumen vini totam insulam secans, & portentosæ vites, quæ in crasso trunco incipientes, superiore parte mulieres erant, ab utero ferè sursum perfecta omnia habentes, à quarum summis digitis exoriebantur palmites uvis pleni. Post quæ narrat, qualiter duo ex socils, qui se his mulieribus copulaverunt, cum eis semper connexi, & in similes vites conversi manserunt. Reliqui verò inde solventes, turbine quodam in sublime elati

supra Lunæ cœlum deducti sunt, ubi alia longè mirabilia conspexerunt.

Sed hæc, ut videmus, jocosè & per fabulam à cane illo Atheo traduntur, neque tam impudentibus mendaciis docti viri moveri debuerunt, ut gloriam primæ detectionis hujus Novi Orbis nobis adimerent: Nam potius contrarium ex his fabulis elici potest. Etenim cùm nugatores, qui eas scripserunt, inauditas & mirandas historias confingere intenderent, has navigati Oceani, & insularum trans illum repertarum, ut rem eo tempore impossibilem creditam, commenti videntur.

Et eodem modo, & sensu Sileni narrationem
56 † apud Ælianum accipio: plurima enim figmenta satis aperta & ridicula continet, & tamquam mera fabula rejicitur, & damnatur à Tertulian. *adversus Hermogen. cap. 25. & lib. de Pallio cap. 2.* Ubi ait, eam solum † Midæ auribus dignam esse;
57 & idem censuit, & satis luculenter expressit ipse Ælianus, eam postquam illam longo sermone recoluit, sic epilogum facit: *Hæc si cui fide digna videtur Chius credat, Mihi egregius fabulator, tum in his, tum in aliis videtur.* Notans nimirum Theopompum ejus auctorem, quem licet Beat. Rhenan. *in notis ad Tertull. d. cap. 25.*
58 † historicum fuisse putet, melius tamen doctissimus Pamelius ibidem, de alio, qui Poëta fuit intelligit, cujus & Suidas meminit, asserens ipsum 24. fabulas scripsisse.

Quæ cùm ita se habeant, nescio certè quid
59 super † fundamento adeò ludrico ædificare potuerit Gorop. Becan. de quo non immeritò dixit P. Joan. Pined. *de reb. Salom. lib. 4. cap. 7. & 8. & in commentar. in Job. 2. tom. 2. cap. 28. versic. 16. pag. 500.* argutiorem & diligentiorem videri in novis regionum originibus, & nominum notionibus tentandis, aut somniandis, quam fœlicem in judicando, & eligendo, & nullum suæ doctrinæ solidum, firmumque fundamentum præter suspiciones adducere.

60 Quod † vel ex eo constat, quòd Hyperboreos & Riphæos montes & gentes ad hunc Novum Orbem transferre voluerit, quos scimus Septemtrionales & Scithiæ conterminos esse, sic dictos à flatuum vi, quod vento Boreæ sint expositi, sive quòd supra Boreæ flatum siti esse crederentur, Vel, ut Festus ait, quoniam humanæ vitæ modum excedant, vivendo ultra centesimum
61 annum. Ferunt quippe † magnam iis de cœlo clementiam concessam esse, auras spirare salubres, domos esse nemora, victum arbores ministrare, discordiam nescire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum esse, mortem accersere, & voluntario interitu obeundi tarditatem castigare, ut refert Plin. *lib. 4. cap. 12.* Pompon. Mela & Amian. Marcellin. *lib. 16. histor.* ubi ad eorumdem Riphæorum montium defectum Arimaspos justos homines, & placidos habitare scribit Carol. Stephan. *in diction.* Joan. Funger. *in Etymolog.* Abraham. Ortel *in Thesaur. Geograph. verb. Hyperborei & Riphæi.*
62 Quamvis † Ptolem. *lib. 5. Geograph. cap. 9.* quosdam Hyperboreos populos Sarmatia Asiatica ponat, & Athen. *lib. 6. cap. 4.* Riphæos montes pro Pyrenæis intelligere videatur, ex historia, quam de argenti rivis, ex incensa sua sponte sylva, procedentibus addit. Diodorus quoque Siculus insulam quamdam esse scribit, oppositam Celtis Oceani accolis, haud multo Sicilia minorem, valde fertilem, & biferam, hoc est, bis quotanis fructus ferentem, habitatique ab eis, qui *Hyperborei* appellantur, eò quod vento Boreæ sint expositi.

Quartum argumentum, † quod Just. Lips. & 63
alii probare intendunt Novi Orbis non solùm notitiam, verùm perfectam etiam scientiam apud veteres inveniri, desumi solet ex locis Ciceron. Pomponii Melæ, & aliorum, quos citavimus *sup. cap. præced. num. 20. & 23.* Ubi Antipodes esse agnoverunt, eosque in terra Australi nobis oppositam constituebant, quam ἀντίχθονα à contrario axe, sive ἀντιχθόνα, quasi adversam terram nuncupabant. Quod non nisi de hoc Novo Orbe verificari posse inquiunt. Cujus † etiam men- 64
tionem fecisse dicunt Lucianum in Hermotimo, sive de sectis, Plutarch. *in lib. de Socrat. damo.* & de facie in Orbe Lunæ, & 8. Symphosia, *q. 9. & in lib. de defect. Orac.* dum loquuntur de quibusdam Oceani insulis post quam ἠπείρου ταύτης, id est, *quadam magna continens* reperiatur.

Et eodem expressius respicere putant Avitum declamatorem, dum apud Senecam *suasoria* 1. testatur: *Fertiles in Oceano jacere terras, ultraque Oceanum rursus alia litora, alium nasci Orbem.*

Et † Divum Clementem Romanum Pontifi- 65
cem Quartum à Divo Petro *in epist. posteriore ad Corinth.* ubi ait: *Oceanus & Mundi, qui trans ipsum sunt.* Quibus verbis nostram hanc Americam veluti digito ostendere voluisse fatentur Acost. *lib. 1. de natur. Novi Orb. cap. 11.* Maluend. *de Antichrist. lib. 3. cap. 16. pag. 149.* Gregor. Garc. *lib. 1. de Indor. orig. cap. 3. §. 7. pag. 61.* & Just. Lips. & Basil. Pont. *ubi supra*, qui notant *Mundos* plurali numero dixisse Clementem, magnitudinem nimirum hujus Novi Orbis indicantem, quæ vel in terris notis & lustratis mirifica est, etsi tractus ille Australior, & trans fretum Magallani nondum innotuerit, nisi à præternavigantibus libatus.

Et †. Clementis epistolæ, quam se ignorare 66
fatetur Acost. *d. cap. 11.* celebris habetur mentio apud antiquos Patres, pleraque ex iis collecta reperiuntur apud Sixt. Senens. *lib. 2. Bibliotech. in Clement.* Illustris. Cardin. Baronium *tom. 1. Annal. anno Christ. 95.* & Anton. Posevin. *in apparatu, tom. 1. verb. Clemens*, & in specie apud D. Hieronym. *in cap. 2. epist. ad Ephes.* ubi elucidans illa verba Pauli, *Secundum seculum mundi hujus*, hæc habet: *Quærimus quid sit, quod ait Paulus secundum seculum mundi hujus? Utrumnam & aliud seculum sit, quod non pertineat ad mundum istum, sed ad mundos alios? de quibus & Clemens in epistola sua sic scribit: Oceanus, & Mundus, qui trans ipsum sunt.*

Senecam † quoque Philosophum, & Romanæ 67
eloquentiæ Magistrum, in eamdem sententiam adducunt, ei enim tragœdia illa Medeæ tribuitur, ut tradit Just. Lips. *d. cap. 29. & in initio animad. ad trag. Senecæ*, & Janus Gruter. *in præfat. ad ejus opera*, in qua *actu 2. vers. 374.* sic cecinit.

Venient annis
Secula seris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Typhisque novos
Detegat Orbes, nec sit terris
Ultima Thule.

Quibus verbis non adumbrasse tantum, verùm & expresisse has Novi Orbis regiones videtur, & ejus detectionem posteà per Hispanos fac-
68 tam, veluti præsagire. Eisque † tamquam quodam oraculo motum fuisse Columbum, ad Indias Occidentales perquirendas, serio tradit Pet. Cieza *tom. 2. rerum Indic.* relatus à Theatr. vitæ human. *volum. 5. lib. 3. pag. 1285. & lib. 4. pag. 1376. & volum. 21. lib. 3. in 3822.* Abraham. Ortel. *in Theat. mag. tab. 5.* August. Zarat. *in histor. Peru, lib. 1. cap. 2.* Acost. *de nat. Novi Orb. lib. 1. c. 11.* Forcatul. *de Gallo Imperio lib. 2. fol. 83.* Joan. Botet. *in relat. univers. vol. 2. part. 1. lib. 1. in princip.* Stephan. Salazar *supr. Symb. Apost. disc. 16. cap. 3.* Garcia *de Ind. orig. lib. 1. cap. 3. §. 3. ex pag. 50.* Maluend. *de Antichrist. lib. 3. cap. 16. pag. 148.* Anton. Herreta *in hist. gen. Ind. decad. 1. lib. 1. cap. 1.* & Bernard. Aldrete *de antiq. Hisp. lib. 4. cap. 17. pag. 567.* etenim seros annos, si à Seneca Philosopho, qui Neronis tempore vixit, usque ad Columbum dinumeremus, plus mille & quingentos inveniemus, si à Medea, plus quam bis mille Oceanum quoque rerum laxasse vincula, omnibus in comperto est, cùm tot navigationibus per illum exactis, quas antiqui impossibiles reputabant, alios terrarum fines ostenderit, & Novi Orbes detecti sint, totâ certè Asiâ, Africâ & Europâ majores.

69 Verum † autem verò his quoque argumentis, & auctoritatibus non obstantibus, recte adhuc affirmare possumus, Hispanorum gloriam in prima & vera tanti Orbis inventione, & cognitione illibatam manere, ut benè concludit Joseph. Acosta *ubi supr.* & Greg. Lopez Madera *in Monarch. Hisp. cap. 9. fol. 68.*

70 Et enim quamvis † Cicero, & alii quorum testimonia citavimus, philosophicis conjecturis, & argumentationibus ducti, Antipodes esse affirmarent, eoque nomine verum sit, incolas hujus Novi Orbis, ut plurimum, designari: ipsi tamen in eisdem locis apertè fatentur, Australes regiones ab illis habitatas prorsus incognitas fuisse, sive ob ardorem intercedentis Zonæ, sive quia interjectus Oceanus utrique hominum generi commercium ad se commeandi denegabat. Unde & alterius generis mortalium eos esse putabant, ut latiùs *in cap. præcedent. ex n. 34.* retulimus.

71 Plutarchi verò, † & Luciani loca, quæ in contrarium expendi solent, eodem modo vitari possunt, præterquam quòd meras nugas, & fabulosas narrationes continent, & nihil peculiare commemorant, quod nostris Occidentalibus Indiis magis quàm Orientali conveniat.

72 Expressior quidem videtur † Aviti declamatoris auctoritas. Sed si integra perlegatur, se ipsam facilè prodet. Seneca namque in ea declamatione diversorum Rhetorum exercitationes, & suasiones congessit, quibus Alexandrum Magnum suadere conabantur, ut Orbe, quem vicerat, contentus, ab alio per Oceanum quærendo, abstineret. Cumque omnes in eo convenirent, quòd neque Oceanus navigari posset, neque in illo, aut ultra illum terrarum aliquid reperiri, Avitus ingenii ostentandi causa finxit, Alexandrum eò fortè moveri potuisse, quòd putaret; fertiles in Oceano terras jacere, ultraque Oceanum rursus alia litora, alium nasci Orbem, neque usquam naturam rerum desinere, sed semper inde ubi desisse videatur, novam exurgere. Sed statim quid ipse sentiret enuntians, sic inquit: *Facilè ista finguntur, quia Oceanus navigari non potest. Satis*
73 *† sit hactenus vicisse Alexandro, qua mundo lucere satis est. Intra has terras cœlum Hercules meruit, stat immotum mare, & quasi deficientis in suo fine naturæ pigra moles, novæ, ac terribiles figuræ, magna etiam Oceano portenta, quæ profunda ista vastitas maris, confusa lux, alta caligine, & interceptus tenebris dies, ipsum verò grave & defixum mare, & aut nullæ, aut ignota sydera. Ita est Alexander rerum natura, post omnia Oceanus, post Oceanum nihil.*

Ad auctoritatem verò † Divi Clementis Ro- 74
mani respondeo, eum quidem nullam magis certam hujus Novi Orbis notitiam habuisse, quàm reliquos alios, qui eo tempore, & multis posteà seculis viguerunt: Oceanum quoque intransibilem esse, ut cæteros existimasse. Atque adeò, quod de mundis trans ipsum positis dixit, pro Antipodum gentibus dixisse credendus est, quos licèt dubio, & obscuro judicio aliqui ex veteribus ethnicis & Christianis Philosophis agnoverunt, ut sæpe tetigimus. Et hanc fuisse Clementis sententiam, apertissimè ostendit Origen. *lib. 2. Periarch. cap. 3. Meminit sanè* (inquit) *Clemens Apostolorum discipulus etiam eorum, quos* Antichtonas *Græci nominant, atque illius partis Orbis terræ, ad quas nostrorum quisquam accedere potest, neque ex illis, qui ibi sunt quisquam transire ad nos, quos, & ipsos mundos appellavit, cùm ait: Oceanus intransibilis est hominibus, & hi trans ipsum sunt mundi, qui iis eisdem Dominatoris Dei dispositionibus gubernantur.* Accedit his, quòd nisi ita D. Clementem intelligamus, meritò notandus videbitur, quòd plures † mundos constituerit, 75
prout re ipsa illi hoc inter alia succenset Photius in excerptis ad ejus epistol. *cap. 29.* ibi, *Reprehendat vero hoc in illis quispiam, quòd extra Oceanum mundos aliquos collocet, &c.* D. Hieron. *sup. Paul. Ephes. 2.* cujus verba *suprà* retulimus, ubi non confirmat Clementis sententiam, sed eam potius sub dubitatione refellit. Etenim licèt Anaximander, Leusippus, Democritus, Anaxarchus, & alii Philosophi plures mundos esse opinati sint, eorum tamen errorem optimè convincit, & meritò damnat D. Augustin. *de hæresib. cap. 77.* D. Isidor. *lib. 6. Etymolog. cap. 5.* Just. Lips. *lib. 2. Physiolog. dissert. 20.* Martin. Delr. *in adag. sacr. t. 1. adag. 789. p. 378.* & refertur *in c. quidam, vers. Sunt & alia, 24. quæstio 3.* & ante eos docuit Aristotel. *lib. 1. de cœlo cap. 10.* dum ait: *Nec plures mundi sunt, nec plures esse possunt, si modò hic ex universa materia constet, ut ita constat.* Tertullianus quoque adversus Hermogen. *cap. 25.* & de Pallio *cap. 2.* eumdem errorem notat, sic inquiens: *Viderit Anaximander si plures mundos putat. Viderit: si quis uspiam alius mundus sit apud Meropas, ut Silenus penes aures Midæ blattit, aptas sanè grandioribus fabulis.*

76 Senecæ † autem verba, quæ ultimo loco pro contraria opinione perpendimus, non magis nostræ adversantur, si consideremus, quòd Seneca novos illos Orbes, de quibus loquitur, non vidit; neque ab alio visos narravit, sed fortuitò id, ac temerè, & velut hyperbolicè cecinit, aut certè
77 divinando, & vaticinando, eo genere † divinationis, quod prudentes viri familiare habent, ut optimè tradit Acost. *d. lib. 1. cap. 11.* & novissimè Francisc. Torreblanca *in Epitome, disputatione de Magia, lib. 1. cap. 3. n. 15.* Et series ipsa verborum Senecæ satis ostendit: nam cùm in præcedentibus carminibus dixisset, jam illo tempore mare navigationibus inusitatis solicitari, & nihil industriæ, & audaciæ hominum impervium esse, aut intentatum relinqui, subjecit, eo fortè aliquando progressuros, ut magno Oceano enavigato, novos terrarum Orbes aperirent. Quod tamen apparet ab ipso tunc temporis impossibile
78 reputari, qui cùm † cæteris sentiebat, terrarum terminos in Hispania finiri, & non ultra Gades navigationem extendi, ut satis denotavit in illis verbis:

> ..... *Quibus Oceanus*
> *Vincula rerum laxet, &c.*

Et in carmine, quod de Corduba scripsit ubi Oceanum, qui eam alluit, supremum vocat:

> *Et Gratare tibi, quod te natura supremo*
> *Alluit Oceano.*

Et expressius *in lib. unico suasoriarum cap. 1.* Ubi ex multorum declamatorum opinione concludit, Oceanum navigari non posse, & nullas ultra illum terras existere, & inter reliqua, elegantissima Pedonis carmina refert, quibus Germanicum per Oceanum navigantem, ab incœpto de-
79 sistere suasit, quæ sic † habent:

> *Jam pridem post terga diem, Solemque relictum,*
> *Jam pridem notis extorres finibus Orbis,*
> *Per non concessas audaces ire tenebras,*
> *Hesperii metas, extremaque littora mundi,*
> *Nunc illum pigris immania monstra sub undis,*
> *Qui ferat Oceanum? Qui cæcas undique Pristis*
> *Æquor eorque canes ratibus consurgere prensis,*
> *Quo ferimur? Ruit ipse dies, Orbemque relictum*
> *Ultima perpetuis claudit natura tenebris,*
> *An ne alio positas ultra sub cardine gentes,*
> *Atque alium libris intactum quærimus Orbem?*
> *Dii revocant rerumque vetant cognoscere finem*
> *Mortalis oculos, alienæ quid æquora remis,*
> *Et sacras violamus aquas, Divumque quietas*
> *Turbamus sedes.*

80 Neque est novum † Poetas, & alios Auctores hoc loquendi & vaticinandi modo aliqua protulisse, quæ posteà ipsis ignorantibus impleta videmus; vt apparet in alio loco ejusdem Senecæ *lib. 7. natur. quæst. cap. 31.* cujus mentionem fe-
81 cimus *sup. n. 14. &* † *lib. 5. earumdem quæst. cap. ult.* ubi *Nulla*, inquit, *terra tam longè remota est, quæ non mittere aliquò suum malum possit: unde scio, an nunc aliquis magnæ gentis in abdito Dominus, fortunæ indulgentia tumens non contineat intra terminos arma, an paret classes ignota moliens. Unde scio, hic mihi, an ille ventus bellum invehet? Magna pars erat pacis humanæ, maria præcludi.* Quæ quidem omnia in notitia, detectione & debellatione hujus Novi Orbis evenisse videmus: & jam olim similiter contigerunt, † 82
cùm ex insulis, universisque regionibus Septemtrionalibus tot, tantæque gentes innumeræ, & vix de nomine notæ, diversis temporibus velut aves egressæ fuere, ut fuerunt *Gothi, Ostrogothi, Vastrogothi, Vandali, Franci, Cimbri, Gepidæ, Dani, Hunni, Suedi, Heruli, Rugi, Alani, Longobardi, Alemani*, & alii plures, qui Danubio & Rheno superatis, omnem Europam, & præsertim ipsam Italiam altricem Imperii & Dominam, quadringentis & plus annis perpetuâ quadam Regnorum successione subjugarunt, ac Romani nominis gloriam ferè omnem extinxerunt.

Virgilius etiam eodem vaticinii genere usus censeri † potest; dum *Eclog. 4.* ait: 83

> *Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis,*
> *Quæ tentare Thetyn ratibus, quæ cingere muris*
> *Oppida, quæ jubeant telluri infindere sulcos:*
> *Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo*
> *Delectos Heroas; erunt etiam altera bella,*
> *Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.*

Hunc enim locum ex Sibyllarum libris Virgilium mutuatum, optimè considerat Thom. Boc. *lib. 20. de signis Eccles. cap. 6. pag. 333. & lib. 22. cap. 1. pag. 416.* eoque remotissimas navigationes designare, inquit, quæ post Christi adventum à variis nationibus, & præcipuè ab Hispanis in Orientales & Occidentales Indias institutæ sunt, quibus gentes, & opes plurimæ ad Christi Ecclesiam augendam, & illustrandam adducerentur, veluti ab Argonautis illis aureum Vellus sub Jasone Duce & Typhi, ejus in Colchica expeditione socio, & primæ navis, quæ *Argo* dicta fuit, gubernatore. De † qua fabula late agit 84
Orph. *lib. 1.* Ovid. *lib. 7. Metamorph.* Propert. *lib. 1.* Stat. *lib. 5.* Appollon. *in Catalog. heroum lib. 2.* Valer. Flacc. *in suis Argonauticon libris*: Pontan. *lib. 5. de Stellis*: Text. *in officina, 1. part. p. 328.* Natal. Com. *in Mytholog. fabul. lib. 6. cap. 8.* Mich. Bosch. *in Oratione de aureo Vellere*, & Simon Majol. *in tom. 4. dier. Canicul. colloq. 5. pag. 377. & seq.* Ubi simul tractant de origine, † & 85
institutis Equestris Ordinis aurei Velleris, vulgò dicti, *del Tuson de Oro*, quem Philippus cognomento *Bonus* Burgundionum Dux anno 1429. instituit, & hodie nostri Potentissimi Hispaniarum Reges conservant & moderantur, utpotè † 86
veri, ac legitimi illius status successores, juxta ea, quæ fusè congerit Camill. Borrell. *in tract. de præst. Reg. Catholic. cap. 46. ex n. 254.*

Extat quoque † locus alter apud eumdem Virgil. *lib. 6. Æneid.* ubi Augusto Cæsari blandiens, 87
novas terras & regna ei promittit, quæ ultra Oceanum imò & Solis orbitam jaceant. Sic enim inquit:

> ..... *Super Garamantas, & Indos*
> *Proferet Imperium, jacet extra sydera tellus,*
> *Extra anni Solisque vias, ubi cœlifer Atlas*
> *Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum.*

Quibus verbis Just. Lips. *dict. cap. 19.* ad hunc Novum Orbem respicere putat, & extra anni, & Solis vias interpretatur, id est, *ultra Torridam Zonam.* Et quod de Atlante subjicitur, exponit, non de illo Africæ, sed de alio, qui regnavit in insula Atlantica à Platone descripta: Sed in hoc mag-

magnus ille vir, aut falli, aut fallere, velle videtur. Nam Virgilius id nullo certo argumento, sed similiter per Hyperbolem, aut vaticinationem Poëticam dixit, & in Cæsaris adulationem: & non loquitur de Novo Orbe, sed de Maurorum Æthiopia, ubi est mons Atlas, stellis aptum, sive vicinum, prout observat Servius, Cerda & Pontan. ibidem, & diximus *suprà cap. 4.* & ostendit ipse Virgilius eisdem fermè verbis utens *lib. 4. Æneid.*

> *Oceani finem juxta, Solemque cadentem,*
> *Ultimus Æthiopum locus est, ubi maximus Atlas,*
> *Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.*

Hanc autem Provinciam dicit esse extra sy-
88 dera, † non quia ulla sit tellus, quæ non subjaceat syderibus, & cœlo non tegatur, sed quia extra majora sydera ferè sit, id est, duodecim signa, in quibus est circulus Solis, aut Planetas, qui intra Tropicos decurrunt. Quemadmodum & Lucanus de eadem regione loquens *lib. 3. Pharsal.* scriptum reliquit:

> *Æthiopumque tellus, quod non premeretur ab ulla*
> *Signifero regione Poli, nisi popite lapso*
> *Ultima curvati procederet ungula tauri.*

Sed, ut ad Senecam † redeamus, advertendum etiam est cum Boter. Mader. & Herrer. *ubi*
89 *suprà*, ejus vaticinium, ut ad istius Novi Orbis detectionem propriùs applicari posset, loco ultimi carminis, ubi de Thule loquitur, dicere debuisse:

> *Nec sit terris ultima Gades.*

Etenim ad Occidentem, & ultra Gades, ut sæpè diximus, detectus est, non ad Septemtrionem,
90 ubi Thule † insula jacet, quæ ultima terrarum illius Climatis reputabatur, juxta illud Virgilii *lib. 1. Georg.*

> *Tibi serviat ultima Thule.*

Et plura alia, quæ de eadem insula habent Plin. *lib. 2. cap. 75. & lib. 4. cap. 16.* Pompon. Mel. *lib. 3. cap. 3.* Solin. *cap. 24.* D. Isidor. *lib. 14. Etymolog. cap. 6.* Procop. *de bell. Goth. lib. 2.* Surius *in comment. sub ann. Dom. 1537.* Boter. *in relat. univers. lib. 1. vol. 1. pag. 168.* Ortel. *in Theatr. Orb. tab. 98. & in Thesaur. Geogr. verb. Thule*: Magin. Patavin. *tab. Geograph. fol. 96. & fol. 100.* Thom. Bocius *de sign. Eccles. lib. 22. c. 9. pag. 495. & seq. & pag. 557.* & Simon Majol. *in dieb. Canicul. colloq. 1. pag. 35. colloq. 14. pag. 341.* Ubi eamdem esse docent, quam hodie *Islandiam*, aut *Scandiam* dicimus, in ditione Scotorum ad Septemtrionem vergentem ultra Orcades, latitudinemque habere gradum 65. ad 69.

Et licèt negare non possimus † etiam ultra
91 Thulem, sive Islandiam, alias novas terras antiquis, & nostris temporibus repertas, in quibus ad literam vaticinium Senecæ impleri potuerit, ut sunt *Groenlandia, Frislandia, Icaria, & Nova Zembla, Finamarchia*, & aliæ, de quibus agunt auctores *suprà* citati. Cum † & Hunni & Gothi in
92 alio veluti Orbe ignoto, & inaccesso ultra Mæotidem paludem habitare dicerentur, juxta ea, quæ tradit Plinius, loquens de Scandinavia, unde illi eruperunt *lib. 4. cap. 13.* Hoc tamen neque Americanæ Hispanorum detectioni, de qua agimus, nocet, neque ita † magna admiratione dignum 93
ullo seculo judicatum est. Nam ibi solùm Glacialis maris, & frigidæ Zonæ transitus, navigandi & progrediendi ulterius avidos retardabat. Hic verò, & Torridæ æstus, & Oceani vortices deterrebant, quem semper, ut vidimus, ultra Herculis columnas inaccessum, & impertransibilem judicarunt.

Planè † etiam ad Septemtrionem ultra Groën- 94
landiam mare unius diei cursu fertur innavigabile, quia, caligantibus ante ora mundi finibus, immane abyssi barathrum reperitur, ut constat ex mirandis relationibus, quas refert Cranzius *in præfat. Noruegiæ*, relatus in Teatr. vitæ human. *vol. 5. lib. 2. pag. 1216.* & aliæ non minus † mirandæ navigationes Batavorum, sive Hollandensium 95
per mare Glaciale ad Novæ Zamblæ, & Lapianorum fines, extant *in 3. tom. hist. navig. Orient. circa fin.*

Denique urgent adhuc alii, & Romanos in regiones hujus Novi Orbis aliquando transfretasse auctoritate Luci † Marinæi Siculi probare 96
conantur, qui *lib. 19. de reb. Hispan. cap. 16.* scriptum reliquit, Catholicorum Regum tempore, quo primùm prædictæ regiones repertæ sunt, in ea, quæ vulgò *Terra firma* appellatur, repertum fuisse à quibusdam nominibus, qui auri venas perscrutabantur, numisma quoddam cum nomine & imagine Augusti Cæsaris, quod cum ad Dom. Joannem Ruffum Archiepiscopum Consentinum devenisset, ille, ut rem mirabilem, Romam ad Summum Pontificem misit: *Quæ res*, inquit Marinæus, *Hispanis gloriam & famam adeuntis, quam pepererant, dum se primos Indias Occidentales invenisse jactabant. Illo namque numismate constitit, Romanos jam multis antè seculis ad eadem oras pervenisse.* Eamdem historiam refert Maluend. *lib. 3. de Antichrist. cap. 16.* & levibus aliis conjecturis communit Fr. Greg. Garcia *de Indiar. orig. lib. 4. cap. 19.*

Quibus aliam adjicit Just. Lips. *dict. lib. 2. cap. 19.* & Basil. Pont. *d. q. 8. expos. cap. 1.* ex nostrorum relatione tradentes † in Chile Provin- 97
cia in valle, quæ *Cauten* dicitur, urbem esse, quam Imperialem ab hac causa nominarunt, quoniam in plerisque domibus, & portis reperierunt Aquilas bicipites, eodem modo effigiatas, ac illæ, quibus Romanum Imperium pro insignibus uti jampridem consuevit. Unde suspicari posse, inquiunt, à Romanis illuc ea insignia fuisse perlata, maximè cùm nulla eo in Orbe Aquila, sive avis biceps reperiatur, quam indigenæ adumbrare potuerint.

Quibus argumentis simile etiam videri potest aliud, quod tradit Didac. Daval. *in Miscell. Austral. colloq. 36. fol. 165.* dicens † triginta abinde 98
annis clavum quemdam ferreum politè nimis fabricatum, repertum fuisse in hoc Regno Peruano in argenti fodinis, quæ jacent circa oppidum *Caxatambo*, intra durissimi cujusdam saxi argentei viscera circumclusum. Inde deducens, antiquam videri utriusque Orbis communicationem, cùm clavus ille magnam præ se ferret vetustatem, & à priscis hujus terræ accolis fieri non potuerit, quibus nec ferrum eo tempore erat, neque artifex, & instrumenta ad illum construendum necessaria.

Sed

Sed ab his argumentis facilius quidem, quàm à superioribus nos expedire possumus, Marinæum
99 imprimis, † meritò ridentes & rejicientes, qui adeò levi, & fallaci consideratione Hispanorum gloriæ tenebras offundere voluit, quem juste illi omnes, qui eum citant, reprehendere solent, ut constat ex Lips. Maluend. & Basil. *ubi suprà*: Camillo Borrell. *de præst. Reg. Cathol. cap.* 46. *num.* 225. & 226. & August. Torniell. *infrà* citando: & novissimè Seraph. Freitas *de justo Imper. Asiat. cap.* 5. *num.* 16. & 17. ubi minus ap e subjungit potuisse numisma illud per manus Sinarum facilimè à Trapobana in Americam Romanorum seculo deferri. Imprimis namque negamus numisma illud ea in parte, qua Marinæus dicit, repertum, cum id nullo satis certo testimonio constiterit. Neque sufficit, quod Archiepiscopus Consentinus, eo nomine, quasi ibi inventum acceperit, & ad Summum Pontificem miserit: Nam cum plures ex Italia viri simul cum Hispanis in prioribus illis classibus ad has partes navigassent, potuit eorum aliquis, ut gentis suæ gloriam augeret, illius numismatis inventionem Archiepiscopo suadere. Aut etiam ex composito, quo majorem sibi fidem conciliaret, latenter in auri fodinas dejicere, ut statim à fossoribus repertum, multis retro temporibus ibi fuisse crederetur.

100 Novum † quippe non est, similes fraudes, & imposturas sub prætextu antiquitatis artificiosè confingi, & ad decipiendos alios à nostri seculi ingeniosis, & malè feriatis hominibus affabrè concinnari, ut bene advertit Tobias Haller. *in orat. contra Antiquarios* apud Rosinum *pag.* 488. & in quodam casu, huic, de quo loquimur, admodum simili, contigisse videmus. Nam Valentin. Moran. Jacob. Navarch. Jesuita, & Ferdin. Lop. Castaneda *in sua histor. Ind. Orient. lib.* 1.
101 *cap.* 28. referunt † quædam carmina, quæ sub Emmanuele Lusitaniæ Rege, ann. Dom. 1505. refossa fuerunt in promontorio Lunæ, quod vulgo appellatur *Roca de Sintra*, insculpta in quadrata vetusti operis columna marmorea, quæ sic habebant:

Volvuntur saxa, literis & ordine lectis,
Cùm videas Occidens Orientis opes
Ganges, Indus, Tagus erit mirabile visu
Merces commutabit suas uterque sibi.

Quos versus Sibyllinos esse, prædicti Auctores sibi persuaserunt, eisque quasi ex Sibyllæ antro profusis fidem præbuerunt. Cùm tamen postea compertum fuerit confictos & impositos fuisse à quodam Hermo Charado Lusitano: qui illos marmori inscripserat, defoderatque, ut situ humoreque terræ aliquantulum deformati, vetustatis indicium exhiberent, rursusque per mercenarias operas refoderat, ut hoc tam nobili, atque peregregio antiquitatis monumento Regis gratiam avidè in Orientis opes intenti, pecuniamque aucuparetur, ut testantur Cæsar Orlandius, & Gaspar. Barrer. quos refert Ortel. *in Theatr. mag. tab.* 5. *Novi Orbis*, & ab eo mutuatus Maluend. *d. lib.* 3. *de Antichrist. cap.*16. *pag.*150. & novissimus August. Torniel. *in annal. sacr.* 2. *tom. ann. Mundi* 3043. *n.*7. *pag.*48.

102 Quod † verò de bicipite Chilensium aquila diximus, quamvis verum esse fateamur, non multum stringit. Potuit quippe ab Indis ejusmodi avis, etiam citra Romanorum exemplum, excogitari & effingi, & ad rei longè distinctæ signum usurpari, quemadmodum & à Romanis ipsis excogitata fuit, quibus etiam triceps Proserpina, Cerberus & alia monstra numquam similiter visa confingebantur. In obeliscis quoque Ægyptiorum narrat Ammian. Marcel. *lib.*17. *Scripta conspici volucrum, feranumque, etiam alieni mundi genera multa*, id est, ignota ipsa, & Orbi, qui tunc lustrabatur invisa.

Aquila † autem Romani Imperii antiquissimum, & usitatissimum signum, teste Joan. Rosin. 103
lib. 10. *antiq. cap.* 5. *pag.* 45. & Alex. ab Alex. *lib.* 4. *dier. gen. cap.* 2. quare & quando bicepsportari cœperit, variis opinionibus ab scribentibus decertatur, de quibus agit Joann. Curio, Joan. Bocat. & alii, quos refert Simon Majol. *in diebus Canicul. tom.*4. *colloq.*5. *p.* 365. Guardiol. *de nobil. cap.* 12. Vargas *in eod. tract. dist.* 16. *n.* 4. Didac. Daval. *in Miscell. Austral. colloq.*20. *fol.*99. ultra quos ego addo Cuspianum relatum in Theatr. vit. hum. *vol.*3. *lib.*10. *p.*1029. qui ex
Suetonio tradit, signum hoc esse † apud Germa- 104
nos antiquissimum. Illi enim Quintilium Varum cum legionibus Romanis tribus apud Bructeos Frisiis conterminos delevere: signaque, & Aquilas duas cepere, quas adhuc hodie possident. *Non enim*, inquit, *biceps est Aquila, sed duæ simul, quarum altera alteram expansis alis obtegit. Nec unquam hæ redditæ sunt Imperatoribus Romanis, sed semper in hunc usque diem servatæ.*

Denique narratio illa † de clavo ferreo in 105
Caxatambi fodinis reperto, non majorem fidem, quàm Marinæi numisma meretur; nisi dicere etiam malimus: potuisse jam olim, ligno alicui navis adfixum, maris fluctibus ad hanc Peruanam oram appellere, & illud ad argentum commodiùs excavandum ab Indis transportari, & per oblivionem relinqui, indeque factum, ut intra lapidis viscera, lapide ipso crescente, concluderetur, prout multoties in aliis similibus rebus accidisse referunt, & mirandis † exemplis demonstrant 106
Alex. *lib.*5. *Gen. cap.* 9. Bapt. Fulgos. *lib.* 1. *rer. memor. cap.*6. *fol.* 55. Petr. Mexia *in sylva var. lect.* 2.*part.cap.*13. & Simon Majol. 1.*tom. colloq.* 16. *pag.*379. & *colloq.*18. *pag.*419. Ubi inter alia commemorant, in altissimis, & longè à mari positis montibus, dum excavarentur † compertas 107
fuisse interdum naves, humore propemodum absumptas, cum instrumentis omnibus ferreis, & in aliis terræ visceribus erui solere lapides, in quibus sunt Conchylia redacta in duritiem lapideam, & ossa animantium, & quod magis mirum est pisces bufones, & serpentes vivos.

CAPUT XIII.

De regione Ophira, cujus frequens est in sacris literis mentio, & an ea huic Orbi Novo respondeat, & appellationi Regni Piru originem dederit.

SUMMARIUM.

1 *Novi Orbis mentionem & notitiam in sacris literis reperiri aliqui tradunt.*

2 *Sa-*

2 *Salomon & Josaphat classes mittere solebant in regionem* Ophir, *& quare.*
3 Tharsis & Ophir *navigatio à Salomone inita, an esset eadem, vel diversa*, & n.18.
4 Ophir *regio secundùm Montanum, & alios est eadem cum Mexicana & Peruana Novi Orbis.*
5 *Christophorus Columbus ubi primum detexit Insulam Hispaniolam, Ophiram se reperisse jactabat.*
6 *Franc. Vatablus in Insula Hispaniola, & in Piru & Mexico constituit* Ophir.
7 Peru, *vel* Piru *vox multis videtur eadem cum* Ophir, *aut certè maximè cum illa colludere.*
8 Paruaiim *dictio, quæ utitur sacra Pagina est dualis, & duplex Peru signare videtur.*
9 *Nomina locorum, & Provinciarum facile inverti & mutari solent.*
10 *Peru in Regno plura nomina reperiuntur affinia nomini* Ophir.
11 *Iobab filius Jectan videtur incoluisse regionem* Paria.
12 *Jectan* secundùm Montanum *nomen dedit Provinciæ* Jucatan.
13 Sephar *mons, dicitur idem cum montibus* Andes del Peru, *qui sunt totius Orbis longissimi.*
14 *Salomon fuit omnium mortalium sapientissimus, & non videtur Orbem Novum ignorare potuisse.*
15 *Salomon fuit cumulandarum divitiarum studiosissimus.*
16 *Ophiram regionem qui in Novo Orbe constituunt, communiter à viris doctissimis reprobantur.*
17 *P. Joannis Pinedæ judicium de regione Ophira.*
18 Tharsis & Ophir *Provinciæ & navigatione earum diversæ erant.*
19 Tharsis *nomine in sacra Pagina quænam regio designetur.*
20 *Tharsis idem esse cum Tartesso plures opinantur, & in Hispaniæ Bæticis oris constituunt, alii verò hoc negant.*
21 *Tartessus urbs Hispaniæ olim ditissima & felicissima.*
22 *Pineda Franciscanus non satis juste à Fr. Joan. à Ponte notatur.*
23 Ophir *regio nullatenus pertinet ad Novum Orbem.*
24 *Peruana in regione non reperiuntur ea, quæ ex* Ophira *ad Salomonem asportabantur.*
25 *Salomonem, navigationem longam, & difficilem ob Novi Orbis divitias instituisse, credibile non est, relicta India Orientali ditiori & viciniori.*
26 Asionagbet *portus ubi, & quod ex eo solvere non oporteret classes Salomonis, si ad Novum hunc Orbem navigarent.*
27 Ophira *regio ubinam esset, variis opinionibus decertatur, quæ breviter referuntur.*
28 Sophala *auri fodinis abundat, & ibi extare dicuntur libri ostendentes, quod Salomon ad eas suas classes mittebat.*
29 Ophir *regio propriè pertinet ad Indias Orientales.*
30 *Auctores recensentur, qui agunt de regione* Ophira, *& eam Indiæ Orientali tribuunt.*
31 *Pegutæi dicuntur trahere originem à Judæis damnatis à Salomone ad Ophiritas auri fodinas.*
32 *Indiæ Orientales trahunt originem ab* Ophir & Hevila, *& sunt ditissimæ.*
33 *Aurum Indiæ Orientalis dicebatur* Paruaiim, *& erat probatissimum.*
34 Obrizum *aurum secundùm plures dicitur quasi* Ophrizum, *id est, à regione* Ophir *deductum.*
35 L.3. C. de ver. num. potest. & l.1. C. de oblat. vot. *de nummis Obryzatis loquentes explicantur & emendantur.*
36 *Olobreæ vestes, id est, Olobrizæ* in Rub. & l. tempetent, C. de vest. olob. *quæ, & aliæ emendantur.*
37 *Obrizum aurum potest deduci ex voce Græca, quæ* sincerum & purum *significat* secundùm Plin. *vel à colore* obradiante secundùm Hier. & Isid.
38 Obrusa *vox Latinis significat probationem, vel expugnationem auri, & inde dicitur* Obryzum.
39 *Ciceronis, Suetonii & Senecæ loca explicantur & emendantur.*
40 L. 5. C. de suscept. & arcar. l.2. Cod. de metallar. *ubi habetur mentio Obryzi emendantur.*
41 *Aurum* Phaz, *sive* Ophaz, *& aliæ ejus appellationes in Scriptura, remissivè.*
42 Phez *Regnum apud Arabes unde dictum.*
43 Ophiram *qui in Novo Orbe constituunt, levissimis conjecturis ducuntur.*
44 *Nominum similitudo, aut affinitas ad alicujus rei identitatem probandam fallacissima est.*
45 Paruaim *dictio an verè in Scriptura reperiatur, & quid significet.*
46 Peru, *vel* Piru *nomen novum est in his regionibus Occidentalibus, & quas comprehendat.*
47 Peru, *vel* Piru *nominis variæ causæ, sive etymologiæ referuntur, &* num. 49. 50. 51. & 52.
48 *Garcilassus Inca scripsit commentarios de origine & imperio Incarum, & quid sentiat de nomine* Piru.
53 *Nomina qualiter Provinciis novè detectis, aut subactis imponi soleant.*
54 Mexici *urbis nomen unde mutuatum.*
55 Jectan, *aut* Jobab, & Ophir *ad Provincias novi Orbis numquam pervenerunt.*
56 *Jucatana Provincia non habet nomen à Jectan: & unde, & qualiter illud habere Hispanorum tempore cœperit.*
57 Sephar *mons nihil habet commune cum Andibus Peruanis.*
58 *Salomonem habuisse cognitionem peculiarem Novi Orbis nullo certo argumento probari potest.*
59 *Salomon quamvis sapientissimus, didicit navigationem* Tharsis & Ophir *à servis Regis Hiram.*
60 *Tyrii diu servarunt epistolas Salomonis, & Regis Hiram, quæ agebant de navigationibus in* Tharsis & Ophir.
61 *Hiram Rex ostendit Salomonis ministris navigationem longiorem, & sibi reservavit aliam breviorem & utiliorem.*
62 *Tyrii & Phœnices fuerunt olim præstantissimi in arte navigandi.*
63 Phœnices *unde dicti* secundùm Aristotelem.
64 Tyria maria *Proverbium quid significet, & unde originem traxerit.*
65 *Salomonis divitiæ & thesauri incomparabiles fuerunt.*
66 *Divitiis, & thesauris Salomonis, qui alios aliorum Regum æquare volant, stultitiæ notantur.*
67 *Templi Jerosolymitani sumptus, & divitiæ omnem admirationem excedunt, & aliqua de eo.*
68 *Templum Jerosolymitanum Salomonis, Barbari etiam, & hostes revercbantur.*
69 *Templum Salomonis cum Crassus expilavit, aurum præ copia plus dimidio viluit.*

URgent porrò adhuc alii, † & ut hunc Novum Orbem priscis innotuisse defendant, cum prophanis testimoniis satis evincere non potuerint, sacris propugnare conantur, affirmantes, frequentem ejus mentionem, atque cognitionem in sacra Pagina reperiri *lib.* 3. *Reg. c.* 9. & *lib.* 4. *c.* 22. & *lib.* 2. *Paralipom. c.* 9. & 20. & alibi passim, † quatenus in illis de celeberrimis classibus agitur, quas duo illi potentissimi & sapientissimi Hebræorum Reges Salomon & Josaphat in regionem *Ophir* misisse memorantur simul cum navibus, & servis Regis Hiram, ut inde aurum & argentum, ebur, simias, pavos & alia pretiosa asportarent. Quam expeditionem, seu † navigationem multi eamdem faciunt cum 3
illa, quæ in eisdem sacræ Scripturæ locis semel annis tribus in *Tharsis* fieri solita, dicitur. Aut certè eodem itinere eamdem classem appellare ad *Tharsis* & *Ophir*, ut constat ex relatis à Barrerio *in libello de regione Ophira*: Acosta *lib.* 1. *de nat. Novi Orb. cap.* 13. Barrad. *lib.* 3. *concord. cap.* 11. Maluend. *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 20. & Pineda *de reb. gest. Salom. lib.*4. *c.*16. *quæst.*2. *pag.* 211. & ultra eos Fr. Gregor. Garc. *lib.*1. *de Indor. orig*

Sed ab his argumentis facilius quidem, quàm à superioribus nos expedire possumus, Marinæum
99 imprimis, † meritò ridentes & rejicientes, qui adeò levi, & fallaci consideratione Hispanorum gloriæ tenebras offundere voluit, quem juste illi omnes, qui eum citant, reprehendere solent, ut constat ex Lips. Maluend. & Basil. *ubi suprà*: Camillo Borrell. *de præst. Reg. Cathol. cap.* 46. *num.* 225. & 226. & August. Torniell. *infrà* citando: & novissimè Seraph. Freitas *de justo Imper. Asiat. cap.* 5. *num.* 16. & 17. ubi minus ap e subjungit potuisse numisma illud per manus Sinarum facilimè à Trapobana in Americam Romanorum seculo deferri. Imprimis namque negamus numisma illud ea in parte, qua Marinæus dicit, repertum, cum id nullo satis certo testimonio constiterit. Neque sufficit, quod Archiepiscopus Consentinus, eo nomine, quasi ibi inventum acceperit, & ad Summum Pontificem miserit: Nam cum plures ex Italia viri simul cum Hispanis in prioribus illis classibus ad has partes navigassent, potuit eorum aliquis, ut gentis suæ gloriam augeret, illius numismatis inventionem Archiepiscopo suadere. Aut etiam ex composito, quo majorem sibi fidem conciliaret, latenter in auri fodinas dejicere, ut statim à fossoribus repertum, multis retro temporibus ibi fuisse crederetur.

100 Novum † quippe non est, similes fraudes, & imposturas sub prætextu antiquitatis artificiosè confingi, & ad decipiendos alios à nostri seculi ingeniosis, & malè feriatis hominibus affabrè concinnari, ut bene advertit Tobias Haller. *in orat. contra Antiquarios* apud Rosinum *pag.* 488. & in quodam casu, huic, de quo loquimur, admodum simili, contigisse videmus. Nam Valentin. Moran. Jacob. Navarch. Jesuita, & Ferdin. Lop. Castaneda *in sua histor. Ind. Orient. lib.* 1.
101 *cap.* 28. referunt † quædam carmina, quæ sub Emmanuele Lusitaniæ Rege, ann. Dom. 1505. refossa fuerunt in promontorio Lunæ, quod vulgo appellatur *Roca de Sintra*, insculpta in quadrata vetusti operis columna marmorea, quæ sic habebant:

Volvuntur saxa, literis & ordine lectis,
Cùm videas Occidens Orientis opes
Ganges, Indus, Tagus erit mirabile visu
Merces commutabit suas uterque sibi.

Quos versus Sibyllinos esse, prædicti Auctores sibi persuaserunt, eisque quasi ex Sibyllæ antro profusis fidem præbuerunt. Cùm tamen postea compertum fuerit confictos & impositos fuisse à quodam Hermo Charado Lusitano: qui illos marmori inscripserat, defoderatque, ut situ humoreque terræ aliquantulum deformati, vetustatis indicium exhiberent, rursusque per mercenarias operas refoderat, ut hoc tam nobili, atque peregregio antiquitatis monumento Regis gratiam avidè in Orientis opes intenti, pecuniamque aucuparetur, ut testantur Cæsar Orlandius, & Gaspar. Barrer. quos refert Ortel. *in Theatr. mag. tab.* 5. *Novi Orbis*, & ab eo mutuatus Maluend. *d. lib.* 3. *de Antichrist. cap.*16. *pag.*150. & novissimus August. Torniel. *in annal. sacr.* 2. *tom. ann. Mundi* 3043. *n.*7. *pag.*48.

102 Quod † verò de bicipite Chilensium aquila diximus, quamvis verum esse fateamur, non multum stringit. Potuit quippe ab Indis ejusmodi avis, etiam citra Romanorum exemplum, excogitari & effingi, & ad rei longè distinctæ signum usurpari, quemadmodum & à Romanis ipsis excogitata fuit, quibus etiam triceps Proserpina, Cerberus & alia monstra numquam similiter visa confingebantur. In obeliscis quoque Ægyptiorum narrat Ammian. Marcel. *lib.*17. *Scripta conspici volucrum, feranumque, etiam alieni mundi genera multa*, id est, ignota ipsa, & Orbi, qui tunc lustrabatur invisa.

Aquila † autem Romani Imperii antiquissimum, & usitatissimum signum, teste Joan. Rosin. 103
lib. 10. *antiq. cap.* 5. *pag.* 45. & Alex. ab Alex. *lib.* 4. *dier. gen. cap.* 2. quare & quando bicepsportari cœperit, variis opinionibus ab scribentibus decertatur, de quibus agit Joann. Curio, Joan. Bocat. & alii, quos refert Simon Majol. *in diebus Canicul. tom.*4. *colloq.*5. *p.* 365. Guardiol. *de nobil. cap.* 12. Vargas *in eod. tract. dist.* 16. *n.* 4. Didac. Daval. *in Miscell. Austral. colloq.*20. *fol.*99. ultra quos ego addo Cuspianum relatum in Theatr. vit. hum. *vol.*3. *lib.*10. *p.*1029. qui ex
Suetonio tradit, signum hoc esse † apud Germa- 104
nos antiquissimum. Illi enim Quintilium Varum cum legionibus Romanis tribus apud Bructeos Frisiis conterminos delevere: signaque, & Aquilas duas cepere, quas adhuc hodie possident. *Non enim*, inquit, *biceps est Aquila, sed duæ simul, quarum altera alteram expansis alis obtegit. Nec unquam hæ redditæ sunt Imperatoribus Romanis, sed semper in hunc usque diem servatæ.*

Denique narratio illa † de clavo ferreo in 105
Caxatambi fodinis reperto, non majorem fidem, quàm Marinæi numisma meretur; nisi dicere etiam malimus: potuisse jam olim, ligno alicui navis adfixum, maris fluctibus ad hanc Peruanam oram appellere, & illud ad argentum commodiùs excavandum ab Indis transportari, & per oblivionem relinqui, indeque factum, ut intra lapidis viscera, lapide ipso crescente, concluderetur, prout multoties in aliis similibus rebus accidisse referunt, & mirandis † exemplis demonstrant 106
Alex. *lib.*5. *Gen. cap.* 9. Bapt. Fulgos. *lib.* 1. *rer. memor. cap.*6. *fol.* 55. Petr. Mexia *in sylva var. lect.* 2.*part.cap.*13. & Simon Majol. 1.*tom. colloq.* 16. *pag.*379. & *colloq.*18. *pag.*419. Ubi inter alia commemorant, in altissimis, & longè à mari positis montibus, dum excavarentur † compertas 107
fuisse interdum naves, humore propemodum absumptas, cum instrumentis omnibus ferreis, & in aliis terræ visceribus erui solere lapides, in quibus sunt Conchylia redacta in duritiem lapideam, & ossa animantium, & quod magis mirum est pisces bufones, & serpentes vivos.

CAPUT XIII.

De regione Ophira, cujus frequens est in sacris literis mentio, & an ea huic Orbi Novo respondeat, & appellationi Regni Piru originem dederit.

SUMMARIUM.

1 *Novi Orbis mentionem & notitiam in sacris literis reperiri aliqui tradunt.*

2 *Sa-*

2 *Salomon & Josaphat classes mittere solebant in regionem* Ophir, *& quare.*
3 Tharsis & Ophir *navigatio à Salomone inita, an esset eadem, vel diversa*, & n.18.
4 Ophir *regio secundùm Montanum, & alios est eadem cum Mexicana & Peruana Novi Orbis.*
5 *Christophorus Columbus ubi primum detexit Insulam Hispaniolam, Ophiram se reperisse jactabat.*
6 *Franc. Vatablus in Insula Hispaniola, & in Piru & Mexico constituit* Ophir.
7 Peru, *vel* Piru *vox multis videtur eadem cum* Ophir, *aut certè maximè cum illa colludere.*
8 Paruaiim *dictio, quæ utitur sacra Pagina est dualis, & duplex Peru signare videtur.*
9 *Nomina locorum, & Provinciarum facile inverti & mutari solent.*
10 *Peru in Regno plura nomina reperiuntur affinia nomini* Ophir.
11 *Iobab filius Jectan videtur incoluisse regionem* Paria.
12 *Jectan* secundùm Montanum *nomen dedit Provinciæ* Jucatan.
13 Sephar *mons, dicitur idem cum montibus* Andes del Peru, *qui sunt totius Orbis longissimi.*
14 *Salomon fuit omnium mortalium sapientissimus, & non videtur Orbem Novum ignorare potuisse.*
15 *Salomon fuit cumulandarum divitiarum studiosissimus.*
16 *Ophiram regionem qui in Novo Orbe constituunt, communiter à viris doctissimis reprobantur.*
17 *P. Joannis Pinedæ judicium de regione Ophira.*
18 Tharsis & Ophir *Provinciæ & navigatione earum diversæ erant.*
19 Tharsis *nomine in sacra Pagina quænam regio designetur.*
20 *Tharsis idem esse cum Tartesso plures opinantur, & in Hispaniæ Bæticis oris constituunt, alii verò hoc negant.*
21 *Tartessus urbs Hispaniæ olim ditissima & felicissima.*
22 *Pineda Franciscanus non satis juste à Fr. Joan. à Ponte notatur.*
23 Ophir *regio nullatenus pertinet ad Novum Orbem.*
24 *Peruana in regione non reperiuntur ea, quæ ex* Ophira *ad Salomonem asportabantur.*
25 *Salomonem, navigationem longam, & difficilem ob Novi Orbis divitias instituisse, credibile non est, relicta India Orientali ditiori & viciniori.*
26 Asionagbet *portus ubi, & quod ex eo solvere non oporteret classes Salomonis, si ad Novum hunc Orbem navigarent.*
27 Ophira *regio ubinam esset, variis opinionibus decertatur, quæ breviter referuntur.*
28 Sophala *auri fodinis abundat, & ibi extare dicuntur libri ostendentes, quod Salomon ad eas suas classes mittebat.*
29 Ophir *regio propriè pertinet ad Indias Orientales.*
30 *Auctores recensentur, qui agunt de regione* Ophira, *& eam Indiæ Orientali tribuunt.*
31 *Pegutæi dicuntur trahere originem à Judæis damnatis à Salomone ad Ophiritas auri fodinas.*
32 *Indiæ Orientales trahunt originem ab* Ophir & Hevila, *& sunt ditissimæ.*
33 *Aurum Indiæ Orientalis dicebatur* Paruaiim, *& erat probatissimum.*
34 Obrizum *aurum secundùm plures dicitur quasi* Ophrizum, *id est, à regione* Ophir *deductum.*
35 L.3. C. de ver. num. potest. & l.1. C. de oblat. vot. *de nummis Obryzatis loquentes explicantur & emendantur.*
36 *Olobreæ vestes, id est, Olobrizæ* in Rub. & l. tempetent, C. de vest. olob. *quæ, & aliæ emendantur.*
37 *Obrizum aurum potest deduci ex voce Græca, quæ* sincerum & purum *significat* secundùm Plin. *vel à colore* obradiante secundùm Hier. & Isid.
38 Obrusa *vox Latinis significat probationem, vel expugnationem auri, & inde dicitur* Obryzum.
39 *Ciceronis, Suetonii & Senecæ loca explicantur & emendantur.*
40 L. 5. C. de suscept. & arcar. l.2. Cod. de metallar. *ubi habetur mentio Obryzi emendantur.*
41 *Aurum* Phaz, *sive* Ophaz, *& aliæ ejus appellationes in Scriptura, remissivè.*
42 Phez *Regnum apud Arabes unde dictum.*
43 Ophiram *qui in Novo Orbe constituunt, levissimis conjecturis ducuntur.*
44 *Nominum similitudo, aut affinitas ad alicujus rei identitatem probandam fallacissima est.*
45 Paruaim *dictio an verè in Scriptura reperiatur, & quid significet.*
46 Peru, *vel* Piru *nomen novum est in his regionibus Occidentalibus, & quas comprehendat.*
47 Peru, *vel* Piru *nominis variæ causæ, sive etymologiæ referuntur, &* num. 49. 50. 51. & 52.
48 *Garcilassus Inca scripsit commentarios de origine & imperio Incarum, & quid sentiat de nomine* Piru.
53 *Nomina qualiter Provinciis novè detectis, aut subactis imponi soleant.*
54 Mexici *urbis nomen unde mutuatum.*
55 Jectan, *aut* Jobab, & Ophir *ad Provincias novi Orbis numquam pervenerunt.*
56 *Jucatana Provincia non habet nomen à Jectan: & unde, & qualiter illud habere Hispanorum tempore cœperit.*
57 Sephar *mons nihil habet commune cum Andibus Peruanis.*
58 *Salomonem habuisse cognitionem peculiarem Novi Orbis nullo certo argumento probari potest.*
59 *Salomon quamvis sapientissimus, didicit navigationem* Tharsis & Ophir *à servis Regis Hiram.*
60 *Tyrii diu servarunt epistolas Salomonis, & Regis Hiram, quæ agebant de navigationibus in* Tharsis & Ophir.
61 *Hiram Rex ostendit Salomonis ministris navigationem longiorem, & sibi reservavit aliam breviorem & utiliorem.*
62 *Tyrii & Phœnices fuerunt olim præstantissimi in arte navigandi.*
63 Phœnices *unde dicti* secundùm Aristotelem.
64 Tyria maria *Proverbium quid significet, & unde originem traxerit.*
65 *Salomonis divitiæ & thesauri incomparabiles fuerunt.*
66 *Divitiis, & thesauris Salomonis, qui alios aliorum Regum æquare volant, stultitiæ notantur.*
67 *Templi Jerosolymitani sumptus, & divitiæ omnem admirationem excedunt, & aliqua de eo.*
68 *Templum Jerosolymitanum Salomonis, Barbari etiam, & hostes revercbantur.*
69 *Templum Salomonis cum Crassus expilavit, aurum præ copia plus dimidio viluit.*

URgent porrò adhuc alii, † & ut hunc Novum Orbem priscis innotuisse defendant, cum prophanis testimoniis satis evincere non potuerint, sacris propugnare conantur, affirmantes, frequentem ejus mentionem, atque cognitionem in sacra Pagina reperiri *lib.* 3. *Reg. c.* 9. & *lib.* 4. *c.* 22. & *lib.* 2. *Paralipom. c.* 9. & 20. & alibi passim, † quatenus in illis de celeberrimis classibus agitur, quas duo illi potentissimi & sapientissimi Hebræorum Reges Salomon & Josaphat in regionem *Ophir* misisse memorantur simul cum navibus, & servis Regis Hiram, ut inde aurum & argentum, ebur, simias, pavos & alia pretiosa asportarent. Quam expeditionem, seu † navigationem multi eamdem faciunt cum 3
illa, quæ in eisdem sacræ Scripturæ locis semel annis tribus in *Tharsis* fieri solita, dicitur. Aut certè eodem itinere eamdem classem appellare ad *Tharsis* & *Ophir*, ut constat ex relatis à Barrerio *in libello de regione Ophira*: Acosta *lib.* 1. *de nat. Novi Orb. cap.* 13. Barrad. *lib.* 3. *concord. cap.* 11. Maluend. *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 20. & Pineda *de reb. gest. Salom. lib.*4. *c.*16. *quæst.*2. *pag.* 211. & ultra eos Fr. Gregor. Garc. *lib.*1. *de Indor. orig*

c.2. §.3. & 4. & novissimè eis non relatis Fr. Basil. Pontius *in q.* 8. *exposit. c.* 2.

4 *Ophir*, † autem, sive Ophiram regionem, Novum hunc Orbem esse, & præcipuè ad præcipuas ejus Provincias, Mexicanam scilicet, & Peruanam pertinere, apertè, & costanter tradit & defendit doctissimus Bened. Arias Mont. *in apparatu in Phaleg.* sive de primis gentium sedibus *in præfat.* & *in c.*9. quem sequuntur Guillel. Postell. & Gerop. Becan. relati ab Abraham. Ortel. *in Thesaur. Geograph. verb. Atlantis insula*, qui ab eadem opinione non abhorret. Genebrard. *in Chronolog. lib.*1. *pag.*35. & *lib.*4. *pag.*705. Marin. Brixian. *in sua arca in voce Ophira, & Parvaim*: Pomar. *in lexico in eisdem verbis*: Joan. Avenar. *in Epher*. Anton. Posevin. *lib.*3. *Biblioth. c.*5. Michael Balboa Cabel. *in Miscellan. Austr. M. S. 2. part. c.* 3. & 16. Thom. Boc. *de sig. Eccl. Dei lib.* 20. *c.* 3. *pag.* 130. Panigarola *in speculo belli, loco* 146. *advert.* 4. Joan. Funger. *in Etymolog. verb. Ophir*, & admittitur ab Emman. Sa, 3. *Reg.* 9. & argumentis non subtilibus niti tradit Martin. Delr. *in scholiis ad Medeam Senecæ act.* 2. & nervosè ea proponit, & tueri conatur Fr. Gregor. Garc. *ubi suprà* & latius *lib.*4. *c.* 1. & *seq.* doctissimus P. Joan. Pineda *d. lib.*4. *c.*16. §. 3. 4. 5. 6. *ex pag.*211. *usque ad* 215. ubi argumentis contrariis respondere intendit, & neminem referens Fr. Basil. *d. quæst.* 8. *c.*2. & 3. & ante omnes sensisse

5 videtur † clarissimus ille æque, ac fœlicissimus Dux Christophorus Columbus, qui cum in navigatione Oceani Occidentalis ad insulam Hispaniolam (ut ajunt) appulit, *Ophiram* se reperisse dictitabat, ut ab illo sæpius narrante, se audivisse scribit Petr. Martyr *in d. dec. ad. Novi Orb. lib.* 1.

6 Neque ab eis abest Franc. † Vatabl. qui *lib.* 3. *Reg. c.* 9. & 22. in eadem insula ante ingressum Peru constituit *Ophir*, quamquam idem etiam asserat, esse ipsum interius Peru, simulque Mexicum, 1. *Paralip. c.*3. *vers. annot.* 16.

In cujus opinionis confirmationem à multis ex prædictis auctoribus perpendi solet, ipsum vo-

7 cem † *Ophir* quæ etiam aliquando *Ophire*, vel *Opire*, pronuntiantur, per metathesim, sive literarum transpositionem, in vocem *Peru*, vel *Piru*, qua nunc utimur, permutata fuisse, & maximè cum ea colludere videri. Præsertim si adjiciamus, quod ubi *d. lib.* 2. *Paralip. c.* 3. dicitur Salomon: *Texisse domum laminis de auro probatissimo*; in Hebræo legitur, *Aurum Peruaïm*. Quæ termi-

8 natio †, & Inflexio vocis videtur esse dualis, cujus singulare sit *Piru*, vel *Peru*, ut juxta Grammaticos Hebraïcæ linguæ canones observat Pineda *in comment. in Iob. c.*28. *vers.*16. *pag.*500. & *de rebus Salom. dict. lib.*4. *c.*16. §. 4. *pag.* 212. *num.* 3. unde duplex *Peru* illa voce significari videbitur, videlicet *Peruana regio*, & altera *Mexicana*, illi contermina; licèt illa tantum nomen proprium *Peru* hodie retineat, prout novissimè etiam advertit P. Ludovic. Ballester. *in Onomotograph. verb. Ophir*, *pag.* 288. & ita Vatabl. super illum locum, sic scribit: *Paruaïm numero duali dicitur apud Hebræos fortasse eolus ille, qui nostro tempore* le grand Pereu, & le petit Perou *dicuntur, nam est maxima affinitas nominum.* Quam †

9 conjecturam magis urgent, & extendunt Montan. *ubi suprà*: Maluend. *d. lib.*3. *de Antichrist. c.* 39. Fr. Gregor. Garcia *d. lib.*4. *de Ind. orig. c.*1. & *sequent.* considerantes, frequentissimam esse hujusmodi vocum depravationem, † & plures alias in

10 his Regnis *Peru* reperiri in fluviis, oppidis & montibus, quæ cum voce *Ophir* eamdem affinitatem habere videntur.

Deinde superioribus additur ex sententia Montani *ubi suprà*, & Possevin. *lib.* 2. *Biblioth. c.* 5. Johab, † cujus mentio est Genesis *c.* 10. 11 *vers.* 28. incoluisse videri regionem hujus Novi Orbis quæ *Paria* vocatur, auro, margaritisque abundantem, & Jectan, † de quo *in eodem cap.* 12 *vers.*26. nomen dedisse ingenti ejusdem Americæ Chersoneso, dicto *Jucatan*, & *Sephar*, † montem 13 Orientalem, de quo *eodem c. versic.*29. esse montes *Andes*, Peruanæ regionis, longissimos omnium montium, qui hactenus in Orbe sunt visi, ut tradit Acosta *d. lib.* 1. *cap.* 13. & *lib.* 3. *hist. Ind. c.* 22.

Denique † perpenditur ab eodem Pineda & 14 Gregor Garcia *in locis suprà relatis*, affirmari quidem oportere, Salomoni, qui fuit omnium mortalium sapientissimus, & cui Deus ipse dedit horum, quæ erant, scientiam veram, ut sciret dispositionem Orbis terrarum, & virtutes elementorum, ut habetur *lib.*3. *Reg. c.*4. & *lib. Sap. c.*7. *versic.* 17. minimè fuisse Novum Orbem ignoratum; quod imprimis erat scitu dignissimum, atque jucundissimum. Præsertim † si hanc cogni- 15 tionem conjungamus cum studio, quod habuit cumulandi aurum & argentum, quorum ejusdem Novi Orbis natura fœcundissima reperitur.

Sed quamvis prædicta sententia his argumentis, & tantorum virorum auctoritatibus † mu- 16 niatur merito tamen ab allis doctis & diligentibus nostri seculi scriptoribus improbari solet, ut parum solida, & potius novitatis, quàm veritatis amore, & studio excogitata, ut constabit ex traditis à Bened. Perer. *lib.*3. *in Genes.* ubi de Hevilat, Gaspar. Barter. *in lib. de regione Ophira*: Acost. *lib.* 1. *de nat. Nov. Orb. c.*13. & 14. Barrad. *lib.* 5. *concord. c.* 11. Martin. Delrio *sup. Genes. cap.* 10. Maluenda *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 20. & 21. & *seq.* & *de Paradiso cap.*23. & 41. Anton. Herrer. *in hist. gen. Ind. dec.ad.* 1. *lib. cap.* 1. *pag.* 2. Bern. Aldret. *de orig. linz. Hisp. c.* 13. & *antiq. Hisp. lib.* 3. *c.* 9. *pag.* 360. August. Torniel. *in annal. sacris*, 1. *tom. anno Mundi* 1931. *n.* 45. *pag.* 229. & fusius 2. *tom. anno* 3043. *n.*7. & 8. Joan. Drugo *lib.*6. *observ. c.*3. & *lib.* 9. *c.* 12. M. Ant. Palau. *in paradox. classis Salom.* Joan. Pineda *in comment. in Iob. c.* 28. *vers.* 16. *pag.* 500. & 501. & iterum *de reb. Salom. lib.*4. *c.* 16. §. 4. 5. & 6. Ubi † ta- 17 men ab iis, quæ antèà dixerat, aliquantulum flectens, rem in medio relinquendam decernit, & id tantum superiori opinioni tribuit, ut minus levis minusque deformis censeri debeat; & minimè indigna, quæ à sapientibus benignè audiatur.

Et planè, quod pertinet † ad *Tharsis*, etsi à 18 nonnullis cum *Ophir* confundatur, ut *suprà* retulimus, longè tamen varius est, diversas per se esse navigationes & classes, quas ad eas Salomon, & Josaphat mitteri solebant, & ex diversis portubus, & per diversa maria, ut latissimè probat doctissimus Ribera *super Jonam c.* 1. & Thom. Boc. *de ruin. gent. lib.* 5. *c.* 7. *pag.* 483. licèt verum sit, utramque regionem nihilominus eadem navigatione, & eadem classe obiri potuisse, exporta-

19 tis primum ex *Ophir*, auro, † lignis, pavonibus, simiis, ebore: ex *Tharsis* verò, etiam auro, argento, gemmis, ac rebus aliis pretiosissimis. In quibus omnibus probandis, & in verò loco designando, ubi *Tharsis* illa consisterer, adeò latè & doctè insistit Pineda *d. lib.* 4. *de reb. Salom. c.* 5. cum multis sequentibus, & *c.*16. §. 1. & 2. *pag.*211. Fr. Gregor. Garc. *dict. lib.*1. *de Ind. orig. c.*2. §. 4. *ex pag.* 34. *ad* 40. Acost. *d. lib.* 1. *c.* 14. Gaspar Sanctius *in Isaiam*, *c.*2. *vers.*18. & *c.*19. *vers.* 22. *pag.* 199. & *c.*23. *vers.* 26. *pag.* 236. Thom Boc. *d. pag.* 483. & *pag.* 326. Maluend. *d. lib.* 3. *de Antichrist. c.*20. *pag.*157. *cum seq.* & *lib.* 5. *c.*14. *pag.* 281. Ludovic. Ballester. *in Onomotograph. verb. Tharsis*, *ex pag.* 535. & *in Hierolog. lib.* 2. *c.* 9. Torniel. *d. ann.* 3043. *n.* 9. *pag.* 50. & Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utriusque Monarch. lib.* 3. *c.*6. & 7. & *lib.* 2. *c.*23. *pag.*249. ut otiosum videri possit, si nos, qui ad alia tendimus, in eorum scriptis transferendis subsistamus.

20 Illud † tamen in nostræ Hispaniæ gloriam præterire non possumus, quod Gorop. Becan. tradit *lib.*7. *Hispanicorum*, & ex pluribus aliis defendit Pineda *ubi suprà c.* 14. & 15. Boc. *d. cap.* 7. & *de sign. Eccles. Dei*, *lib.* 5. *cap.* 18. Marian. *de reb. Hispan. lib.* 1. *c.* 2. Ludovic. Non *in descrip. Hispan. cap.* 12. *ad fin.* & ante eos S. Athanas. Synaita *in Hexam. lib.* 10. *in* 3. *lib. Reg.* Tarsis scilicèt ad Hispaniam, & præcipuè Bæticas ejus oras pertinere, neque aliam regionem fuisse, quam

21 *Tartesum*, † cujus beatam auri & argenti, & aliarum rerum omnium copiam, tum veterum Scriptorum testificatio, tum præsens rerum status satis declarat. Quod latè etiam, & non vulgari studio, licèt vulgari sermone prosequuntur Fr. Joan. à Ponte *d. lib.*3. *c.*6. & Franc. Torreblanc. *in epit. lib. de magia in defensione cap.* 4. & novissimè & eruditissimè Alphons. Carranza *in libro*, quem edere parat de monetarum valore & *argumento* 1. *part.* Quamvis contrarium asserat alter Pineda Francisc. *lib.* 3. *suæ Monarch. c.*22. §. 4. Quem

22 non † satis justè hac de causa reprehendit, & inscium, & barbarum vocat à Ponte, *ubi suprà*: Nam id etiam alii viri doctissimi negant, & novissimè Aldrete *de antiq. Hip. lib.*1. *c.*24. *in fine*, *pag.* 108. & latius Torniel. *dict. ann.* 3043. *n.* 9. *pag.* 51. & 52.

23 Quod verò † ad Ophritam regionem spectat, non posse illam ullo prorsus modo cum Peruana, sive Novo hoc Americano Orbe convenire, evidentissimis argumentis meo judicio convincunt Auctores *suprà* pro hac opinione relati, præsertim Acost. Barrer. Barrad. & præcipuè Maluenda *dict. lib.* 3. *cap.* 24. & Torniel. *d. anno Mundi* 3043. *n.*7. & 8. à quibus se nunquam satis expedire potuerunt Greg. Garc. *d. lib.* 4. *de Indiar. orig. c.*1. & *seq.* Pined. *d. c.*16. §. 5. & Basil. Pont. *d. quæst.* 8. *exposit. c.*3. Et ut omittam, quæ sæpè à nobis in superioribus repetita sunt de omnimoda hujus Orbis apud antiquos ignoratione, & inaccessa Oceani magnitudine, & de insuperabili difficultate navigandi per altum, necdum cognito acus Magneticæ usu: illud certè unum refellendæ

24 isti † opinioni satis superque esse videtur, quod constet in regione Peruana, nec gemmas, nec elefantes esse, nec pavos, nec simias, nec ligna

Thyna pretiosissima, qualia ex *Ophir* asportari solita narrat Scriptura.

Neque rationi consentaneum videri, † Salo- 25 monem ex mari Rubro, relicta Arabiâ, & Indiâ Orientali viciniori, atque notiori, multarumque rerum pretiosissimarum fertiliori, immenso circuitu, & majori dispendio, quàm quæstu, navigationem instituisse ad regiones Americanas, aut Peruenses. Quod evidentius erit, si animadvertamus ex eisdem locis sacræ Scripturæ constare, prædictas classes † ex portu *Asiongaber* solvere 26 solitas fuisse, qui portus in litore maris Rubri continebatur, ut post longam disputationem probat & concludit Pined. *d. lib.* 4. *c.* 7. & 8. & *sequent.* Abraham. Ortel. *in Thesaur. Geograph. verb. Asiongaber*, quidquid dissentiat Basil. Pontius *d. c.* 3. At verò si in Peru expeditio facienda erat, quorsum attinebat ex eo portu solvere, & per tot vastissima maria vagari, & universum Orbem laboriosissimâ navigatione, infinitis penè casibus, & laboribus obnoxia peragrare, cum potuissent ex Joppe, vel alio portu maris Mediterranei proficisci, & per illud & fretum Herculeum multo breviori, ac faciliori, magisque usitatâ navigatione, spatio circiter quinque mensium ad Peruanam regionem pervenire.

Sed ubi terrarum † *Ophira* Provincia sita, & 27 an alio etiam nomine cognita esset, hactenus ignoratum est, & variantes auctorum sententiæ rem incertam & dubiam, magis obscuram, & anceps reddiderunt: Nam quidam eam in Sophala constituunt sub ima Africa ad Oceanum Æthiopicum posita; quæ † regio etiam nunc 28 adeò auri fodinis abundat, ut nihil præter aurum exteris mercatoribus communicet, quemadmodum Lusitanorum peregrinationes testantur. E quibus Thomas Lopecius scribit, Sophalenses habere libros Indicâ linguâ conscriptos; in quibus legitur, Salomonem Regem tertio quoque anno hinc aurum tulisse, atque hodie etiam eam regionem habere sui nominis auri fodinas.

Alii verò Ophiram collocant in insula *Armu-* *tia*; alii ad *Philippinas*, vel *Molucas* rejiciunt, aut certè ad insulas ann. 15. ab Alvaro Mendaña repertas, quas inde *Salomonis* appellatas existimant. Alii denique frequentius, & certiùs cum Joseph. *lib.*8. *antiq. c.*2. & 6. & D. Hieronym. *epist.* 140. *de locis Hebraïcis*; † ad Orientales In- 29 dias pertinere scribunt, & præcipuè ad nobilissimam earum insulam, quæ *Trapobane*, sive *Samatra* dicitur, & hodie *Malaca*, veteribus *Terra aurea*, sive *Aurea Chersonesus* vocabatur, & ad ei adjacentes Pegusiorum Provincias. Quas † opi- 30 niones diligenter congessit & illustravit Gaspar Barrer. *in d. libello de regione Ophira*: Abrahamus Ortel. *in d. Thesaur. Geograph. verb. Ophir*. Carol. Stephan. *in dictionar. eodem verb.* & plures alii relati à Riber. Acost. Delr. Gregor. Garcia, Maluend. Pined. Torniell. Aldret. & Ballester. *in locis supr. num.* 16. relatis: Petr. Cieza *lib.* 1. *histor. Ind. c.* 3. Christian. Adricom. *in Theatr. Terræ sanctæ in Tribu Phares*, *c.* 15. Anton. Herrera *d. lib.* 1. *c.* 1. Tom. Boc. *lib.* 25. *de sign. Eccles. Dei*, *c.* 3. *pag.* 320. Joan. Botet. *in relat. univers. part.* 1. *lib.*2. *pag.* 235. Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. c.* 19. *num.* 51. Fr. Joann. à Ponte *in d. convenient. lib.* 2. *c.* 17. *pag.* 190. &

191. & Maffæj. *lib. 1. histor. Ind. pag.* 20. qui
31 etiam *lib. 16. pag.* 397. loquens † de Pegusiorum origine ex Bonferri literis tradit, stirpem eos à Judæis exulibus ducere, qui à Salomone damnati ad Ophiritnas auri fodinas, ea loca primi tenuerunt.

Facitque in confirmationem hujus ultimæ sententiæ, quæ Ophiram Indiis Orientalibus tribuit,
32 quòd sciamus, eas ab *Ophir*, & *Hevila* † nomen, & originem incolarum accepisse, ut habetur *Genes.* 10. & iis rebus omnibus mirum in modum abundare, quæ sacra Pagina referente ex Illis navigationibus ad Salomonem adducebantur. Ut præter id, quod hodierna experientia cognoscimus, latè recolit, & usque ad portentum extollit Maluenda *d. lib. 3. c.* 21. & 22. & alii veteres & recentes Auctores, de quibus *supr. c. 2. ex n.* 3.
33 Inter † quæ aurum laudatissimum, & probatissimum erat, ut habetur *Paralip. 2. c.* 3. ibi: *Porrò autem aurum erat probatissimum.* Ubi Pagnin. Vatabl. Montan. & Cajet. vertunt & legunt: *Aurum ex loco Paruaim, vel de Paruaim.*

Unde apud Romanos, & alias nationes in maximo pretio semper extitit, & corrupto voca-
34 bulo, *Obrizum* † quasi *Ophirizum*, vel *Ophiritum*, id est, à regione *Ophir* deductum, dicebatur. Ut observant Hieronym. *supr. Jerem.* & *supr. Daniel.* Acosta *d. c.* 13. Funger. & Stephan. *dict. verb. Ophir*: Pineda *supr. Job c.* 28. *vers.* 15. & 16. & *cap.* 31. *vers.* 24. Beroald. Torrent. & Casaubonus *supr. Sueton. in Nerone c.* 44. dum inquit: *Illum à populo exegisse argentum pustulatum, & aurum & Obryzum, ut plerique omnes palam collationem recusarent.*

35 Et hinc † nummi, sive solidi *Obryzati* dicuntur *in l.* 3. *C. de vet. num. potest.* & *in l.* 1. *Cod. de oblat. vot.* quamquam in utroque loco mendum sit in antiquis Codicibus, & *Obriziati* le-
36 gatur. Quemadmodum † & *in rub.* & *l. temperent. Cod. de vestibus holoberis & auratis*, ubi passim legitur, *holoberis*, & *holobera*, cum *Olobryzis*, & *Olobryzas*, legendum sit, quasi vestis, quæ tota est ex Obryzo, & ibi rectè Alciat. Cujac. & Gothofred. advertunt, & ad emendationem dictorum, & aliorum jurium, quæ extant in Codice Theodosian. observavit Brison. *de verb. sign. verb. Obryza*: Joan. Pratej. & Joan. Casin. *eodem verb.* & ante eos Catelian. Cotta *in memorab. jur. verb. Obryzati solidi*: & Tiraq. *in l.* 3. *connub. num.* 17. qui tamen prædictam auri *Obryzi* etymologiam non omnino probant. Nam
37 magis † videtur ex Græco fonte descendere, quasi ἄφθορον, id est, *sincerum, purum, delicatum*, quod sæpè igne excoctum est, ita ut amplius in coctione non diminuatur, ut constat ex Plin. *lib.* 33. *c.* 3. dum ait: *Aurique experimento ignis est, ut simili colore rubeat, quo ignis, atque ipsum* Obryzum *vocant.* A quo non discrepat D. Isidor. qui *lib.* 16. *Etymolog. c.* 17. ab eo pictum censet, quod obradiet splendore, sitque coloris optimi; & D. Hieronym. qui utramque etymologiam complectens, *in epistol.* 140. *ad Principiam Virginem*, sic ait: Ophir *genus auri est, vel à loco Indiæ, vel à colore nomine indito.* Et congerit alia Martin. Delr. *in comment. in Cantica, c.* 5.

Sunt etiam, qui *Obryzi* auri nomen ex Lati-
38 na voce, † *Obrussa* deducant, quam significare volunt *examen, probationem, expurgationem*, & *coctionem auri*, ut latiùs probat Turneb. *lib.* 27. *advers. c.* 18. Pined. *de reb. Salom. lib.* 4. *c.* 18. §. 5. *p.* 226. qui ita emendant † locum Suetonii *supr.* 39
& explicant illud Cicer. *de clar. orat. Expurgandum esse sermonem, & adhibendam rationem quasi obrussam.* & Senec. *lib.* 4. *nat. quæst. c.* 5. *Si omnia argumenta ad lancem cæperimus exigere, silentium indicetur*; ubi Joan. Opsopaus ex optimis membranis legit, *Ad obrussam.* Quæ † omnia conducunt ad explicationem, *l.* 5. *C. de sus-* 40
cep. & arcar. & *l.* 2. *C. de metallar.* ubi *obrizæ* mentio habetur.

Et † de *Phaz*, sive *Ophaz*, & *Muphaz*, & 41
aliis appellationibus, quibus *aurum* in sacris Literis appellatur, plura Lector, si velit, videre poterit apud Pined. & Delr. sup. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *c.* 24. & Bernard. Aldret. *lib.* 3. *de antiq. Hisp. c.* 8. ubi † addit, inde apud Arabes 42
Regnum *Phez*, fuisse denominatum.

Constat † ergo (ut ad propositum redeamus) 43
Ophiram regionem ad Americanum Orbem nullatenus pertinere. Neque adversantur conjecturæ, quibus Auctores *num.* 4. relati in contrariam sententiam adduci videntur: Nam reverà tenues & leves admodum sunt; atque imprimis illa parum stringit, quæ ab ipsis ut fortissima traditur, de affinitate, sive collusione † nominum *Ophir* & 44
Piru. Sæpè quippe deficiunt nomina, sæpè mutantur, & à sua primæva origine degenerant. Sæpè etiam nullo consilio, sed casu res diversissimæ in uno, & eodem nomine apud remotas nationes, & variis linguis utentes, conveniunt, ut latè docet Xenophon, in peculiari hujus argumenti libello, quem de æquivocis nominavit; & in eadem tractatione, de qua agimus, optimis exemplis ostendunt Barrad. *lib.* 5. *concord. c.* 11. Acost. *dict. c.* 13. Maluend. *dict. c.* 24. *pag.* 167. & 168. & Pined. *dict. lib.* 4. *de reb. Salom. c.* 16. §. 4. *num.* 3. *pag.* 212. Ubi plenè respondent ad illud, † quod dicitur de auro *Parualim*, & quid 45
hoc nomen significet, & an in Scriptura reperiatur.

Præsertim, quia verius est, † numquam hanc 46
vocem *Peru*, vel *Piru* ab Indis Occidentalibus cognitam fuisse, ut has Provincias significarent, sed postea ab Hispanis impositam, & ad id omne extensam esse, quod est post Panamam usque ad Provinciam de *Pasto*, & hinc usque ad flumen *Maule*, quod ultra Provinciam *de Coile* dilabitur, ut tradit Acost. *d. lib.* 1. *c.* 13. Anton. Herrer. *in hist. gen. Ind. decad.* 1. *lib.* 2. *pag.* 2. & *decad.* 3. *lib.* 10. *c.* 2. *pag.* 356. & *in descrip. c.* 16. *pag.* 46. Maluend. *d. lib.* 3. *c.* 24. *pag.* 167. Pined. *sup. Job, c.* 28. *vers.* 16. *pag.* 500. & 501. & Bern. Aldret. *lib.* 3. *de orig. ling. Castellanæ c.* 13. Ubi tradunt † veram hujus nominis rationem & occa- 47
sionem casualem fuisse: Nam cùm primi Hispani post longam navigationem hæc litora tenuissent, atque indigenam quemdam piscationi intentum ex improviso comprehendissent, gestu, ac signis rogare cœperunt, quænam illa terra esset, quibus ipse (quod naturale est) de proprio nomine rogari suspicatus, frequenter respondebat & repetebat *Beru*, *Beru*, quod nomen familiarissimum est maritimis hominibus Peruanis. Indeque Hispani, vel responsione decepti, vel ocasione sumsumpta, regionem ipsam *Peru* appellaverunt; prout ipse Pineda, & Aldrete se audivisse dicunt
48 † à Garcilaso Inca, qui maternam originem ducebat ex Incarum Peruanorum sanguine, & eorum historiam parabat. Quam quidem postea rypis mandavit, & in ejus *lib.* 1. *c.* 4. & *seq.* hanc eamdem narrationem proponit, & subdit; quòd Incarum tempore, eorum Regnum, appellabatur *Tavantinsviu*, quod quatuor Regni partes significabat.

49 Sunt etiam † qui putent, Hispanos ubi primum ad has oras pervenerunt, cum auri cupiditate potissimum ducerentur, ab Indis sibi obviis ante omnia quæsiisse, an & ubi in eis aurum inveniretur Hispana voce *Oro*, *Oro*, quam Indi non intelligentes, nec rectè pronuntiare valentes, repetebant *Biru Biru*, ut tradit Maluend. *d. lib.* 3. *de Antichrist. c.* 24. *pag.* 167. & Sebast. Covar. *in Thesaur. ling. Castell. verb. Peru, fol.* 586. Ubi † 50
aliam etiam aliorum etymologiam addit, qui volunt, *Peru* nomen Hebræum esse, quasi *Pere*, deductum ex verb. *Parad*, quod partiri, dividere, seu separare significat, eò quòd terra hæc ità ab aliis remota & sejuncta sit.

51 Alii verò † has opiniones, ut aniles fabulas, merito rejicientes prædictum nomen non casu his regionibus impositum dicunt, sed sumpta occasione ex nomine Reguli, quem in tractu Panamatico circa litora maris *del Sur* invenerunt, qui appellabatur *Biruquete*, indeque ad Provincias successive lustratas appellationem derivasse, ut scribit Herrer. *in d. histor. gen. Ind. decad.* 2. *lib.* 1. *c.* 14. *pag.* 27. & *decad.* 1. *lib.* 1. *c.* 1. *in fin.* Aut
52 certe ex † prima Provincia, quam Franc. Pizarrus & socii, prædictum mare trajicientes, occuparunt; vel ab amne quodam illam interluente, qui *Piru*, sive *Piura*, dicebatur, qui duobus gradibus ab Æquinoctiali jacet, ducentis viginti leucis post Panamensem regionem; ut constat ex Gomar. *1. p. hist. Ind. fol.* 9. & 26. August. Zarate *lib.* 1. *hist. Peru, c.* 1. Levin. Appollon. *lib.* 1. *de reb. Peruens. in princ.* Acost. *d. lib.* 1. *c.* 13. Herrer. *dict. c.* 1. *pag.* 2. Fr. Greg. Garc. *lib.* 4. *de Ind. orig. c.* 1. *pag.* 321. & *c.* 4. *pag.* 334. & *pag.* 348. Didac. Daval. *in Miscell. Austr. colloq.* 27. *fol.* 114. Cabel. Balboa *in altera Miscell. M. S.* 2. *part. cap.* 6. Est
53 enim † frequentissimum Provinciis noviter inventis, aut subjugatis, à loco, vel flumine earum primum exploraro, vel ab earum Regibus, aut exploratoribus nomen imponere, ut ostendunt Auctores, quos citavimus *supr. c.* 4. *n.* 42. & de Mexici urbe observat Greg. Garc. *d. lib.* 4. *de Ind. orig.*
54 *c.* 3. §. 3. *pag.* 507. dicens † nomen traxisse ab antiquo Indorum Duce, dicto *Mexi*, qui olim eum locum bellicâ virtute possedit.

55 Sed neque magis † obstat, quod ex sententia Montani & Possevini *num.* 11. & 12. retulimus de Johab & Jectan, qui ad has regiones incolendas devenisse dicuntur: nam, ut rectè observat Acost. *d. c.* 13. & Maluend. *d. lib.* 3. *cap.* 24. *in fin. pag.* 168. hoc nullis solidis rationibus, auctoritatibus, aut conjecturis stabiliri potest; quin potiùs secundùm Torniellum *d. ann.* 1931. *num.* 45. verosimile non videtur Jectan, aut ejus filios, Ophir scilicet & Johab, sedes usque adeò remotas sibi deligere potuisse, aut voluisse, dum præsertim tunc temporis non deessent aliæ regiones

multò viciniores, & commodiores, quas ratio prius incoli suadebat, deinde paulatim & successivè ad remotiores pertransire, ut teverà factum fuisse videmus: siquidem filii Jectan in Orientalibus Asiæ partibus habitarunt, ut idem ipse Torniell. ostendit *num.* 51. Et illud de † nomine Jec- 56
tan, Jucatanæ Provinciæ indito vanissimum & subtilissimum est, præsertim si fidem habemus Anton. de Herrer. *in d. hist. Ind. decad.* 2. *lib.* 2. *c.* 18. *in fin. pag.* 64. qui docet, ante Hispanorum adventum nullum proprium generale nomen eam Provinciam habuisse, & fortuito impositum esse ex nomine radicis, quæ *Juca* vocatur: ex quibus apud eos panis conficitur, & locis, ubi plantatur, quæ indigenæ *Itlatli* vocant. Vel quia cùm primi exploratores maritimos Indos de nomine terræ rogarent, illi responderunt, *Toloquitam* peculiare quoddam oppidum designantes; unde Hispani universam regionem *Lucatan*, & postea magis corrupto vocabulo *Jucatan* appellare cœperunt.

Et † pari, aut majore levitate nititur illa mon- 57
tis *Sephar*, & *Andium Peruanorum* commixtio à Montano commenta, quem etiam in hoc rejicit, & convincit Acost. *d. c.* 13.

Denique non obstat, quod ultimo loco de Salomonis sapientia, & ingenti studio cumulandarum opum consideravimus. Nam, ut ait Pined. *d. c.* 16. §. 4. *num.* 4. *pag.* 213. Etsi † ei conceda- 58
mus absolutissimam Cosmographiæ, & Geographiæ, & totius Philosophiæ scientiam, ac proinde cognovisse, hunc Orbem esse sphæricum, & ex parte nobis opposita ab Antipodis habitari; Nusquam tamen certo argumento probabitur, quod peculiariter Americam notam, vel exploratam habuerit, & vel capiendi experimenti, vel opes cumulandi gratia, classem in eam destinaverit. Illud quippe, quod de *Ophir* adducitur, jam satis superque rejecimus.

Quibus non † incongruenter addere licet, ip- 59
sam in Ophiram, & Tharsis navigationem à Salomone non antè tentatam, quàm ab Hiram Rege Tyriorum, & ejus servis illius notitiam habuisset, & cum eo societatem iniisset, quod plures tradunt post vicesimum quartum Regni sui annum contigisse, ut constat ex prædictis locis sacræ Scripturæ, & ex epistolis † quas duo Reges sibi 60
invicem scribebant, quæ olim apud Tyrios religiosè observabantur, earumque meminit Dius *in historiis Phœniciis*, & post eum Joseph. *lib.* 1. *advers. Appion.* & Anton. Posevin. *in apparatu* 1. *tom. pag.* 776. & ex aliis, quæ tradunt Cajetan. Abulens. & alii, quos refert Pineda *d. lib.* 4. *de reb. Salom. c.* 4. *pag.* 167. & Bernad. Aldret. *de antiq. Hisp. lib.* 1. *c.* 24. *pag.* 107. & 108. & *lib.* 2. *cap.* 2. Ubi addit, † Regem Hiram sibi & suis fa- 61
ciliorem & quæstuosiorem navigationem reservasse, & Salomonis classibus, & ministris longiorem & difficiliorem communicasse.

Tyrios autem sive Phœnices † fuisse ea tem- 62
pestate omnium hominum in navigandi arte, & navali militia præstantis, satis ex eisdem auctor. constat, & ex Isaia *c.* 23. Ezeq. *c.* 27. Herod. *lib.* 1. Arrian. *lib.* 2. Strabo *lib.* 16. ubi inquit: *Quantum classi potuerint, argumento evidenti est multitudo, & magnitudo coloniarum ab eis deductarum.* Arist. *lib. de mirab. auscultat.* dum tradit: *Aiunt*

63† *quidam* Phœnices *appellatos, quod primi maria navigantes, quocumque appellerent, omnes necarent.* Et ex Festo Pompejo *de verbor. signif.*
64 *pag.* 301. ubi inquit: *Hinc † in proverbium deductum esse Tyria maria, quòd Tyro oriundi Pœni adeò potentes maris fuerint, ut omnibus mortalibus navigatio esset periculosa.*

65 Planè † ingentes Salomonis divitias fuisse, & summo studio, undique conquisitas, negare non possumus, cùm id passim Scriptura testetur, quæ *Paralip. 2.* ait, illi à Deo promissum: *Divitias & substantiam & gloriam dabo tibi, ita ut nullus in Regibus, nec ante te, nec post te fuerit similis tui.* Et *Reg. 3. c. 10.* inter alia inquit, quod præ auro, gemmis & margaritis, quas congesserat: *Non erat argentum, nec alicujus pretii putabatur in diebus Salomonis.* Et *2. Parallipom. c. 9.* tantam fuisse argenti copiam in domo Salomonis, ut in campestris lapidum. Quod late prosequitur, & specialiter enumerat atque exornat *lib. 1. Paralip. c. 22.* Joseph. *lib. 7. antiq. c. 2.* Pined. Franciscanus *in Monarch. lib. 7. c. 19. §. 5.* alter Pined. *d. lib. 4. de reb. Salom. per totum.* August. Torniel. *in annal. sacris tom. 2. anno 3043. num. 4. pag. 46.* & Budæus *lib. 4. de asse*, ubi thesauros Regis David centum viginti trium millionum fuisse dicit: Salomonis autem ejus filii decuplo majores, hoc est, 1230. milliones.

66 Quapropter † idem Pined. *dict. lib. 4. c. 19. pag. 232.* eorum ridet, & reprehendit stultitiam, vel invidiam, qui divitias aliquorum Regum nostri temporis cum thesauris Salomonis volunt comparare. Quod & facit novissimè Franc. Torreblanc. *in epist. lib. de Magia in defensione cap. 4.*
67 *per totum.* Soli enim † sumptus, & expensæ extructionis & cultus templi Jerosolymitani omnium Regum divitias, imo & omnem admirationem excedunt, ut constat ex iis, quæ latissimè scribunt Arias Montan. & Riber. *in libris de Templi fabrica, & iis, quæ ad templum pertinent:* Salmer. *tom. 1. prolog. 42.* Barrad. *tom. 2. concord. lib. 3. ex c. 9. ad 52.* Joan. Azor. *tom. 1. instit. moral. lib. 6. ex c. 24. usque ad 56.* Villalpand. *in apparat. sup. Ezechiel.* Pined. *de reb. Salomon. lib. 5. c. 5. cum seq.* & compendiosè Torreblanc. *dict. c. 4.* Et ultra relatos ab eis Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom. 1. colloq. 19. pag. 431. & colloq. 23. pag. 527. & seqq.* ubi inter alia tradit, totum templum, quod erat sexcentorum pedum longitudinis, latitudinis cubitorum centum, à summo vertice usque in imum pavimentum, aureis laminis fuisse contectum: & universum locum, qui *Sancta Sanctorum* dicebatur, ex puro auro fabricatum, quod sexcentis auri talentis æstimaretur. Et unam trabem inter alias in eo positam, penitus auream, trecentarum minarum auri, id est, septingentarum & quinquaginta librarum. Et quod clavis aureis omnia hæc affigebantur, quorum singulis ad quinquaginta siclos æstimatione pretii valuisse ferunt. In eoque ædificando artifices centum quinquaginta millia, & sexcentos occupatos fuisse, ultra innumeros alios, qui terra, marique operi necessaria conquirebant, & præparabant, deserviseque in eo Sacerdotum quatuor & viginti millia, & ut videtur aliis, quadraginta quatuor millia: Musicen profitentes sex millia, Levitarum octo millia.

Unde memorat Ægesipp. *lib. 5. de excid. Jerosolym. cap. 43.* tantam fuisse illius templi majestatem, ut † etiam Barbarorum gentes illud venera- 68
rentur, & inferrent munera prædones religionis. Adeò, ut eodem teste *lib. 1. cap. 17.* Pompejus, cùm eo pervenisset maluerit admirari, quam prædari. Quod tamen non fecit Crassus, qui rapacior fuit, illud expilans, ut constat ex Zonara *tom. 1. annal.* ubi ait, tantam † fuisse auri prædam, ut dimidio minus in Syria valuerit, quàm reve- 49
rà alibi æstimaretur.

CAPUT XIV.

An in Novo hoc Orbe ante Hispanorum adventum nullibi Evangelium prædicatum fuerit.

SUMMARIUM.

1 *Christi Fidem in Novo Orbe jam olim prædicatam plures affirmant, & num. 3.*
2 *Apostolos per universum Orbem Evangelii lucem disseminasse, multi opinantur.*
3 *De prædicatione Novi Orbis.*
4 *Joann. del Cano Canonicus Salmant. laudatur.*
5 *Christus Dominus plurimos sua trium annorum prædicatione convertit.*
6 *Apostoli unde ita dicti, & quando, & ad quid à Christo delecti.*
7 *Apostoli brevissimo tempore totum Orbem prædicando penetrarunt, & num. 11.*
8 Psalm. 18. versus, *& D. Pauli locus* ad Roman. 10. *exponitur & illustratur.*
9 *D. Paulus quo tempore scripserit epistolas ad Romanos & Colossenses.*
10 Cap. Dominus 19. distinct. & cap. fundamenta, de elect. in 6. *exornantur.*
11 *Brevi tempore fuit extenta Evangelii prædicatio.*
12 *Christi vaticinium de consummatione ventura post universalem Evangelii prædicationem plurimi exponunt de excidio & consummatione materialis Jerusalem.*
13 *Jerusalem destructio quo tempore contigit.*
14 *Apostoli triginta & octo annis, & ut aliqui intendunt, undecim tantùm post Christi mortem in universis mundi partibus prædicarunt.*
15 *Divi Marci locus exponitur*, cap. ult. *& quando ille suam Evangelicam historiam scripserit.*
16 Ubique *dictio quid significet.*
17 Lex urbana 166. ff. de verb. signif. *emendatur cum Cujacio.*
18 *Apostoli cur dicti fuerint* sagittæ volantes, Psalm. 127. & Zachar. 9. & quadrigæ, Habac. 3.
19 *Apostoli dicti sunt* nubes velocissimæ, & cœli, & pedes Domini, *& quare.*
20 *Maria Magdalena cur unguento unxerit pedes Domini.*
21 *Clementis Alexandrini insignis locus expenditur.*
22 *Apostolos Dominus multis donis, & gratiis insignivit ratione prædicationis.*
23 *Apostoli Christo, & ejus beatissimæ Matri cedunt, cum aliis verò Sanctis temerè comparantur.*
24 *Apostoli alios septuaginta duos comites ad prædicandum elegerunt, & an hi propriè* Apostoli *vocari possint, & cur eo numero electi.*
25 Cap. in novo 21. distinct. *illustratur.*
26 *Fideles Christi ob persecutionem Judæorum in varias Orbis partes dispersi, cum prædicarunt.*
27 *D. Paulus in multis Orbis partibus Evangelium annuntiavit.*
28 *Romani tempore mortis Christi Domini per totum ferè Orbem dominabantur, & ita fuit facilior ejus prædicatio.*
29 *Prudentii carmina expenduntur*, & num. 51.
30 *Fidei, & propagationis Evangelicæ quam brevis & uni-*

universalis fuerit progressus ex Theodor. Justin. Beda, & aliis.
31 *Evangelii progressum tempore Apostolorum Baronius, & alii diligenter scribunt.*
32 *Ecclesiæ plures tempore Apostolorum Deiparæ erectæ.*
33 *B. Virginis* del Pilar *Cæsaraugustanæ urbis ad D. Jacobum apparitio, & templi ibidem ab eo constructi historia refertur & comprobatur.*
34 *D. Jacobi Apostoli adventus & prædicatio Hispaniæ, licèt ab aliquibus malè negetur, à plurimis aliis rectè defenditur, qui recensentur.*
35 *Joan. Fernandez à Velasco, excellentissimus Castellæ Comestabilis, laudatur.*
36 *D. Jacobum Hibernium aditisse, & in ea prædicasse narratur.*
37 *D. Paulus in Hispania prædicavit, & D. Petrus.*
38 *Fides & Evangelium Christi miraculosè, & per ipsorum etiam oraculorum prædictiones propagatum fuit.*
39 *Oracula plura perpenduntur, quæ Christi adventum, & Fidem Gentibus annuntiasse videntur.*
40 *Templi ab Argonautis constructi, & per Oraculum Virgini Mariæ sacrari justi, notabilis historia refertur.*
41 *Ignoto Deo Ara ab Athenientibus & Romanis erecta, & quare.*
42 *Christi mortem doluisse, & sub Panis nomine dæmones Gentibus annuntiasse ex notabili historia Plutarch. & aliorum.*
43 *Apostolos potuisse celerrimè per miraculum ad prædicandum in remotissimas regiones deduci, pluribus exemplis ostenditur.*
44 *Habacuc per aera ab Angelo ductus, & etiam Philippus Diaconus.*
45 *Apostoli nubibus ducti in transitu B. Mariæ miraculosè momento temporis ex diversis mundi partibus convenerunt.*
Regina Saba ex relatione, & vocibus avium habuit notitiam Salomonis, ibidem.
46 *Ecclesia sancta Dei dicitur Apostolica & Catholica, & quare.*
47 *Catholica dicta est Ecclesia Dei ab ipsis Apostolis, & quid hoc nomen designet.*
48 *Hæretici multum dolent, quod Fides, & Ecclesia Dei dicatur Catholica.*
49 *Sanctus Ignatius Martyr quid senserit de unitate Ecclesiæ Catholicæ.*
50 *Vincentius Lirinensis optimè exponit cautam cur fides, & Ecclesia Dei dicatur Catholica.*
51 *Prudentii carmina.*
52 *Evangelicæ Fidei prædicatæ in Novo Orbe aliqua antiqua testimonia, & vestigia reperiri videntur.* & num. 55.
53 *Tertulliani locus expenditur, quo Fidem Catholicam sua ætate etiam in Provinciis, & insulis ignotis prædicatam tradit.*
54 *D. Thomas Apostolus prædicavit apud Sinas, & aliæ extremæ nationes Indiæ Orientalis, & apud Brasilientes*, num. 60.
55 *Alia testimonia de prædicatione in Novo Orbe.*
56 *Cruces, & aliqua alia signa mysteriorum Fidei in Novo Orbe reperta dicuntur.*
57 *Apostolorum, qui in Novo Orbe quondam prædicarunt, quædam vestigia hodie reperiri aliqui tradunt.*
58 *Miraculum cujusdam Apostoli, qui olim apud Peruanos prædicasse dicitur.*
59 *Effigies antiquissimæ hominum, habitum Apostolorum referentium, in Novo Orbe inveniuntur.*
60 *Brasilienses conservant memoriam prædicationis Div. Thomæ.*
61 *D. Thomæ Apostoli pedum vestigia scopulo impressa ostendunt Brasilienses.*
62 *Christus Dominus in cœlum ascenturus pedum vestigia petræ impressa reliquit.*
63 *Crucis de Carabuco, quæ apud Peruanos hodie religiosissimè veneratur, historia.*
64 *Crucifixi imagines inventæ in ruinis urbis Goæ, historia.*
65 *Imaginum sacrarum usum improbant sectarii, contra*
quod plurimi ex Catholicis scripserunt.
66 Granadilla *frutex Novi Orbis in foro, & foliis omnia signa Passionis Christi repræsentat, & plures qui de hoc scripsere.*
67 *Omnipotentiæ divinæ nihil occultum est, aut inaccessum.*
68 *Apostolorum temporibus, imò nostris, Fides Christi in toto Orbe prædicata non est*, & num. 70. & 71.
69 *D. Matthæi locus* cap. 24. Vers. 14. *exponitur & illustratur.*
70 *Consummatio, de qua Christus apud Matth. de extrema mundi destructione accipienda est.*
71 *Evangelii prædicationem ante finem mundi non perficiendam, Orig. August. & alii plurimi docent.*
72 *D. Chrysostom. sibi contrarius videtur in tempore, quo universalis Evangelii prædicatio implenda est.*
73 *Indis Novi Orbis nullatenus fuisse annunciatum Evangelium utque ad Hispanorum adventum, plurimi tradunt, quorum dicta recensentur.*
74 *S. Vincentii Ferrer. vaticinium de Orbis prædicatione per Religiosos diversarum Ordinum efficienda & perficienda.*
75 *D. Ambrosii locus insignis Indorum conversionem quo dammodo vaticinantis.*
76 *Apostolos per totum Orbem Evangelium prædicasse, Scripturæ, & Auctores, qui docent qualiter exponendi, & num. 79.*
77 Lex in Orbe 17. ff. de iis, qui sunt sui, *illustratur.*
78 *Scriptura sacra sæpè utitur vulgaribus loquendi formis.*
79 *Exponuntur Auctores de prædicatione per Apostolos facta.*
80 *Apostolorum aliquem in regionibus Novi Orbis prædicasse, nullo certo testimonio aut vestigio comprobari potest.*
81 *Apostoli ad prædicandum Evangelium, quas Provincias, & qualiter sortiti sint.*
82 *Jacobi Christopolitani opinio rejicitur.*
83 *Oracula Indorum, quæ gentibus Christi adventum annuntiarunt, ab eis intellecta non fuerunt.*
84 *Evangelii prædicatio non fit per solam famam & rumorem adventus, & Fidei Christi, sed per illustrationem & suasionem Gentilium ad eam capessendam.*
85 *Ecclesia verè dicitur Apostolica, & Catholica, quamvis post Apostolorum prædicationem auctior in diei, & universalior evaserit*, & num. 88.
86 *Urbem totam incendisse dicitur, qui ejus partibus ignem injecit, qui crescendo & serpendo eam absumpsit.*
87 *Apostoli totius Orbis prædicatores dici potuerunt.*
88 *Infallibilis Christi promissio.*
89 *Christi promissiones Apostolis factæ, etiam in eorum successoribus verificari possunt*, secundùm August.
90 *Evangelii per Apostolos prædicati apud Indos Novi Orbis vestigia, quæ quidam commendant, alii vanissima esse docent.*
91 *Crux de Carabuco ab Hispanis fabricata fuit.*
92 *Indorum traditiones in rebus antiquis parum fidei habere debent, & quare.*
93 *Barbari ad historias retinendas minùs idonei sunt.*
94 *Diabolus est Dei simia, & sæpè Gentibus arrogando sibi divinum cultum, illudit.*
95 *Indi Novi Orbis si forte olim lucem aliquam Evangelii habuerunt, eam prorsus suis vitiis vel barbariè obscurarunt.*
96 *Caroli V. epistola quædam ad Reges & gentes Novi Orbis missa perpenditur.*

SUperest ut alii aliorum argumentationi satisfaciamus, qui adhuc ostendere curantes, Occiduas istas, & Australes plagas priscis etiam seculis, ante Columbi & Castellanorum in eas adventum, cognitas, & lustratas fuisse, eò progrediuntur, ut quod magis est, Christi † quoque Fidem, & Evangelii lucem in illis præ- 1
dicatam affirment. In quo argumento proponendo & promovendo, ultra ea, quæ latè, & gene-
ra-

63† *quidam* Phœnices *appellatos, quod primi maria navigantes, quocumque appellerent, omnes necarent.* Et ex Festo Pompejo *de verbor. signif.*
64 *pag.* 301. ubi inquit: *Hinc † in proverbium deductum esse Tyria maria, quòd Tyro oriundi Pœni adeò potentes maris fuerint, ut omnibus mortalibus navigatio esset periculosa.*

65 Planè † ingentes Salomonis divitias fuisse, & summo studio, undique conquisitas, negare non possumus, cùm id passim Scriptura testetur, quæ *Paralip. 2.* ait, illi à Deo promissum: *Divitias & substantiam & gloriam dabo tibi, ita ut nullus in Regibus, nec ante te, nec post te fuerit similis tui.* Et *Reg. 3. c. 10.* inter alia inquit, quod præ auro, gemmis & margaritis, quas congesserat: *Non erat argentum, nec alicujus pretii putabatur in diebus Salomonis.* Et *2. Parallipom. c. 9.* tantam fuisse argenti copiam in domo Salomonis, ut in campestris lapidum. Quod late prosequitur, & specialiter enumerat atque exornat *lib. 1. Paralip. c. 22.* Joseph. *lib. 7. antiq. c. 2.* Pined. Franciscanus *in Monarch. lib. 7. c. 19. §. 5.* alter Pined. *d. lib. 4. de reb. Salom. per totum.* August. Torniel. *in annal. sacris tom. 2. anno 3043. num. 4. pag. 46.* & Budæus *lib. 4. de asse*, ubi thesauros Regis David centum viginti trium millionum fuisse dicit: Salomonis autem ejus filii decuplo majores, hoc est, 1230. milliones.

66 Quapropter † idem Pined. *dict. lib. 4. c. 19. pag. 232.* eorum ridet, & reprehendit stultitiam, vel invidiam, qui divitias aliquorum Regum nostri temporis cum thesauris Salomonis volunt comparare. Quod & facit novissimè Franc. Torreblanc. *in epist. lib. de Magia in defensione cap. 4.*
67 *per totum.* Soli enim † sumptus, & expensæ extructionis & cultus templi Jerosolymitani omnium Regum divitias, imo & omnem admirationem excedunt, ut constat ex iis, quæ latissimè scribunt Arias Montan. & Riber. *in libris de Templi fabrica, & iis, quæ ad templum pertinent:* Salmer. *tom. 1. prolog. 42.* Barrad. *tom. 2. concord. lib. 3. ex c. 9. ad 52.* Joan. Azor. *tom. 1. instit. moral. lib. 6. ex c. 24. usque ad 56.* Villalpand. *in apparat. sup. Ezechiel.* Pined. *de reb. Salomon. lib. 5. c. 5. cum seq.* & compendiosè Torreblanc. *dict. c. 4.* Et ultra relatos ab eis Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom. 1. colloq. 19. pag. 431. & colloq. 23. pag. 527. & seqq.* ubi inter alia tradit, totum templum, quod erat sexcentorum pedum longitudinis, latitudinis cubitorum centum, à summo vertice usque in imum pavimentum, aureis laminis fuisse contectum: & universum locum, qui *Sancta Sanctorum* dicebatur, ex puro auro fabricatum, quod sexcentis auri talentis æstimaretur. Et unam trabem inter alias in eo positam, penitus auream, trecentarum minarum auri, id est, septingentarum & quinquaginta librarum. Et quod clavis aureis omnia hæc affigebantur, quorum singulis ad quinquaginta siclos æstimatione pretii valuisse ferunt. In eoque ædificando artifices centum quinquaginta millia, & sexcentos occupatos fuisse, ultra innumeros alios, qui terra, marique operi necessaria conquirebant, & præparabant, deserviseque in eo Sacerdotum quatuor & viginti millia, & ut videtur aliis, quadraginta quatuor millia: Musicen profitentes sex millia, Levitarum octo millia.

Unde memorat Ægesipp. *lib. 5. de excid. Jerosolym. cap. 43.* tantam fuisse illius templi majestatem, ut † etiam Barbarorum gentes illud venera- 68
rentur, & inferrent munera prædones religionis. Adeò, ut eodem teste *lib. 1. cap. 17.* Pompejus, cùm eo pervenisset maluerit admirari, quam prædari. Quod tamen non fecit Crassus, qui rapacior fuit, illud expilans, ut constat ex Zonara *tom. 1. annal.* ubi ait, tantam † fuisse auri prædam, ut dimidio minus in Syria valuerit, quàm reve- 49
rà alibi æstimaretur.

CAPUT XIV.

An in Novo hoc Orbe ante Hispanorum adventum nullibi Evangelium prædicatum fuerit.

SUMMARIUM.

1 *Christi Fidem in Novo Orbe jam olim prædicatam plures affirmant, & num. 3.*
2 *Apostolos per universum Orbem Evangelii lucem disseminasse, multi opinantur.*
3 *De prædicatione Novi Orbis.*
4 *Joann. del Cano Canonicus Salmant. laudatur.*
5 *Christus Dominus plurimos sua trium annorum prædicatione convertit.*
6 *Apostoli unde ita dicti, & quando, & ad quid à Christo delecti.*
7 *Apostoli brevissimo tempore totum Orbem prædicando penetrarunt, & num. 11.*
8 Psalm. 18. versus, *& D. Pauli locus* ad Roman. 10. *exponitur & illustratur.*
9 *D. Paulus quo tempore scripserit epistolas ad Romanos & Colossenses.*
10 Cap. Dominus 19. distinct. & cap. fundamenta, de elect. in 6. *exornantur.*
11 *Brevi tempore fuit extenta Evangelii prædicatio.*
12 *Christi vaticinium de consummatione ventura post universalem Evangelii prædicationem plurimi exponunt de excidio & consummatione materialis Jerusalem.*
13 *Jerusalem destructio quo tempore contigit.*
14 *Apostoli triginta & octo annis, & ut aliqui intendunt, undecim tantùm post Christi mortem in universis mundi partibus prædicarunt.*
15 *Divi Marci locus exponitur*, cap. ult. *& quando ille suam Evangelicam historiam scripserit.*
16 Ubique *dictio quid significet.*
17 Lex urbana 166. ff. de verb. signif. *emendatur cum Cujacio.*
18 *Apostoli cur dicti fuerint* sagittæ volantes, Psalm. 127. & Zachar. 9. & quadrigæ, Habac. 3.
19 *Apostoli dicti sunt* nubes velocissimæ, & cœli, & pedes Domini, *& quare.*
20 *Maria Magdalena cur unguento unxerit pedes Domini.*
21 *Clementis Alexandrini insignis locus expenditur.*
22 *Apostolos Dominus multis donis, & gratiis insignivit ratione prædicationis.*
23 *Apostoli Christo, & ejus beatissimæ Matri cedunt, cum aliis verò Sanctis temerè comparantur.*
24 *Apostoli alios septuaginta duos comites ad prædicandum elegerunt, & an hi propriè* Apostoli *vocari possint, & cur eo numero electi.*
25 Cap. in novo 21. distinct. *illustratur.*
26 *Fideles Christi ob persecutionem Judæorum in varias Orbis partes dispersi, cum prædicarunt.*
27 *D. Paulus in multis Orbis partibus Evangelium annuntiavit.*
28 *Romani tempore mortis Christi Domini per totum ferè Orbem dominabantur, & ita fuit facilior ejus prædicatio.*
29 *Prudentii carmina expenduntur*, & num. 51.
30 *Fidei, & propagationis Evangelicæ quam brevis & uni-*

universalis fuerit progressus ex Theodor. Justin. Beda, & aliis.
31 *Evangelii progressum tempore Apostolorum Baronius, & alii diligenter scribunt.*
32 *Ecclesiæ plures tempore Apostolorum Deiparæ erectæ.*
33 *B. Virginis* del Pilar *Cæsaraugustanæ urbis ad D. Jacobum apparitio, & templi ibidem ab eo constructi historia refertur & comprobatur.*
34 *D. Jacobi Apostoli adventus & prædicatio Hispaniæ, licèt ab aliquibus malè negetur, à plurimis aliis rectè defenditur, qui recensentur.*
35 *Joan. Fernandez à Velasco, excellentissimus Castellæ Comestabilis, laudatur.*
36 *D. Jacobum Hibernium aditisse, & in ea prædicasse narratur.*
37 *D. Paulus in Hispania prædicavit, & D. Petrus.*
38 *Fides & Evangelium Christi miraculosè, & per ipsorum etiam oraculorum prædictiones propagatum fuit.*
39 *Oracula plura perpenduntur, quæ Christi adventum, & Fidem Gentibus annuntiasse videntur.*
40 *Templi ab Argonautis constructi, & per Oraculum Virgini Mariæ sacrari justi, notabilis historia refertur.*
41 *Ignoto Deo Ara ab Athenientibus & Romanis erecta, & quare.*
42 *Christi mortem doluisse, & sub Panis nomine dæmones Gentibus annuntiasse ex notabili historia Plutarch. & aliorum.*
43 *Apostolos potuisse celerrimè per miraculum ad prædicandum in remotissimas regiones deduci, pluribus exemplis ostenditur.*
44 *Habacuc per aera ab Angelo ductus, & etiam Philippus Diaconus.*
45 *Apostoli nubibus ducti in transitu B. Mariæ miraculosè momento temporis ex diversis mundi partibus convenerunt.*
Regina Saba ex relatione, & vocibus avium habuit notitiam Salomonis, ibidem.
46 *Ecclesia sancta Dei dicitur Apostolica & Catholica, & quare.*
47 *Catholica dicta est Ecclesia Dei ab ipsis Apostolis, & quid hoc nomen designet.*
48 *Hæretici multum dolent, quod Fides, & Ecclesia Dei dicatur Catholica.*
49 *Sanctus Ignatius Martyr quid senserit de unitate Ecclesiæ Catholicæ.*
50 *Vincentius Lirinensis optimè exponit cautam cur fides, & Ecclesia Dei dicatur Catholica.*
51 *Prudentii carmina.*
52 *Evangelicæ Fidei prædicatæ in Novo Orbe aliqua antiqua testimonia, & vestigia reperiri videntur.* & num. 55.
53 *Tertulliani locus expenditur, quo Fidem Catholicam sua ætate etiam in Provinciis, & insulis ignotis prædicatam tradit.*
54 *D. Thomas Apostolus prædicavit apud Sinas, & aliæ extremæ nationes Indiæ Orientalis, & apud Brasilientes*, num. 60.
55 *Alia testimonia de prædicatione in Novo Orbe.*
56 *Cruces, & aliqua alia signa mysteriorum Fidei in Novo Orbe reperta dicuntur.*
57 *Apostolorum, qui in Novo Orbe quondam prædicarunt, quædam vestigia hodie reperiri aliqui tradunt.*
58 *Miraculum cujusdam Apostoli, qui olim apud Peruanos prædicasse dicitur.*
59 *Effigies antiquissimæ hominum, habitum Apostolorum referentium, in Novo Orbe inveniuntur.*
60 *Brasilienses conservant memoriam prædicationis Div. Thomæ.*
61 *D. Thomæ Apostoli pedum vestigia scopulo impressa ostendunt Brasilienses.*
62 *Christus Dominus in cœlum ascenturus pedum vestigia petræ impressa reliquit.*
63 *Crucis de Carabuco, quæ apud Peruanos hodie religiosissimè veneratur, historia.*
64 *Crucifixi imagines inventæ in ruinis urbis Goæ, historia.*
65 *Imaginum sacrarum usum improbant sectarii, contra*
quod plurimi ex Catholicis scripserunt.
66 Granadilla *frutex Novi Orbis in foro, & foliis omnia signa Passionis Christi repræsentat, & plures qui de hoc scripsere.*
67 *Omnipotentiæ divinæ nihil occultum est, aut inaccessum.*
68 *Apostolorum temporibus, imò nostris, Fides Christi in toto Orbe prædicata non est*, & num. 70. & 71.
69 *D. Matthæi locus* cap. 24. Vers. 14. *exponitur & illustratur.*
70 *Consummatio, de qua Christus apud Matth. de extrema mundi destructione accipienda est.*
71 *Evangelii prædicationem ante finem mundi non perficiendam, Orig. August. & alii plurimi docent.*
72 *D. Chrysostom. sibi contrarius videtur in tempore, quo universalis Evangelii prædicatio implenda est.*
73 *Indis Novi Orbis nullatenus fuisse annunciatum Evangelium utque ad Hispanorum adventum, plurimi tradunt, quorum dicta recensentur.*
74 *S. Vincentii Ferrer. vaticinium de Orbis prædicatione per Religiosos diversarum Ordinum efficienda & perficienda.*
75 *D. Ambrosii locus insignis Indorum conversionem quo dammodo vaticinantis.*
76 *Apostolos per totum Orbem Evangelium prædicasse, Scripturæ, & Auctores, qui docent qualiter exponendi, & num. 79.*
77 Lex in Orbe 17. ff. de iis, qui sunt sui, *illustratur.*
78 *Scriptura sacra sæpè utitur vulgaribus loquendi formis.*
79 *Exponuntur Auctores de prædicatione per Apostolos facta.*
80 *Apostolorum aliquem in regionibus Novi Orbis prædicasse, nullo certo testimonio aut vestigio comprobari potest.*
81 *Apostoli ad prædicandum Evangelium, quas Provincias, & qualiter sortiti sint.*
82 *Jacobi Christopolitani opinio rejicitur.*
83 *Oracula Indorum, quæ gentibus Christi adventum annuntiarunt, ab eis intellecta non fuerunt.*
84 *Evangelii prædicatio non fit per solam famam & rumorem adventus, & Fidei Christi, sed per illustrationem & suasionem Gentilium ad eam capessendam.*
85 *Ecclesia verè dicitur Apostolica, & Catholica, quamvis post Apostolorum prædicationem auctior in diei, & universalior evaserit*, & num. 88.
86 *Urbem totam incendisse dicitur, qui ejus partibus ignem injecit, qui crescendo & serpendo eam absumpsit.*
87 *Apostoli totius Orbis prædicatores dici potuerunt.*
88 *Infallibilis Christi promissio.*
89 *Christi promissiones Apostolis factæ, etiam in eorum successoribus verificari possunt*, secundùm August.
90 *Evangelii per Apostolos prædicati apud Indos Novi Orbis vestigia, quæ quidam commendant, alii vanissima esse docent.*
91 *Crux de Carabuco ab Hispanis fabricata fuit.*
92 *Indorum traditiones in rebus antiquis parum fidei habere debent, & quare.*
93 *Barbari ad historias retinendas minùs idonei sunt.*
94 *Diabolus est Dei simia, & sæpè Gentibus arrogando sibi divinum cultum, illudit.*
95 *Indi Novi Orbis si forte olim lucem aliquam Evangelii habuerunt, eam prorsus suis vitiis vel barbariè obscurarunt.*
96 *Caroli V. epistola quædam ad Reges & gentes Novi Orbis missa perpenditur.*

SUperest ut alii aliorum argumentationi satisfaciamus, qui adhuc ostendere curantes, Occiduas istas, & Australes plagas priscis etiam seculis, ante Columbi & Castellanorum in eas adventum, cognitas, & lustratas fuisse, eò progrediuntur, ut quod magis est, Christi † quoque Fidem, & Evangelii lucem in illis præ- 1
dicatam affirment. In quo argumento proponendo & promovendo, ultra ea, quæ latè, & gene-
ra-

2 raliter † de universali Apostolorum prædicatione loquentes, tradunt Divus Hilar. Chrysostom. Hieromym. Thom. Enthym. Theophylact. Tostat. Gagnæi. Jansen. Maldonat. & alii *super Matth. cap.* 24. *&* 25. Divus Ambros. *in Luc. c.* 10. Beda *in Marc. cap.* 13. Adrian. Finæus *lib.* 2. *flagelli, cap.* 12. Pinst. *in Daniel. cap.* 2. Leo Castrens. *lib.* 1. *Apolog. pag.* 261. Genebrard. *lib.* 2. *Chronograph. pag.* 223. 368. *&* 369. Spe-
3 cialiter † insistit, de nostra America agens, Fr. Stephan. de Salazar *sup. Symbol. Apostol. discurs.* 16. *cap.* 3. Acost. *in hist. Ind. lib.* 5. *c.* 25. Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utriusque Monarch. lib.* 2. *cap.* 2. *per totum*: Fr. Joan. à Torquemada *in Monarch. Indian. lib.* 15. *cap.* 47. 48. *&* 49. & quâ solet diligentiâ illud exornat Maluend. *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 2. *&* 3. *cap.* 25. *&* 4 *seqq.* & olim idem Salmanticæ affirmavit insignis † ille Canonicus sacræ Scripturæ interpres Joann. del Caño, cùm publicè exponeret illud Psalm. 18. *In omnem terram exivit sonus eorum*, ut refert Michael Balb. Cabell. *in Miscell. Austr.* 3. *part. cap.* 6. Pro cujus sententiæ confirmatione hæc fundamenta, quæ sequuntur, præcipuè considerari posse videntur.

5 Primum, † quòd licèt Thom. Boc. *lib.* 20. *de signis Eccles. Dei, cap.* 1. & Acost. *lib.* 1. *de procur. Ind. salut. c.* 3. *pag.* 139. sentire videantur, Christum Dominum paucos ex mortalibus ad se sua prædicatione traxisse: certius tamen est, copiosam & admirabilem Gentium conversionem operatum fuisse tribus illis annis, quibus Jerosolymæ, & alibi prædicavit, ut pluribus ostendit Illustriss. Baron. *in Annal. Eccles. tom.* 1. *ann.* 39. *num.* 144. Suar. 3. *part. quæst.* 41. *disput.* 30. *sect.* 3. Joan. à Ponte *d. lib.* 2. *c.* 4. 5. 6. 7. *&* 8. & ante eos Euseb. Cæsariensis *lib.* 1. *cap.* 13. qui ait Christi *Divinitas in omnes homines crebris sermonibus pervagata, infinitos prope, cùm ex longinquis regionibus, tum ex ipsa Judæa ad se traxit*: quæ propagatio statim multò magis extendi cœpit, per discipulos ab eodem Christo
6 delectos, quos & *Apostolos* † vocavit, id est, *missos, legatos* vel *nuntios*, ut explicat D. Hieronym. *in epist. ad Galat. cap.* 1. & ante resurrectionem, & post resurrectionem per Orbem terrarum misit sicut ipse à Patre missus fuerat, summâ curâ præcipiens, ut evangelium in omni loco, & omni creaturæ prædicarent, omnesque gentes docerent & baptizarent, ut habetur *Luc.* 6. 10. *&* 24. *Joan.* 20. *Marc.* 3. *&* 16. *Matth.* 10. 18. *&* 28. *& Actuum Apost. cap.* 1. & transumptivè *in c. in novo, dist.* 21. ubi Anacletus scribit, hujusmodi Apostolos, jubente Domino dispersos in toto Orbe Evangelium prædicasse. Quod Oraculum cùm deficere nequeat, & omnem prorsus Orbis regionem sua generali prolatione comprehendat, necessarium esse inquiunt, in has etiam Americanas, quantumvis dissitas & remotas, aliquem ex Domini Discipulis pervenisse, qui Catholicam fidem Barbaris istis hominibus annunciaret.

Neque hoc mirum, aut obscurum videri potest
7 dem Apostolos † brevissimo tempore Evangelii sono, & luce omnem terram implevisse, juxta illud, quod longè antè vaticinatus fuerat David, Psalm. 18. *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum.* Quæ † verba
8 de Apostolis intelligit Tertullian. *lib.* 4. *adversus Marcion. c.* 43. ubi Christi mandatum elucidans, ait: *Siquidem & Apostolos mittens ad prædicandum universis nationibus, in omnem terram exire sonum eorum, & in terminos terræ voces eorum, Psalmum adimplendo præcepit.* Et idem probant omnes Patres Ecclesiæ, ut observat Maluend. *d. lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 27. 28. *&* 29. Ubi varias ejus loci versiones, & expositiones adducit, & est expressum D. Pauli testimonium *in Epist. ad Romanos, cap.* 10. *vers.* 18. Ubi probare intendens, nullum mortalium, sive Judæum sive Gentilem potuisse jam illo tempore justam aliquam suæ infidelitatis causam prætexere, quod Evangelium non audivissent. *Numquid* (inquit) *non audierunt, & quidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum*; quod etiam repetit quantum ad prædicationem in universo mundo, & universæ creaturæ, quæ sub cœlo erat, suo tempore factam, *in Epist. ad Colossens. c.* 1. *vers.* 5. *&* 23.

Quas † Epistolas D. Paul. scripsisse anno 24. 9
& 26. post passionem Domini, benè considerat Maluend. *dict. lib.* 3. *cap.* 2. *pag.* 109. Leo quoque Papa *epist.* 87. relatus † *in c. Dominus, di-* 10
stinct. 19. & ab eo desumens Nicolaus III. *in cap. fundamenta, de elect. in* 6. disertè testantur, veritatem, quæ anteà legis, & Prophetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem universitatis exlisse. Unde † rectè dixisse 11
videtur D. Chrysost. *homil.* 76. *in Matth.* Theophylact. *in Euthym. super eumdem Matth. c.* 24. & Jacob. Gualter. *in sua Chronograph. anno* 100. *pag.* 13. *col.* 6. prædicationem Evangelii brevissimo temporis spatio per totum Orbem quasi fulgur rutilasse. Idque maximum argumentum omnipotentiæ *Christi* esse: *Viginti enim annis*, inquit D. Chrysostomus, *aut ad summum triginta ad omnes oras Orbis Evangelium transcurrit.* Quod & tradunt D. Ignat. & D. Hieronym. in locis relatis à Maluenda *d. cap.* 2. Tertullian. *lib. contra Judæos, cap.* 7. Theodoret. *lib.* 4. *de curat. Græc. affection.* Ægesip. *lib.* 2. *de excid. urb. cap.* 2. & Euseb. Cæsariens. *lib.* 2. *hist. Evangel. cap.* 3. & Nicephor. *lib.* 2. *cap.* 8. ubi notantes scribunt: *Cœlesti, divinaque virtute, & præsidio, repentè, nullâ ferè morâ interpositâ, tamquam quoddam Solis jubar salutare Dei verbum, universum terrarum Orbem suo splendore collustrasse, sacrarum literarum testimonio appositè respondens; in omnem terram sonus divinorum Evangelistarum & Apostolorum exivit, & in fines Orbis terræ verba eorum, &c.* Ultra quos Eleutherus de eodem fermè tempore loquens, inquit: *Fidem* Thrax, *Fidem* Libis, *Fidem* Hispanus, *& omnes populi receperunt.* Et Lactant. *lib.* 5. *cap.* 13. ita ait: *Cùm ab ortu Solis usque ad Occasum lex Divina suscepta sit, & omnis sexus, omnis ætas, & gens, & regio unitis, ac paribus animis Deo serviant, &c.*

Accedit his, † quod juxta plurimorum San- 12
ctorum Patrum sententiam; quam latè proponit & exornat Maluend. *dict. lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 107. *& cap.* 4. *pag.* 111. id quod Christus dixit apud Marcum *c.* 13. *& Matth. c.* 24. tunc futuram esse destructionem, & consummationem, quan-

quando jam in omnes gentes prædicatum fuisse Evangelium, ad excidium tantùm Templi, & mater illis Jerusalem referendum videtur, quam
13 tunc præ oculis habebat. Quæ † destructio contigit anno Christi 72. ut prodit Baron. *tom.* 1.
14 *eodem anno.* Et si hoc verum est, † apparet triginta & octo annis post initium Evangelicæ prædicationis, jam fuisse ab Apostolis, & aliis Christi discipulis per universum Orbem propagatum. Quinimò & undecim annis post ejus mortem idem factum fuisse probare intendit Fr. Joan. à
15 Ponte *dict. c.* 2. §. 3. *pag.* 93. considerans † D. Marcum suam Evangelicam historiam scripsisse anno Christi 45. ut observat Baron. *dict. tom.* 1. *in eodem anno*, & tamen cùm legationem Apostolis injunctam narraret, ita scribit *c. ult. Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.*

16 Illa † quippe dictio *ubique*, idem valet, quod *ubicumque*, & in omnibus locis, ut apparet *ex l. in leg.* 77. *ff. de contrahenda emptione, l. quod nisi in fine, ff. de oper. libert.* & ex Tito-Livio *lib.* 45. *Reliquæ omnes, quæ ubique depositæ essent, & pecuniam Regiam conferri.* Quibus ex locis rectè Cu-
17 jacius † *in l. Urbana, I* 66. *ff. de verbor. significatione*, pro *ibique*, legit, *ubique*, & idem observant Brison. Hotman. Pratej. & Calinus *de verbor. juris signif. verb. Ubique.* Et in nostris terminis Tertullian. *dict. lib. contra Judæos, cap.* 7. sic inquiens: *Christi regnum, & nomen ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus gentibus colitur, ubique regnat, ubique adoratur, omnibus ubique tribuitur æqualiter, &c.*

Secundò: in ejusdem opinionis confirmationem considerari potest, Apostolos, ut mandatum Domini implerent, ipso præsertim, qui mandaverat, adjuvante, eâ alacritate & velocitate
18 per universum Orbem discurrisse, ut meritò † sagitarum volantium nomen acceperint, juxta illud Psalm. 127. *Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum*; quod sic explicat Titelman. ibidem, & *Zachariæ* 9. 13. *Extendi mihi Judam quasi arcum, implevi Ephraim, & exibit ut fulgur jaculum.* Quem etiam locum, & alia similia de eisdem Apostolis intelligit Pineda *lib.* 5. *de reb. Salom. cap.* 4. §. 6. *pag.* 283. & conducit illud D. Ambros. *sup. Habac. c.* 3. ubi exponens illa verba: *Ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ salvatio*, sic inquit: *Agitavit Christus Apostolos suos, quos per diversa mundi direxit, ut toti Orbi Evangelium prædicarent.*

19 Dicti quoque sunt † *nubes velocissimæ, & cœli*, qui perpetuo & indesinenti motu volvuntur, juxta illud *Isaiæ cap.* 60. *Qui sunt isti, qui ut nubes volant?* quod Ecclesia de Apostolis canit, & illud Psalm. 18. *Cœli enarrant gloriam Dei*, quod D. Paul. *ad Roman.* 10. de eis similiter accipit. Necnon etiam ob eamdem rationem appellati sunt
20 *pedes Domini*, † qui & à Maria Magdalena in hujus rei significationem unguento deliburi vi-
21 dentur, ut piè considerat † Clemens. Alexandr. *lib.* 3. *Pædag. cap.* 8. ubi de hac unguenti sparsione agens, sic inquit: *Potest autem hoc esse symbolum doctrinæ Domini, & ejus passionis: pedes enim, qui unguntur unguento odorifero, doctrinam divinam significant, quæ cum insigni gloria Orbem terræ pervadit. Exiit enim sonus eorum in fines terræ. Atque adeò pedes Domini sunt Apostoli prophetia delibuti, qui suave olentis unguenti, sanctè scilicet Spiritus sunt participes. Itaque Apostoli, qui universum terræ Orbem obierunt, & Evangelium præitcarunt, per allegoriam dicuntur* pedes Domini, *de quibus per Psalmographum quoque prædicit Dominus: Adoremus in loco, ubi steterunt pedes ejus, hoc est, quò pedes ejus pervenerunt, Apostoli, per quos prædicatus venit ad fines terræ.*

Unde mirum non est, si ex aliis regionibus in alias transmigrantes, & ubi opus fuit, mare etiam transfretantes, adeò brevi spatio totum Orbem impleverint. † Manus quippe, & zelus Domini 22
erat cum illis, qui eos, ut tantæ legationi sufficerent, peculiaribus gratiæ sanctitatis, & caritatis donis, & divinorum ac humanorum mysteriorum notitia præmunivit: Ita † ut Christo, & ejus 23
Matri dumtaxat cedentes, cum aliis Sanctis absque erroris, & temeritatis nota comparari non possint, ut ait D. Thom. 1. 2. *quæst.* 16. *art.* 4. *& sup. Joan. c.* 3. *lect.* 2. *ad Rom. c.* 8. *lect.* 5. *ad Ephes. cap.* 5. *lect.* 3. & Chasan. *in Catal. glor. mund. part.* 3. *consid.* 20. Præsertim, quia ad prædicationis munus obeundum, cùm viderent messem esse multam, operarios autem paucos, juxta illud Lucæ *cap.* 10. & Matthæi *cap.* 9. † Septua- 24
ginta duos alios discipulos, & eorum comites & sectatores in auxilium acceperunt, ut ait † text. 25
in dict. cap. in novo, qui etiam aliquando *Apostoli* nominantur per D. Paulum *ad Philip. c.* 2. *& ad Corinth.* 2. *c.* 8. S. Irenæum *lib.* 4. *cap.* 37. Tertullian. *contra Marcion. c.* 4. Lorin. *in Acta Apostol. cap.* 1. *vers.* 2. licèt verius sit, solos duodecim, & D. Paulum proprio Apostolorum nomine dignos esse: alios autem non tam *Apostolos*, quàm *Apostolicos* esse dicendos, ut resolvit Suarez *in* 3. *D. Thom. quæst.* 28. *disp.* 5. *sect.* 4. ubi simul agit quantum illi præ his in auctoritate, & potestate Apostolici muneris excederent; de quo etiam tractat Glos. & Doct. *in dict. cap. in novo*: & Domin. Bañez 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 10. & cur prædicti discipuli septuaginta duo numero fuerunt; vide quæ tradit Fr. Joan. à Ponte *dict. lib.* 2. *c.* 14. §. 6. *pag.* 172.

Constat etiam ex Act. Apostol. *cap.* 8. *&* 11. Fideles † Christi, quod eos Jerosolymis igni 26
atque ferro persequerentur Judæi, in varias terrarum partes dispersos fuisse, quas sigillatim enumerat D. Ambros. *lib.* 2. *de vocat. omn. gent.* Baron. *ann.* 35. & ex nostris Marquar. de Susanis *in tract. de Judæis & infidel. 3. part. cap.* 1. *num.* 25. In quibus partibus fidem, quam imbiberant, insinuasse fidemmet auctores ostendunt.

Tot igitur, & talibus operariis, benè potuit messis, licèt ita magna & dispersa, brevi tempore colligi, cùm unus Paulus † tam longè, la- 27
teque Evangelium sua prædicatione disseminaverit, nempe à Jerusalem & Syria, & circum adjacentibus regionibus, usque ad Illyricum & Hispaniam, ut ostendit Maluend. *d. lib.* 3. *c.* 2. *in fin.* & Fr. Joan. à Ponte *dict. lib.* 2. *cap.* 11. *& seqq.*

Eo magis, † quod peculiari Dei providentiâ 28
contigerit, ut quo tempore Christus decessit, Romani per totum fermè Orbem securè regnarent, ut sic, commerciis inter omnes nationes ins-

institutis, facilius possent Apostoli, qui vellent, discurrere & commeare, prout eleganter advertit Eusebius Cæsariens. *lib. 3. de demonstr. Evangel. c. 9.* Joan. Boter. *in relat. univers. 4. part. lib. 2. in princip.* Bernard. Aldrete *lib. 1. de antiq.*
29 *Hisp. c. 2.* & ante eos † Prudentius *lib. 2.* contra Symmachum, dum canit:

Discordes linguis populos, & dirsona cultu
Regna volens sociare Deus, subjungier uni
Imperio quidquid tractabile moribus esset
Concordique jugo retinacula mollia ferre
Constituit.

30 Quapropter † Theodoret. *de curand. Græc. affect. lib. 9.* in hunc modum scribit: *At nostri illi piscatores, & publicani, sutorque ille noster, cunctis nationibus legem Evangelicam detulerunt. Neque solum Romanos, & qui sub Romano vivunt Imperio, sed Scythas quoque ac Sauromatas, Indos præterea, Æthiopes, Persas, Seras, Hircanos, Cymmerios, Germanos, & Britanos, neque semel dicatur, omne hominum genus, nationesque omnes introduxerunt, Crucifixi leges accipere.*

Idem quoque tradit S. Justin. Martyr *in disput. contra Tryphon.* concludens triginta annis Apostolos Evangelicam fidem, per universum Orbem disseminasse. Ita ut neque Scytha nec Æthiopes, neque alii Barbari, quamvis valdè remoti, remanserint, qui illam non audierint, & receperint. B. etiam Beda *in Marc. cap. 13. Ecclesiasticæ*, inquit, *testantur historiæ, quòd Apostoli omnes multo ante excidium Judææ provinciæ toto fuerint Orbe dispersi.* Quas historias à Beda
31 citatas, & sancti Evangelii † apud varias nationes progressum, summa fide, & diligenti, qua solet pietate recoluit Illustrissim. Cardin. Baron. *t. 1. Annal. Eccles. anno 44.* Thom. Boc. *de signis Eccles. Dei, lib. 4. sign. 6. cap. 1. 2. & 3.* Jacob. Pamel. *in scholiis ad Tertullian. dict. lib. contra Judæos, cap. 7.* Maluend. *d. lib. 3. de Antichrist. ex cap. 5. ad 9.* Camill. Borrell. *de præstan. Reg. Cathol. cap. 43. num. 8. & seqq.* Boter. *in relat. univers. 2. part.* & Fr. Joan. de Ponte *d. lib. 2. per totum.* Ubi cum provincias connumerent, quas Apostoli, & eorum discipuli prædicando peragrarunt, nulla fermè ex toto Orbe omissa videri potest, in quam aliquis eorum non penetraverit.

Quinimò, quod plus est, in multis † earum
32 Ecclesias sacras Deiparæ, & quibusdam Apostolis, adhuc viventibus, erectas fuisse commemorat Maluend. *ubi suprà cap. 3.* Boc. *lib. 9. cap. 6.* & latè Jacob. Gretser. *lib. 2. de Cruce cap. 1.* Inter
33 quas † illa ut præcipua recolitur, & commendatur, quam D. Jacobus in urbe Cæsaraugustana ad ripas amnis Iberi Beatæ *Mariæ* sibi super Jaspidem columnam apparenti, ejusdem monitu consecravit, ut totius Orbis, & Hispaniæ cum primis fidelis traditio est. Quam late & securè probant Guibert. *in Chronic. Reg. Aragon. prol. 3.* Hartman. Schedel. *in histor. ætat. mundi in vita Sancti Jacobi.* Raph. Volaterran. *lib. 11. Geograph. fol. 110.* Anton. Beuter. *1. part. histor. cap. 23.* Joan. Vasæus *in Chronic. Hispan. c. 22.* Ambros. Morales *in eadem Chronic. lib. 9. cap. 7.* Joan. Marian. *de rebus Hispan. lib. 4. cap. 6.* Joan. Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ, lib. 1. c. 2. n. 4.* Canis. *lib. 5. de Virgin. Deipar. cap. 23.* Martin. Delr. *lib. 2. disquisit. magic. quæst. 26. sect. 4.* Don Fernand. de Mendoza *de confirmando Concilio Iliberitano, lib. 2. c. 45.* Illesc. *in histor. Pontif. lib. 7.* Zamall. *lib. 7. cap. 2.* Gasp. Ortigas *in patrocinio progymnas. Cæsaraugust. 3. part.* Paredes *de adorat. imag. lib. 2. cap. 4.* Cened. *in collectan. sup. Decret. collect. 43. fol. 62. num. 2.* Valdes *de dign. Reg. Hisp. c. 6.* Mader. *de excellent. Hispan. c. 6. fol. 4. & de Monte S. Gratat. discurr.* Morlanes qui alios plurimos *in allegatione de nuestra Señora del Pilar*, & Fr. Didac. Marillo, qui novissimè integrum illum librum de historia ejusdem Virginis *del Pilar* eruditè conscripsit.

Quod ideò adjicere libuit, ut sic obiter † eos 34
rejiciendos appareat, qui cùm Divum Jacobum in Hispaniam advenisse inficiantur, hanc quoque ita constantem historiam Virginis *del Pilar* subvertere tentant. In quorum numero esse videtur Roderic. Ximenius Archiepisc. Toletan. *in collectan. Concil. Hisp.* apud Garciam de Loaysa *pagin. 290.* & apud Anton. August. *epist. Jur. Canon. tom. 2. lib. 19. tit. 16. cap. 2. pag. 179. & 1. part. lib. 1. tit. 11. c. 2.* Joan. de Bosco *in sua Bibliothec. Floriacens.* qui ad hoc adducit D. Gregor. *lib. 1. registr. epist. 64. ad Episcop. & Reg. Hispaniæ*: Cardin. Baronius *d. 1. tom. anno 44. num. 30. & tom. 9. ann. 816. & in notis ad Martyrolog. Roman. 15. Maii*, & Joan. Lorin. *Act. Apost. c. 12. vers. 2. pag. 536.*

Contra quos tamen validissimis testimoniis & argumentis utrumque novissimè propugnarunt omnes ferè auctores *suprà* relati, & ultra eos additio ad Beat. Isidor. *lib. de ortu & obitu S. Pat. c. 71.* Thom. Boc. *lib. 4. de sign. Eccles. Dei, c. 1. pag. 123.* Pat. Suarez *de Religion. lib. 2. c. 6. ex num. 13.* Joan. Belethus *in explicat. divin. Offic. c. 140.* Joseph. Stephan. Valentin. *in lib. de potestate coactiva Roman. Pontif. c. 8.* Maluenda *dict. lib. 3. de Antichrist. cap. 6. pag. 115. & seq.* Fr. Joan. de Ponte *dict. lib. 2. de conven. utriusque Monarch. c. 14. & 15.* Pamel. *d. c. 7. schol. 41.* Hieron. Roman. *de Republic. Christian. lib. 1. c. 3.* Fr. Joan. de Pineda *in Monarch. Eccles. 2. part. lib. 10. c. 25. §. 3.* Excellentiss. † Do- 35
minus Joan. Ferdinand. à Velasco Magnus Castellæ Comestabilis, pierate insignis & armis, & ut cum Auson. dicam *Epigram. 7.*

Consiliis belloque bonus, quæ copula rara est.

In eruditissimis discursibus, quos de adventu D. Jacobi in Hispaniam adversus Baronium typis excusit, & latinâ linguâ eleganter donavit Erycius Puteanus, illos vindicias tutelares Hispaniarum appellans, & Joannes Mariana, Fr. Francisc. à Jesu, & Didacus del Castillo in peculiaribus ejusdem argumenti libellis, Calist. Remir. *in tract. de lege Regia in initio, num. 42. & seq. pag. 10. & 11.* & D. Maurus Castella Petrer. *in sua exactissima historia Divi Jacobi Hispaniarum Patroni, lib. 1. per totum*: & novissimè D. Joan. Briz Martinez *in histor. S. Joan. de la Peña, pagin. 569.* & D. Salazar de Mendoza *Canon. Toletan. lib. 1. de orig. Align. Hispan. c. 5. fol. 5.*

Quinimò † & Hiberniam, quam nunc *Irlan-* 36
dam dicimus, D. Jacobum adiisse, ibique prædicasse, tradit Flavius Dexter *in suâ omnimoda historia*: Henricus Fitsun. *lib. 1. de Missa, & lib. contra Rider.* Legenda nova Angliæ *in vita S. Patricii*: & Vincent. Belvacens. *in specul. histor. lib. 4. cap. 3.*

37 Et non solùm D. Jacobum, verùm etiam † D. Paulum in nostra Hispania prædicasse, testis est Beatus Hieron. *In Catalog. Vir. Illust.* B. Chrysostom. *2. ad Timoth. 4.* Dorot. Athanas. & Epiphan. *in locis relatis à Pamelio sup. Tertulliam dict. lib. contra Judæos, cap. 7. schol. 41.* Cæsar. Baron. qui latissimè loquitur, & respondet ad text. *in cap. Beatus 22. quæst. 2. in 1. tom. Annal. Ecclesiast. anno Christ. 61. & in Martyrol. die 22. Martii*: Pined. *in dict. Monarch. lib. 10. cap. 33.* Fr. Joan. à Ponte *dict. lib. 2. cap. 13. pag. 162.* & Maluend. *d. c. 6. pag. 116. vers. Paulum quoque.*

Quinimò Divum etiam Petrum Apostolorum Principem Hispaniam nostram suo adventu & prædicatione illustrasse, expressè testatur S. Innocent. Papa I. *in epist. ad Decentium Episcopum.* Nimirum, quia ut ait Joseph. Stephan. *ubi suprà*, licèt aliis Apostolis secundum cujusque mensuram & regulam singularim sua regio contigisset, solius tamen Petri auctoritas, nullis certis terminis circumscripta, non solùm singulas sed omnes provincias moderabatur, omniaque auctoritate divina sibi commissa gubernabat.

Tertiò, quia hoc commodiùs peragi potuit, & citiùs ad omnes gentes veræ Fidei notitia perve-
38 nire, † si ut veram admiserimus opinionem Jacobi Episcopi Christopolitani relatam à Maluenda *d. lib. 3. de Antichrist. cap. 3. pag. 110.* qui apertè docuit, non solùm per prædicationem Apostolorum, sed occultè etiam Dei inspiratione, sanctorum Angelorum annuntiatione, ac ipsorum quoque dæmonum oraculis, in omnes mundi partes Evangelium promulgatum fuisse, atque hoc pacto completa vaticinia Davidis *d. Psalm. 18. Matth. 24.* & Paul. *ad Rom. 10.*

39 In cujus rei confirmationem † perpendi quidem possunt plura Sybillarum carmina, & Virgilii, Suetonii, & aliorum antiquorum loca, & testimonia, quæ adducit Maluend. *ubi suprà*: Thom. Boc. *lib. 1. de signis Eccles. Dei, cap. 4. in fine, pag. 12.* & Simon Majol. *in 3. tom. dier. Canicul. colloq. 1. de perfidia Judæorum, pag. 307. & seqq.* Ex quibus constat, multa per totum terrarum Orbem Oraculorum responsa edita esse, quæ Christi fœlicissimum ortum prænuntiarent.

40 Et ego eis addo † historiam notabilem, quam ex Cedreno refert idem Boc. *lib. 9. c. 6. p. 356.* & Rutil. Benzon. *de anno Jubilæi, lib. 3. cap. ult. pag. 396.* & paucis mutatis ex Procopio Martyre, & Simeone Metaphraste, Surius *tom. 4. mense Julii die 8.* & Joan. Stephan. Durantius *ubi suprà*, qui trahunt ab Argonautis ædificatum fuisse templum, omnium nobilissimum, quod Plin. *lib. 36. c. 1.* maximè *admirandum* appellat, eo autem absoluto, ab ipsis Oraculum consultum, cuidam illud consecrari deberet? Responsumque accepisse his carminibus, quæ æneis literis in ipsius Templi fronte ab antiquis Gentilibus cunctis legenda, æternæ memoriæ commendata sunt:

Attidua virtute decus sublime parate,
Atque unum (sic mando) Deum, qui cuncta gubernat
Cœlesti residens solio, colite, atque timete,
Illius æternum, atque ante omnia secula Verbum
Nescia Virgo viri nostras emittet in auras,
Quod velut igniferis impulsa sagitta procellis
Edomitum reddet Divino munere mundum
Hujus cui Mariæ nomen, sanctissima Mater
Ægnotecet templum proprium sibi recte dicatum.

Potest etiam huc referri, † quod de Ara ab Athe- 41
niensibus primùm, & posteà à Romanis ignoto Deo erecta, narratur *cap. 17. Act. Apostol. versic. 73.* In cujus explicatione plura tradunt Chrysostom. Oecumen. & Lorin. *ibidem*, Sixt. Senens. *lib. 2. Biblioth. sanctæ*: Alex. ab Alex. *lib. 6. Genial.* ubi additio Tiraquel. *pag. 1007.* Cœl. Rhodigin. *lect. antiq. lib. 22. cap. 2.* Baron. *tom. 1. anno 52. num. 8.* Pat. M. Marquez *in Gubern. Christ. lib. 2. cap. 32. pag. 346.* & novissimè Calist. Remir. *de lege Regia, §. 3. n. 41. & sequent. pag. 47.*

Sed illud quidem, si verum fuit, majori nota dignum videtur, † quod Plutarch. comme- 42
morat *in lib. 2. de defect. Orac.* & post eum Euseb. *lib. 5. de præparat. Evangel. cap. 9. & in epist. ad Theodor. Episcop.* Petr. Crinit. *lib. 14. de honest. discipl. 3.* Petr. Crespet. *in summ. Eccles. discipl. verb. Idololatria*: Baron. *d. 1. tom. ann. 34. num. 129.* Simon Majol. *dict. tom. 3. Canicul. colloq. 1. pag. 308.* & Fr. Joan. de Ponte *lib. 3. convenient. utr. Monarch. cap. 29. pagin. 181.* Eo scilicet tempore, quo Christus Dominus pro humano genere Crucis mortem subire dignatus fuit, Æpitersem cum aliis in Italiam navigantem, circa insulas, quas *Echinadas* appellant, flatu ventorum deficiente noctu propè Paxas devenisse: cumque omnes, qui simul navigabant, attentiores vigilarent, repentè à *Paxis* insula vocem magnam audîtam fuisse, quâ ipsius navis gubernatoris *Thamo*, vel *Thramno* nomine mandabatur, ut quando juxta paludem esset, tunc Pana Magnum mortuum esse annuntiaret. Quod cùm ipse, licèt ingenti terrore perculsus, ad palodem veniens præstitisset, magnus multorum gemitus, imò verò innumerabilium, miraculo quodam commixtus, subitò auditus fuit. Et hæc fama citò Tiberii Imperat. aures, & totam Romanam urbem implevit. In qua varie & vane, quis ille Pan esset, qui mortuus nuntiabatur, dubitatum fuit. Sed benè Eusebius, & Baronius supr. resolvunt, Panem illum, pro Christo universorum Domino intelligendum esse, ejusque mortem ut suam ipsorum cladem, luxisse dæmones, quippe qui adhuc eo vivente sæpiùs fuissent lamentati, se ab ipso torqueri.

Et planè, † si miraculose factam Apostolo- 43
rum prædicationem affirmare audemus, sicuti ultra Auctores *suprà* relatos, affirmat etiam Fr. Stephanus de Salazar *d. discurs. 16. sup. Symbolum, cap. 3. pag. 191.* nihil erit, cur non fateamur, brevissimo tempore in omnes mundi partes, quantumvis longe dissitas, & illis seculis ignoratas, penetrare potuisse, cum majore celeritate † Ha- 44
bacuc è Palæstina Babylonem Angelica manu deductus fuerit, ut esurienti Danieli in leonum lacu succurreret, ut habetur *Daniel. 14.* & Philipp. Diaconus ex Gaza in Azotum Actuum *c. 8* & in

aliis admirandis exemplis relatis à Bapt. Fulgos. *lib.* 1. & Andrea Eborensi *in tit. de miracul.* & Theatr. vit. hum. *vol.* 2. *lib.* 5. *pag.* 417.

45 Et cùm ipsi † Apostoli in transitum B. Mariæ Virginis, & Dominæ nostræ, ingenti quodam miraculo parvo temporis momento è toto Orbe nubibus assumpti Jerosolymis convenerint, ut funeri ejus interessent. Quod licet perfunctoriè, & velut apocryphum referat Baron. *dict.* 1. *tom. anno* 47. *num.* 14. verissimum tamen fuisse ostendit ipsa antiqua & communis Ecclesiæ traditio, & ut certissimum scribunt S. Melito *de transitu Virgin. cap.* 4. & 5. S. Juvenal. Jerosolimitan. Episcopus, qui vixit imperante Theodosio juniore, Dionys. Areopagita *lib.* 1. *de divinis nominibus, cap.* 3. & explicatius Singell. *in vita ipsius Dionysii apud Lyppoman. tom.* 7. Nicephor. *histor. Eccles. lib.* 2. *cap.* 21. S. Joan. Damascen. *in sermone de dormitione Deiparæ sub finem*: ubi sic ait: *Ex antiqua accepimus traditione, quòd tempore gloriosæ dormitionis Beatæ Virginis, universi quidem sancti Apostoli, qui Orbem terræ ad salutem gentium percurrebant, momento temporis sublime elati, convenerunt Jerosolymis.* Et non esse de re hujusmodi dubitandum apertè tradit Simon Majol. *in dibus Canicul. tom.* 1. *colloq.* 1. *pag.* 21. & iterum *colloq.* 4. *pag.* 94. & Thomas Boc. *lib.* 15. *de signis Eccles. Dei, cap.* 4. *pag.* 107. & *cap.* 5. 5. *pag.* 112. Ubi alia similia miracula tradit. Quibus addo, quod de Regina Saba scribunt aliqui, quos refert Raph. de la Torre *in* 2. *tom. pag.* 312. tradentes, eam ex relatione, & vocibus avium habuisse notitiam Salomonis.

Quartò, ad confirmandam prædictam sententiam de Apostolica Evangelii per universum Orbem disseminatione, ipsius Ecclesiæ nomina per-
46 penduntur, quæ † ex magni Concilii Nicæni auctoritate, & definitione dicitur *Apostolica*, quasi per Apostolos, licèt in divertis gentibus, uno tamen ore, & spiritu congregata, ut latè prosequitur Salazar *d. discurs.* 16. *cap.* 14. & Fr. Joan. à Ponte *d. lib.* 2. *cap.* 1. & *seqq.* Simulque etiam
47 † ab Apostolis ipsis Catholicæ nomen accepit, quòd universalis esset, & in omnibus locis, personis, & temporibus æqualiter observanda, ut docet D. Augustin. *cap.* 7. *de vera relig.* & *de utilit. credit. contra Manich. cap.* 17. & *contra epistol. Manich. cap.* 4. *tom.* 3. & *contra Faust. Manich. lib.* 11. & *contra literas Petilian. lib.* 2. *cap.* 51. *eod. tom.* & *serm.* 131. & 181. *de tempore*: Doctores *in rubr.* & l. 1. C. *de summ. Trinit.* & *Fide Cathol.* Bañez, Aragon, & alii Theologi post D. Thom. 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 10. Turrecremat. *in summa de Ecclesia, lib.* 1. *cap.* 14. Salazar *dict. discurs.* 16. *cap.* 3. latissimè Thom. Boc. *lib.* 17. *cap.* 1. Anton. Posevin. *in Bibliotheca. lib.* 6. *cap.* 31. *pag.* 268. & *sequentib.* Balthas. Chavas. *de not. veræ religionis cap.* 3. Illustriss. Cardinalis Bellarmin. *in eod. tract. cap.* 4. & *seq.* Camil. Borrell. *de præstan. Reg. Cathol. cap.* 41. *num.* 51. & *seqq.* Alan. Cop. *Dialog.* 6. *cap.* 21.
48 *pag.* 884. Ubi † inquit, multum dolere hæreticos, quod Fides, & Ecclesia Dei dicatur Catholica. Pat. Gordon. *in controvers. de auctor. Eccles. controvers.* 2. *cap.* 19. *pag.* 249. Pat. Francisc. Suarez. *in defens. Fidei advers. Sectam Anglican. lib.* 1. *c.* 15. & alii plurimi Auctores, qui de quatuor Ecclesiæ proprietatibus scripserunt, quos congerit Posevin. *in apparatu sacro tom.* 1. *verb. Ecclesia.* Unde Sanctus Ignatius † Martyr *in* 49
epist. ad Philip. inquit: *Una est Ecclesia, quam suis sudoribus, & laboribus fundaverunt Apostoli à finibus terræ usque ad fines in sanguine Christi.* Et † Vicent. Lirinensis, ait: *Fides Catholica* 50
ita dicitur, quia semper, quia ubique, quia apud omnes, quia tempore, loco, multitudine, antiquitate, universitate, consensu, novitati, parti, & paucorum dissentioni antistat. Et Aurel. † Prudent. 51
lib. 2. *contra Symmach.*

Deus Undique gentes
Inclinare caput docuit sub legibus iisdem,
Romanosque omnes fieri, quos Rhenus, & Ister,
Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Iberus.
Conjuger Hesperidum, quos interlabitur, & quos
Ganges alit, rapidique lavant septem ostia Nili,
Jus fecit commune pares, & nomine eodem
Nexuit, & domitos fraterna in vincla redegit.
Vivitur omnigenis in partibus, haud secùs, ac si
Cives congestos concludat mœnibus unis,
Patria ubi atque omnes lare conciliemur avito.

Et in eamdem rem alia quoque perpendit Fr. Joan. Baptist. Fernandez Minorita *in demonstrat. Catholic. lib.* 3. *discurs.* 6. & 7. Fr. Ludovic. Granatens. *in Sym. Fidei,* 2. *part. cap.* 13. & 29. & Illustris. Card. Bellarm. *de notis Eccles. cap.* 4. & 5.

Quintò, † & ultimò, magisque in nostræ 52
quæstionis terminis facit, quod aliqua satis vetusta testimonia, & vestigia prædicationis Evangelicæ in his Novi Orbis regionibus reperiri videntur. Nam Tertullian. † *d. lib. contra Jud. c.* 53
7. cum suâ ætate Apostolorum sonum, & Christi Fidem in omnes gentes propagatam affirmasset, specialiter enumerat *Partos, Medos, Elamitas, Mesopotamiam habitantes, Armenios, Phrygios, Cappadoces, incolentes Pontum, & Asiam, & Pamphiliam, Ægyptios, Africanos, Romanos, Judæos, Getulos, Mauros, Hispanos, Gallos, Britannos, Sarmatas, Dacos, Germanos, & Scythas* & posteà subdit: *Et abditarum multarum gentium, & Provinciarum, & Insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus possumus in quibus omnibus locis Christi nomen, qui jam venit, regnat, utpotè ante quem omnium civitatum portæ sunt apertæ, & cui nulla sunt clausæ: ante quem seræ ferreæ sunt comminutæ, & valvæ æreæ sunt apertæ*: quibus verbis has ignotas, & inaccessas eo tempore, provincias velut digito ostendisse videtur.

Et † cùm certum sit ad ultimas usque Indiæ 54
Orientalis nationes, & ad remotos, & ferè ignoratos eo tempore Sinas D. Thomam Apostolum, alios ejus discipulos prædicando penetrasse, ut inquit Nicephor. *lib.* 2. *cap.* 4. ubi: *Quicumque in extrema Orientis ora ad ultimum Oceanum colunt:* & latè tradunt Auctores *suprà* relati, præcipuè Thom. Boc. *lib.* 5. *cap.* 1. & 2. & *seqq.* Joan. Boter. *in relat. univers.* 3. *part. pag.* 7. & 14. Maluend. *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 7. & 10. Maffej. *lib.* 6. *histor. Ind.* M. Paul. Venetus *libr.* 2. *suarum relation. cap.* 61. Nicolaus Trigaultius *de Christian. expeditione in Sinas, lib.* 1. *cap. ult.*

Ber-

Ferdinand. Mendes Pinto *in suis peregrinat. cap.* 96. & Nos *sup. cap.* 2. *num.* 32. & *seq.* Mirum sanè videri non debet, si in has quoque Occidentales & Meridionales plagas lux Evangelii priscis illis temporibus fulserit.

Ad quod probandum, † plura Christianismi 55
vestigia, quæ in his partibus reperta sunt, diligenter congessit Acost. *in histor. Moral. Ind. lib.* 5. *cap.* 14. & *seq.* Gomar. *tom.* 1. *ejusdem hist. c.* 53. & 121. Fr. Steph. de Salazar *dict. discurs.* 16. *cap.* 3. Boter. *in dictis relation. univers.* 4. *part. pag.* 7. & *seq.* Maluend. *dict. lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 25. *per totum.*

56 Inter quæ † illud, quod à prædictis refertur de Crucis imaginibus, & earum adoratione, & quibusdam sacrosanctæ Trinitatis, confessionis auricularis, Eucharistiæ, atque aliorum mysteriorum Fidei fulgoribus apud *Jucatanos, Camanenses, Mexicanos, Peruanos*, & alios repertis, etiam traditur à Petro Martyre *de hist. Novi Orbis decad.* 4. Fr. Hieron. Romano *in Rebuspub.* 3. *part. lib.* 1. *de Repub. Ind. just.* Lips. *in notis ad lib.* 3. *de Cruce.* Anton. de Herrera *in hist. gen. Ind. decad.* 2. *lib.* 1. *cap.* 17. & *lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 75. & *decad.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *pag.* 163. & *decad.* 4. *cap.* 4. *pag.* 206. & 268. Fr. Greg. Garc. *lib.* 4. *de Ind. orig. cap.* 21. *pag.* 471. & *libr.* 1. *pag.* 95. & *seq.* ubi addunt, idem apud Indos suæ Diœcesis Episcopum Chiapensem competisse, & Fr. Joan. à Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 15. *cap.* 49. ubi alia quoque indicia satis notanda commemorat.

Illud verò † quod dicitur de quibusdam bar- 57
baris, & candidis hominibus, quos Indi Mexicani & Cuzquenses, acceptâ per manus à majoribus relatione, tradebant, quondam has regiones perambulasse, novam quamdam doctrinam & religionem docentes, & idola subvertentes, simile est ei, quod Petr. Martyr *suprà* in Jucatana Provincia accidisse narrat, & in Peruana Didac. Davallos *in Miscell. Austr. collog.* 23. *fol.* 162. Herrera *dec.* 5. *lib.* 2. *cap.* 6. *pag.* 77. Ubi
58 tradunt, † quod cùm quemdam ex his hominibus ob id, quod Fidem prædicabat, & idola destruebat, Indi lapidare vellent apud oppidum, cui nomen *Pachacama*, huic nobili urbi Regum vicinum, ipse in mare delapsus extenso pallio, tamquam securo navigio devectus excessit. Et eumdem, vel alterum ei similem iterum prædicasse in Cuzquensi Provincia apud oppidum, cui nomen est *Chacha*, & quia ejus doctrinam non recipientes, de illo interficiendo tractabant, ig-
59 nem de cœlo descendisse, quo omnes absumpti sunt, in quorum fidem hodie crematum quemdam montem ostendunt, qui dicitur *Cerroquemado.*

Idem narrat Michaël Balboa Cabello *in sua Miscell. Austr. manuscripta* 3. *part. cap.* 6. adji-
59 ciens, † antiquas effigies istorum virorum in aliquibus locis reperiri: & latiùs cæteris novissimè prosequitur Fr. Alphons. Ramus *in histor. Beatæ Virgin. de Copacavana, lib.* 6. *cap.* 7. & *seqq.*

Quod haud difficulter credet, qui legerit, in
60 reconditis illis regionibus Brasiliæ † Provinciæ conservari memoriam Beati Thomæ Apostoli, qui dicitur, ad eas oras appulisse, ostendere-
61 que † eosdem Brasilios vestigia pedum divini

Apostoli, scopulo impressa, quæ se vidisse testatur Emmanuel Nobrega Societat. Jesu *in epist. anno* 1552. ex cujus relatione, ita produnt Thom. Boc. *ubi suprà, & lib.* 4. *cap.* 3. *pag.* 132. & *lib.* 17. *cap.* 1. *pag.* 196. & *lib.* 10. *cap.* 3. *pag.* 319. Maluend. *dict. cap.* 25. Cabell. *dict. cap.* 6. & Fr. Joan. à Ponte *dict. lib.* 2. *cap.* 29. *pag.* 295. qui adjicit, hoc ideò factum fuisse, ut Christi verbum impleretur: *Opera, quæ ego facio, & ipse faciet*, cùm legamus † ipsum etiam Christum in 62
cœlum ascensurum, pedum suorum vestigia in petra quadam impressa reliquisse, ut tradit D. Hier. *de locis Hebraic. Actuum* 5. S. Paulin. Nolanus *epist.* 11, *ad Sever. Sulpicium.* Sever. *lib.* 2. *hist. Sacræ.* Beda *de locis Sanct. cap.* 7. Bracard. *in Geograph. terræ Sanctæ, p.* 1. *cap.* 7. Baron. 1. *tom. ann.* 34. *num.* 232. Gretser. *lib.* 1. *de Cruce. cap.* 77.

Perhibent quoque † ipsimet Peruani Indi 63
juxta relationem Didaci Davalos *ubi suprà*, multis retrò temporibus alium hominem, qui ex *Paraguai* partibus ad eos accessit, secum attulisset ligneum quoddam, satisque venerabile signum Crucis, quod hodie in provincia *de los Charcas* in oppido de *Carabuco* religiosissimè custoditur, & superioribus annis ex lacu quodam à quibusdam piscatoribus extractum fuit in quem antiquâ Indorum perfidiâ projectum fuisse dicunt, cum illud prius frustrà comburere tentassent.

Quæ historia † similis illi esse videtur, quam 64
de Cruce, cum pendente Christi simulacro in ruinis veteris Goæ inventa, tradit Maff. *libr.* 4. *hist. Ind. pag.* 106. Fr. Anton. de San Roman *in eadem histor. lib.* 3. *cap. ult. pag.* 594. & *seq.* Evidenti planè, ut ipsi inquiunt, argumento in iis olim regionibus, non modo Christianam Fidem, sed cum ea salutarem quoque usum imaginum ex Apostolica traditione viguisse: quem † 65
recentes isti & deplorati sectarii, qui se nominant *Pietatis antiquæ assertores, at divinæ voluntatis interpretes*, funditus extirpare conantur. Contra quos pie & graviter agit S. Tridentina Synod. *sess.* 25. *canon.* 2. Alphons. à Castro *lib.* 8. *adversus hæres. verb. Imago*, Alan. Cop. *Dialog.* 4. & 5. Simanc. *in Catholic. institut. cap.* 33. Cardinal. Bellarmin. *in disputat. Fidei Catholic. lib.* 2. *controvers.* 7. Simon Majol. & P. Vasquez *in peculiaribus tractat. de sacris imagin. sive de adoration. imag.* Ferdinand. Mend. *in not. ad Concil. Illiberitan. lib.* 3. *cap.* 5. *per totum*; P. Azor. *lib.* 9. *instit. Moral. cap.* 6. & 8. P. Jacob. Gualther. *in suo Chronograph.* 1. *seculo, ex pag.* 69. & *seculis seqq. in assert.* 3. *veritatis Rutil.* Benzon. *de anno Jubilæi, lib.* 6. *cap.* 15. *pag.* 656. & *seqq.* Magist. Fr. Anton. Perez *in Laurea Salmant. cert.* 2. *de imaginum usu, per totum*, Specul. Mag. *exemp. verb. Imago*, Joan. Steph. Durant. *de ritib. Eccles. lib.* 1. *cap.* 5. & plures alii congesti ab August. Barb. *in remission. ad Conc. Trid. dict. canon.* 2.

Ne que erit incongruum, si hîc illud etiam notaverimus, † in flore scilicet, & foliis cujus- 66
dam fructicis in his Novi Orbis regionibus, & præsertim Peruanis, satis communis, quem *Granadillam* vocamus, omnia Passionis Dominicæ signa præter Crucem, expressa reperiri, nempe clavos, columnam, flagella, plagas, spineam co-

o/o La hay tambien en Allende de N. Leon.

coronam & lanceam. Quod efficit, ut flos ille aspectu elegantissimus, & consideratione piissimus reputetur, ut tradit Carol. Clusius ex Nicolao Menardo *in histor. plantar. lib.* 10. *exoticorum*, Joseph. Acost. *in histor. mor. & nat. Ind. lib.* 4. *cap.* 27. Joan. Boter. *in veris descriptione, metrop.* 8. cujus carmina latina fecit Jacob. Gretser. *in hortis de Cruce*, 5. *p. pag.* 282. referens etiam plurima testimonia, & insignia poemata, quæ in comprobationem & laudem hujus arboris, & mysteriorum, quæ repræsentat, Bononiæ vulgata sunt, ann. 1609. inter quæ unum sic habet:

O multum gratare tibi Peruana *Decque*
Graveat innumeras nocte, dieque refer:
De radiis Fidei, tenebras hoc sola fugavit,
Perfidiæ & vitii, quæ tibi numen erant,
De Cruce vera ruat, en obtigit. En eadem Crux,
Per florem hunc cecit pignoris usque loco,
Crimen abundavit, successit gratia major,
Hanc tibi adaugebunt cultra trophea Crucis.

Et aliud:

Sic inculta Dei meminit natura dolores,
Ut Crucis in multo stigmata flore notet,
Non desunt clavi, columnella, & spinea terta,
Nec tacet à quino vulnere sanguis abest,
India ne paucos dicat Crucis esse magistros
Pullulat in medio sponte Magister agro.

Hæc sunt, quæ præcipuè considerari posse videntur, pro universali Apostolorum prædicatione asserenda, & ad istas etiam Novi Orbis regiones extendenda.

Ego verò ut pio, quo decet affectu & animo
67 fateor, † nihil usquam Deo occultum, aut ejus omnipotentiæ impervium & inaccessum, atque ita verum esse posse priscis illis temporibus Evangelii lucem per omnes Mundi plagas, quantumvis remotas, & ignoratas, disseminatam fuisse; maxime si id miraculosè factum, cum Jacobo Christopolitano, & aliis *supra* relatis concesserimus. Adhuc tamen si communes naturæ regulas attendamus, nihil esse video, cur id tam-
68 quam certum admittere debeamus. Nam † si Divina Oracula, & Sanctorum Patrum doctrinam consideremus, multa quoque testimonia reperiemus, quæ aperte probant, non solùm Apostolorum tempore ubique terrarum Christi fidem minimè propagatam fuisse, verùm etiam in hodiernum hunc diem plures Orbis partes superesse, quibus necdum Evangelium revelatum sit, imò neque usque ad mundi consummationem revelandum esse. Christus quippe Dominus hoc signum
69 finis rerum indubitanter apposuit, dum † *Matth.* 24. *vers.* 14. ait: *Prædicabitur hoc Evangelium Regni in universo Orbe in testimonium gentibus, & tunc veniet consummatio.* Et idem ostendit *Marci, cap.* 13. Quæ loca etsi de clade, sive excidio templi, & materialis Jerusalem multi Patres & Doctores accipiant, ut diximus *supr. num.*
70 12. & 13. Plures † tamen ex antiquioribus, & recentioribus ad extremam rerum, & mundi consummationem, referenda esse censent, ut constat ex relatis à D. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 106. *art.* 4. Cajetan. Jansen. Titelm. Sà, Maldonato, & aliis *in d. cap.* 24. *Matth.* Marquard. de Susan. *in tract. de Judæis & Infidel.* 3. *part. c.* 1. *num.* 29. Federic. Lumnio *lib.* 1. *de extremo judicio cap.* 11. Soto *in* 4. *distinct.* 49. *q.* 1. *art.* 1. Viguer. *instit. cap.* 21. §. 2. Honcala *in Genes. cap.* 22. Sonio *libr.* 2. *demonst. Christ. velig. tract.* 8. *c.* 3. Martino Martinez *lib.* 3. *Hipotipos c.* 2. Arboreo *libr.* 2. *Theosoph. cap.* 12. Sander. *de usib. Eccles. Monarch. lib.* 8. *cap.* 14. Rivera *sup. Mitheam. cap.* 4. *num.* 23. Enriq. *de fine homin. cap.* 22. *num.* 1. Cardinal Bellarm. *lib.* 3. *de Roman. Pontif. c.* 4. Card. Toleto *sup. epist. ad Rom. cap.* 10. *annot.* 11. Joseph. Acost. *lib.* 1. *de novissim. tempor. c.* 16. & *lib.* 1. *de procur. Indorum salute, c.* 2. *p.* 131. eruditissimè Maluend. *dict. lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 1. & 4. & 31. & 32. Lorin. *in Act. cap.* 1. *vers.* 8. Pat. Suar. *in* 3. *part. D. Thom.* 2. *tom. q.* 59. *art.* 5. *disp.* 56. & *in tract. de fide, disp.* 17. *sect.* 1. & Gasp. Sanch. *in Isaiam, c.* 2. *n.* 4. *pag.* 30.

Inter quos † Origenes *tract.* 22. *in Matth.*
71 ageos de mundi consummatione, ita inquit: *Et in hoc statu constitutis rebus Evangelium, quod prius non fuerat prædicatum in toto mundo; multi enim non solùm Barbarorum, sed etiam nostrarum gentium usque nunc non audierunt Christianitatis verbum: tunc autem prædicabitur, ut omnis gens Evangelicam prædicationem, & nemo derelinquatur, qui non audiat, & tunc erit seculi finis.*

Et non minus expressè D. August. *ep.* 78. & 80. *ad Hesychium*, sic habet: *Sed quid putant hoc, quod dicitur prædicabitur Evangelium Regni in universo Orbe; per ipsos Apostolos factum est, non ita esse certis documentis probatum sunt enim apud nos, hoc est, in Africa, Barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nondum esse prædicatum Evangelium quotidie nobis addiscere in promptu est.*

Idem docet ipse D. Augustin. *lib.* 2. *de serm. Domin. in monte, cap.* 10. & *contra epist. Donatist. & de unitat. Eccles. Cathol. c.* 15. & *in lib. de nat. & gratia, cap.* 2. & pluribus exemplis, & rationibus traditis, probant & sequuntur D. Anselmus *supr. Matth. de cap.* 34. D. Damascen. *lib.* 4. *cap.* 27. D. Cyril. *Cathec.* 15. D. Gregor. *lib.* 35. *Moral. c.* 15. Russin. *lib.* 1. *histor. Eccles. c.* 9. Socrates *lib.* 5. *c.* 15. Niceph. *lib.* 2. *c.* 35. S. Prosper. *ad capitula Gallorum, cap.* 4. & *lib.* 2. *de vocat. gentium. c.* 17. & *de prædict. & promiss. Dei, part.* 3. *cap.* 4. D. Bernard. *lib.* 3. *de consider. ad Eugen.* D. Thom. *in epist. ad Roman. cap.* 10. *lect.* 3. & Juvencus Presbyter Hispan. Poeta clarissimus, qui illud ipsum Christi apud Matth. Oraculum hunc in modum suis carminibus reddidit:

Regnorum cœli celebratio pervolitabit
In cunctas terræ metas, gens omnis habebit
Testem lucifluo sanctæ sermone salutis,
Et tunc finis erit, currentia sæcula solvent.

Quinimò, † quod plus est, D. Chrysost. qui
72 contrariam sententiam magis tutari videtur, in hanc quoque inclinavit *in Act. Apostol.* dum ait: *Nunc terra à Solis ortu & Occasu, ab Aquilone ad mare* Christum *resonat, & ad finem omnia mundi latera concurrent.*

Atque ita † in nostræ quæstionis terminis,
73 quòd hujus Novi Orbis infœlices nationes, immanium suorum peccatorum demeritis, justo Dei judicio à sua primæva propagatione relictæ fue-

rint in impietatis barathro volutari, nec usquam illis Evangelii jubar affulserit, quousque tamdem Hispani illud ingenti Dei benignitate eò importavimus, expressè affirmant Vigner. *ubi sup. vers.* 8. Alciat. *in rubr. C. de summ. Trinit. nuw.* 7. & 8. Ubi ait, non esse verosimile, Apostolos ad Antipodas penetrasse, vel ad regiones ab Hispanis classe nuper repertas. Isidor. de Issolanis Ordin. Prædicat. *de imper. militan. Eccles. lib.* 1. *tit.* 6. *q.* 2. inquiens: *Ea propter sicut post Apostolos multæ nationes ad Fidem Catholicam venere, ita fiet in novissimis diebus de his, qui habitant insulas remotissimas magni maris Oceani*, Fr. Luisius Legionensis *in comment. sup. Abdiam, cap. ult. pag.* 162. & 163. Ubi cùm multis de causis harum regionum detectionem, ut mirabilem extollat, maximè tamen novum, & admiratione dignum sibi videri ait, ipsos earum incolas per tot annos in tantis jacuisse vitiorum tenebris, ut ne rumore quidem Evangelicæ doctrinæ afflati unquam fuerint, cujus clarissimus sonus ad aures credebatur pervenisse omnium, Paul. Palacius *supr. d. c.* 24. *Matth.* inquiens prædicationi totius Orbis, de qua ibi Christus Dominus locutus fuit, ab annis sexaginta nostris temporibus strenuam operam navari: cum ignotæ omnibus seculis nationes audierint Evangelium Christi. Acosta *lib.* 1. *de Nat. Novi Orb. c.* 15. *in fin.* Ubi ait, revera quamdiu finis mundi moratur, gentes restare adhuc: quibus Christus non sit annuntiatus, veteribusque plurimam Orbis partem incognitam fuisse, & nobis non minimam hodie quoque restare.

Idem etiam probat Nicol. Sanderus *de visibili Monarch. lib.* 8. *cap.* 14. Gaspar Sanctius *sup. Isai. c.* 2. *num.* 4. Thom. Boc. *lib.* 17. *de signis Eccles. Dei, cap.* 1. *pag.* 196. Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. c.* 43. *num.* 4. & 61. Maluend. *d. lib.* 3. *de Antichrist. c.* 25. *in fin.* & *c.* 26. ubi dicit, se in hac opinione persistere, donec certiora argumenta pro contraria proferantur, latè Fr. Joan. à Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 15. *cap.* 47. & 49. *in fin.* Fr. Joan. à Ponte sibi contrarius *de conven. utr. Monarch. lib.* 2. *c.* 14. §. 3. *pag.* 166. & *cap.* 25. *pag.* 258. Rutil. Benzon. *de anno Jubilæi, lib.* 3. *c.* 3. *pag.* 324. Ubi scribit, nostris quoque temporibus in Novo Orbe Occidentali, & in plerisque Orientis provinciis in dies gentes ad Fidem converti, quæ illam numquam audierunt. Licèt verum ut plurimum sit, quod spiritu prophetico asseruit vir †
74 ille Apostolicus S. Vincent. Ferrer. *in epistol. ad Bened. XIII. Rom. Pontif.* relata à Maluend. *d. c.* 26. *pag.* 171. Mag. F. Vincent. Justinian. Antist. *in opusculis S. Vincent. pag.* 101. & Fr. Alphons. Fernandez *in prolog. ad hist. Eccles. nostri tempor.* Nempe sacrum Christi Evangelium per Fratres Prædicatores, addo etiam Minores, Augustinianos, Jesuitas, & alios, ab eorumdem Ordinum institutione continenter prædicari, ac tamdem plenariè, & generaliter prædicandum in totius Orbis humano genere cultu regionibus tam apertis, quàm aperiendis, tam in cognitis, quàm in cognoscendis.

Sed audiamus oportet † D. Ambrosium *libr.*
75 2. *de vocat. Gent. c.* 6. ita loquentem: *Quòd si fortè etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquæ nationes, quibus nondum gratia Salvatoris illuxit, non ambigimus etiam circa illas occulto judicio Dei tempus vocationis esse dispositum, quo Evangelium, quod nondum viderat audiant, atque suscipiant; quibus tamen illa mensura generalis auxilii, quæ desuper omnibus semper hominibus est præbita, non negatur; quamvis tam acerbo vulnere humana natura sauciata sit, ut ad cognitionem veri Dei neminem contemplatio spontanea plenè valeat erudire, nisi obumbrationem cordis lux vera diseusserit.* Quibus profectò verbis Indorum, quos hodie cernimus, causam à Divo Ambrosio velut propheticè tactam, nemo non videat, ut præclarè advertit Acosta *de procur. Ind. salute, lib.* 1. *cap.* 5. *pag.* 133.

Hac igitur sententia retentâ, quæ Evangelii lucem affulsisse negat his Novi Orbis nationibus ante Hispanorum ad eas adventum: Non obstat primum argumentum, quod suprà pro contraria ex tot Scripturæ locis, & Sanctorum Patrum testimoniis construximus, de nimis copiosa & universali Christi, & Apostolorum per totum Orbem prædicatione. Num † ultra innumeras so-
76 lutiones & expositiones, quas ad prædicta loca tradunt auctores *suprà* citati, & præcipuè Maluenda, qui eas accuratè congessit, *d. lib.* 3. *cap.* 26. & *quatuor seqq.* Thom. Boc. *d. lib.* 17. *c.* 1. *pag.* 193. Fr. Joan. de la Puente *d. lib.* 2. *cap.* 2. Torquemad. *d. cap.* 47. satis vera & plana judicio meo censeri potest illa, quæ placuit Cajetan. Jansen. Alciat. Bellarm. & aliis, *ubi suprà*, & Acost. *dict. lib.* 1. *de Nat. Novi Orb. cap.* 8. & *de proc. Ind. salu. c.* 1. *pag.* 131. ut scilicet largo modò per figuram, quæ hyperbolice dicitur, universus mundus, & omnes gentes per Apostolos conversæ dicantur: vel per Synedochen, absoluta illa, & generalis enuntiatio ad partes contrahatur, illas nimirum, quæ tunc cognitæ erant, & Romanorum Imperio, & commerciis patebant, atque integrum Orbem complecti credebantur, juxta † *legem in orb. Romano* 17. *ff. De lis, qui sunt sui, vel alien. jur.* & ea quæ circa illam no-
77 tat Alciat. *lib.* 1. *disputat. c.* 21. & Franc. Juret. *in notis ad Symmach. pag.* 184.

Quo loquendi schemate non semel utitur Scriptura, quæ sæpè † se vulgaribus sententiis, &
78 dicendi modis accommodat, ut notat D. Chrysost. *homil.* 37. *in Genes.* Acost. *d. cap.* 8. Franc. Vallesius *de sacra Philosoph. per tot.* Gasp. Sanctius *in Isai. cap.* 13. *num.* 25. & *cap.* 23. *num.* 29. & Doct. Huerta *in notis ad Plin. lib.* 7. *c.* 2. *pag.* 17. & nos *infrà lib.* 2. *c.* 21. *n.* 56. & *seqq.* Et in simili patet ex illo *Luc.* 2. *Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus Orbis. Act.* 2. *Ex omni natione, quæ sub cœlo est*, 1. *Machab.* ubi de Alexandro Macedone dicitur pervenisse ad terræ fines, & terram universam cessisse illius Imperio.

Et † eodem modo responderi potest ad illud
79 Marci *cap. ultim.* dum ait: *Ubique Apostolos prædicasse*, & ad illud Pauli ad *Coloss.* 1. ubi ait: *Verbum veritatis prædicatum jam eo tempore esse omni creaturæ, quæ sub cœlo est, & fructificasse, & crevisse.* Usitato enim, & hyperbolico more universus Orbis accipitur, portio illius maxima, ad illa usque tempora cognita. Vel, ut ait Bellarmin. *dict. lib.* 3. *de Roman. Pontif. c.* 4. non illud asserere voluit

luit Apostolus, quam si jam actu ubique diffusum, & expansum fuerit Evangelium, sed virtute tantùm, ac potentia, quia nimirum jam per Apostolos jactum fuerat semen Verbi Divini in mundum, quod paulatim fructificando, & increscendo per successores ministros, impleturum erat, & occupaturum universum Orbem, *ut infrà* in solutione quarti argumenti latiùs aperiemus.

80 Non etiam obstat † secundum argumentum, quod de celeri, & mirabili Apostolorum, & aliorum discipulorum prædicatione confecimus, & de innumerabilibus provinciis, quas ad Fidem covertisse auctores enarrant: nam fatemur quidem sedulam illos, & diligentem operam navasse incommisso sibi Evangelicæ propagationis officio; negamus tamen aliqua certa signa, & testimonia depromi, quibus sufficienter evinci possit, ad vastas & ignotas Austri & Occidentis regiones penetrasse, quamvis aliqui auctores ita latè & gene-
81 raliter loquantur. Præsertim † cum notum sit ex divinis libris & aliis probatis historicis, atque Ecclesiasticis traditionibus, easdem Apostolos post Passionem Domini sortitos sibi fuisse provincias, quarum prædicationem susciperent, neque unum in alterius provinciam præter D. Paulum se immiscuisse. In quibus hæ, quæ ad hunc Novum Orbem pertinent, nullo modo connumerantur, ut constat ex iis, quæ de prædicta sortitione & divisione latè scribunt Abdias Babylon. *in vitis Apost.* D. Isid. *de ortu & obitu Patrum c.* 78. *& seqq. lib.* 7. *Etymol. c.* 9. Nicephor. *lib.* 3. *hist. Eccles. c.* 1. Euseb. *lib.* 3. *c.* 1. Socrat. *lib.* 1. *c.* 15. Flavius Dexter *in suo Chronico ann. Christi* 34. Chasan. *in Catalog. glor. mund.* 3. *part. consid.* 29. & 30. Cardin. Baron. *in Martyrolog. & tom.* 1. *Annal. ex ann.* 36. *fol.* 319. Thom. Boc. *lib.* 4. *de sig. Eccles. Dei, c.* 1. *& seqq.* Maluend. *d. lib.* 3. *de Antichrist. c.* 5. 6. 7. & 8. Torquemad. *in Monarch. Ind. d. lib.* 15. *c.* 47. Camill. Borrel. *de præstant. Reg. Cathol. d. c.* 43. *ex num.* 9. *ad* 24. & latissimè Fr. Joan. à Ponte *d. lib.* 2. *ferè per totum*: & Fr. Thom. à Jesu, *de protur. omn. gent. salute, lib.* 4. 1. *part. c.* 1. *pag.* 125. & Joseph. Stephan. Valentinus omninò videndus *in lib. de potest. coact. Roman. Pontific. c.* 8. & novissimè D. Pet. Pantoja de Ayala *in comment. ad l. fin. C. de Aleatorib. fol.* 147. *& seq.* ubi hanc divisionem, non per sortem humanam, sed providentia Spiritus sancti factam fuisse advertit, cum Socrate, Dextro & Baronio, *ubi suprà.*

82 Deinde non obstat tertium † ex loco Jacobi Christopolitani, & aliorum qui per miracula, divinas revelationes, & oraculorum prædictiones, lucem Evangelii ad remotas quaslibet gentes penetrasse, considerant. Nam etsi id verum esse potuerit, nullo tamen certo testimonio comproba-
83 tur. Et Oracula, † quæ referunt de Octaviano Cæsare, & aliis diversis modis à Romanis, & reliquis gentibus accipiebantur, ut constat ex Suetonio in vita Cæsaris, & in Octav. *cap.* 49. Virgilio & Servio 6. *Æneid.* ibi: *Hujus in adventu jam nunc & Caspia regna responsis horrent Divum, & Meotica tellus, & septem gemini turbant trepida ostia Nili.* Ita ut tenebras potius inducerent, quàm lucem ad Evangelii, & Fidei mysterium, ut oportebat intelligenda.

Præterquam quòd nostræ quæstionis tractatio, & † loca sacræ Scripturæ, quæ pro ejus examina-84 tione perpendimus, non sunt accipienda de annuntiatione Fidei per solam famam, & rumorem sparsa, sed de prædicatione per proprios & præsentes Apostolos & ministros, cum Ecclesiarum fundatione; & necessaria rei adeò novæ, & seriæ declaratione, atque illustratione, ne ulla gens aliquem suæ infidelitatis prætextum ostendere posset, ut post D. Chrysost. Theophyl. & alios docet D. Thom. & Cajet. *sup. Matth. d. cap.* 24. Abulens. *ibid. q.* 92. & eruditè observat Maluend. *dict. lib.* 3. *de Antichrist. c.* 30. Fr. Joan. à Ponte *dict. lib.* 2. *cap.* 2. §. 2. & ostendit Theodoret. *lib.* 8. *Græc. affect. in princ.* ubi de Apostolis loquens, sic ait: *Clara luminaria, quæ non unam modò gentem lumine illustrarunt, sed quotcumque Sol hic, quem cernimus, juvare suæ lucis illustrat.*

Rursus non obstat quartum inde deductum, quòd Ecclesia sancta jam tunc ab Apostolorum temporibus Apostolica, & Catholica dicitur, quod universalem fuisse, & ab ipsis Apostolis per totum Orbem plantatam insinuat: Nam hæc † no-85 mina jure, & meritò Ecclesiæ applicari potuerunt, quamvis non simul neque uno tempore per universum Orbem extensa reperiatur. Quia ex quo instituta est, jus & potentiam universalis prædicationis, & propagationis accepit, juxta loca Matth. & Marci sæpè relata, & illud: *Eritis mihi testes in Jerusal. & Samaria, & usque ad ultimum terræ.* Et quemadmodum qui † diversis parti-86 bus urbis ignem injecit, dici sanè potest, urbem incendisse, quia ignem partibus supposuit, qui crescendo totam urbem corripuit, sic Apostoli jacto semine Verbi Divini in pluribus mundi partibus † *totius Orbis prædicatores* appellari potue-87 runt, ad fructum & incrementum respiciendo, quod paulatim per alios eorum discipulos, & successores recepturum erat quousque universum Orbem impleret.

Et quia † sciebant, promissionem Christi esse 88 infallibilem, & non multo post perficiendam, ideò Ecclesiam, etiam tunc nascentem, Apostolicam & Catholicam vocaverunt, & ita de illa statuerunt, ac si jam actu mundum occupasset: Quia in moralibus quod parum distat, nihil distare videtur; & maximè apud illos, qui per Fidem rem futuram tamquam jam factam æstimabant. Quam docendi rationem eleganter adducit Bellarmin. *d. lib.* 3. *de Rom. Pontif. c.* 4. Suar. *tom.* 2. *disp.* 56. *sect.* 1. *& in defens. Fidei contra Sect. Anglic. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 5. Thom. Boc. *d. lib.* 17. *c.* 1. *pag.* 197. Maluend. *d. lib.* 3. *c.* 31. & ante eos prævidit Tertul. *lib.* 4. *adversus Marcion. c.* 43. *junctо c.* 2. & D. Augustin. *d. epist.* 80. *ad Hesychium*, ubi concludit, hanc & alias similes † *Christi Domini* promissiones suis 89 Apostolis factas, intelligendas esse non de illis solis, quibus tunc temporis loquebatur, sed de eis quoque, qui in carne tunc erunt cum omnia complerì contigerit.

Denique non obstat ultimum argumentum de vestigiis prædicationis Evangelicæ & Apostolorum quæ in aliquibus ex istis Americanis regionibus reperta esse dicuntur: Nam † ea parum fidei 90 habere rectè concludit Ant. Herrera *in descript. Ind. Occid. c.* 10. *pag.* 28. *& decad.* 5. *lib.* 3. *c.* 6. *in fin.* ubi docet vanum esse eorum discursum, qui aliquem ex Apostolis ad Peruanas regiones pervenisse arbitrantur. Quod etiam generaliter observat Torquem. *in d. Monarch. Ind. lib.* 15. *c.* 49. *in fin.* & Didac. Davallos *in d. Miscell. Austr. colloq.* 23. *fol.* 164. *& seq.* ubi ait, pium & illustrem virum D. Alphons. Ramirez de Vergara Argentinæ civitatis Episcopum diligentem inquisitionem fecisse, ut vestigiorum, quæ de hoc Peruano Regno referebantur, veritatem agnosceret. Et tamdem
91 vana omnia comperta fuisse, & † Crucem illam *de Carabuco* ab Hispanis, qui primi ad eam provinciam pervenerunt, fabricatam, & in aliquo loco relictam, ex quo Indi eam in lacum dejecerunt, ubi posteà à piscatoribus citra ullum miraculum inventa fuit.

92 Neque † ipsorum Indorum traditionibus in rebus adeò antiquis ulla fides haberi potest ex his, quæ diximus *supr. c.* 9. *n.* 31. & 32. & in simili tradit Fr. Joan. à Ponte *d. lib.* 2. *c.* 29. *pag.* 295. ubi benè notat cum Strab. *lib.* 15. *Geograph. in princ.*
93 hos incultos, † & Barbaros homines ad historiam minimè idoneos esse, & errare sæpè, ubi de antiquis moribus & temporibus aliqua tradere volunt. Atque ut hæc deficerent, & prædicta Christianæ religionis indicia, quæ in his regionibus inveniri dicuntur, majore probatione constarent, vereri
94 tamen possemus † à diabolo *summi Dei simia*, & improbo histrione, excogitata fuisse, qui perpetuò eisdem quibus Deus ritibus adorari concupivit, ut pravo ac detestabili superstitionis errore miseris gentibus illuderet; ut benè in proposito advertunt Acost. *in hist. moral. Ind. lib.* 5. *c.* 23. Maluend. *d. lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 25. *in fin.* Boter. latè *in relat. univers.* 4. *part. lib.* 1. *pag.* 14. *& seqq.* & aliud agens Franc. Vallest. *de sacra Philosoph. c.* 30. *pag.* 252.

95 Illud tamdem † certissimum est, quod etsi concedamus, aliquam Fidei lucem olim in his regionibus illuxisse, penitus tamen incolarum memoria exciderat, vel propter eorum incuriam & barbariem, vel propter bella, & Regum, ac Regnorum mutationes, ut tradit Thom. Boc. *ubi suprà*: Bened. Peret. *in c.* 10. *ad Roman.* & novissimè Fr. Joan. à Ponte *d. lib.* 2. *c.* 31. §. 2. *pag.* 310. & aper-
96 tè proponitur † in egregia quadam epistola perinvictissimum Cæsarem, & Regem nostrum Carolum V. ad gentes Occidentales & Meridionales scripta Barchin. 1. Maii, ann. 1543. quæ extat 4. *tom. Sched. pag.* 221. ubi inter alia sic habet: *Y porque hemos entendido, que entre otras partes del mundo que carecen de este conocimiento, en esas vuestras Provincias y tierras hasta ahora, no hay noticia de nuestro Dios verdadero, ó porque él con sus secretos, é incomprehensibiles juicios no ha querido hasta ahora manifestarse en esas partes, ó por ventura por la negligencia y flaqueza de vuestros antecesores se ha perdido la memoria de la predicacion de su nombre, i Dé, que en ellas se hizo en tiempos pasados.*

CAPUT XV.

De locis sacræ Scripturæ, quæ hujus Novi Orbis detectionem & conversionem prænuntiare, & Hispanis reservare videntur.

SUMMARIUM.

1 *Orbis Novi detectio & conversio Prophetarum vaticiniis prænuntiata videtur.*
2 *Auctores referuntur, qui Orbis Novi detectionem & conversionem in sacris Scripturis insinuari tradunt.*
3 *Scriptura divina ampla est, & mysteriis abundant.*
4 *Novi Orbis inventio & conversio adumbrari debuit à Prophetis, cum fuerit res ita notabilis, & ad progressum Evangelicæ historiæ maximè pertinens.*
5 *Deus solet magnarum rerum fundamenta multò antè jacere.*
6 *Prophetarum vaticinia licèt sub magna verborum obscuritate omnia includunt, quæ ad futuræ Ecclesiæ historiam pertinent, & antequam eveniant à nobis intelligi nequeunt.*
7 *Sibyllina oracula ante eventum rei quam designant, benè explicari non possunt.*
8 *Prophetiæ procedant ex inspiratione divina, & absque ea etiam aperiri non possunt.*
9 Psalm. 71. *verba expendantur, & ad Novi Orbis conversionem & subjugationem, per Hispaniæ Reges faciendam, trahuntur.*
10 *Isaiæ prophetiæ* cap. 43. & 51. *pro eadem conversione considerantur.*
11 *Hispaniæ Regibus concessa videtur eadem benedictio, quæ Ecclesiæ tributitur per David & Isaiam.*
12 *Hispania olim dicebatur* Thubalia, *sive* Pania, *quod significat universa, quasi in vaticinium ejus magnæ Monarchiæ,* & num. 51.
13 Psalm. 3. *expositio & illustratio de conversione Novi Orbis ex verbis D. Hilar.*
14 *Divus Hilarius annuntiasse videtur conversionem Antipodum, & regionum Novi Orbis.*
15 *Crux* Christi *annuntiavit conversionem, & redemptionem totius Orbis.*
16 *Crucis forma quid significaret ex sententia D. Hieronym. & Lact. Firmian.*
17 Matth. cap. 24. à quatuor ventis colliget eos, *expenitur cum D. August. & Palacios.*
18 *Isaias Propheta vocatur Apostolus & Evangelista, & ejus scriptura multa continet Sacramenta.*
19 *Vaticinia ostendentia conversionem Novi Orbis passim reperiri videntur in Isaia, & Jeremia, & aliis locis sacræ Scripturæ.*
20 *Isaiæ locus difficillimus ex cap.* 18. Væ terræ cymbalo alarum, &c. *latè explicatur, & eleganter ejus Paraphrasis,* num. 25.
21 *Lusitanorum navigationes ad Indiam Orientalem Isaiæ vaticinio prænuntiare videntur.*
22 *Societatis Jesu Religiosi, & aliorum Ordinum Prædicatores apud Indos Evangelium prædicantes, dicuntur esse* Angeli veloces, & Nubes volantes, *de quibus loquitur Isaias.*
23 *Novi Orbis conversio per Hispanos, facta verè & propriè annuntiata videri potest per* Isai. cap. 18. *ut affirmant plures, quamvis aliqui refragentur.*
24 P. Garpar. *Sanctii opinio rejicitur.*
25 *Verborum* cymbalum alarum *paraphrasis.*
26 *Naves papyraceæ quæ, & ubi.*
27 *Indi Orientales quo tentu dici potuerint ab Isaiæ* convulsi, dilacerati, conculcati, terribiles & expectantes.
28 Væ, *sive* Veh *dictio quid in Scriptura significet.*
29 *Abdiæ Prophetæ vaticinium obscurum exponitur, & ad conversionem Novi Orbis per Hispanos factam accommodatur.*
30 *Pauli Burgensis, prædictio de conversione Novi Orbis.*
31 *Judæi plures olim in Hispaniam transmigrarunt.*

Apos-

luit Apostolus, quam si jam actu ubique diffusum, & expansum fuerit Evangelium, sed virtute tantùm, ac potentia, quia nimirum jam per Apostolos jactum fuerat semen Verbi Divini in mundum, quod paulatim fructificando, & increscendo per successores ministros, impleturum erat, & occupaturum universum Orbem, *ut infrà* in solutione quarti argumenti latiùs aperiemus.

80 Non etiam obstat † secundum argumentum, quod de celeri, & mirabili Apostolorum, & aliorum discipulorum prædicatione confecimus, & de innumerabilibus provinciis, quas ad Fidem covertisse auctores enarrant: nam fatemur quidem sedulam illos, & diligentem operam navasse incommisso sibi Evangelicæ propagationis officio; negamus tamen aliqua certa signa, & testimonia depromi, quibus sufficienter evinci possit, ad vastas & ignotas Austri & Occidentis regiones penetrasse, quamvis aliqui auctores ita latè & gene-
81 raliter loquantur. Præsertim † cum notum sit ex divinis libris & aliis probatis historicis, atque Ecclesiasticis traditionibus, easdem Apostolos post Passionem Domini sortitos sibi fuisse provincias, quarum prædicationem susciperent, neque unum in alterius provinciam præter D. Paulum se immiscuisse. In quibus hæ, quæ ad hunc Novum Orbem pertinent, nullo modo connumerantur, ut constat ex iis, quæ de prædicta sortitione & divisione latè scribunt Abdias Babylon. *in vitis Apost.* D. Isid. *de ortu & obitu Patrum c.* 78. *& seqq. lib.* 7. *Etymol. c.* 9. Nicephor. *lib.* 3. *hist. Eccles. c.* 1. Euseb. *lib.* 3. *c.* 1. Socrat. *lib.* 1. *c.* 15. Flavius Dexter *in suo Chronico ann. Christi* 34. Chasan. *in Catalog. glor. mund.* 3. *part. consid.* 29. & 30. Cardin. Baron. *in Martyrolog. & tom.* 1. *Annal. ex ann.* 36. *fol.* 319. Thom. Boc. *lib.* 4. *de sig. Eccles. Dei, c.* 1. *& seqq.* Maluend. *d. lib.* 3. *de Antichrist. c.* 5. 6. 7. & 8. Torquemad. *in Monarch. Ind. d. lib.* 15. *c.* 47. Camill. Borrel. *de præstant. Reg. Cathol. d. c.* 43. *ex num.* 9. *ad* 24. & latissimè Fr. Joan. à Ponte *d. lib.* 2. *ferè per totum*: & Fr. Thom. à Jesu, *de protur. omn. gent. salute, lib.* 4. 1. *part. c.* 1. *pag.* 125. & Joseph. Stephan. Valentinus omninò videndus *in lib. de potest. coact. Roman. Pontific. c.* 8. & novissimè D. Pet. Pantoja de Ayala *in comment. ad l. fin. C. de Aleatorib. fol.* 147. *& seq.* ubi hanc divisionem, non per sortem humanam, sed providentia Spiritus sancti factam fuisse advertit, cum Socrate, Dextro & Baronio, *ubi suprà.*

82 Deinde non obstat tertium † ex loco Jacobi Christopolitani, & aliorum qui per miracula, divinas revelationes, & oraculorum prædictiones, lucem Evangelii ad remotas quaslibet gentes penetrasse, considerant. Nam etsi id verum esse potuerit, nullo tamen certo testimonio comproba-
83 tur. Et Oracula, † quæ referunt de Octaviano Cæsare, & aliis diversis modis à Romanis, & reliquis gentibus accipiebantur, ut constat ex Suetonio in vita Cæsaris, & in Octav. *cap.* 49. Virgilio & Servio 6. *Æneid.* ibi: *Hujus in adventu jam nunc & Caspia regna responsis horrent Divum, & Meotica tellus, & septem gemini turbant trepida ostia Nili.* Ita ut tenebras potius inducerent, quàm lucem ad Evangelii, & Fidei mysterium, ut oportebat intelligenda.

Præterquam quòd nostræ quæstionis tractatio, & † loca sacræ Scripturæ, quæ pro ejus examina-84 tione perpendimus, non sunt accipienda de annuntiatione Fidei per solam famam, & rumorem sparsa, sed de prædicatione per proprios & præsentes Apostolos & ministros, cum Ecclesiarum fundatione; & necessaria rei adeò novæ, & seriæ declaratione, atque illustratione, ne ulla gens aliquem suæ infidelitatis prætextum ostendere posset, ut post D. Chrysost. Theophyl. & alios docet D. Thom. & Cajet. *sup. Matth. d. cap.* 24. Abulens. *ibid. q.* 92. & eruditè observat Maluend. *dict. lib.* 3. *de Antichrist. c.* 30. Fr. Joan. à Ponte *dict. lib.* 2. *cap.* 2. §. 2. & ostendit Theodoret. *lib.* 8. *Græc. affect. in princ.* ubi de Apostolis loquens, sic ait: *Clara luminaria, quæ non unam modò gentem lumine illustrarunt, sed quotcumque Sol hic, quem cernimus, juvare suæ lucis illustrat.*

Rursus non obstat quartum inde deductum, quòd Ecclesia sancta jam tunc ab Apostolorum temporibus Apostolica, & Catholica dicitur, quod universalem fuisse, & ab ipsis Apostolis per totum Orbem plantatam insinuat: Nam hæc † no-85 mina jure, & meritò Ecclesiæ applicari potuerunt, quamvis non simul neque uno tempore per universum Orbem extensa reperiatur. Quia ex quo instituta est, jus & potentiam universalis prædicationis, & propagationis accepit, juxta loca Matth. & Marci sæpè relata, & illud: *Eritis mihi testes in Jerusal. & Samaria, & usque ad ultimum terræ.* Et quemadmodum qui † diversis parti-86 bus urbis ignem injecit, dici sanè potest, urbem incendisse, quia ignem partibus supposuit, qui crescendo totam urbem corripuit, sic Apostoli jacto semine Verbi Divini in pluribus mundi partibus † *totius Orbis prædicatores* appellari potue-87 runt, ad fructum & incrementum respiciendo, quod paulatim per alios eorum discipulos, & successores recepturum erat quousque universum Orbem impleret.

Et quia † sciebant, promissionem Christi esse 88 infallibilem, & non multo post perficiendam, ideò Ecclesiam, etiam tunc nascentem, Apostolicam & Catholicam vocaverunt, & ita de illa statuerunt, ac si jam actu mundum occupasset: Quia in moralibus quod parum distat, nihil distare videtur; & maximè apud illos, qui per Fidem rem futuram tamquam jam factam æstimabant. Quam docendi rationem eleganter adducit Bellarmin. *d. lib.* 3. *de Rom. Pontif. c.* 4. Suar. *tom.* 2. *disp.* 56. *sect.* 1. *& in defens. Fidei contra Sect. Anglic. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 5. Thom. Boc. *d. lib.* 17. *c.* 1. *pag.* 197. Maluend. *d. lib.* 3. *c.* 31. & ante eos prævidit Tertul. *lib.* 4. *adversus Marcion. c.* 43. *junctо c.* 2. & D. Augustin. *d. epist.* 80. *ad Hesychium*, ubi concludit, hanc & alias similes † *Christi Domini* promissiones suis 89 Apostolis factas, intelligendas esse non de illis solis, quibus tunc temporis loquebatur, sed de eis quoque, qui in carne tunc erunt cum omnia complerì contigerit.

Denique non obstat ultimum argumentum de vestigiis prædicationis Evangelicæ & Apostolorum quæ in aliquibus ex istis Americanis regionibus reperta esse dicuntur: Nam † ea parum fidei 90 habere rectè concludit Ant. Herrera *in descript. Ind. Occid. c.* 10. *pag.* 28. *& decad.* 5. *lib.* 3. *c.* 6. *in fin.* ubi docet vanum esse eorum discursum, qui aliquem ex Apostolis ad Peruanas regiones pervenisse arbitrantur. Quod etiam generaliter observat Torquem. *in d. Monarch. Ind. lib.* 15. *c.* 49. *in fin.* & Didac. Davallos *in d. Miscell. Austr. colloq.* 23. *fol.* 164. *& seq.* ubi ait, pium & illustrem virum D. Alphons. Ramirez de Vergara Argentinæ civitatis Episcopum diligentem inquisitionem fecisse, ut vestigiorum, quæ de hoc Peruano Regno referebantur, veritatem agnosceret. Et tamdem
91 vana omnia comperta fuisse, & † Crucem illam *de Carabuco* ab Hispanis, qui primi ad eam provinciam pervenerunt, fabricatam, & in aliquo loco relictam, ex quo Indi eam in lacum dejecerunt, ubi posteà à piscatoribus citra ullum miraculum inventa fuit.

92 Neque † ipsorum Indorum traditionibus in rebus adeò antiquis ulla fides haberi potest ex his, quæ diximus *supr. c.* 9. *n.* 31. & 32. & in simili tradit Fr. Joan. à Ponte *d. lib.* 2. *c.* 29. *pag.* 295. ubi benè notat cum Strab. *lib.* 15. *Geograph. in princ.*
93 hos incultos, † & Barbaros homines ad historiam minimè idoneos esse, & errare sæpè, ubi de antiquis moribus & temporibus aliqua tradere volunt. Atque ut hæc deficerent, & prædicta Christianæ religionis indicia, quæ in his regionibus inveniri dicuntur, majore probatione constarent, vereri
94 tamen possemus † à diabolo *summi Dei simia*, & improbo histrione, excogitata fuisse, qui perpetuò eisdem quibus Deus ritibus adorari concupivit, ut pravo ac detestabili superstitionis errore miseris gentibus illuderet; ut benè in proposito advertunt Acost. *in hist. moral. Ind. lib.* 5. *c.* 23. Maluend. *d. lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 25. *in fin.* Boter. latè *in relat. univers.* 4. *part. lib.* 1. *pag.* 14. *& seqq.* & aliud agens Franc. Vallest. *de sacra Philosoph. c.* 30. *pag.* 252.

95 Illud tamdem † certissimum est, quod etsi concedamus, aliquam Fidei lucem olim in his regionibus illuxisse, penitus tamen incolarum memoria exciderat, vel propter eorum incuriam & barbariem, vel propter bella, & Regum, ac Regnorum mutationes, ut tradit Thom. Boc. *ubi suprà*: Bened. Peret. *in c.* 10. *ad Roman.* & novissimè Fr. Joan. à Ponte *d. lib.* 2. *c.* 31. §. 2. *pag.* 310. & aper-
96 tè proponitur † in egregia quadam epistola perinvictissimum Cæsarem, & Regem nostrum Carolum V. ad gentes Occidentales & Meridionales scripta Barchin. 1. Maii, ann. 1543. quæ extat 4. *tom. Sched. pag.* 221. ubi inter alia sic habet: *Y porque hemos entendido, que entre otras partes del mundo que carecen de este conocimiento, en esas vuestras Provincias y tierras hasta ahora, no hay noticia de nuestro Dios verdadero, ó porque él con sus secretos, é incomprehensibiles juicios no ha querido hasta ahora manifestarse en esas partes, ó por ventura por la negligencia y flaqueza de vuestros antecesores se ha perdido la memoria de la predicacion de su nombre, i Dé, que en ellas se hizo en tiempos pasados.*

CAPUT XV.

De locis sacræ Scripturæ, quæ hujus Novi Orbis detectionem & conversionem prænuntiare, & Hispanis reservare videntur.

SUMMARIUM.

1 *Orbis Novi detectio & conversio Prophetarum vaticiniis prænuntiata videtur.*
2 *Auctores referuntur, qui Orbis Novi detectionem & conversionem in sacris Scripturis insinuari tradunt.*
3 *Scriptura divina ampla est, & mysteriis abundant.*
4 *Novi Orbis inventio & conversio adumbrari debuit à Prophetis, cum fuerit res ita notabilis, & ad progressum Evangelicæ historiæ maximè pertinens.*
5 *Deus solet magnarum rerum fundamenta multò antè jacere.*
6 *Prophetarum vaticinia licèt sub magna verborum obscuritate omnia includunt, quæ ad futuræ Ecclesiæ historiam pertinent, & antequam eveniant à nobis intelligi nequeunt.*
7 *Sibyllina oracula ante eventum rei quam designant, benè explicari non possunt.*
8 *Prophetiæ procedant ex inspiratione divina, & absque ea etiam aperiri non possunt.*
9 Psalm. 71. *verba expendantur, & ad Novi Orbis conversionem & subjugationem, per Hispaniæ Reges faciendam, trahuntur.*
10 *Isaiæ prophetiæ* cap. 43. & 51. *pro eadem conversione considerantur.*
11 *Hispaniæ Regibus concessa videtur eadem benedictio, quæ Ecclesiæ tributitur per David & Isaiam.*
12 *Hispania olim dicebatur* Thubalia, *sive* Pania, *quod significat universa, quasi in vaticinium ejus magnæ Monarchiæ,* & num. 51.
13 Psalm. 3. *expositio & illustratio de conversione Novi Orbis ex verbis D. Hilar.*
14 *Divus Hilarius annuntiasse videtur conversionem Antipodum, & regionum Novi Orbis.*
15 *Crux* Christi *annuntiavit conversionem, & redemptionem totius Orbis.*
16 *Crucis forma quid significaret ex sententia D. Hieronym. & Lact. Firmian.*
17 Matth. cap. 24. à quatuor ventis colliget eos, *expenitur cum D. August. & Palacios.*
18 *Isaias Propheta vocatur Apostolus & Evangelista, & ejus scriptura multa continet Sacramenta.*
19 *Vaticinia ostendentia conversionem Novi Orbis passim reperiri videntur in Isaia, & Jeremia, & aliis locis sacræ Scripturæ.*
20 *Isaiæ locus difficillimus ex cap.* 18. Væ terræ cymbalo alarum, &c. *latè explicatur, & eleganter ejus Paraphrasis,* num. 25.
21 *Lusitanorum navigationes ad Indiam Orientalem Isaiæ vaticinio prænuntiare videntur.*
22 *Societatis Jesu Religiosi, & aliorum Ordinum Prædicatores apud Indos Evangelium prædicantes, dicuntur esse* Angeli veloces, & Nubes volantes, *de quibus loquitur Isaias.*
23 *Novi Orbis conversio per Hispanos, facta verè & propriè annuntiata videri potest per* Isai. cap. 18. *ut affirmant plures, quamvis aliqui refragentur.*
24 P. Garpar. *Sanctii opinio rejicitur.*
25 *Verborum* cymbalum alarum *paraphrasis.*
26 *Naves papyraceæ quæ, & ubi.*
27 *Indi Orientales quo tentu dici potuerint ab Isaiæ* convulsi, dilacerati, conculcati, terribiles & expectantes.
28 Væ, *sive* Veh *dictio quid in Scriptura significet.*
29 *Abdiæ Prophetæ vaticinium obscurum exponitur, & ad conversionem Novi Orbis per Hispanos factam accommodatur.*
30 *Pauli Burgensis, prædictio de conversione Novi Orbis.*
31 *Judæi plures olim in Hispaniam transmigrarunt.*

Apos-

32 *Apostoli & sancti in die judicii cum* Christo *sedebunt judicantes duodecim Tribus Israel.*

33 Sepharad *nomen apud Hebræos* Hispaniam *significat.*

34 *Hispania varia nomina olim habuit, & inter alia* Sepharad, remissivè.

35 *Judæi Sepharadii qui, & quare dicerentur.*

36 Hesperia *dicta fuit Hispania literis transpositis à nomine* Sepharad, *secundùm Montanum.*

37 *Canticorum cap.* 8. Soror nostra parvula est, &c. *explicatur, & ad gentes Novi Orbis recens conversas accommodatur.*

38 *Indi Occidentales cur minores fructus fecerint in Fide, quam aliæ nationes, quibus olim annuntiatum fuit Evangelium.*

39 *Conversionem Indorum arte, & interdum vi aliqua adjuvandam, videtur ostendi* in cap. 8. Cantic.

40 *Conversioni Indorum Novi Orbis, divitiæ, quæ apud illos reperiuntur, illecebras præbent, & loca Scripturæ, quæ hoc indicare videntur:* Et num. 58.

41 *Isaiæ vaticinium* cap. 60. *exponitur, & conversionem Orbis Novi prænuntiare probatur.*

42 *Columbi inventoris Novi Orbis mentionem apud Isaiam reperiri, affirmat Thomas Bocius.*

43 *Isaiæ aliud vaticinium ex* cap. 66. *expenditur, & de eadem conversione Novi Orbis per Hispanos faciendæ explicatur, maximè secundùm editionem vulgatæ.* Et num. 48.

44 *Signi nomine, sub quo Isaias gentes congregandas & convertendas dicit, intelligitur signum Crucis.*

45 Lex Titia, §. Sejæ, ff. de auro & argento, *loquitur de signo Dei, & illustratur.*

46 *Crucis signo plures Provinciæ Novi Orbis vocatæ; & plura miracula in illis edita sunt.*

47 *Hispani dicuntur* Salvati, & Salvatores *apud Isaiam, & quare.*

48 *Verba secundùm editionem Vulgatæ.*

49 *Javæ majoris & minoris, & Japonii sive Japonis mentio fieri videtur ab Isaia.*

50 *Japonenses insulæ* Christi *cultum agnoscunt, & legationes variæ ad Romanos Pontifices miserunt.*

51 *Thubalia propriè, & verè dicitur Hispania, & quare.*

52 *Sophoniæ prophetia* cap. ult. *agere videtur de conversione Novi Orbis.*

53 Christus *mortuus est, ut filios Dei dispersos congregaret in unum.*

54 *Æthiopiæ flumina, de quibus Isaias & Sophonias quid significent.*

55 *Chus, apud Hebræos, quas regiones comprehendat.*

56 *Fr. Basil. Pont. Legion. qualiter tractet argumentum de Prophetis annuntiantibus conversionem Novi Orbis.*

57 Psalm. 64. *verba notanter expenduntur pro vaticinio conversionis Novi Orbis.*

58 *Divitiæ Orbis Novi maximè sunt, & cur à Deo ibidem servatæ videantur.*

59 *Classes plures mittuntur ad Indias Novi Orbis, & quare.*

60 *Indi Novi Orbis maximè perterriti sunt ad primum Hispanorum adventum, & Fidei inter eos promulgationem.*

61 *Indi Orientales & Occidentales ad Fidem converti, Deo valdè grati & multis benedictionibus repleti sunt.*

62 Job *cap.* 28. *prænuntiasse videtur detectionem & conversionem Novi Orbis, & propinitur brevis ejus Paraphrasis, & expositio.*

63 *Auctor cur laboraverit in congerendis, & exponendis prophetiis, quæ Novi Orbis possessionem, & conversionem Hispanis prænuntiant.*

64 *Concionatores Indorum eis aperire debent prophetias, quæ eorum conversionem ab antiquo prædixerunt.*

65 *Alexander Magnus lætatus est, audiens de se loqui Danielis Prophetiam de eversione Imperii Persarum.*

66 *Judæos per totum Orbem dispergi cur Deus ordinaverit.*

SEd quamvis satis (ni fallos) apertè superioribus disputationibus ostenderimus, nullam certam hujus Novi Orbis notitiam, vel Evangelii in eo prædicati vestigia in sacris, vel prophanis auctoribus antiquitus repertis, vix tamen † negare 1
possumus, plura esse sacræ Scripturæ vaticinia, quibus multis jam retro seculis, Spiritu sancto in Prophetis loquente, tantæ detectionis & conversionis gloria prænuntiari, & quod magis est, Hispanis Regibus & hominibus reservari videtur. Quam † sententiam expressè probant Feder. Lumn. 2
in 2. libris quos de extremo Dei judicio, & Indorum vocatione conscripsit, Guid Boderia *in epist. ad Philip. II. Reg. Hisp.* quæ habetur, *tom.* 5. *Bib. & Regior.* Zumarrag. *in histor. Hisp. in princ.* Arias Mont. *in sup. Abdiam c. unic.* Joseph Acost. *lib.* 1. *de nat. Novi Orb. c.* 15. *& lib.* 1. *de procurat. Ind. salut. c.* 1. *& de Christo revelato c.* 4. Thom. Boc. *de sig. Eccles. Del lib.* 4. *c.* 5. *sign.* 6. *pag.* 122. *& lib.* 20. *c.* 1. *&* 3. Fr. Luis. Legionens. qui elegantissimè & latissimè loquitur *in comment. supra dict. c. Abdia ex pag.* 660. *ad* 682. *& in sup. Cant. c.* 8. *pag.* 432. *& seq.* Thom. Maluend. *lib.* 3. *de Antichris. c.* 12. *& seq. & c.* 17. *in princ.* Camill. Borrell. qui neminem exprædictis adducit, *de præst. Reg. Cathol. c.* 43. *per tot.* Fr. Greg. Garc. *lib.* 1. *de Ind. orig. Hisp. c.* 3. §. 6. Dom. Gregor. Lop. Madera *in histor. Montis sancti c.* 16. Didac. Valdes *de dig. Reg. Hisp. c.* 12. *n.* 8. Anton. de Herr. *in hist. gen. Ind. decad.* 1. *lib.* 1. *c.* 1. Marr. Delr. *in adag. sacris*, 1. *tom. adag.* 723. *in fin.* Fr. Joan. à Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 15. *c.* 44. & Fr. Basil. Pont. *var. disp. q.* 8. *expos. c.* 4. Pro cujus confirmatione & illustratione sequentia argumenta & testimonia aliis levioribus omissis, efficaciter considerari posse videntur.

Primum, quod, ut rectè observant Legionens. Acost. Maluend. Mader. & Basil. *ubi suprà*, non est verosimile, Scripturam divinam, quæ † adeò 3
ampla est, & fœcunda, ac sublimibus mysteriis abundans, de tanti Orbis inventione, conversione & subjugatione aliquid Prophetarum oraculis non adumbrasse, cum † hoc in se maximum, 4
& omnino memorabile fuerit, & ad Ecclesiæ rationes & Evangelicl cursus, atque progressus historiam summopere pertinens. Solet † quippe Deus 5
magnarum rerum fundamenta multo ante jacere, ut tradit Nazianz. *orat.* 18. earumque mentionem † Prophetarum suorum vaticiniis inclusas, licèt 6
sub involucris verborum, posteris tradere, non antè cognoscendas à nobis, quam ipsi rerum eventus tamquam illato lumine, sinuosis & tenebrosis scriptis irradient. Quod eleganter expressit D. Iren. *lib.* 4. *contra hæreses cap.* 43. inquiens: *Vatticinia occulta sæpe non intelliguntur donec completa sint.* Et de † Sibyllinis oraculis docet Procopius *lib.* 1. 7
de bello Goth. dum ait: *Sibyllinorum oraculorum mentem ante rem gestam aperire homini arbitror impossibile.* Et generaliter confirmari potest ex iis, † quæ de inspiratione Spiritus sancti per Prophet. 8
loquente, & de nimia obscuritate & difficultate intelligendi & aperiendi Prophetias, nisi Ipse Deus earum intelligentiam concesserit, tradit D. Petr. *epist.* 2. *c.* 1. *vers.* 20. & 21. D. Hieronym. *lib.* 14. *in Ezechiel. c.* 45. D. Augustin. *in lib. quod apparuit Deus Moysi, ad finem*, D. Justin. Martyr *in dialog. cum Typhon.* D. Iren. *lib.* 2. *c.* 4. D. Chrysost. *homil.* 25. *in Genesi.* D. Gregor. *homil.* 1. *in Ezechiel.* & Theodoret. *in prolog. in Daniel.* quos in simili refert Bernard. Aldret. *lib.* 2. *antiq. Hisp. c.* 18. *pag.* 296. *&* 297. P. Suar. *tract. de Fide disput.* 5. *sect.* 3. *n.* 11. *&* 12.

Secundò, in prædictæ sententiæ confirmationem expendunt Thom. Bocius & Valdes. *ubi suprà*, & Camill. Borrell. *dicto c.* 43. *num.* 60. & Anton. Cervera *in lib. de obitu Reg. Philip. II. discurs.* 2. *c.* 20. verba illa † Psalm. 71. *Et dominabitur à mari usque ad mare & à flumine usque* 9
ad terminos Orbis terrarum: Coram illo provident Æthiopes, & inimici ejus terra lingent. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent. Reges Arabum & Sa- 10
ba dona adducent, Isai. † *c.* 43. *Noli timere, quia ego tecum sum, ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni Da & Austro: Noli prohibere. Affer filios tuos de longinquo & filios meos ab extremis terræ.* Et *c.* 49. *Dedi te in fœdus populi mei, ut suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas, & diceres iis, qui vinciti sunt. Exite, & qui in tenebris sunt: Revelamini.* Et rursus *c.* 51. *Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clavos tuos consolida, ad dexteram enim, & ad lævam penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit, & civitates desertas inhabitabis.* Quæ loca & plurima alia similia, quæ de Regno *Christi*, & Ecclesiæ propagatione in finibus terræ, insulis & mari loquuntur, non obscurè ostendunt ad Australes & Occidentales peninsulas, & incultas Novi Orbis nationes aliquando producendam.

Eamdemque † benedictionem ad Regnum temporale Nostrorum Hispaniæ Regum aptè etiam 11
applicari posse, ipsimet auctores advertunt, quasi eisdem prænunciata, & reipsa concessa fuerit ob curam propagandæ & conservandæ Catholicæ 12
Fidei, quam semper habuerunt. Quod ipsum † quoque antiquum Hispaniæ nomen non absque divino Numine designasse, literis mandavit Fr. Joann. à Ponte *de convent. utr. Monarch. lib.* 3. *c.* 30. §. 1. dicens: *Thubaliam*, sive *Paniam*, vocatam fuisse, quod Chaldaicè & Græcè, idem quod *universa* significant, quasi in varicinium eximiè & universalis totius fere Orbis dominationis, quam prædicandæ Fidei causa consecutura erat.

Neque longè ab eodem vaticinii genere abesse videtur † illud Psalm. 3. *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem* 13
tuam terminos terræ: maximè si D. Hilarii ibidem expositionem sequamur, qui observat, id forsitan dici pro iis, qui in inferna terræ regione, vastaque abyssu incolatum habent, quos tamquam terminos terræ, *Christo* in possessione donatos, Regius Propheta canit, ut juxta Paulum: *In nomine Jesu omne genus flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Quibus sanè † verbis, ut notat Maluenda 14
d. lib. 3. *de Antichrist. c.* 16. *pag.* 150. innuisse & annuntiasse videtur D. Hilar. Antipodas, atque Americanos tandem ad Fidem *Christi* fore reducendos. Hi enim propriè sunt Inferni, vastæque abyssi, seu inferæ regionis, juxta ea, quæ latius diximus *suprà c.* 11. *n.* 26.

Et eamdem Occidentis conversionem & redem- 15
ptionem in forma sanctissimæ † Crucis, ex qua So-

ter noster pependit, agnoscunt Nyssenus *in orat. 1. de resurrectione*, Nazianzen. *in Apologet. orat.* 1. Damascen. *lib.* 4. *de Fide, cap.* 12. *circa medium.* D. Hieron. *super. Marc. cap.* 15. sic inquiens: *Ipsa species* † *Crucis quid est, nisi forma quadrata mundi? Oriens de vertice fulgens, Arctos dextra tenet.* 16
Auster in læva consistit. Occidens sub plantis firmatur. Unde Apostolus dicit: Ut sciamus, quæ sit altitudo, & latitudo, & longitudo, & profundum. Et Lactan. Firmian. *lib.* 4. *de vera sapient. c.* 26. ubi de *Christo Domino* in cruce pendente sermonem instituens: *Extendit* inquit, *in passione manus suas, Orbemque dimensus est, ut jam tunc extenderet ab Ortu Solis usque ad Occasum magnum populum ex omnibus linguis, & tribubus congregatum sub alas suas esse venturum, & signum illud maximum, ac sublimi frontibus suis susceptarum.*

Atque † huc etiam conferunt secundum Ca- 17
mil. Borrel. *d. c.* 43. *n.* 52. & 53. quæ dicit Matth. *cap.* 24. *A quatuor ventis colliget eos*: quod interpretatur Aug. *in Joan. tract.* 118. *A quatuor mundi partibus Aquilone, Meridie, Oriente & Occidente*, sive ex abditissimis terræ locis, ut subjungit Paul. Palac. *ibid.*

Tertiò, in comprobationem ejusdem annuntiationis Evangelii in his Novi Orbis regionibus per Hispanos ultimis Ecclesiæ temporibus prædicandi Gentiumque ibidem commorantium ad *Christi* ovile deducendarum, prima alia Isaiæ vaticinia considerari possunt, † qui, ut dicit 18
D. Hieron. *in epist. ad Eustochium*, vocatur *Apostolus & Evangelista*, & ejus scriptura continet omnia Sacramenta: Sed † præcipua † verba, & 19
expositiones eorum latissimo sermone proponit Dom. Gregor. Lop. Mader. *d. c.* 16. ubi nimis extollit illud *c.* 42. *vers.* 10. *Cantate Domino canticum novum, laus ejus ab extremis terræ: qui descenditis in mare, & plenitudo ejus insulæ, &c.* & *c.* 24. *vers. Cùm glorificatus fuerit Dominus inhiens de mari, propter hoc in doctrinis glorificate Dominum, insulis maris nomen Domini Dei à finibus terræ laudes, audivimus gloriam justi.* Et Camil. Borrel. *d. c.* 43. ubi etiam expendit similes alias auctoritates Jerem. *c.* 3. 23. 31. 32. 50. Ezech. *c.* 37. Oseæ 3. Soph. 5. Joan. *c.* 10. *Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile & unus Pastor.* Matth. *c.* 8. Luc. 13. *Quapropter multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac & Jacob in regno cœlorum.*

Verum inter reliquas, admodum notabilis est, & peculiari observatione dignissima, illa obscura, & interpretum variis commentationibus obscurior reddita, ejusdem Isaiæ prophetia *c.* 18. ubi inquit †: *Væ terræ cymbalo alarum, quæ est* 20
trans flumina Æthiopiæ, qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite Angeli veloces ad gentem convulsam & dilaceratam, ad populum terribilem post quem non est alius, ad gentem expectantem, & conculcatam, cujus diripuerunt flumina terram ejus. In quibus verbis exponendis valdè & variè laborant antiqui & recentes sacræ Scripturæ Interpretes, ut constat ex iis, quæ addiderunt Pintus, Ferrer. Vatabl. Arias Montan. Leo Castrius, & novissimus Gaspar Sanch. *ibid.* Federic. Lumnius *lib.* 4. *de extrem. judic. c.* 4. Joan. Ferdin.

in Thesaur. sacr. Script. lib.1. c.58. Riber. *super Sophon. c. 3.* Maluend. *lib.3. de Anti.christ. c. 12.* Mar.Delr. *in adag.sacris,1.tom. adag.723. & seq.* Pineda *de reb. Salom. lib. 4. c. 14. §. 3. pag. 191.* & Fr. Joan. à Ponte *d. lib.3. c.1. cum multis seq.* qui nullum non lapidem movet, ut vaticinium istud de Hispaniæ nostræ conversione accipiendum ostendat.

21 Sed † communior interpretatio est, sicuti ex eisdem Auctoribus constat, ut accipiatur de navigationibus à Lusitanis causa prædicandi Evangelii initis & susceptis ultra flumina Æthiopæ, in totam illam oram, & regionem Orientalem Indiæ ac Sinarum, ab Indo flumine ad extremam usque Chinam & Japonios, quod etiam securè admittit P. Rebell. *de obligat. just. lib. 18. quæst. 23. sect.3.* Par. Joan. Lucena *in vita S. Xaverii, lib.5. cap.21.* & novissimè Seraph. Freitas *de justo Imp. Asiat. c.4. n. 8.* & latius cæteris prosequitur Maluend. *d. c. 12. vers. Celerum, ex pag. 131.* qui hanc opinionem valdè probabilem dicit, & aptam & meritò cohærentem cum verbis,& instituto sacri Vatis per duodecim integras columnas egregiè demonstrat. Qua in expeditione cùm multum laboraverint † religiosissimi Patres Societatis *Jesu*,
22 inquit Lumnius *ubi sup. lib. 2. c. 6.* eis congruere appellationem *Angelorum velocium*, de quibus loquitur Isaias *d. c.18.* & *nubium volantium*, de quibus agit *c. 6.* & eum refert & sequitur Rutil. Benzon. *lib.1. de anno Jubil. c.8. pag. 39.* licèt D. Thom. *in opusculo de Religione*, omnibus Religionibus Mendicantibus eadem verba Isaiæ optimè etiam, & piisimè, applicet.

23 Quæ sententia & expositio aliis ansam præbuit, ut non minus † propriè, & verè, eumdem locum accipiant, & exponant de inventione & conversione hujus Novi Orbis ab eisdem Hispanis facta, ut constat ex Montan. *ubi suprà*: Delr. *dict. adag.723. in fin.* Joseph. Acost. *lib.1. de nat. Novi Orb. cap.15.* Borrell. *d. c.43. ex num.30. ad 46.* Maluend. *d. c. 12. pag.137. in fin.* Gregor. Garc. *lib.1. c.3. §.6.* Thom. Boc. *d. lib.20. c.3. pag.32. & cap. 6. ferè per tot.* Basil. Pont. *d. quæst. 8. exposit. cap.4.* & omnium elegantissimè Luisio Legionens. *in d. c. ult. sup. Abd. ex pag. 663.* Quos
24 licèt rejiciant Ribera & Rebell. *sup.* & † Gasp. Sanch. *in eod. c.18. num.1. pag. 196.* dicens, eorum expositionem non solùm novam, sed etiam alienissimam à toto textu, reliquis interpretibus visam esse, & se non credere, quòd Ita ejus assertæ sentiant, sed quòd elati patriæ studio, ejus laudi intemperantiùs indulgeant quàm sacræ historiæ fides persuadeat; mihi tamen ab Isaiæ vertibis excedere non videtur. Quasi † sensus eorum
25 sit, Hispaniam, quam per periphrasim, *Alarum cymbalum* vocat, vel ut vertunt Septuaginta, *Navium alarum*, id est, terram navigiis abundantem, aut navigationibus, atrequenavigandi celebrem, quæ naves & earum vela impulsa ventis sonitum cymbalorum imitantur, vel inter navigandum instar avium volantium perstrepunt:ut cum Symmacho,& aliis exponit Pined. *ubi supr.* Dei jussu & mandato *legatos* suos,id est,Evangelii *nuntios*, & *Prædicatores* cum maxima celeritate missuram ultra flumina Æthiopæ, id est, ad hujus Orbis nuper reperiri incolas, *In vasis papyri super aquas*, id
26 est, in † navibus velocibus & papyraceis, quibus olim navigatio Indica & Ægyptia fiebat, ut tradit Herod. *lib. 2.* Plin. *lib.6. c. 22. & lib.7. c.56. & lib.13.c.11.* Strab. *lib.17.* Solin. *cap.56.* & Lucan. *lib. 4.*

=Sic cùm tenet omnia Nilus,
Conteritur bibula Memphitis cymba papyro.

Quos incolas hujus Novi Orbis, etsi propriis non appellet nominibus, suis tamen coloribus ita pingit,ut eos prope oculis subjiciat. Nam † eos *gen-* 27
tem convulsam vocat, quod ab aliorum antiqui Orbis hominum commercio longè divisi essent, vel ipsi inter se dispersi viverent, aut per immensa terrarum spatia longè, lateque diffusi, *Dilaceratam*, verò, *conculcatam & terribilem*, ob corporis ipsorum habitum & squalorem, abjectissimam vitæ conditionem, ingenium ad serviendum natum, & ob incultos, ac ferinos mores, quibus ut plurimum prædiri erant. *Postquam non est alia, & expectantem*, quod ultimi essent hi populi ex omnibus gentibus, quibus Evangelium promulgaretur, & dirà, multumque à diluvio ad extrema usque mundi tempora lætum, & salutare illius nuntium expectarent,id est, tanti beneficii munere,quamquam necdum sibi cogniti, caruissent.Cui expositioni non minus aptè respondent aliqua verba, quæ posteà ab eodem Isaia in illo loco subduntur; ut eleganter ostendunt Legionens.& alii ex *suprà* relatis. Nec refragatur † particula 28
Veh, quâ exorditur, quæ dolentis & comminantis esse solet, ac propterea non convenit Hispanis, quibus potius jucundum, & gloriosum erat, ac proinde gratulandum magis quàm dolendum, & succensendum, dissitas illas nationes sui Regis imperio subjugare, & intra Ecclesiæ septa per Evangelium adigere. Nam respondemus, diversimode dictionem illam in Scriptura Sacra usurpari solere, juxta ea, quæ latè congerit Bercorius *in suo dictionario, verb. Veh*, & aliquando signum admirantis esse, ut ibidem intelligi docet Adamus Delph. relatus à Borrell. *d. c.43. num. 31.* & allos, ut Sanctes,Pagn. Isidor. Clarius, & Phorer. pro *Veh*, ponere, aut vertere, O, vel *Heus*, quasi Hispanos, ad quos sermonem destinat, attentos, & tanti nuntii præmonitos reddat, ut ajunt Maluend. Rebel. & alii ex *suprà* relatis.

Quartò, pro eadem annuntiatione, & promissione conversionis & subjugationis Novi Orbis per Hispanos faciendæ, perpendi potest illud vaticinium † Abdiæ Prophetæ *c. ult* ubi post alia 29
sic habet: *Et transmigratio Jerusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit civitates Austri, & ascendet Salvatores in montem Sion, judicare montem Esau, & erit Domino Regnum.* Etenim quamvis contradicant Forster. & Ribera *ibid. num. 107. & seq.* & Pined. *d. lib. 4. de reb. Salom. c. 14. §.2. pag.199.*alii plures Auctores ad hanc conversionem Novi Orbis intrepidè applicant, & præcipuè Arias Montan.& Legionens. *ibid.* Guido Buderian. Zummarrag. Acost. & Greg. Garc. *in locis suprà relat.* & doctissimè Maluend. *dict. lib.3. de Antichrist. c. 17. per totum.*

Quibus facem prætulisse videtur † Paul.Burg. 30
dum multis annis ante ejusdem orbis detectionem scripsit,sibi videri eo capite prædici gentium quarumdam ipsi ignotarum extremo mundi tempore ad

ad fidem Christi conversionem futuram, quod in nulla alia veriùs, aut commodiùs impleri potuit.

Juxta quam sententiam, Abdiæ sensus erit, fide-
31 les, qui Hispaniam habitaturi erant, † quam ob veri Dei cultum & zelum, transmigrationem Jerusalem vocat, vel ob id, quod plures coloniæ Judæorum ad eam diversis temporibus transmigrarunt, ut latè ostendit Maluend. *dict. cap. 17.* & Fr. Joan. à Ponte *de convenient. utr. Monarch. lib.2. c.16. §.1. pag.184.& c.17. §.1. pag.188.& c. 24. §. 1. pag. 251. & seqq. & lib. 3. c. 3. §. 4. pag.21. & c.5. §. 4. pag. 30. & c.13. §. 3. pag.91.* Civitates Austri possessuros,id est, Novum hunc Orbem, qui Hispaniæ Australis est, aut certè in plurimum sub Australi plaga constitutus. Et ita demum Evangelio per universum mundum præ-
32 dicato, supremi judicii diem eventurum, † quando Deus publicè de singulorum vita, atque factis sententiam feret, Salvatoribus, id est, Apostolis, reliquisque Sanctis ad judicium secum vocatis, quibus hoc Christus promisit apud Matth. *c. 19. vers.18.*

Quæ interpretatio manifestior redditur ex eo
33 quod † juxta Hebraicam lectionem, ubi Vulgata *Bosphori* nomen vertit & apposuit, reponitur nomen *Sepharad*, quo Hebræi *Hispaniam* nominare solebant; & idem Chaldaica paraphrasis magis etiam apertè ostendit, dum transtulit: *transmigratio Jerusalem, quæ est in Hispania.*

Et quod inter diversa nomina, quibus His-
34 pania † nostra olim vocabatur, quorum latè meminit Lud. Non. *in Hisp. c. 1.* Maluend. *lib.5. de Antichrist. c. 12.* Gorop. Becan. *lib. 4. rer. Hisp.* Marian. *de reb. Hisp.lib. 1. c. 1.* Mader. *de excell. Hispan. Monarch.c.3.*Pined. *de reb.Salom. d. lib.4. c. 14. §. 2. pag. 188. & 189.* & Fr. Joan. à Ponte *d. lib. 3. c. 28. §.2.* unum & satis nobile esset illud, *Sepharad*, quo Abdias usus refertur optimè ultra *suprà* dictos, de ejusdem etiam Abdiæ expositione agentes, probant Biblioth. Hisp. *tom. 1. c. 1.* Lyran. Burgens. Pagnin. Vatabl. Clar. Zamorens. Marin. Palac. Arias Montan. & alii relati à Maluenda *d. c. 17. pag. 152.* Fevardent. *in notis ad D. Irenæum, lib. 1. c. 3.* Paraphras. Chald. Rabbi Jonath. Abenhuciel, & Sedet Holam Hebræorum, Minorita *in triumpho Christi, tit 19. fol. 211.* Anton. Posevin. *in Biblioth. 2. tom. lib. 16. c. 14. pag. 356.* Zamalloa *lib. 4. histor. Hisp. c. 14.* Fr. Joan. à Ponte *dict. §. 2. & lib. 3. c. 17. pag. 53. c. 19. §. 1. pag.122.* & Didac. Matute *in prosapia Christi, 2. ætate, c. 3. fol. 78.* & novissimè Fr. Joan. Salaz. *in Politic. Hispan. annot. 9. pag. 391.* Ubi ajunt, † Ju-
35 dæos olim per varias Orbis regiones dispersos, ex nomine Sepharad *Sepharadios* dictos, quod illi se ab iis, qui in Hispanias transmigrarunt, ori-
36 ginem ducere, gloriarentur. Et † Arias Montan. *supr.* solerti satis ratione ductus, existimat, transpositis literis à *Sepharad* Hesperidam sive Hesperiam deduci, quo etiam nomine Hispania antiquitus vocabatur, ut advertunt *suprà c. 9. num. 63.*

Quintò, in † eamdem rem adducitur, & ex-
37 plicatur à Luis. Legion *super Cantic. cap.8. pagin. 432. & seq.* illud, quod habetur *in eod. cap. vers. 8. Soror nostra parvula est, & ubera non habet; quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?* Scribunt enim Hebræi quidam Doctores, hæc dici de gente ultra flumina Æthiopiæ ad Dominum tamdem adducenda. Quæ certè gens hæc ipsa est, de qua agimus, eamque sponsa intelligit sub persona sororis natu minoris, & parum formæ præstantis. De cujus collocatione ideò solicitari dicitur, quia in die quando alloquenda est, id est, quando mediante Hispanorum prædicatione vocanda est ad Fidem, & ad cœlestes agni nuptias suadenda parvula est, & ubera non habet, id est, imbecilla est, & mentis acumine, & rectæ institutionis, atque doctrinæ uberibus caret, quibus alli possit. Eo quòd homines isti agrestes, ac barbari, & duris in plurimum moribus instituti, parum apti Evangelio suscipiendo videntur. Quod sicut in bona satum terra fructum edit uberrimum, sic ineptæ commissum, ac sentibus plenæ, malè provenit.

Unde † gens ista, quæ his omnibus malis la- 38
borare dignoscitur, minus uberes fructus tulit, quàm olim tulerunt gentes, quibus principio Ecclesiæ annuntiatum est Evangelium. Atque ideò subjungit: *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea, si ostium compingamus illud tabulis cedrinis*, significans, † ad prædictas 39
difficultates tollendas, cùm earum gentium conversionis tempus advenerit, quod in eis, aut deest, aut pravum est, arte, & industria corrigendum esse, & interdum vim aliquam, & armorum terrorem adhibendum fore.

Cujus rei, ut ipse Legionensis scribit, quædam significatio, atque prædictio in prædictis metaphoris inest. Nam neque muro addi propugnacula possunt, neque cedrinæ fores confici sine ferro, atque vi. Nisi dicere velimus, istis argenteis, & cedrinis propugnaculis, atque ostilis, † divitias harum Novi Orbis regionum sig- 40
nificari, quarum illecebræ majores Hispanis animos addiderunt, & quotidie addunt, ut conversionis earum curam susciperent, & susceptam conservare, atque in dies magis ac magis promovere conentur, ut pulchris verbis scribit Joseph. Acost. *lib. 3. de procur. Ind. salute, cap. 18. pagin. 352.* Dei bonitatem, summamque providentiam admirans: *Qui pro nostrorum hominum ingenio, ut gentes adeò remotas, & barbaras Evangelio adjungeret aurum argentumque his terris tam copiosè donavit, hisque veluti illexit nostrorum cupiditatem, ut si caritas non invitaret animarum, auri saltem cupiditas incitaret.*

Quo in sensu accipit etiam Thom. Boc. *dict. lib. 20. cap. 3. pag. 319.* illud † vaticinium *in Isaiæ* 41
c. 60. Qui sunt isti, qui ut nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Me enim insulæ expectant, & naves maris in principio, ut adducam filios tuos de longè, argentum eorum, & aurum eorum, cum eis, nomini Domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificavit te. His etenim verbis nihil propriùs significare potuit Isaias, quàm nova hæc, & insolita, ac pene aërea Hispanorum itinera, qui suis celerrimis, & continuis navigationibus, veluti aërem secantes, columbarum more ad has Occiduas, & ad Eoas Indias properarunt, ut Christi doctrinam disseminarent, eique, & ejus Ecclesiæ de populis adeò longinquis tot filios adducerent: & simul argentum, & aurum, quò, ut satis constat, hæ Provinciæ affluentissimæ gaudent,

dent, & ubertimè Hispanas nostras otas quotannis adimplent.

42 Quinimò † aliud etiam expressius signum in verbis Isaiæ reperiri posse considerat Boc. *ubi suprà*, si tentare velimus Propheram sub vocabulo illo *Columbæ* voluisse quodammodo alludere ad Christophorum Columbo, qui novis iter primus ad regiones illas aperuit. Has enim alludendi formas Hebræis frequentissimas esse, ipse Bocius ostendit.

43 Sextò, non † minus aptè eadem hujus Novi Orbis conversio designata videri potest ab eodem Isaia *cap. 66.* ubi cum docere vellet, ad mundi finem omnes gentes congregandas esse, ut ad Domini gloriam videndam accedant, ut ostendat, qualiter hoc ad effectum perducendum sit, hæc in verba prorumpit: *Venio, ut congregem cum omnibus gentibus, & linguis, & venient, & videbunt gloriam meam. Et ponam eis signum, & mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam, in Italiam, & Græciam, ad insulas longè, ad eos, qui non audierunt de me. Et annuntiabunt gloriam meam Gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum Domini.*

44 Etenim † signi nomine, sub quo tot gentes congregandas esse, Isaias vaticinatur, signum Crucis haud dubiè intelligitur, de quo idem Isaias *cap. 5.* in simili dixit: *Et elevabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet.* Et Matth. *cap. 24. Tunc patebit signum Filii hominis in cælo.* Ubi Hieron. inquit, signum esse Crucem. Et eodem

45 modo † accepit glossa verba: *Signum Dei, in l. Titia 38. §. Scia. ff. de aurò, & arg. leg. & in tit. C. nemini licere signum Salvatoris Christi humi insculpere, aut pingere*, ubi alia tradunt Cujac. & Gothofred. idem Gothofred. *in notis ad Novell. Leon. 72.* Bern. Walth. *lib. 2. Miscell. cap. 2.* & Just. Lips. *in notis ad lib. 3. de Cruce, c. 15.*

46 In quo sancto, & salutifero † signo, ac ligno plures hujus Novi Orbis Provincias vocatas, & plurima ibidem miracula operata esse latè ostendit Joan. Barros *decad. 3. cap. 11. & decad. 5. cap. 2.* Gomar. *in 2. part. hist. Ind. Occid. c. 34. 46. & 81.* Alan. Cop. *dialog. 4. cap. 16.* & nos *infra lib. 2. cap. 5. ex num. 12.* alia Deo dante dicemus.

47 Eorum autem nomine, qui *salvati* † *sunt* Hispanos significat Isaias, quorum opera, ut notum est ad remotissimas quasque nationes veræ Fidei lumen illatum videmus, & præsertim ultimis hisce temporibus ad Orientales, & Occidentales, quarum miseri habitatores numquam *Dei Opt. Maxim.* gloriam agnoverant, & in cœca tot errorum caligine pererrabant. Quo factum est, ut plurimi à servitute peccati, in Christianam libertatem asserti, ipsi Deo in donum adducerentur, quo nullum ei gratius offerri potest.

Quam expositionem expressè admittit Legionens. *ubi suprà*: Joseph. Acost. *de proc. Ind. salut. lib. cap. 6.* Camil. Borrel. *d. cap. 43. n. 53.* & Thom. Boc. *d. cap. 3. pag. 320.* qui ad eam magis constabilendam, perpendit, in editione

48 † vulgata sic legi: *Mittam ex eis evasores ad gentes Tharsis: Phul trahentes arcum, Thubal & Javan ad insulas longinquas.* Nam cum sanctus sermo brevitatis amantissimus paucis multa etiam inter se dissimillima complectatur, nomine † *Javan*, non *Joniam* modo, à qua Græci profecti sunt, designavit, sed quæcumque eo vocabulo regiones continentur. Constat porrò in his novis Provinciis ab Hispanis repertis, tres esse nominis illius amplissimas insulas, Javam scilicet majorem, ac minorem, quæ Molucis adjacent, & Japam positam è regione Sinarum; de quarum situ, & descriptione aliqua diximus *suprà cap. 3. num. 45.* 49

In † quibus cultus Christi Hispanorum religiosorum prædicatione maxima incrementa fecit, & in donum Domino perductæ videntur: adeò, ut superioribus annis plures legati Romam venerint, ut obedientiam Pontifici Romano Japonensium Regum nomine pollicerentur, & dona pretiosissima asportarent: de quibus meminit Bocius & Borrel. *ubi suprà num. 55.* & peculiarem historiam scripsit Guido Gualter. Maluenda *de Antichrist. lib. 3. cap. 13. pag. 138.* Petr. Matth. *in notis ad constit. Summ. Pontif. sub Gregor. XIII. pag. 843. & seqq.* ubi hujus legationis annum hoc numerali disticho eleganter designat: 50

InDIa tres Reges fIDeI sUb pIgnore Papæ
ObVLIt, Ita jUbet, qVI regIt astra DeVs.

Et de alia ultimi anni 1615. missa ab Idate Massamune Rege Voxij in Imperio Japonico ad Paulum V. P. M. plenam relationem facit Fr. Abraham Benzovius *in continuat. annal. Baronii, t. 13. in fine.*

Adstipulatur his, † quod de Thubal ab Isaia 51
in prædicto loco subjicitur, quam vocem licet Vulgata *Italiam* interpretetur, commodè tamen pro Hispania accipere possumus, quæ *Thubalia* vere dicta fuit, utpotè à Thubale nepote Noë, & quinto filio Japhet coli & habitari cœpta, ut constat ex iis, quæ diximus *suprà cap. 9. num. 58.* & ex Florian. *lib. 1. hist. Hispan. cap. 4.* Pined. *in Monarch. lib. 1. c. 18. Paralipom. Hispan. lib. 1. cap. de primis Hisp. incolis Anacephaleosis cap. 3.* Archiep. Roder. *lib. 1. cap. 3.* Teraphæ *de Reg. Hisp. cap. 1.* Valera *2. part. c. 1.* Marian. *de reb. Hispan. lib. 1. cap. 7.* Madera *de excell. Hispan. c. 3.* Camill. Borrel. *de præst. Reg. Cathol. c. 68. num. 48.* & plurimis aliis relatis à Fr. Joan. à Ponte *d. lib. 3. cap. 32. & 33.* ubi in hoc eodem loco Isaiæ explicando versatur quamvis ef alias expositiones accommodet.

Septimò, † idem cum Isaia annuntiare videtur 52
Sophonias *cap. ult.* ubi eamdem mundi consummationem designans, & quomodo tunc omnes gentes congregandæ sunt, ut Deo uno, ore, & humero uno deserviant, ita subdit: *Ultra flumina Æthiopiæ inde supplices mei, filii dispersorum meorum deferent munus mihi.* Quibus verbis significare voluit de ultimis Indiæ, Sinarum, Japoniorum, & aliis hujus Novi Orbis finibus supplices, oratores, & legatos gentium dispersarum, & à vera Dei cognitione alienarum in Christi, & Ecclesiæ obedientiam venturos, magnificaque ei munera allaturos. Nimirum ipsis Evangelii luce per Hispanos, ut videmus aperta. Etenim † ad hos dis- 53
persos in unum congregandos *Jesum* moriturum esse Cayphas prophetavit, ut habetur Joan. *cap. 11. Sed cùm esset Pontifex anni illius prophetavit, quod* Jesus *moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant disperti, congregaret in unum.*

54 Has autem gentes † ultra flumina Æthiopiæ esse, inquit Sophonias, prout & Isaias *d. cap. 18.*
55 in Hebræo tamen est, † *Chus* quo Hebræi eas omnes regiones significabant, quas magnis terrarum spatiis versus Orientem filii Chus, & ejus posteri occuparunt; in quibus non solùm Æthiopia interior, sed & aliæ juxta Sinum Persicum, atque ultra ipsum positæ usque ad Sinas, & Novi Orbis terras continentur. Quod idem magis insinuat Paraphrasis Chaldæa, quæ ut restatur Arias Montan. Vatabl. & Ribera ibid. & Maluend. *l. 3. de Antichrist. cap. 13.* loco illorum verborum: *Ultra flumina Æthiopiæ*, vertit, *ab ulteriori ripa fluviorum Indiæ.* Et ita licet Ribera huic Sophoniæ explanationi, quam tradimus, parum æquas aures adhibeat: illam tamen secutè probant Federic. Lumn. *dicti. lib. 2. de extrem. Dei judic. cap. 10.* Joseph Acosta. *d. lib. 1. de nat. Novi Orbis, cap. 15. pag. 41.* Fr. Luisius Legionens. *super Abdiam d. cap. unico, pag. 667.* Thom. Bocius *d. cap. 3.* Maluenda *d. cap. 13. pag. 138.* Camill. Borrell. *d. c. 43. num. 57. in fine*: & novissimè
56 † Fr. Basil. Pont. Legionens. *in doctio illo variarum disputationum libro, quæst. 8. expos. cap. 4. pag. 475. ad finem.*

Quo in capite, hoc idem argumentum conversionis Novi Orbis in veteri testamento varijs locis prænuntiatæ sibi tractandum proposuit, & cum in *suprà* dictis exponendis, parum aut nihil immoretur, sola Luisii Legion. Magistri sui allegatione contentus: ex ejusdem tamen doctrina, & auctoritate subjungit, ad eamdem prædictio-
57 nem omnimò spectare † *Psalm. 64.* ubi cùm Regius Vates animo voluerit Judæorum ad *Christi* Fidem reditum postliminio, & Gentium extremis mundi temporibus vocationem, & ab omnibus in Ecclesia laudes Deo canendas, diceret: dum vocationis Gentium meminit, videtur has regiones Novi Orbis, & quod in earum conversione accidit mirificè in illis versibus delineare: *Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè. Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia, qui conturbas profundum maris sonum fluctuum ejus. Turbabuntur gentes, & timebunt, qui habitant terminos à signis tuis, exitus matutini, & vespere delectabis. Visitasti terram, & inebriasti eam; multiplicasti locupletare eam, &c.*

Constat enim, Deum tamdiu expectatum his gentibus Americanis, læto Evangelii nuntio, se nunc manifestare voluisse, quæ in ultimis terræ finibus, & post longa maris intervalla occultæ ja-
58 cebant. Et ad hoc † facilius consequendum, constat etiam, eumdem piissimum Dominum ab antiquo virtute, & potentia sua montes harum regionum præparasse, id est, argento, & auro, ac pretiosissimis quibusque replesse, ut sic homines ad eos perquirendos illicerentur, & Evangelium annuntiarent, ut etiam probavimus *suprà hoc cap. num. 40.* & dicemus *infrà c. seq. n. 96.*

59 Quod in † causa fuit, ut profundum maris & sonus fluctuum ejus conturbaretur, hoc est, ut vastissimus, & anteà impervius Oceanus, copiosis, & frequentibus nostrorum hominum classibus, & navigationibus adiretur. Ad quorum † primum 60
adventum, & signi Crucis, & Evangelii ostensionem, & prædicationem, nemo ignorat, quantum hæ Indorum gentes turbatæ, & commotæ fuerint. Necnon etiam aliis signis, id est, miraculis, ac portentis, quæ in ejusdem Evangelii comprobationem passim facta comperimus, de quibus alio loco tractabimus. Unde † effectum est, ut ex- 61
tus matutini, & vespere delectabiles fuerint, id est, extremæ Orientis, & Occidentis regiones ad Fidem adductæ, Deo gratissimæ extiterint, & multis donis, & beneficiis repletæ, quæ in sequentibus carminibus à Prophera Regio exponuntur, qui simul Evangelii cursum in illis locis sub metaphora anni fœcundi, & uberratis allarum rerum temporalium eleganter describit.

Expendit quoque, & exornat idem auctor in eamdem rem † aliud vaticinium ex *lib. Job. c. 28.* 62
quod à nemine præter Luis. Legionensem animadversum profitetur, cùm tamen illud olfecisse videatur Anton. Herrera *in hist. gen. Ind. decad. 8. lib. 1. cap. 1.* Eo enim in loco cùm Job ostendere vellet, omnia quantumvis abdita, & ab oculis hominum remota fieri posse, ut aliquando, vel temporis lapsu, vel hominum industria, & diligentia lucem accipiant, solàm autem sapientiam nisi à Deo donetur, nec pecunia emi, nec arte humana comparari posse, sic ait: *Dividit torrens à populo peregrinante eos, quos oblitus est pes egentis hominis, & invios. Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subversa est, locus saphiri lapides ejus, & glebæ illius aurum. Semitam ignoravit avis, neque intuitus est eam oculus vulturis. Non calcaverunt eam filii institorum, nec transivit per eam leæna, &c.* Quibus verbis, satis graphicè hic Novus Orbis, & ejus gentes, & divitiæ depingi videntur, quæ cum ingentis Oceani spatiis (quem Job metonymicè, vel per elatosin, seu diminutionem, *torrentem* appellat) à nobis divisæ tamdiu in oblivionis tenebris delituissent, & hominibus quantumvis curiosis, & navigationibus, & negotiationibus deditis, ignoratæ essent: quinimò, & avibus, & aliis animantibus impervias, tamdem occultis, & secretis Dei judiciis, majorum nostrorum ætate Hispanæ nationi patuerunt, auri, & argenti, saphyrinorum, aliorumque pretiosiorum lapidum & margaritarum eximiam copiam habentes, licèt in aliquibus locis propter ignivomos montes, & vulcaneos flatus, qui in his regionibus reperiuntur, terras fructiferas flammis subverti contingat: de quo plura diximus *suprà c. 7. n. 55.*

Atque hæc † de sactorum librorum varicinijs 63
& oraculis tradidisse sufficiat, quæ specialiùs Fidei, & simul Imperii semina per Hispanos in Novo isto Orbe jacienda esse, tot retro seculis annunciare videntur. In quibus congerendis & expendendis, non frustrà me laborasse arbitror; quonìam etsi aliqui collegerint aliqua, nullus tamen adhuc omnia proposuit, & consideravit ut singula. Et qui de nostrorum Regum jure in ejusdem Orbis occupatione, & retentione muniendo & srabiliendo sermonem paramus, non parum profecisse credemur, si hæc divinæ vocationis cœmenta firmaverimus.

Præcipuè † cùm magni etiam momenti videa 64
tur, ut Indi facilius ad Fidem protrahantur, si concio-

cionatores nostri eis inter aliqua has adeò antiquas sacrorum Vatum prædictiones, de ipsorum conversione loquentes aperiant, ut benè advertit Maluenda *d. lib. 3. de Antichrist. cap. 10. in fin.*
65 adducens exemplum † Alexandri Magni relatum à Joseph. *lib. 11. antiq. cap. 8.* qui Judæis admonentibus, ipsum esse, quem Daniel Propheta longè antè prævideràt eversurum Persarum Imperium, vehementer lætatus fuit.

Cui addere licet ob eamdem maximè causam
66 divino consilio factum esse, † ut Judæi per omnes gentes usquequaque dispersi habitent, ut quæ à Christianis prædicantibus Evangelium Prophetarum vaticinia proferrentur, ea Ethnici in Judæorum libris legentes, non esse Christianorum figmenta intelligerent, quin potius Evangelium tot, tamque manifestis antiquorum Vatum oraculis confirmatum, proniori assensu, studioque amplecterentur, ut testatur D. Hieronym. *sup. Isaiam cap. 16.* August. *lib. 18. de Civit. Dei, cap. 46.* & 47. Theo. *orat. 10. de provid.* & Fr. Thom. *à Jesu de procur. omn. gen. salut. lib. 4. cap. 4. in fine, pag. 143.*

CAPUT XVI.

De ingenti gloria & majestate, quæ Hispaniæ Regibus & gentibus ob inventionem, lustrationem & conversionem hujus Novi Orbis accessit.

SUMMARIUM.

1 *Patria propria unicuique præstantior aliis videtur.*
2 *Patriæ amor quàm dulcis & potens sit.*
3 *Auctor cur non vereatur Hispaniæ gloriam extollere.*
4 *Hispania non minus laudari volet ab exteris, quàm à propriis.*
5 *Hispania & Hispaniæ Reges summam laudem merentur ob totam detectionem, & conversionem Novi Orbis.*
6 *Rebus arduis, & strenuis immortale nomen debetur.*
7 *Gloria virtutem comitari debet, & ejus veluti umbra esse.*
8 *Auctores recensentur, qui summè laudant Hispanos ob detectionem, & conversionem Novi Orbis.*
9 *Joan. Voorthusii notanda verba de inventione Novi Orbis.*
10 *Navigationes, & peregrinationes Hispanorum in Novo Orbe admiratione dignissimæ sunt.*
11 *Hispani ab antiquo bellicosi, & navigationum, ac rerum novarum studiosi fuerunt.*
12 *Navigationes, & navigantes, ac peregrinantes multis nationibus exosi.*
13 *Locrentes res novas horrebant.*
14 *Ægyptii nautas alloquio non dignabantur.*
15 *Lacones, Sinæ, & aliæ nationes suos cives peregrinari vetabant.*
16 *Regni* Vat incolæ *navigantes à ferendo testimonio repellunt.*
17 *Navigantes insanire, aut mori cupere, aut mendicos esse aliqui dixerunt.*
18 *Navigationis in detestationem, plura* remissivè.
19 *Mare non fecit Deus ad navigandum*, secundùm sententiam D. Ambros.
20 *Mare cur periculis plenum fecerit Deus.*
21 *Novarum rerum studium, & experimentum laudatur.*
22 *Heroes, & sapientes antiqui ad scientiam comparandam peregrinabantur.*
23 *Homerus cur in Hispania peregrinatus fuerit.*
24 *Ulysses ob peregrinationum labores ab Homero laudatur.*
25 *Abrahamum cur Deus peregrinum esse voluerit.*
26 *Peregrinationum utilitas maxima esse voluerit*, remissivè.
27 *Athenienses minoribus, qui biennio non peregrinassent, rerum suarum administrationem interdicebant.*
28 *Patriam interdum negligere expedit, ut sapientiam quis possit adquirere, cum Cariod. & Lypsio.*
29 *Antisthenes Athenienses, domi semper manentes, qualiter exprobraverit.*
30 *Romani cur finxerint currum Cybeles à Leonibus trahi.*
31 *Navigationum usus utilissimus.*
32 *Hispani suis navigationibus omnes alias antiquorum superarunt.*
33 *Navigationum priorum ad Novum Orbem audacia, & pericula carminibus exprimuntur.*
34 *Regnum nullum reperitur, quot tot Provincias patefecerit, & ditaverit, ac Hispanum.*
35 *Utilia, quæ alicui sint reperire, magnam laudem meretur ex Aristotele.*
36 *Deorum in numerum relati fuerunt plures apud antiquos, ob aliqua commoda, & beneficia quæ invenerunt.*
37 *Hispani maxima laus debetur, ob inventionem Novi Orbis, & tot bona, & commoda hominibus inde contexta.*
38 *Petri Martyris verba de laude, & utilitate inventionis Novi Orbis expenduntur.*
39 *Major nihil accidit à mundi constitutione, quàm Novi Orbis detectio*, ex sententia Fr. Luis. Legionens.
40 *Indis ipsis multa, & ingentia commoda attulit Novi Orbis detectio ab Hispanis facta.*
41 *Divinitatis gloriam Romulo, Baccho, Orpheo, Amphioni, Mercurio, & aliis communicavit antiquitas, quod Sylvestres homines civiles, & politicos fecerint, & carmina Horatii ad hoc.*
42 *Regum Hispaniæ majestas, & potentia valdè aucta est ex accessione Novi Orbis.*
43 *Regnum nullum fuit ab initio mundi, quod cum hodierna Hispaniæ Monarchia comparari possit.*
44 *Auctores recensentur, qui expendunt, & extollunt potentiam latitudinem, & divitias Regni Hispaniæ.*
45 *Regibus Hispaniæ inter reliquos primus locus debetur, & quare, & qui auctores de hoc tractent*, & num. 48.
46 *Regis dignitas constitit in multitudine, potentia, & divitiis gentium, quibus dominatur.*
47 *Franc. Petrarchæ carmina expenduntur de laudibus Regis Syphacis.*
48 *Præstantia Catholicorum Regum.*
49 *Chataneus videtur agnoscere præcedentiam Regum Hispaniæ.*
50 *Elisabetha Angliæ, Regina Regis Catholici Philippi II. inter omnes Christianos Principes præstantiam agnovit.*
51 *Reges Hispaniæ quot Regna, & Provinciar in utroque orbe possideant*, remissivè.
52 *Regum Hispaniæ Imperium majus est, quàm Sinense & Romanorum*, & num. 67.
53 *Romanorum Monarchia fuit amplissima omnium, & tamen viginti & pluribus partibus ab Hispana hodie superatur.*
54 *Hispanorum Regum Imperium circumdat totum Orbem.*
55 *Orientis & Occidentis termini, & cœli à terra distantia in sacra Scriptura, & aliis auctoribus hyperbolicè ponuntur.*
56 *Imperii Hispani Monarchia verè petingit terminos Solis Orientis & Occidentis, & excedit distantiam, quæ est inter cælum & terram.*
57 *Ortus ab Occasu longius distat, quàm cælum à terra.*
58 *Persarum Reges aquam, & terram ex omnibus fluviis, & Provinciis ærario suo inferri jubebant, ut sui Imperii magnitudinem ostenderent.*
59 *Hispaniæ Reges veritè, quàm Persæ de dominatione totius Orbis gloriari possunt.*
60 *Hispani Imperii encomia cum Virgilio & Claudiano.*
61 *Paulini carmina de laude & finibus regni Hispani, prophetice scripta videntur.*
62 *Regum & Ducum mos antiquus fuit, ex Provinciis subactis titulos, & nomina sumere.*
63 *Tituli superbi, quos sibi sumit Turcarum Imper. & aliis*

aliis Reges Gentiles, remissivè.
64 *Reges Hispaniæ non possunt facilè scribere, aut numerare omnes titulos suorum Regnorum, aut Provinciarum.*
65 *Caroli V. Imper. symbolum, & præstantius trophæum ex detectione Novi Orbis.*
66 *Symbolum, quod in Ticinnensi Academia positum fuit ad ostendendam latitudinem & magnitudinem Imperii Hispani.*
67 *Aliud Symbolum Ulyssipone positum.*
M. Ægidius Gonzalez Davila Regius Chronista laudatur, & qualiter Ovidii carmina ad Hispanum Imperium detorqueat, ibid.
68 *Regum Hispaniæ præcipua gloria ex cura conversionis Novi Orbis.*
69 *Hispanorum diligentia plures* Christo *nationes dedit, quam omnes aliæ simul.*
70 *Alanus* Copus *fatetur post Orbis conditionem, & incarnationis beneficium, nullum illustrius reperiri, conversione Novi Orbis.*
71 *Jani Boisardi carmina de laudibus conversionis Novi Orbis.*
72 *Auctores, qui laudant, & extollunt Novi Orbis ad Fidem conversionem.*
73 *Ecclesia post conversionem Novi Orbis verè dicitur vitis abundans, & filios habere in circuitu mensæ.*
74 *Hispanorum cura effectum esse, ut hodie omnibus horis, & locis Deo sacræ preces fundantur, pie consideràt, & evidenter probat* Thomas Bocius.
75 *Scripturæ plura testimonia, quæ Deum laudandum omni loco, & ab omnibus gentibus dicunt, hodie impleta sunt post conversionem Novi Orbis.*
76 *Genebrardi testimonium, & consideratio de initio conversionis Novi Orbis.*
77 *Hispanorum opus esse videtur Mauros & Turcas profligare, & Indos convertere.*
78 *Indiæ Occidentalis expeditiones fieri cœperunt à Regibus Catholicis post Maurorum ex tota Hispania expultionem.*
79 *Novi Orbis ad Fidem Catholicam conversio fieri cœpit, quando plures hæretici ab ea discedebant.*
80 *Reges Catholici per conversionem Novi Orbis plus Ecclesiæ dederunt, quam hæretici adimere conati sunt.*
81 *Ecclesiæ numquam defuturæ oracula quomodo impleantur.*
82 *Ecclesia summa Dei providentia ita disponente, ubi in aliqua regione deficit, in aliis augetur.*
83 *Austriaca domus & familiæ augeri capit, quando Turcarum Imperium initium habuit.*
84 *Beatum Ignatium à Loyola, & ejus Societatem videtur Deus contra Lutherum, & ejus sequaces præparasse.*
85 *D. Hilarii verba elegantissima de Ecclesia in persecutionibus florescente.*
86 *Antichristo obviam iri per conversionem factam ab Hispanis in Indiis Oriental. & Occident. Genebrard. & Maluenda affirmant.*
87 *Conversio Novi Orbis ubi in antiqua hæresi dominabatur, carminibus celebrata.*
88 *Hispanorum Regum majestatem, & potentiam Deus auxit, quod ipsi divinam augeri, & ad Indos extendi curaverint.*
89 *Machiavelli impium dogma damnatur, tradentis, religionis curam Imperiorum incrementis officere.*
90 *Deus se eorum gloriam & potentiam auctorum promisit, qui suam augeri curaverint.*
91 *Ethnici etiam, Imperii fulcitatem in religionis cura constituebant.*
92 *Imperia non magis stare, vel augeri possunt sine religione, quàm hominet sine uxorum consortio.*
93 *Austriaca domus ob religionis curam tot meruit incrementa, & quid ejus insignia significent.*
94 *Invidia gloriæ, & virtutis comes semper præclara aliorum facinora calumniatur.*
95 *Hispaniæ Regibus, & nationi aliqui detrahunt, quòd magis avaritiæ, quàm religionis zelo Novi Orbis detectioni, & conversioni intudaverint.*
96 *Hieronymus Benzo in sua historia Novi Orbis ingens odium Hispanorum ostendit.*
97 *Hæretici multum Hispanorum gloriam in conversione Novi Orbis evacuare conantur.*
Trajanus Bocalinus Novi Orbis detectionem imprudenter irridet, ibid.
98 *Honorati Fasitelli, & alterius Poetæ carmina Hispanorum avaritiam notantia.*
99 *Calumnia eorum depellitur, qui Hispaniæ Reges avaritiæ notant.*
100 *Reges Hispaniæ semper ardentissimè Indorum conversionem curarunt, & omni lucro præposuerunt*, & num. 104.
101 *Christophori Columbi pia oratio, & protestatio, ubi primam Novi Orbis insulam detexit.*
102 *Conversionem Indorum, & Fidei exaltationem, ut ante omnia enarrent Ducet ad Novum Orbem missi, semper in mandatis habuerint*, & num. 100.
103 *Reges Catholici ri divitiarum tantùm amore in Indicis expeditionibus ducerentur, intra ipsa Hispaniæ regna non minores thesauros invenire possent.*
104 *Zelus conversionis Indorum.*
105 *Zelum purum, & ardentem Reg. Cathol. in conversione Novi Orbis plurimi auctores adversus calumnias hæreticorum defendunt, & extollunt.*
106 *Philipp. II. Reg. Catholici pissimum dictum circa conversionem Indorum.*
107 *Deus ad pia opera, & sibi placitura gerenda, non eligit, nec juvat Principes avaros, sed pios & religiosos.*
108 *Reges Catholici, quo tempore Columbum miserunt ad quærendum Novum Orbem, divitiarum, quæ in eo repertæ sunt, notitiam non habebant.*
109 *Pietati & gloriæ Hispanorum Regum non detrahit, quòd divitiis in Novo Orbe repertis utantur.*
110 *Utilitatis specie objecta omnes natura etiam ad pia & honesta, magis accendimur.*
111 *Bella suscipere pro terris, aut rebus inutilibus operæpretium non esse, Herodotus scribit.*
112 *Laborem nemo suscipit, si utilitatis, & commodi alicujus spem non habeat.*
113 *Epigramma de Novo Orbe Hispaniæ Regibus à Deo meritissimè oblato.*

ETsi unicuique † propria patria major, & præstantior aliis videri soleat, ut ait text. & Gloss. *in l. fin. C. si servus export. veneat*, Barbac. *inter consilia Alex. cons. fin. n. 6. lib. 4.* Chasan. *in Catal. glor. mund. p. 11. consider. 24.* Nimirum, † quia dulcis est ejus amor, & omni ratione valentior. ut canit Ovid. *lib. 1. de Ponto, eleg. 4.* adeo ut amori parentum, & liberorum præferri debeat, teste Cicer. *lib. 1. & 3. Offic. & lib. 1. & 6. de Repub.* Valer. Max. *lib. 5. cap. 6. in princip.* cum aliis, quæ latè tradit Stob. *serm. 37.* Fortun. Garcia *in l. veluti, ff. de justit. & jure* Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 32. n. 92.* Petr. Cened. *collect. 20. ad Decretum, n. 4.* & ego in meo tractat. de crimine parricidii, *lib. 2. cap. 4. §. 124. & cap. 6. p. 129.* & novissimè Card. Tusch. *pract. conclus. jur. lit. P. conclus. 133.* & Valenzuela *cons. 36.*

Parum tamen † vereor, ne quis testimonium 3
meum in nostra gloriosissima Hispania extollenda & prædicanda, ut domesticum, & pro patria latum rejiciat, cùm exteri quoque auctores eam passim illustrent, † & omnibus cœli, & soli do- 4
nis, incolarumque virtute, industria, & laborum constantia beatissimam prædicent, eique primum locum inter alias Orbis nationes concedant, ut constabit ex iis, quos plenè retulimus *suprà c. 7. num. 21.* Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 68. ex n. 64. & cap. 82. ex n. 15.* & ex novissimo Joan. Baptist. Valenzuela *in disc. status & belli 2. part. consid. 18. ex n. 54.*

Et † ut alia deficerent, hæc Novi hujus Or- 5
bis

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
ESCUELA TECNICA SUPERIOR DE INGENIERIA

cionatores nostri eis inter aliqua has adeò antiquas sacrorum Vatum prædictiones, de ipsorum conversione loquentes aperiant, ut benè advertit Maluenda *d. lib. 3. de Antichrist. cap. 10. in fin.*
65 adducens exemplum † Alexandri Magni relatum à Joseph. *lib. 11. antiq. cap. 8.* qui Judæis admonentibus, ipsum esse, quem Daniel Propheta longè antè prævideràt eversurum Persarum Imperium, vehementer lætatus fuit.

Cui addere licet ob eamdem maximè causam
66 divino consilio factum esse, † ut Judæi per omnes gentes usquequaque dispersi habitent, ut quæ à Christianis prædicantibus Evangelium Prophetarum vaticinia proferrentur, ea Ethnici in Judæorum libris legentes, non esse Christianorum figmenta intelligerent, quin potius Evangelium tot, tamque manifestis antiquorum Vatum oraculis confirmatum, proniori assensu, studioque amplecterentur, ut testatur D. Hieronym. *sup. Isaiam cap. 16.* August. *lib. 18. de Civit. Dei, cap. 46.* & 47. Theo. *orat. 10. de provid.* & Fr. Thom. *à Jesu de procur. omn. gen. salut. lib. 4. cap. 4. in fine, pag. 143.*

CAPUT XVI.

De ingenti gloria & majestate, quæ Hispaniæ Regibus & gentibus ob inventionem, lustrationem & conversionem hujus Novi Orbis accessit.

SUMMARIUM.

1 *Patria propria unicuique præstantior aliis videtur.*
2 *Patriæ amor quàm dulcis & potens sit.*
3 *Auctor cur non vereatur Hispaniæ gloriam extollere.*
4 *Hispania non minus laudari volet ab exteris, quàm à propriis.*
5 *Hispania & Hispaniæ Reges summam laudem merentur ob totam detectionem, & conversionem Novi Orbis.*
6 *Rebus arduis, & strenuis immortale nomen debetur.*
7 *Gloria virtutem comitari debet, & ejus veluti umbra esse.*
8 *Auctores recensentur, qui summè laudant Hispanos ob detectionem, & conversionem Novi Orbis.*
9 *Joan. Voorthusii notanda verba de inventione Novi Orbis.*
10 *Navigationes, & peregrinationes Hispanorum in Novo Orbe admiratione dignissimæ sunt.*
11 *Hispani ab antiquo bellicosi, & navigationum, ac rerum novarum studiosi fuerunt.*
12 *Navigationes, & navigantes, ac peregrinantes multis nationibus exosi.*
13 *Locrentes res novas horrebant.*
14 *Ægyptii nautas alloquio non dignabantur.*
15 *Lacones, Sinæ, & aliæ nationes suos cives peregrinari vetabant.*
16 *Regni* Vat incolæ *navigantes à ferendo testimonio repellunt.*
17 *Navigantes insanire, aut mori cupere, aut mendicos esse aliqui dixerunt.*
18 *Navigationis in detestationem, plura* remissivè.
19 *Mare non fecit Deus ad navigandum*, secundùm sententiam D. Ambros.
20 *Mare cur periculis plenum fecerit Deus.*
21 *Novarum rerum studium, & experimentum laudatur.*
22 *Heroes, & sapientes antiqui ad scientiam comparandam peregrinabantur.*
23 *Homerus cur in Hispania peregrinatus fuerit.*
24 *Ulysses ob peregrinationum labores ab Homero laudatur.*
25 *Abrahamum cur Deus peregrinum esse voluerit.*
26 *Peregrinationum utilitas maxima esse voluerit*, remissivè.
27 *Athenienses minoribus, qui biennio non peregrinassent, rerum suarum administrationem interdicebant.*
28 *Patriam interdum negligere expedit, ut sapientiam quis possit adquirere, cum Cariod. & Lypsio.*
29 *Antisthenes Athenienses, domi semper manentes, qualiter exprobraverit.*
30 *Romani cur finxerint currum Cybeles à Leonibus trahi.*
31 *Navigationum usus utilissimus.*
32 *Hispani suis navigationibus omnes alias antiquorum superarunt.*
33 *Navigationum priorum ad Novum Orbem audacia, & pericula carminibus exprimuntur.*
34 *Regnum nullum reperitur, quot tot Provincias patefecerit, & ditaverit, ac Hispanum.*
35 *Utilia, quæ alicui sint reperire, magnam laudem meretur ex Aristotele.*
36 *Deorum in numerum relati fuerunt plures apud antiquos, ob aliqua commoda, & beneficia quæ invenerunt.*
37 *Hispani maxima laus debetur, ob inventionem Novi Orbis, & tot bona, & commoda hominibus inde contexta.*
38 *Petri Martyris verba de laude, & utilitate inventionis Novi Orbis expenduntur.*
39 *Major nihil accidit à mundi constitutione, quàm Novi Orbis detectio*, ex sententia Fr. Luis. Legionens.
40 *Indis ipsis multa, & ingentia commoda attulit Novi Orbis detectio ab Hispanis facta.*
41 *Divinitatis gloriam Romulo, Baccho, Orpheo, Amphioni, Mercurio, & aliis communicavit antiquitas, quod Sylvestres homines civiles, & politicos fecerint, & carmina Horatii ad hoc.*
42 *Regum Hispaniæ majestas, & potentia valdè aucta est ex accessione Novi Orbis.*
43 *Regnum nullum fuit ab initio mundi, quod cum hodierna Hispaniæ Monarchia comparari possit.*
44 *Auctores recensentur, qui expendunt, & extollunt potentiam latitudinem, & divitias Regni Hispaniæ.*
45 *Regibus Hispaniæ inter reliquos primus locus debetur, & quare, & qui auctores de hoc tractent*, & num. 48.
46 *Regis dignitas constitit in multitudine, potentia, & divitiis gentium, quibus dominatur.*
47 *Franc. Petrarchæ carmina expenduntur de laudibus Regis Syphacis.*
48 *Præstantia Catholicorum Regum.*
49 *Chataneus videtur agnoscere præcedentiam Regum Hispaniæ.*
50 *Elisabetha Angliæ, Regina Regis Catholici Philippi II. inter omnes Christianos Principes præstantiam agnovit.*
51 *Reges Hispaniæ quot Regna, & Provinciar in utroque orbe possideant*, remissivè.
52 *Regum Hispaniæ Imperium majus est, quàm Sinense & Romanorum*, & num. 67.
53 *Romanorum Monarchia fuit amplissima omnium, & tamen viginti & pluribus partibus ab Hispana hodie superatur.*
54 *Hispanorum Regum Imperium circumdat totum Orbem.*
55 *Orientis & Occidentis termini, & cœli à terra distantia in sacra Scriptura, & aliis auctoribus hyperbolicè ponuntur.*
56 *Imperii Hispani Monarchia verè petingit terminos Solis Orientis & Occidentis, & excedit distantiam, quæ est inter cælum & terram.*
57 *Ortus ab Occasu longius distat, quàm cælum à terra.*
58 *Persarum Reges aquam, & terram ex omnibus fluviis, & Provinciis ærario suo inferri jubebant, ut sui Imperii magnitudinem ostenderent.*
59 *Hispaniæ Reges veritè, quàm Persæ de dominatione totius Orbis gloriari possunt.*
60 *Hispani Imperii encomia cum Virgilio & Claudiano.*
61 *Paulini carmina de laude & finibus regni Hispani, prophetice scripta videntur.*
62 *Regum & Ducum mos antiquus fuit, ex Provinciis subactis titulos, & nomina sumere.*
63 *Tituli superbi, quos sibi sumit Turcarum Imper. & aliis*

aliis Reges Gentiles, remissivè.
64 *Reges Hispaniæ non possunt facilè scribere, aut numerare omnes titulos suorum Regnorum, aut Provinciarum.*
65 *Caroli V. Imper. symbolum, & præstantius trophæum ex detectione Novi Orbis.*
66 *Symbolum, quod in Ticinnensi Academia positum fuit ad ostendendam latitudinem & magnitudinem Imperii Hispani.*
67 *Aliud Symbolum Ulyssipone positum.*
M. Ægidius Gonzalez Davila Regius Chronista laudatur, & qualiter Ovidii carmina ad Hispanum Imperium detorqueat, ibid.
68 *Regum Hispaniæ præcipua gloria ex cura conversionis Novi Orbis.*
69 *Hispanorum diligentia plures* Christo *nationes dedit, quam omnes aliæ simul.*
70 *Alanus* Copus *fatetur post Orbis conditionem, & incarnationis beneficium, nullum illustrius reperiri, conversione Novi Orbis.*
71 *Jani Boisardi carmina de laudibus conversionis Novi Orbis.*
72 *Auctores, qui laudant, & extollunt Novi Orbis ad Fidem conversionem.*
73 *Ecclesia post conversionem Novi Orbis verè dicitur vitis abundans, & filios habere in circuitu mensæ.*
74 *Hispanorum cura effectum esse, ut hodie omnibus horis, & locis Deo sacræ preces fundantur, pie consideràt, & evidenter probat* Thomas Bocius.
75 *Scripturæ plura testimonia, quæ Deum laudandum omni loco, & ab omnibus gentibus dicunt, hodie impleta sunt post conversionem Novi Orbis.*
76 *Genebrardi testimonium, & consideratio de initio conversionis Novi Orbis.*
77 *Hispanorum opus esse videtur Mauros & Turcas profligare, & Indos convertere.*
78 *Indiæ Occidentalis expeditiones fieri cœperunt à Regibus Catholicis post Maurorum ex tota Hispania expultionem.*
79 *Novi Orbis ad Fidem Catholicam conversio fieri cœpit, quando plures hæretici ab ea discedebant.*
80 *Reges Catholici per conversionem Novi Orbis plus Ecclesiæ dederunt, quam hæretici adimere conati sunt.*
81 *Ecclesiæ numquam defuturæ oracula quomodo impleantur.*
82 *Ecclesia summa Dei providentia ita disponente, ubi in aliqua regione deficit, in aliis augetur.*
83 *Austriaca domus & familiæ augeri capit, quando Turcarum Imperium initium habuit.*
84 *Beatum Ignatium à Loyola, & ejus Societatem videtur Deus contra Lutherum, & ejus sequaces præparasse.*
85 *D. Hilarii verba elegantissima de Ecclesia in persecutionibus florescente.*
86 *Antichristo obviam iri per conversionem factam ab Hispanis in Indiis Oriental. & Occident. Genebrard. & Maluenda affirmant.*
87 *Conversio Novi Orbis ubi in antiqua hæresi dominabatur, carminibus celebrata.*
88 *Hispanorum Regum majestatem, & potentiam Deus auxit, quod ipsi divinam augeri, & ad Indos extendi curaverint.*
89 *Machiavelli impium dogma damnatur, tradentis, religionis curam Imperiorum incrementis officere.*
90 *Deus se eorum gloriam & potentiam auctorum promisit, qui suam augeri curaverint.*
91 *Ethnici etiam, Imperii fulcitatem in religionis cura constituebant.*
92 *Imperia non magis stare, vel augeri possunt sine religione, quàm hominet sine uxorum consortio.*
93 *Austriaca domus ob religionis curam tot meruit incrementa, & quid ejus insignia significent.*
94 *Invidia gloriæ, & virtutis comes semper præclara aliorum facinora calumniatur.*
95 *Hispaniæ Regibus, & nationi aliqui detrahunt, quòd magis avaritiæ, quàm religionis zelo Novi Orbis detectioni, & conversioni intudaverint.*
96 *Hieronymus Benzo in sua historia Novi Orbis ingens odium Hispanorum ostendit.*
97 *Hæretici multum Hispanorum gloriam in conversione Novi Orbis evacuare conantur.*
Trajanus Bocalinus Novi Orbis detectionem imprudenter irridet, ibid.
98 *Honorati Fasitelli, & alterius Poetæ carmina Hispanorum avaritiam notantia.*
99 *Calumnia eorum depellitur, qui Hispaniæ Reges avaritiæ notant.*
100 *Reges Hispaniæ semper ardentissimè Indorum conversionem curarunt, & omni lucro præposuerunt*, & num. 104.
101 *Christophori Columbi pia oratio, & protestatio, ubi primam Novi Orbis insulam detexit.*
102 *Conversionem Indorum, & Fidei exaltationem, ut ante omnia enarrent Ducet ad Novum Orbem missi, semper in mandatis habuerint*, & num. 100.
103 *Reges Catholici ri divitiarum tantùm amore in Indicis expeditionibus ducerentur, intra ipsa Hispaniæ regna non minores thesauros invenire possent.*
104 *Zelus conversionis Indorum.*
105 *Zelum purum, & ardentem Reg. Cathol. in conversione Novi Orbis plurimi auctores adversus calumnias hæreticorum defendunt, & extollunt.*
106 *Philipp. II. Reg. Catholici pissimum dictum circa conversionem Indorum.*
107 *Deus ad pia opera, & sibi placitura gerenda, non eligit, nec juvat Principes avaros, sed pios & religiosos.*
108 *Reges Catholici, quo tempore Columbum miserunt ad quærendum Novum Orbem, divitiarum, quæ in eo repertæ sunt, notitiam non habebant.*
109 *Pietati & gloriæ Hispanorum Regum non detrahit, quòd divitiis in Novo Orbe repertis utantur.*
110 *Utilitatis specie objecta omnes natura etiam ad pia & honesta, magis accendimur.*
111 *Bella suscipere pro terris, aut rebus inutilibus operæpretium non esse, Herodotus scribit.*
112 *Laborem nemo suscipit, si utilitatis, & commodi alicujus spem non habeat.*
113 *Epigramma de Novo Orbe Hispaniæ Regibus à Deo meritissimè oblato.*

ETsi unicuique † propria patria major, & præstantior aliis videri soleat, ut ait text. & Gloss. *in l. fin. C. si servus export. veneat*, Barbac. *inter consilia Alex. cons. fin. n. 6. lib. 4.* Chasan. *in Catal. glor. mund. p. 11. consider. 24.* Nimirum, † quia dulcis est ejus amor, & omni ratione valentior. ut canit Ovid. *lib. 1. de Ponto, eleg. 4.* adeo ut amori parentum, & liberorum præferri debeat, teste Cicer. *lib. 1. & 3. Offic. & lib. 1. & 6. de Repub.* Valer. Max. *lib. 5. cap. 6. in princip.* cum aliis, quæ latè tradit Stob. *serm. 37.* Fortun. Garcia *in l. veluti, ff. de justit. & jure* Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 32. n. 92.* Petr. Cened. *collect. 20. ad Decretum, n. 4.* & ego in meo tractat. de crimine parricidii, *lib. 2. cap. 4. §. 124. & cap. 6. p. 129.* & novissimè Card. Tusch. *pract. conclus. jur. lit. P. conclus. 133.* & Valenzuela *cons. 36.*

Parum tamen † vereor, ne quis testimonium 3
meum in nostra gloriosissima Hispania extollenda & prædicanda, ut domesticum, & pro patria latum rejiciat, cùm exteri quoque auctores eam passim illustrent, † & omnibus cœli, & soli do- 4
nis, incolarumque virtute, industria, & laborum constantia beatissimam prædicent, eique primum locum inter alias Orbis nationes concedant, ut constabit ex iis, quos plenè retulimus *suprà c. 7. num. 21.* Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 68. ex n. 64. & cap. 82. ex n. 15.* & ex novissimo Joan. Baptist. Valenzuela *in disc. status & belli 2. part. consid. 18. ex n. 54.*

Et † ut alia deficerent, hæc Novi hujus Or- 5
bis

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
ESCUELA TECNICA SUPERIOR DE INGENIERIA

bis detectio, conversio & subjugatio, de qua in superioribus egimus per se sola sufficere posset, ut sempiternis ad memoriam titulis, & monumentis consignari debeant nomina Catholicorum Regum *Ferdinandi & Elizabeth, Caroli V. Imperatoris Optim. Max. & Philippi II. III. & IV.* sub quibus res tanta fœliciter incœpta, fœlicissimè continuatur, & adeò eximium incrementum quotidie habere dignoscitur: simulque ipsa Alma nostra Parens Hispania, quæ tot præclaros duces, milites, nautas, & religiosos viros produxit, qui se tantis laboribus, & periculis exponentes, hoc ingens, & incomparabile facinus operati sunt, & alterum prope terrarum Orbem ipsi Orbi communicarunt, & in veri Dei lucem, & cognitionem abduxerunt.

6 Rebus † quippe arduis, & strenuè gestis, peperuum & immortale nomen debetur, ut docte ostendit Alciat. *Emblem.* 131. & 135. ubi Brocens. & Minoës alia notarunt, nullamque † virtus aliam mercedem laborum, periculorumque desiderat, præter hanc laudis, & gloriæ, juxta sententiam Cicer. *in orat. pro Archia Poeta*: Senec. *epist.* 79. ibi: *Gloria umbra virtutis est, etiam invitos comitabitur.* Et alia, quæ adduximus *supr. cap.* 5. *num.* 1.

8 Et ita hanc tantæ detectionis laudem † multis nominibus extollunt, & omnibus encomiis majorem esse fatentur Paul. Jovius *lib.* 12. *histor.* Genebrard. *lib.* 4. *Chronic. anno* 1492. Laurent. Surius *in commentar. ab anno* 1500. Adrian. Turneb. *lib.* 20. *adversar. cap.* 11. Natal. Comes *in histor. sui tempor. lib.* 1. *fol.* 8. & *lib.* 21. *anno* 1570. *fol.* 445. Alan. Copp. omnino legendus *Dialog.* 6. *cap.* 36. *pag.* 951. & 952. Hieron. Osor. *lib.* 4. *de gloria*: Alphons. Vargas *de jurisdict. Episcop. confirmat.* 10. Fr. Luisius Legionens. *in commentar. sup. Abdiam cap. unico, ex pag.* 662. Anastas. Germon. *de sacr. immunitat. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 30. Camill. Borell. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 46. *ex n.* 217. & *cap.* 79. *ex n.* 34. latè, & sæpè Thom. Boc. Eugub. *in tractat.* Imperia pendere à virtutibus adversus Machiavel. *cap.* 13. *in fin.* & *cap.* 14. *de statu Italiæ lib.* 3. *c.* 5. & *de ruinis gentium lib.* 8. *cap.* 5. & *signis Eccles. Dei, lib.* 4. *cap.* 3. & 5. *lib.* 6. *cap.* 6. & 7. *lib.* 8. *cap.* 1. *lib.* 17. *cap.* 4. *p.* 212. *lib.* 21. *cap.* 3. *lib.* 23. *cap.* 14. *pag.* 554. & 557. & *in præterm. p.* 633. Zurit. *lib.* 1. *histor. Reg. Cathol.* Gregor. Lopez Mader. *de excellent. Hispan. Monarch. cap.* 6. *fol.* 44. & *cap.* 9. *fol.* 67. & *sequent.* Didac. Vald. *de dignit. Reg. Hispan. cap.* 12. *n.* 6. & *cap.* 19. *n.* 52. *cum seqq.* Marian. *de reb. Hispan. lib.* 26. *cap.* 3. Maluend. *lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 16. *in fine*. Fr. Joan. Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 1. *cap.* 4. *in fine*, & Fr. Basil. Pont. Legionens. 1. *part. variar. disp. quæst.* 8. *exposit. cap.* 2. & plurimi alii, quos retulimus *supra* 5. *num.* 49. & *cap.* 11. *num.* 2. & *seqq.*

9 Quibus addere licet † Joann. Boërthusium *in Phœnice Augusta, pag.* 21. sic loquentem: *Occidentem porrò, Mexicumque & auri divites Antipodum tot insulas, quas Cæsaris ter Maximi virtus aperuit quas fausta, fœlicique velificatione monstrorum domitrix Hispania reclusit, Orbis totius celeberrimi Scriptores, aut undante soluta voci, elogio, aut immortali Musarum cantu illustrabunt.*

Verum ut specialius aliqua ex multis expendamus, quæ hoc singulare, & insigne facinus æternitati commendant: meritò imprimis admirari debemus † navigationes, & peregrinationes, 10 quas Regum Hispaniæ classes, & gentes, multoties numero paucæ per adeò vasta, & impervia maria, & per insulas, ac regiones adeò incognitas, & remotas fœlicibus eventis fecerunt, & quotidie novis ausibus facere tentant. Antiquum nimirum morem ejusdem † Hispanæ nationis pro- 11 sequentes, cujus homines armis, & novis rebus investigandis naturâ ipsa assueti, numquam otiosi esse potuerunt; quin potiùs semper hujuscemodi curis, navigationibus, & laboribus insudarunt, ut constat ex verbis Titi-Livii *lib.* 22. *cap.* 21. Plin. *lib.* 2. *cap.* 27. Agelli *lib.* 1. *noct. Atticar. cap.* 22. Strab. *lib.* 1. & 3. *Geograph.* Justini *lib.* 44. & ex plurimis aliis antiquorum, & recentiorum Scriptorum testimoniis quæ refert Non. *in Hisp. cap.* 9. P. Pined. *de reb. Salom. lib.* 4. *c.* 14. §. 5. *pag.* 193. Bern. Aldret. *lib.* 1. *de origin. ling. Castellanæ cap.* 3. & 15. & *de antiquit. Hispan. lib.* 3. *cap.* 27. *pag.* 443. Fr. Joan. à Ponte *in concion. utr. Monarch. lib.* 3. *cap.* 3. *pag.* 19. & *cap.* 15. *pag.* 98. & 99. & *cap.* 17. & 18. *ex pag.* 116. & Valenzuela *in dict. discursu status & belli consid.* 18. *n.* 78. & *seqq.*

Et quamvis aliquæ gentes † hujusmodi navi- 12 gationes, & peregrinationes odio habuerint, & suis finibus contentæ, novas res inquirere, mariave trajicere, suis civibus non permitterent, † ut de Locrensibus tradit Plutarch. *lib. de curiosit.* & Bal- 13 duin. *in §. sed naturalia, num.* 25. *Institut. de jure natur. de Indis Orientalibus*: Strabo *lib.* 15. & Cœl. Rhodigin. *lib.* 18. *lection. antiq. cap.* 31. *de Ægyptiis*, † qui hac de causa nautas alloqui non 14 dignantur: Plutarch. *in quæst. convival.* & Theat. vit. human. *col.* 20. *lib.* 1. *pag.* 3640. De † Laco- 15 nibus, Seris, sive Sinis, Tartaris & Moscovitis, idem Plutarch. *in Lacon.* Solin. *cap.* 53. Matt. *lib.* 6. *histor. Ind.* Boter. *in relat. univers.* 1. *part. lib.* 1. *pag.* 198. & *part.* 2. *lib.* 2. *in princip.* & *part.* 3. *pag.* 154. & 239. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 10. & 12. *pag.* 137. Freit. *de Imp. Asiat. cap.* 2. *n.* 8. & Fr. Joan. à Ponte *dict. lib.* 3. *cap.* 3. §. 4. *p.* 22. ubi inquit, apud Angelos eamdem consuetudinem viguisse. Et de † incolis Reg- 16 ni *Var*, in partibus Orientalibus M. Paulus Venetus *lib.* 3. *de region. Orient. cap.* 25. ubi ait, apud eos in judicio pro testimonio ferendo repelli, qui in mari navibus se committere ausi fuerint: nam ajunt homines illos desperati animi esse.

Quibus convenit † illud Alexis apud Stobæum 17 *serm.* 19. *Quisquis navigat, aut insanire, aut mori cupere, aut mendicum esse.* Et Plauti in Ruden. *Qui homo sese miserum, & mendicum dolet, Neptuno credat sese atque ætatem suam*; & alia, quæ eleganter in detestationem † navigationis, *vetitum nefas* eam appellans: tradit Horat. 1. *carm.* 3. Senec. *in Medæa act.* 2. Propert. *lib.* 3. *eleg.* 5. Claudian. *in præfat.* 1. *de rapt. Proserp.* & graviter, & philosophicè Francisc. Petrarch. *de remed. utr. fortu. Dialog.* 54. & Menchac. *lib.* 1. *controv. Illustrium, cap.* 20. *num.* 11. unde D. Ambros. *in lib. de Elia, & jejunio cap.* 19. relatus à Gregorio Lopez *in l.* 24. *tit.* 9. *part.* 2. *verb. Andar por ella*, dicit, † quòd mare non fecit Deus ad navigan- 19 dum:

dum: *Sed propter elementi pulchritudinem pelagi fudit aquora, certè ut freto includeret terras, ne longiùs tu vagus exul errares.* Et Majol. 1. *tom.* 20 *dier. Canicul. colloq.* 10. *pag.* 267. dicit, † quòd Deus posuit pericula in mari, ne homines navigarent.

21 Longè tamen utilior, † & laudabilior videri debet Hispaniæ nostræ, & aliarum nationum conditio, quæ novarum rerum cognoscendarum, & experiendarum desiderio tenentur, & ut id opere compleant, navigationibus, & peregrinationi- 22 bus uti solent. Sic enim legimus veteres † Heroas, ac sapientes solo scientiæ, & philosophiæ studio omnem Orbem circuisse, ut tradit D. Hieronym. *in epist. ad Paulin.* & Strab. *lib.* 1. dum inquit: *Poeta heroas illos singulari præditos sapientia fuisse declarant, qui ad multa peregrinantes loca longis vagabantur erroribus.* Inter quos, 23 eodem Strab. *lib.* 3. testante, cognoscimus, † Homerum in Hispaniam hac de causa pervenisse, qui 24 *lib.* 1. *Odys.* † ob id Ulysem extollit:

Quod mores hominum multorum vidit, & urbes.

Et eadem ratio inter alias in causa fuit, ut Deus 25 *Genes.* 12. † Abrahamum patria exterrem, & per varias nationes peregrinum esse voluerit, ut eleganter tradit Perer. *ibid. tom.* 3. *in princip.* plura 26 alia de † utilitate peregrinationum adducens, & Rutil. Benzon. *lib.* 6. *de anno jubilæi ferè per totum*: & Petr. Andr. Canonher. *in comment. Politic. ad aphor. Hippocr. pag.* 347. & 528. Neque 27 hoc latuit † Athenienses, qui, ut refert Balduin. *in prolegom. ad tit. inst. de curator.* non aliter minoribus rerum suarum administrationem accipere permittebant, quàm si biennio vicinas regiones perambulassent, quia secundùm Philostr. *lib.* 1. *de vita Apollonii c.* 13. *Maximè adolescenti convenit, non secùs ac si patria pulsus esset, quam longissimè peregrinari.*

Quod Aurel. Casiodor. non minus eleganter scripsit *lib.* 1. *var. epist.* 39. concludens, Ulysis 28 exemplo, † expedire interdum, patriam negligere, ut sapientiam quis possit adquirere, & illos semper sapientiores habitos esse, qui multorum hominum conversationibus probantur eruditi. Natura siquidem humana sicut duris instruitur, ita per otia torpentia fatuatur: quem imitatus Just. Lips. *in Cent. Miscell. epist.* 88. *Peregrinatio*, inquit, *instrumentum esse unà rerum, & prudentiæ, & in Cent.* 1. *epist.* 22. *Homines & plebejæ animæ domi residunt, & adfixæ sunt terræ, illa divinior est, qua cœlum imitatur, & gaudet motu.* Atque † caprotter Antisthenes, ut re- 29 fert Diog. Laërt. *lib.* 6. *in princ.* Athenienses, quod indigenæ essent, gloriantibus, exprobrans, dicebat illos bruchis, & conchileis nihilo nobiliores quæ in eisdem, quibus nascuntur, domibus commoriuntur.

Neque omittendum est, quod tradit M. Varr. relatus à Pierio Valerian. *lib.* 1. *Hierogl. pag.* 13. 30 ideò scilicet Romanos finxisse currum † Magnæ Deæ, quàm *Cybelem*, sive *Terram* vocabant, à leonibus domitis trahi, quia leo utique terræ symbolum sit, & cùm id animalium genus in longinquis, & à nobis remotis regionibus inveniatur, significare volebant, nullam esse terræ partem tam remotam, quàm coli, subigique non oporteat.

Navigationum † verò usus, quàm sit utilis, & 31 necessarius, & quot bona ex eo consequantur, ipsa rerum experientia satis ostendit, ut latè diximus *supra cap.* 8. *n.* 8. & *seqq.* & novissimè tangit Seraph. Freit. *de justo Imper. Asiat. cap.* 11. *n.* 32. In quibus navigationibus tam ad Occidentales 32 Indos susceptis, † Hispanos nostros Herculis, Bacchi, Osiris, Alexandri & aliorum omnium, qui nusquam navales expeditiones fecerunt, gloriam, industriam, & labores superasse, multis probavimus *supra cap.* 3. *ex n.* 4. & passim commemorat Thom. Boc. *d. lib.* 6. *de sign. Eccl. Dei, cap.* 6. & 7. & in reliquis locis *supra n.* 8. relatis: Freit. *ubi sup. cap.* 8. *ex n.* 3. & alii plures auctores quorum ibidem fecimus mentionem.

Quibus † addo carmina jam Jacobi Boisardi, 33 quæ extant *in princ.* 4. *p. hist. Amer.* qui de eisdem navigationibus loquens, sic canit:

Gloria prima tibi hæc debetur, magne Columbe,
Famam Magellano deinde secunda dedit:
Ac tibi, qui invento fecisti nomina mundo
Vespusii Hesperiæ laus celebrata plagæ,
Hi primi curvit pelago se puppibus ausi
Credere, & Oceidui ferre pericla maris.
Ignotam tentare Thetim, nec cognita cœli
Antipodum adversis astra rubere polis,
Quam sæpè undivoni hærentes fluctibus ipsa
Exemit fida Doris amica manu!
Ecquis ut quoties videret immania Cete
Cæteraque cœtus monstra pavenda freti
Proteaque & rauca squamosum clangere concha
Tritonem invita sustinuere mora
Incolumes rediisse, tali tolique pericla
Invit, & ementas tot superasse vias
Intrepidis post hæc verret vada cærula tonsis,
Et classe assuetum nauta paravit iter.

Secunda verò ratio, quæ non solùm impellit, sed cogit, ut immensa gloria Hispanis debeatur ob prædictas navigationes & peregrinationes, ad detegendum & subigendum hunc Novum Orbem adhibitas, ex eo sumi † potest, quòd nullum un- 34 quam Regnum ab Orbis constitutione reperiatur, quod suis auspiciis tot regiones prius incognitas, & inauditas hominibus aperuerit, & omninò exploratas & pervias reddiderit, ad instituenda societatis humanæ commercia, simulque inde aditum patefecerit, ad exploranda immensa alia terrarum spatia, longissimosque tractus perlustrandos, quos explorari, & perlustrari quotidie videmus. Quam considerationem piè & graviter prosequuntur omnes ferè auctores, *d. num.* relati, & præcipuè Thom. Boc. *dict. lib.* 6. *cap.* 6. *p.* 236. & *cap.* 7. *p.* 240. & *lib.* 21. *cap.* 3. *p.* 377.

Pro cujus confirmatione & illustratione perpendo, † quòd si juxta doctrinam Aristotel. *lib.* 1. 35 *Ethicor. cap.* 10. præclarè nobiscum agitur, si quod uni soli sit utile, reperire possimus, longè profectò id pulcrius, ac divinius censeri debet, quod omnibus gentibus, & civitatibus usui est, quale ingens hoc beneficium fuisse constat, & reliqua, quæ illud insequuta displicuntur.

Quod si olim † secundùm sententiam Cice- 36 ron. *lib.* 1. *de natur. Deor.* fructuosa solertia alicujus præclari inventi divinitatem quibusdam mortalibus communi gentium consensione adscripsisse perhibetur, qualis contigit Cereri dum fru-

frumentum, & leges prima monstravit, Herculi apud Eleos, quòd primus albas ulmos in Græcia induxit, Pixidoro pastori, quòd fortuitò in agro Ephesino marmor album invenit, & aliquibus Regibus, qui utiles quasdam, & salutares herbas mundo communicarunt, de quibus agunt Plin. *lib.* 35. *cap.* 7. Pausan. *lib.* 1. *Eliacor.* Lactant. Firmian. *lib.* 1. *divin. inst. cap.* 15. Dioscorid. *lib.* 3. *cap.* 3. Vitruv. *lib.* 10. *cap.* 7. Polid. Virgil. *de invent. rer. in princip.* Forcat. *de Gallor. Imp. & Philosoph. lib.* 4. *fol.* 284. & plures referens Tiraquel. *de nobilit. cap.* 31. *per totum*; & Majol. *in dieb. Canicul.* 1. *tom. colloq.* 23. & eleganter Franc. Petrarch. *lib.* 1. *de vita solit. cap.* 6. his verbis: *Inventores artium quarumdam post mortem, Divinitatis honore cultos, audivimus, gratè quidem potius quàm piè. Nulla est enim pietas hominis, qua Deus offenditur, sed erga memoriam de humano genere benè meritorum inconsulta gratitudo mortalium humanis honoribus non contenta, usque ad sacrilegas processit ineptias, hinc Apollinem citharæ, hinc eumdem ipsum atque Æsculapium medicinæ, Saturnum, Liberumque, & Cererem agriculturæ, Vulcanum fabricæ Deos facit. Hunc Ægyptus Osirim, Athenæ doctæ urbi Minervam coluere, quòd ille lini, hæc olei usum artemque lanificii reperisse fertur, Longum est singula prosequi, quòd apud veteres hujusmodi vanitatum nullus est modus.*

37 Quanto majorem † gloriam & laudem Hispaniæ nostræ deberi necesse est, sub cujus vexillis repertæ & detectæ sunt tot provinciæ, tot gentes, tot maria & flumina, tot divitiæ, tot herbæ & fruges, & innumera alia bona ad vitam & salutem hominum valdè proficua, ut in propriis terminis argumentatur Thom. Boc. *sup.* Gregor. Lopez Madera *dict. tract. de excellent. Hispan. Monarch. cap.* 9. *fol.* 69. & ante omnes Petr. Martyr Angleyra *in suis Decad. Novi Orbis de-*
38 *cad.* 1. *in princip.* ubi ita eleganter scribit: † *Solebat grata vetustas pro Diis habere viros, quorum industria, & animi magnitudine ignotæ majoribus eorum terræ panderentur. Nobis autem, qui Deum habemus unicum sub triplici persona, quem colamus restat, ut hujuscemodi genus hominum si non coluerimus, admiremur tamen. Reges verò observemus, quorum ductu, & auspiciis datum est illis cogitata perficere; utrosque etiam extollamus, & pro viribus illustremus jure merito.*

Idem quoque non minus eleganter observat Fr. Luis. Legionens. *sup. Abdiam pag.* 662. ubi
39 ait: † *Quamvis superioris ævi omnem historiam evolvamus, tamen nos reperturos non esse aliquid, quod vel maius sit, vel magis præter omnium opinionem & expectationem acciderit, quam id quod patrum nostrorum ætate accidit cùm novus, & hoc Romano non minor, sed latior fortasse, atque major Orbis ab Hispanis, vastissimo navigato Oceano, repertus est. Alias enim terras esse, præter eas quas colebamus, nemo putabat, & ut suspiceretur aliquis, tamen incoli eas, & frequentari ab hominibus posse, nemo credebat.*

His addendum est, hoc tantæ detectionis beneficium, cùm nobis magnum fuerit, ex ipso-
40 rum † quidem Indorum parte longè majus reputari debere, quibus præter Fidei lucem, de qua statim agemus, tot, & tam ingentia bona, ex nostro Orbe traducta, communicavimus, & cùm omnes, ut plurimùm, diris, & efferatis moribus uterentur, & dispersam, & incultam vitæ formam transigerent, ad humanitatem, atque omnem civilem cultum nostra cura perduximus, latissima loca prius horrentia exornare, terras excolere, oppida condere docuimus, & barbaros, & omnis disciplinæ, literaturæque ignaros, bonis artibus instructos reddidimus. In quo nullam fuisse gentem, quæ tantum laboraverit, tantumque de humano genere mereri debuerit, apertè fatetur Thom. Boc. *lib.* 7. *cap.* 4. *per totum, & d. lib.* 21. *cap.* 3. *pag.* 377. *& cap.* 4. *pag.* 384. *& lib.* 22. *cap.* 10. *pag.* 500. *& in præterm. p.* 633.

Atqui hæc, imò & alia leviora tantæ felicitatis ab antiquis habita fuerunt: † ut ob ea quoque 41
divinitatis gloriam multis communicaverint, ut testatur Horat. ita scribens ad August. *lib.* 2. *epist. in princip.*

Romulus, & Liber patr, & cum Castore Pollux,
Post ingentia facta, Deorum in templa recepti,
Dum terras hominumque colunt genus: asperа bella
Componunt, agros adsignant, oppida condunt.

Et in Arte Poetica:

Sylvestres homines sacer, interpresque Deorum,
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosque leones,
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa movere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet. Fuit hæc sapientia quondam
Publica privatis secernere, sacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis:
Oppida moliri, leges incidere ligno:
Sic honor, & nomen divinis vatibus, atque
Carminibus venit.

Et *lib.* 1. *Carm. Od.* 10.

Mercuri facunde nepos Atlantis.
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formatti catur, & decoræ
More palæstræ:
Te canam magni Iovis & Deorum
Nuntium, &c.

Tertia verò ratio, quæ eamdem Hispanorum Regum & Regnorum gloriam de qua agimus, mirum in modum auget, † ex insigni majestate, & potentia descendit, quam ob inventionem, & 42
subjugationem hujus Novi Orbis sibi comparaverunt. Nam cùm anteà in Europa tot regna, & status obtinerent, & Africæ quoque magnam partem occuparent, & in Asia Indiis Orientalibus dominarentur, adjecta posteà hac quarta totius Mundi parte, quæ una reliquas fermè omnes magnitudine, ubertate, & divitiis superat, ut latè ostendimus *suprà cap.* 4. *ex n.* 52. *& cap.* 6. *& 7. per totum*, & novissimè ostendit Joan. Baptist. Valenzuela *consil.* 82. *n.* 69. *pag.* 603. *& in discurs. stat. & belli part.* 1. *consid.* 1. *n.* 22. *& 29.* manifestum fit, nullum † unquam Regnum, aut Im- 43
perium ab Orbe condito extitisse, quod cum Hispano ullo modo conferri possit, & adeò longè, ac latè sua confinia protulerit, tot gentes tam remotas & inter se dissentientes, in suam potestatem adduxerit, & tot denique locis auro, argento, metallis omnibus, ac gemmis quibuslibet abundantibus, potitum fuerit. Quæ omnia jure optimo † expendunt, & exaggerant auctores *su-* 44
prà relati, & præcipuè Laurent. Sur. *in comment. anno* 1558. Alan. Cop. *Dial.* 6. *cap.* 34. *pag.* 942. *& seqq.* Thom. Boc. *d. lib.* 21. *cap.* 3. *pag.* 377.

& lib. 8. *cap.* 1. *pag.* 192. *& cap.* 7. *ex pag.* 325. Abraham. Ortel. *in Theatr. Orb. tabula de Hisp.* Jacob. Mainol. *in tract. de titulis Reg. Philippi*: Garibai *lib.* 10. *hist. Hisp. cap.* 11. *&* 21. Mench. *in præfat. quæst. illustr. per tot.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 43. 45. 76. 78. *& seqq.* Mader. *de excellent. Hisp. Monarch. cap.* 9. *fol.* 63. *&* 70. Valdes *de dignit. Reg. Hisp. cap.* 12. *n.* 7. & Fr. Joan. à Ponte *de conven. utr. Monarch. lib.* 1. *cap.* 2. *§.* 2. *&* 4. *& cap.* 9. *pag.* 54. *& seq.* Joan. Bapt. à Costa *cons.* 44. *n.* 22. Mastrill. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 4 *num.* 18. & novissimè Fr. Joan. de Salazar *in Politica Hisp. propos.* 1. *per totam.*

Unde multi ex prædictis auctoribus conclu-
45 dunt, † potentissimis, & clarissimis Hispaniæ Regibus, ac Dominis nostris, vel hac de causa inter reliquos totius Mundi Reges primum locum deberi cùm plures provinciàs, imò & regna possideant, quàm alii civitates, & oppida, ex celebri doctrina Baldi *in leg.* 1. *ff. de offic. præfect. Prætor. & in leg. sed etsi milites, ff. de excus. tut.*
46 Quæ † fulcitur illo Proverb. *cap.* 4. *In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis*, & auctoritate D. Thom. *lib.* 2. *de regim. Princip. cap. fin.* Salust. D. Gregor. & aliorum, quos refert Casan. *in Catal. glor. mund.* 5. *part. consid.* 37. & Alvar. Pelag. *de planct. Eccl.*
47 *art.* 62. *concl.* 6. Quibus † addo Franc. Petrarch. *lib.* 3. *Africæ*, ubi Scipionem Africanum inducit, Syphacem Numidiæ Regem aliis ob prædictos titulos præferentem:

—— Nomen fortasse Syphacis
Audisti, cunctos illum præcedere Reges,
Fama refert opibus, nec avorum sanguine quisquam
Altior incedit, populis, vel ubere Regno.

Et idem potest confirmari ex multis aliis, quæ de præcedentia, & excellentia eorumdem Regum
48 agentes, † tradunt etiam Thom. Gram. *in cons. civil.* 169. *n.* 10. Marc. Anton. Natta *in cons.* 638. *n.* 19. *in fin. vol.* 5. Philipp. Port. *cons.* 167. *n.* 85. Joan. Bolognet. *cons.* 1. *n.* 209. *in fin.* qui dicit ob hoc Regem Catholicum esse majorem Regem, fortè, qui sit in mundo, & idem dicit, & prosequitur Petr. Lindeberg. *rerum Europ. memorab. lib.* 2. Marzar. *consil.* 20. Fulv. Pacia *de probat. lib.* 2. *cap.* 35. *&* 38. Simon Majol. *in dieb. Canic. 4. tom. colloq.* 1. *ex pag.* 324. & novissimè Hieron. Cevall. *in tract. de las Fuerzas* 1. *part. glos.* 18.
49 *num.* 2. Neque hoc † inficiari potuit Chasan. *in 5. part. consider.* 27. *&* 37. licèt Galliæ partes defenderet, & de hoc Americano Imperio mentio-
50 nem non fecerit. † Elizabetha quoque impia illa Angliæ Regina in edicto quodam anni 1591. de Philippo II. prudentissimo & invictissimo Hispaniæ nostræ Rege sermonem effundens, apertè professa fuit plures cum coronas, plura Regna, & nationes, plures etiam divitias possidere, quam ullus unquam Christianus Princeps habuerit, ut refert Camil. Borrell. *d. cap.* 45. *n.* 8.
51 Et † qui pleniorem notitiam Regnorum, quæ Hispaniæ Reges in utroque Orbe possident, habere voluerit, adeat Boter. *in relat. univers. p.* 2. *lib.* 2. Borrell. *d. cap.* 46. Maluend. *dict. lib.* 3. *de Antichrist. cap.* 15. *in fin.* Bernard. de Aldret. *de antiq. Hispan. lib.* 3. *cap.* 27. *in princ.* & Boc. *lib.*

8. *de sign. Eccles. Dei, cap.* 1. *pag.* 391. *& cap.* 7. *pag.* 325. *& de ruinis Gentium lib.* 8. *cap.* 5. *& de robore belli cap.* 4. *p.* 272. Castellum de Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. Anton. Cervera *in lib. de obitu Reg. Philip. II. disc.* 2. *cap.* 20. & novissimè Fr. Joan. à Salazar *in Politica Hispana, per tot.* præcipuè *proposit.* 1. *§.* 5. † Ubi eos con-
52 ferunt cum Sinensibus, probantque potentiâ, & majestate imperii præstare, maximè postquam illis hic Novus Orbis accessit, & cum Romanis, quorum † Monarchia fuit omnium, quæ unquam
53 extiterunt amplissima, ut habetur *Daniel.* 2. & apud Dionys. Halicarn. & Polyb. *lib.* 1. *in princ.* & concludunt, viginti ac pluribus etiam partibus ab Hispania superati. Nam † circumdat, ac plane
54 cingit universum ipsum terrarum Orbem, & ab Oriente ad Occidentem diffunditur, ita ut possit quis totum Orbem circumnavigare Hispani semper Imperii terras pertingens.

Et cùm per modum hyperboles † in Sacra
55 Scriptura, & in prophanis Auctoribus Solis Orientis & Occidentis termini proponantur, vel cœli à terra distantia, cùm ingens aliquod intervallum designare intendunt, ut patet *ex Psalm.* 5. & 122. Senec. *in Hercul. furen.*

Patrem probabit inde qua lucem premit
Aperitque Tetis,
Virgil. 6. *Æneid.*
Quantum ad Ætherium cœli suspectat Olympum.

Cum aliis traditis ab Erasmo *in adagio, Ingens intervallum*; & Martin. Delr. *in adag. sacris* 2.
56 *tom. adag.* 112. *&* 113. *pag.* 101. hoc tamen † non solùm hyperbolicè, sed verè de diffusa Monarchia Hispani Imperii affirmare possumus; nam nascentis, & Occidentis Solis terminis, ut diximus, perstringit, & consequenter longè etiam major est, quàm cœli à terra distantia. Etenim, ut rectè notat Eugubin. *sub dict. Psalm.* 5. longiùs distat Ortus † ab Occasu, quàm cœlum à ter-
57 ra: nam à cœlo ad terram est hemisphærium, ac dimidium diametri, ab Ortu ad Occasum tota diameter.

Quòd si † Persarum Reges pro gloria duce-
58 bant, omnium fluviorum aquam, & omnium provinciarum glebam aliquam penes se habere, ut sic ostenderent se omnem terram, & mare imperio possidere, veluti ex parte totum quæ tenes, ut prodit Plutarch. *in vita Alexandri*: D. Cyrill. *sup. Isaiam cap.* 14. Gasp. Sanct. *ibidem, num.* 18. *pag.* 170. & Brison. *de Imper. Persarum lib.* 1. *pag.* 61. Quanto † verius, & præstantius Catho-
59 lici nostri Reges gloriari possunt, qui non glebas tantùm, & vascula aquæ, sed integras provincias, & regna in omnibus ferè mundi partibus suo imperio possident atque coercent.

Et ita † de Hispania nostra non solùm illud 60
prædicari potest, quod de Roma olim Virgil. hyperbolicè dixit:

Imperium Oceano, famam qui terminet astris.

Sed illud etiam encomium, quod Claudian. *in 4. panagyr. de Consul. Honor.* licèt in alium sensum scripsit:

Subdidit Oceanum receptres, & margine cœli
Clausit opes.

61 Vel illud † Paulini Episcopi *in epist. 3. ad Auson.* Gallum, inter ipsius Ausonii opera, dum eamdem Hispaniam celebrans, veluti prophetice dixit:

Qua geminum felix Hispania tendit in æquor
Lataque distantis pelagi divortia complet
Orbe suo fines ponens in limite mundi.

Non enim ut anteà, Oceani tantùm & Mediterranei maris limitibus clauditur, ad quos Paulinus respexit, sed imò ipsum quoque Oceanum, & tot in eo repertas insulas possidet, & ultra illum, hunc Novum Orbem, adeò latè patentem, & novum etiam æquoi Oceano anteà cognito longè majus, quod mare *del Sur* appellatur, ut alibi diximus.

Qua de causa, si Reges nostri hac in parte
62 aliorum Ducum exempla sequerentur, † quorum antiquus mos fuit, à gentibus, & provinciis subactis nomina mutuari, ut constat ex princip. inst. Justinian. ubi Balduin. Hotman. Pichard. & alii, & ex latè traditis ab Alexand. & ejus additionat. Tiraquel. *lib. 2. dier. gen. cap. 11.* Thom. Boc. *de sign. Eccles. lib. 11. cap. 2. pag.* 439. ubi
63 superbos † aliquos titulos adducit, quos sibi Gentiles Reges adscribunt; & Simon Majol. *d. 4. tom. Canicul. colloq. 5. pag.* 337. & 338. ubi de vanis
64 Turcarum Imperatorum titulis loquitur, † plures profectò paginæ in illis specialiter numerandis implendæ essent. Quis enim recenseat, ut verba Poetæ detorqueam:

—— Vicat longo ordine gentes,
Quam variæ linguis, habitu tam vestis, & armis,
Aut genus Occidum, & dissimilos numeret Indos.

Vel ut alter non minus vetè, & poeticè dixit:

Oceani ingentes terras, vasta æquora, linguæ
Hactenus ignotas, atque aurea secula noscet,
Et gentes nudâ expertes feminis atri
Mortiferi numini, populique auroque feracem
Torrentem Zeniam,
Parcat veneranda veturæ.

65 Quod cernens † invictiss. ille Rom. Imper. & Rex noster Hispanus Carolus V. saris habuit insignibus suis adjicere Herculis columnas cum nobili illa inscriptione *Plus ultra*, circa cujus expositionem & illustrationem, plura congessimus *suprà cap. 4. ex n.* 43. *ad* 51. & Alan. Cop. *Dialog. 6. cap.* 34. *pag.* 942. addit, inter reliqua illa clarissima, atque ornatissima ejusdem Cæsaris trophæa, quæ in honoratissimis illis Bruxellensibus exequiis memoriæ ejus posita sunt, meritò primum locum illud obtinuisse, quod Novum Orbi nostro Orbem patefecerit exteris gentibus Christiano nomini additis, & multis Regnis, provinciisque aucto Hispano Imperio.

66 Et in idem respicit † symbolum aliud quod in Ticinensi Academia Regi Catholico Philip. II. aptè appositum fuisse scribit Camill. Gallin. *lib.* 10. *de verb. signif. c.* 35. *n.* 18. & post eum Didac. Valdes. *de dignit. Reg. Hisp. c.* 12. globus videlicet inferioris Orbis terrarum, à stellari octavæ sphæræ cœlo æquinoctiali circulo distinctus, hac litera, sive inscriptione adjecta, *cum Jove*, ut significaret, quod quemadmodum de Augusto Cæsare assentatoriè à Virgilio dictum fuit; divisum *Imperium cum Jove* habuisse, in illo disticho, quod vulgariter circumfertur:

Nolle pluit tota, redeunt spectacula mane
Divisum Imperium cum Jove Cæsar habet.

Ita Deum, cujus omnia sunt, & per quem Reges regnant, cœlum quidem sibi sumpsisse, Philippo verò, ut ejus Vicario, totius Orbis temporalem gubernationem tribuisse, postquam eum ultra alia, quæ possidebat, his Occidentalibus Regnis, & Provinciis præfecit. Quod † non minus 67
egregiè Ulyssipone expressum legimus in coronatione desideratissimi Philippi II. an. 1619. dum Cybeles, & Nuptuni effiges in triumphali arcu collocatæ fuerunt, Solis & Lunæ radiis insignitæ cum hac inscriptione:

Telluris, maris que simul, cui numina parent
Lunaque, Solque simul, lex est, famulentur ut illi
Quem colimus tunc est Sol quando illuminat Orbem
Antipodas (gens ista tua est) illuminat illa.

Et post hæc scripta, ad meas manus pervenit liber, cui titulus: *Teatro de las Grandezas de Madrid*, Auctore Mag. Ægidio Gonzalez Davila Regio Chronista, sive Chronographo, viro ob morum probitatem, & omnigenæ literaturæ, ac præcipuè historiarum cognitionem, quavis laude dignissimo; qui in præfatione hunc articulum, relato duntaxat Bocio Eugubino, breviter pungit, & carmina illa Nasonis, *lib. 1. Fastorum.*

Jupiter arce tua cum totum spectet in Orbem
Nil nisi, Romanum, quod tueatur, habet.

Verius & propriùs de Hispania Monarchia, paucis mutatis, ita Christianè proferri posse eleganter animadvertit:

Cum Deus ex alto totum prospectet in orbem
Vix nisi Iberiacum, quod tueatur habet.

Quarta denique tario, † quæ præcipuè His- 68
panorum Regum, & Regnorum gloriam in hac tanti Orbis detectione commendat, inde peti potest, quod videamus, eorum jugi cura, & numquam intermissa pietate effectum esse, ut tot, ac tales provinciæ, quot, & quales suprà commemoravimus in unam veram Dei religionem, divinique cultus consentionem adducerentur, & conjungerentur; ita ut ex omnibus mundi partibus legati cum donis, ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ præstandam, advenerint, & † 69
nostrorum diligentia, posteriori hoc seculo, plures Christo nationes dederit, quam superiora ferè omnia simul, ut passim considerat, & ostendit Thom. Boc. *in tract. Imper. pend. à virt. cap. 13. in fin. & cap. seq. & de Ital. stat. lib. 3. cap. 5. & in sæpè citato tract. de sign. Eccles. Dei, lib. 4. cap. 3. in princip. pag.* 133. *& cap. 4. pag.* 137. *& c. 6. pag.* 140. *& lib. 7. c. 6. pag.* 282. *& libr. 3. c. 1. pag.* 492. *& lib.* 10. *c. 4. pag.* 212. *& lib. 26. c. 6. pag.* 133. *&* 134. *& lib. 21. c. 3. pag.* 377. Alan. Cop. † *Dialog. 6. c. 34. pag.* 941. qui 70
hanc religionis Novi Orbis immutationem his elegantissimis verbis sublimat: *Hujus verò in Orbe Novo detegendo, & ad rectam Fidem traducendo, divini beneficii magnitudo tanta est, ut secundùm illud, quo mundi opifex atque ædificator Deus hunc condidit, & incarnati Christi be-*

neficium, nullum vel prophanæ, vel sacræ literæ illustrius complecti videantur.

71 Janus † etiam Jacobus Boisardus, non ineleganter ejusdem conversionis magnitudinem fatetur, & laudat, sic canens:

Inter quos terra illa Notis Zephyrisque subacta,
Quæ toto à nobis dissidet Oceano,
Cui numquam conspecta Helice, septemque Triones,
Aut initat gelidis, quæ Cynosura rotis.
Gens Ogyge tota antiqua, famique nepotum
Progenies, duris edita tyberibus.
Gens patribus priscis incognita, tuetaque duri.
Sub Dio quovis tempore corporibus,
Nunc Christo assertam majore ex parte videmus
Puraque thuricremis dona adolere focis,
Nunc passim ingeniis melioribus esse politam
Cernimus, & mores eruditisse feros
Artes, & cultum versatæ discere terræ, &
Martia consulta Pallade bella sequi, &c.

72 Et idem tractant † & extollunt Paul. Jon. *lib. 12. sua histor.* Zurit. *lib. 1. hist. Reg. Cathol. c. 13.* & Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. c. 43. ex num.* 58. Anastas. Germon. *libr. 3. de sacr. immunit. c. 13. num.* 30. Didac. Valdes *de dign. Reg. Hisp. c. 19. num.* 52. Dom. Greg. Lop. Madera *de excellent. Hispan. Monarch. c. 6. fol.* 44. Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salute, lib. 21. part. cap.* 8. & alii, quos adducimus *infrà, lib. 2. cap. 4. n.* 25. Balthas. Chavasius *de notis Eccles. lib. 3. cap. 3. pag.* 738. Ubi ait, sic impletum fuisse illud: *A Solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.* Et sic Ecclesiæ
73 † filios in circuitu mensæ Domini, per quatuor Orbis partes expansæ, & præparatæ, sedentes Sacrorum Sacramentorum, Catholicæque doctrinæ fructibus oppiparè, ac dulcissimè perfrui. Et sic denique Ecclesia Romana sicuti abundantem vitim omnibus in lateribus domus, id est, in universis terrarum angulis, radices & ramos extendisse.

74 Quibus † adjici potest aliud quod non minori veritate, quam pietate notavit Boc. *lib. 9. de sign. Eccl. Dei, sign.* 37. *c.* 11. *pag.* 376. Videlicet mediante Hispanorum cura, hodie effici, ut semper in omni loco Deo pie preces fundantur, & quòd omnibus horis laudent eum omnes populi, sacrarum Missarum solemnia celebrent, & illud versiculum canant, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*, supposito, quod ubi in una parte Orbis Sol illucescit Catholicis, & *prima* vocatur, alibi occidit, vel est Solis *hora tertia*, aut *sexta*, aut *nona*, *vesperi*, aut *matutini*, & preces istis horis assignatæ recitantur. Quo in
75 sensu † accipit, & impleri dicit illud Psalmographi: *Dies diei eructat verbum, nox nocti indicat scientiam.* Et *Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.* Et Habacuc: *Laudis ejus plena est terra.* Et Isai. cap. 6. *Plena est omnis terra gloria ejus.* Et Malach. 1. *Ab ortu Solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.*

76 Genebrardus † quoque eamdem nostrorum Regum curam, & diligentiam in Christi Fide extendenda, & dissemìnanda multis nominibus laudat *lib. 4. Chronic. anno* 1492. ubi rectè inter alia considerat, quo anno bellum Hispanum perfectum est contra Mauros, initium † habuisse ex- 77
peditionem ad Indos Occidentales, *quasi Hispanorum opus sit, expugnare Infideles & Paganos.* Quod etiam, ut peculiari animadversione dignum, notavit Anton. de Herrer. *in histor. general. Ind. decad. 1. lib. 1. c. 3. pag.* 51. & Alan. Cop. *d. Dial. 6. c. 36. pag.* 952. ubi cum Reguin Hispaniæ admirabilem in Fide constantiam commendasset, & quod Mauros tandem prorsus tota Hispania Granatensi bello fortissimè exegerint, subdit: † *Qui gloriosus finis, initium fuit Novi* 78
Orbis perveştigandi, ita ut in eos nova Deus in dies beneficia veteribus accumularit, & in perfidos Mauros licet seram justissimam tamen vindictam rependerit.

Sed non minus in eodem articulo expenden- 79
da, & attendenda est alia consideratio † ejusdem Alani Cop. *dict. Dialog. 6. cap.* 34. *pag.* 945. *& c.* 39. *pag.* 969. *&* 970. Thom. Boc. *d. lib. 4. de sign. Eccles. Dei, c. 4. p.* 135. *& seq.* Anton. Posevin. 1. *tom. Bibliot. lib.* 1. *c.* 7. *p.* 5. *in fin.* Fr. Anton. de San-Roman. *in histor. Ind. Orient. lib.* 1. *c.* 1. Fr. Thom. à *Jesu in prolog. ad lib. de procur. omn. gent. salut. pag.* 1. & Fr. Joan. à Torquemada *in Monarch. Indian. in prologo* 3. *tom.*, *& in lib.* 18. *c.* 2. qui advertunt, hanc Fidei propagationem, & per adeo remotas & Barbaras nationes prædicationem eo tempore factam fuisse, quo majores adversus sanctam Dei Ecclesiam per hæreticos, & alios ejus hostes tempestates concitatæ sunt, & quo plures ex antiquis ejus assecliis à Fide semel ei data desciverant. Idque ad
summa Catholicorum † Hispaniæ, Portugaliæque 80
Regum ornamenta, egregiamque laudem referendam esse, per quos Deus Novum quemdam Orbem ostenderit, non tam fœlicem gemmarum, & auri, quibus abundat, copiâ, quàm quòd idolis excussis, verum Christi Evangelium magna ex parte susceperit, eoque beatiorem; quo longiùs maximo maris, & terrarum tractu ab istis sectis divulsus est. Ut † sic divini ora- 81
cula impleantur, quæ pollicentur, Ecclesiam numquam defuturam, & in locum eorum, qui ei perfidè oblatrant, & resistunt, alios atque alios colonos, & agricolas è Gentibus Deum evocaturum, quibus vinea ipsius sacratim scilicet rerum observatio, administratio, & cultus commendetur, ut habetur *in Psalm.* 2. & apud Isai. *c.* 6. & Matth. *c.* 21.

Est † enim in hoc, ut in reliquis, Dei pro- 82
videntia summè admirabilis, & quemadmodum in rebus naturalibus nihil interit, ut non aliud generetur, sic in Christiana religione, jam inde à fœlici ipsius ortu, usu venisse observatum est, ut numquam alicubi interversa sit Catholica Fides, quin alibi fœliciter succreseat, quod illam decessionem resarciat, ut plurimis exemplis ostendunt auctores *suprà* citati, præcipuè Thom. Boc. *d. c. 4. per totum, & de ruinis Gentium lib. 6. c. 9.* Genebrard. *lib. 4. Chronic. anno* 1297. & elegantiss. Fr. Joan. Marquez *in Gubern. Christian. lib. 2. c. 24. in fine.* Ubi inter alia observant, † gloriosissimæ Austriacæ familiæ tro- 83
phæa eo tempore in Occidente augeri cœpisse, quo in Oriente Turcarum Imperium radices agebat, & ubi Lutherus diram tot hæresium labem per Germaniam evomuit, † Beatissimum Hispa- 84
niæ

niæ decus Ignatium à Loyola suæ Societatis instituta, & milites præparasse, qui adversus perfidum illum Hæresiarcham, & ejus sequaces, & verbo, & scriptis, ut faciunt & fecerunt semper, acriter & fœlicitèr decertarent. Et hoc est, quod
85 ante omnes monuisse videtur † D. Hilarius, dum inquit: *Ecclesia, dum persequitur, floret; dum opprimitur, crescit; dum contemnitur, proficit; dum lædítur, vincit, dum arguitur, intelligit; tum denique stat, cùm superari videtur.*

Idem etiam Genebrard. *sup. Psalm. 67. vers.*
86 37. mirabiliter ostendit; † Antichristo obviam iri per hanc Fidei in Orientalibus & Occidentalibus Indiis dilatationem, illumque ab earum Regibus, & incolis esse conficiendum. *Cui mysterio* (inquit) *Portugalienses & Hispani in suis ad illos populos navigationibus, & conversionibus jam anno M. D. interviunt*: Genebrardum refert & sequitur Maluenda *lib. 5. de Antichrist. c. 18. pag. 299. & lib. 4. c. 16. pag. 432.* ubi adducens verba Cajetani *sup. Lucam c. 18.* dicentis, suo judicio, Antichristum propè esse, cum exiguus verè fidelium numerus jam apparere videretur, & magna mundi pars Mahumetana esset, & parva Christianis relicta, tot Hæresibus & Schismatibus, ac pravis usibus repleta esset, subjicit Maluenda: *Sed ut minus ejus* (Cajetani scilicet) *seu vaticinium pertimescamus, facit amplissima per Novum Orbem Fidei propagatio, & quæ etiam hoc tempore paratur Sinarum conversio, plantato jam Evangelio in Japonis, Philipinis, & innumeris novis, tum insulis, tum regionibus, atque etiam nostris temporibus Ecclesiarum Ægypti, & Æthiopiæ, atque Ruthenorum ad Ecclesiam mira Dei benignitate facta aggregatio.*

87 Sed subjicere libet † duo ad eamdem rem spectantia incertorum auctorum Epigrammata, quæ extant apud Jacob. Gretser. *in ortu S. Crucis, part. 5. pag.* 189. & 291. primum sic habet:

Post se Sol tenebras linquit, quæ cedit ab ora
Umbris opacans hanc tegit caligine.
Hinc syncera fides retrahit tua lumina, quare
Incumbit errorum gravis nox Occus.
Patribus è nostris sensim demigrat ad Indos
Gloria Crucis, dum furit, & ardet hæresis
Antipodas sed adit, qui grato pectore lucem hanc
Captam, honorant, mente pura, & simplice.

Secundum verò sic:

Hæresis heu pridem convicta est argumentis
Impia, mirandis, prodigiisque Crucis,
Et quis de templis insignia sancta solutis
Sustulit, & pessum, quâ potis illa dedit:
En ex Orbe Novo mittit natura peregrè
Nostro Orbi sobolem, munera rara tuam.

88 Hæc cùm ita se habeant, mirum videri non debet, Deum Opt. Max. † Hispanorum Regum Majestatem, & potentiam extulisse, cùm ipsi Divinum ejus nomen, numen, & cultum tot sumptibus & laboribus inter has incultas & ignoratas nationes extolli & propagari curaverint. Quod rectè & piè considerant Bocius, & Thomas à Jesu in locis *supra* relatis; idem Thom. Boc. *de ruinis Gentium lib. 2. per totum*: Valenzuela *in monit. contra Venetos, 5. part. num.* 207. Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 43. n.* 60. Idem Boc. *lib. 20. de sign. Eccles. Dei, signo 32. c. 1. & de ruinis Gentium lib. 2. per totum*; & magis in terminis *lib. 7. cap. 4. pag. 936. & seq.* Anton. Posevin. *in Bibliot. 2. tom. cap. 2.* Pat. Marquez *in d. Gubernat. Christian. lib. 2. c. 30.* & latè & eleganter Pat. Balthas. Chavas. *de notis veræ religion. lib. 4. cap. 4.*

Ubi vel hoc exemplo † nefandum Machiavelli, & Bodini dogma convincunt, qui religionis 89
Christianæ curam, & fidelem observationem inter præcipuas causas proponere ausi sunt, quæ multa Regna, atque Imperia everterunt. Contra expressas Divini Spiritus † promissiones, qui 90
se eos honorificaturum, & glorils, victorils, atque Imperils auctурum, sæpè pollicetur, qui Dei gloriam, & honorem quæsierint, & ejus Fidei, ac nominis defensionem, & dilationem susceperint; de quibus agitur 1. *Reg. 2. Proverb. 1. Levit. 26. ad Hebr. 11. vers.* 32. 33. & 34. & dicam *infrà lib. 2. cap. 16. num.* 41. & 59. & *cap. 22. num.* 33.

Neque † hoc ipsos etiam Ethnicos latuit, 91
quorum veteres, si Athenæo credimus *lib. 12.* ita vaticinati fuerunt:

Semper eris felix, venerant gens numina Divum,
Donec plus superis fueris venerata virum quem
Intima seditio tunc, & tibi prælia surgent.

Et Poëta alter disertissimus, † imperium sine 92
religionis cura non magis stare, vel augeri posse, quàm humanum genus sine uxorum consortio. Atque ob hanc causam † Austriacam do- 93
mum tot incrementa habuisse, & pro armorum insignibus albam fasciam in campo sanguineo gestasse, sic elegantissimè ostendit:

Humanum cum Platta genus sibi conderet, unum,
Non vidit satis esse hominem, nisi jungeret illi
Consortem, sine qua nequeat consistere Regnum,
Quod Medus, quod Persa habuit, quod Græcus, & inde
Romanus, genuit Mavors sine conjuge prolem.
At Medus sic Persa ruit, sic Græcus, & ipse
Romanus, Deus imperium sine fine daturus
Connubio Martí conjunxit Religionem;
Austriacamque habitare domum per secula jussit,
Et spargat cum Sole simul tua sceptra per Orbem,
Candida Religio est, rubet alter sanguine conjux,
Austriacæ hinc intigne domus cum sanguine candor.

Sed cum invidia † semper virtutis, & gloriæ co- 94
mes esse soleat, & præclara aliorum gesta insectetur, teste Cicer. *lib. 4. ad Heren. & lib. 2. de orat.* Ammian. Marcellin. *lib. 35. hist.* Just. Lips. *in cent. 3. ad Belgas epist. 14. & in oper. crit. lib. 5. epist. 14.* Auctor pictæ poësis *pag. 41.* & alii, quorum dicta copiosè refert Joan. Bapt. Valenzuela *in discurs. status. & belli, p. 2. considerat. 18. ex num.* 42. non defuerunt aliqui † Scriptores parum 95
Regibus, & gentibus nostris affecti, qui eorum gloriam inde evacuare conantur, quod magis auri, & argenti cupiditate, quàm religionis zelo in prædicto opere laboraverint. In quo præsertim nimis nos insectatur † Hieronymus Benzo in 96
tota sua historia Novi Orbis, quam videtur ad Hispani nominis odium excitandum, dumtaxat scripsisse. Quapropter † hæretici eam festivè ar- 97
ripientes quibusdam procemils carminibus, & additionibus, quæ similes, & majores allas Hispanorum injurias continent, locupletarunt, &

La-

Latino sermone donatam typis, & iconibus excuserunt *in 4. 5. & 6. part. histor. Americæ.* In octava etiam parte reposuerunt relationem quamdam secundæ navigationis factæ à Britannis in regionem Guianam sub Gualthero Ralegh anno 1596. ubi *pag. 90.* alia in eamdem rem procacissima verba reperiuntur. Quæ omnia meritò expurgari jussa sunt in ultimo indice librorum prohibitorum anno 1613. ut & *supr. c. 5. n. 48.* monuimus.

Idem odium non obscurè detegit Trajanus Bocalinus *in suis nuntiis Parnassi cent. 2. c. 90.* dum futilibus quibusdam rationibus motus, tanti Orbis detectionem, & detectores imprudentissimè (ne dicam impudentissimè) notat, & damnosam potiùs, quàm utilem hominibus fuisse ostendere nititur.

98 Honoratus † quoque Fasitellus *epigram. ad Scipionem Capycium, 1. tom. deliciarum Italorum Poitarum, pag. 959.* ejusdem avaritiæ crimen his carminibus Hispanis impingit:

O ego quid cesso? populique, urbesque valete,
Et quæcumque levis compita vulgus amat
Vulgus, in extremis quæsita Themistita terris
Cui placet, incertis, & Calicuta viis.
Nescio quæ Calicuta novo sub Sole repotta
Æternum Hispanæ munus avaritiæ
Nempe parum fuerat, nostris ditescere regnis,
Et versare avida fasque nefasque manu.
Intactos niti classe nova penetrastes ad Indos,
Intentata rudis Tethyos ad spatia.
Scilicet à curvo miles digressus aratro
Præcepit trans terras, & maria alta ruit;
Jamque super Solis curtatque attutique perennes,
Audes in ignotum tendere vela salum.
Sic alius nobis alio micat Orbe Bootes
Mersaque sub stygio gurgite terra patet,
Quid facis abdemus? gemmas, earumque reconde,
Muneribus perdite teque, tuosque tuis.

Alter etiam Poëta non minùs acutè, circa idem argumentum sibi lusisse visus est dum scripsit:

Celtiber Indorum ritiens (ut fama) salutem,
Et Christo multas quærere certus oves:
It, redit, ædificat, templisque imponit honorem,
Corporaque infutis Barbara lutirat aquis,
Nec labor incassum, & quidni converteret Indos
Voce, manu montes vertere qui potuit?

99 Verùm huic † calumniæ facilè responderi potest, quòd etsi plures vulgaris conditionis homines, qui in has olim regiones transfretarunt, divitiarum desiderio potissimè ducerentur, atque eis conquirendis intenti, plura mala miseris Indis
100 irrogaverint: Gloriosissimi † tamen & Piissimi Reges, & Domini nostri, haud quaquam hunc sibi scopum præposuerunt, sed Divini nominis honorem, & Fidei exaltationem, ac propagationem imprimis exoptantes, reliqua temporalia emolumenta accessoria esse judicarunt: ad quod indesinenti cura, & numquam intermissa pietate, innumera mandata, instructiones, ordinationes, & leges ab initio hujus conquisitionis ediderunt, de quibus alio in loco specialiùs agemus, & adversus duces & milites, qui earum transgressores fuisse probati sunt, severissimè animadverti jusserunt.

101 Cujus pietatis, zeli, & mandati memor † insignis ille Dux Christophorus Columbus, simul atque extendit in terram illius parvæ insulæ Guanahani, in genua procidit, atque sublatis ad cœlum manibus, fusisque præ gaudio lachrymis, hanc ad Deum orationem habuit, ut narrat Petr. Martyr *in decad. Novi Orbis*; & additionator Benzonis *lib. 4. cap. 8. pag. 34. Domine Deus æterne, & omnipotens, sacro tuo verbo cœlum, terram, & mare creasti: Benedicatur & glorificetur nomen tuum: laudetur tua majestas, quæ dignata est, per humilem servum suum procurare, ut ejus sacrum nomen agnoscatur, & publicetur in hac altera mundi parte.*

Eamdemque † protestationem, ac professio- 102
nem reliqui sequentes Duces & Archiguberni in suis detectionibus eorumdem Regum Catholicorum nomine fecisse reperiuntur: prout Anton. de Herrer. *in histor. gener. Ind. Occident.* passim ostendit.

Quod si † hi ad divitias, & thesauros Indiæ 103
mentis aciem dumtaxat intenderent intra propríos Hispaniæ limites alios profectò non minores invenire possent, juxta ea, quæ de uberrimis, & ditissimis ejus auri & argenti fodinis latè tradit Pineda *lib. 4. de reb. Salom. fere per totum*, & nos aliis in locis opportunius diximus & dicemus.

Regnum igitur † Christi & Ecclesiæ magis 104
quàm proprium amplificare præcipuè conati sunt, & non avaritia, sed religionis ardentissimus zelus, tantos animos occupavit, eximiis semper votis optantes, ut suo labore, sumptibus, & industria veri Dei cultus ubi coalavit, altas radices mitteret, utque eò protenderetur, quò antè numquam pertigerat, & ut candidissimum Fidei Catholicæ lumen ad eos transitum faceret, qui in tenebris, atque in umbra mortis per tot secula jacuisse, comperti sunt.

Quam certam & verissimam † assertionem ad- 105
versus malè feriatos nebulones illos, quorum suprà meminimus, optimè tuentur reliqui doctissimi & gravissimi Auctores *supra num. 69. 72. & 84.* relati, & graviter pro ea pugnat Greg. Lopez Madera *de excellent. Hispan. Monarch. cap. 6. fol. 44. & cap. 9. fol. 74.* Bartholom. Leonard. de Argensol. *in histor. Malucarum lib. 2. pag. 84. & 85.* & novissime Regius Chronographus Ludovic. Cabrera *in vita Philippi II. lib. 7. c. 8. p. 419. & pag. 424.* ubi † hujus Regni piissimum 106
dictum enarrant, qui cùm Philippinis insulis detectis, & plurimis indigenis aquâ baptismali lustratis, de eis deferendis ob terræ inopiam, & plures Regii ærarii sumptibus rogaretur, respondit, se pro unius tantum sacelli, aut Christiani conservatione, non solùm Indiarum provenrus, verùm & Hispaniæ reditus omnes, si illi non sufficerent, libentissimè expensurum. Neque ullo pacto absque Evangelii luce quaslibet provincias, quantumvis inopes & incultas, derelicturum, cum Apostolici muneris vices sibi, & suis in hac prædicatione injunctas agnosceret: quod reipsa completum tam in his insulis, quàm in aliis provinciis, & plurimis Regiis schedulis earum videmus, quarum alio in loco meminimus.

Potestque ex ipso opere, quod peractum est 107
satis evidenter ostendi. Etenim † Deus ad facinora ita præclara non tam eos eligere & juvare solet, qui divitiarum cupiditate, & Regni proprii

prii amplificandi ardore ducuntur, quam qui Religionem totis nervis defendere & extendere conantur, injurias propellunt & divinum amorem, timorem mentibus & animis subditorum incutiunt, ut probavimus *suprà num. 89. & sequent.* & apertè docemur Deuteron. *cap. 7. vers. 7.* & auctoritate D. Prosper. *in lib. Sent. ex Augustin. cap. 95.* ubi inquit: *Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas fortitudinem Christianorum Dei caritas facit.* Quibus alia adjicit P. Marquez *in Gubernat. Christian. lib. 1. cap. 30. & 31.*

108 Præterquam quod eo tempore, quo † Catholici Reges Ferdinand. & Elizabeth, Columbo ductore, navales illas expeditiones cœperunt, divitiarum cumulos, qui in his regionibus latebant, penitus ignorabant, atque ita nihil de eorum gloria, & pietate † detrahere potest, quod illos postea
109 forte oblatos acciperent, & in suscepto propagandæ Fidei voto hujusmodi veluti illecebris, aut retinaculis diligentius & alacrius perseverarent, cum Deus forsitan hoc etiam fine tales divitias præparasse videri possit, ut notavimus *suprà c. prox. n. 40. 41. & 58.* Et † omnes homines ea natura si-
110 mus, ut etiam ad res pias & honestas magis accendamur, cum aliqua simul species utilitatis objicitur: ut præclarè docet M. Tull. *lib. 3. offic.* Ovid. *lib. 2. de Ponto, eleg. 3.*

Nec facilè invenies multis in millibus unum
Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse decor recti facti præmia desint,
Non movet & gratis panitet esse probum.

Et de bellicarum † expeditionum materia loquens 111
Herodot. *lib. 5.* inquit: *Operæpretium non est, suscipere prælia pro terra neque multa, neque ita feraci, & pro exiguis finibus, adversus eos, quibus nihil est neque auri, neque argenti, quarum rerum cupiditate quis inducitur ad mortem pericitandum.* Et Lactant. Firmian. *lib. 7. cap. 4. de præm. Divin.* ita air: *Quis est † vel tam ineptus, vel tam otiosus, ut aggrediatur facere aliquid frus-* 112
tra, ex quo nullam utilitatem, nullum commodum speret?

Maneat ergo gloria & majestas Regum & Regni nostri adversus invidorum calumnias Dei providentia, directione, protectione, & tanti Orbis conversione, & accessione suffulta, & ut virulentis illis poëmatis, *num. 99.* relatis, alio priori & † veriori, satisfiat, caput, & librum istum sic *Regem & Hispaniam* nostram alloquen- 113
tes claudamus:

Magnus Alexander quem frustra optaverat Orbem
Æqualem meritis Di tribuere tuis.
Quem vincat, quem pace regat, cui sidera monstret,
Æterno doceat sacrificare Deo.

LIBER SECUNDUS

IN QUO DE ACQUISITIONIS TITULIS *singulari studio, & diligentia disseritur.*

CAPUT I.

Quàm sit nobilis, & difficilis hæc de justa Indiarum acquisitione tractatio, & à quibus fuerit seriò, aut etiam perfunctoriè agitata.

SUMMARIUM.

1 *Auctor cur in primo libro Historicum, & Cosmographum egerit.*
2 *Scriptores librorum omnibus disciplinis uti debent.*
3 *Apes imitari debent, qui libros legunt, & scribunt.*
4 *Auctoris tractatio in hoc libro secundo circa quid versari debeat, & qualiter instituenda.* Et num. 50.
5 *Indiarum Occidentalium acquisitionis disputatio multis difficilis vita est.*
6 *Gloria major ex arduis, & difficilibus comparatur.*
7 *Labor major impendi debet, ubi major utilitas speratur.*
8 *Regum Hispaniæ dignitas, & majestas, ob Indiarum acquisitionem, temerè ab aliquibus calumniatur.*
9 *Subditi debent famam, & honorem dominorum sicut vitam tueri.*
10 *Vassalli qualiter jurent defendere vitam, & honorem Domini.*
11 *Auctor numquam intendit aliorum scriptorum dicta supprimere, aut pro suis venditare.*
12 *Scriptorum priorum laus posterioribus quoque justè aliquando debetur.*
13 *Librum suum quis illum appellare potest in quo aliorum dicta bene, & distincte congessit, etsi de suo nihil adjiciat.*
14 *Accursius in Juris glossis pauca de suo habet.*
15 *Speculator fatetur, se ex aliorum velleribus telam suam ordiri.*
16 *Græci Philosophi & Poetæ, plurima ab aliis dicta pro suis venditarunt.*
17 *Macrobii elegans locus expenditur.*
18 *Lubianus qualiter eos laudet, qui alienis scriptis commodè uti sciunt.*
19 *Auctores recententur, qui generaliter tractant de dominio infidelium, & an ab illis auferri possit.*
20 *Auctorum operosa nomenclatura proponitur, qui de justitia acquisitionis Novi Orbis ex professo, vel perfunctoriè tractarunt,* & num. 39.
21 *Joannes Lupus de Palacios Rubios, omnium primus de jure acquisitionis Indiarum disputare cœpit.*
Chiapensis Episcopus laudatur, & plurima de ejus vita, & virtutibus, & auctoribus, qui de ejus agunt, ibid. & n. 27.
22 *Bartholomæus de las Casas in seculo manens, & postea Ordinem Prædicatorum professus, & Episcopus creatus, pro Indorum libertate, & utilitate anxiè laboravit,* & n. 26.
23 *Episcopus Chiapensis, quot libros, seu tractatus de Indorum meritis ediderit,* & n. 25.
24 *Episcopi Chiapensis tractatus de Jure Indiarum præcipuè Confessionarium, cur colligi jussi fuerunt.*
25 *Alia opera ejusdem Episcopi.*
26 *Ejus mors.*
27 *De ipsius virtute auctores.*
28 *Joannes Ginesii à Sepulveda vita, & scripta, præsertim quæ de justitia debellationis Indiarum vulgavit.*
29 *Ginesii Sepulveda libri de justis causis belli Indorum cur à Regio Consilio intercipi jussi fuerint.*
30 *Licent. Frias de Albornoz scriptis tractatum parum constantem de conversione, & debellatione Indorum.*
31 *Petrus Malferitus scripsit responsum Apologeticum pro justitia debellationis Indorum.*
32 *Marquardus de Susanis specialiter egit de juribus acquisitionis Novi Orbis.*
33 *Franciscus à Vargas aliqua tradit pro tuenda acquisitione Novi Orbis, & refert se longiora commentaria de hac quæstione edidisse, quæ auctor non vidit.*
34 *Dominic. à Soto quid scripserit, & scribere promiserit de juribus acquisitionis Indiarum, & de ratione promulgandi Evangelii.*
35 *Joan. Matienzus quos libros ediderit, & qualiter referat se in uno eorum de Indorum debellatione defendenda latè tractare.*
36 *Joan. Matienzus scripsit librum Hispano sermone de moderatione Regni Perù, & quid de eo auctor censeat.*
37 *Fr. Francisc. à Victoria doctas relectiones scripsit de Indis insulanis, seu de veris affectatis titulis dominationis eorum.*
38 *Gregorius Lopez laudatur, & qualiter scripserit de juribus dominationis Indiarum, refertur.*
39 *Acquisitionis, & retentionis Novi Orbis jura, & titulos multi Doctores variis in locis examinant qui numerantur.*
40 *Josephi Acosta scripta laudantur.*
41 *Jurt. Heurnius scripsisse librum de legatione Evangelica ad Indos capessenda, quem auctor non vidit.*
42 *D. Martha scripsit latè de dominio Infidelium, & Indorum, & Romani Pontif. potestate super eos.*
43 *Hieron. Cevallos laudatur, & qualiter scripserit de justitia acquisitionis, & retentionis Novi Orbis.*
44 *Novi Orbis acquisitionis, & retentionis tituli à præstantissimis Hispaniæ J. C. tractari debuissent.*
45 *Magnos in magnis occupari decet.*
46 *Auctor speravit, se aliquid in titulis acquisitionis Novi Orbis congerendis, & illustrandis præstiturum.*
47 *Primum locum inscribendo qui assequi non potest, nimirùm ideò intenti sui proventum continere debet, ex Cicerone.*
48 *Mare liberum tituli est cujusdam libri ab Anonymo aliquo hæretico editi, contra jura acquisitionis & retentionis Indiarum.*
49 *Hæretici, & sectarii contumelioti, & procaces sunt, ubi cum Catholicis certant.*
50 *D. Seraphinus Freitas Lusitanus laudatur, & ejus tractatus contra alterum Matis libexi.*
51 *Bened. Ægidius etiam Lusitanus eidem libro, licet*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

prii amplificandi ardore ducuntur, quam qui Religionem totis nervis defendere & extendere conantur, injurias propellunt & divinum amorem, timorem mentibus & animis subditorum incutiunt, ut probavimus *suprà num. 89. & sequent.* & apertè docemur Deuteron. *cap. 7. vers. 7.* & auctoritate D. Prosper. *in lib. Sent. ex Augustin. cap. 95.* ubi inquit: *Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas fortitudinem Christianorum Dei caritas facit.* Quibus alia adjicit P. Marquez *in Gubernat. Christian. lib. 1. cap. 30. & 31.*

108 Præterquam quod eo tempore, quo † Catholici Reges Ferdinand. & Elizabeth, Columbo ductore, navales illas expeditiones cœperunt, divitiarum cumulos, qui in his regionibus latebant, penitus ignorabant, atque ita nihil de eorum gloria, & pietate † detrahere potest, quod illos postea
109 forte oblatos acciperent, & in suscepto propagandæ Fidei voto hujusmodi veluti illecebris, aut retinaculis diligentius & alacrius perseverarent, cum Deus forsitan hoc etiam fine tales divitias præparasse videri possit, ut notavimus *suprà c. prox. n. 40. 41. & 58.* Et † omnes homines ea natura si-
110 mus, ut etiam ad res pias & honestas magis accendamur, cum aliqua simul species utilitatis objicitur: ut præclarè docet M. Tull. *lib. 3. offic.* Ovid. *lib. 2. de Ponto, eleg. 3.*

Nec facilè invenies multis in millibus unum
Virtutem pretium qui putet esse sui.
Ipse decor recti facti præmia desint,
Non movet & gratis panitet esse probum.

Et de bellicarum † expeditionum materia loquens 111
Herodot. *lib. 5.* inquit: *Operæpretium non est, suscipere prælia pro terra neque multa, neque ita feraci, & pro exiguis finibus, adversus eos, quibus nihil est neque auri, neque argenti, quarum rerum cupiditate quis inducitur ad mortem pericitandum.* Et Lactant. Firmian. *lib. 7. cap. 4. de præm. Divin.* ita air: *Quis est † vel tam ineptus, vel tam otiosus, ut aggrediatur facere aliquid frus-* 112
tra, ex quo nullam utilitatem, nullum commodum speret?

Maneat ergo gloria & majestas Regum & Regni nostri adversus invidorum calumnias Dei providentia, directione, protectione, & tanti Orbis conversione, & accessione suffulta, & ut virulentis illis poëmatis, *num. 99.* relatis, alio priori & † veriori, satisfiat, caput, & librum istum sic *Regem & Hispaniam* nostram alloquen- 113
tes claudamus:

Magnus Alexander quem frustra optaverat Orbem
Æqualem meritis Di tribuere tuis.
Quem vincat, quem pace regat, cui sidera monstret,
Æterno doceat sacrificare Deo.

LIBER SECUNDUS

IN QUO DE ACQUISITIONIS TITULIS *singulari studio, & diligentia disseritur.*

CAPUT I.

Quàm sit nobilis, & difficilis hæc de justa Indiarum acquisitione tractatio, & à quibus fuerit seriò, aut etiam perfunctoriè agitata.

SUMMARIUM.

1 *Auctor cur in primo libro Historicum, & Cosmographum egerit.*
2 *Scriptores librorum omnibus disciplinis uti debent.*
3 *Apes imitari debent, qui libros legunt, & scribunt.*
4 *Auctoris tractatio in hoc libro secundo circa quid versari debeat, & qualiter instituenda.* Et num. 50.
5 *Indiarum Occidentalium acquisitionis disputatio multis difficilis vita est.*
6 *Gloria major ex arduis, & difficilibus comparatur.*
7 *Labor major impendi debet, ubi major utilitas speratur.*
8 *Regum Hispaniæ dignitas, & majestas, ob Indiarum acquisitionem, temerè ab aliquibus calumniatur.*
9 *Subditi debent famam, & honorem dominorum sicut vitam tueri.*
10 *Vassalli qualiter jurent defendere vitam, & honorem Domini.*
11 *Auctor numquam intendit aliorum scriptorum dicta supprimere, aut pro suis venditare.*
12 *Scriptorum priorum laus posterioribus quoque justè aliquando debetur.*
13 *Librum suum quis illum appellare potest in quo aliorum dicta bene, & distincte congessit, etsi de suo nihil adjiciat.*
14 *Accursius in Juris glossis pauca de suo habet.*
15 *Speculator fatetur, se ex aliorum velleribus telam suam ordiri.*
16 *Græci Philosophi & Poetæ, plurima ab aliis dicta pro suis venditarunt.*
17 *Macrobii elegans locus expenditur.*
18 *Lubianus qualiter eos laudet, qui alienis scriptis commodè uti sciunt.*
19 *Auctores recententur, qui generaliter tractant de dominio infidelium, & an ab illis auferri possit.*
20 *Auctorum operosa nomenclatura proponitur, qui de justitia acquisitionis Novi Orbis ex professo, vel perfunctoriè tractarunt,* & num. 39.
21 *Joannes Lupus de Palacios Rubios, omnium primus de jure acquisitionis Indiarum disputare cœpit.*
Chiapensis Episcopus laudatur, & plurima de ejus vita, & virtutibus, & auctoribus, qui de ejus agunt, ibid. & n. 27.
22 *Bartholomæus de las Casas in seculo manens, & postea Ordinem Prædicatorum professus, & Episcopus creatus, pro Indorum libertate, & utilitate anxiè laboravit,* & n. 26.
23 *Episcopus Chiapensis, quot libros, seu tractatus de Indorum meritis ediderit,* & n. 25.
24 *Episcopi Chiapensis tractatus de Jure Indiarum præcipuè Confessionarium, cur colligi jussi fuerunt.*
25 *Alia opera ejusdem Episcopi.*
26 *Ejus mors.*
27 *De ipsius virtute auctores.*
28 *Joannes Ginesii à Sepulveda vita, & scripta, præsertim quæ de justitia debellationis Indiarum vulgavit.*
29 *Ginesii Sepulveda libri de justis causis belli Indorum cur à Regio Consilio intercipi jussi fuerint.*
30 *Licent. Frias de Albornoz scriptis tractatum parum constantem de conversione, & debellatione Indorum.*
31 *Petrus Malferitus scripsit responsum Apologeticum pro justitia debellationis Indorum.*
32 *Marquardus de Susanis specialiter egit de juribus acquisitionis Novi Orbis.*
33 *Franciscus à Vargas aliqua tradit pro tuenda acquisitione Novi Orbis, & refert se longiora commentaria de hac quæstione edidisse, quæ auctor non vidit.*
34 *Dominic. à Soto quid scripserit, & scribere promiserit de juribus acquisitionis Indiarum, & de ratione promulgandi Evangelii.*
35 *Joan. Matienzus quos libros ediderit, & qualiter referat se in uno eorum de Indorum debellatione defendenda latè tractare.*
36 *Joan. Matienzus scripsit librum Hispano sermone de moderatione Regni Perù, & quid de eo auctor censeat.*
37 *Fr. Francisc. à Victoria doctas relectiones scripsit de Indis insulanis, seu de veris affectatis titulis dominationis eorum.*
38 *Gregorius Lopez laudatur, & qualiter scripserit de juribus dominationis Indiarum, refertur.*
39 *Acquisitionis, & retentionis Novi Orbis jura, & titulos multi Doctores variis in locis examinant qui numerantur.*
40 *Josephi Acosta scripta laudantur.*
41 *Jurt. Heurnius scripsisse librum de legatione Evangelica ad Indos capessenda, quem auctor non vidit.*
42 *D. Martha scripsit latè de dominio Infidelium, & Indorum, & Romani Pontif. potestate super eos.*
43 *Hieron. Cevallos laudatur, & qualiter scripserit de justitia acquisitionis, & retentionis Novi Orbis.*
44 *Novi Orbis acquisitionis, & retentionis tituli à præstantissimis Hispaniæ J. C. tractari debuissent.*
45 *Magnos in magnis occupari decet.*
46 *Auctor speravit, se aliquid in titulis acquisitionis Novi Orbis congerendis, & illustrandis præstiturum.*
47 *Primum locum inscribendo qui assequi non potest, nimirùm ideò intenti sui proventum continere debet, ex Cicerone.*
48 *Mare liberum tituli est cujusdam libri ab Anonymo aliquo hæretico editi, contra jura acquisitionis & retentionis Indiarum.*
49 *Hæretici, & sectarii contumelioti, & procaces sunt, ubi cum Catholicis certant.*
50 *D. Seraphinus Freitas Lusitanus laudatur, & ejus tractatus contra alterum Matis libexi.*
51 *Bened. Ægidius etiam Lusitanus eidem libro, licet*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

non ita ex professo, respondet.

52 *Mendax meretur, ut etiam cum vera dicat, ei non creditur.*

51 *Adulatores sibi, & iis, quibus adulantur, damnosi sunt.*

Uperiore libro ea omnia (ni fallor) satis dilucide exposui, & illustravi, quæ necessaria visa sunt ad cognoscendum nomen, situm, naturam, historiam, ac gloriam detectionis Indiarum Occidentalium, de quarum jure sermonem & tractationem inivimus. In quo † parum
1 vereor Aristarchorum censuram, si qui fortè me potiùs Historicum, aut Cosmographum, quàm Jureconsultum egisse causentur. Susceptum quippè opus id, ut apparet desiderabat, neque aliter ejus compago constare poterit, quam si ex separatis, & diversis disciplinis, ædificii hujus universitas construatur. Ut in † simili scribit Javolen. *in l. eum qui ædes 23. ff. de usucap.* & Senec. *epist. 74.* dum ait:

Invicem hæc studia commutanda esse, & alterum altero temperandum, ut quidquid sectione collectum est, stylus redigat in corpus, apum imitatione, † quæ vagantur, & flores, ad mel faciendum idonei, carpunt; deinde quidquid attulere disponunt, ac per favos digerunt: & ut Virgil. noster ait;

2 3

=Liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.

Quâ etiam eleganti similitudine usos reperio Lucret. *lib. 3. de natur. rer. in princip.*

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetua semper dignissima vita.

Horat. *lib. 4. Carmin. Ode 2.* Simonidem apud Plutarch. *in ejus vita*, Isocrat. *in fin. orat. ad Demonic.* ubi sic inquit: *Nam ut apes videmus omnibus quidem floscullis insidere, de singulis autem utilia carpere: sic eruditionis comparandæ studiosos, nihil inexploratum relinquere, sed profutura quæ sunt undique colligere licet.* Macrob. *lib. 1. Saturnal. c. 1.* ubi verba Senecæ ad literam mutuatur, & terigi ego *in meo tract. de crim. parric. lib. 1. c. 13.* Neque abest D. Hieron. *adversus Vigilant.* sic scribens: *Operis mei est, & fluvii, multos legere ut ex plurimis diversas flores carpam: non tam probaturus omnia, quàm quæ bona sunt, electurus: assumo multos in manus meas, ut à multis multa cognoscam.*

4 Nunc † verò rerum ordine ita exigente, Nomocanonicum sermonem (id est mixtum ex Civilis, & Canonici juris disciplina) & maxima etiam ex parte Theologicum instituemus, dum in secundo hoc nostræ tractationis libro de juribus, sive titulis agere destinamus, quibus fœlicissimi & potentissimi Hispanorum Reges, & Domini nostri has Novi Orbis Provincias tot laboribus, & expensis (ut diximus) perlustratas, ditioni suæ subjicere, & adjicere potuerunt.

5 In quo planè agnosco, † arduum me, & difficile onus meis humeris imposuisse cum hæc disputatio tot opinionum, & argumentorum nodis, & anfractibus implicetur, & plures doctissimi & præstantissimi viri eam suscipere ausi non fuerint, vel susceptam, non satis pro dignitate & utilitate tractaverint: Sed vel hoc ipsum movere me potuit, & debuit, ut in hanc curam nostis viribus & nervis intenderem. Nam, † ut ait Ovid. *lib. 4. Trist. eleg. 3.* 6

Ardua per præceps gloria vadit iter.
Et Propert. *lib. 4. eleg. 11.*
Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires
Non juvat ex facili lecta corona jugo.
Et Horat. *lib. 1. Serm. Satyr. 2.*
=Leporem venator ut alta
In nive sectatur positum, sic tangere nolit
Captat, & apponit: meus est amor huic similis: nam
Transvolat in medio posita, & fugientia captat.

Quibus adjicio verba D. Petr. Chrysolog. *serm. 91.* dum inquit: † *Aurum de terra legere* 7
qui noverunt, ubi divitem senserint venam, ibi quidquid artis est, quidquid laboris impendunt.

Accedit his nostrorum Regum auctoritas & majestas, † quæ cum hujus acquisitionis causâ ab 8
exteris, & aliis non bene instructis, nec res, & historias Indiarum satis Doctis hominibus labefactetur, pro ea vindicanda, & sarta ac tecta tuenda: non minus quàm pro aris, & focis pugnare, debemus. Subdirorum quippe † munus, & 9
veluti insita à natura conditio requirit, ut sicut vitam Domini, ita etiam honorem, famam & existimationem tueantur; & si verbis aut scriptis proscindi viderint, quibus possint modis calumniantium cavillationes repellant, ut habetur *in c. 1. de forma fidel. juncta, l. juita, ff. de manum. vind. & in c. tibi Domino, dist. 36.* & cum communi feudistarum Schola latè tradit Henric. Rosenthal. *2. tom. cap. 10. conclus. 17.* & Matth. de Afflict. *in c. 1. n. 19. qualiter jurare deb. vassal. dom. fidelit.* ubi inquit: † *Sacramento fidelitatis continetur,* 10
quod vassallus dominum suum in totum exaltabit, quantum poterit, & numquam vitam, aut membrum, neque honorem, quem habet, sua voluntate, consilio, vel exhortatione perdet, sed in iis omnibus adjutor ejus erit secundum suum posse.

Operi ergo manum admoventes, videamus imprimis oportet, quid in hoc argumento ante Nos præstiterint alii, † ut sua cuique gloria tri- 11
buatur, & sicut latentia cum laude sunt prodita, ita ab eis inventa cum vituperatione, aut ignoratione non videantur esse neglecta, ut utar verbis Casiod. *lib. 4. var. epist. 34.* semper enim in more habui, sua cuique etiam minutissima reddere, & fateri malle per quos profecerim, quàm in furto deprehendi, juxta consilium Plinii *in præfat. ad lib. nat. hist.* Cùm præsertim, ut ipse inquit, sors fiat ex usura, & † laus, quæ primis Scriptori- 12
bus juste conceditur, non minor interdum posterioribus deferenda sit, qui multa inventis addiderunt, vel quæ à primis arripuerunt, hauserunt que, illuminarius, & ordinarius posteris tradunt, ut novissimè advertit, & probat Par. Joan. Pineda *in Eccles. c. 12. vars. 12. num. 3. pag. 1206.* & ante eum ex nostris, plura congerens, Sim. de Prætis *proœmio ad lib. de interpret. uit. volunt. n. 16.* ubi asserit, † hac sola ratione posse Doctorem, suum 13
appellare librum illum, in quo omnia dicta aliena reposuit, de suo autem nihil adjecit, *arg. lib. 2. circa, princip. ff. de orig. jur.* ibi: *Non quia Pavyrius*

rius de suo quicquam ibi adjecit, sed quod leges sine ordine latas in unum composuit; Authent. *ut eum, de appellat, cognosc. §. aliud quoque capitulum,* ibi: *Et dispersas,* † eorum, quæ de glossis Accurs. dicit Bart. *in l. 2. ff. de concurs.* Paul. Cast. *in auth. testante, circa fin. C. de legit. hared. & de* 14
suis operibus. Speculator, † *in tit. de not. crim. §. ut autem,* dicens. *Ut autem ex aliorum sparsis velleribus telam nobis ordiamur politam, &c.* Quod sumere potuit ex D. Hieron. *in præfat. comment. epist. ad Ephes.* dum ait: *Numquid aut Tertullianus, B. Martyrem Cyprianum, aut Cyprianus Lactantium, aut Lactantius Hilarium à scribendo deterruit? filamina quæ ponunt priores, ut posteri vestem inde conficiant.* 15

16 Quibus addo † Clement. Alexand. *lib. 6. Strom. c. 1.* ubi ostendit Philosophos & Poëtas Græcos, quorum variæ factæ fuerunt, confessos esse, præcipua sua de moribus dogmata à Socrate accepisse. Quin & plura alia ab aliis invicem surripuisse, & aliorum libros ab illis oblatos tamquam suos sibi vendicasse. Macrob. *ubi suprà*, qui ait, quod quemadmodum apes succum varium in unum saporem mixtura quadam & proprietate spiritus sui
17 mutant: † *Nos quoque quidquid diversa lectione quæsicimus, committemus stylo, ut in ordinem eo dirigente coalescat. Nam & in animo melius distincta servantur, & ipsa distinctio non sine quodam fermento, quo conditur universitas, in unius saporis usum libamenta confundit, ut etiam si quid apparuerit, unde sumptum sit, aliud tamen esse, quam unde sumptum, noscetur appareat.*

18 Et Lucian. *in Dialog. Piscator, sive revivisc entes, in princip.* † qui cum antiquis Philosophis loquens, sic ait: *Quin & hæc ipsa, quæ proloquor, unde quam à vobis accepi? ac instar apiculæ decerpens, hominibus ostendo? At illi laudant, ac uniuscujusque florem, unde, & à quo, & quemadmodum collegerim, cognoscunt, meque oratione ob floriferam hanc messem commendant. Sed verius vos ipsos ac prata vestra amœnissima, qui jam varia, & versicoloria produxistis extollunt.*

D. quoque August. *q. de Trinit. c. 3. Utile est* (inquit) *plures libros à pluribus diverso stylo etiam de eisdem quæstionibus fieri, ut ad plurimos res ipsa perveniat ad alios quidem sic, ad alios autem sic.* Et Hippocr. *in lib. de arte: Scientiæ,* inquit, *votum ac opus est: invenire aliquid eorum, quæ nondum inventa sunt, similiter & semiperfecta ad finem perducere, & absolvere.*

19 Et ut omittam † celebrem illam Hostiensis, Innocentii, Abbatis, & aliorum disputationem *in cap. quod super his de voto,* ubi generaliter tractant de dominio rerum, quæ ab infidelibus possidentur; & an, & quando ab illis auferri possit? De quo etiam latè agunt omnes Theologi post D. Thom. *in 2. 2. quæst. 19. art. 10.* idem D. Thom. *de regim. Princip. lib. 3. c. 9.* D. Anton. *in 3. p. sum. tit. 22. c. 3. §. 8.* Sylvest. *verb. Papa, quæst. 7.* Franc. Topius *in tract. de post Princip. secul. §. 7. num. final.* Navar. *in cap. novit, de judic. n. 1. ab. 4.* doctissimus Præses Covarr. *in regul. peccatum, 2. p. §. 10.* Ferdinand. Menchac. *lib. 1. quæst. illustr. c. 24.* Molin. *de just. & jure, tract. 2. disput. 106.* Ludovic. Turrian. *de Fide, Spe, & Caritate. quæst. 10. per duodecim articulos, ex pag. 619. ad* 662. & plures alii relati per Thom. Sanchez *in 3 um 1. part. lib. 2. cap. 1. & seq.* & Satyr. *in Clavi Regia 2. tom. lib. 9. c. 4.*

Peculiariter † de his nostris Indis Occidentali- 20
bus omnium primus disputare cœpit insignis † ille 21
Doctor. Joannes Lupus de Palacios Rubios, edito in hanc rem tractatu, cui titulum fecit, *Insularum maris Oceani*, ad quem se remittit *in tract. de obtent. Regn. Navar. 2. part. §. 1. in fin.* cujus tamen copiam nusquam habere potui.

Posteà etiam in eodem argumento valdè insudavit notissimus ille Chiapensis Episcopus, D. Fr. Bartholomæus de las Casas, qui Hispali bonis parentibus natus, & post Sacrorum Canonum studium Sacerdotii ordinem adeptus, cum ad insulam Hispaniolam, sive Sancti Dominici inter primos illius ætatis homines trajecisset, & in seculo manens, secularibus negotiis implicatus, militares adversus Indos expeditiones observasset, & damna, & injurias quas illis fieri videbat, toto † ani- 22
mo doleret, pio semper, & ardenti eorum tuendorum zelo, & caritate flagravit, & cum parum suis consiliis, & sermonibus proficere cerneret, anno 1515. primum, & iterum anno 1517. in Hispaniam redit, & enixis ac repetitis libellis, & orationibus Indorum causam defendit apud Ferdin. Regem Catholicum, & eo paulò post è vita discedente, apud Caroli Cæsaris, tunc Flandriæ commorantis, Gubernatorem & Consiliarios, & posteà eumdemmet Carolum Barchinonæ personaliter adiens, plura pro illorum libertate, melior conversione, gubernatione & tractatione proposuit, & aliquibus pro voto impetratis, aliis per illius temporis comparandi nationes suspensis, rursus insulam S. Dominici repetit, ibique ordinem Prædicatorum ingressus & professus, & multa pro eisdem Indis juvandis constantissimè passus, ad Novam Hispaniam transitum fecit, in qua non minori causa susceptam Indorum clientelam prosecurus fuit.

Posteà verò Episcopatu *de Chiapa* donatus, prout majori fulgebat auctoritate, majori etiam ardore, & solicitudine in idem studium incubuit. Sed cùm ob militum duritiam, & auri, atque argenti semper crescentem cupiditatem, non ut oportebat, justissimis & sanctissimis Regiis edictis in regionibus adeò longinquis obtemperari videret, suaque monita multis exosa, aliis verò difficilia aut impossibilia judicari, Episcopatui, quem hac tantùm causa susceperat, consulto prius Romano Pontifice, renunciavit, & iterum in Hispaniam reversus anno 1539. nullum non lapidem movit, ut verbo, & scripris injurias & calamitates Indorum ostenderet, & ut eis obviam iretur expostularet.

Sumptaque † hinc occasione, & ut apologiis 23
responderet, quas eodem tempore Joan. Gines. Sepulveda contra aliquas ejus propositiones evulgaverat, libros quosdam scripsit, quorum primus continet tractatum comprobatorium supremi Imperii, & universalis dominii, quod Reges Castellæ & Legionis super Indis Occidentalibus habent, eique triginta propositiones, & aliqua principia ad idem argumentum pertinentia subjunxit.

Secundus, capita cujusdam disputationis amplectitur, quæ anno 1550. coram Regio Senatu, & aliis doctissimis viris inter Episcopum & Gine-

sium habita fuit ejusdem Senatus auctoritate, ab eruditissimo Fr. Mag. Dom. Soto, qui ibidem interfuit, in summam redacta.

Tertius, quartus, & quintus de damnis, quæ Indi patiebantur, eorum libertate asserenda, commendisque tollendis pertractant.

Sextus quoddam confessionarium continet, cujus tenore, ii, qui cum Indis versabantur à confessariis examinandi essent. Hi libelli Hispali typis excusi anno 1550. & 1552. per omnium ora, & 24 manus vagari cœperunt. Sed posteà, quia † sine Regii Senatus auctoritate editi erant, & aliis justis de causis colligi, & asservari jussi sunt, & præcipuè dictum confessionarium, ad quod intercipiendum Regia schedula expedita reperitur Vallisoleti 5. Septemb. anno 1550. quæ extat *in 1. tom. sched. impr. pag.* 231.

25 Ultra hos tractatus † alium scripsit, quem appellavit *testamentum*, & alium cui *codicilli* nomen apposuit, quos ante mortem Regi Philip. II. præsentasse, autor est Fr. Emman. Roder. 2. *tom. Regul. q.* 99. *art.* 4. Refert etiam Fr. August. Davila Padilla *in hist. Mexic. Ord. Prædic. lib.* 11. *c.* 99. alium librum scripsisse Latino, & Hispano sermone de promulgatione Evangelii, & alium ingentis voluminis, cui de juvandis, & fovendis Indis titulum fecit, & Mexici in Biblioth. Domin. Cœnobii asservatur.

26 Et tamdem summus hic vir, † libertatis Indorum usque ad mortem propugnator accertimus, plenus dierum, & virtutum Vallisoleti occubuit, ut latiùs hæc omnia, & alia ad ejus vitam, laudes, & labores, quos pro Indis suscepit, spectantia, 27 recenset † Hieron. Benzo. *hist. Ind. lib.* 1. *cap.* 16. Fr. August. Davila *ubi suprà, c.* 97. *usque ad* 107. Fr. Thom. Castell. *in hist. Lat. Ind.* 1. *p.* Fr. Vincent. de las Casas *in hist. Mexic. lib.* 1. Fr. Alphons. Ferdin. *in hist. Eccles. de nostri temp. lib.* 1. *cap.* 6. Joan. Boter. *in relat. univers.* 4. *p. lib.* 3. *pag.* 63. Anton. Herrer. *in hist. gen. Ind. dec.* 2. 2. *lib.* 1. *c.* 12. *pag.* 20. *lib.* 2. & *lib.* 2. *c.* 3. *pag.* 33. & 34. *c.* 6. *pag.* 40. & *c.* 15. 16. & 21. & *lib.* 4. *c.* 2. 3. 4. & 5. & *dec.* 3. *lib.* 2. *cap.* 3. 4. & 5. ubi notabiles orationes continentur, quas Barchinonæ ann. 1519. coram Imperatore Carolo V. Episcopus Darienis, & Licentiat. de las Casas habuerunt, de quibus etiam agit Hieron. Benzo. *in sua histor. Novi Orbis, lib.* 1. *c.* 16. & aliqua tangit Ludovic. Cabrer. *in vita Philipp. II. lib.* 7. *c.* 8. *pag.* 419.

28 Episcopi Chiapensis temporibus prædictus † etiam Joan. Ginesius de Sepulveda floruit, qui, ut præter alios refert Ant. Possevin. *in apparat.* 1. *tom. pag.* 880. Cordubensis fuit, Theologiæ, & bonarum literarum impensè doctus, ac Caroli V. Imper. Historicus. Hic annos 81. cælebs, & in diversis studiis versatus, insumpsit, & obiit anno 1571. sepultus in Putalbani municipii æde maxima prope Cordubam, & varia opera scripsit, quæ cùm sparsim variis temporibus fuissent à Typographis evulgata, demum ab Arnoldo Mylio conquisita, simul in lucem edita sunt in officina Birmanica Coloniæ anno 1602.

Et inter reliqua, ut audio, peculiarem librum elucubravit de justis causis belli contra Indos suscepti, cujus ratione, cum in pluribus Episcopi Chiapensis assertionibus contrairet, & inter illos, verbo & scripto, privatim & publicè multæ contentiones habitæ fuissent, apologiam quamdam pro prædicti libri defensione vulgavit. Horum librorum copiam usque adhuc habere non potui, fuerunt † quippe auctoritate Regia in Hispaniæ, 29 & Indiarum Provinciis interdicti, schedula ad id apud D. Martinum exposita 19. Octobr. an. 1550. quæ extat *in dict. 1. tom. schedul. imper. pag.* 230. ubi hujus prohibitionis ratio ea esse dicitur, quia extra Regnum typis excusi fuerunt, & quia non convenit, ut materiæ ejusmodi sine expressa, & peculiari Regis licentia pertractentur, & publicæ factæ, vulgi linguis, & manibus conterantur.

Accipio etiam ex relatione Fr. August. Dav. *in d. hist. Mexic. Ord. Præd. lib.* 1. *cap.* 103. *pagin.* 403. quemdam † Licentiat. Frias de Albornoz in eodem argumento laborasse, & tractatum 30 de conversione, & debellatione Indorum scripsisse, qui tamen, quoniam aliqua continebat, quæ Evangelicis præceptis adversabantur, Quæstorum Fidei schedula diligentia intercusus fuerit.

Viguit quoque eadem ætate † quidam Pet. Mal- 31 feritus J. C. Patricius Baleatis, ad cujus manus cum confessionarium Episcopi Chiapensis pervenisset, & in eo aliqua perlegisset, quæ justitiæ Nostrorum Regum in occupatione harum Provinciarum nocere poterant, copiosum quoddam, & non male doctum consilium, sive apologeticum (ut ipse vocat) juris responsum commentus est, quo intrepidè illam defendit, illudque ad Potentiss. D. D. Maximilianum Bohemiæ Regem, Austriæ Archiducem, direxit, qui ea tempestate Carol. V. in Regnis Hispaniæ vices gerebat. Quod responsum extat inter consilia Jacobi Mandeli Albani, *vol.* 2. & est 769. in ordine.

Marquardus † etiam de Susannis tractatum 32 eodem fermè tempore fecit de Judæis & infidelibus, *in* cujus *prima parte, cap.* 14. *per tot.* an, & quando infideles debellari, & propriis bonis spoliari possint? pertractat, & de his nostris Indis & eorum subjiciendorum titulis speciatim nonnulla considerat.

Idem etiam licèt magis perfunctoriè † tetigit 33 Franc. à Vargas *in tract. de auct. Pontif. & Episc. jurisdict.* qui habetur *inter tract. Doct. tom.* 13. *p.* 1. *ex pag.* 113. ubi confirmatione 10. fatetur, multum in hac re Scriptores suæ ætatis super conciliandis contrariis Innocent. & Hostiens. opinionibus dissentire, se tamen omnium eorum sententias omnibus collatis disputationibus ad concordiam, meramque veritatem reducere conatum in suis commentariis, quos tamen ego videre non potui, & an typis excuserit, prorsus ignoro.

Doctissimus † item Mag. P. Domin. Soto alii 34 qua hunc articulum concernentia doctè, & graviter pungit *in lib.* 4. *de just. & jur. q.* 4. *art.* 1. & *seq. & in dist.* 5. *quæst. unic. art.* 10. *pag.* 266. & *seq.* ubi addit, sibi in animo esse *in lib.* 4. *de just. & jur.* tractatum edere de ratione promulgandi Evangelii, primum, in obsequium Fidei, deinde in gratiam Christianorum Principum. Quem tamen tractatum an ediderit, nescio; numquam enim illius copiam assequi potui, licèt eum citari videam à Ferdin. Menchac. *lib.* 1. *quæst. Illustriss. c.* 10. *num* 10.

Idem

35 Idem mihi contigit in scriptis † Joan. Matienzo, qui fuit in his Peruanis Provinciis Argentini Prætorii pluribus annis Senator, & ultra Dialog. Relatoris, & accurata commentaria, quæ edidit *supr. lib.* 5. *Recopil.* alium etiam librum, quem ipse in illis citat, paraverat, sub titulo de stylo Cancellariæ & refert se in eo plura pro defendenda Indorum debellatione, & subjectione dixisse *in tit.* 2. *præeminentia* 17. *casu* 20. *declarat.* 9. §. 1. *glos.* 1. ad quem etiam se remittit nonnulla ejusdem argumenti leviter tangens, in alio libro manuscripto Hispani sermonis, quem penes me habeo, & inscribitur de moderatione, sive guber- 36 natione Regni Perù, qui † tamen judicio meo tumultuariè ab auctore scriptus videtur, & pauca continet, quæ nobis eamdem rem pertractantibus usui, & adjumento esse potuerit, ut ex utriusque operis collatione patebit.

37 Franciscus † etiam à Victoria, Dominicani Ordinis fulgentissimum Sydus, ultra celebres illas disputationes, quas de jure belli conscripsit, duas alias elucubravit, quibus *de Indis insulanis*, titulum fecit, ubi plures rationes, sive causas enumerat, ob quas illis bellum infligi possit, & veros dominationis Regum nostrorum titulos à falsis, & affectatis magistrali resolutione distinguit. Do- 38 min. quoque Gregorius † Lupecius Regius in supremo Indiarum Senatu Consiliarius, & ob eximiam utriusque juris peritiam, & indefessum laborem omni seculo commendandus, ut aurea, & ardua glossemata, sive commentaria ostendunt, quæ circa Hispanas septem Partitarum leges scripsit, sine quibus manca profectò Hispani fori jurisprudentia videri posset. Hic inquam talis, tantusque Præceptor, totis nervis in hoc idem argumentum dominationis Indiarum intendit, & cùm plura hinc inde allata tentasset, tamdem relectiones Victoriæ, de quibus diximus, summopere probant, eas ad literam transtulit, & viginti columnis consumptis, vix, & ne vix quidem se ab hoc labyrintho, extricare potuit *in l.* 1. *tit.* 23. *p.* 2. *verb. Acrecentar el pueblo à su Fé.*

39 Alia quoque † alii tam Theologi, quàm utriusque Juris, atque etiam historiæ professores de eodem articulo variis in locis tetigisse reperiuntur, ut constabit ex Joan. Major. *in* 2. *Sent. dist.* 44. *q.* 3. Alphons. à Castr. *de justa hæret. punit. c.* 14. Alphons. Guerrer. *in specul. Princip. c.* 3. *n.* 5. Pet. Berlino *tract. de bello*, 2. *p. tit.* 12. Joseph. Acost. *in libris de procurand. Ind. salute*, præci- 40 puè *lib.* 2. *c.* 2. Cujus doctissima † & elegantissima scripta meritò laudat Anton. Possevin. *in apparat.* 1. *tom. pag.* 964. Ferdin. Mench. *lib.* 1. *controvers. illustr. c.* 10. *n.* 10. & 11. & *cap.* 24. *per tot.* Fr. Anton. à Corduba *in suo quæstionario*, *lib.* 1. *q.* 59. Dominico Bañez, Aragon. Salon. Lorc. & aliis Theologis recentioribus *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 10. Lud. Molin. *de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 105. & 106. Gregor. de Valent. *in* 2. 2. *disputat.* 1. *punct.* 7. *in resp. ad* 2. & *punct.* 8. *per tot.* Joan. Azor. *lib.* 8. *instit. moral. c.* 14. & 25. Emman. Roderic. 2. *tom. quæst. Regul. q.* 99. *art.* 4. & *tom.* 3. *q.* 32. *art.* 4. Anastas. Germon. *de sacror. immun. lib.* 3. *c.* 13. *per totum*, præcipuè *ex num.* 29. Petr. Matth. *in lib.* 7. *Decretal. sub tit.* 9. *de insulis Novi Orbis, pag.* 74. & *seq.* Illustriss. & Eruditiss. Cardinal. Belarm. 1. *tom. controvers.* 3. *de Rom. Pontif. lib.* 5. *c.* 2. & *in recognitione suorum librorum in addit. ejusdem c.* 2. §. 2. Camill. Bertell. *de præstant. Reg. Catol. cap. ex num.* 224. Anton. Possevin. *in Biblioth. tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 15. & *seqq.* ubi de conversione Indorum aliqua tradit Fr. Thom. à *Jesu in tract. de procuran. omnium gentium salute lib.* 2. *p.* 1. *c.* 5. & *lib.* 5. *p.* 1. P. Lud. Turrian. *in tract. de Fide, quæst.* 19. *disput.* 51. & 52. & *seq.* P. Joan. de Salas. *de legibus*, *q.* 9. *disput.* 7. *sect.* 4. *pag.* 120. & *q.* 96. *disput.* 10. *sect.* 3. *pag.* 227. Joann. Boter. *in suis relat.* 2. *p. lib.* 4. *ex pag.* 238. *ad* 240. & 4. *p. lib.* 3. *per tot.* præcipuè *pag.* 72. Anton. de Herrera *in histor. gener. Ind. dec. ad.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. Ludovic. Cabreta *in vita Philipi II. lib.* 7. *c.* 7. Federic. Rebel. *de oblig. just. lib.* 18. *quæst.* 25. *per tot.* ubi licèt de titulis Indiarum Orientalium dumtaxat pertractet, idem est ac si de Occidentalibus disseruisset: Lud. à Paramo *de origin. Inquis. lib.* 3. *quæst.* 1. *opin.* 3. *n.* 123. ubi citat, de eodem agentem quemdam auctorem nomine *Vazquez tom.* 8. quem invenire non potui; † sicuti neque 41 admonitionem quamdam de legatione Evangelica ad Indos capessenda quem audio his temporibus scripsisse Justin. Heurnium Joan. filium, & typis editam Lugdun. Batavor. apud Elzevericum *in* 8.

Videre autem licuit, & juvit, quod latissimè, & multum in nostris terminis scribit † D. Marta 42 *in tract. de jurisd. lib.* 1. *c.* 24. ubi Romani Pontificis potestatem super Regnis, & bonis infidelium intrepidè admittit, & Hieron. Ceval. 1. *tom. pract. commun. quæst.* 735. ubi occasione illius quæstionis, quam disputat, an filii infidelium possint invitis parentibus baptizari, de titulo subjectionis Indorum aliqua tangit. Quod † idem ipse auctor, 43 quæ ejus est diligentia, & studium de Republica literaria, & nostrorum Regum dignitate benemerendi, in eorum, ut inquit, gratiam, latius prosequutus est *in* 4. *tom. earumdem pract. commun. quæst. ult. ex n.* 168. *usque ad n.* 324. ubi *n.* 174. mutuatis verbis Petri Malferiti *d. cons.* 769. insano labori se indulgere velle testatur, ut veritas hujus quæstionis, & Indiarum Regni retentio luce meridiana clarior omnibus illucesceat, quod an impleverit, aliorum judicio reliquo.

Meritò † tamen ibidem *ex num.* 175. *ad* 182. 44 ad hoc opus ex professo suscipiendum desiderat, & appellat insignes illos, & præstantes Jurisconsultos, & Regis nostri potentissimi Præsides, & consiliarios, quotum nomina refert. Magnos † 45 enim magna aggredi, & in magnis laborare ratio suadet, ut late docet Aristot. *lib.* 4. & hic *c.* 3. & egregio schemate ostendit Eucian. *in dialogo* 4.

Sed nos † eo tempore, quo Ceval. hanc ulti- 46 mam quæstionem in vulgus emisit, scripta hæc, quæ nunc in publicum edimus, in privatis schedis continebamus gavisique sumus, & ingenio nostro gratulati, quod post tantos viros, qui in hoc studio, sive stadio certarant, & in hanc uberrimam messem manum miserunt, prodire adhuc in lucem, Deo votis nostris annuente, non usquequaque contemnendi, possimus, & piam illam Moabitidem imitari, spicilegium, neque sterile forsitan, neque infructuosum conficere.

Et quamvis † summa illa eruditionis fastigia, 47 quæ Cevallos exoptat, æquare non valeamus, neque

que in Orchestra, sed in imis istis subsellis locum habere meruerimus, non ideò tamen ab incœpto itinere desistemus. Potest enim non inconcinnè huc referri quod in Oratore Cicero ait: *Si quem aut natura tua, aut illa præstantis ingenii vis fortè deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum, quem poterit. Prima enim sequentem, honestum est in secundis, tertiisque consistere: Nam in Poëtis non Homero soli locus est (ut de Græcis loquar) aut Archiloco, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infrà secundos. Nec verò Aristotelem in Philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis, nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia cæterorum studia restrinxit.*

Alacrior quoque ad hanc pugnam capessendam insurgo, quoniam audio etiam his ultimis annis librum quemdam sine Auctoris nomine pervulgatum esse, de iis Indicarum dominationis juribus plura tractantem, † cui titulus est, *Mare liberum*, cujus copiam hucusque nancisci non potui: nam in extremis istas mundi plagas raro similes libri perveniunt, & hujus nundinatio, & relectio per sanctæ Inquisitionis officium interdicta videtur, ut constat *ex ultimo indice librorum prohibitorum anno 1612. pag. 77.* Nimirum, quia ut à viro docto & pio, qui Hispaniæ ante prohibitionem illum legit, accepi, hæretici Auctoris manum & ingenium redoleat impiè in Reges nostros, & quod gravius est, in Romanam Ecclesiam debacchantis. Pro accepta scilicet ejusmodi † Sectariorum inverecundia, qui nullam veritatis, aut decori rationem in suis doctrinis asserendis & adstruendis habeant, quidquid in buccam venit, affirmant, & contumeliis & injuriis magis quàm rationibus certant, ut rectè observat Balth. Hav. *de not. veræ relig. lib. 4. c. 2.* ut planè ad eos pertineat illud Greg. Nazianz. *in orat. 1. Veritatis doctrinam adulterant, omnibus assentantur, ventriloqui sunt, & vaniloqui, voluptatibus tuis servientes, verbis è terra prolatis, & in terram presumentibus ut maximam apud vulgus gloriam, & nominis celebritatem consequantur.*

Cui † Piso, postquam hunc nostrum typis cudendum tradidimus, plenè respondisse video, doctum pariter ac Reverendum Patrem D. Seraphinum Freitas Lusitanum in altero cui *de justo Imperio Asiatico*, titulum fecit, ubi Indiæ Orientalis navigationem, & conquisitionem per Lusitanos factam eruditè defendit, & nonnulla etiam breviter pungit, quæ ego latiùs pro his nostris Occidentalibus disserueram, ut Lectori facilè ex utrinsque tractationis collatione patebit.

Eumdem laborem, licèt non ita serio, aggressus quoque videtur alter novissimus Lusitanus, cui nomen Benedictus Ægidius, *in commentariis ad l. ex hoc jure, ff. de just. & jur. 1. part. cap. 3. ex n. 13. ad 32.* sed neque hic nostrum usquequaque inutilem redet. Pergam igitur macte animo, distinctis capitibus singulos titulos, qui mihi in hanc rem perpendi posse videntur trutinans, & exornans, obsoletis nitorem, ut cum Plinio loquar, fastiditis gratiam, dubis fidem, & vetustis novitatem adstruere curans, & in unoquoque quid affirmandum, quid improbandum sit ex animi mei sententia citra omnem amoris, & lenocinationis speciem resolvens. Non enim ignoro, † mendacis hic pœnam esse, ut etiam cum vera dicat, ei non credatur, sicuti apud Laert. *lib. 3.* Arist. tradit, & D. Hieronym. *epist. 37. ad Julian.* & habetur *Eccles. 20. 26. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore disciplinatorum assiduè erit.* Et adulatores † sibi, & his, quibus arridere cupiunt, necem inferre, ut præter alios optimè, & novissimè probat Dom. Regens Valenzuela *cons. 99. num. 76.* & eleganti carmine ostendit Jacob. Billius Carthus. *in Antholog. sacra*, sic inquiens:

Lingua attentatrix vitium loquentis acerbat,
Et delectatum crimine laude ligat,
Nulla sit ut lapso reparandæ cura salutis
Blanditur tenti dum malè tuatur honor.
Libera sit potius vox correctoris amici,
Serpere ne fibris cæca venena sinat
Nec credens medici verbis fallacibus æger,
Noxia laudatæ vulnera pestis amet.

CAPUT II.

De primo debellationis, & dominationis Indiarum Occidentalium titulo, quem gloriosissimi Hispaniæ Reges ex divina voluntatis concessione habere posse videntur, à qua omnium Regnorum jura dependent. & quibus illa vaticinii, & prodigiis fuerint insinuata.

SUMMARIUM.

1 *Deus omnium rerum est auctor, actor & moderator.*
2 *Deus non solùm præest rebus omnibus, sed interest, & inest.*
3 *Deus omnium Regnorum arbitrium in sua manu habet.*
4 *Regna & Imperia omnia immediatè à Deo proveniunt, & pendent, & plurima jura & auctores, qui de hoc tractant.*
5 *Reges omnes, & Imperatores cur in suis titulis scribant, se Dei gratia regnare.*
6 Dei gratia se regnare *dicunt aliqui Reges & Duces ut ostendant, se nullum alium superiorem in terris agnoscere, & plurimi auctores, qui de hoc tractant.*
7 *Dom. D. Franc. de Alfaro, Senator Limensis meritissimus, laudatur.*
8 *Regna & Imperia omnia cur Deus caduca, & instabilia esse voluerit.*
9 *Regnum à gente in gentem potest transferre Deus cum causa, & sine causa.*
10 *Regnorum innumeri casus, & mutationes remissivè adducuntur & plurimi auctores, qui de hoc agunt, latissimè recensentur.*
11 *Gens nulla reperitur, quæ certam suæ originis & regni rationem & successionem reddere possit, præter Hebræam.*
12 *Romanorum Monarchia, sicut aliæ cecidit, quamvis se æternam futuram jactaret.*
13 *Fortuna adversus imperia, & civitates idem jus habet, quod adversus imperantes.*
14 *Regna suas ætates habent, sicut homines, & internascuntur, & pereunt.*
15 *Manilii Poëtæ elegantia carmina de imperiorum mutatione.*
16 *Diogenis locus in mutationem rerum.*
17 *Imperiorum & regnorum mutationes & casus, qui Lunæ & Stellis tribuunt, graviter errant.*
18 *Fati, fortunæ, & sortis nomine Ethnici, Dei absolutam voluntatem significare volebant.*
19 *Mundi æterna lex est, ut omnia in eo morti, & mutationi sint subjecta.*

20 *Deus*

20 *Deus solus mortis & mutationis est expers.*
21 *Justi Lipsii elegantissima verba de rerum & regnorum mutationibus expenduntur.*
22 *Hispaniam summum Imperium Orbis habituram Vaticinii in modum prædixit Justus Lipsius.*
23 *Hispaniæ Reges titulum dominationis Novi Orbis ex promissione, & concessione divina habere videntur, &* num. 31.
24 *Rem suam quilibet potest ad alium transferre.*
25 *Deo auctore, & auctore quæ fiunt, injusta censeri non possunt.*
26 Cap. Dominus noster 23. q. 2. *expenditur, & illustratur.*
27 *Moysis bella contra Amorrhæos, & alios ex sola divinæ voluntatis observatione excurant August. Alexens. & alij, quorum loca expenduntur.*
28 *Sapientiæ locus*, cap. 12. vers. 12. *explicatur, & exornatur.*
29 *Deus justè potest omnes gentes etiam innocentes perdere, imò & beatos damnare, si id tibi placeret.*
30 *Deus cur comparetur figulo, & creatura luto ab Isaia, & D. Paulo.*
31 *Verba Abdiæ Prophetæ.*
32 *Repetitionis, & prolixitatis vitium fugiendum.*
33 *Thomæ Bocius securè admittit concessionem Novi Orbis à Deo Hispaniæ Regibus factam.*
34 Cantic. cap. 4. *de Austro perstante, & aromatibus fluentibus, intelligitur de conversione Indorum.*
35 *Ob zelum Religionis Novus Orbis à Deo concessus.*
36 *Sybillarum carmina à Virgilio relata, commodè de Hispaniæ Regibus applicantur.*
37 *Alanus Copus titulum, quem Reges Hispaniæ in utraque India habent, multum extollit, tamquam à Deo concessum.*
38 *Reges Catholicos Hispaniæ videri electos, & vocatos à Deo ad reducendos, & gubernandos populos Indorum, sicut olim Moyses ad reducendum, & gubernandum populum Israel, Camil. Borrel. apertè testatur.*
39 *Benedictionem & promissionem dilatationis Imperii sui factam Ecclesiæ à Prophetis, posse etiam intelligi de Regibus Hispaniæ, docet D. Valderiut.*
40 *Indiæ Orientalis titulum Regibus Lusitaniæ ex divina approbatione, & quasi concessione competere, docet Petr. Rebellus, & idem procedit in Occidente.*
41 *Novi Orbis Imperium, & conversionem Hispanis Deum reservare, & concedere voluisse, multis prodigiis, & ostentis prædictum fuit, & n. 47.*
42 *Regnorum calamitates, & mutationes solet semper Deus prodigiis, & portentis ostendere, quod plurimis exemplis, & auctoribus remissivè probatur, & quæ sit causa, num. 43.*
44 *Calamitatum, & suppliciorum imminentium Deus priùs hominem monet, ut resipiscant.*
45 Psalm. 59. *versus expenditur.*
46 *Ieremiæ verba* cap. 6. & 18. *expenduntur.*
47 *Novi Orbis mutatio, & subjectio prænuntiatur.*
48 *Evangelii propagationem inter Gentiles factendam multis vaticiniis, & carminibus Sybillarum Deus prædixit.*
49 *Indi Insulæ Hispaniolæ habuerunt notabile oraculum de Hispanorum adventu.*
50 *Dæmon sæpè compellitur à Deo veritatem dicere.*
51 *Prodigia, & ostenta plura notanda, quæ Mexicani habuerunt de adventu, & dominatione Hispanorum, & auctores, qui de illis scribunt.*
52 *Mexici prædixit adventum, & dominationem Hispanorum quidam captivus, qui de more sacrificabatur.*
53 *Mexici ante adventum Hispanorum homines armatos, fistilem vocem, cometes, igneos globos, & alia ostenta apparuisse.*
54 *Motezumæ Monarcha Imperii Mexicani plura habuit oracula, & ostenta suæ calamitatis, & adventus, & dominationis Hispanorum, & num. 55. & 56. & seqq.*
55 *Idolum apparuit indicendo Motezumæ destructionem.*
56 *Avis nimis peregrina, & prodigiosa Motezumæ adducitur.*
57 *Papantæ Motezumæ soror, mortua revixit, & ei suum interitum, & Hispanorum adventum prænuntiavit.*
58 Quæcalcoati *vir prudens, Novæ Hispaniæ incolis, priscis temporibus, Hispanorum adventum & dominationem prædixit.*
59 *Mexicani quatuor seculis ante adventum Hispanorum illius vaticinium habuerunt, & à majoribus in posteros derivarunt.*
60 *Jucatanentes vaticinium habuerunt, homines Crucis vexillum, & vaccas secum afferentes eorum dominaturos.*
61 *Mitteca in regione reperitur notabile præsagium adventus, & dominationis Hispanorum à dæmonibus editum.*
62 *Argentei fluminis in regione* Origuara *prænunciavit incolis adventum Hispanorum, & novæ religionis prædicationem.*
63 *Vaticinium notabile adventus Hispanorum, quod Rex Tidore, se habuisse, illis significavit.*
64 *Rex insulæ de Tidore voluntarie imperium suum Hispanis reliquit, se ita à Deo monitum dicens.*
65 *Peruano in Regno multa vaticinia, prodigia, & ostenta Hispanorum adventum, & dominationem prænuntiarunt, & quæ illa.*
66 *Mures, & locustæ Peruanis numquam visæ, in adventu Hispanorum, eos prodigiosè infestarunt.*
67 *Potosi montis argentei divitiæ Hispanis à Deo servari, vox cœlitus emissa prædixit.*
68 Psalm. 64. *versus, qui de gentibus signit Dei turbandis loquitur, de Indis Novi Orbis accipitur.*
69 *Fortunæ casibus omnia mundi bona, & regna, etiam tunc, cùm maximè florent, subjecta esse.*

DEus † omnium rerum est auctor & actor, æterna, & provida mens, quæ cœlorum perennes orbes, quæ syderum inæquales cursus, quæ elementorum alternas vices, quæ denique omnes res superas, inferas, temperat, moderatur, gubernat. Spargit quoquoversum æterna illa lux suos radios, & uno eodemque, ut ita dicam, ictu, sive nictu, sinus omnes, & abyssos penetrat cœli, terræ, maris. Nec † præest solum Divinitas hæc rebus omnibus, sed interest, imò inest, res omnes inspicit, adit, cognoscit, & cognitas, immota quadam, & ignota nobis serie dirigit, ac gubernat, ut præclarè scriptum reliquit Just. Lips. *lib. 1. de constant. cap. 13.* 1 2

Quo fit, ut pariter in sua voluntate, & potestate habeat † omnium Regnorum, & Imperiorum arbitrium, & distributionem, † nullusque temporalis status, aut principatus reperiatur, qui à Deo auctore naturæ immediatè non proveniat, atque dependeat, licet ipsi Principes, & Monarchæ mediante humana voluntate, & institutione ad eorum fastigia provehantur, ut habetur 1. *ad Roman. 13. Tim. 3. Proverb. 8.* & egregiè prob. *lib. 1. l. inter claras, C. de summ. Trinit. l. 1. C. de veter. jur. enuc. in princ. l. ult. C. de quadr. præscript.* cum allis, D. August. *in cap. quo jure, 1. distinct. cap. Constantinus, cap. duo sunt, cap. Si Imperator 96. distinct. cap. si ex bono de pœn. distinct. 4.* D. Chrysostom. *hom. 23. in dict. Epistol. ad Roman. l. 5. 6. & 7. tit. 1. part. 2.* D. Thom. *lib. 1. de regim. Princ.* Dom. Soto *lib. 4. de just. & jur. quæst. 4. art. 1.* Did. Perez *in proœmio ordinam. col. 7.* Menchac. *in præfat. controv. illustr. num. 119. & 139.* Covarr. *in pract. cap. 1.* Mich. Salon. *de just. & jur. tom. 1. tract. de Dom. q. 2. art. 1. concl. 2.* Omphal. *de civili Polit. lib. 2. cap. 1. num. 1.* & plurimi alii relati à Bobadill. *in Polit. lib. 2. cap. 17. num. 2. vers. Pudense*: Cevall. *in pract. lib. 4. quæst. fin. ex n. 237.* P. M. Fr. Ant. Po- 3 4

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS ESCUELA GENERAL DE BIBLIOTECARIOS

que in Orchestra, sed in imis istis subsellis locum habere meruerimus, non ideò tamen ab incœpto itinere desistemus. Potest enim non inconcinnè huc referri quod in Oratore Cicero ait: *Si quem aut natura tua, aut illa præstantis ingenii vis fortè deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum, quem poterit. Prima enim sequentem, honestum est in secundis, tertiisque consistere: Nam in Poëtis non Homero soli locus est (ut de Græcis loquar) aut Archiloco, aut Sophocli, aut Pindaro, sed horum vel secundis, vel etiam infrà secundos. Nec verò Aristotelem in Philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis, nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia cæterorum studia restrinxit.*

Alacrior quoque ad hanc pugnam capessendam insurgo, quoniam audio etiam his ultimis annis librum quemdam sine Auctoris nomine pervulgatum esse, de iis Indicarum dominationis juribus plura tractantem, † cui titulus est, *Mare liberum*, cujus copiam hucusque nancisci non potui: nam in extremis istas mundi plagas raro similes libri perveniunt, & hujus nundinatio, & relectio per sanctæ Inquisitionis officium interdicta videtur, ut constat *ex ultimo indice librorum prohibitorum anno 1612. pag. 77.* Nimirum, quia ut à viro docto & pio, qui Hispaniæ ante prohibitionem illum legit, accepi, hæretici Auctoris manum & ingenium redoleat impiè in Reges nostros, & quod gravius est, in Romanam Ecclesiam debacchantis. Pro accepta scilicet ejusmodi † Sectariorum inverecundia, qui nullam veritatis, aut decori rationem in suis doctrinis asserendis & adstruendis habeant, quidquid in buccam venit, affirmant, & contumeliis & injuriis magis quàm rationibus certant, ut rectè observat Balth. Hav. *de not. veræ relig. lib. 4. c. 2.* ut planè ad eos pertineat illud Greg. Nazianz. *in orat. 1. Veritatis doctrinam adulterant, omnibus assentantur, ventriloqui sunt, & vaniloqui, voluptatibus tuis servientes, verbis è terra prolatis, & in terram presumentibus ut maximam apud vulgus gloriam, & nominis celebritatem consequantur.*

Cui † Piso, postquam hunc nostrum typis cudendum tradidimus, plenè respondisse video, doctum pariter ac Reverendum Patrem D. Seraphinum Freitas Lusitanum in altero cui *de justo Imperio Asiatico*, titulum fecit, ubi Indiæ Orientalis navigationem, & conquisitionem per Lusitanos factam eruditè defendit, & nonnulla etiam breviter pungit, quæ ego latiùs pro his nostris Occidentalibus disserueram, ut Lectori facilè ex utrinsque tractationis collatione patebit.

Eumdem laborem, licèt non ita serio, aggressus quoque videtur alter novissimus Lusitanus, cui nomen Benedictus Ægidius, *in commentariis ad l. ex hoc jure, ff. de just. & jur. 1. part. cap. 3. ex n. 13. ad 32.* sed neque hic nostrum usquequaque inutilem redet. Pergam igitur macte animo, distinctis capitibus singulos titulos, qui mihi in hanc rem perpendi posse videntur trutinans, & exornans, obsoletis nitorem, ut cum Plinio loquar, fastiditis gratiam, dubis fidem, & vetustis novitatem adstruere curans, & in unoquoque quid affirmandum, quid improbandum sit ex animi mei sententia citra omnem amoris, & lenocinationis speciem resolvens. Non enim ignoro, † mendacis hic pœnam esse, ut etiam cum vera dicat, ei non credatur, sicuti apud Laert. *lib. 3.* Arist. tradit, & D. Hieronym. *epist. 37. ad Julian.* & habetur *Eccles. 20. 26. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore disciplinatorum assiduè erit.* Et adulatores † sibi, & his, quibus arridere cupiunt, necem inferre, ut præter alios optimè, & novissimè probat Dom. Regens Valenzuela *cons. 99. num. 76.* & eleganti carmine ostendit Jacob. Billius Carthus. *in Antholog. sacra*, sic inquiens:

Lingua attentatrix vitium loquentis acerbat,
Et delectatum crimine laude ligat,
Nulla sit ut lapso reparandæ cura salutis
Blanditur tenti dum malè tuatur honor.
Libera sit potius vox correctoris amici,
Serpere ne fibris cæca venena sinat
Nec credens medici verbis fallacibus æger,
Noxia laudatæ vulnera pestis amet.

CAPUT II.

De primo debellationis, & dominationis Indiarum Occidentalium titulo, quem gloriosissimi Hispaniæ Reges ex divina voluntatis concessione habere posse videntur, à qua omnium Regnorum jura dependent. & quibus illa vaticinii, & prodigiis fuerint insinuata.

SUMMARIUM.

1 *Deus omnium rerum est auctor, actor & moderator.*
2 *Deus non solùm præest rebus omnibus, sed interest, & inest.*
3 *Deus omnium Regnorum arbitrium in sua manu habet.*
4 *Regna & Imperia omnia immediatè à Deo proveniunt, & pendent, & plurima jura & auctores, qui de hoc tractant.*
5 *Reges omnes, & Imperatores cur in suis titulis scribant, se Dei gratia regnare.*
6 Dei gratia se regnare *dicunt aliqui Reges & Duces ut ostendant, se nullum alium superiorem in terris agnoscere, & plurimi auctores, qui de hoc tractant.*
7 *Dom. D. Franc. de Alfaro, Senator Limensis meritissimus, laudatur.*
8 *Regna & Imperia omnia cur Deus caduca, & instabilia esse voluerit.*
9 *Regnum à gente in gentem potest transferre Deus cum causa, & sine causa.*
10 *Regnorum innumeri casus, & mutationes remissivè adducuntur & plurimi auctores, qui de hoc agunt, latissimè recensentur.*
11 *Gens nulla reperitur, quæ certam suæ originis & regni rationem & successionem reddere possit, præter Hebræam.*
12 *Romanorum Monarchia, sicut aliæ cecidit, quamvis se æternam futuram jactaret.*
13 *Fortuna adversus imperia, & civitates idem jus habet, quod adversus imperantes.*
14 *Regna suas ætates habent, sicut homines, & internascuntur, & pereunt.*
15 *Manilii Poëtæ elegantia carmina de imperiorum mutatione.*
16 *Diogenis locus in mutationem rerum.*
17 *Imperiorum & regnorum mutationes & casus, qui Lunæ & Stellis tribuunt, graviter errant.*
18 *Fati, fortunæ, & sortis nomine Ethnici, Dei absolutam voluntatem significare volebant.*
19 *Mundi æterna lex est, ut omnia in eo morti, & mutationi sint subjecta.*

20 *Deus*

20 *Deus solus mortis & mutationis est expers.*
21 *Justi Lipsii elegantissima verba de rerum & regnorum mutationibus expenduntur.*
22 *Hispaniam summum Imperium Orbis habituram Vaticinii in modum prædixit Justus Lipsius.*
23 *Hispaniæ Reges titulum dominationis Novi Orbis ex promissione, & concessione divina habere videntur, &* num. 31.
24 *Rem suam quilibet potest ad alium transferre.*
25 *Deo auctore, & auctore quæ fiunt, injusta censeri non possunt.*
26 Cap. Dominus noster 23. q. 2. *expenditur, & illustratur.*
27 *Moysis bella contra Amorrhæos, & alios ex sola divinæ voluntatis observatione excurant August. Alexens. & alij, quorum loca expenduntur.*
28 *Sapientiæ locus*, cap. 12. vers. 12. *explicatur, & exornatur.*
29 *Deus justè potest omnes gentes etiam innocentes perdere, imò & beatos damnare, si id tibi placeret.*
30 *Deus cur comparetur figulo, & creatura luto ab Isaia, & D. Paulo.*
31 *Verba Abdiæ Prophetæ.*
32 *Repetitionis, & prolixitatis vitium fugiendum.*
33 *Thomæ Bocius securè admittit concessionem Novi Orbis à Deo Hispaniæ Regibus factam.*
34 Cantic. cap. 4. *de Austro perstante, & aromatibus fluentibus, intelligitur de conversione Indorum.*
35 *Ob zelum Religionis Novus Orbis à Deo concessus.*
36 *Sybillarum carmina à Virgilio relata, commodè de Hispaniæ Regibus applicantur.*
37 *Alanus Copus titulum, quem Reges Hispaniæ in utraque India habent, multum extollit, tamquam à Deo concessum.*
38 *Reges Catholicos Hispaniæ videri electos, & vocatos à Deo ad reducendos, & gubernandos populos Indorum, sicut olim Moyses ad reducendum, & gubernandum populum Israel, Camil. Borrel. apertè testatur.*
39 *Benedictionem & promissionem dilatationis Imperii sui factam Ecclesiæ à Prophetis, posse etiam intelligi de Regibus Hispaniæ, docet D. Valderiut.*
40 *Indiæ Orientalis titulum Regibus Lusitaniæ ex divina approbatione, & quasi concessione competere, docet Petr. Rebellus, & idem procedit in Occidente.*
41 *Novi Orbis Imperium, & conversionem Hispanis Deum reservare, & concedere voluisse, multis prodigiis, & ostentis prædictum fuit, & n. 47.*
42 *Regnorum calamitates, & mutationes solet semper Deus prodigiis, & portentis ostendere, quod plurimis exemplis, & auctoribus remissivè probatur, & quæ sit causa, num. 43.*
44 *Calamitatum, & suppliciorum imminentium Deus priùs hominem monet, ut resipiscant.*
45 Psalm. 59. *versus expenditur.*
46 *Ieremiæ verba* cap. 6. & 18. *expenduntur.*
47 *Novi Orbis mutatio, & subjectio prænuntiatur.*
48 *Evangelii propagationem inter Gentiles factendam multis vaticiniis, & carminibus Sybillarum Deus prædixit.*
49 *Indi Insulæ Hispaniolæ habuerunt notabile oraculum de Hispanorum adventu.*
50 *Dæmon sæpè compellitur à Deo veritatem dicere.*
51 *Prodigia, & ostenta plura notanda, quæ Mexicani habuerunt de adventu, & dominatione Hispanorum, & auctores, qui de illis scribunt.*
52 *Mexici prædixit adventum, & dominationem Hispanorum quidam captivus, qui de more sacrificabatur.*
53 *Mexici ante adventum Hispanorum homines armatos, fistilem vocem, cometes, igneos globos, & alia ostenta apparuisse.*
54 *Motezumæ Monarcha Imperii Mexicani plura habuit oracula, & ostenta suæ calamitatis, & adventus, & dominationis Hispanorum, & num. 55. & 56. & seqq.*
55 *Idolum apparuit indicendo Motezumæ destructionem.*
56 *Avis nimis peregrina, & prodigiosa Motezumæ adducitur.*
57 *Papantæ Motezumæ soror, mortua revixit, & ei suum interitum, & Hispanorum adventum prænuntiavit.*
58 Quæcalcoati *vir prudens, Novæ Hispaniæ incolis, priscis temporibus, Hispanorum adventum & dominationem prædixit.*
59 *Mexicani quatuor seculis ante adventum Hispanorum illius vaticinium habuerunt, & à majoribus in posteros derivarunt.*
60 *Jucatanentes vaticinium habuerunt, homines Crucis vexillum, & vaccas secum afferentes eorum dominaturos.*
61 *Mitteca in regione reperitur notabile præsagium adventus, & dominationis Hispanorum à dæmonibus editum.*
62 *Argentei fluminis in regione* Origuara *prænunciavit incolis adventum Hispanorum, & novæ religionis prædicationem.*
63 *Vaticinium notabile adventus Hispanorum, quod Rex Tidore, se habuisse, illis significavit.*
64 *Rex insulæ de Tidore voluntarie imperium suum Hispanis reliquit, se ita à Deo monitum dicens.*
65 *Peruano in Regno multa vaticinia, prodigia, & ostenta Hispanorum adventum, & dominationem prænuntiarunt, & quæ illa.*
66 *Mures, & locustæ Peruanis numquam visæ, in adventu Hispanorum, eos prodigiosè infestarunt.*
67 *Potosi montis argentei divitiæ Hispanis à Deo servari, vox cœlitus emissa prædixit.*
68 Psalm. 64. *versus, qui de gentibus signit Dei turbandis loquitur, de Indis Novi Orbis accipitur.*
69 *Fortunæ casibus omnia mundi bona, & regna, etiam tunc, cùm maximè florent, subjecta esse.*

DEus † omnium rerum est auctor & actor, æterna, & provida mens, quæ cœlorum perennes orbes, quæ syderum inæquales cursus, quæ elementorum alternas vices, quæ denique omnes res superas, inferas, temperat, moderatur, gubernat. Spargit quoquoversum æterna illa lux suos radios, & uno eodemque, ut ita dicam, ictu, sive nictu, sinus omnes, & abyssos penetrat cœli, terræ, maris. Nec † præest solum Divinitas hæc rebus omnibus, sed interest, imò inest, res omnes inspicit, adit, cognoscit, & cognitas, immota quadam, & ignota nobis serie dirigit, ac gubernat, ut præclarè scriptum reliquit Just. Lips. *lib. 1. de constant. cap. 13.* 1 2

Quo fit, ut pariter in sua voluntate, & potestate habeat † omnium Regnorum, & Imperiorum arbitrium, & distributionem, † nullusque temporalis status, aut principatus reperiatur, qui à Deo auctore naturæ immediatè non proveniat, atque dependeat, licet ipsi Principes, & Monarchæ mediante humana voluntate, & institutione ad eorum fastigia provehantur, ut habetur 1. *ad Roman. 13. Tim. 3. Proverb. 8.* & egregiè prob. *lib. 1. l. inter claras, C. de summ. Trinit. l. 1. C. de veter. jur. enuc. in princ. l. ult. C. de quadr. præscript.* cum allis, D. August. *in cap. quo jure, 1. distinct. cap. Constantinus, cap. duo sunt, cap. Si Imperator 96. distinct. cap. si ex bono de pœn. distinct. 4.* D. Chrysostom. *hom. 23. in dict. Epistol. ad Roman. l. 5. 6. & 7. tit. 1. part. 2.* D. Thom. *lib. 1. de regim. Princ.* Dom. Soto *lib. 4. de just. & jur. quæst. 4. art. 1.* Did. Perez *in proœmio ordinam. col. 7.* Menchac. *in præfat. controv. illustr. num. 119. & 139.* Covarr. *in pract. cap. 1.* Mich. Salon. *de just. & jur. tom. 1. tract. de Dom. q. 2. art. 1. concl. 2.* Omphal. *de civili Polit. lib. 2. cap. 1. num. 1.* & plurimi alii relati à Bobadill. *in Polit. lib. 2. cap. 17. num. 2. vers. Pudense*: Cevall. *in pract. lib. 4. quæst. fin. ex n. 237.* P. M. Fr. Ant. Po- 3 4

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS ESCUELA GENERAL DE BIBLIOTECARIOS

Perez *in Lurea Salmantina, certamine 5. exposit. de hom. præfect. pag. 296. & seqq.* P. Franc. Suarez omnino videndo *in defens. contra sect. Anglican. lib. 3. cap. 2. num. 10. & seqq.* & Petr. Andræa Canonherio *in Aphorism. Hippocrat. polit. 1. tom. pag. 1. & 2.*

5 Qua de † causa omnes benè cordati Reges, & Imperatores suorum titulorum initio, *ex Dei gratia* regna, quibus potiuntur, habere, piè & hu-
6 militer profiteri solent. Quamvis aliqui † ambitiosius, simul etiam sub hac præfatione ostendere velint, nullum alium in terris superiorem agnoscere; ut constat ex iis, quæ latè notant Castel. & Burg. de Paz *in proœm. leg. Taur. in 30.* Greg. Lop. & ejus additionat. Bart. Humada *in proœm. part. glos. 7.* Paris de Puteo *in tract. de Duell. lib. 7. §. an Comes, num. fin.* Redin. *de majest. Princip. in princip. n. 22.* Chasan. *in proœm. ad consuet. Burg. verb. Par la grace*: Franc. Marc. *decis. 163. num. 1. p. 1.* Petr. Foller. *in tract. de censib. fol. 15. num. 8. cum seqq.* Carol. Tap. *de const. Princ. in rub. num. 3.* Ant. Scappus *de jure non script. lib. 2. cap. 2. ex num. 3.* Menoch. *cons. 2. num. 104.* Anastas. Germon. *de Indul. Apost. in initio, fol. 30.* Camill. Borrell. *de præstan. Reg. Cathol. cap. 2.* Cevall. *ubi supr. n. 267.* & novissimè alios citans Caldas Pereira *in tract. de empt. & vend. cap. 1. num. 4.* Et † illustris pariter, atque eruditus Dom. D. Francisc. de Alfaro hujus Limani Conventus Senator meritissimus, mihique semper ob justitiæ zelum, tuendorum Indorum ardorem, probatissimos, & incorruptissimos mores, & alios necessitudinis, & familiaritatis titulos plurimum observandus, *in suo eleganti tract. de offic. Fiscal. glos. 2.*

8 Et ad hanc supremam potestatem † ostendendam eadem Dei providentia disponit, ut Regna & Imperia ipsa caduca, & instabilia sint, & sub perpetua quadam mutatione, & volubilitate constituta, nè à nobis ipsis stare, ac perdurare in sceptri semper dignitate existimaremur, sed ut standi, ita & cadendi, resurgendique fatum, ex ejus
9 nutu, & voluntate pendere, † quæ cum causa & sine causa, illa ab aliis ad alios, & de gente in gentem transferre potest, & solet, ut apertè docemur Eccles. c. 10. Dan. *cap. 2. vers. 21.* ibi: *Deus mutat tempora, & ætates, transfert regna atque constituit*; & *cap. 4.* ibi: *Dominatur excelsus in Regno hominum, & cuicumque voluerit, dabit illud.* Sap. *cap. 7. vers. 27.* ibi: *Omnia innovat*, 2. ad Corinth. *cap. 6.* Ibi: *Regnum à gente transfer-*
10 *tur*, & innumeris exemplis † ex Sacra Scriptura, quatuor Orbis Monarchiis, & in omni antiquitate peritis, ostendunt, & illustrant Doctores per text. ibi, *in cap. translato de constit. cap. per venerabilem 34. de elect. auth. de non alien. rebus Eccles. §. ut autem*: Cicer. *lib. 1. offic.* elegantissimè Ovid. *lib. 15. Metamorph.* Propert. *lib. 2. eleg. 9.* Plutarch. *in parallel. & apophthegm.* Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 7. lib. 6. cap. 9.* Tacit. *lib. 6. annal.* Ammian. Marcell. *lib. 14.* Trog. Pomp. *lib. 44.* Luc. Flor. *lib. 2. cap. 19.* Polyb. *lib. 8. histor.* Paul. Æmil. *in Dione*: Auson. *epigram. 8. & in Lud. Sep. Sapien. in Solone*: Tzetzes *Chil. 4.* Boccac. *de casibus Princip.* & plurimos alios referens Petr. Gregor. *lib. 18. Syntagm. cap. 1. & lib. 21. de Rep. per tot. & lib. 6. cap. 3. n. 10. & in syntax. art. mirab. lib. 22. cap. 4.* Menchac. *lib. 1. quæst. illustr. cap. 20. num. 34.* Balduin. qui eleganter loquitur *in §. item ea, quæ ex hostibus, inst. de rer. divis.* Thom. Boc. Eugubin. *de sign. Eccles. Dei, lib. 24. cap. 3. cum tribus sequentibus*, & latiùs *in prætermissis cap. 5. ex pag. 627.* & in integris octo libris, quos de ruinis gentium & Regnorum scripsit, Theatr. vitæ humanæ *vol. 3. lib. 4. pag. 734. & seq.* Anton. Posevin. *in Biblioth. lib. 2. cap. 92.* ubi ait † omnes mundi nationes, omnia- 11
que regna sæpè mutata fuisse, ita ut nulla ferè gens inveniatur præter Hebræam, quæ certam sui originis rationem, suorumve regnorum successionem tradere valeat, doctè & copiosè Fr. Thom. à Maluend. *lib. 1. de Antichrist. cap. 4. & lib. 4. ex cap. 8. ad 16.* Ubi inter alias † Monarchias, quæ 12
pessumierunt, etiam Romanam constituit, quamvis stabilitatis, ac diuturnitatis suæ plura testimonia, & vaticinia jactaverit, & se *æternam* appellare ausa fuerit. Læs. Bisciol. *lib. 1. horarum subtesivar. cap. 1.* Petr. Faber *lib. 1. semest. cap. 8. & 9.* Ubi eleganter probat, † fortunam adver- 13
sus urbes, & imperia idem jus habere, quod adversus imperantes. Vald. *de dignit. Reg. Hispan. cap. 12. num. 9.* Simon. Majol. *in dieb. canicul. tom. 2. colloq. 2. ex pag. 104. & tom. 3. colloq. 2. pag. 338. & sequentibus*: Martin. Delr. *in adag. sacr. 2. tom. adag. 286. pag. 55.* Fr. Joan. Torquemada qui in nostris terminis loquitur *in Monarch. Indiar. lib. 4. cap. 10.* & novissimè Petr. Andr. Canonher. *in d. 1. tom. Aphor. Polit. Hippocrat. pag. 593.* ubi post plures, quos refert, † comparat 14
Regna & Regnorum status, cum ætatibus hominum, & ortum, infantiam, adolescentiam, juventutem, utilitatem, senectutem, & interitum haberi, luculenter ostendit. Quod insinuavit etiam Just. Lips. *in centur. 3. ad Belgas, epist. 31.* dicens: *Magna Imperia limites suos habent, quo cùm venerunt, istunt, retrocunt, ruunt*; & melius *lib. 1. de constant. cap. 15. Ut ferro consumens quædam rubigo per naturam adgnata est, ligno exedens caries, aut teredo, sic animalibus opplidis, Regnis interna, & suæ cauæ pereundi.* Sic adeo omnia yerti, ut Poëta ille eleganter scripsit:

Cernimus atque alias assumere robora gentes,
Concidere has.

Et elegantius † Manil. *lib. 1. Astron.* sic istos Reg- 15
norum casus, & vicissitudines canens, vel ut verius dixerim, lugens:

Quot post excidium Trojæ sunt erula Regna?
Quos capti populi? quoties fortuna per Orbem
Servitium Imperiumque tulit, varieque revertit?
Trojanos cineres in quantum oblita refovit
Imperium, fatis Atiæ jam Græcia pretia est.
Secula dinumerare piget, quotiesque recurrent.
Lustraret mundum vario Sol igneus Orbe:
Omnia mortali mutantur lege creata.
Nec te cognoscunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per secula gentes.

Atque huc etiam spectat † Diogenis jocus re- 16
latus à Laertio *lib. 6.* rogatus enim, quomodo sepeliri vellet, in faciem inquit: Percontanti causam quoniam, paulo post futurum est, ut inferiora fiant superiora; eò alludens, quod in temporis Macedones rerum potirentur, atque ex humilibus fierent excelsi. Quod si inverterentur om-

nia, fore, ut cadaver etiam ex prono fieret supinum.

17 Unde apparet, † graviter errare eos, qui harum mutationum, & variationum causas ad cœlestes circuitus, qui intra Lunam sunt, referendas putarunt, ut ex Plat. & Socrat. resolvit Arist. *lib. 5. Polit. cap. 12.* vel ad aliarum stellarum decreta, ut tenet Ptolom. *lib. 1. quadripart. oper. cap. 2.* & Peucer. *in lib. de divinat. gent.* Est enim verius ex divina, ut diximus, voluntate & provi-
18 dentia pendere, atque ordinari † quam naturæ, fortunæ, sortis, sive fati nomine Ethnici designabant, ut docet idem Arist. *lib. de mundo, in fin.* Arnob. *lib. 2. advers. gent.* D. August. & ejus addition. Lud. Vives *lib. 5. de civit. Dei, cap. 9.* & eruditè prosequitur P. Greg. *lib. 1. de Repub. c. 3.* Marc. Anton. Murer. omninò legendus, *in orat. de fato apud Senecam, pag. 279.* & Just. Lips. *lib. 1. de constant. cap. 17. & 18.* & sic est explicandus Manil. *lib. 4. Astron.* dum ait:

Fata regunt Orbem, certa stant omnia lege,
Longaque per certos signantur tempora cursus.

Lucan. *lib. 1. Pharsal.*

Invida fatorum series summisque negata,
Stare diu, nimiique graves sub pondere lapsus.

Et Seneca in Octavio:

Regitur fatis mortale genus,
Nec sibi quisquam spondere potest
Firmum & stabile: perque cursus
Volvitur varios semper nobis
Metuenda dies.

19 Altera † quippe lex, ut inquit Just. Lips. *d. lib. 1. de constant. cap. 16. à principio*, dicta est omni huic mundo, nasci, denasci, oriri, aboriri, nec quidquam stabile, aut firmum arbiter ille rerum
20 esse voluit, præter ipsum, † cui soli, ut Sophocles dixit:

Numquam senectus, dira nec mors imminet
Sed alia mitcet domitor ætas omnia.

21 Sed audiamus † eumdem Just. Lips. *in eod. cap.* post a 11, quæ in hanc rem graviter, & philosophicè considerat, sic concludit: *O mira, & numquam comprehensa necessitatis lex! abeunt omnia in hunc nascendi pereundique fatalem gyrum, & longævum aliquid in hac machina est, nihil æternum. Attolle, & circumfer mecum oculos, & vide rerum humanarum alternas vices, & ut in Oceano æstus. Tu surge, tu cade. Tu impera, tu servi. Tu occultare, tu emerge, & eat hic rerum in se remeantium orbis, quamdiu erit ipse Orbis. Germani feri olim fuistis? nunc miteseite ante plerosque populos Europæ. Britanni inculti, & inopes? Deliciis, ac divitiis Ægyptios provocate & Sybaritas. Græcia olim floruit, nunc jacet. Italia sceptrum tenuit, nunc serviat. Vos Gothi, vos Vandali, vos Fex Barbarorum prodite è latebris, & gentibus imperate per vices. Adeste etiam pelliti vos Scythæ, & potenti manu paulisper habenas temperate Asiæ, atque Europæ. Sed isti ipsi mox discedite, & sceptrum relinquite illi ad Oceanum genti, fallor enim? an*
22 *Solem nescio, quem novi Imperii surgentem video ab Occidente.* Hactenus Just. Lips. qui † hoc vaticinium dominationis gentis ad Occidentem sitæ, quod de Hispanis intelligendum videtur, seriò etiam repetit *lib. 1. de magn. Rom. cap. 3.* sic inquiens: *Nescio, quo providentiæ decretorei, &*
vigor ab Oriente in Occasum eunt.

Hæc cùm ita se habeant, † nemo planè dubi- 23
tare poterit, pios, & Catholicos Hispanorum Reges, & dominos nostros, justum, & legitimum titulum ad inquirendos, convertendos, & gubernandos Novi Orbis Indos habuisse, & habere, si id sibi summi, atque omnipotentis Dei permissione, imò & promissione injunctum & concessum ostenderimus. Nihil etenim tam † conveniens 24
est naturali æquitati, quam voluntatem Domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi, *l. qua ratione 9. §. hæ quoque ves. ff. de adq. rer. dom. l. in re mandata, C. mandat. §. per traditionem, inst. de rer. divis.* Et ea, † quæ Deo 25
auctore, & veluti ductore fiunt, nullo pacto possunt, aut debent iniqua, aut injusta censeri, ut præclarè inquit D. Aug. *lib. 3. de lib. arbitr. c. 5. & lib. 6. contra advers. leg. & Proph. c. 14.* & magis in nostræ quæstionis proposito *lib. 6. quæst. 10.* relatus † *in cap. Dominus noster 23. quæst. 2.* 26
sic scribens: *Illud genus belli sine dubitatione justum est, quod Deus præcipit, apud quem non est iniquitas, & novit, quid cuique fieri debeat, in quo bello ductor exercitus, vel ipse populus, non tam auctor belli, quàm minister judicandus est.* Qua etiam † ratione bella per Moysen gesta, quæ 27
Faustus Manichæus accusabat, idem Aug. defendit *lib. 22. contra Faust. cap. 74.* his verbis: *Nec bella per Moysen gesta miretur, aut horreat, quia in illis Divina sequutus imperia, non sæviens, sed obediens fuit. Nec Deus cum jubebat ista, sæviebat, sed digna dignis retribuebat, dignosque terrebat.*

Et sequitur Abulens. *sup. Num. c. 21. & sup. Josue cap. 11.* ubi tractans, quo jure potuit Moyses Amorrhæorum terras invadere, voluntatis Divinæ titulum dumtaxat considerat: *Cujus*, inquit, *in manibus omnium Regnorum jura consistunt, & tamquam omniam Dominus ab aliis auferre, & aliis dare pro libito potest.* Et posteà subdit, quòd quamvis Amorrhæi se, & sua defendendo non peccarent, quia invincibili ignorantia voluntatis Divinæ merito excusabantur, Israëliticus etiam populus nullum crimen in illis debellandis & spoliandis admittebat, cùm Dei voluntatem implerer, quam ob transitum sibi negatum, & alio quovis colore quæsito, justissimè exequi potuit.

Eamdem sententiam apertius comprobat † il- 28
lud Sapient. *12. vers. 12. Aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti?* Ubi rectè advertit eruditissimus P. Joan. Lorin. † posse justè 29
Deum, gentes, quas ipse fecit, perdere, cùm mereantur posse id ipsum quoque licer nulla præcederent demerita, vel hoc nomine dumtaxat, quia dominium absolutum habet: imo si beatos omnes, nullo excepto, aut ad æternas dejiceret pœnas, aut rediger et in nihilum, nullam iis injuriam faceret.

Michael quoque Salon *in 2. 2. tract. de domin. q. 2. art. 1. conclus. 2. in fin.* ex eodem loco concludit, Deum esse Dominum absolutum, posseque rebus pro libito uti, naturas mutare, destruere, annihilare, & quocumque voluerit, vertere, nullamque alicui facere injuriam, si vel & redigere cuncta creata, aut occidere innocentes; & 30
hac nimirum de causa † Isai, & D. Pauli Deum figulo, & creaturas luto optimè comparasse;

potest enim figulus ex luto facere quidquid sibi placuerit.

Potrò *Deum Opt. Max.* hoc Novi Orbis Imperium, ejusque detectionem & conversionem
31 † Hispanis Regibus designasse & concessisse, in quo præcipua hujus capitis argumentatio consistit, non obscurè ostendere videtur Abdias Propheta, *cap. unic.* dum dixit Hispaniæ gentes civitates Austri possessoras, juxta ejus expositiones & translationes, quas latè tradidimus *suprà lib.* 1. *cap.* 15. *ex num.* 29. ubi etiam per totum illud caput plurimis aliis sacrorum Prophetarum vaticiniis, & gravissimorum auctorum testimoniis eamdem prædictionem luculenter adstruximus, quæ omnia hic non incongrue perpendi possent,
32 nisi repetitionis † & prolixitatis vitium vererемur, & in illud quod Juvenal. *satyr.* 7. scribit incidere:

Nam quæcumque sedes modò legerat, hæc eadem stans,
Proferre, atque eadem cantabit versibus iisdem,
Occidit miseros Crambe repetita magistros.

De quo Erasmus, sive Paul. Manut. *in Adagio Crambe bis posita mors, pag. mihi* 207.

33 Quæ vaticinia latè congerens, † & exponens Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei, lib.* 4. *cap.* 1. *& seqq. & lib.* 20. *cap.* 1. *&* 3. secutè probat populos, qui in illis ad Ecclesiam adducendi dicuntur, eos esse, qui ex Orbe Novo Indiarum, sive Orientalium, sive Occidentalium hodiè Pontifici Romano parent, atque humero uno, ut Sophonias inquit, Deo serviunt, & Hispanos nostros esse illas nubes, & columbas, quæ divinitus missæ volarunt, ut ex insulis longinquis filios novos ad Deum adducerent, & simul Divini Tabernaculi, & sui Principatus pelles, tentoria, sive fines extenderent, & plurima copia auri, & argenti potirentur, quæ ex his Orbis Novi regionibus, & Antipodum locis adducitur.

Et *in eod. lib.* 4. *cap.* 6. alias Prophetias ad
34 idem adducit, & tandem concludit † illud Cantic. 4. *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata*, significare eos omnes, qui ex Indiis, sive Orientalibus, sive Occidentalibus *Christi* doctrinam sequuntur, & Hispanorum Regum cura instar aromatum benè olentium cunctos Christianos intima voluptatis suavitate, cæteros autem jucundissimo exempli optimi odore perfundunt.

Et *lib.* 2. *de imper. virt. advers. Machiavel.*
35 *cap.* 12. *in fin.* hanc † tanti Orbis concessionem Hispaniæ Regibus à Deo factam affirmat, quod veris, & non simulatis virtutibus religionem colerent, & Pontifici Romano obsequentes, *Crucis*, heroicas, germanasque virtutes designantis, vexillum divinitus acceperunt. Quod est signum, quod in nationibus procul elevandum prædixit Isaias *cap.* 5. *&* 66. ut latius ostendimus *d. c.* 15.
36 *ex num.* 43. Atque hoc nimirum † Sybillas insinuasse, dum *Christum* alloquentes, dixerunt:

Aggredere, ô magnos aderit jam tempus honores,
Cara Deum soboles, magni jovis incrementum:
Aspice convexo nutantem pondere mundum
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum,
Aspice, venturo lætentur ut omnia sæclo.

Quæ carmina cum Virgil. 1. *Eclog.* 4. de Augusto Cæsare acceperit, longè versus & commodius ad inclytos nostros Hispaniæ Reges transferre possemus, quibus Dei munere contigit, imperium suum per utrumque Orbem extendere, & ut ille dixit:

Solis in terra domibus negata.

Eamdem Dei benignitatem, & concessionem utriusque Indiæ Castellanis, & Lusitanis Regibus factam, optimè considerat, † & extollit 37
Alan. Cop. *Dialog.* 6. *c.* 34. *pag.* 942. *& seq. & cap.* 36. *pag.* 951. *&* 952. dicens, hac de causa eorum titulum splendidissimum censeri debere, cùm Deus ipse eorum potissimum navibus stupendam, & inauditam fortè hactenus ad extremum usque Orientem, & Occidentem itineris rationem ostenderit, neque ab ullis Christianorum, sed infidelium regionibus expugnatis, & à totius navigationis, expeditionis, & maritimi commercii ab Oceano Occidentali ad Indicum, & Australe latissimè patenti dominio amplificari, gloriosè concesserit.

Camill. etiam Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 43. *num.* 60. aperte testatur, plurimas Prophetias, quas per totum illud caput exponit, huic Novo Orbi per Reges Hispanos converso, & occupato convenire, † viderique Regem Ca- 38
tholicum tamquam Moses, electum, ad reducendos populos Indorum à servitute diaboli, cui hucusque steterunt obstricti. Eidemque Regi convenienter dici posse verba Isaiæ, *c.* 49. *Dixit te in fœdus populi mei, ut suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas, & diceres iis, qui vinčli sunt, exite, & qui in tenebris sunt, revelamini.*

Huic quoque sententiæ † subscribit Didac. 39
Valdes *de dignit. Reg. Hisp. c.* 12. *n.* 8. *fol.* 110. ubi Bocium sequutus advertit, ob Fidei zelum & conservationem concessam esse à Deo Regibus Hispaniæ hanc tanti Imperii dominationem, & illam multò ante annuntiatam, & promissam per Isaiam *cap.* 43. *& cap.* 51. & illa benedictione Ecclesiæ, quæ habetur Psalm. 71. *Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos Orbis terrarum.* Et Psalm. 3. *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.*

Denique ut alios omittam, † eruditissimus 40
P. Ferdin. Rebell. *de oblig. just. lib.* 18. *quæst.* 23. *sect.* 3. *num.* 10. *pag.* 885. quæ quæstio adjecta est in libris impressis Lugduni ann. 1608. & in aliis desideratur, agens de titulo Regum Lusitaniæ ad conquisitionem, & commercium Indiæ Orientalis, cujus eadem prorsus ratio, & causa est, ac Occidentalis, de qua nos sermonem habemus, apertè asserit ex Divina approbatione, & quasi concessione justè sibi illos Reges præfatum conquisitionis, & commercii titulum adscribere: idque eos ultra alias rationes humanas, ex sacris Literis probare posse (si modò absit verbo invidia) & ad hoc adstruendum adducit, & latè exponit illum locum Isaiæ *c.* 18. *Ite Angeli veloces, &c.* de quo, & aliis plurimis. Nos plenius locuti sumus *d. c.* 15. *ex n.* 29.

Sed, & præter sacræ Scripturæ Oracula, quibus ut *dict. cap.* ostendimus, hanc Novi Orbis Inventionem, conversionem, & subactionem Deus

Opt.

Opt. Max. Hispanis promisisse, & præparasse
41 videtur, afferri † quoque possunt alia non contemnenda prodigia & vaticinia, quæ eamdem summi rerum, & regnorum omnium parentis, ac Domini voluntatem, & dispositionem, manifestis quodammodo signis demonstrasse videntur.

42 Solet † quippe Deus, cum aliquid novi, diri, vel adversi alicui Regno vel nationi, aut eorum Regibus, & Principibus imminet, portentis, & prodigiis id futurum ostendere, venturasque mutationes & calamitates nuntiis, prophetiis, minisque cœlestibus revelare, ut in excidio Ægypti sub Pharaone apparet *Exod. & Sap.* 7. & in diluvio Noë, *Genes.* 6. *&* 7. & in eversione Persici Imperii, & aliarum Monarchiarum, *Dan. capit.* 8. & in adventu Antichristi, 2. *Machab.* 5. & in aliis innumeris exemplis, quæ ex sacris, & prophanis historiis latè commemorat Joseph. *de bell. Ind. lib.* 7. *c.* 12. Paul. Oros. Paul. Diacon. *de gestis Longob. lib.* 4. *cap.* 4. Euseb. Cæsariens. *lib.* 9. *demonstr. Evang. c.* 1. *& de histor. Eccles. lib.* 1. Alexand. ab Alexand. & ejus addition. Tiraquel. *lib.* 2. *Genial. cap.* 31. *ad med. & lib.* 3. *c.* 15. *per tot.* Theatr. vit. human. *vol.* 5. *lib.* 4. *pag.* 1479. *cum multis seqq.* Petr. Gregor. *lib.* 21. *de Republ. c.* 3. *ex num.* 37. Richard. Dinothus *de dictis & fact. memorab. lib.* 6. *cap.* 3. Baptist. Fulgos. *lib.* 1. *memorab. cap.* 4. *de prodig.* Simon Majol. *in dieb. Canic.* 2. *tom. colloq.* 2. *ex pag.* 19. *&* 4. *tom. colloq.* 4. *pag.* 269. Thomas Boc. *de sign. Eccles. Dei, lib.* 24. *cap.* 5. *pag.* 603. & passim *in libris de ruinis Gentium*, præcipuè *lib.* 4. *cap.* 1. Fr. Ludovic. Granatens. loquens de signis excidii Jerosolym. *in Symbolo Fidei, part.* 4. *cap.* 14. *pag.* 490. & de hoc ipso Novo Orbe tractantes: Acost. *lib.* 7. *histor. Ind. cap.* 23. Henric. Mart. *in Repertor. Mexicano, tract.* 2. *cap.* 24. *pag.* 119. & Fr. Joan. à Torquemada *in Monarch. Indian. lib.* 2. *cap.* 90. & alii, quos statim referemus. Et plura congerens nov.issimus Pet. Andr. Canonher. *in aphoris. Polit. Hippocr.* 1. *tom. lib.* 2. *Aphorism.* 5. *pag.* 609.

43 Cujus † rei causam licet quidam auctor, ab eodem Canonherio relatus se ignorare fateatur Manil. tamen. *lib.* 2. *Astron.* de Cometis loquens, Dei miserationi eleganter attribuit:

Sive Deus iitàm it fati miseratus in Orbem
Signa per effectus cœlique incendia mittit.

Et idem sentiunt alii ex *suprà* citatis, neque
44 enim † populum ferire, antequam moneat, intendit, & quos punire parat, his veluti minis pro sua pietate ad pœnitentiam, & resipiscentiam
45 horratur, † juxta illud Psalm. 59. *Dedisti metuen-*
46 *tibus te signa, ut fugiant à facie arcus.* Et † Jerem. *cap.* 6. *&* 18. *Repentè loquar adversus gentem, & adversus Regnum, & eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversus eam: agam, & ego pœnitentiam super malo quod cogitavi, ut faciem ei.*

Eodem igitur † modo, & ratione Deus hanc
47 mutationem, & subjectionem Imperii Novi Orbis, & conversionem per Hispanos faciendam
48 prænuntiasse, ut diximus, reperitur quemadmodum † & olim Christianæ Fidei, & Evangelii propagationem inter Gentiles multis Sacræ Scri-

pturæ locis, Sibyllarum carminibus, & aliis portentis insinuavit, quæ passim Justin. Martyr. Lactant. Firmian. Athenagor. Arnob. Clemens Alex. & Thom. Boc. suis libris interserunt. Etenim paulo † antequam Hispani de India cogita- 49
rent, & in insulam Hispaniolam, sive S. Dominici pervenissent, Rex ejus *Guarionex* Idolum *Zemi* consuluit, jejunio quinque dierum religiosè observato flagellis etiam laceratus, quid de Regno suo post ejus obitum futurum esset.

Respondit autem demum (qui à Deo veritatem † dicere sæpè compellitur, ut apparet *Matth.* 50
7. *Luc.* 4. *Actor.* 16. & alibi passim) homines barbatos, & vestitos ex Hispaniæ oris venturos, eosque potituros, & novum Deum, novamque religionem introducturos. Quod oraculum Rex ad placandum numen carmine comprehendit, & festis diebus præsertim tristibus, cum solemni cæremonia cantari jussit. Quapropter multi incolarum, ubi primum Hispanos adventantes viderunt, fuga sibi consuluerunt oraculi memoria, ut narrat Petr. Zieza 2. *tom. rer. Ind'ar. cap.* 23. Gom. *in histor. Indiar.* 1. *part. fol.* 18. Petr. Martyr. de Angler. *in decad. Novi Orb. lib.* 10. Hieronym. Benzon. *lib.* 1. *hist. Novi Orbis, c.* 8. *pag.* 35. Mores gent. *lib.* 3. *cap.* 8. Theatr. vitæ humanæ, *vol.* 5. *lib.* 4. *pag.* 1468. *&* 1479. Petr. Gregor. *d. cap.* 3. *num.* 41. Anton. Her. *in Hist. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. Fr. Alphons. Fernand. *in hist. Ecclesiast. nostri temp. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 18. & Fr. Joan. à Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 18. *cap.* 7.

Mexici † quoque & Tlascalæ plura monstra, 51
& ostenta circa Hispanorum adventum apparuisse, latè recensent Joseph. Acost. *d. lib.* 7. *de hist. Ind. cap.* 23. *& seqq.* Henric. Martin. *dict. tract.* 2. *pag.* 125. *& seqq.* Rutil. Benz. *de anno Jubil. lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 53. Joan. Botet. *in relat. univers.* 4. *part. lib.* 2. *pag.* 35. *& seqq.* Anton. de Herrera *in d. hist. gener. Ind. decad.* 2. *lib.* 6. *cap.* 15. *& decad.* 3. *lib.* 2. *cap.* 8. *&* 9. & latissimè Fr. Joan. à Torquemada *in d. Monarch. Ind. lib.* 2. *cap.* 90. *& seq.* Ultra eos Cardan. *lib.* 13. *de variet. rerum, cap.* 78. Theatr. vitæ humanæ *d. vol.* 5. *lib.* 4. *pag.* 1484. & Thom. Boc. *lib.* 5. *de signis Eccles. cap.* 2. *pag.* 157.

Inter quæ illud valdè notabile est, † Mexici 52
nempè, ante invasionem per Hispanos factam, captivo qui de more dæmonibus sacrificandus, ubertim flebat, Deumque cœli invocabat, astitisse quendam, qui hortatus est eum, ne adeo mortem formidaret. Deum misertum ejus esse, annuntiaret Sacerdotibus brevi desiturum hoc genus sacrificii, venire jam eos, qui terram essent mundaturi. Sacrificarunt illum eo loco, ubi nunc damnati suspenduntur, eoque anno excidium urbis initium accepit, nam tertio post capta est. Notata autem fuere diligenter verba hæc: cumque Mexicani ab Hispanis victi, Angelos more Christiano pictos viderent, dixerunt, talem fuisse, qui à damnato visus esset.

Iidem etiam auctores ubi *suprà* recensent eo- 53
dem tempore † Mexici per aerem visas fuisse hominum armatorum Hispanis similium effigies, eoque factum, ut publica voce Regnum ab his evertendum prædicaretur. Apparuisse quoque ex Orientis parte, ubi condita est Colonia Hispano-

tum, *Veracruz* dicta, flammas igneas ascendentes, & hominem, qui capite cœlum attingere videbatur, quod non parum eos perterruit. Præsertim cum eodem tempore duo præcipua majorum Idolorum templa subitò conflagrassent, & à mari pluribus diebus exorientem lucem, sive cometem, duabus horis ante diem conspicerent, qui cum cœli medium obtinuisset, subitò evanescebat.

Tertiò etiam ante captam Mexicum anno, mare intumdasse, commemorant, effusis maximis piscibus, & lacum juxta Mexicum positum ebullisse, vocem etiam quasi mulieris lamentantis aliquoties insonuisse, cum gravi fletu dicentis: Heu filii mei, vestrum jam ante fores exitium, quonam vos agere? ubi vos misera recondere poteto, ne ira citò universim pereatis?

34 Motezumæ † quoque hujus Mexicani imperii Monarchæ, plura alia augurila, vaticinia, & ostenta contigisse, quibus apertè Deus indicabat, se eum punire velle, & imperium illius in Hispanos transferre, latè auctores *suprà* dicti recensent, præcipue Acost. *d. cap.* 23. Herrer. *d. cap.* 9. & Torquemad. *d. cap.* 90. & *lib.* 18. *cap.* 7. Inter quæ illud valdè memorabile est, Agricolam quemdam seminationi intentum, repente ab ingenti aquila per aëra raptum, & in speluncam, sive antrum quoddam perductum, ejusdem aquilæ vocem audivisse, dicentis: Potentissime Domine, en ad te detuli quem jussisti, nec vidisse agricolam cum quo loqueretur, vocem tamen se compellantem audiisse, quæ eum rogabat, an hominem ibi humi jacentem agnosceret? Tunc verò se oculos quoquoversum contorquentem, hominem Regia veste indutum, solo tensum, porrectumque vidisse, qui gravi sopore oppressus pastillum, seu fasciculum fragrantem ellychniorum manu premebat, & sustitum odoriferum, prout Indis in more est, naribus admovebat. Quem cum attentiùs conspexisset Motezumam esse cognovit, vocemque iterum dixisse: Vide, quàm vecors & supinus jaceat & dormiat, laborum & ærumnarum, quæ brevi ipsum manent oblitus, atque securus. Tempus tamen jam est, ut superbi fastus ac tyrannidis suæ pœnas accipiat, & reliqua peccata, quæ in Divinæ Majestatis offensionem commisit, abunde luat, & expiet. Ut autem testari possis quàm altè & securè dormiat, nihil horum sentiens, aut timens, ardentem ellychnium è manibus ejus evelle, & illud ejusdem fœmori applica. Cumque rusticus ob Regis metum & reverentiam id facere recusaret, vocem denuò clamasse: Nihil metuas, ego enim Motezuma longè superior & potentior sum, quem vel delere, vel servare mei arbitrii est, & te ipsum destruere possum, nisi mandata mea illico exequaris. Quo audito ignem fœmori Regis admovit, nihil planè sentientis, nec quoquam se moventis. Tunc verò vocem dixisse, ut quando Regis veternum, sive lethargum agnosceret, eum domi conveniret, & à somno excitatum, ipsi omnia, quæ viderat, sigillatim enarraret. Hisce dictis, jubente Domino, ictu oculi ab aquila in eumdem locum, ex quo asportatus fuerat, reductum esse, indeque Regem adiisse, & suo ordine omnia, quæ viderat & audierat, enarrasse. Qui his auditis, suum fœmur inspiciens, & recentis ignis ulcera, sive stigmata ibidem insita deprehendens, tristis admodum & confusus novo illo & admirando prodigio remansit.

Rursus, † cùm jam insignis ille Dux Ferdinandus Cortesius cum suis militibus prope Mexicum pervenisset, Motezuma ejus aditum intercipere cupiens, plurimos ex suis Magis & ariolis congregavit, ut Cortesio obviam eunte, cum vi non possent, saltim maleficiis, & carminibus exitium inferrent. Quibus ad hoc in montem ascendentibus, unum ex idolis, quod præcipuè colebant, apparuit: Et quo tenditis? inquit, quidve Motezuma vestris carminibus curat? sero jam pœnitentiam ager, decretum est quippe, ut Regno, & bonis omnibus, atque adeo vita etiam privetur, ob scelera, & tyrannidem, quibus subditos oppressit, atque vexavit. Et ut intelligatis, quid de Mexici urbe futurum sit, in illam inspicite. Cumque ita fecissent, illam iisdique conflagrantem viderunt. Quo facto dæmon ab oculis eorum evanuit, Ipsi autem ad Motezumam reversi, quæ acciderant, enarrarunt, qui inde tantam animo tristitiam, & dolorem concepit, ut per multum temporis vocem edere non valuerit. 35

Piscatores † etiam lacus Mexicani avem in eo 56
numquam visam Gruis magnitudinis, specie tamen omninò peregrina, & ignota comprehenderunt, quam Motezumæ oblatam, eum tristiorem reddiderunt. Habebat namque monstrosum, & infaustum hoc animal supra caput conchām quamdam, quæ perlucidi, & transparentis speculi vicem exhibebat. In qua Motezuma media die luce pulchritudinem cœli, ac universas ejus stellas, & astra cum stupenda admiratione primo conspexit, & posteà iterum idem speculum inspectans, illud stellis penitus orbum vidit, & grandem exercitum, veluti ab Oriente surgentem, & fortiter contra Indos pugnantem, contritus est. Quod cum Ipse fusus valdè perciperet, ariolos suos, & veneficos vocandos, & consulendos putavit, qui licet idem quod Rex, & eum eadem admiratione conspicerent, nullam tamen rationem tanti ostenti reddere potuerunt, neque quid esset, aut significaret, exponere. Avis autem illa his visis, ab eorum oculis magna Motezumæ contristatione disparuit.

His addit Torquemada *d. lib.* 2. *cap.* 91. notabilem historiam † de Papiana, ejusdem Mote- 57
zumæ sorore, quæ mortua, & sepulta revixit, & à multis visa, fratrem ad se accersiri jussum, plura de Hispanorum adventu, & Regni sui internecione commonuit.

Alia quoque portenta congessit Fr. Hieronym. Roman. *in* 3. *part. suarum rerum public. lib.* 1. *de Repub. Ind. cap.* 2. *fol.* 128. Inter quæ tradit, † Novæ Hispaniæ incolas summa veñera 58
tione priscis temporibus hominem coluisse, cui nomen *Quecalcoati*, eo quod prudentia, & reliquis virtutibus plurimum emineret, ejusque auxilio & gubernatione per viginti continuos annos fœlicissimè usi fuissent. Quibus transactis, cùm ab eis discederet, & eo unde venerat, reditum faceret, serò illis prædixisse, futuris temporibus albos, & vestitos homines, prolixisque barbis utentes, esse venturos, qui eorum dominarentur. Quamobrem cum primum nostros Hispanos conspexerunt, vaticinium sui Semonis impletum fuisse reputarunt. Et hoc forsan est, 59
quod scribit Torquemada *d. lib.* 2. *c.* 90. † Mexicanis nempe quatuor ante Hispanorum adventum seculis illum innotuisse, adeo ut parentes filiis hanc veluti prophetiam per manus traderent, & signa, atque effectus ejusdem adventus apertè commonerent.

60 In † Jucatania etiam provincia, ut tradit Herrera *decad.* 4. *lib.* 10. *cap.* 4. *pag.* 264. antiquus quidam Indus nomine *Chilam Cambal* prædixit, Crucis vexillum in eam perventurum, & homines sub illo militantes ejus imperium consecuturos. Et alter vaccas depictas in quodam libro reliquit posteris suis tradens, tunc suorum Idolorum cultum immutandum, cum homines in eas regiones penetrassent, qui secum magnos illos cervos portarent.

61 In regione † quoque Mistica circa oppidum *Cuextlavac*, in abrupta, & eminenti adeo rupe, ut impossibilis fermè ad eam hominum ascensus videatur, repertos esse dicunt Hispanos milites satis eleganter depictos, equis insidentes, & antiquo more vestitos, & prope eos ingentem Gallinarum Hispanicarum numerum. Memorant autem indigenæ, picturam illam ibi ab eorum dæmoniis, quæ tunc pro idolis colebant collocatam, decem, & septem annis antequam Hispani in illas Provincias pervenissent, quod juxta computationem Torquemadæ *ubi suprà*, fuit anno 1501.

62 Quo etiam referente, competimus, in † regione, quæ confinis est cum flumine Argenteo, vulgò *Rio de la Plata*, virum quemdam nomine *Origuara*, multis ornatum virtutibus, vaticinatum fuisse, citò illis gentibus novam religionem annuntiandam esse per extraneos homines, illuc proximè perventuros, atque id quibusdam etiam carminibus expressisse.

63 Sed longè præclarius illud † vaticinium esse videtur, quod ex Maximiliano Transilvano refert Camill. Borell. *de præstan. Reg. Catbol. cap.* 43. *num.* 64. Petr. Opmeer. *in suo opere Chronog. pag.* 455. Anton. Herrera *decad.* 3. *lib.* 1. *cap.* 11. *pag.* 22. & *lib.* 4. *cap.* 2. *pag.* 141. & Barthol. Leonard. de Argensola *in sua histor. Maluear. lib.* 1. *pag.* 4. & 20. Regem nimirum Insulæ *de Tidore*, ad quem Imperator Carolus V. cum Ferdinando Magallano, & sociis dona quædam cum epistolis miserat, legatione libenter accepta, & in cœlum suspicientem, dixisse, jam biennium agitur, cùm vos à Maximo Rege Regum ad inquirendas has terras dimissos cognovi. Quare adventus vester, tam mihi gratior, jucundiorque est, quantò diutius animi mei dubitatione præscitus. Et cum nihil hujusmodi evenire sciam, quod non jam diu Supernorum decreto statutum 64
sit, † non ero is, qui supernis nutibus adversari moliar; sed volens, libensque post hac, deposito Regio fastu, me tantummodo Regis vestri nomine hujus insulæ procurationem gerere existimabo.

Historiis etiam hujus † Peruani Regni prodi- 65
tum est, *Viracocham Incam* ejus Imperatorem, multis retrò annis Hispanorum adventum per somnium, vel oraculum accepisse, & inter ejus posteros hoc per manus traditum esse, quousque *Guainacap* moriens, & extraneas gentes ad has regiones appulisse sciens, in illis Oraculum Solis impleri significavit, & testamento comprehendit, ut eis obedientiam, & famulitium præstarent, utpotè qui armis, viribus, religione, & prudentia, cæteris nationibus antistarent, & à Sole, ipsorum Incarum parente, ad Imperium illud multis retrò seculis destinari viderentur, ut tradunt Petr. Cieza *lib.* 1. *hist. Perù*, *cap.* 44. Gomar. *cap.* 115. & Garcilas. Inca *in sua histor. de Incarnat. orig. lib.* 5. *c.* 28. & *lib.* 9. *cap.* 14. & 15. Ubi etiam tradit aliud augurium aquilæ, quæ ab accipitribus insecuta, ad pedes ejusdem Guainacapæ in urbe Cuzquensi solemnia Solis festa de more peragentis, implumis ferè, & scabiosa confugit, & brevi tempore expiravit. Quod omnes Ariolí, exitium ejus Imperii portendere, interpretari sunt, citò ab exteris hominibus debellandi. Et eodem modo explicuisse diversorum cometarum apparitiones, & tres circulos circa Lunam eo tempore visos, quorum primus sanguineus erat, secundus cæruleus, tertius veluti fumosus, significantes, Regium Incarum sanguinem intestinis bellis inter ipsius Guainacapæ filios fundendum, Regni statum tristes, & ingentes clades, strages, & mutationes passurum, ac tamdem omnia fumi instar disparitura.

Eamdem † cladem, & vastationem Peruano- 66
rum Indorum significasse ingentem, & numquam illis visum numerum murium, & locustarum, quæ repentè in eorum regionibus apparuerunt sub adventum Blasci Nuñez Vela, qui eo à Carolo V. Imp. missus fuerat, auctor est Pet. Ziez. *ubi suprà*, ex quo sumpsit Cardan. & Theatr. vitæ humanæ, *d. vol.* 5. *lib.* 4. *pag.* 1470. qui advertunt, non potuisse hæc animalia, navibus advecta, ita brevi adeò magnam in copiam multiplicari, ut maizum, cannas, arbores, cæteraque sata corroderent.

Mirabilis quoque est alia prædictio, quam ex Hieron. Rom. *ubi suprà*, observat. Fr. Basil. Pont. Legionens. 1. *part. var. disp. quæst.* 8. *exposit. cap.* 4. *pag.* 476. Etenim † cum Indi Perua- 67
ni vellent celebrem illum montem effodere, cui nomen *Potosi*, & pretiosa argenti metalla, quæ sub eo clauduntur, eruere, vox quædam cœlitus sonuisse narratur, quæ illos ab incœpto desistere jussit, & Hispanis eas opes à Deo reservatas admonuit.

Unde non ineptè Idem Basil. Psalmum 64. de hac inventione, & conversione Indorum exponens concludit, Versum † ejusdem Psalmi: *Tur-* 68
babuntur gentes, & timebunt, qui habitant terminos à signis tuis, sic exponendum, quasi sensus sit, gentes Novi Orbis stupefaciendas esse prodigiorum multitudine, quæ antequam Imperium illarum mutaretur, intervenerunt.

Ut sic appareat, † quàm incertis fortunæ ca- 69
sibus omnia mundi bona, & Imperia subjaceant, & vel ipsa eorum fruitione, & possessione plura amara, & acerba ruinæ præsagia immiscere solitam esse. Unde Ovid. sic de ea meritò canit. *lib.* 5. *Trist.*

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nulla certa tenaxque loco,
Sed modo læta manet, vultur modo sumit acerbos,
Et tantum constans in levitate sua est.

Et non minus eleganter Politicus, quidam: *Quod*

Reg-

Regnum est, cui non parata sit ruina, & proculcatio, & Dominus, & carnifex? Nec magnis ista intervallis divisa; sed horæ momentum interest inter solium, & aliena genua.

CAPUT III.

De secundo titulo, qui ex Divino impulsu, & inspiratione colligi potest, qua Deus Hispaniæ Reges, & homines ad hunc Novum Orbem inquirendum, & acquirendum movisse videtur.

SUMMARIUM.

1 *Reges Hispaniæ ad Novum Orbem inquirendum, & subjugandum divino impulsu, & revelatione ducti videntur*, Et num. 16.
2 *Impulsus, inspirationis, sive revelationis magna est vis, & de pluribus auctoribus, qui hoc latissimè tractant.*
3 *Revelatione, aut inspiratione divina mediante quæ fiunt, non subjacent regulis ordinariis*, Et numer. 12.
4 *D. Paul. ad Rom. 28. & in aliis locis de Divina inspiratione tractantibus expenditur.*
5 Cap. licet 18. de Regul. & cap. duæ sunt 19. q. 2. *expenduntur.*
6 *Facta multa ab hominibus improbari solent, quæ Dei testimonio approbantur, & laudantur secundùm D. August.*
7 Cap. cum ex injunctio 12. de hæretic. *explicatur*, Et num. 35.
8 *Electio Roman. Pontif. & aliorum Prælatorum, quæ per inspirationem fit, unde dedcendat.*
9 Cap. quia propter, vers. Nisi, *de electione exornatur.*
10 Lex 21. tit. 5. part. 1. *explicatur.*
11 *Romani Pontificis in electione, quæ forma & solemnia servari soleant remissivè.*
12 *In inspirationis ratione ordinariæ regulæ excludantur.*
13 *Samsonis factum dum se, & Philisthæos in templo occidit, ex divina inspiratione, aut missione à peccato excusatur.*
14 *Moysis factum Ægyptium propria auctoritate occidentis, qualiter à peccato excusetur.*
15 *Phinees cum Zamori interfecit, non peccavit, & quare.*
16 *Novi Orbis Inquisitio divino impulsu formatâ.*
17 *Henricus Lusitaniæ infans habuit expressam, & repetitam revelationem, ut navigationem, & conquisitionem Indiarum Occidentalium prosequeretur.*
18 *Reges Cathol. Ferdinand. & Elisabeth divina inspiratione, & afflatu tentasse detectionem Novi Orbis, plures auctores tradunt*, Et num. 29.
19 *Antonii Potevini gravissima, & elegantissima verba expenduntur, quibus probat in inquisitione & acquisitione Novi Orbis Divinum impulsum adfuisse*, Et num. 20.
21 *Signa plura, quæ ostendunt opus, manum, & impulsum divinum inventisse in detectione & conversione Novi Orbis.*
22 *Thomæ Bocium, Joan. Boter. Rutil. Benzonius, & alii agnoscunt Spiritus Sancti afflatum in Alexandro VI. dum concessit Indiarum Oriental. & Occidental. conquisitionem Regibus Lusitaniæ & Castellæ magis, quàm aliis.*
23 *Christoph. Columbum ad detegendum Novum Orbem divinam spem, impulsum sive inspirationem habuisse, ex testimonio Boetii, & aliorum latè probatur, & quòd fuit ad hoc afflatus & electus à Deo.*
24 *Christoph. Columbus, & socii quot, & quantos labores ope divina superaverint in detectione Novi Orbis.*
25 *Christoph. Columb. habuit in somno mirandam visionem de brevi conspectu terræ Novi Orbis.*
26 *Novi Orbis detectionem & acquisitionem divinitus fuisse operatam, ex præviis dispositionibus vir gravissimi conjectantur.*
27 *Rutilii Benzonii verba gravissima expenduntur, quibus latè probavit divini consilii, & impulsus argumenta in detectione, & conversione Novi Orbis.*
28 *Indorum conversionem quâ appetitè, & opportunè Deus ordinaverit tempore Reg. Catholicorum.*
29 *Nauta ille, qui dicitur Columbo notitiam Orbis Novi præstitisse, ab Angelis delatus esse ab aliquibus perhibetur.*
30 *Pat. Mag. Victoria putat, non esse securum titulum divinæ revelationis, & quare.*
31 *Inspirationes, & missiones, quæ divinæ esse creduntur, multoties sunt diabolicæ, & fallaces.*
32 *Spiritus, juxta Verbum Domini sunt probandi, an à Deo sint.*
33 *Miracula nulla, vel pauca in detectione, acquisitione, & conversione Orbis Novi intervenisse Victoria, & alii putarunt.*
34 *Missiones, & inspirationes, quæ non confirmantur testimoniis Scripturarum, vel miraculorum, non sunt securæ.*
35 *Verba dict. cap. 2. de hæretic.*
36 *Christus Dominus, D. Paulus, & alii suam missionem, & prædicationem ex miraculis comprobabant.*
37 *Hispanis Novum Orbem quærentibus, & convertentibus aliqui cupiditatem, & curiositatem, & damna Indis illata objicunt.*
38 Cap. si quis præpropera, distinct. 50. *expenditur.*
39 *Justa tantum quæ sunt à Deo mandari, & procedere, credendum est.*
40 *Titulus dictus impulsus, sive revelationis in detectione, & conversione Novi Orbis à Victoria impugnationibus defenditur.*
41 *Inspirationes, & revelationes non sunt respuendæ, quando circa res graves, sanctas, & utiles intervenirunt.*
42 *Deo vocanti, & impellenti reluctari periculosum est, & seq.*
44 *Aristotelis elegans doctrina de cognoscendis divinis impulsibus, & inspirationibus.*
45 *Inspiratio detectionis, & conversionis Novi Orbis non destituitur Scripturæ, & miraculorum auctoritate, ut Victoria putavit.*
46 *Vocationes, & inspirationes divinæ multis modis contingunt, & confirmantur, neque semper miraculis egent.*
47 *Miracula rara esse debent. Et cur in Novi Orbis conversione pauca intervenerint.*
48 *Indi ad suam conversionem non tam egent miraculis, quam bonis, & prudentibus prædicatoribus.*
49 *Miracula Deus, & plurimum per viros bonos, & sanctos operatur.*
50 *Joan. Boter. sententia.*
51 Lex 68. tit. 4. part. 1. *explicatur.*
52 *Miracula aliquando fiunt à malis, & flagitiosis hominibus, & quare.*
53 *Miracula verâ, & proficua nunquam fiunt ab hæreticis, Magis, & diabolis, neque fient ab Antichristo, sed quædam tantum illusiones, & præstigia.*
54 *Miracula plurima, quæ jam præcesserunt in fidei prædicatione, efficiunt, ut bodie plura pattim fieri, necesse non sit.*
55 *Hispanorum gloria, & pietas in detegendo, & convertendo Novo Orbe non obscuratur ex avaritia, & malefactis aliquorum militum.*
56 *Christiana professio non ideò bona, & divina esse desinit, quòd aliqui inter Christianos vitiosi, & peccatores existant.*
57 *Divina sapientia laudatur ob religionem, & alia plura bona, quæ Novo Orbi ita brevi, & facile communicavit.*
58 *Orbis Novi detectio, & conversio ab Hispanis magis ob zelum religionis, quàm ob divitiarum cupiditatem operata est.*
59 *Deus sæpè solet per media humana, & aliquando humilia, & infirma, res magnas & sanctas perficere.*
60 *Deus summa providentia disposuit Hispanorum Regum, & hominum militarium, & religiosorum animos ad conversionem Novi Orbis.*
61 *Homines multoties Dei causam agunt, dum suam se agere putant.*
62 *Deus ex tenui principio res magnas operari, & deducere volet.*
63 *Hostis ignarus consilium exequitur Dei.*
64 *Deus etiam opera supernaturalia faciens contuetur naturæ leges, quatenus potest, tuetur.*
65 *Miraculum illud magnum excitationis maris Rubri multa naturalia habuit.*
66 *Deus suaviter omnia disposuit.*
67 *Anni tempora cur ita Deus ordinaverit, ut inter Hiemem, & Æstum, Veris, & Autumni benignitas interveniat.*

SEd quoniam non defuturos video scrupulosos aliquos Zoilos, parum rebus Hispanis affectos, qui Superiorem Divinæ concessionis titulum minus plenè, & securè probari contendent, quamvis tot Sacræ Scripturæ, & aliorum auctorum varicinlis, & testimoniis munitum, & illus-
1 tratum remaneat. Addere † libet secundo loco titulum alium, qui ex divino impulsu, inspiratione, aut revelatione descendit, quæ, ubi intervenit, eamdem cœlestis Numinis voluntatem plenissimè aperit, & dubio procul Piissimos Hispaniæ Reges, Duces & vassallos ad egregium istud, & omni ævo memorandum Novi Orbis inquirendi, & acquirendi facinus movit.
2 Primum † enim aperte liquet ex iis, quæ de Divini Imperii potestate, & executione in præcedenti capite diximus, & quæ de vi, & effectu cœlestis impulsus, inspirationis, aut revelationis docte, & graviter disputant Justin. Martyr ad Orthodox. *q.* 2. & *q.* 246. Tertull. *in Apolog. c.* 20. D. August. *de consens. Evangelist. ex cap.* 28. *usque ad finem, & lib.* 12. *de Civit. Dei, c.* 20. D. Chrysost. *homil.* 18. *in Joan.* Bened. Perer. *lib.* 2. *de magia & lib.* 5. *commentar. sup. Daniel. q.* 4. Franc. Picus Mirandul. *lib.* 1. *prænot. c.* 3. & *fin.* Thom. Bocius *de sign. Eccles. Dei, lib.* 6. *c.* 3. *pag.* 213. & *seqq.* Mart. Delr. *lib.* 4. *disquis. magic. c.* 1. & 2. à quo habuit Franc. Torreblanca *de magia divinat. lib.* 1. *c.* 1. *ex num.* 30. P. Suarez *in D. Thom. part.* 3. *q.* 30. *art.* 1. *disput.* 9. *sect.* 2. & novissimè *in tract. de fide, disp.* 1. *sect.* 1. *n.* 3. & *disp.* 3. *sect.* 2. & 3. Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom.* 2. *colloq.* 2. *ex pag.* 89. Rutil. Benzon. *de anno Jubil. lib.* 6. *c.* 19. & 25. Fr. Thom. à Jesu *de procurat. omn. gent. salut. lib.* 3. *cap.* 3. *pag.* 131. latissime, & eruditissimè Fr. Raphael. de la Torre *in* 2. 2. *tom.* 2. *q.* 95. *art.* 3. *disp.* 2. *per totam, ex pag.* 177. & novissimè P. Rosignol. *de discipl. Christian. religion. lib.* 3. *ex c.* 14. & P. Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. c.* 25. *pag.* 129. & *seq.*

Qui omnes, & alii ab eisdem relati concludunt, † ea, quæ his inspirationibus, vel revela-
3 tionibus mediantibus fiunt non esse ordinariis aliarum rerum legibus, aut regulis æstimanda, juxta illud † D. Pauli ad Roman. *c.* 28. *vers.* 9. *Ubi spiritus Dei est, ibi libertas est*: & 1. *Timoth.* 2. *Corinth.* 5. *ad Hebr.* 8. *ad Rom.* 2. *Si spiritu ducimini, non estis sub lege.*

Quod in optimo proposito adducit Inno-
5 cent. III. *in* † *cap. licèt* 18. *in princip. de Regular.* & Urban. III. *in cap. duæ sunt* 19. *q.* 2. ubi sic elegantèr scribit: *Dignior est enim lex privata quam publica, spiritus quidem Dei lex est, & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur, & quis est, qui Spiritu sancto possit dignè resistere? Quisquis igitur hoc spiritu ducitur, etiam Episcopo suo contradicente, erat liber nostra auctoritate. Justo enim lex non est posita, sed ubi spiritus Dei, ubi libertas, etsi spiritu ducimini, non estis sub lege.*

Idem non minus eleganter tractavit D. August. *lib.* 4. *confess. cap.* 9. ubi ait: † *Multa facta,* 6
quæ hominibus improbantia videntur, testimonio Dei approbata sunt, & multa laudata ab hominibus, Deo teste, damnantur.

Et magis in nostris terminis Innocent. III. *in cap. etiam ex injuncto* 12. *de hæretic. vers. Quod* 7
si forte, loquens de iis qui se officio prædicationis, & conversionis animarum immiscent, scribit, quod sæpè *tales invisibiliter mittuntur à Deo, & si non visibiliter mittantur ab homine, cum invisibilis missio multò sit dignior, quàm visibilis, & divina longè melior, quàm humana.*

Atque hinc descendit usitata † illa, & à jure 8
approbata forma eligendi Romanum Pontificem, & alios minores Prælatos, quæ per inspirationem, vel quasi inspirationem dicitur, de qua loquitur † *text. in cap. quia propter, vers. Nisi, de elect.* ubi 9
Abb. Hostiens. Joan. Andr. & alii, & Oldrad. *consil.* 155. incip. *Quæ de forma*, optimus text. † de 10
jure nostro Regio *lib.* 21. *tit.* 5. *part.* 1. ubi Greg. Lopez, ibi: *E esta eleccion tienen por mas noble que la otra, porque no hay otro motivo de las voluntades de los hombres, sino solamente el Espiritu Santo.* Tradit Simon Majol *in dieb. Canicul. colloq. 6. pagin.* 465. Ubi † omnia solemnia, quæ 11
in electione & inauguratione Romani Pontificis observari solent, plenè & planè recensct.

Sunt etiam plurima alia, † quæ ejusdem divi- 12
ni impulsus, & inspirationis ratione contra ordinarias juris regulas defenduntur, de quibus latè agunt Doctores supra relati, & exemplis ex Sacra Scriptura deductis abunde confirmant. Inter quæ dignissimum relatu videri potest, illud, † 13
quod de Samsone se ipsum, & populum Philisthæorum simul occidente, habetur Judic. *c.* 16. & 17. In quo facto communis est Theologorum opinio, illum minimè peccasse. Nam tacita quadam Dei inspiratione, & invisibili missione ad id ductus fuisse videtur, ut tradunt D. August. *lib.* 1. *de Civitate Dei, c.* 21. D. Ambros. *lib.* 1. *offic. c.* 40. D. Thom. 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. *ad* 4. & ibi Aragon. & alii, latè Soto *de just. & jur. lib.* 2. *quæst.* 3. *artic.* 8. & *lib.* 5. *q.* 1. *artic.* 4. *ad finem.* Plaza *de delictis, cap.* 23. *num.* 2. Ludovic. Lup. *in instructor. 1. p. c.* 65. *in fin.* Lessius *de justit. & jur. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 33. Gomez de Mescua *in tract. de potestate, in ipsum, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. & novissimè Francisc. Torreblanca *de magia divinatr. lib.* 4. *cap.* 31.

Afferri quoque potest aliud Moysis factum 14
Exod. 2. † Ubi narratur, propriâ, & privata quidem auctoritate Ægyptium occidisse, quòd Hebræum hominem acerbè vexabat. In quo licèt, illum peccasse, expressè affirmet D. Hieronym. *epist.* 142. *ad Damas. in fine*, cui assentiri videtur D. August. *lib.* 22. *cont. Faust. c.* 70. & D. Thom. 2. 2. *q.* 61. *art. ult.* verùs tamen est contrarium,

ut

Regnum est, cui non parata sit ruina, & proculcatio, & Dominus, & carnifex? Nec magnis ista intervallis divisa; sed horæ momentum interest inter solium, & aliena genua.

CAPUT III.

De secundo titulo, qui ex Divino impulsu, & inspiratione colligi potest, qua Deus Hispaniæ Reges, & homines ad hunc Novum Orbem inquirendum, & acquirendum movisse videtur.

SUMMARIUM.

1 *Reges Hispaniæ ad Novum Orbem inquirendum, & subjugandum divino impulsu, & revelatione ducti videntur*, Et num. 16.
2 *Impulsus, inspirationis, sive revelationis magna est vis, & de pluribus auctoribus, qui hoc latissimè tractant.*
3 *Revelatione, aut inspiratione divina mediante quæ fiunt, non subjacent regulis ordinariis*, Et numer. 12.
4 *D. Paul. ad Rom. 28. & in aliis locis de Divina inspiratione tractantibus expenditur.*
5 Cap. licet 18. de Regul. & cap. duæ sunt 19. q. 2. *expenduntur.*
6 *Facta multa ab hominibus improbari solent, quæ Dei testimonio approbantur, & laudantur secundùm D. August.*
7 Cap. cum ex injunctio 12. de hæretic. *explicatur*, Et num. 35.
8 *Electio Roman. Pontif. & aliorum Prælatorum, quæ per inspirationem fit, unde dedcendat.*
9 Cap. quia propter, vers. Nisi, *de electione exornatur.*
10 Lex 21. tit. 5. part. 1. *explicatur.*
11 *Romani Pontificis in electione, quæ forma & solemnia servari soleant remissivè.*
12 *In inspirationis ratione ordinariæ regulæ excludantur.*
13 *Samsonis factum dum se, & Philisthæos in templo occidit, ex divina inspiratione, aut missione à peccato excusatur.*
14 *Moysis factum Ægyptium propria auctoritate occidentis, qualiter à peccato excusetur.*
15 *Phinees cum Zamori interfecit, non peccavit, & quare.*
16 *Novi Orbis Inquisitio divino impulsu formatâ.*
17 *Henricus Lusitaniæ infans habuit expressam, & repetitam revelationem, ut navigationem, & conquisitionem Indiarum Occidentalium prosequeretur.*
18 *Reges Cathol. Ferdinand. & Elisabeth divina inspiratione, & afflatu tentasse detectionem Novi Orbis, plures auctores tradunt*, Et num. 29.
19 *Antonii Potevini gravissima, & elegantissima verba expenduntur, quibus probat in inquisitione & acquisitione Novi Orbis Divinum impulsum adfuisse*, Et num. 20.
21 *Signa plura, quæ ostendunt opus, manum, & impulsum divinum inventisse in detectione & conversione Novi Orbis.*
22 *Thomæ Bocium, Joan. Boter. Rutil. Benzonius, & alii agnoscunt Spiritus Sancti afflatum in Alexandro VI. dum concessit Indiarum Oriental. & Occidental. conquisitionem Regibus Lusitaniæ & Castellæ magis, quàm aliis.*
23 *Christoph. Columbum ad detegendum Novum Orbem divinam spem, impulsum sive inspirationem habuisse, ex testimonio Boetii, & aliorum latè probatur, & quòd fuit ad hoc afflatus & electus à Deo.*
24 *Christoph. Columbus, & socii quot, & quantos labores ope divina superaverint in detectione Novi Orbis.*
25 *Christoph. Columb. habuit in somno mirandam visionem de brevi conspectu terræ Novi Orbis.*
26 *Novi Orbis detectionem & acquisitionem divinitus fuisse operatam, ex præviis dispositionibus vir gravissimi conjectantur.*
27 *Rutilii Benzonii verba gravissima expenduntur, quibus latè probavit divini consilii, & impulsus argumenta in detectione, & conversione Novi Orbis.*
28 *Indorum conversionem quâ appetitè, & opportunè Deus ordinaverit tempore Reg. Catholicorum.*
29 *Nauta ille, qui dicitur Columbo notitiam Orbis Novi præstitisse, ab Angelis delatus esse ab aliquibus perhibetur.*
30 *Pat. Mag. Victoria putat, non esse securum titulum divinæ revelationis, & quare.*
31 *Inspirationes, & missiones, quæ divinæ esse creduntur, multoties sunt diabolicæ, & fallaces.*
32 *Spiritus, juxta Verbum Domini sunt probandi, an à Deo sint.*
33 *Miracula nulla, vel pauca in detectione, acquisitione, & conversione Orbis Novi intervenisse Victoria, & alii putarunt.*
34 *Missiones, & inspirationes, quæ non confirmantur testimoniis Scripturarum, vel miraculorum, non sunt securæ.*
35 *Verba dict. cap. 2. de hæretic.*
36 *Christus Dominus, D. Paulus, & alii suam missionem, & prædicationem ex miraculis comprobabant.*
37 *Hispanis Novum Orbem quærentibus, & convertentibus aliqui cupiditatem, & curiositatem, & damna Indis illata objicunt.*
38 Cap. si quis præpropera, distinct. 50. *expenditur.*
39 *Justa tantum quæ sunt à Deo mandari, & procedere, credendum est.*
40 *Titulus dictus impulsus, sive revelationis in detectione, & conversione Novi Orbis à Victoria impugnationibus defenditur.*
41 *Inspirationes, & revelationes non sunt respuendæ, quando circa res graves, sanctas, & utiles intervenirunt.*
42 *Deo vocanti, & impellenti reluctari periculosum est, & seq.*
44 *Aristotelis elegans doctrina de cognoscendis divinis impulsibus, & inspirationibus.*
45 *Inspiratio detectionis, & conversionis Novi Orbis non destituitur Scripturæ, & miraculorum auctoritate, ut Victoria putavit.*
46 *Vocationes, & inspirationes divinæ multis modis contingunt, & confirmantur, neque semper miraculis egent.*
47 *Miracula rara esse debent. Et cur in Novi Orbis conversione pauca intervenerint.*
48 *Indi ad suam conversionem non tam egent miraculis, quam bonis, & prudentibus prædicatoribus.*
49 *Miracula Deus, & plurimum per viros bonos, & sanctos operatur.*
50 *Joan. Boter. sententia.*
51 Lex 68. tit. 4. part. 1. *explicatur.*
52 *Miracula aliquando fiunt à malis, & flagitiosis hominibus, & quare.*
53 *Miracula verâ, & proficua nunquam fiunt ab hæreticis, Magis, & diabolis, neque fient ab Antichristo, sed quædam tantum illusiones, & præstigia.*
54 *Miracula plurima, quæ jam præcesserunt in fidei prædicatione, efficiunt, ut bodie plura pattim fieri, necesse non sit.*
55 *Hispanorum gloria, & pietas in detegendo, & convertendo Novo Orbe non obscuratur ex avaritia, & malefactis aliquorum militum.*
56 *Christiana professio non ideò bona, & divina esse desinit, quòd aliqui inter Christianos vitiosi, & peccatores existant.*
57 *Divina sapientia laudatur ob religionem, & alia plura bona, quæ Novo Orbi ita brevi, & facile communicavit.*
58 *Orbis Novi detectio, & conversio ab Hispanis magis ob zelum religionis, quàm ob divitiarum cupiditatem operata est.*
59 *Deus sæpè solet per media humana, & aliquando humilia, & infirma, res magnas & sanctas perficere.*
60 *Deus summa providentia disposuit Hispanorum Regum, & hominum militarium, & religiosorum animos ad conversionem Novi Orbis.*
61 *Homines multoties Dei causam agunt, dum suam se agere putant.*
62 *Deus ex tenui principio res magnas operari, & deducere volet.*
63 *Hostis ignarus consilium exequitur Dei.*
64 *Deus etiam opera supernaturalia faciens contuetur naturæ leges, quatenus potest, tuetur.*
65 *Miraculum illud magnum excitationis maris Rubri multa naturalia habuit.*
66 *Deus suaviter omnia disposuit.*
67 *Anni tempora cur ita Deus ordinaverit, ut inter Hiemem, & Æstum, Veris, & Autumni benignitas interveniat.*

SEd quoniam non defuturos video scrupulosos aliquos Zoilos, parum rebus Hispanis affectos, qui Superiorem Divinæ concessionis titulum minus plenè, & securè probari contendent, quamvis tot Sacræ Scripturæ, & aliorum auctorum varicinlis, & testimoniis munitum, & illus-
1 tratum remaneat. Addere † libet secundo loco titulum alium, qui ex divino impulsu, inspiratione, aut revelatione descendit, quæ, ubi intervenit, eamdem cœlestis Numinis voluntatem plenissimè aperit, & dubio procul Piissimos Hispaniæ Reges, Duces & vassallos ad egregium istud, & omni ævo memorandum Novi Orbis inquirendi, & acquirendi facinus movit.
2 Primum † enim aperte liquet ex iis, quæ de Divini Imperii potestate, & executione in præcedenti capite diximus, & quæ de vi, & effectu cœlestis impulsus, inspirationis, aut revelationis docte, & graviter disputant Justin. Martyr ad Orthodox. *q.* 2. & *q.* 246. Tertull. *in Apolog. c.* 20. D. August. *de consens. Evangelist. ex cap.* 28. *usque ad finem, & lib.* 12. *de Civit. Dei, c.* 20. D. Chrysost. *homil.* 18. *in Joan.* Bened. Perer. *lib.* 2. *de magia & lib.* 5. *commentar. sup. Daniel. q.* 4. Franc. Picus Mirandul. *lib.* 1. *prænot. c.* 3. & *fin.* Thom. Bocius *de sign. Eccles. Dei, lib.* 6. *c.* 3. *pag.* 213. & *seqq.* Mart. Delr. *lib.* 4. *disquis. magic. c.* 1. & 2. à quo habuit Franc. Torreblanca *de magia divinat. lib.* 1. *c.* 1. *ex num.* 30. P. Suarez *in D. Thom. part.* 3. *q.* 30. *art.* 1. *disput.* 9. *sect.* 2. & novissimè *in tract. de fide, disp.* 1. *sect.* 1. *n.* 3. & *disp.* 3. *sect.* 2. & 3. Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom.* 2. *colloq.* 2. *ex pag.* 89. Rutil. Benzon. *de anno Jubil. lib.* 6. *c.* 19. & 25. Fr. Thom. à Jesu *de procurat. omn. gent. salut. lib.* 3. *cap.* 3. *pag.* 131. latissime, & eruditissimè Fr. Raphael. de la Torre *in* 2. 2. *tom.* 2. *q.* 95. *art.* 3. *disp.* 2. *per totam, ex pag.* 177. & novissimè P. Rosignol. *de discipl. Christian. religion. lib.* 3. *ex c.* 14. & P. Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. c.* 25. *pag.* 129. & *seq.*

Qui omnes, & alii ab eisdem relati concludunt, † ea, quæ his inspirationibus, vel revela-
3 tionibus mediantibus fiunt non esse ordinariis aliarum rerum legibus, aut regulis æstimanda, juxta illud † D. Pauli ad Roman. *c.* 28. *vers.* 9. *Ubi spiritus Dei est, ibi libertas est*: & 1. *Timoth.* 2. *Corinth.* 5. *ad Hebr.* 8. *ad Rom.* 2. *Si spiritu ducimini, non estis sub lege.*

Quod in optimo proposito adducit Inno-
5 cent. III. *in* † *cap. licèt* 18. *in princip. de Regular.* & Urban. III. *in cap. duæ sunt* 19. *q.* 2. ubi sic elegantèr scribit: *Dignior est enim lex privata quam publica, spiritus quidem Dei lex est, & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur, & quis est, qui Spiritu sancto possit dignè resistere? Quisquis igitur hoc spiritu ducitur, etiam Episcopo suo contradicente, erat liber nostra auctoritate. Justo enim lex non est posita, sed ubi spiritus Dei, ubi libertas, etsi spiritu ducimini, non estis sub lege.*

Idem non minus eleganter tractavit D. August. *lib.* 4. *confess. cap.* 9. ubi ait: † *Multa facta,* 6
quæ hominibus improbantia videntur, testimonio Dei approbata sunt, & multa laudata ab hominibus, Deo teste, damnantur.

Et magis in nostris terminis Innocent. III. *in cap. etiam ex injuncto* 12. *de hæretic. vers. Quod* 7
si forte, loquens de iis qui se officio prædicationis, & conversionis animarum immiscent, scribit, quod sæpè *tales invisibiliter mittuntur à Deo, & si non visibiliter mittantur ab homine, cum invisibilis missio multò sit dignior, quàm visibilis, & divina longè melior, quàm humana.*

Atque hinc descendit usitata † illa, & à jure 8
approbata forma eligendi Romanum Pontificem, & alios minores Prælatos, quæ per inspirationem, vel quasi inspirationem dicitur, de qua loquitur † *text. in cap. quia propter, vers. Nisi, de elect.* ubi 9
Abb. Hostiens. Joan. Andr. & alii, & Oldrad. *consil.* 155. incip. *Quæ de forma*, optimus text. † de 10
jure nostro Regio *lib.* 21. *tit.* 5. *part.* 1. ubi Greg. Lopez, ibi: *E esta eleccion tienen por mas noble que la otra, porque no hay otro motivo de las voluntades de los hombres, sino solamente el Espiritu Santo.* Tradit Simon Majol *in dieb. Canicul. colloq. 6. pagin.* 465. Ubi † omnia solemnia, quæ 11
in electione & inauguratione Romani Pontificis observari solent, plenè & planè recensct.

Sunt etiam plurima alia, † quæ ejusdem divi- 12
ni impulsus, & inspirationis ratione contra ordinarias juris regulas defenduntur, de quibus latè agunt Doctores supra relati, & exemplis ex Sacra Scriptura deductis abunde confirmant. Inter quæ dignissimum relatu videri potest, illud, † 13
quod de Samsone se ipsum, & populum Philisthæorum simul occidente, habetur Judic. *c.* 16. & 17. In quo facto communis est Theologorum opinio, illum minimè peccasse. Nam tacita quadam Dei inspiratione, & invisibili missione ad id ductus fuisse videtur, ut tradunt D. August. *lib.* 1. *de Civitate Dei, c.* 21. D. Ambros. *lib.* 1. *offic. c.* 40. D. Thom. 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. *ad* 4. & ibi Aragon. & alii, latè Soto *de just. & jur. lib.* 2. *quæst.* 3. *artic.* 8. & *lib.* 5. *q.* 1. *artic.* 4. *ad finem.* Plaza *de delictis, cap.* 23. *num.* 2. Ludovic. Lup. *in instructor. 1. p. c.* 65. *in fin.* Lessius *de justit. & jur. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 33. Gomez de Mescua *in tract. de potestate, in ipsum, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. & novissimè Francisc. Torreblanca *de magia divinatr. lib.* 4. *cap.* 31.

Afferri quoque potest aliud Moysis factum 14
Exod. 2. † Ubi narratur, propriâ, & privata quidem auctoritate Ægyptium occidisse, quòd Hebræum hominem acerbè vexabat. In quo licèt, illum peccasse, expressè affirmet D. Hieronym. *epist.* 142. *ad Damas. in fine*, cui assentiri videtur D. August. *lib.* 22. *cont. Faust. c.* 70. & D. Thom. 2. 2. *q.* 61. *art. ult.* verùs tamen est contrarium,

ut

ut magis communiter Doctores Theologi sentiunt, eò quòd in actu illo secretâ quadam Dei inspiratione motus, & honori ejus zelo ductus
15 Moyses videatur. Sicut & Phinees † cum Zambri ad meretricem Madianitam coram populo ingredientem transfodit, cujus facinus non solùm ut licitum, sed ut laude dignum Sacra Scriptura recenset, ut paret *ex Psalm.* 105. *vers.* 31. 1. *Machab.* 2. 26. *Num.* 25. 7. 8. & ita probant D. August. à priore opinione discedens, *q.* 2. *in Exod. tom.* 4. Ambros. *lib.* 4. *de offic. c.* 36. Hier. *Inqq. Hebr. sup. lib.* 1. *Reg. in fine.* D. Thom. 2. 2. *q.* 64. *art. ult.* Burgens. *supra c.* 2. *Exod.* Pereyra *supra idem capit. quæst.* 10. & Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. lib.* 1. *cap.* 6.

16 Secundum autem, † videlicèt quòd Hispaniæ Reges, duces, & homines militares, & religiosi ad hujus Orbis detectionem, conversionem, & subactionem divinis impulsibus & inspirationibus invitari videantur, plurimi, & doctissimi viri suis scriptis testatum relinquerunt. Etenim quemadmodum † Henrico Lusitaniæ infanti, novas illas
17 navigationes disponenti, quarum medio Orientales Indiæ lustratæ sunt, fama est, per quietem cœlestis monito revelatum, ut cœpta perficeret, & iterum clementer increpitum, quòd cogitata conquisitione tamdiu supersederet, remque adeò piam, & laudabilem ultra differret, ut auctor est elegantis Joan. Petr. Maff. *lib.* 1. *histor. Ind. Orient. pag.* 4. & Fr. Anton. de San Roman. *in eadem histor. lib.* 1.
18 *cap.* 2. *in fine.* Ita † alii Scriptores non solùm ex nostris, sed etiam ex exteris qui de his Indiis Occidentalibus, & earum inventione & conversione sermonem faciunt eumdem Divinum Impulsum, & afflatum Ferdinando & Elizabethæ Regibus Catholicis tribuunt, & opus hoc omni ex parte Deo adscribendum esse, serio & doctè proclamant, ut constat ex iis, quæ tradit Anton.
19 Posevin. † 1. *tom. Bibliothec. lib.* 1. *c.* 7. *pag.* 5. sic inquiens: (At ut antiquiora omittamus, emersus pene ex Oceano ætate nostra Novus Orbis, quantam non gemmarum modò atque auri, verùm divitiarum sapientiæ Dei copiam exeruit? Inditum autem duobus Hispaniæ, ac Lusitaniæ Regibus desiderium eos remotissimos tractus pervestigandi, quamvis veterum Philosophorum errores sustulit? & quot veritatis recessus abditos patefecit? tot quidem animarum myriades per id desiderium, tamquam per escam ad salutem allectæ, non tam fecerunt, ut Ecclesia ipsa, quæ hæresibus contaminata, videri jam poterat moribunda, reviviscere, quàm ut verissimum experiremur, quod vir sanctus Hilarius olim scripsit. Ecclesia, dum persequitur, floret: dum opprimitur, crescit: dum contemnitur, proficit: dum læditur, vincit: dum arguitur, intelligit: tunc denique stat, cùm superari videtur.)

20 Idem † auctor apertiùs eamdem inspirationem imò expressam Dei in hoc tam magno opere voluntatem, agnoscit, *d. Biblioth. lib.* 9. *c.* 21. & 22. ubi ait: Testantur autem plurima, factum infinita Dei clementia fuisse, ut fidem hoc seculo Christianam Indi susciperent, ut prorsus de ipsius voluntate nullus restet ambigendi locus, id quod & de mediis divinitus ad tam insigne opus promovendum, negandum non est. Porrò illa Dei sunt
21 propria, † quæ in id simul concurrerunt, *Verbi Divini prædicatio, Domini Jesu notitia, conversio plurium populorum, salus plurimarum animarum infantium, virorum, mulierum, ægrotorum etiam, qui diu lecto affixi, denique Baptismo accepto ad cœlum illico evolarunt.* Quæ omnia magno cum rerum variarum eventu, atque miraculis contingerunt, atque ad illos, ut audirent, & converterentur, misit concionatores, atque ut hi eò proficiscerentur, eos ipse, & reliquos impulit, à quibus denique missi, transvecti per maria, conservati, & custoditi sunt. Inde igitur universa hujus conversionis moles, & ratio ortum progressumque cœpit, ut quidquid ex ea boni manaverit, id divinitus factum sit: quidquid mali acciderit, justissimè id à Deo fuerit permissum, quippè qui hominibus semel traditam libertatem adimere non vult. Opus autem divinum fuit, quoniam hæc tanta res absque ejus voluntate, ac patrocinio numquam fieri potuisset; tot enim maria, atque universæ terræ ambitum obire, ac sanctum ejus nomen, & *Jesu Christi* Domini fidem in tam adversas gentes, easque adeò barbaras, & efferas, atque indomitas inferre, ut in toto terræ spatio nullus sit locus in quo Christi fama, & nomen non percrebuerit, certe non potuit non esse dignus ac dextera Dei, quæ tantam virtutem fecerit, ut habetur *Exod.* 3. & *Psalm.* 117. & affirmandum est, in hoc imprimis divinam concurrisse voluntatem, quæ Summo Pontifici desiderium, Regibus zelum, Religiosis solicitudinem & labores permultis probis ac pijs caritatem indidit, ut gentes, quæ longissimæ aberant, fierent proximæ, &c.

Hoc idem argumentum sæpè repetit † doctis- 22
simus Thom. Boz. & præcipuè *lib.* 10. *de signis Eccles. Dei c.* 13. cujus verba refert Fr. Thom. à Jesu *lib.* 2. *de procur. omn. gent. salut. c.* 8. *pag.* 56. & latiùs prosequitur Joan. Boter. *in rel. at. universi. 4. part. lib.* 2. *pag.* 48. 49. & 50. & Rutil. Benzon. *de anno Jubil. lib.* 1. *c.* 10. *pag.* 53. ubi divino consilio, ac Spiritus sancti afflatu factum fuisse docent, & probant, quòd Alexand. VI. Roman. Pontific. Orientales & Occidentales Indias inter Hispaniæ & Lusitaniæ Reges magis quàm inter allos diviserit.

Et † idem Boc. *lib.* 4. *cap.* 3. *in princip.* cujus 23
etiam meminit Thom. à Jesu *ubi supra cap.* 6. *pag.* 52. eumdem Divinum impulsum, & cœlestem quamdam spem, sive inspirationem in Christophoro Columbo, *supra* dictam expeditionem tentante & exequente his verbis expressit: *Anno* 1492. *Christophorus Columbus natione Genuensis, divino, ut exitus ostendit, impulsu afflatus, acceptis à Regibus Hispaniæ Ferdinando & Isabella navibus tribus, Hispali solvens, post longam multorum mensium navigationem, tandem pervenit ad insulam quamdam, quam quod Sancti Dominici die festo invenissent, ejusdem nomine nobilitarunt. Inde aditus patefactus ad amplissimas regiones, quæ proculdubio conficiunt tertiam totius Orbis partem, in quibus longè, lateque variis temporibus per nostros Christi cultus est disseminatus, & hodie maximè viget, floret, & uberrimos fructus producit.*

Idem prosequitur *lib.* 5. *c.* 2. *in princip.* ubi mutatis verbis à Petr. Martyr. *in histor. Novi Orbis decad.* 1. sic inquit: *Avorum nostrorum memoria Christophorus Columbus Indias Occiden-*

24 *tales aperuit nobis antèà ignotas. Aggressus* † *est autem tantam rem, nonnisi divinitatis æternæ benignissimo impulsu, quamvis à multis usu verum prudentiaque valentibus irrideretur, cùm Principes viros, potentissimosque Reges alloqueretur, potens, ut auxilio sibi essent, cogitanti Orbem Novum, novasque terras priscis seculis ignotas, in lucem quodammodò proferre, aggredi iter insuetum, emetiri maria vastissima, ex obiis quibusque periculis enavigare. Ubi verò mari se cum sociis commisit, altumque tenuit, & Oceani fluctibus, remotissimi ab omni terræ conspectu, undique jam nautæ cuncti circumdarentur, parùm sæpè abfuit, quin à vectoribus corriperetur, & in undas projiceretur, sed mirabile visu in somnis confirmatus, sic & ipse socios confirmavit, ut tandem voti compos amplissimas terras invenerit.*

Rursus *lib.* 6. *cap.* 6. *circa finem*, & *in lib. de robore bellico, c.* 13. ejusdem Columbi, Vasquii Gamæ, & Ferdinandi Magallani longas, & priscis seculis incognitas navigationes multis nominibus extollens, ita concludit: *Hi proculdubio omnes sola spe divini auxilii talia sunt aggressi, qualia nemo ante illos, & quis majora nemo aperuit ad ineundam, conjungendamque maximè totius humani generis societatem, commerciaque in illius bonum commune instituenda, barbariemque, & feritatem ex innumeris nationibus tollendam.* Nam cujus mens non horreat, ait Scriptor quidam, *immensos à Columbo exhaustos labores, cœli injurias, atrocissimas tempestates, quibus sæpè penè est obrutus? Quis non admiretur incredibilem audaciam, constantem patientiam, numquam infractum animi robur ad ea perficienda, quæ novis iste consiliis atque ausibus est aggressus?*

25 Petrus quoque Martyr † in quadam narratione, quam Italico sermone conscripsit cujus meminit additionator Hieronymi Benzonis *lib.* 1. *histor. Ind. cap.* 6. *in* 4. *part. Americæ, pag.* 32. expressis verbis testatur: *Columbum triduo antequam ullam terram conspiceret, mirandam in somno visionem habuisse, ut excitatus lætabundus, & alacris omnes convocari jusserit eosque confirmaverit, brevi terram conspecturos.*

26 His conveniunt, † quæ aptè, & latè observat Nicol. Sander. *lib.* 7. *de visib. Monarch. per totum.* Joseph. Acost. *in histor. Moral. Ind. lib.* 7. *c.* 28. & Joan. Boter. *in d. relat. universal.* 4. *part. lib.* 1. *per totum*, de prævijs dispositionibus, quas divina sapientia, & providentia, cum ex parte Regum, & Ducum nostrorum, tum ex parte Indorum ipsorum ordinavit, & præcedere voluit ranti Orbis conversionem, & conquisitionem, ut facilius & commodius ex eo Evangelium disseminaretur. Ex quibus apertè deprehendi inquiunt, divino consilio, & inspiratione omnia, quæ illis temporibus acciderant, ordinata & determinata fuisse.

Quod argumentum post eos urgens, & exor-
27 nans † Rutil. Benzon. *dicto lib.* 1. *de ann. Jubil. cap.* 10. *pag.* 52. & 53. ita concludit: *Hæc autem commemoravimus, ut liquidò cognoscatur, hanc Novi Orbis adinventionem divino consilio summaque Dei inscrutabili providentia his temporibus reservatam fuisse. Despiciens enim Deus,* ut Act. 17. *Areopagita dixit Paul. tempora ignorantiæ, ea-*

vitatis, & deceptionis illorum populorum, qui à dæmone per Idolorum cultum fascinati erant, nunc illis annuntiare facit Evangelii veritatem, ut unusquisque illorum pœnitentiam agens, convertatur ad Dominum qui fecit illos, quique in hunc mundum misit Jesum Christum filium suum ut salvos faceret omnes homines, & ad agnitionem veritatis venlant. In manibus enim tuis, inquit David. Psalm. 30. *tempora mea. Verum quam appositè* † *& opportunè Indorum conversio hisce tem-* 28
poribus acciderit, ac divino consilio determinata fuerit deprehenditur ex multis prævijs dispositionibus, quibus divina sapientia uti voluit, ut facilius, & commodius Evangelii prædicatio introduceretur ac fides Christiana ab illis populis cum fructu reciperetur, multa impedimenta ab illis removendo ut eos idoneos, aptosque redderet ad lucem Evangelii recipiendam, &c.

Plurima † quoque alia, ut hanc Dei voluntа- 29
tem, sive motionem, & inspirationem confirmet, & omni ex parte miraculosam, & soli Deo tribuendam horum Indorum inventionem, subactionem, & conversionem esse probet, optimè considerat Fr. Joan. à Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 4. *c.* 104. & *seq.* & *lib.* 15. *cap.* 45. & 46. & rursus *lib.* 18. *c.* 1. & 2. Ubi apertè tradit, nautam illum, qui Columbo hujus post Oceanum terræ notitiam præstitit, de quo diximus *supra, lib.* 1. *c.* 5. *n.* 6. & 7. non humano consilio, nec casu fortuito, sed divino mysterio ab Angelis fuisse delatum, ut tantæ conversionis iter aperiretur ipsumque Columbum ab eodem Deo afflatum, & electum, ut ejus medio executio mandari posset.

Sed quoniam † eruditissimus noster Theolo- 30
gus P. Franc. à Victoria *in* 1. *relect. de Indiar. insulan. n.* 38. *vers. Sed miracula, & n.* 40. *vers. Septimus titulus*, huic titulo parum fidendum esse monet: videre oportet, quibus ille argumentis & rationibus moveatur. Et primò quidem considerat hujusmodi † missiones, & inspirationes mul- 31
toties fallaces esse, & per diaboli suggestionem immittit, ut tradunt auctores *supra n.* 1. relati, præcipuè Delr. Majol. & Rosignol. *c.* 210. & Torreblanca *d. lib.* 1. *de Magia. c.* 29. Unde † merito 32
admonet Dominus apud Marcum *cap.* 13. *Videte, ne quis vos seducat* & Dom. Joan. *epist.* 42. *Nolite credere omni spiritui*, & Canon. 1. *c.* 3. *Probate spiritum an sit à Deo.*

Secundo subjungit, nulla † miracula proferri 33
posse, quibus hanc Hispanorum missionem in Novum Orbem à Deo ordinatam, & occultis ejus impulsibus & inspirationibus fultam affirmare valeamus. Idemque, quoad paucitatem miraculorum, sentire videtur Joseph. Acosta *lib.* 2. *de procur. Ind. salut. c.* 9. Ubi quærit, cur miracula in conversione Gentium non fiant nunc, ut olim à Christi prædicatoribus, & Fr. August. Davila *in histor. Mexicanæ provinc. lib.* 1. *c.* 80. *pag.* 320. Ubi affirmat, pauca miracula in his provinciis visa fuisse. At verò † missiones & inspirationes, quæ, 34
vel specialibus Scripturæ testimoniis, vel apertis miraculis non adstruuntur, parum fidei & securitatis habere, latè etiam docent, & probant Theologi *supra* relati, & præcipuè Pat. Raphael de la Torre *in* 2. 2. *tom.* 2. *pag.* 178. *col.* 2. & melius Innocent. III. quem ipsi non referunt *in d. cap.*

35 † cum ex injuncto *de hæret.* inquiens : *Quòd cum interiores istæ missiones , inspirationes , sive revelationes sint occultæ , & incertæ , non sufficit cuilibet quam nudè tantum asserere, quod ipse sit missus à Deo , cùm hoc quilibet hæreticus asseveret ; sed oportet , quod astruat illam invisibilem missionem per operationem miraculi , vel Scripturæ testimonium speciale. Unde cum Dominus* Exod. 7. *vellet mittere Moysem in Ægyptum ad filios Israel, ut crederent ei , quòd mitteretur ab ipso , dedit ei signum , ut converteret virgam in colubrum , & virgam iterum reformaret : Joannes quoque Baptista speciale suæ missionis testimonium protulit de Scriptura , dicens : Ego vox clamantis in deserto. Dirigite viam Domino sicut ab Isaia Propheta, cap.*40. &c.

Quæ etiam de causa Christus † Dominus , ut
36 suam à Patre remissionem confirmaret , sæpius obstinatis Judæis sua objiciebat miracula, dicens: *Si mihi non creditis , operibus credite* , & iterum: *Si Opera , quæ ego facio , testimonium perhibent de me,* & D.Marcus *cap.ult.* de Apostolis à Christo missis sermonem habens : *illi autem* (inquit) *profecti prædicaverunt ubique , Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signum*;ut ostenderet , illi missioni , & doctrinæ firmitatem fore cœlestem, quam signa subsequerentur. Quod & Paulus Apostol. variis in locis de sua prædicatione testatur, & pluribus aliis Sacræ Scripturæ testimoniis illustrat D.Chrysost. *tom.*3. *in* 2. *ad Corinth.* Tertul. *in Apolog. c.* 27. Arnob. *lib.* 1. *adversus Gent.* D.August. *lib.*10. *de Civit. Dei,c.*12. & *lib.*16.& 17. Thom.Boc. *de signis Eccles. lib.*5. *c.*1. Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib.* 5. *cap.* 3. Balth. Chavas. *de notis veræ relig. lib.*4. *cap. ult.* & Torreblanca *d. c.* 29. *n.*25.

Tertiò idem Victoria insinuat , & alii magis apertè nobis objicere solent , videri non posse ex Dei inspiratione , sive impulsu , aut voluntate, hanc Indorum detectionem & conversionem or-
37 dinatam fuisse,cùm † in ea plurimi nostrorum tot scelera , & damna in miseros Indos commiserint, & magis auri & argenti quærendi , Regni proprii ampliandi cupiditate , & rerum novarum investigandi curiositate , quàm Dei , & animarum zelo ducti videantur.

Pro quibus ego perpendo insignem locum D.
38 Cypriani *in sermone de lapsis* , relatum † *in c. si quis præpropere* 27. *distinct.*50. Ubi tunc demum, quæ Martyres , id est,Sacerdotes & Religiosi viri mandant, facienda , & sequenda † esse tradit: *Si*
39 *justa, si licita, si non contra ipsum Dominum à Dei Sacerdote facienda , sed si scripta non sunt in Domini lege,quæ mandant, ante est,ut sciamus,illos de Deo impetrasse , quod postulant , tunc facere quod mandant : neque enim statim videri potest de divina majestate contestum , quod fuerit humana pollicitatione promissum.*

Verum autem verò, prædictis argumentis non obstantibus, † defendi adhuc potest vis, & auctoritas tituli,de quo in hoc capite disputamus,quem
40 si Victoria videret tot gravissimorum Scriptorum testimoniis & rationibus comprobatum , forsitan de ejus fide non dubitaret.

41 Et ad primum respondemus , † certum quidem esse , magnum periculum , & fallaciam in his inspirationibus , impulsibus & revelationibus imminere , non ideò tamen prorsus , aut temerè damnandas, & respuendas esse , cùm negari non possit, quin aliquando à Deo deriventur , maximè cum in rebus & personis seriis,& gravibus accidunt, & effectus, qui illas sequuntur,in Dei obsequium , aut communem salutem , & utilitatem alicujus populi diriguntur,ut eleganter prosequitur D.Thom. & post eum Theologi omnes, præcipuè Fr. Barthol. à Medina *in* 1. 2. *q.* 9. *art.*4.& *q.*22. *art.*3. & Cajet.1.*p. q.*82. *art.*4. *circa tertium argumentum.* Dicit † enim D. Paul. *ad Thessal.* 5. *Spiritum nolite extinguere , prophetiam nolite con-*42 *temnere , omnia probate , quod bonum est tenete,ab omni specie mala abstinete vos.* Et D. Joan. *Probate spiritus, utrum ex Deo sint.* Cui † vocanti, & 43
impellenti reluctari , & non obedire , quam sit periculosum , multis probat Gaspar Sanctius in Isaiam , *c.*14. *n.*8.

Quibus arridens † Aristot. *lib.*6. *Ethic. ad Eu-*44 *demum , circa fin.* docet : *Quod sæpenumero nobis nihil cogitantibus venit in mentem cogitatio efficax, & impetuosa quæ secum trahit voluntatem , quam rationem non possumus nobis tribuere , neque in nostram inventionem referre , cùm de hac re nihil unquam cogitaverimus. Neque verò possumus eam referre in subintantiam Angelicam , quæ non potest efficaciter movere nostram voluntatem. Unde talis cogitatio in Deum est reducenda.*

Ad secundum autem respondeo , † hunc im-
pulsum, missionem , sive inspirationem divinam, 45
de qua agimus, non destitui Sacræ Scripturæ testimoniis , & prophetiis, si ea omnia in memoriam revocemus , quæ *supra c. præced. & lib.* 1. *c.* 15. congessimus. Et multò minus miraculis caruisse, ut Victoria, & alii malè putarunt, cum potius innumera extiterint , & extent quotidiè, quæ divinam hujus magni operis voluntatem , & penè dixerim voluptatem evidentes ostendunt , ut ait Ant. Posevin. *ubi suprà*,de quibus *in cap. seq.*copiosè tractabimus.

Quinimò , ut daremus in hujus Novi Orbis conversione,nunc tot ac tanta miracula non operari , quot & quanta olim initio nascentis Ecclesiæ à Christi prædicatoribus facta cernuntur , ob hoc tamen divinæ vocationis vix excludi non posset, † quæ interdum signis externis , aliquan-46
do etiam interno potius impulsu fit,& sive in singulis hominibus , sive in populis , atque in ipso genere humano , per temporum opportunitates operatur , & altæ & profundæ ordinationis est, ut præclarè tradit & Sacræ paginæ exemplis illustrat D. Augustin. *lib.* 33. *quæst. q.*68. & † *in lib. de util. credend.* ubi de eisdem miraculis agens 47
scribit : *Cur ista modo non fiunt ? quia non moverent , nisi mira essent , at si solita essent mira non essent.*

Et In nostris terminis loquens Joseph. Acosta *d. lib.*2. *de procur. Ind. salut. c.*9. & 10. Ubi docte & eleganter hanc miraculorum parcitatem, partim naturæ , docilitati & ignorantiæ indorum, quibus nunc prædicatur attribuit, qui † tot mira-48
culis non egent,ut ad Fidei receptionem à nostris suadeantur ; sed prædicatoribus tantùm quorum mores, cum fide & lege, quam annuntiant conveniant,ut optimè jam olim in simili scripsit D.Chrysostom. *homil. 6. in* 1. *ad Corinth.* † Partim exi-49
guo ipsorum prædicatorum zelo , & merito, cum dubium non sit, ut quò quis fide , & sanctitate magis eminuerit, eo aptiùs instrumentum sit, per quod Spiritus sanctus tam præclara opera perpetret , qui ad suam potentiam , & gloriam declarandam , hujus puritatis , atque humilitatis viros ut plurimum , exigit , & assumit , qui veris virtutibus, & incorruptis moribus niteant,& nihil sibi sumentes , totum Deo , cujus est omne donum perfectum , & saluti proximorum syncerè refundant.

Quas rationes , Acosta non relato , ab eo desumpsit Joan. Boter. *in relat. univers.* 4.*p. lib.*4. *pag.*73. & 74. Fr. August.Davil. *d. c.*80. *pag.*320.
50 addens forsitan † etiam in causa fuisse,quod Evangelicæ prædicationis forma adamussim servata non fuerit. Martin. Delr. *lib.* 4. *disquis. magic. c.*4. *q.*5. *sect.*2. *pag.*331. *in fin.* Ant. Posevin. *in Biblioth.* 1.*tom. lib.*9. *c.*24. *pag.*402. Fr. Thom. à Jesu, *d. lib.*4. *de procur. omn. gent. salut. c.* 4. *pagin.* 147. & 148.

51 Et conducit † lex nostra 68. *tit.* 4. *p.* 1. quæ ex doctrina Hostiens. *in summ. de relig. & vener. Sanct.* inter reliqua , quæ ad veri miraculi comprobationem requirit , merita sanctitatis,& bonitatis illius apponit , per quem Deus miraculum operatur. Respiciens nimirum ad id , quod magis
52 communiter accidere diximus. Aliquando † enim à prophanis & flagitiosis hominibus vera miracula fiunt , sed nonnisi divina virtute , & ad confirmationem veræ fidei , vel Dei laudem, & voluntatem ostendendam, aut exequendam, ut nos sæpè in his ipsis regionibus contigisse,*cap. seq.* probavimus, & late prosequitur D. August. *lib.* 10. *de Civit.Dei, c.*16. & *lib.*83. *q.*79.& habetur *in cap. multæ, c. teneamus, c. prophetavit* 1.*quæst.*1.*c.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* D. Thom. 1.*p. q.* 110. *art.* 4. *ad* 2. & 2. *ad Thessalic. cap.* 2. *lect.* 2. & 2. 2.*quæst.* 178. *art.* 2. D. Chrysost. *hom.* 2. *in Matt. c.*7. Viguer. *Instit.Theolog. tract. de virt. Dei , c.* 10.Sotus 4. *Sentent. dist.* 42.*q.*2.*artic.* 2. Baptist.Fulgos. *lib.* 1.*memorab. c.*6. *de miraculis*, Malleus *malef. quæst.* 61. *art.* 10. *ad* 8. Acosta *d. c.* 10. *in princ.* Zerol. qui plures refert , in praxi Episcop. *verb. Miraculum* , *n.* 3. & ultra eos Petr. Gregor. *lib.* 13. *de Repub. c.* 24. & 25. Rutil. Benzon. *de anno Jubil. lib.* 6. *c.*24. Franc.Tolet. *sup. Joan.* &Maldonat. *sup. Matthæi,c.*7.Martin Delr. *lib.* 2. *disquisit. mag. quæst.* 7. *pag.* 63. Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom.* 2. *colloq.* 2. *pag.* 112. & *seqq.* Maluend. *de Antichrist. lib.* 6. *c.* 1, *q.* 5. & *seq.* & *lib.*7. *c.*15. & *seqq.* Camill. Borrel. *de præstan.Reg. Cathol. c.*55. Annæus Robert. *lib.*1.*rer.Iudic. c.*5. *fol.*18.Raph. de la Torr. *in* 2. 2. *quæst.*9. *art.* 2. *disput.* 4. *pag.* 751. & *in* 2. *tom. de vitiis Religion. q.* 95. *in prælud.disp.* 2. Torreblanc. *de magia divinatr. lib.*2. *c.*11. & 26. Pat. Suar. *de fide , disp.* 4. *sect.* 3. *n.* 8. & *sect.* 4. Ubi de his miraculis agunt, quæ per profanos homines, aut malos, & peccatores fieri solent.

53 Et † simul concludunt , ab hæreticis in comprobationem falsæ fidei , & à magis , & diabolis, & ab Antichristo numquam vera , solida consistentia , aut proficua miracula facta fuisse, nec fieri posse,sed quædam dumtaxat præstigia in phantastica, & simulata, semper perniciosa , aut inutilia , ad ludificationem sensuum humanorum de quo etiam præclarè tractat idem D. Augus. *in d. Tom.1. de Ind.jure.*

c. teneamus 1. *quæst.* 1. & *lib.* 3. *de Trinit. c.* 8. & *lib.* 18. *de Civit. Dei cap.* 17. Orig. *lib.* 2. *contra Celsum* : Auctor vitæ D. Bernard. *lib.* 3. *c.* 6. & elegantissimè D.Isidor.*lib.*8. *Etymol. c.*9. cujus verba habetur *in c.nec mirum* 26.*q.*5.& Theat.vir. hum. *vol.*5. *lib.*4. *ex p.* 1512. *ad* 1531. Ubi plura exempla verorum , & fictorum miraculorum congessit.

Suprà dictis † adjicere possumus, prædicatio-54
nem, & conversionem hujus Novi Orbis pluribus miraculis non eguisse , si attendamus celebrem illam doctrinam D. Chrysost. 1. *Corint.* 2. dum monstrat , signa Evangelicæ prædicationis jam olim patrata , non illo tantùm seculo , sed & futuris fidem peperisse. Quod etiam D.Thom.luculenter expressit *lib.*1.*contra Gent.c.*6.dicens: *Hæc autem tam mirabilis mundi conversio ad fidem Christianam,indicium certissimum est præteritorum signorum ut ea ulterius iterari necesse non sit cùm in suo effectu appareant evidenter,quamvis non cesset Dominus , nostris etiam temporibus ad confirmationem fidei, per sanctos suos miracula operari.* Unde meritò disputat D. Greg. *in homil. Ascension.* & Joan. Jerson. *in* 2. *quæst.* an hodie sint necessaria vel utilia miracula.

Denique † tertio argumento , desumpto ex 55
delictis, & excessibus ab aliquibus Hispanis in detectione, & conversione hujus Novi Orbis commissis, & ex humanis mediis & finibus , qui hanc missionem præcessisse & promovisse videntur, ultra ea , quæ de hoc articulo latius inferius *lib.* 3. *c.* 5. dicere destinamus , nunc facilè respondemus cum Ant. Posevin. 1. *tom. Bibliothec. lib.* 9. *cap.* 2. *pag.* 401. Joan. Boter. *in relat. univers.* 4. *part. lib.* 2. *ferè per totum.* Thom. Boc. *de sign. Eccles. lib.* 7. *cap.* 5. *in fine* , non propterea negari posse hoc opus Dei fuisse , & ex divino ejus impulsu manasse , quod zelum , & pietatem , quæ in eo requirebatur , scelus avaritiæ, crudelitas , & impietas aliquorum militum maculaverit. Alioqui † etiam inter Christianos non 56
liceret, vim ullam divinam agnosceret, inter quos vivunt tot peccatores , hæretici multi , plurimi vitiosissimi , meretrices innumeræ. Sanè etenim, quorum † mens in Divinæ Sapientiæ vias acutius 57
inspicit, flores inter spinas , triticum intra paleas, aurum sub terra dignoscens , divinam eo magis bonitatem commendat , quo magis ille tectam & sartam tuetur apud nos fidem , pietatem Regum & Principum , disciplinam Antistitum , virtutem bonorum Christianorum, usum frequentem sanctorum Sacramentorum , Divini Verbi prædicationem, studia scientiarum, lucem atque notitiam Dei , hoc est totius boni. Nec reprobandus est hortus, qui totus non sit floridus , nec palea abjicienda, quæ tota non sit triticum , nec terra illa existimanda est inutilis, quæ universa non sit aurum. Quin & hinc tanto major de misericordia Dei concipienda spes est, quòd inter gentes adeò barbaras tantam fidem plantaverit , fodinas , ut ita dicam , tot animarum aperuerit , Ecclesiam tot Archiepiscopis,Episcopis,Clericis Religiosorum Ordinibus munitam excitaverit.tot item parœcias,Doctrinam Christianam.Scholas &Academias,totque Principes viros ibidem constituerit.

Et idem respondere possumus † ad id , quod 58
de avaritia divitiarum , & cupiditate nobis objici-

citur. Nam omissis iis, quæ *sup. lib. 1. cap. 16. num. 94.* tradidimus, verius est, Christi amorem, & animarum zelum in hoc opere primas partes tulisse, ut fatetur Thom. Boc. *lib. 12. cap. 21. circa finem*, sic inquiens: *Primumque horum sit hoc, nunquam tot homines ad exteras & ignotas terras à Christianis abiisse, ut Christi cultum latè propagarent, ut seculo hoc nostro contigisse certò videmus. Id verò non nisi ab ardentissimo, ac longè diffuso Christi amore nasci potest. Et cùm hac de causa totus Orbis circumnavigatus sit, ventumque tam propè ab extremo Arctο ad Austrum supremum, igitur longissimè pertinet amor nostrorum in Christum.*

59 Et ut aliquatenus † verum esse fateamur, divitiarum studio nostros permotos fuisse, non quidem ideò divinæ inspirationis, & missionis vis excluderur; sed longè admirabilior divina providentia & sapientia judicari debebit, quæ tam infimis usa sit mediis, ut tantam rem suavius, secretius, pacatius sine multis miraculis ac prodigiis, ac quasi sine sensu, quod ferè facit, promo-
60 verer. Et quamquam † dena leucarum millia itineris, quina per Orientem, totidem per Occasum, & tot maris & terræ pericula superasse, sola ipsa videatur humana cupiditas, certissimum tamen est, in hoc imprimis divinam concurrisse voluntatem, quæ Summo Pontifici desiderium, Regibus zelum, nautis & militibus animum & spem, religiosis solicitudinem & labores, permultis probis ac piis viris caritatem indidit, ut gentes, quæ longissimæ aberant, fierent proximæ. Ac dum aliis maria cupiditas æquabat, ut aurum consequerentur, eadem inserviebat Deo, ac servis suis, ut ipsamet illa maria trajicerent ad animas Christo lucrandas, ut etiam tetigimus *sup. lib. 1. cap. ult. ex num. 99. & cap. 15. ex*
61 *num.* 40. Quibus † enim mediis homines sua negotia agunt, iisdem nec cogitantes divinum agrum excolunt, & findunt terram, ex qua cœlestis horrei seges Deo semper serente, & operante maturescat ad frugem.

64 Quam † eamdem sententiam, licèt aliud agens, benè prosequitur & illustrat Gaspar Sanctius *sup. Isai. c. 44. num. 54. & 56. pag. 446. & cap. 51. num. 7. pag.... & cap. 13. num. 8.* docens Deum multa, & magna per infirma instrumenta, & in-
65 terdum indigna præstare solitum, & † ex tenui principio opera mirabilia, & eximii momenti fu-
66 tura deducere, & aliquando † per hostes suos, etiam ignaros, sua consilia exequi.

Neque abest, quod ex communi omnium Theologorum placito resolvit eruditissimus P. Joan. Pineda *lib. 4. de. reb. Salom. c. 13. p. 184.*
67 † Videlicet, ita naturæ Auctorem res supra naturam efficere, ut quoad fieri possit, consuetas naturæ leges & ordinem tueatur. Ut satis demonstravit in exsiccatione maris Rubri, ut transitum per illud Hebræis Pharaonem fugientibus ape-
68 riret. Quo † in facto cum ingentia miracula adderet, parcissimum se miraculorum patratorem præbuit, ut ipse auctor bene considerat.

69 Et tamdem † Dei providentiam & in rebus magnis, atque arduis disponendis, & exequendis suavitatem in nostris terminis theoricè extollit Joan. Boter. *d. lib. 2. in princip.* adducens illud Sapient. 8. *Attingit ad fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter.* Et anni † tempora, 70
inter alia, exempli gratia perpendens, quæ ordinante Deo ex Æstate ad Hyemem deducuntur; sed ita tamen, ut hinc Veris, inde Autumni benignitas interveniat, ne de uno extremo in aliud cum hominum damno prolaberentur. Quod benè agnovit Poëta, dum cecinit?

Nec res hanc tantæ possent perferre laborem,
Si non tanta quiet inter frigusque caloremque
Iret, & exciperet cœli indulgentia terras.

CAPUT IV.

De pluribus miraculis, quæ in Novi Orbis detectione, conversione, & acquisitione intervenerunt, & divinam tanti operis voluntatem, inspirationem, & vocationem manifestarunt.

SUMMARIUM.

1 *Deus miracula necessaria in Novo Orbe non prætermisit, quamvis in illis edendis parcissimus sit.*
2 *Deus semper res novas & magnas, novis & magnis miraculis juvat, & ex insigni loco D. Augustini.*
3 *Ecclesiæ primitivæ, & prædicationis Apostolicæ fundamenta Deus multis miraculis communivit.*
4 *Miracula si deficiant, rarò prædicantibus creditur.*
5 *Miracula tot ac tanta cur Deus initio nascentis Ecclesiæ patraverit, ex August. & Gregor.*
6 *Miracula multa, & magna semper Deus edidit in convertione novarum provinciarum, & exempla Angliæ, Flandriæ, Hollandiæ & aliarum.*
7 *Ecclesia Dei semper habuit, & habebit potestatem & continuationem miraculorum, & est unum de præcipuis ejus signis.*
8 *Fidei Christianæ Deus tribuit, ut montes transferre possit.*
9 *D. Gregor. Thaumaturgus, & alii sancti viri multoties montes de uno loco in alium miraculosè transtulerunt.*
10 *Fides naturam superat.*
11 *Miracula in Novi Orbis conversione Deum omittisse credibile non est, cum illis semper egeant tyrones in Fide.*
12 *Infideles non tenentur fidem sibi prædicatam credere, nisi rationibus, aut miraculis convincantur.*
13 *Credentes citò, leves sunt corde.*
14 *Fidei mysteria an, & quatenus evidenter credibilia sint.*
15 *Miracula multa, & maxima in detectione, conversione, & acquisitione Orbis Novi intervenisse, latè probatur contra Victorium, & alios.*
16 *Miracula aperta, & repetita Ecclesiæ qui negat, majus ipse miraculum facere dicitur, ex August. & aliis.*
17 *Indorum Novi Orbis ita facilis, & brevis ad fidem conversio, vicem obtinet plurimorum miraculorum, ex Balt. Chavas. & aliis.*
18 *Hispani non potuerunt sine ope & vocatione divina, ita facilè & breviter Novum Orbem detegere, & convertere.*
19 *Ecclesiæ primitivæ Dei signum, & argumentum fuit facilis, & suavis multiplicatio credentium.*
20 *Indi innumeri brevissimo tempore Fidem & Baptismum receperunt Mexici, & in aliis Novi Orbis Provinciis.*
21 *Sacerdos quidam solus baptizavit septies centena Indorum millia.*
22 *B. Fr. Mart. Valentia Franciscanus, & secii innumerabiles Indos converterunt, & baptizarunt.*
23 *S. Franc. Xaver. solus plures homines ad Fidem convertit, & baptizavit, quam hæretici omnes ad suas sectas traduxerunt.*
24 *Conversionis Indorum cursus & progressus semper Regibus Catholicis maximè in votis fuit.*
25 *Auctores recententur, qui narrant, & extollunt miracu-*

culorum incrementum Christianitatis Novi Orbis.
26 *Indos hystopo aliquando ab Hispanis Sacerdotibus baptizatos fuisse, an verum sit.*
27 *Hispanam gentem ob eximiam curam dilatandæ Fidei inter varias Indorum nationes, multum laudat Thom. Bocius.*
28 *Miraculi instar videri debent præviæ dispositiones, quibus Deus ordinavit detectionem & conversionem Novi Orbis.*
29 *Regum Catholicorum in audiendo, & juvando Columbo munificentia, & liberalitas, miraculosa videtur.*
30 *Christophori Columbi constantia in proponenda & exequenda navigatione, & detectione Novi Orbis miraculum ingens à plurimis judicatur.*
31 *Oceanus veteribus inaccessus, post Columbi ad Novum Orbem navigationes, miraculo quodam mitis, facilis, & navigabilis redditus esse videtur.*
32 *Pontus Euxinus, olim Axenos, id est, inhospitalis dictus, posteà se navigantibus Hospitalem & placidum præbuit.*
33 *Mare Pamphylium portentoso naturæ miraculo recessisse, & siccum iter præbuisse dicitur, Alexandro Magno contra Persas exercitum ducenti.*
34 *Cangio Cham Tartarorum Regi, & exercitui ejus, dicitur mare miraculorum novem pedum transitum aperuisse.*
35 *Hispani divino beneficio, & quasi per miraculum, ea omnia in detegendo, & subigendo Orbe Novo consecuti videntur, quæ adulatorie de suo Trajano Plin. recenset.*
36 *Ecclesiæ, & Fidei Christianæ veritas probari solet ex felicitate bellorum, quæ pro ejus defensione, aut extensione suscepta sunt, & auxiliis de cœlo per miraculum missis.*
37 *Theodosius Imperator auxiliis cœlestibus victoriam reportavit, & carmina Claudiani de hoc.*
38 *Auctores recententur, qui plura exempla, & testimonia adducunt de prosperitate bellorum, & auxiliis cœlestibus à Deo Catholicis datis.*
39 *Hispaniæ, in bellis contra Mauros susceptis, omnia miracula contigerunt, quæ olim Deus Israelitis indulsit.*
40 *Bellis justis, & ad Dei vocationem, & exaltationem susceptis, semper ipse exitus felices concedit.*
41 *Deus non secundùm armorum potentiam, sed prout ipsi placet, das dignis victoriam.*
42 *Causa pugnandi, si bona est, pugnæ exitus malus esse non potest.*
43 *Miracula, & auxilia cœlestia in bellis nullibi magis frequentia fuerunt, quàm in expeditionibus Hispanorum, ad Novum Orbem factis.*
44 *Promissio Levit. cap. 26. in Hispanis in Novo Orbe præstantibus sæpissimè impleta fuit.*
45 *Milites Hispani duodecim in insula Hispaniola fugarunt duo millia incolarum.*
46 *Ferdin. Corterius exigua valdè Hispanorum militum manu plurimas victorias reportavit, Motezumam cepit, & totius Novæ Hispaniæ Imperium adeptus est.*
47 *Franc. Pizarrus miraculosas victorias in Peruani Regni conquisitione habuit, & qualiter Atabualp. ejus tyrannum superavit.*
48 *D. Jacobus Hispanorum Patronus multoties pro eis contra Mauros pugnare visus fuit.*
49 *D. Jacobus sæpissime Hispanorum partes defendere visus est in bellis, quæ cum Indis Novi Orbis, & etiam cum Orientalibus habuerunt: & ideò in illis regionibus religiosissimè veneratur.*
50 *Historia mirabilis, & peculiaris D. Jacobi pro Hispanis pugnantis apud Cintiam Novæ Hispaniæ oppidum, cum ab Indis maximopere premerentur.*
51 *Beatissima Virgo Maria Hispanis sæpe in Novo Orbe præstantibus opem tulit, & præsertim cum Mexici obsessi essent.*
52 *Tacubano in monte apud urbem Mexicum templum Beatæ Virginis extructum fuit, & quare.*
53 *Cusquensi in urbe Hispani numero pauci ab innumeris Indis obsessi, & graviter impediti B. Virginis præsentissimo auxilio liberantur.*
54 *Araucanorum exercitus, qui Hispanos in urbe Imperiali Regni Chilensis obsidere tentabat, ad conspectum B. Virginis retrocessit.*
55 *Miraculum ingens, & notabile, quod initio detectionis Regni Peruani contigisse narratur.*
56 *Tumpez, sive Tumbes oppidum Regni Peruani Indorum tempore erat nobilissimum, & munitissimum.*
57 *Petrus Candia unus ex sociis Fr. Pizarri Crucis signo Tumbicinorum insidias, & ferocissimum leonem, & tigrim superavit.*
58 *Victorias ferè omnes, quæ ab Hispanis in Novo Orbe partæ sunt, cœlestibus auxiliis tribuunt plurimi, & gravissimi Auctores, qui de illis scripserunt.*
59 *Castellus à Bobadilla tribuit victorias Hispanorum in Novo Orbe militari eorum disciplinæ.*
60 *Impossibile fuisse ostenditur, Hispanos tot, & tam felices victorias in Orbe Novo habuisse, nisi Divina voluntate, & miraculorit auxiliis juvarentur.*
61 *Victorias de Indis ab Hispanis partas quidam malè ex eo extenuant, quod Indi Barbari, inermes, & pusillanimi essent.*
62 *Ferdinand. Corterium equus quidam apud Argeriam devisitse narratur, quod putaret, se cum Indis pugnare.*
63 *Indi nostrorum comparatione pusillanimi sunt.*
64 *Meridionales omnes gentes timidæ sunt, Septemtrionales animosiores & robustiores.*
65 *Indi quàm plures non adeò timidi, & inermes erant, ut quidam generaliter tradunt.*
66 *Deus Indos magis politicos, & roburtos inter se bellis intestinis divisit, ut Nostris facilius subjugi possent.*
67 *Deus hostes suos suis ipsorum manibus sternit.*
68 *Deus Hispanorum vires, & animos auxit, & Indis terrorem immisit.*
69 *Samsoni vires Deus miraculosè restituit, & auxit ut de Philistheis vindictam sumeret.*
70 *Amorrhæos, & Chananæos Deus timidissimos reddidit, ut terram eorum Israelitæ facilius occupare possent.*
71 *Deuter. 2. vers. 25. verba expenduntur.*
72 *Panicus terror qualis esset, & plura de eo.*
73 *Terror Divinus etiam fortes, & strenuos fugat.*
74 *Dæmon non potest alicui vires supranaturales, contra alios concedere.*
75 *Indi plures ex felicitate & prosperitate Hispanorum in bellis, Deum verum pro illis stare agnoverunt.*
76 *Caretæ Reguli Tertæfirmæ notabile dictum.*
77 *Hispanorum gloriæ nihil detrahitur ex eo quòd plures Novi Orbis victorias cœlesti auxilio, vel miraculosè partas dicamus.*
78 *Successus felices rerum omnium, & maximè bellorum semper Deo à viris, & Ducibus piis, & prudentibus tribuuntur.*
79 *Superbia execrabilis Ajucis, Capanei, Mezentii, & aliorum, qui à teipsis victorias sperabant.*
80 *Titus Imper. victoriam à se de Judæa partam in Deum omnino retulit, qui suis manibus Judæos punire voluit.*
81 *Dæmonum expulsio, & Oraculorum defectus fuit in primitiva Ecclesia signum veræ fidei, & divinæ vocationis ad eam.*
82 *Indiarum Occidentalium missio, detectio & conversio à Deo esse probatur ex dæmonum, & idolorum expulsione & ruina.*
83 *Dæmones post adventum Hispanorum in Novo Orbe ab oraculis, & illusionibus cessarunt, quibus antea Indos fallebant.*
84 *Crucis signum semper fuit dæmoniis terrificum.*
85 *Virgilii carmina de excessu Oraculorum accommodantur.*
86 *Auctores plurimi referuntur, qui agunt de excessu dæmonum, & defectu Oraculorum in Novo Orbe post adventum Hispanorum.*
87 *Eucharistiæ Sacramentum, ubicumque in Novo Orbe consecratum fuit, statim dæmonet fugavit.*
88 *Terræmotus & tempestates Novi Orbis magna ex parte cessarunt post Christi Fidem in eo receptam.*
89 *Sacerdotes in Indiis maximè ab incolis reverentur, & quare.*
90 *Cumanensium Sacerdotum ritus in dæmonibus consulendis.*

Pat.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS ROMA DESDE 1892 CENTRAL DE BIBLIOTECAS

citur. Nam omissis iis, quæ *sup. lib. 1. cap. 16. num. 94.* tradidimus, verius est, Christi amorem, & animarum zelum in hoc opere primas partes tulisse, ut fatetur Thom. Boc. *lib. 12. cap. 21. circa finem*, sic inquiens: *Primumque horum sit hoc, nunquam tot homines ad exteras & ignotas terras à Christianis abiisse, ut Christi cultum latè propagarent, ut seculo hoc nostro contigisse certò videmus. Id verò non nisi ab ardentissimo, ac longè diffuso Christi amore nasci potest. Et cùm hac de causa totus Orbis circumnavigatus sit, ventumque tam propè ab extremo Arctο ad Austrum supremum, igitur longissimè pertinet amor nostrorum in Christum.*

59 Et ut aliquatenus † verum esse fateamur, divitiarum studio nostros permotos fuisse, non quidem ideò divinæ inspirationis, & missionis vis excluderur; sed longè admirabilior divina providentia & sapientia judicari debebit, quæ tam infimis usa sit mediis, ut tantam rem suavius, secretius, pacatius sine multis miraculis ac prodigiis, ac quasi sine sensu, quod ferè facit, promo-
60 verer. Et quamquam † dena leucarum millia itineris, quina per Orientem, totidem per Occasum, & tot maris & terræ pericula superasse, sola ipsa videatur humana cupiditas, certissimum tamen est, in hoc imprimis divinam concurrisse voluntatem, quæ Summo Pontifici desiderium, Regibus zelum, nautis & militibus animum & spem, religiosis solicitudinem & labores, permultis probis ac piis viris caritatem indidit, ut gentes, quæ longissimæ aberant, fierent proximæ. Ac dum aliis maria cupiditas æquabat, ut aurum consequerentur, eadem inserviebat Deo, ac servis suis, ut ipsamet illa maria trajicerent ad animas Christo lucrandas, ut etiam tetigimus *sup. lib. 1. cap. ult. ex num. 99. & cap. 15. ex*
61 *num.* 40. Quibus † enim mediis homines sua negotia agunt, iisdem nec cogitantes divinum agrum excolunt, & findunt terram, ex qua cœlestis horrei seges Deo semper serente, & operante maturescat ad frugem.

64 Quam † eamdem sententiam, licèt aliud agens, benè prosequitur & illustrat Gaspar Sanctius *sup. Isai. c. 44. num. 54. & 56. pag. 446. & cap. 51. num. 7. pag.... & cap. 13. num. 8.* docens Deum multa, & magna per infirma instrumenta, & in-
65 terdum indigna præstare solitum, & † ex tenui principio opera mirabilia, & eximii momenti fu-
66 tura deducere, & aliquando † per hostes suos, etiam ignaros, sua consilia exequi.

Neque abest, quod ex communi omnium Theologorum placito resolvit eruditissimus P. Joan. Pineda *lib. 4. de. reb. Salom. c. 13. p. 184.*
67 † Videlicet, ita naturæ Auctorem res supra naturam efficere, ut quoad fieri possit, consuetas naturæ leges & ordinem tueatur. Ut satis demonstravit in exsiccatione maris Rubri, ut transitum per illud Hebræis Pharaonem fugientibus ape-
68 riret. Quo † in facto cum ingentia miracula adderet, parcissimum se miraculorum patratorem præbuit, ut ipse auctor bene considerat.

69 Et tamdem † Dei providentiam & in rebus magnis, atque arduis disponendis, & exequendis suavitatem in nostris terminis theoricè extollit Joan. Boter. *d. lib. 2. in princip.* adducens illud Sapient. 8. *Attingit ad fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter.* Et anni † tempora, 70
inter alia, exempli gratia perpendens, quæ ordinante Deo ex Æstate ad Hyemem deducuntur; sed ita tamen, ut hinc Veris, inde Autumni benignitas interveniat, ne de uno extremo in aliud cum hominum damno prolaberentur. Quod benè agnovit Poëta, dum cecinit?

Nec res hanc tantæ possent perferre laborem,
Si non tanta quiet inter frigusque caloremque
Iret, & exciperet cœli indulgentia terras.

CAPUT IV.

De pluribus miraculis, quæ in Novi Orbis detectione, conversione, & acquisitione intervenerunt, & divinam tanti operis voluntatem, inspirationem, & vocationem manifestarunt.

SUMMARIUM.

1 *Deus miracula necessaria in Novo Orbe non prætermisit, quamvis in illis edendis parcissimus sit.*
2 *Deus semper res novas & magnas, novis & magnis miraculis juvat, & ex insigni loco D. Augustini.*
3 *Ecclesiæ primitivæ, & prædicationis Apostolicæ fundamenta Deus multis miraculis communivit.*
4 *Miracula si deficiant, rarò prædicantibus creditur.*
5 *Miracula tot ac tanta cur Deus initio nascentis Ecclesiæ patraverit, ex August. & Gregor.*
6 *Miracula multa, & magna semper Deus edidit in convertione novarum provinciarum, & exempla Angliæ, Flandriæ, Hollandiæ & aliarum.*
7 *Ecclesia Dei semper habuit, & habebit potestatem & continuationem miraculorum, & est unum de præcipuis ejus signis.*
8 *Fidei Christianæ Deus tribuit, ut montes transferre possit.*
9 *D. Gregor. Thaumaturgus, & alii sancti viri multoties montes de uno loco in alium miraculosè transtulerunt.*
10 *Fides naturam superat.*
11 *Miracula in Novi Orbis conversione Deum omittisse credibile non est, cum illis semper egeant tyrones in Fide.*
12 *Infideles non tenentur fidem sibi prædicatam credere, nisi rationibus, aut miraculis convincantur.*
13 *Credentes citò, leves sunt corde.*
14 *Fidei mysteria an, & quatenus evidenter credibilia sint.*
15 *Miracula multa, & maxima in detectione, conversione, & acquisitione Orbis Novi intervenisse, latè probatur contra Victorium, & alios.*
16 *Miracula aperta, & repetita Ecclesiæ qui negat, majus ipse miraculum facere dicitur, ex August. & aliis.*
17 *Indorum Novi Orbis ita facilis, & brevis ad fidem conversio, vicem obtinet plurimorum miraculorum, ex Balt. Chavas. & aliis.*
18 *Hispani non potuerunt sine ope & vocatione divina, ita facilè & breviter Novum Orbem detegere, & convertere.*
19 *Ecclesiæ primitivæ Dei signum, & argumentum fuit facilis, & suavis multiplicatio credentium.*
20 *Indi innumeri brevissimo tempore Fidem & Baptismum receperunt Mexici, & in aliis Novi Orbis Provinciis.*
21 *Sacerdos quidam solus baptizavit septies centena Indorum millia.*
22 *B. Fr. Mart. Valentia Franciscanus, & secii innumerabiles Indos converterunt, & baptizarunt.*
23 *S. Franc. Xaver. solus plures homines ad Fidem convertit, & baptizavit, quam hæretici omnes ad suas sectas traduxerunt.*
24 *Conversionis Indorum cursus & progressus semper Regibus Catholicis maximè in votis fuit.*
25 *Auctores recententur, qui narrant, & extollunt miracu-*

culorum incrementum Christianitatis Novi Orbis.
26 *Indos hystopo aliquando ab Hispanis Sacerdotibus baptizatos fuisse, an verum sit.*
27 *Hispanam gentem ob eximiam curam dilatandæ Fidei inter varias Indorum nationes, multum laudat Thom. Bocius.*
28 *Miraculi instar videri debent præviæ dispositiones, quibus Deus ordinavit detectionem & conversionem Novi Orbis.*
29 *Regum Catholicorum in audiendo, & juvando Columbo munificentia, & liberalitas, miraculosa videtur.*
30 *Christophori Columbi constantia in proponenda & exequenda navigatione, & detectione Novi Orbis miraculum ingens à plurimis judicatur.*
31 *Oceanus veteribus inaccessus, post Columbi ad Novum Orbem navigationes, miraculo quodam mitis, facilis, & navigabilis redditus esse videtur.*
32 *Pontus Euxinus, olim Axenos, id est, inhospitalis dictus, posteà se navigantibus Hospitalem & placidum præbuit.*
33 *Mare Pamphylium portentoso naturæ miraculo recessisse, & siccum iter præbuisse dicitur, Alexandro Magno contra Persas exercitum ducenti.*
34 *Cangio Cham Tartarorum Regi, & exercitui ejus, dicitur mare miraculorum novem pedum transitum aperuisse.*
35 *Hispani divino beneficio, & quasi per miraculum, ea omnia in detegendo, & subigendo Orbe Novo consecuti videntur, quæ adulatorie de suo Trajano Plin. recenset.*
36 *Ecclesiæ, & Fidei Christianæ veritas probari solet ex felicitate bellorum, quæ pro ejus defensione, aut extensione suscepta sunt, & auxiliis de cœlo per miraculum missis.*
37 *Theodosius Imperator auxiliis cœlestibus victoriam reportavit, & carmina Claudiani de hoc.*
38 *Auctores recententur, qui plura exempla, & testimonia adducunt de prosperitate bellorum, & auxiliis cœlestibus à Deo Catholicis datis.*
39 *Hispaniæ, in bellis contra Mauros susceptis, omnia miracula contigerunt, quæ olim Deus Israelitis indulsit.*
40 *Bellis justis, & ad Dei vocationem, & exaltationem susceptis, semper ipse exitus felices concedit.*
41 *Deus non secundùm armorum potentiam, sed prout ipsi placet, das dignis victoriam.*
42 *Causa pugnandi, si bona est, pugnæ exitus malus esse non potest.*
43 *Miracula, & auxilia cœlestia in bellis nullibi magis frequentia fuerunt, quàm in expeditionibus Hispanorum, ad Novum Orbem factis.*
44 *Promissio Levit. cap. 26. in Hispanis in Novo Orbe præstantibus sæpissimè impleta fuit.*
45 *Milites Hispani duodecim in insula Hispaniola fugarunt duo millia incolarum.*
46 *Ferdin. Corterius exigua valdè Hispanorum militum manu plurimas victorias reportavit, Motezumam cepit, & totius Novæ Hispaniæ Imperium adeptus est.*
47 *Franc. Pizarrus miraculosas victorias in Peruani Regni conquisitione habuit, & qualiter Atabualp. ejus tyrannum superavit.*
48 *D. Jacobus Hispanorum Patronus multoties pro eis contra Mauros pugnare visus fuit.*
49 *D. Jacobus sæpissime Hispanorum partes defendere visus est in bellis, quæ cum Indis Novi Orbis, & etiam cum Orientalibus habuerunt: & ideò in illis regionibus religiosissimè veneratur.*
50 *Historia mirabilis, & peculiaris D. Jacobi pro Hispanis pugnantis apud Cintiam Novæ Hispaniæ oppidum, cum ab Indis maximopere premerentur.*
51 *Beatissima Virgo Maria Hispanis sæpe in Novo Orbe præstantibus opem tulit, & præsertim cum Mexici obsessi essent.*
52 *Tacubano in monte apud urbem Mexicum templum Beatæ Virginis extructum fuit, & quare.*
53 *Cusquensi in urbe Hispani numero pauci ab innumeris Indis obsessi, & graviter impediti B. Virginis præsentissimo auxilio liberantur.*
54 *Araucanorum exercitus, qui Hispanos in urbe Imperiali Regni Chilensis obsidere tentabat, ad conspectum B. Virginis retrocessit.*
55 *Miraculum ingens, & notabile, quod initio detectionis Regni Peruani contigisse narratur.*
56 *Tumpez, sive Tumbes oppidum Regni Peruani Indorum tempore erat nobilissimum, & munitissimum.*
57 *Petrus Candia unus ex sociis Fr. Pizarri Crucis signo Tumbicinorum insidias, & ferocissimum leonem, & tigrim superavit.*
58 *Victorias ferè omnes, quæ ab Hispanis in Novo Orbe partæ sunt, cœlestibus auxiliis tribuunt plurimi, & gravissimi Auctores, qui de illis scripserunt.*
59 *Castellus à Bobadilla tribuit victorias Hispanorum in Novo Orbe militari eorum disciplinæ.*
60 *Impossibile fuisse ostenditur, Hispanos tot, & tam felices victorias in Orbe Novo habuisse, nisi Divina voluntate, & miraculorit auxiliis juvarentur.*
61 *Victorias de Indis ab Hispanis partas quidam malè ex eo extenuant, quod Indi Barbari, inermes, & pusillanimi essent.*
62 *Ferdinand. Corterium equus quidam apud Argeriam devisitse narratur, quod putaret, se cum Indis pugnare.*
63 *Indi nostrorum comparatione pusillanimi sunt.*
64 *Meridionales omnes gentes timidæ sunt, Septemtrionales animosiores & robustiores.*
65 *Indi quàm plures non adeò timidi, & inermes erant, ut quidam generaliter tradunt.*
66 *Deus Indos magis politicos, & roburtos inter se bellis intestinis divisit, ut Nostris facilius subjugi possent.*
67 *Deus hostes suos suis ipsorum manibus sternit.*
68 *Deus Hispanorum vires, & animos auxit, & Indis terrorem immisit.*
69 *Samsoni vires Deus miraculosè restituit, & auxit ut de Philistheis vindictam sumeret.*
70 *Amorrhæos, & Chananæos Deus timidissimos reddidit, ut terram eorum Israelitæ facilius occupare possent.*
71 *Deuter. 2. vers. 25. verba expenduntur.*
72 *Panicus terror qualis esset, & plura de eo.*
73 *Terror Divinus etiam fortes, & strenuos fugat.*
74 *Dæmon non potest alicui vires supranaturales, contra alios concedere.*
75 *Indi plures ex felicitate & prosperitate Hispanorum in bellis, Deum verum pro illis stare agnoverunt.*
76 *Caretæ Reguli Tertæfirmæ notabile dictum.*
77 *Hispanorum gloriæ nihil detrahitur ex eo quòd plures Novi Orbis victorias cœlesti auxilio, vel miraculosè partas dicamus.*
78 *Successus felices rerum omnium, & maximè bellorum semper Deo à viris, & Ducibus piis, & prudentibus tribuuntur.*
79 *Superbia execrabilis Ajucis, Capanei, Mezentii, & aliorum, qui à teipsis victorias sperabant.*
80 *Titus Imper. victoriam à se de Judæa partam in Deum omnino retulit, qui suis manibus Judæos punire voluit.*
81 *Dæmonum expulsio, & Oraculorum defectus fuit in primitiva Ecclesia signum veræ fidei, & divinæ vocationis ad eam.*
82 *Indiarum Occidentalium missio, detectio & conversio à Deo esse probatur ex dæmonum, & idolorum expulsione & ruina.*
83 *Dæmones post adventum Hispanorum in Novo Orbe ab oraculis, & illusionibus cessarunt, quibus antea Indos fallebant.*
84 *Crucis signum semper fuit dæmoniis terrificum.*
85 *Virgilii carmina de excessu Oraculorum accommodantur.*
86 *Auctores plurimi referuntur, qui agunt de excessu dæmonum, & defectu Oraculorum in Novo Orbe post adventum Hispanorum.*
87 *Eucharistiæ Sacramentum, ubicumque in Novo Orbe consecratum fuit, statim dæmonet fugavit.*
88 *Terræmotus & tempestates Novi Orbis magna ex parte cessarunt post Christi Fidem in eo receptam.*
89 *Sacerdotes in Indiis maximè ab incolis reverentur, & quare.*
90 *Cumanensium Sacerdotum ritus in dæmonibus consulendis.*

Pat.

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS ROMA DESDE 1892 CENTRAL DE BIBLIOTECAS

91 *Pat. Fr. Petrus Corduba qualiter dæmonem apud Cumanenses conticerit, & ejecerit.*

92 *Pat. Fr. Alois. Bertrandi miraculum in cujusdam dæmonis expulsione.*

93 *B. Fr. Joan. à S. Francisco notabilis historia circa cujusdam dæmonis expulsionem.*

1 QUamvis † certum sit, Deum Opt. Max. in patrandis miraculis parcissimum esse, adhuc tamen non minus certè affirmare poterimus, eà in detectione & conversione istarum gentium Occidentalium neutiquam omisisse, sicubi ad fidem introducendam, stabiliendam, & propagandam, necessaria esse judicavit. Semper † quippè 2 divina ejus providentia, res novas & magnas, novis etiam & magnis signis juvare & fulcire consuevit, ut in Solis cursu ad Josue vocem subsistente, videmus, & in conflagratione montis, in quo Moysi legis tabulas dedit: de quo D. Aug. *lib.* 10. *de Civit. Dei*, *cap.* 13. sic habet: *Cum enim lex dabatur populo, qua coli unus jubebatur Deus, in conspectu ipsius populi mirabilibus rerum signis ac motibus apparebat Creattori servire creaturam.*

3 Et † quemadmodum initio nascentis Ecclesiæ ejus incrementa, & Apostolorum, atque aliorum prædicatorum auctoritatem miraculorum potestate, & frequentia disposuit, & constabilivit, si- 4 ne quibus raro prædicantibus † creditur, *cap. cum ex injuncto de hæret. Matth.* 10. *Marc. ultim. Actor.* 1. Paul. *ad Hebræ.* 2. & 2. *ad Corinth.* 12. 5 & alibi passim. Quo † respiciens Div. August. *lib.* 22. *de Civit. Dei*, *cap.* 8. necessaria inquit, miracula fuisse, priusquam conderet mundus, ad hoc ut crederet mundus; & *in lib. de util. credendi. cap.* 24. *Christus afferens medicinam humano generi primum miraculis conciliavit auctoritatem, deinde auctoritate meruit fidem, fide contraxit multitudinem, multitudine obtinuit vetustatem, vetustate roboravit religionem:* Et c. 16. *Ac primum quidem facta sunt miracula, cùm Deus ipse in vero homine huic mundo apparebat, at iis tamdem multitudine crescentium congregata, atque propagata in ipsos mores utilis converteretur auctoritas.* Et D. Gregor. *homil* 29. *in Evang. Sed hæc signa in exordio Ecclesiæ fuerunt, ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda.*

6 Ita pariter † in remotis quibuscumque provinciis, quæ posterioribus seculis Evangelii nuntios audire meruerunt, eisdem miraculis incolarum animos præparavit, ut in Anglia contigisse refert idem D. Gregor. *lib.* 9. *epist. cap.* 58. Beda *l.* 1. *histor. Ang. cap.* 31. & *lib.* 2. *cap.* 2. & *seqq.* & in Flandria, Hollandia, & aliis incultis nationibus Illustris. Card. Baron. *in annal. Eccles. anno* 632. *n.* 6. & *anno* 666. *num.* 9. & 12.

7 Semper namque † hæc miraculorum potestas, necessitas, & continuatio in sancta Dei Ecclesia viguit, & vigebit; estque unum ex præcipuis signis, quod ad ejus veritatem & auctoritatem confirmandam præstantissimum quique illius assertores notare, & perpendere solent. Ut constabit ex adductis ab Illustris. Cardin. Bellarm. *tom.* 1. *lib.* 4. *de not. Eccles. cap.* 14. & *tom.* 2. *lib.* 2. *de Sacram. Confirm. cap.* 2. Joan. Lorin. *in Acta Apost. cap.* 2. *num.* 44. Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei*, *lib.* 3. *c.* 6. *pag.* 107. *lib.* 5. *cap.* 1. *lib.* 20. *cap.* 1. *pag.* 310. *in fin.* Ant. Posevin. *in Biblioth.* 1. *tom. lib.* 2. *cap.* 37. *pag.* 77. Fr. Lud. Granat. *in symb. Fidei*, 1. *part. cap.* 27. *cum seqq. ex pag.* 260. *ad* 287. & 5. *part. p.* 802. Balth. Chavas. *de not. veræ Relig. lib.* 4. *cap. ult. per totum*, Bern. Aldrete *de antiq. Hisp. lib.* 2. *cap.* 15. Fr. Joan. à Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 15. *cap.* 45. & Just. Lips. *in Diva Virg. Hallens. cap.* 1. ubi ait: *Omni ævo fuere miracula plerisque omnibus locis & erunt in ævum, etsi parcius densiusve, ut divinæ providentiæ visum.*

Adeò † ut propagationi, & comprobationi 8 Christianæ Fidei hoc sit à Deo tributum, ut montes ex uno loco in alium transferre possit, *Mat.* 17. & *Marc.* 13. quod † à D. Greg. Thaumaturgo, 9 & ab aliis sanctis viris multories factum esse historiarum monumentis proditum est. Ut apparet ex relatis à D. Greg. Magno *lib.* 1. *Dialog. c.* 7. Nicephor. *lib.* 6. *c.* 17. Euseb. Cæsariens. *lib.* 7. *histor. Eccles. c.* 2. Specul. exempl. *exemp.* 145. Rutil. Benzon. *de ann. Jubil. lib.* 6. *cap.* 2. & Simone Majol. *in dieb. Canicul.* 1. *tom. colloq.* 16. *pag.* 375. & *colloq.* 4. *pag.* 79. Ubi inde concludit † quod fides naturam superat, & efficit, quæ 10 nulla ars, naturave potest.

Unde † credibile non est subigendis & con- 11 vertendis tot, ac tantis infidelium hujus Novi Orbis provinciis, miracula defuisse. Nam planè, ut Just. Lips. scribit in Diva Virg. Sichemiensi *c.* 2. *Sicut pueris lac necessarium est ad alimentum, viris etiam utile, & juvat, sic tyrones, aut erroneos in fide miraculis nutriuntur, viri, & robusti etiam oblectantur.* Et in Hallens. *c.* 2. *Miracula communiter religionem in animis excitant, & Deum credere, Deum colere suadent, & inducunt.* Præsertim cùm Catholici omnes Doctores, & ipse † etiam Magia Victoria *in dict. relect. de Ind.* 12 *num.* 34. concludant, exteras gentes, quales Indi isti Occidentales erant, & quoscumque hujusmodi, non obligari ad ea credenda, quæ Nostri de fide Catholica prædicant, nisi aut apertissimis argumentis credibilia fiant ea, quæ proponunt, aut si hæc argumenta desint, miraculis, vel vitæ prædicantium illustrissima puritate doctrinam commendent, quia † qui cito aliter cre- 13 dunt, leves corde dicuntur *Ecclesiast.* 19. & in multis aliis locis ex omni literatura congestis à Tiraquel. *in tract. de pœnit. temp. caus.* 51. & Nevis. *in sylv. nup. lib.* 4.

De quo articulo, & an & quatenus Fidei mysteria † evidenter credibilia sint, videndus est 14 D. Thom. 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 4. Bañez *quæst.* 10. *art.* 1. *dub.* 3. *conclus.* 2. Aragon. *ibid. art.* 1. *pagin.* 255. *vers. Sed dubitabit*, Tolet. *in summ. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. Petr. de Ledesm. *in summ.* 2. *tom. tract.* 1. *cap.* 5. *conclus.* 4. Azor. *lib.* 8. *Instit. moral. c.* 7. *quæst.* 6. Gabr. Vazq. *in* 1. 2. *quæst.* 76. *art.* 2. *disput.* 120. *cap.* 1. *num.* 4. *pagin.* 162. Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib.* 4. *c.* 3. *pag.* 130. & *c.* 4. *pag.* 141. Fr. Joan. Marquez *in Gubernat. Christ. lib.* 2. *c.* 34. *pag.* 362. novissimus Pat. Thom. Sanchez *in summ. lib.* 2. *c.* 1. *ex num.* 4. & Nos *infr. cap.* 10. *in fin.*

Sed ne conjecturis tantum niti videamur, agè precor, † & quoniam Victoria nullum, & 15 alii pauca miracula in tanto hoc opere intervenisse, scripserunt, ac proinde divinæ voluntatis, &

& vocationis titulos, de quibus egimus, in dubium revocarunt: ex historiarum fide, non quidem omnia (quod nimis prolixum esset, sed nobiliora tantum proferamus, & referamus quibus eorum convincatur opinio, & prædicti tituli magis ac magis, cœlestibus signis muniti, corroborentur. Quorum si quis adhuc inficiator vel con- 16 temptor existat, majus ipse † miraculum fecisse videbitur; ut in simili scripsit D. Augustin. *lib.* 22. *de Civit. Dei*, *cap.* 8. Scotus *in* 2. *quæst. prolog. sup. lib. Sent.* Joan. Maldonat. *super Matth. c.* 7. *c.* 180. & in nostris terminis Fr. Joan. Torquemad. *in Monarch. lib.* 15. *cap.* 46. & Balth. Chavas. *de not. veræ Relig. lib.* 4. *cap. ultim. pa-* 17 *gin.* 938. Ubi ipsam † adeo brevem, ac facilem tot animarum conversionem plurimorum miraculorum vicem obtinere posse, & debere, his elegantissimis verbis ostendit: *Tertium sit, recens infinitorum Indorum tam Orientalium, quàm Occidentalium conversio, quæ nisi admiratione digna videatur, quid videri possit nescio? Nam profectò minimè humanarum est virium homines qui terræ toti prius affixi erant, & cupiditatum suarum inveterata mancipia, totos se dare contrariis studiis, videlicet Christi obsequio, atque ut signi-ficantius loquar, seipsos exuere in seipsos armari, sibi ipsis bellum indicere, de seipsis triumphare. Hæc profectò mutatio est dexteræ Excelsi, digitus Dei est hic. Hanc mundi conversionem reponit D. Augustin. inter præcipua miracula. Et certè dilemmate isto uti possumus: Aut populi illi barbari ad Christi fidem nullo interveniente miraculo conversi sunt, aut aliquo interveniente? Si aliquo, est mihi quod volo, si nullo, hoc ipsum magnum est miraculum, potuisse converti sine miraculo, cùm multi etiam posito non convertantur, sicut scriptum est, Joan.* 12. *Cum tanta signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum.*

Eamdem considerationem, & argumentationem fecerunt, & non minùs graviter illustrarunt Ant. Posevin. Thom. Boc. Joan. Boter. Rutil. Benzon. & reliqui Auctores, quorum verba *supra, cap. præcedenti, ex num.* 18. retulimus. Ete- 18 nim, ut ipsi rectissimè animadvertunt, † non potest non divinæ vocationis, & operationis miraculo tribui, quòd Hispani nostri adeo numero pauci per terras sibi prorsus ignotas, & linguis, ac moribus admodum varias incedentes, ita ingentes progressus in disseminanda & inducenda vera Dei fide brevissimo tempore fecerint, & tot barbaros, & incultos homines relictis patriis religionibus, ad Christianam disciplinam con- 19 vertetint. Hoc enim † signo & argumento tamquam fortissimo & evidentissimo veritatem ipsius Fidei Catholicæ in exordio nascentis Eccles. & voluntatem Dei, ut mundus eam amplecteretur, apertè comprobavit D. Paul. Cor. 2. *Videte fratres vocationem vestram, quia non multi sapientes, non multi nobiles.* Et eodem latè utuntur Justin. *in Apolog.* 2. D. Chrysost. *homil.* 34. *in Mat.* D. August. *d. lib.* 22. *de Civit. Dei*, *cap.* 5. Damascen. *lib.* 4. *de Fide orthod. cap.* 4. & latissimè & eruditissimè Thom. Boclus *de sign. Eccles. Dei*, *lib.* 4. *per tot.* Majol. *t.* 3. *colloq.* 1. *p.* 265. Chavas. *d. lib.* 4. *cap.* 1. & Fr. Joan. Bapt. Fern. Francis. *in demonst. Catb. lib.* 2. *disc.* 6. & 7.

20 In solo namque † Mexicano Regno, paulò post ejus detectionem, baptismum susceperunt quater, vel, ut aliqui asserunt octo aut decem decies centena hominum millia. Et in archivis Caroli V. Cæsaris habetur; quemdam † Sacerdo- 21 tem baptizasse septies centena millia; alium tercena millia, alium centena millia, & alios plures, alios pauciores. Cumque posteà in easdem oras delatus fuisset Beat. Fr. † Martinus à Valencia ex 22 ordine Franciscano cum duodecim sociis anno 1524. incredibile est, quot ipse cum suis Indos ad *Christi* cultum perduxerit. Nemo enim ex illis duodecim fuit, qui usque ad annos 1531. plus quam centum millia hominum baptismali lavacro non lustrasset.

Quod mirum videri non debet, cùm de † uno 23 Beato, & jam meritò inter Divos relato S. Francisco Xaverio referat Thom. Boc. *lib.* 6. *de sign. Eccles. Dei*, *c.* 3. *pag.* 221. in insulis Mauri ultra Mollucum in solo uno oppido, cui nomen *Tholo*, Christianorum omnis ætatis amplius viginti quinque millia ab eo facta: & in aliis Indiæ Orientalis, Sinarum & Japoniorum locis plures homines ad *Christi Caulam* annis undecim reduxisse, quàm innumera hæreticorum millia ex omni gente & natione, & toto orbe terrarum per ann. 1500. ad suas sectas traduxerint: & dixi alia *sup. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 58.

Qui conversionis † cursus atque progressus 24 felici ætate Catholicorum Regum Philippi II. III. & IV. haudquaquam intermissus esse videtur: sed potius eorum prudentia, piaque, & singulari gubernatione radii lucis Evangelicæ undique per inauditas anteà regiones diffunduntur, & Episcopis, & Presbyteris, allisque egregiis, & Religiosis viris indesinenti studio, & expensis maximis commendantur; qui, juvante Deo, quotidie colligunt fructus maximos & uberrimos, ut præter alios tradit Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 17. *c.* 19. & 20.

Et possem quidem latiùs in hoc argumento 25 vagari, † nisi prædicti Auctores pluribus encomiis, & exemplis miraculorum magnum hoc Christianitatis Novi hujus Orbis augmentum suis scriptis plenissimè prodidissent, præcipuè Thomas Boc. Boter. & Posevin. & alii de quibus *sup. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 69. & *seqq.* & ultra eos idem Joan. Boter. *in d.* 4. *part. lib.* 3. *pag.* 55. & 76. Nicol. Sander. *divisib. Monarch. lib.* 7. Laurent. Surius *in comment. ann.* 1518. *fol.* 515. Alanus Cop. *Dialog. c.* 6. *pag.* 783. & *c.* 34. *pag.* 934. & *seqq.* Simon Majol. 1. *tom. colloq.* 23. *pag.* 506. Didac. Vald. *de dignit. Reg. Hisp. c.* 19. *num.* 53. & *seqq.* Fr. Alphons. Ferd. *in hist. Eccles. nostri tempor. in prolog. lib.* 1. *pag.* 3. & *c.* 10. 11. & 44. Fr. Joan. à Ponte *de convenient. utriusque Monarch. lib.* 1. *pag.* 54. & Fr. Joan. à Torquemad. *in d. Monarch. Ind. lib.* 15. *cap.* 45. & 46. & *lib.* 16. *c.* & 8. Ubi *tract. post Bot. d. pag.* 76. † an ve- 26 rum aliquando fuerit, quod quidam Sacerdotibus nostris impingunt, tradentes, eos hyssopo Indos interdum baptizasse.

Unde rectè † dicere potuit idem Thom. Boc. 27 *lib.* 8. *cap.* 1. *Nulla unquam gens, ex quo Adamus habuit liberos, tot nationes moribus ac ritibus dissimiles ad unius religionis cultum, vel earumdem legum studium perduxit, ut Hispana. Vix enim quisquam possit enumerare gentium varietatem,*

mo-

moresque illarum prorsus inter se dissidentes, quas Hispani sub imperium suum miserunt, & ad Christi venerationem perduxerunt, unusque Dei cultum. Sunt in promptu historiæ, legat qui volet: & idem reperit *lib.* 12. *cap.* 21. *circa finem, & l.* 21. *cap.* 3.

Sed ut pergamus ulteriùs, merito etiam eis-
28 dem auctoribus † pro miraculo sunt, præviæ illæ dispositiones, quas Deus summa providentia ad faciliorem hujus conversionis, & acquisitionis exitum ordinavit, ut *in cap. præced.* tetigimus;
29 necnon Catholicorum † Regum Ferdinandi & Elizabeth in audiendo Christophoro Columbo mansuetudo, & in eo jubando & classes, & militibus instruendo liberalitas, eo præsertim tempore, quo Granatensi bello totum fiscum exauserant, & quo à multis usu rerum, prudentiaque valentibus viris irridebatur, & ab aliis Regibus quos priùs adjerat, tamquam negator, & delirus expulsus fuerat.

30 Miraculosam † quoque, nec immeritò, judicant ipsius Columbi in concepta Novi Orbis inveniendi, & detegendi cogitatione constantiam, & per vastum, insuitatum, & procellosum Ocea-
31 ni pelagus navigationes. Quod † non minori miraculo, cum antiquis prorsus inaccessum, & impervium existimaretur, & revera esset, ut multorum experientia monstravit, juxta ea, quæ latè diximus *suprà*, *lib.* 1. *cap.* 11. *ex n.* 47. Posteà Deo ita disponente, mite, facile, & permeabile redditum esse videtur, ita ut de eo illud dicere
32 † possimus, quod de Nigro, sive Constantinopolitano Ponto refert Strab. *lib.* 7. Carol. Stephan. & Joan. Funger. *in suis dictionariis, verb. Euxinus*, qui cum olim nullis navigationibus patuisset, ac proinde *Axenos*, id est, *inhospitalis* diceretur, posteà ab Joninibus eas oras habitantibus, frequentari, & veluti domari cœpit, ita ut deinceps *Euxinus* vocatus sit, quod hospitibus placidum, commodum, & pervium esse significat. Unde Ovid. *lib.* 5. *Trist.*

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti,
Dictus ab antiquis Axenus *ille fuit.*

33 Magno † etiam Alexandro, & ejus militibus Pamphylium mare, portentoso naturæ miraculo, cessisse, sicut olim Rubrum filiis Israël, *Exod.* 1. & *Sapient.* 19. & illac iter aperuisse, cum aliam viam non haberent, antiquitas tradit, & seriò affirmant Joseph. *lib.* 2. *antiquit. cap.* 7. & Genebrard. *lib.* 2. *Chron.* eam rationem reddentes, quòd Deus ejus opera ad destruendum Persarum Imperium uti decrevisset. Licèt fabulosum fulsse ostendat Plutarch. *in vita ejusdem Alex.* Strab. *lib.* 14. Petr. Crinit. *de honest. discipl. lib.* 17. *cap.* 13. & Maluend. *de Antichrist. lib.* 5. *c.* 16. *pag.* 295. Ubi cum Haithono *in hist. de Tartar. cap.* 17 aliud non minus fabulosum simili refert
34 † de *Cangio Cham* Rege Tartarorum, cui mare per novem pedes à montibus, quibus antrèa adhærebat, retrocessit, ut latam viam ad transeundum cum exercitu suo versus Occidentem relinqueret.

35 At verò † nostris Hispaniæ Regibus, & eorum militibus, si Oceanus siccum transitum non dimisit, ita tamen (divino ut diximus beneficio) se placidum, & facile præbuit, ut verè illis in deter-

gendis, conquirendis, & convertendis his Barbarorum provinciis illud applicari possit, quod adulatorie Plinius de Trajano suo in Panegyrie. scriptum reliquit: *Quòd si quis Barbarus Rex eo insolentia, furorisque processerit, ut iram tuam indignationemque meretur, ne ille, sive interfuso mari, seu fluminibus immensis, seu præcipiti monte defenditur? Omnia hæc tam prona, tamque cedentia virtutibus tuis sentiet, ut subsidisse montes, flumina exaruisse, intercepturn mare, illataque sibi non classes nostras, sed terras ipsas arbitretur.*

Rursus † nemo est, qui nesciat inter præ-
36 cipua signa & miracula, quæ Fidei Catholicæ, & Ecclesiæ Romanæ veritatem ostendunt, constitui etiam, & perpendi solere prosperitatem & fœlicitatem, quam ferè semper ejus sectatores, & fautores habuerunt in bellicis expeditionibus pro ejus defensione, aut propagatione susceptis; & auxilia cœlitus missa, quibus Deus cum pauci plurimos fudit, & alia multa miraculosè operatus est, quæ mortales vires assequi non valerent, ita simul ostendens, ejusmodi bellorum causas justas, & sanctas esse, & victorias tales non solùm permittere, sed jubere. Ut in illa
37 † Theodos. Imper. contigisse videmus, cum adversus Eugenium prope Aquilejam pugnaret, de qua Claudian. vates, quamvis non Christianus, sic cecinit *in Panegyric. ad Honorium*:

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obvius adversas acies revolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit hastas:
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas acies, cui militat Æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Et in multis † aliis exemplis, & gravissimorum 38
auctorum testimoniis, quæ latissimè ad prædicta signa comprobanda, & exornanda tradunt Tert. & ejus additionat. Pamel. *in lib. contra Scapul.* D. Chrysost. *orat.* 3. *contra Judæ.* Medina *lib.* 2. *de recta in Deum fide*: Thom. Boc. *de sign. Eccles. lib.* 8. *cap.* 7. *lib.* 17. *c.* 7. *per tot. & lib.* 20. *cap.* 10. *& lib.* 21. *&* 22. *per tot.* Bapt. Fulgos. *lib.* 1. *cap.* 6. Theatr. vitæ human. *vol.* 3. *lib.* 3. *pag.* 1048. *& seqq.* Fr. Lud. Granat. *in Symbol. Fidei, lib.* 3. *pag.* 1. Simon Majol. *in dieb. Canic.* 1. *tom. colloq.* 19. *pag.* 436. *vers. Et quidquid fælici, & 3. tom. colloq.* 2. *pag.* 302. *&* 362. Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salute, lib.* 2. *cap.* 3. *pag.* 136. Balth. Chavas. *de not. ver. Relig. lib.* 4. *cap.* 4. *per tot.* Fr. Joan. Marq. *in Gubern. Christ. lib.* 1. *cap.* 17. *pag.* 97. *& lib.* 2. *c.* 25. *pag.* 310. Zevall. *in præl.* 4. *tom. quæst. fin. ex num.* 149. & novissimè & eruditissimè D. Joan. Baptist. Valenzuela *in discursu de jure stat. & belli, part.* 2. *consid.* 22. & Fr. Joan. à Ponte *in conven. utr. Monarch. lib.* 3. *cap.* 1. & mellus *lib.* 2. *cap.* 3. *pag.* 370. Ubi vel † in so- 39
lius Hispaniæ prælüs omnia miracula intervenisse ostendit, quæ olim Deus populo Israëlitico clementer indulsit.

Est enim semper † in bellis fœlix successus 40
eorum, ad quæ Deus vocat, qui non secundum armorum potentiam, † sed prout ipsi placet dat 41
dignis victoriam, ut habetur 2. *Machab. cap.* 15. & 2. *Paralip.* 13. *&* 16. Unde D. Bernard. *term.*

ad

42 *ad Milites templi, cap.* 1. rectissimè inquit: † *Si bona fuerit causa pugnandi, pugnæ exitus malus esse non poterit.* Et D. August. *epist.* 194. *Quando pugnatur, Deus spectat, & partem, quam inspicit justam, ibi dat palmam.* Quibus conveniunt alia, quæ ultra auctores *suprà* relatos tradit Simon Majolus 3. *tom. colloq.* 2. *de belli eventib.* 359. P. Gaspar. Sanctius *in Isai. cap.* 44. *n.* 66. *pag.* 447. Pat. Fr. Joan. Marq. *d. lib.* 2. *cap.* 27. *pag.* 324. & Nos tetigimus *sup. lib.* 1. *c. ult. n.* 89. *&* 90. *&* 607. *& infr. lib.* 3. *c.* 2. *ex n.* 22.

43 Quæ cum ita se habeant, † dubitari quidem non potest, hæc eadem miracula nullibi apertiùs, & frequentiùs contigisse, quàm in Indicis istis expeditionibus & debellationibus, cùm passim legamus Hispanos nostros paucissimos numero, omni sociorum auxilio destitutos, in terris sibi prorsus incognitis, innumerabiles Indorum exercitus, quos vel ipsi adoriebantur, vel è quibus adorti erant, facilè Deo auxiliante fudisse, & eorum insidias, obsidiones, & incursus fœliciter
44 superasse. Ita † ut in illis impleta videatur promissio, quæ Deo inservientibus facta est in Levit. *c.* 26. *vers.* 7. *&* 8. *Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis; persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro.*

45 Quod, vel exemplo † illorum duodecim militum comprobari potest, qui in insula Sancti Dominici in provincia *Higuei* duo incolarum millia fugarunt, & alibi ducenti, centena millia, ut
46 tradit Herrer. *decad.* 1. *lib.* 2. *c.* 17. *& lib.* 6. *c.* 9. *pag.* 202. Et insignis illius, † numquamque satis laudati Ducis Ferdinandi Cortesii, qui exigua valdè militum manu tot nobiles victorias sæpissimè reportavit, & tamdem maximum illum Mexicani Imperii Monarcham Motezumam, tercentis & amplius suorum millibus stipatum, intra propriam urbem prostravit, & in vincula conjecit, totiusque Imperii summa pari brevitate, ac fœlicitate potitus fuit.

47 Quod idem † in hoc Peruano Regno strenno alteri Duce Francisco Pizarro cum Atahualpa supremo ejus dominatore apud Chamarcam contigisse comperimus, de quibus & similibus aliis eventibus pleni sunt libri Petr. Martyr. Petr. Ziezæ, Gomar. Ovet. Joan. Metelli, Levini Apollonii, Anton. de Herrera, Garcil. Incæ, & aliorum quamplurimorum, qui de rebus Novi Orbis scripserunt; & aliqua in nostris terminis notat Thomas Boc. *dict. lib.* 8. *cap.* 7. *pag.* 329. Illesc. *in histor. Pontif. lib.* 6. §. 8. *fol.* 212. *&* §. 14. *fol.* 337. Castill. de Bobadilla *in Politica, lib.* 4. *c.* 1. *num.* 6. & Fr. Joan. à Torquemad. *in d. Monarch. Ind. lib.* 4. *per totum.*

Et similiter certum est, auxilia cœlitus missa eisdem bellis frequentissimè intervenisse. Nam
48 D. Jacobus † Hispaniæ nostræ gloriosissimus fidissimusque patronus, sicut in antiquis ejus contra Mauros expeditionibus pro Hispanis potenter pugnare solebat, ut aperte testatur Rex Ramirus in diplomate cujusdam donationis Ecclesiæ Metropolit. ejusdem Apostoli factæ Episcop. Palent. *in anacephalensi rerum Hispan. part.* 3. *cap.* 26. Ambros. de Moral. *lib.* 9. *cap.* 7. Thomas Boc. *ubi suprà.*

Sic † etiam multoties in his Indiis Occiden- 49
talibus visus est, non minori cura dimicare, pro nostris, valdè à Barbaris oppressis, & in maximo periculo constitutis, ensem, quem manu gestabat, adversus eos acerrimè movens, & illorum animis ingentem terrorem incutiens; unde sanctissimus nic Apostolus in omnibus his regionibus religiosissimè veneratur, ut refert Alan. Cop. *Dialog.* 3. *c.* 24. *pag.* 437. *& sequent.* & alii Auctores statim citandi. Et idem in Orientali India accidisse tradunt Ludovic. Roman. Patric. *lib.* 6. *suæ navig. c.* 40. *pag.* 289. Petr. Maffej. *in histor. Ind. Orient. lib.* 4. *pag.* 106. *& lib.* 8. *pag.* 182. & Fr. Anton. de S. Roman. *in eadem hist. lib.* 1. *cap. ultim. pag.* 193. *& lib.* 3. *cap.* 23. *pag.* 506. Freit. *de Imp. Atlant. c.* 18. *num.* 10.

Sed liber † peculiarem historiam subjicere, 50
quam ex nostris Scriptoribus accepit, & ut mirabilem recoluit Cardan. *lib.* 15. *de ver. var. capit.* 81. & Theatr. vitæ human. *vol.* 3. *lib.* 3. *pagin.* 1051. Nam cùm Hispani pedites vix numero ducenti, à quadraginta Indorum millibus premerentur juxta *Cinciam* Novæ Hispaniæ pagum, partim ob loci inæqualitatem, partim ob arborum copiam, supervenire visus est eques quidam qui cujusdam militis (nomine Franc. Moria) aspectum referebat, qui tot, tantaque urgendo, terrendoque peregit, ut Indi pedem retraherent. Mox & ipse abiit, & cùm Indi multitudine freti, iterum premere Hispanos tentarent; cumque jam in manifesto discrimine positi essent, supervenit denuò idem eques, ac Indos resilere coëgit; quod cum tertio fecisset, abiissetque, rursus instantibus Indis supervenit Ferdinand. Cortesius Dux Hispanorum cum tredecim equitibus, Indosque in fugam compulit exercitumque dissipavit. Cum autem Hispani ad urbem, quam occupaverant, redissent, constavit, equitem illum non fuisse Franc. Morlam, cùm ab viarum difficultatem illuc pervenire non potuisse. Equo vehebatur eques ille rubeo, & maculoso, & ejus auxilio nullus ex Hispanis in tam diuturno prælio cæsus fuit, sed septuaginta tantùm vulnerati, ipse quoque eques nullum ex Indis occidit, nullum vulneravit, sed solùm turbavit, & perterrefecit, eumque Hispan. Divum Jacobum communem ipsorum Patronum, Cortesius D. Petrum proprium ejus tutelarem, & dominum esse affirmabat.

Idem † quoque cœleste, ac supernum auxi- 51
lium Hispani nostri non minus frequenter, & opportunè Beatissimæ *Virginis Dei Matris Mariæ* interventione experti sunt, & tunc præsertim cùm Novæ Hispaniæ debellatores multitudinem, & obsidionem Mexicani exercitus ferre non valentes, clamculùm à civitate exierunt, ad Tacubanum montem confugientes, ut se ibi commodiùs defendere possent. Alma quippe hæc, & sanctissima Domina ante Hispanos adstans conspecta est, illius tanti numinis auxilio defendens, & in adorientes Indos terram purissimis, & Virgineis manibus jactans, quâ eorum oculos excæcavit, & in fugam convertit. In cujus beneficii memoriam Hispani posteà † templum eximia hodiè devotio- 52
ne, conspicuum, super dictum montem ædificarunt, sub advocatione, *De nuestra Señora del Socorro.*

Similisque, propemodum casus † in urbe Cuz- 53
quen-

quensi, quæ hujus Peruani Regni caput, & Incarum sedes habebatur, contigisse comperitur. Nam cum innumerabilis Indorum turba Hispanos inopinato obsedisset, ipsi qui vix ducenti erant in domum quamdam se receperunt, ubi nunc Cathedralis Ecclesia ædificata est, & post varios incursus, & conflictus, in quibus D. Jacobi Apostoli visibili patrocinio miraculosè liberati sunt; cum tamdem Indi in recta domus, quæ ex paleis constabant, ardentes tædas validissimis conatibus mitterent, nullum tamen damnum, neque incendium inferre potuerunt, eò quod mulier quædam spec e decora, supra tectum residens, ignem, mox ubi ardere cœperat, extinguebat, & pulverem, sive rorem Indorum oculos spargebat, quo excæcati, ubi essent, aut quo irent, penitus ignorabant, ut ipsi postea testati sunt, & cum magno simul timore, & admiratione prædicarunt.

54 In † Chilensi etiam Regno eadem Domina, venerabili Sene comitata, rettocedere fecit ingentem Araucanorum exercitum, qui ad expugnandam urbem Imperialem tunc omni auxilio, & munimine destitutam, alacriter properabant, & hac divina ope liberata fuit, cujus miraculum postea ex ipsorum Araucanorum relatione constituit.

55 His aliud † non incongruenter adjicere possumus, quo Deus initia conversionis & acquisitionis hujus Peruani Regni disposuisse videtur. Etenim cum primò Francisc. Pizarrus, & socii ejus oras præteravigantes ad oppidum *Tumpiz*, sive 56 *Tumbez*, nomine pervenerunt; quod † tunc munitissimam arcem habebat, & à plurimis Indis plebeiis, & militaribus incolebatur, ad tanti populi conspectum anxii animo substitere, quidnam 57 facerent dubitantes; quousque unus ex illis, † *Petr. Candia* vocatus, se in terram iterum obtulit, & Indorum vires, mores, & divitias exploraturum. Ad quod faciendum, suis armis indutus, Crucem prætereà ligneam hastæ loco dextera sumpsit, & scapha in litus delatus, intrepidè per medias Indorum turmas progredi cœpit; qui hominis proceritatem, habitum, & audaciam mirari, illum impetere ausi non fuerunt, Divinum quidpiam esse verentes. Sed postea, mutato consilio, ut hoc securius experirentur, ferocissimum leonem & tygrim, quos in prædicta arce (& ad hunc effectum, ut fama est) à Guainacapæ temporibus asservabant, in advenam immiserunt, existimantes illicò rabidis animalium dentibus, & unguibus dilaniandum, ut in aliis sæpè viderant contigisse.

At Candia illorum impetum impavidus spectavit, *Christi* Domini nomen, & auxilium fideliter invocans, & Crucis ejus signum illius objiciens. Quo adeptus est, ut animalia, naturali feritate deposita, pedibus ipsius prosternerentur, & instar domesticorum canum blandientia, & adulantia, ejusdem manibus per dorsa, & ora tractari, & demulceri permitterent. Quod cernentes indigenæ in priore opinione confirmati, illum quasi Solis filium genibus flexis venerati sunt & ostensa arce, templo, & Regia gaza, quæ ibidem custodiebatur, salvum, & donis onustum ad suos redire permiserunt.

58 Quas miraculosas † cœlestis auxilii in bellis Novi Orbis narrationes, & alias eis similes, passim recensent Auctores, qui de ejusdem Orbis historiis scripserunt; & præcipuè Gomar. 2. *p. lib.* 2. Petr. Ziez. 1. *p. c.* 54. Josep. Acost. *in histor. moral. Ind. lib.* 7. *c.* 7. & ab eo transcribens Joan. Boter. *in* 4. *part. suar. relat. univers. lib.* 3. *pag.* 84. *& seq.* Anton. de Herrer. *in hist. gener. Ind. decad.* 2. *lib.* 10. *c.* 9. & alibi sæpè: Thomas Bocius *dict. lib.* 8. *c.* 7. *& lib.* 17. *cap.* 7. Alan. Cop. *Dial.* 3. *c.* 29. *ex pag.* 437. Entiq. Mart. *in repert. Mexic. tract.* 2. *pag.* 151. Fr. Joan. à Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 4. *c.* 69. *pag.* 542. Garcilas. Inca *in* 2. *p. comment. Reg. Peru, lib.* 1. *c.* 11. *&* 12. *lib.* 2. *c.* 24. *&* 25. Ubi simul concludunt, minimè dubitandum esse, omnes ferè victorias, quas Hispani in his provinciis habuerunt, per miracula partas. Quamvis † eas militari disciplinæ tribuere 59 videatur Bobadilla *in d. Polit. lib.* 4. *c.* 1. *num.* 6. Nam licèt hæc ut ipse ibidem probat, efficere soleat, ut à paucis strenuis adversus multitudinem bene pugnetur: impossibile tamen erat, nostros adeò † paucos, advenas, & maris, ac terræ sibi 60 incognitæ mutationibus fatigatos, tot discrimina superare, & tot, ac tantas victorias, ita facili, ac felici exitu de innumerabilibus Indorum myriadibus consequi: prævalidis quidem, & in propriis & natalibus sedibus constitutis, atque ita æstui, frigori, & similibus cœli, & soli climatibus assuefactis, nisi Deus id miraculosè pro eximia sua sapientia & potentia disponeret; cùm ut Religionem Christianam extenderet, tum etiam, ut Indorum peccata, & abominationes puniret, ut benè considerant Auctores *supra* relati, præsertim Acost. *d. lib.* 7. *c.* 7. *&* *c.* 24. 25. *&* 28. Thom. Boc. *d. lib.* 8. *c.* 7. *pag.* 329. Hentic. Mart. *d. p.* 151. & Torquem *d. lib.* 4. *c.* 69. *&* *c.* 105.

Qui † eodem modo objectioni aliquorum res 61 pondent, qui prædictas victorias ignaviæ, barbariei, & pusillanimitati Indorum adscribunt. In quo adeò delirat Hieronym. Benz. malè semper in res Hispanas affectus, *lib.* 1. *suæ historiæ. Americ. c.* 24. ut asserere ausus fuerit, Hispanos in Occidente nihil præter bruta animalia, & bestias subegisse. Idque † quemdam Hispanum equitem 62 optimè intellexisse videri, qui cùm in Africa ad Argeriam sub Carolo V. militaret simul cum Ferdinando Cortesio, qui Mexicanum Regnum aperuit, & subegit, & reliquis fugientibus ob Maurorum multitudinem quibus impares se esse cognoscerent, Cortesium videret, clamore fugientes sistere, & hortari socios, ut in hostem versi, cum strenuè exciperent. Bellua isthæc inquit, putat sibi rem esse cum suis Indis, quorum viginti quinque millibus fundendis decem equites sufficerint.

Etenim † licèt negari non possit, Indos nos- 63 trorum comparatione pusilli animi esse, † quod 64 omnibus Meridionalibus accidere tradit Cœlius Rhodigin. *lib.* 18. *lectur. antiq. c.* 20. cum contra Septemtrionales robustiores, & animosiores sint, Adue † tamen, ut re ipsa in primis illis expedi- 65 tionibus constitit, & quotidiano experimento cognoscimus, Indi non adeò imbecilles, ignavi, & inermes erant; sed in multis provinciis satis armati, fortes, & bellicosi, reique militaris peritia suo more sufficienter instructi, & ubique copia, numero, ac præliandi commoditate adeò nostris po-

tentiores & superiores, ut pro quolibet Hispano milite decies centena millia Indorum numera- 66 rentur. Unde si nostris obsistere, & aditum præcludere cognovissent, vix multis annis in eorum regionibus pedem figere possent.

Sed *Deus* omniporens, † qui illas (ut sæpè diximus) Hispanis Regibus tradere destinarat, ipsosmet Indos bellis intestinis inter se divisos, in Mexicano præsertim, & Peruano Regno, pro- 67 pria ipsorum manu prostravit: † ut contigit in Madianitis sub Gedeon *Jud.* 7. *vers.* 12. mutuò se ferro perimentibus, & in Philisthæis 1. *Reg.* 14. *vers.* 20. & in Egyptiis, juxta Propheticum Isaiæ sermonem *cap.* 19. *vers.* 13. ubi Gaspar Sanchez 68 *num.* 7. *pag.* 206. plura notavit. Et sicut † tam in his provinciis, quàm in aliis, Hispanorum vires, & audaciam supra modum adauxit, ita Indorum cordibus adeo magnum terrorem immisit ut ad equi conspectum vel ænei tormenti tonitrum, formidarent, & in facili invasione manus, & colla 69 submitterent. Non secus atque † Samsoni vires restituit, & corroboravit, ut de Philisthæis vin- 70 dictam sumere posset. Jud. *c.* 7. † & è contrario, Amorrhæos & Cananæos timidissimos reddidit, ut filiis Israël eorum terram dare posset, quàm illis jam inde ab Abrahami temporibus pactus erat, ut habetur Genes. *c.* 15. & Deuter. 2. *vers.* 25. 71 ubi † Deus ad Moysem hæc verba locutus proponitur: *Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cœlo, ut audito nomine tuo paveant, & in more parturientium contremiscant, & dolore conterantur.* Quibus alia similia habentur *Exod.* 23. *vers.* 27. & *Josue* 2. *vers.* 9. *&* 11. *&* *c.* 5. *vers.* 1.

Est enim exploratissimum animum cadere iis, contra quos Deus pugnat, ut benè prosequitur Gasp. Sanctius *in Isaiæ.* 13. *num.* 14. *pag.* 153. *& c.* 17. *num.* 18. *pag.* 194. Martin. Delr. *in adag. sacr.* 3. *tom. adag.* 41. *pag.* 39. Ubi † hunc terrorem 72 ei similem facit, quem vetustas, falso Deorum cultu seducta, *Panicum* appellabat; de quo Orph. in Panis hymno:

Panicum immitens astrinum in fines terræ.

73 Et Pindar. in Nemeis, qui † etiam impavidis, & aliàs bello strenuis, contingere aliquando solere, his verbis insinuat:

In Divinis enim terroribus
Etiam filii Deorum fugiunt.

Cum aliis, quæ in hanc rem tradunt Angel. Politian. *in Miscellan. cap.* 26. Erasm. *in adag. Panicus casus, pag. mihi* 933. Lil. Giral. *de Dils Gent. syntagm.* 15. & Theatr. vitæ humanæ *vol.* 1. *lib.* 1. *pag.* 92.

Quo in factu Dei virtus, atque potestas mire 74 conspicitur: † Dæmon quippe non potest alicui vires supranaturales ad alios profligandos concedere, ut latius probat Martin. Delr. *in disquis. mag. lib.* 2. *quæst.* 12. *pag.* 77. & post eum Franc. Torreblanca *de magia, lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 40. 75 Et hoc ita ut dicimus verum esse, vel ipsi † Indi agnoverunt, quandoquidem ex hac fœlicitate, & prosperitate Hispanorum bellis, ad agnoscendam, & sequendam fidem Dei, quem prædica-

bant se valdè provocari fassi sunt, ut de Nigritis loquens tradit Aloys. Cadamust. *in relat. suarum navigat. c.* 16. *&* 25. & de *Garcia regulo Terræ firmæ*, post Ovet. Anton. de Herrera *in hist. gener. Ind. decad.* 2. *lib.* 1. *c.* 10. Ubi † illum dixis- 76 se narrat, se planè agnoscere, magis à Sole amari Castellanos, quam Indos, cum eis tot victorias concesserit, & cœli fulmina ad inimicos occidendos tradiderit, & musicæ artem, qua languentes amicos levare possent.

Neque existimet † aliquis quidquam officere, 77 aut detrahere virtuti, & gloriæ, quam Hispani nostri tot præclaris facinoribus in detegendo, & subigendo hoc Novo Orbe sibi compararunt, quod victorias ab illis partas, ut plurimum, in Dei specialem favorem, & cœlestium Numinum præsentissimum auxilium referamus. Nam satis ipsi laudandi videntur cum se tot, ac tantis periculis impavidis animis semper obtulerint.

Et ut superiora divini auxilii testimonia, & argumenta deficerent; pii omnes † & prudentes 78 Duces, ac viri omnium rerum successus, & præcipuè bellorum, in quibus fortuna, ut adagium ait, plurimum dominatur, Deo tribuere debent, ut habetur *Isai.* 14. *vers.* 31. *Esdræ lib.* 1. *c.* 1. *& 2. Paralipom. cap.* 16. ubi Hannani Propheta ad Asam Regem Juda inter alia ita ait: *Oculi Domini contemplantur super universam terram, & præbent fortitudinem his qui in corde perfecto credunt in eum.* Item illud: *Hi in curribus, illi in equis: nos autem in nomine Domini spem repositam habemus ipsi confracti cecidernnt, nos autem erecti victoriam reportavimus*; & multis aliis exemplis, & sacræ Scripturæ locis probat Simon Majol. *in dieb. Canicul.* 3. *tom. colloq.* 2. *pag.* 361. *& seqq.* Gaspar Sanct. *sup. Isai. cap.* 14. *num.* 52. *pag.* 175. & doctissim. Mart. Del. *in adag. sacr.* 1. *tom. adag.* 57. *pag.* 53. *&* 54. Ne in execrabilem Ajacis, † & alio- 79 rum Imperatorum superbiam incidere videantur, quos Poetæ à suis dextris, & armis victorias præsumentes etiam Dils iratis, & adversis inducunt, ut constat ex illo Sophoclis in Ajace:

Adjuvante, mi pater Leo,
Victoria potitur ignavissimus:
At destituat ope Deorum licet
Bellique me confido habiturum decus.

Papin. 2. *Thebaid.* de Campaneo loquens:

—Virtus mihi numen, & ensis,
Quem teneo.

Et tursus *lib.* 10. jactantius:

—Ades ô mihi dextera tantùm
Tu præstes bellis, & inevitabile numen
Te voco, te solam Superior contemptor adoro
Sic ait, & suis vese facit ipse potentem.

Et Mecentius apud Virgil. *lib.* 10. *Æneid.*

Dextera mihi Deus, & telum quod missile libro.

Quibus † planè longè cordatiùs, & ad rem 80 nostram accomodatiùs Titus Imper. cum de Judæis, Jerosolima capta, se victorem videret, admiratus tantam urbem, tamque munitam fuisse superatam, dixit: *Planè Deo adjuvante pugnavimus*, ut tradit Joseph. *de bello Jud. c.* 16. Et ut refert Philost. *lib.* 6. *de vita Apollonii*, propter illam victoriam coronari voluit, quia Divina virtute opus illud perfectum esse videbat, non sua. Sic autem Philostr. *Finitimæ gentes ob victoriam coronare ipsum voluerunt, ille verò tali honore indig-*

num se esse respondit: non enim se talium operum auctorem, sed Deo iracundiam contra Judæos demonstranti, manus suas præbuisse.

81 Denique † cum dæmonum expulsio, & Idolorum, sive Oraculorum silentium, & ruina, evidens signum divinæ vocationis, & prædicationis veræ fidei in primitiva Ecclesia præsiterit, quod ipsi quoque dæmones, vel invîti, fateri cogebantur; ut videre licet apud D. Chrysost. *homil. 26. in Matth.* Hieronym. *c. 9. Matth.* Lactan Firmian. *lib. 3. divin. inst. c. 23.* Nicephor. *lib. 1. Eccles. c. 17.* Rufin. *lib. 10. c. 10. & 19.* Porphyr. *in lib. de elegiis Philosoph.* Thom. Bocius *de sign. Eccles. lib. 14. c. 3. & 4. & lib. 23. c. 1.* Majol. *d. tom. 3. colloq. 1. pag. 307.* & Fr. Thom. *à Jesu de procur. omn. gent. salut. lib. 3. c. 3. pag. 135.* ubi notanda oracula, hoc aperte testantia, recensent, & Nos *infrà c. 3. n. 38.*

82 Sic † pariter in his Indiis Occidentalibus, ubi primum nostrorum prædicatione Evangelicæ veritatis lumen illuxit, dæmones, & idola eos à Deo missos declararunt, ut diximus *suprà hoc lib. c. 2.*
83 *num. 49.* Et has † provincias continuò relinquentes, nullum amplius Oraculum reddiderunt, & ab spectris, & illusionibus cessarunt, quibus anteà miseros indigenas tallebant, & deterrebant; videlicet tenebras dispellit lux, mendacium veritas, &
84 sanctæ † Crucis signum, magnum illico silentium dæmonum, magnam fugam induxit, quod semper illis terrificum fuit, ut præter alios, pluribus probat Petr. Fab. *lib. 3. semestr. c. 1. pag. 20.*
85 ita ut commode † hunc Virgilian. illuc applicare possumus:

Excessere omnes adytis arisque relictis
Dii quibus imperium hoc steterat.

86 Ut pluribus exemplis scitu jucundissimis ostendunt † Petr. Martyr *in decad. de Novo Orbe.* Gonzal. Ovetus *in sua hist. Ind. lib. 5. cap. 10.* Gomar. *lib. 3. c. 6.* Ludovic. Vives *lib. 2. de verit. Fid. Christ.* quem refert Theatr. viri human. *vol. 5. lib. 4. pag. 1468.* Hieronym. Benzo. *in hist. Ind. lib. 1. c. 27. pag. 119.* Thom. Boc. *d. lib. 23. c. 1. pagin. 504.* & rursus *lib. 2. c. 11. pag. 81. & lib. 5. c. 2. & lib. 12. c. 21. pag. 143. & lib. 15. c. 17. pag. 146.* Mart. Del. *lib. 6. disquis. magic. c. 2. sect. 3. q. 2.* Thom. à Jesu *lib. 4. c. 5. pag. 143.* & Torquem. *in d. Monarch. Ind. lib. 18. c. 7.*

87 Ubi inter alia referunt †, hoc miraculum commune fuisse, ubicumque Columbus, & ejus socii, & successores in his Occidentalibus insulis, & provinciis pedem fixerunt, & sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum collocarunt, aut Christianæ doctrinæ magistris uti cœperunt: nam continuò dæmones obmutescebant, cum anteà fre-
88 quentissima responsa præstare solerent, & † terræ motus, ac tempestates etiam cessarunt, quibus prædictæ provinciæ ab eisdem dæmonibus conquassari, & misere deformari solebant.

Idem in Sinarum, & Japoniorum regionibus contigisse narrant libri Societatis Jesu, & Fr. Joan. Gonzal. de Mendoza, & Thom. Boc. *ubi suprà* referentes, dæmones ibi acerbè, & miris cruciatibus obsessos vexasse, nec inde prius discedere solitos, quam obsessi jurejurando firmarent, se illis divinos honores in omnibus præstituros; 89
quod cessavit † ubi Christi Sacerdotes in eas provincias pervenerunt, & minis torquere, sanctisque verbis dæmones fugare cœperunt: ob quod ab incolis in honore maximo habiti sunt.

Narrat etiam Fr. Aug. Davila *in hist. Mexic. Ord. Prædicat. lib. 1. c. 40.* Anton. Herrer. *in d. hist. gen. Ind. decad. 3. lib. 4. c. 11. pag. 164.* & Fr. Alphos. Fernand. *in hist. Eccl. nostr. temp. lib. 1. c. 3. in fin.* apud † Cumanenses, Sacerdotes eorum, *Piaches* dictos, in speluncas intrare solitos, & post longam invocationem, & magicorum carminum recitationem veluti à dæmone obsessos, & constrictos in terram cadere; tunc que interrogantibus Oracula præbere. Quod cum intelligeret † Reli- 91
giosus ille Pat. Fr. Petrus à Corduba velletque rem hanc penitus aperire, cruce, stola & aqua benedicta munitus in speluncam cum multis Castellanis ingressus, *Piachem* correptum exorcismis liberavit, dæmonemque de pluribus interrogatum, & aptè respondentem, tamdem fateri compulit; se miseros illos eousque suis imposturis fraudasse, eorumque animas in barathrum deduxisse.

De Beato quoque † Fr. Aloisio Berrand, qui 92
maximè Religionem nostram in his Occidentalibus provinciis amplificavit, & mortuos ad vitam revocavit; aliaque plura miracula edidit, refert Thomas Boc. *lib. 5. de sign. Eccles. Dei, c. 2. pag.* 157. quod cum incolæ cujusdam vici ad eum confluerent, nomen Christo dare parati; interrogati quid eos ad hoc adduceret, responderunt, in publico quodam atque universali eorum conventu dæmonem adstitisse, quem cuncti specie horribili viderunt, ac dixisse: Qui me adstantibus duobus Christianis invocatis? (aderant quippè forte duo ab Aloisio ad fidem perducti) abripite eos hinc. Ubi hæc dixit, homo quidam ab Aloisio missus, repentè in medium conventum processit, & in conspectu omnium, dispurationè inita, dæmonem convicit, quibus actis ex oculis adstantium evanuit.

Et idem Boc. *lib. 12. cap. 21.* narrat † de B. 93
Joan. à S. Francisco, quod cum in provincia Mexicana plurima idola Indorum multitudine ingenti vidente à pueris Christianis conflingi jussisset, eadem die dæmon facie deturpata, membrisque mutilatis apparuit Indo cuidam, qui aberat passuum millibus sexaginta, dicens: En, ut à Joanne malè habitus sum, remque, uti gesta erat, explicavit, efflagitans, ut adversus Joannem suam contumeliam ulcisceretur, se ipsi opem laturum, docuitque rationem, qua flagitium perpetraret. Aggressus est rem Indus, expectatumque Joannem per insidias adortus, prægrandi fuste percussit, aufugiensque, irrito eventu, & à persequentibus nonnullis comprehensus, rem detexit, & Christo se dedit, sic dæmone tanti viri meritis & pietate templis & famulis spoliato.

CA-

CAPUT V.

De aliis magis peculiaribus, notandisque miraculis, quæ in Indiarum Occidentalium conversione, & conquisitione acciderunt.

SUMMARIUM.

1 *Miracula ostendunt favorem, inclinationem, & vocationem divinam, cum Lipsio.*
2 *Miracula plura, & specialia Novi Orbis congeruntur, & ostenditur idem in ejus conversione contigisse, quod olim in primitiva Ecclesia.*
3 *Spiritus sanctus dona sua partitur, ut vult.*
4 *David* Psalm. 64. *præanuntiasse videtur miracula, quæ in conversione Novi Orbis facienda erant.*
5 *Auctores recensentur, qui plura miracula in Novo Orbe facta commemorant.*
6 *Linguarum variarum loquutio, & intellectio fuit donum Dei Apostolis concessum.*
7 *Linguarum donum, & miraculum multis Novi Orbis prædicatoribus concessum fuit.*
8 *B. Franciscus Xaverius habuit donum linguarum.*
9 *B. Aloisius Bertrandus, Martinus à Valentia, & alii Novi Orbis prædicatores habuerunt donum linguarum.*
10 *Christus Dominus, Apostoli, & D. Vincent. Ferrer. una lingua loquentes, à variis diverarum linguarum populis intelligebantur, & idem accidit aliquibus concionatoribus Novi Orbis.*
11 *B. Fr. Joan. à S. Francisco, & Fr. Hieronym. de Mendieta linguam Mexicanam repente, & nullo studio adhibito assecuti, & locuti sunt.*
12 *Crucis Christi signo plurima miracula in Novo Orbe operata sunt, & in India Orientali, num. 14.*
13 *Crucis sanctæ laudes, & effectus mirabiles ex D. Joan. Damasceno.*
14 *Auctores de miraculis in India Orientali tractantes.*
15 *Auctores enumerantur, qui agunt de miraculis S. Crucis in Novo Orbe.*
16 *Crucis insulæ Hispaniolæ notabilis & miraculosa historia.*
17 *Crucis Christi frutta, quæ præciduntur, statim in ea rucrescunt. Et idem contigit in Cruce Hispaniolæ.*
18 *Crucis à Magallano in insula Zebu positæ, & aliorum provinciæ Nicaraguæ miracula.*
19 *Crucis in suis agris odio Hispanorum defodiunt Indi Hispaniolæ, & fruges ibi natæ Crucis signum habuerunt.*
20 *Isabella Roderici solo Crucis signo plures Cortesii milites sanavit, in Mexicano bello graviter vulnerati.*
21 *Lanzerus Peruanus miles Crucis signo ægris, & saucii adhibito, magnas curationes exercuit.*
22 *Alvarus Nunius Cabeza de Vaca, & ejus socii ad Floridam naufragium facientes multa miracula in ægrorum curatione patrarunt.*
23 *Crucis invocatione, & adoratione ingentem pluviam Indus imperat miles quidam facinorosus in provincia Sanctæ Crucis de la Sierra.*
24 *Indorum Sanctæ Crucis de la Sierra miraculosa conversio.*
25 *Miles, qui miraculum fecit, posteà furcæ damnatus fuit.*
26 *Ferd. Cortesius in Mexicana provincia imbrem desideratissimum Indis, oratione ad Crucem habita, impetrat.*
27 *Imbrem, & alia bona miraculosè consequuntur aliqui Religiosi viri in Nova Hispania per invocationem Sanctæ Crucis.*
28 *Crucis de Carabuco miracula, remissivè.*
29 *Indi cujusdam miraculosa ultio, quod in templo Christianorum cum uxore rem habuit.*
30 *Indi cujusdam notabilis, & miraculosa historia, & conversio, qui in faciem Crucifixi imaginis expuerat, actus fuit.*
31 *B. Fr. Petr. à Corduba, & ejus socius miraculosè ab Indorum insidiis liberantur, & mare crucibus innixi trajiciunt.*
32 *B. Virginis Mariæ imago, & devotio plura miracula in Novo Orbe fecit.*
33 *Reguli cujusdam insulæ Cubæ notabilis, & miraculosa historia, & victoria ob solam invocationem Virginis Mariæ.*
34 *Indus quidam, invocato nomine Virginis Mariæ, à fulmine liberatur, tribus aliis socius ejus ictu perceptibus.*
35 *Deiparæ imaginem ex altari, ubi eam Cortesius collocaverat, Indi nullo modo deturbare potuerunt, & conantes, cælestibus suppliciis puniti sunt.*
36 *Baptismi, & aliorum Sacramentorum susceptio plura miracula in Novo Orbe causavit; & Auctores, qui de eis agunt.*
37 *Ferdinand. Magallanius in Zebu insula Regis nepotem, & plures alios infirmos aqua baptismali sanavit.*
38 *Miraculosa historia fœminæ cujusdam Indæ, quæ Baptismum suscipere usque ad mortis articulum recusaverat.*
39 *Indi cujusdam Mexicani Baptismus, & qualiter ejus susceptione fuerit à dæmonis unguibus liberatus.*
40 *Eucharistia evolare è manibus Sacerdotis, & in os devotæ cujusdam Indæ ingredi visa est.*
41 *Indus Christianus, pro mortuo jam deploratus, surresit, & plurima, & miranda, de vita futura narrabit.*
42 *Cur Mercurialis, & Steelsius in extasi multa de gloria, & inferno viderunt.*
43 *Miraculum, quod Mechoacani occidit Indo cuidam confessionem paranti.*
44 *Inda quædam, quia peccata gravia in confessione celaverat, graviter à dæmone vexata, & afflicta fuit.*
45 *Miracula plura operata in Novo Orbe per varios omnium ordinum religiosos; remissivè ad Auctores, qui de illis scribunt.*
46 *Martyrum confessio, & passio est unum ex signis veræ Fidei, & Ecclesiæ Dei.*
47 Joan. 2. 3. *verba explicantur.*
48 *Martyres plures in Novo Orbe fuisse probatur.*
49 *Hieronymi Badetii epigramma refertur de Martyribus Novi Orbis.*

POssem quidem signis, & miraculis, quæ *in cap. præced.* recensui, Victoriæ scrupulo, atque objectioni satisfecisse videri, & divinæ voluntatis, & vocationis in hoc egregio opere conversionis, & acquisitionis Novi Orbis non levia argumenta considerasse, atque † apposite cum 1
Just. Lips. *in Virg. Hallens. cap. 2. & 3.* exclamare: *Ubi ea miracula video, & tam certa, & crebra video, quid nisi favorem, & inclinationem Numinis agnosco? Quid etiam, nisi velut tubam, & classicum audio, quod ad talem Fidem, & cœtum appellat. Non certius divinæ voluntatis argumentum, quam à miraculis quæ Deus ipse homo factus ut talem se assereret, atque ostenderet, palam exhibuit, & vulgavit.*

Sed tamen † adhuc alia non minus certa, & 2
magis specialia commemorare operæpretium existimavi, quæ Lectorem, ut arbitror, recreabunt, & evidentius ostendent, signa, & miracula, quæ olim in primitiva Fidei prædicatione innotuerunt, his etiam temporibus, & regionibus non defuisse, quamvis charitas usque adeo refrixit, & tam exactè, ut oportebat, Evangelicæ prædicationis forma alicubi servata non fuit. Spiritus † quippe 3
sanctus dona, & charismata sua partitur, ut vult: & si credimus Fr. Basil. Pontio Legion. *in 1. part. suar. disq. quæst. 8. exposit. c. 4.* jam † hoc olim 4
per Davidem prædixerat, *Psalm. 64.* dum ait: *Turba-*

num se esse respondit: non enim se talium operum auctorem, sed Deo iracundiam contra Judæos demonstranti, manus suas præbuisse.

81 Denique † cum dæmonum expulsio, & Idolorum, sive Oraculorum silentium, & ruina, evidens signum divinæ vocationis, & prædicationis veræ fidei in primitiva Ecclesia præsiterit, quod ipsi quoque dæmones, vel invîti, fateri cogebantur; ut videre licet apud D. Chrysost. *homil. 26. in Matth.* Hieronym. *c. 9. Matth.* Lactan Firmian. *lib. 3. divin. inst. c. 23.* Nicephor. *lib. 1. Eccles. c. 17.* Rufin. *lib. 10. c. 10. & 19.* Porphyr. *in lib. de elegiis Philosoph.* Thom. Bocius *de sign. Eccles. lib. 14. c. 3. & 4. & lib. 23. c. 1.* Majol. *d. tom. 3. colloq. 1. pag. 307.* & Fr. Thom. *à Jesu de procur. omn. gent. salut. lib. 3. c. 3. pag. 135.* ubi notanda oracula, hoc aperte testantia, recensent, & Nos *infrà c. 3. n. 38.*

82 Sic † pariter in his Indiis Occidentalibus, ubi primum nostrorum prædicatione Evangelicæ veritatis lumen illuxit, dæmones, & idola eos à Deo missos declararunt, ut diximus *suprà hoc lib. c. 2.*
83 *num. 49.* Et has † provincias continuò relinquentes, nullum amplius Oraculum reddiderunt, & ab spectris, & illusionibus cessarunt, quibus anteà miseros indigenas tallebant, & deterrebant; videlicet tenebras dispellit lux, mendacium veritas, &
84 sanctæ † Crucis signum, magnum illico silentium dæmonum, magnam fugam induxit, quod semper illis terrificum fuit, ut præter alios, pluribus probat Petr. Fab. *lib. 3. semestr. c. 1. pag. 20.*
85 ita ut commode † hunc Virgilian. illuc applicare possumus:

Excessere omnes adytis arisque relictis
Dii quibus imperium hoc steterat.

86 Ut pluribus exemplis scitu jucundissimis ostendunt † Petr. Martyr *in decad. de Novo Orbe.* Gonzal. Ovetus *in sua hist. Ind. lib. 5. cap. 10.* Gomar. *lib. 3. c. 6.* Ludovic. Vives *lib. 2. de verit. Fid. Christ.* quem refert Theatr. viri human. *vol. 5. lib. 4. pag. 1468.* Hieronym. Benzo. *in hist. Ind. lib. 1. c. 27. pag. 119.* Thom. Boc. *d. lib. 23. c. 1. pagin. 504.* & rursus *lib. 2. c. 11. pag. 81. & lib. 5. c. 2. & lib. 12. c. 21. pag. 143. & lib. 15. c. 17. pag. 146.* Mart. Del. *lib. 6. disquis. magic. c. 2. sect. 3. q. 2.* Thom. à Jesu *lib. 4. c. 5. pag. 143.* & Torquem. *in d. Monarch. Ind. lib. 18. c. 7.*

87 Ubi inter alia referunt †, hoc miraculum commune fuisse, ubicumque Columbus, & ejus socii, & successores in his Occidentalibus insulis, & provinciis pedem fixerunt, & sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum collocarunt, aut Christianæ doctrinæ magistris uti cœperunt: nam continuò dæmones obmutescebant, cum anteà fre-
88 quentissima responsa præstare solerent, & † terræ motus, ac tempestates etiam cessarunt, quibus prædictæ provinciæ ab eisdem dæmonibus conquassari, & misere deformari solebant.

Idem in Sinarum, & Japoniorum regionibus contigisse narrant libri Societatis Jesu, & Fr. Joan. Gonzal. de Mendoza, & Thom. Boc. *ubi suprà* referentes, dæmones ibi acerbè, & miris cruciatibus obsessos vexasse, nec inde prius discedere solitos, quam obsessi jurejurando firmarent, se illis divinos honores in omnibus præstituros; 89
quod cessavit † ubi Christi Sacerdotes in eas provincias pervenerunt, & minis torquere, sanctisque verbis dæmones fugare cœperunt: ob quod ab incolis in honore maximo habiti sunt.

Narrat etiam Fr. Aug. Davila *in hist. Mexic. Ord. Prædicat. lib. 1. c. 40.* Anton. Herrer. *in d. hist. gen. Ind. decad. 3. lib. 4. c. 11. pag. 164.* & Fr. Alphos. Fernand. *in hist. Eccl. nostr. temp. lib. 1. c. 3. in fin.* apud † Cumanenses, Sacerdotes eorum, *Piaches* dictos, in speluncas intrare solitos, & post longam invocationem, & magicorum carminum recitationem veluti à dæmone obsessos, & constrictos in terram cadere; tunc que interrogantibus Oracula præbere. Quod cum intelligeret † Reli- 91
giosus ille Pat. Fr. Petrus à Corduba velletque rem hanc penitus aperire, cruce, stola & aqua benedicta munitus in speluncam cum multis Castellanis ingressus, *Piachem* correptum exorcismis liberavit, dæmonemque de pluribus interrogatum, & aptè respondentem, tamdem fateri compulit; se miseros illos eousque suis imposturis fraudasse, eorumque animas in barathrum deduxisse.

De Beato quoque † Fr. Aloisio Berrand, qui 92
maximè Religionem nostram in his Occidentalibus provinciis amplificavit, & mortuos ad vitam revocavit; aliaque plura miracula edidit, refert Thomas Boc. *lib. 5. de sign. Eccles. Dei, c. 2. pag.* 157. quod cum incolæ cujusdam vici ad eum confluerent, nomen Christo dare parati; interrogati quid eos ad hoc adduceret, responderunt, in publico quodam atque universali eorum conventu dæmonem adstitisse, quem cuncti specie horribili viderunt, ac dixisse: Qui me adstantibus duobus Christianis invocatis? (aderant quippè forte duo ab Aloisio ad fidem perducti) abripite eos hinc. Ubi hæc dixit, homo quidam ab Aloisio missus, repentè in medium conventum processit, & in conspectu omnium, dispurationè inita, dæmonem convicit, quibus actis ex oculis adstantium evanuit.

Et idem Boc. *lib. 12. cap. 21.* narrat † de B. 93
Joan. à S. Francisco, quod cum in provincia Mexicana plurima idola Indorum multitudine ingenti vidente à pueris Christianis conflingi jussisset, eadem die dæmon facie deturpata, membrisque mutilatis apparuit Indo cuidam, qui aberat passuum millibus sexaginta, dicens: En, ut à Joanne malè habitus sum, remque, uti gesta erat, explicavit, efflagitans, ut adversus Joannem suam contumeliam ulcisceretur, se ipsi opem laturum, docuitque rationem, qua flagitium perpetraret. Aggressus est rem Indus, expectatumque Joannem per insidias adortus, prægrandi fuste percussit, aufugiensque, irrito eventu, & à persequentibus nonnullis comprehensus, rem detexit, & Christo se dedit, sic dæmone tanti viri meritis & pietate templis & famulis spoliato.

CA-

CAPUT V.

De aliis magis peculiaribus, notandisque miraculis, quæ in Indiarum Occidentalium conversione, & conquisitione acciderunt.

SUMMARIUM.

1 *Miracula ostendunt favorem, inclinationem, & vocationem divinam, cum Lipsio.*
2 *Miracula plura, & specialia Novi Orbis congeruntur, & ostenditur idem in ejus conversione contigisse, quod olim in primitiva Ecclesia.*
3 *Spiritus sanctus dona sua partitur, ut vult.*
4 *David* Psalm. 64. *præanuntiasse videtur miracula, quæ in conversione Novi Orbis facienda erant.*
5 *Auctores recensentur, qui plura miracula in Novo Orbe facta commemorant.*
6 *Linguarum variarum loquutio, & intellectio fuit donum Dei Apostolis concessum.*
7 *Linguarum donum, & miraculum multis Novi Orbis prædicatoribus concessum fuit.*
8 *B. Franciscus Xaverius habuit donum linguarum.*
9 *B. Aloisius Bertrandus, Martinus à Valentia, & alii Novi Orbis prædicatores habuerunt donum linguarum.*
10 *Christus Dominus, Apostoli, & D. Vincent. Ferrer. una lingua loquentes, à variis diverarum linguarum populis intelligebantur, & idem accidit aliquibus concionatoribus Novi Orbis.*
11 *B. Fr. Joan. à S. Francisco, & Fr. Hieronym. de Mendieta linguam Mexicanam repente, & nullo studio adhibito assecuti, & locuti sunt.*
12 *Crucis Christi signo plurima miracula in Novo Orbe operata sunt, & in India Orientali, num. 14.*
13 *Crucis sanctæ laudes, & effectus mirabiles ex D. Joan. Damasceno.*
14 *Auctores de miraculis in India Orientali tractantes.*
15 *Auctores enumerantur, qui agunt de miraculis S. Crucis in Novo Orbe.*
16 *Crucis insulæ Hispaniolæ notabilis & miraculosa historia.*
17 *Crucis Christi frutta, quæ præciduntur, statim in ea rucrescunt. Et idem contigit in Cruce Hispaniolæ.*
18 *Crucis à Magallano in insula Zebu positæ, & aliorum provinciæ Nicaraguæ miracula.*
19 *Crucis in suis agris odio Hispanorum defodiunt Indi Hispaniolæ, & fruges ibi natæ Crucis signum habuerunt.*
20 *Isabella Roderici solo Crucis signo plures Cortesii milites sanavit, in Mexicano bello graviter vulnerati.*
21 *Lanzerus Peruanus miles Crucis signo ægris, & saucii adhibito, magnas curationes exercuit.*
22 *Alvarus Nunius Cabeza de Vaca, & ejus socii ad Floridam naufragium facientes multa miracula in ægrorum curatione patrarunt.*
23 *Crucis invocatione, & adoratione ingentem pluviam Indus imperat miles quidam facinorosus in provincia Sanctæ Crucis de la Sierra.*
24 *Indorum Sanctæ Crucis de la Sierra miraculosa conversio.*
25 *Miles, qui miraculum fecit, posteà furcæ damnatus fuit.*
26 *Ferd. Cortesius in Mexicana provincia imbrem desideratissimum Indis, oratione ad Crucem habita, impetrat.*
27 *Imbrem, & alia bona miraculosè consequuntur aliqui Religiosi viri in Nova Hispania per invocationem Sanctæ Crucis.*
28 *Crucis de Carabuco miracula, remissivè.*
29 *Indi cujusdam miraculosa ultio, quod in templo Christianorum cum uxore rem habuit.*
30 *Indi cujusdam notabilis, & miraculosa historia, & conversio, qui in faciem Crucifixi imaginis expuerat, actus fuit.*
31 *B. Fr. Petr. à Corduba, & ejus socius miraculosè ab Indorum insidiis liberantur, & mare crucibus innixi trajiciunt.*
32 *B. Virginis Mariæ imago, & devotio plura miracula in Novo Orbe fecit.*
33 *Reguli cujusdam insulæ Cubæ notabilis, & miraculosa historia, & victoria ob solam invocationem Virginis Mariæ.*
34 *Indus quidam, invocato nomine Virginis Mariæ, à fulmine liberatur, tribus aliis socius ejus ictu perceptibus.*
35 *Deiparæ imaginem ex altari, ubi eam Cortesius collocaverat, Indi nullo modo deturbare potuerunt, & conantes, cælestibus suppliciis puniti sunt.*
36 *Baptismi, & aliorum Sacramentorum susceptio plura miracula in Novo Orbe causavit; & Auctores, qui de eis agunt.*
37 *Ferdinand. Magallanius in Zebu insula Regis nepotem, & plures alios infirmos aqua baptismali sanavit.*
38 *Miraculosa historia fœminæ cujusdam Indæ, quæ Baptismum suscipere usque ad mortis articulum recusaverat.*
39 *Indi cujusdam Mexicani Baptismus, & qualiter ejus susceptione fuerit à dæmonis unguibus liberatus.*
40 *Eucharistia evolare è manibus Sacerdotis, & in os devotæ cujusdam Indæ ingredi visa est.*
41 *Indus Christianus, pro mortuo jam deploratus, surresit, & plurima, & miranda, de vita futura narrabit.*
42 *Cur Mercurialis, & Steelsius in extasi multa de gloria, & inferno viderunt.*
43 *Miraculum, quod Mechoacani occidit Indo cuidam confessionem paranti.*
44 *Inda quædam, quia peccata gravia in confessione celaverat, graviter à dæmone vexata, & afflicta fuit.*
45 *Miracula plura operata in Novo Orbe per varios omnium ordinum religiosos; remissivè ad Auctores, qui de illis scribunt.*
46 *Martyrum confessio, & passio est unum ex signis veræ Fidei, & Ecclesiæ Dei.*
47 Joan. 2. 3. *verba explicantur.*
48 *Martyres plures in Novo Orbe fuisse probatur.*
49 *Hieronymi Badetii epigramma refertur de Martyribus Novi Orbis.*

POssem quidem signis, & miraculis, quæ *in cap. præced.* recensui, Victoriæ scrupulo, atque objectioni satisfecisse videri, & divinæ voluntatis, & vocationis in hoc egregio opere conversionis, & acquisitionis Novi Orbis non levia argumenta considerasse, atque † apposite cum 1
Just. Lips. *in Virg. Hallens. cap. 2. & 3.* exclamare: *Ubi ea miracula video, & tam certa, & crebra video, quid nisi favorem, & inclinationem Numinis agnosco? Quid etiam, nisi velut tubam, & classicum audio, quod ad talem Fidem, & cœtum appellat. Non certius divinæ voluntatis argumentum, quam à miraculis quæ Deus ipse homo factus ut talem se assereret, atque ostenderet, palam exhibuit, & vulgavit.*

Sed tamen † adhuc alia non minus certa, & 2
magis specialia commemorare operæpretium existimavi, quæ Lectorem, ut arbitror, recreabunt, & evidentius ostendent, signa, & miracula, quæ olim in primitiva Fidei prædicatione innotuerunt, his etiam temporibus, & regionibus non defuisse, quamvis charitas usque adeo refrixit, & tam exactè, ut oportebat, Evangelicæ prædicationis forma alicubi servata non fuit. Spiritus † quippe 3
sanctus dona, & charismata sua partitur, ut vult: & si credimus Fr. Basil. Pontio Legion. *in 1. part. suar. disq. quæst. 8. exposit. c. 4.* jam † hoc olim 4
per Davidem prædixerat, *Psalm. 64.* dum ait: *Turba-*

babuntur gentes, & timebunt, qui habitant terminos a signis tuis. Quem Psalmum de gentibus hujus Novi Orbis accipiendum contendit, ut latiùs diximus *lib. 1. cap. 15. num. 57.* & sic versum illum exponit, quasi Regius Vates commovendas dicat Indorum gentes ad Christi Fidem amplectendam signis, atque portentis, quæ cum eis annuntiatur Evangelium, & facta sunt, & hodie fiunt à religiosissimis viris. Joseph. etiam † Acosta, & Fr. Aug. Davila, qui pauca miracula in hac conversione intervenisse dixerunt in locis relatis *sup. c. 3. num. 35.* pluta quidem suis in libris recensent, & plurima alia Alan. Cop. Thom. Boc. Joan. Boterus, Anton. de Herrer. Fr. Alphons. Fernand. Fr. Joan. Torquemad. & alii gravissimi auctores, quorum peculiarem mentionem in hujus capitis discursu faciemus.

Et ut hinc ejus initium sumamus, nemo plane ignorat, † diversarum linguarum scientiam, extraneorum sermonum intellectionem, & interpretationem donum Dei esse, quo maxime Apostolorum missionem, ac Fidei prædicationem per eos factam confirmavit, ut patet Marc. 16. Paul. 1. *Corinth.* 12. *vers.* 4. Act. 24. & ultra Scribentes in his locis præcipue Maldonat. Cornel. à Lapide, Lorin. & alios, late prosequitur Thom. Boc. *de signis Eccles. Dei, lib. 6. cap.* 5. & Bernard. Aldrete omnino legendus *de antiq. Hispan. lib. 2. cap. 16. pag.* 288. *& sequent. & cap.* 25. *pag.* 326. At vero, † hanc quoque miraculosam gratiam in primis hujus Novi Orbis concionatoribus invenit idem Thom. Boc. signanter advertit. Nam omissa admiranda hujus doni abundantia, quam Deus † B. Francisco Xaviero in India Orientali communicavit; de qua etiam aliquid notat Acosta *lib. 1. de procur. Ind. salut. cap.* 9. *in fin.* Idem ætate nostra † in hac Occidentali contigisse leginus B. Aloisio Bertrando ex Ordine Prædicatorum, & Martino à Valentia ex Ordine Minorum, qui nullo sæpè interprete, nullo adjumento, diversarum linguarum populos, simul atque ad eos accesserant, alloquebantur, & ita Deus per illos innumeros ad verum pietatis cultum traduxit, & plurima suæ liberalitatis beneficia his populis est impertitus. Et quod magis † mirabile est, cum una lingua loquerentur, ad innumeros diversarum linguarum homines in unum coactos, quorum multi aut percipiebant aliarum vim, nihilominus ab omnibus adstantibus intelligebantur, & quilibet ex audientibus cum sono vocis assequebatur etiam sensa verborum, ut de Christo Domino affirmat Arnob. *lib. 1. contra Gent.* & de Apostolis D. Cyprian. Chrysost. Oecumen. Basilius Seleucens. Arator, & alii, quos refert Lorin. *ubi supra,* & de D. Vincent. Ferrer. Vincent. Justin. Antist. in ejus vita.

De † Joanne etiam à S. Francisco, & Fr. Hieron. de Mendieta narrat idem Thom. Boc. *lib. 12. cap. 21. pag.* 548. Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib. 4. cap. 5. pag.* 146. & Fr. Joan. à Torquemad. *in Monarch. Ind.* solis precibus, ac nullo prorsus studio assecutos fuisse linguæ Mexicanæ cognitionem, ita ut maximè cunctis admirationi fuerit, cum repentè auditi sunt, ea lingua innumeris præsentibus concionari.

Per † Crucis etiam signum ac reverentiam innumera miracula Deus in Indiarum regionibus operatus videtur. Et meritò quidem, nam ut pie, & eleganter scribit D. Joan. Damascen. *lib. 4. de Fide Orthod. cap. 4. Nulla alia re peccatum deletum † primi parentis delictum extinctum, infernus spoliatus, resurrectio donata, vis contemnendarum rerum præsentium, atque ipsius quoque mortis nobis concessa, reditus ad veterem beatitudinem comparatus est, Paradisi porta patefactæ sunt, natura nostra ad Dei dextram confidet, filii denique Dei, & hæredes facti sumus, quam Crucis Domini nostri Jesu Christi beneficio.*

Et ut ea, † quæ in Orientalibus, & in Regno Congiano acciderunt, silentio præteream, de quibus solita eloquentia scribit Maffæj. *lib. 1. p. 11. & l. 5. pag.* 121. & 122. Joan. Barr. *decad. 3. cap.* 11. Alan. Cop. *dialog. 4. cap. 16. p.* 557. & Thom. Boc. *lib. 5. cap. 2. pag.* 160. plurima alia in his Occidentalibus reperiemus † apud Franc. Lop. Gomar. *in sua earum hist. 2. part. cap.* 34. 46. & 81. Theatr. vit. hum. *vol. 5. lib. 4. pag.* 1468. Thom. Boc. *de sign. Eccles. libr. 4. cap. 2. pag.* 157. Idem de robore bellico *cap.* 12. Anton. de Herrera *in histor. gener. Ind. Occident. decad. 1. lib. 8. cap.* 10. *pag.* 314. *& lib.* 10. *cap.* 12. *pag.* 361. Illesc. *in hist. Pontific. lib. 6. §. 5. fol.* 283. Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib. 4. c. 5. pag.* 144. Camill. Borrell. *de præst. Reg. Catholic. cap.* 43. *ex num.* 27. Fr. Alphons. Fernand. *in hist. Eccles. nost. temp. lib.* 1. *cap. 2. pag.* 18. & Fr. Joan. à Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 10. *cap. 26. & seqq. & libr.* 18. *cap.* 17.

Inter quæ legimus, † quòd cùm Columbus in insula Hispaniola super excelsum collem ligneam Crucem altissimam defixisset, ut ab itinerantibus procul inspici posset, & sub tali munimine urbs dicta *la Concepcion de la Vega*, quam ibi ædificavit, magis tuta consisteret, & indigenæ quadam die, eam validissimis ictibus, & funibus convellere, & in terram prosternere conati sunt, nimis quippe Christianis infesti, maximam injuriam se illis acturos existimabant, si lignum illud penitus extirparent, quod ab eis magna veneratione coli solitum viderant. In quo cum nihil proficere potuissent, terram, ad illud eruendum excavare cœperunt, quæ tamen miraculosè ad locum, ubi educebatur, statim redibat, & majore soliditate constipabatur. Unde cùm se hoc etiam labore frustratos viderent multis undique lignis congestis, Crucem comburere tentarunt. Quæ tamen, licèt satis arida esset, non conflagravit, neque admoti ignis aliquod vestigium exibuit, nisi quamdam veluti maculam fumi, quæ in ejus inferiori parte remansit. Procedentes verò Indi, eoque majori furore perculsi, quo magis suis conatibus ludi cernebant, tandem securibus, & gladiis siliceis, quibus tunc temporis pro ferreis utebantur, Crucem secare, & in frusta dividere proposuerunt, nihilo tamen magis voti compotes evadentes: nam quantum ex illa secabant, tantùm miraculosa Dei operatione crescebat. Quibus signis permoti multi eorum ad veri Dei fidem conversi sunt, & Hispanis narrarunt, in Crucis brachio venerabilem quamdam fœminam stantem vidisse, quæ eam evellere, comburere, & scindere prohibuerat.

rat. Eademque Crux multis aliis posteà miraculis claruit, & per annos plures, quidquid ex illa fuit Christiana devotione præscissum, jugiter succrescebat; ut de † ipsa Christi Cruce narrat S. Paulin. *epist.* 11. S. Cyril. *cathec.* 10. Cæs. Baron. *in Annal. Ecclesiast. anno Christi* 326. *n.* 50. Simon Majol. *in dieb. Canicul. 1. tom. colloq.* 21. *pag.* 477. & Pat. Jacob. Gretser *in comment. de Cruce, lib. 1. cap.* 78. qui etiam plura tradit de fructibus ejusdem Christi Crucis diversis Principibus dono datis & missis *in 2. part. Horti S. Crucis pag.* 127.

De alia † etiam Cruce quam Hispani, qui cum Magallano ad *Zebu* insulam pervenerunt, in eadem insula ante Ecclesiam, quam ibi construxerant, collocarunt, refert Anton. de Herrer. *decad. 3. lib. 4. cap. 9. pag.* 18. ab Indis nullo modo convelli potuisse, licèt expulsis Christianis id maximopere niterentur. Et idem narrat de alia in Provincia Nicaragua *ead. decad. 3. lib. 5. c. 12. pag.* 216. cujus causa, inquit indigenas Cruces sponte petere, & Baptismum desiderare cœpisse.

Illud quoque mirabile est, quod refert idem Herrer. *decad. 1. lib. 3. c. 4. pag.* 88. in prædicta scilicet † insula Hispaniola, quosdam Indos Cruces, & alias Sanctorum imagines, è templo Christianorum subripuisse, & in suis agris defodisse, dicentes, majores nunc erunt vestri fructus, illisque in locis semina radices egisse, Crucis in modum formatas, quod nusquam antèa ab Indis visum erat, quapropter miraculo tributum fuit.

Et cum † Ferdin. Cortesius cum Tlascalensibus socis adversus Mexicanos pugnaret, pluresque ex nostris, & auxiliaribus, multis lethalibusque vulneribus sauciati, sese in castra reciperent, & ob medelæ defectum perirent, Dei beneficio, & ingenti miraculo factum fuit, ut Castellana quædam mulier, *Isabella Rodericî* vocata, sanctissimum Crucis signum manu super vulnera faciens, & Divinæ Trinitatis auxilium implorans, illicò eos pristinæ sanitati restitueret, & bello aptiores, & fortiores remitteret, quod satis comprobabat hujus pugnæ causam Deo gratissimam esse, ut hanc historiam narrans advertit idem Ant. de Herrer. *d. decad. 3. libr. 1. c. 22. pag.* 49.

Eadem † curationis forma in Peruano Regno usum fuisse militem, cui nomen *Lanzero*, tradit Acosta *in histor. moral. Indiar. lib. 7. cap.* 27. & Joan. Boter. *in dict. 4. part. suar. relat. lib. 3. pag.* 85. Ubi † etiam enarrant, in admiranda illa peregrinatione, quam fecit, & scripsit Alvarus Nuñez Cabeza de Baca contineri, quod cum ipse, & alii duo, vel tres socii, quorum unus Æthiops erat, ex classe remansissent, quæ ad Floridam naufragium fecit, ibique inter Barbaros per decennium vitam agerent, quousque ad oppositum mare *del Sur* penetrarunt, compulsos sæpè ab eisdem Barbaris sub necis interminatione fuisse, ut illis in variis, quos patiebantur, languoribus, & ægritudinibus mederentur. Quod cum ipsi principio aggredi non auderent, quia nec artem medicam noverant, neque remedia morbis necessaria secum portabant, metu tamen perculsi, Evangelicum medendi modum capesserunt, & signum sanctæ Crucis super ægros facientes, aliasque Ecclesiæ orationes recitantes innumeros sanavere, Domino mirabiliter eorum votis, & precibus annuente; ita ut ipsi de seipsis maximè dubitarent, cùm nihil in se dignum tanto favore conspicerent, sed communem prophanorum militarium hominum vitam egissent. Propter quas sanitatum operationes, vitæque quam eo tempore servaverant, innocentiam, tantum admirationis, & gloriæ apud Barbaros sunt consecuti, ut propemodum pro Diis adorarentur; & quicquid imperarent, non aliter quam de cœlo profectum acciperetur. Quam historiam repetit idem Acosta *lib. 2. de procur. Ind. salut. cap. 9. in princip.* & latius narrat Anton. de Herrer. *decad. 4. lib. 5. c. 5. pag.* 106. & Garcilas. Inca *in hist. Floridæ, lib. 1. cap. 3.*

Idem quoque Acosta, & Boterius *ubi supra* commemorant, † in remota hujus Peruani Regni provincia, cui ab eventu nomen sanctæ Crucis *de la Sierra* ab Hispanis inditum fuit, antequam plene detegi, & converti cœpisset, facinorosum quemdam militem, & metu Argentini Senatus judicium, inter Indos delituisse, qui cum eos nimis anxios ob annonæ & pluviæ defectum videret, & variis pro more superstitionibus uti, ad iram suorum idolorum placandam, bono animo esse jussit, & si imperata peragerent, præsentissimum ærumnarum suarum levamentum promisit. Cumque illi annuissent, Crucem ingentem fabricari, & in eminenti loco constitui præcepit, utque genua ante illam flecterent, pluviamque postularent, admonuit. Quo facto, dictu mirum, imbet adeo ingens descendit, ut pro votis sibi Crucis numen respondisse profiterentur, tantamque ei in posterum fidem, & venerationem exhibuerunt, ut in reliquis publicis, & privatis laboribus ad illam accederent, & quæ petebant, facili negotio consequerentur. Unde † idolis relictis, & humi postratis Crucis insigniis condecorati incedebant, ac paulò post Divini Verbi prædicatores voluntariè petierunt, à quibus doceri, & baptizari possent. Atque ut appareat, quo medio & modo Deus hæc miracula operabatur, idem ille miles antiquam vitæ consuetudinem repetens, & scelera sceleribus addens, tamdem comprehensus fuit, & in Protosiensi oppido furcæ pœnam meritissimè pertulit.

Simile † miraculum in Mexicana urbe accidisse tradit Fr. Joan. Torquemad. *in d. Monarch. lib. 4. cap.* 53. *pag.* 510. Nam cùm præstantissimus ille Dux Ferdin. Cortesius à Rege Motezuma, & ejus Sacerdotibus ægrè obtinuisset, ut in majoris templi fano Christi crucifixi imago sublatis idolis collocaretur, & posteà Indi quæruli ad eum accederent, causantes magnam, quam patiebantur, siccitatem, & fructuum sterilitatem ea ratione contingere, quod Diis patriis spretis, alienum venerari cœpissent. Cortesius bono animo eos esse jussit, & ad diem crastinum factus ros periculum, quantum sua illos opinio deciperet. Vocatisque ad se sociis, & sacris solemnibus de more peractis, cùm omnes cœlestium imbrium copiam ad Spiritus sancti ignem in Indorum cordibus accendendum, enixis, & devotis precibus postularent, vix oratione finita, cœlum anteà serenum nigris nubibus obscuratum, ingentes nimbos per aliquot dies effudit, quibus ter-

terra fœcunditatem desideratam accepit, & uberrimos eo anno fructus exhibuit.

27 Beati † quoque Toribius Motolinia, & Fr. Martinus à Valentia, ut refert Thom. Boc. *libr.* 12. *cap.* 21. in provinciis *Tezcuco*, & *Tlascala* eadem miracula in imbribus impetrandis, & aliis calamitatibus depellendis per invocationem, & supplicationem sanctæ Crucis fecisse reperiuntur.

28 Crucis † quoque oppidi de *Carabuco*, quæ in Peruano Regno religiosissimè colitur, notabilem historiam, & plura antiqua, & recentia miracula latè commemorat Fr. Alphons. Ramos Gavilan *in histor. Virginis de Copacavanâ lib.* 1. *cap.* 9. 10. & 11.

29 Rursus † secundùm eumdem Thom. Bocium *d. lib.* 5. *cap.* 2. & Torquemad. *d. lib.* 18. *cap.* 7. cum quidam è regulis Novæ Hispaniæ ausus fuisset cum sua conjuge, nequicquam repugnante, habere rem in templo ubi Crucem, & alias imagines sacras Christiani collocaverant, quibus illa orationem faciebat; protinus usu linguæ, ac membrorum spoliatus est. Ad mentem reversus, inde numquam voluit egredi, neque sivit à quoquam templum verri, sed omnia à semetipso perficere volebat, ut omnibus palam fieret, quid accidisset.

30 Et iterum † cum fortè in manus Principis cujusdam, qui non longè aberat à finibus Regni Peru, effigies Christi crucifixi venisset, ille acceptam conspuere, ac multis modis irridere cœpit in conspectu plurimorum, ibi mirabiliter imago, quasi verè spirare cœpit ex oculis lumen emittere, caput motare, & aspectu minaci Regem cunctosque terrere. Quocirca pavore perculsi omnes, & tremore correpti, partim cecidere in terram, partim cùm se viderent obrigescere, neque posse loco recedere, exclamare cœperunt, factique pœnitentes, misericordiam supplicitèr implorare. Ob id postremo statui protinus restituti, magnum Christianorum Deum palàm confiteri, & altissima voce rem cunctis, ut acciderat, enarrare. At Princeps una cum multis è numero suorum, se Cuzcum contulit, & factum divulgans Christo devovit. Quam historiam latiùs narrat P. Anton. Valera *in ann. Ind. Occid. Soc. Jesu*; & Speculum Magn. exemplorum, *verb. Imago*, *pag.* 426. & *seq.*

31 Memorandum est etiam † miraculum aliud relatum à Fr. August. Davila *in hist. Ord. Prædic. Mexic. provinc. lib.* 1. *cap.* 40. & Fr. Alphons. Fernan. *in hist. Eccl. nostr. temp. lib.... c.* 3. *pag.* 21. de B. Fr. Petr. à Corduba, & ejus socio, qui cum ex insula *S. Dominici ad Margaritam* Evangelii prædicandi gratia transfretassent, & ibi Indorum insidiis Hispani omnes occisi essent, duo illi religiosi viri, singulas Cruces manibus capientes, & ita mortem suaviter expectantes, ab illis numquam interfici potuerunt, quin potius salvi, & illæsi ad oras pelagi pervenientes, in navem desertam, & dissipatam, quæ ibi fortè relicta erat, & solum malum habebat, ascenderunt, & nullo humano ductore, intra viginti quatuor horarum spatium, ducentarum leucarum iter egerunt. Sed inter navigandum Christum Dominum in rostris navis, & B. Dominicum in puppi sedentes conspexerunt.

Hoc quoque sæpissimè in his iisdem Occidentalibus Indis contigisse, scribit idem Thom. Boc. *lib.* 9. *cap.* 10. *pag.* 369. Ut † per imaginem 32
Beatissimæ, & purissimæ Virginis Mariæ, maxima item miracula efficerentur, quibus latiùs Christiana religio propagaretur. Et inter alia recenset quòd in † insula *Cuba* Regulus quidam 33
multas victorias consequutus fuit adversus finitimos populos, non alia ratione, quàm quòd usus est Christiano quodam copiarum suarum duce. Is enim pergebat in hostes, portans in pectore imaginem Virginis, ac protinus illos in fugam versos superabat; cumque dissensione orta inter Indos, præstantior ne foret imago *Mariæ*, an verò *Indicorum Deorum*, idcircò ad arma veniretur, convenere, ut in lata quadam planitie duo juvenes hinc inde brachiis ad terga ligarentur arctissimè, & duo quidem nomine *Mariæ* ab adversaria parte vinculis obstringerentur, duo verò Indicorum Deorum nomine similiter ab alia parte, quorum verò manus spontè solverentur iis victores essent, ac pro veritate crederentur pugnare. Res ita acta, & continuò innumeris videntibus inclamante Regulo *Ave Maria*, astitit Matrona mirabili majestate, quæ ad suos appropinquans, & virga manus tangens illos exolvit, vinculaque se ad alios duos ex adverso positos devincendos, continuò contulerunt. Quo peracto visum est idem certamen renovari, ac rursus idem mirabiliter evenit. Hoc passim divulgatum plurimos ad Christum traduxit.

Torquemada item *d. libr.* 18. *cap.* 7. tradit, iterum accidisse, † quòd cùm quatuor Indi ob im- 34
minentem pluviæ, & fulgurum tempestatem, in speluncam se recepissent, eorum unus fulminum metu Deiparæ nomen, & auxilium frequenter invocabat, quod cum socii riderent, ecce tres omnes uno ictu fulminis perierunt, *Mariæ* tantum devoto illæso manente.

Et in illo Mexicano conflictu, cujus *suprà c. præced. num.* 51. meminimus, cum Indi † Deipa- 35
ræ imaginem ex altari templi, ubi eam Cortesius collocaverat, deturbare voluissent, id nullo modo consequi potuerunt, quin potiùs conantibus illam apprehendere, manus hærebant, aut brachia rigebant, vel crura tumescebant, ita ut per templi gradus multis modis sauciati concíderent, ut refert Herrer. *decad.* 2. *lib.* 10. *cap.* 9. & Torquemad. *lib.* 4. *cap.* 69. *pag.* 542.

Commune etiam in eisdem provinciis fuit, ut 36
per † baptismalis aquæ susceptionem, confessionemque & Communionem Sacramentalem multi à variis languoribus sanarentur, & plura alia miracula fierent, quorum aliqua recenset Alan. Cop. *Dialog.* 3. *cap.* 29. *pag.* 437. *& sequentib.& Dialog.* 2. *cap.* 28. *pag.* 296. *& sequentib.* Acost. *lib.* 1. *de procur. Ind. salut. cap.* 6. Thom. Bocius *lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 38. *& lib.* 5. *cap.* 2. *pag.* 159. Illesc. *in hist. Pontific. lib.* 6. *pag.* 535. Fr. Aug. Davila *in d. histor. Ord. Prædicator. lib.* 1. *cap.* 27. *& cap.* 71. *pag.* 177. & Torquemad. *d. lib.* 18. *c.* 7. Ferdinandus enim † Magallanus cum novum Is- 37
thmum, sive Euripum reperiisset, quo duo maria conjungerentur, & *ad Zebu insulam* pervenisset, Reguli ejus nepoti, quem valdè ægrum, & anxium invenit bonam valetudinem pollicitus est, si ad veram Dei fidem conversus, baptismali aqua lustraretur; cumque ille annuisset, statim ab

ab ardentissimis febribus, quibus tenebatur, liber evasit, & postea rerulit cœlestia multa à se in somniis maxima animi jucunditate conspecta. Quocirca Rex, innumerique alii tum Christo nomen dederunt, & Magallanius, quæ fausto initio cœperat prosequuturos plurimos alios morti proximos eodem baptismalis aquæ mysterioso beneficio sanavit.

38 Fœmina † quoque in *hoc Regno Peruano* secundùm Acostam *d. cap.* 6. in suæ infidelitatis errore obstinata, & superstitioni cuidam beneficæ addictissima, quæ cæteris omnibus in illâ familia baptizatis, sola repugnaverat, morbo jam ultimò laborans, misit ad Sacerdotem, ut ad se festinaret, non enim se posse exire de vita, nisi aqua prius salutari perfunderetur. Semel atque iterum accersitus, tandem venit, inveniitque unum in extremis agentem, & Baptismum magno affectu poscentem, rogat, cur tamdiu distulerit? respondet illa, sibi nihil minùs fuisse semper in animo, quam fieri Christianam; oderat enim vel ipsum nomen, sed tamen morti jam propinquanti astitisse sibi juvenem candidum, qui anteactam vitam acriter reprehenderit, & Christi religionem quantocius suscipere persuaderet; contrà verò tetrum quemdam Æthiopem ex altera parte patriam superstitionem diù inculcasse, & cum anxia diu hæreret, tandem vicisse juvenem Christi, statimque tantùm sibi Baptismi desiderium accensum, ut nihil aliud lamentaretur, quàm se à prima ætate non fuisse Christianam. Quid multa? interrogata de fide pro more, & pœnitentiam anteactæ vitæ, magno dolore significans, baptizatur, & baptizata protinus animam efflat, ipso Sacerdote cum cæteris, qui aderant, vehementer admirante.

39 In *Mexicana provincia* † alium fermè similem casum cuidam Indo ægroto accidisse refert Fr. August. Davila *dicti. lib.* 1. *cap.* 39. Nam cum hic Baptismum suscipere distullisset, & morti proximus esset, dæmon ei tetterrima specie comparuit, inferni pœnas, eam ob causam minatus. Quod æger animadvertens, humi serpens, ut potuit, se ad Monasterium contulit, & quæ viderat parocho narrans ubi ab eo Baptismum accepit, læ-
40 tus admodum spiravit. Idem auctor † *eod. lib.* 1. *cap.* 29. ex fide dignis testimonlis commemorat in *Mechoacana provincia* anno 1540. sacratum Christi Eucharisticum corpus ex Sacerdotis manibus evolasse, & in os Indiæ miraculose ingressum, quæ sacram synaxim ardentissimè præstolabatur.

41 Indus † alius baptizatus, & testimonium bonum habens in simplicitate, & sobrietate sua, ut narrat Acost. *d. cap.* 6. cum mortuus omninò crederetur, triduum integrum jacuit, panno cooperrus ab uxore, quæ in loco satis remoto degens, adjutorium alicujus ad sepulturam expectabat; tunc repentè movere se cœpit, & uxorem admirantem, ac paventem vocans, vera esse dixit, quæ à Christianis dicerentur de vita futura; nam se, perductum à quodam, multa ac stupenda vidisse, quæ postea coram Archiepiscopo, & aliis viris sapientibus interrogatus, ita aptè, & aperte narravit, eaque vultus constantia, lacrymis, ac profundo quodam affectu, ut evidenter pateret, illa omnia non aliter sibi potuisse innotescere, quàm

facta super eum manu Domini, per mirabilem extasim, ut in illo † Mercuriali, de quo August. 42
scribit *in lib. de cura pro mort. agen. cap.* 12. vel altero Steelsio, de quo Beda *in sua histor. Angl. lib.* 2.

Neque abest notabilis relatio † altertius mira- 43
culi, quod in *Mechoacana provincia* cuidam Indo confessionem paranti accidisse, latè scribit Joan. Boter. *dicti. 4. part. lib.* 3. *pag.* 86. & 87. Et *pag.* 91. & *seqq.* multo latiùs enarrat aliud exemplum cujusdam † Indiæ dictæ *Catharina* in provincia 44
Sanctæ Crucis de Monte, quæ quia proterve nimis in confessionis Sacramento gravia aliqua peccata conticuit, multis magisque dæmonum visionibus, & suppliciis in morte, & post mortem afflicta fuit.

His non ineptè addere possem † plurima alia 45
miracula, quæ passim operata leguntur à multis religiosissimis omnium Ordinum, & aliis Ecclesiasticis viris, qui ad has provincias animarum zelo, & pia Regum nostrorum cura primis conversionis temporibus transfretarunt, & præcipuè à venerandis Patribus Toribio Motolinia, Joan. à S. Francisco, Martino à Valentia, Andrea de Olmo, Joan. ab Overo, Francisco Colmenario, & aliis eorum sociis, & sequacibus ex Ordine Minorum, & Fr. Petrus à Corduba, Dominico Betanzos, Aloisio Berttrando, Juliano Garces, Dom. à Cruce, Domin. à S. Maria, Thom. à Rosar. Ludovic. Cancel. ex Ordine Prædicatorum, nisi plenè satis & eleganter de eis scripsissent Franc. Gonzaga Episcopus Cæphalensis, *in histor. Minorit. ad fin.* Marcus Ulyssipon. Episcopus Porti *in* 3. *part. Chronic. ejus d. Ord. lib.* 8. Thom. Boc. *lib.* 12. *de sign. Eccles. Dei*, *sign.* 57. *cap.* 21. Fr. August. Davil. *in tota sua aurea histor. fundat. Ordin. Prædicat. provinciæ Mexicanæ*: Joan. Bot. *in suis relationibus univers.* 4. *part. lib.* 3. *ex pag.* 51. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib.* 4. *cap.* 5. passim Anton. de Herrera *in d. histor. gener. Ind.* Fr. Alphons. Ferdinand. *in hist. Eccl. nostr. temp. lib.* 1. *per tot.* & novissimè, ac multum copiosè Fr. Joan. à Torquemad. *in d. Monarch. Ind. lib.* 17. *ex cap.* 14. *usque ad* 19. *& lib.* 18. *cap.* 8. *& lib.* 20. *& 21. per tot.* & Fr. Anton. Remesal. *in histor. provinc. Guatemalæ*; & Fr. Joann. Nuñez de Torres *in instructione statuum Eccles. tract.* 6. *c.* 4. 5. 2. *& 3. ex pag.* 551.

Neque † eidem conversioni, & vocationi ad 46
eam factæ defuit aliud signum, & testimonium, quod Ecclesiæ Dei fidem inter alia confirmat, & Spiritus sancti assistentiam ostendit, scilicet continuata Martyrum series, & propriì sanguinis effusio pro Christi cultu inter gentes disseminando, † juxta illud 1. Joan. 3. *Tres sunt qui testi-* 47
monium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt, & tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Et alia quæ de prædicto martyrii signo eleganter cogerit Thom. Boc. *lib.* 7. *sign.* 27. *cap.* 3. Suar. *in tract. de fid. disp.* 4. *sect.* 3. *num.* 6. Nam idem Thom. Boc. *ibid. vers. In Occidentalibus verò Indiis*, aliquos numerat, † qui constanti animo, 48
& religione pro Fide in illis prædicanda, & propaganda, martyrii coronam meruerunt, & alios quindecim addidit *in lib.* 12. *cap.* 22. & plures præter eos commemorat Torquem. *dicti. cap.* 8. &

dict. lib. 21. & Fr. Alph. Ferdin. *dict. lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 23. *& cap.* 5. *& cap.* 45. *pag.* 156. *& p.* 183. Et de his Martyribus sic Hieronymus Badesius
49† apud Bocium *dict. cap.* 22. nimis verè, & poeticè cecinit:

Vos ô qui primùm extremos properastis ad Indos,
Ut nossent verum pectora cæca Deum.
Quàm benè pro tali vestrum pietate cruorem
Fudistis! major te feret inde seges.
Nec quicquam ferro proscinderet arva colonus,
Semine ni gravidas spargeret imbre agros.
Cernitis ut magno crescat jam fœnore messis,
Et vestra uberior sit labor ille nece.

CAPUT VI.

De tertio titulo, qui ex jure inventionis, & occupationis hujus Novi Orbis per Hispanos primùm factæ, desumitur. Et an, & quatenus justus, & legitimus censeri debeat.

SUMMARIUM.

1 *Divina voluntas ubi certa est, plenissimum titulum regnorum inducit.*
2 *Dei providentia, & dispositione etiam si aliqui puniantur, & suis regnis spolientur, non tamen ob id à culpa excusantur punientes, vel spoliantes.*
3 *Babiloniæ Reges populum Dei ex divina providentia, & consilio captivum duxerunt, & nihilominus in eo facto peccarunt.*
4 *Ieroboam peccavit avertendo populum à Roboam, quamvis Deus id præordinavit.*
5 *Deus aliquando victorias concedit, non tam ob merita vincentium, quàm ob peccata eorum, qui debellantur.*
6 *Dona dantur ab Spiritu sancto ad perficiendas virtutes.*
7 *Fides, vel auctoritas sacra ubi ostendit, quid agendum sit, non est recurrendum ad dona.*
8 *Miracula divina facilè ad exemplum humanarum actionum producenda non sunt.*
9 *Hispani omnium primi Novum Orbem detexerunt, & occuparunt.*
10 *Titulus primæ inventionis, & occupationis juvat Hispanorum Regum curam in dominatione Novi Orbis ejusque meminerunt Victoria & Greg. Lopez.*
11 *Pat. Ferdin. Rebellus in conquisitione Indiarum Orientalium per Lusitanos facta, multum probat titulum primæ occupationis.*
12 *Dominia rerum à naturali possessione cœperunt.*
13 *Primò inventientes, & occupantes res aliquas mobiles, vel immobiles naturali jure earum domini fiunt.*
14 *Occupationis prima alicujus rei titulus, omnibus aliis acquisitionis modis antiquior, & excellentior est, secundùm Aristot. Cicer. & alios.*
15 *Libera quæ sunt, transeunt in jus occupantium.*
16 *Omnibus, quod nascitur, industriæ præmium est.*
17 *Inventionis primæ titulus solus non sufficit ad rem aliquam acquirendam, nisi ejus etiam apprehensio, & occupatio sequatur.*
18 *Statuta quæ inventos cum armis puniri jubent, an etiam apprehensionem requirunt.*
19 *Insulæ maris, & quæ postea in illis ædificantur, primo inventientium, & occupantium fiunt.*
20 *Venetorum Respublica semper libera fuit, & quare.*
21 *Insulæ maris dominium, licet primo occupanti quæratur, suprema autem ejus jurisdictio ei competit, qui in illo mari imperium habet.*
22 *Mari ille imperare videtur, qui in continenti proximè imperium habet.*
23 *Bella ab hostibus capta communi omnium gentium jure capientium fiunt, & plurimi auctores, qui de hoc articulo agunt. D. Melchior de Valentia citatur, & laudatur, ibid.*
24 *Bellicam artem secundùm naturam acquisitivam esse Plato, Aristot. & alii Philosophi, tradunt.*
25 *Victoria, inter præcipua genera rerum acquirendarum, à Cicerone connumeratur.*
26 *Bella capta capientium fiunt etiam inspecto jure divino ex doctrina D. Ambros.*
27 *Virgilii locus 9. Æneid. expenditur.*
28 *Novi Orbis plures regiones titulo justi belli Hispanorum Regum effectæ sunt.*
29 *Reges & Principes supremi, licèt personaliter bellis non intersint, quæ à suis vassallis geruntur, earum tamen terrarum, quæ ab illis conquiruntur, dominium acquirunt.*
30 *Conquisitores Novi Orbis semper pacti sunt, provincias à se detectas & subjugatas Regum Hispaniæ imperio, veluti eorum procuratores, acquisituros.*
31 *Protestatio facta à Columbo, & aliis ubi primùm novas provinciar occupabant.*
32 *Peciste non tam videntur, qui jussit parere, quam qui jubent.*
33 *Testis dictum valet dicentis, Titium ligna amputasse, quamvis Titius id per alium fecerit.*
34 *Regis Fisco, aut Dominio cedunt terræ omnes, quæ à vassallis bello quæruntur, etiamsi bella vassallorum expensis fiant.*
35 *Bello capta qualiter dividantur, & plures auctores, qui de hoc agunt.*
36 *Lex si captivus 20. §. expulsis, ff. de captivis, explicatur, & illustratur.*
37 *Præda qualibet post exitum belli capta publicari solet.*
38 *Bella in ipso conflictu quæ capiuntur, qualiter dividantur.*
39 *Prædarum dividendarum varii modi, & mores remissivè.*
40 *Princeps supremus ultra immobilia debet habere quintam partem prædarum moventium, & semoventium, quæ bello capiuntur.*
41 *Regale est jus habere quintam partem movearium, & semoventium bello captorum.*
42 *Princeps non potest in perpetuum alienare regale jus sibi competens in bonis, quæ bello capiuntur.*
43 *Imperia, & regna mundi ferè omnia bello parta sunt.*
44 *Monarchia Romanorum, & aliæ, quæ in Orbe maximè fuerunt per tyrannidem partæ sunt.*
45 *Auctores plures referuntur, qui exempla adducunt regnorum ambitiosè, & per bella captorum.*
46 *Regnorum jamdiu constitutorum origo repetenda, & discutienda non est.*
47 *Imperium, ut inter animalia, valentioribus, & robustioribus sui generis datur; ita etiam inter homines, victoras & potentiores victis imperare debere qui docuerunt.*
48 *Legitimum dici non debet, nisi quod de jure legibus venit.*
49 *Bella ob nullam omninò causam movere licere, hæresis est à multis pris, & doctis viris damnata.*
50 *Bella, quæ justè, & legitimè inferuntur probari debent, & jus acquisitionis victoribus præbens.*
51 *Bella injusta, & per solam violentiam illata, nullo jure probantur, neque legitimum dominium præstant, & auctores qui de hoc agunt.*
52 *Bellum ut justum sit, quibus ex causis, & qua intentione inferri debeat.*
Lex ut vim, ff. de just. & jure, exornatur, *ibid.*
55 Cap. dispar. 23. q. 8. & cap. militare 23. quæst. 1. exornantur.
54 *D. Isidor. & August. qualiter bellum justum desiniant.*
55 Cap. Dominus 23. quæst. 2. explicatur, & illustratur.
56 *Alexandri Magni bella magna latrocinia vocantur à D. August.*
57 *Herodoti elegantissima verba advertit eos, qui injusta bella inferunt.*
58 *Senecæ locus de latrociniis Alexandri Magni expenditur, & emendatur.*
59 *Cineas qualiter Pyrrhum bella injusta sola inani gloria moventem dissuaserit.*

60 *An-*

60 *Antigonus expressè docuit, bella injusta inferentes, justitiæ amatores esse non posse.*
61 *Titulus primæ inventionis, & occupationis Novi Orbis parum sufficiens judicatur à Victoria, & Gregor. Lopez.*
62 *Regula juris gentium, quæ primò invenientibus, & occupantibus dominia rerum concedit, qualiter sit accipienda.*
63 *Novi Orbis regiones, & provinciæ non erant vacuæ, & desertæ, quando ab Hispanis detectæ sunt.*
64 *Indi multò ante quam Hispani provincias Novi Orbis invenerunt, & occuparunt, ac per consequens veri illarum domini effecti videntur.*
65 *Indi si forte invenissent, & occupassent terras ab Hispanis antea possessas, earum domini non efficerentur.*
66 *Jus naturale, & gentium omnibus nationibus commune est, & æquale.*
67 Lex 1. §. jus naturale, & §. jus gentium cum fin. lib. *perpenditur, & illustratur.*
68 *Jus gentium quibus nominibus designetur à variis auctoribus.*
69 *Jure gentium introductæ sunt divisiones hominum, provinciarum, regnorum, & dominiorum, & quare.*
70 *Communio semper rixas, & discordias produxit, &* num. 73.
71 *Gentium, Urbium, & Imperiorum separatio & constitutio ante, & post diluvium quomodo ceperit.*
72 Lex ex hoc jure, ff. de just. & jur. & similes, *illustrantur.*
73 Lex cùm patet, 69. §. dulcissimus, ff. de legat. 2. *exornatur.*
74 *Auctores Philosophi, Theologi, & Jurisperiti, qui tractant de gentium, Imperiorum, & dominiorum distinctione.*
75 *Dominiorum, & provinciarum distinctio ab aliquibus jure divino constituta esse dicitur.*
76 *Fabula notabilis à Platone relata de dominiorum, & provinciarum distributione.*
77 *Jus divinum immutabile, & invariabile est.*
78 *Juris divini præceptum est aliorum bona, & possessiones non concupiscere.*
79 *Lucra honesta appellat Cassiodorus ea, per quæ nemo ditatur, nec suis bonis exuitur.*
80 *Inventionis, & occupationis primæ titulus, licet non prosit Hispanis ad provincias Novi Orbis, quas ab Indis possessas, colitas, & habitatas invenerunt, proderit tamen, quoad desertas & vacuas.*
81 *Provinciæ, & loca aliqua Novi Orbis deserta reperta sunt ab Hispanis.*
82 *Victoriæ, & Molinæ verba referuntur de justa occupatione insularum, & provinciarum desertarum Novi Orbis.*
83 *Insulæ de Caboverde, quas Hesperides aliqui appellant, & insula D. Thomæ sub Æquinoctiali vacuæ, & desertæ à Lusitanis inventæ sunt, & aliæ,* num. 85.
84 *Desertarum insularum, & regionum habitatio, & cultura est unum ex signis, sive argumentis excellentiæ Christianæ religionis* secundùm Thom. Bozium.
86 *Isaiæ Prophetia cap. 32. 35. & 59. de locorum desertorum habitatione, & cultura in Ecclesia Novi Orbis impleta est.*
87 §. Feræ, inst. de rerum divisione, *expenditur.*
88 *Loca deserta, & inculta hodie etiam primo occupantium fiunt.*
89 *Fundi qui apparent nunquam fuisse culti, præsumuntur nullius in bonis fuisse, & occupantis fiunt.*
90 *Loca, quæ non constat per aliquem fuisse occupata, & culta nullius in bonis censeri, & occupantis fieri, centuit Aretin. etiamsi jaceant intra territorium alicujus civitatis, vel Principis; sed contraria opinio magis verior, & receptior est.*
91 *Possessione ex antiqua alicujus territorii, vel castri, quidquid intra illud est terrarum, vel locorum ad castri dominum pertinere videtur.*
92 *Terræ omnes sive sint herbidæ, & incultæ, sive mon-*

tuosæ ad Regem in dubio spectare censentur.
93 *Rex fundat suam intentionem in omnibus terris, quæ in suo regno desertæ, & incultæ reperiuntur.*
94 *Ælius Pertinax Imperator, quicquid in Italia, aut alibi incultum, & desertum erat, occupantibus concessit.*
95 *Agrorum desertorum nomine, qui ad culturam redigebantur, decima pars fructuum Reipubl. pendebatur.*
96 *Terræ & provinciæ, quæ à prioribus dominis deseruntur, occupantis fiunt.*
97 *Res suas, qui pro derelicto habet, eas primo occupanti donare videtur.*
98 *Res eisdem modis amittuntur, quibus acquiruntur.*
99 *Terræ desertæ, & incultæ ex consuetudine in multis Cattelle partibus acquirit ur, qui primo eas occupat, & ad culturam redigit.*
100 *Consuetudo immemorabilis, ut terræ herbidæ fiant occupantium, servari debet.*
101 *Locorum desertorum, & herbidorum alienatio facilior est, quam aliorum.*
102 Lex quicumque, & aliæ plures, tit. C. de omni agro deserto, *explicantur.*
103 *Agri deserti novis possessoribus, & cultoribus post decem lapsum in perpetuum applicantur, & quare,* num. 105.
104 *Agros desertos qui invadit, & colit, non incidit in panam* l. cùm quærebatur, & l. si quis in tantam, C. unde vi.
105 *Favor agriculturæ, & tributorum cohonestat aliquisitionem.*
106 *Agri deserti præscriptio quo modo, & tempore currat.*
107 *Auctores recensentur, qui agunt de materia,* C. de omni agro deserto.
108 *Inventionis & occupationis titulus, quo sensu acceptus securus, & legitimus sit.*

PAtet ergo ex superioribus satis abundè, nec leves, nec improbabiles esse titulos acquisitionis & dominationis hujus Novi Orbis, quos ex divina concessione, aut saltem inspiratione deduximus, tot signis, & miraculis insignata. Et planè† si de expressa Dei voluntate omnino constaret, nihil amplius quærere opus esset, cum in ea omnium Regnorum jura consistant, ut latè probavimus suprà c. 2. *ex n.* 3. At verò cum argumenta, considerationes & testimonia, quæ ad illam ostendendam, & comprobandam perpendimus etsi efficacissima sint, possint tamen ad solam providentiam, & dispositionem divinam referri, & evidenter probari prædicta concessio non posset, ulterius nos procedere convenit, & alios atque alios titulos indagare, quibus prædicta occupatio, & dominatio magis justa, & secura reddatur, ut in simili de occupatione terræ Amorrhæorum loquens, tradit D. August. *quæst.* 20. *in Josue*, relatus à Suar. *in tract. de carit. disp.* 13. *de bello sect.* 5. *num.* 2. 1

Etenim† quamvis Deus suo peculiari judicio 2
istorum Barbarorum punitionem, & conversionem decreverit, atque ut in manus & potestatem Hispanorum incideront, ex eo tamen non sequitur, quòd illi qui eos punirent, & suis provinciis, & imperiis privarent, essent sine culpa, aut occupationem, vel invasionem hoc colore factam justam reddere possent, ut patet exemplo† Regum 3
Babyloniæ, qui ex Dei providentia, & consilio contra Ieroboam pugnarunt, filiosque Israel in captivitatem duxerunt, & ejusdem† Ieroboam, 4
qui eodem modo avertit populum à Roboam, & tamen graviter peccasse, & punili esse dicuntur, Reg. 3. *cap.* 12. *&* 4. 17. *&* 34. & ex aliis traditis à Marquard. *in tract. de Judæis, & infidelib.*

dict. lib. 21. & Fr. Alph. Ferdin. *dict. lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 23. *& cap.* 5. *& cap.* 45. *pag.* 156. *& p.* 183. Et de his Martyribus sic Hieronymus Badesius
49† apud Bocium *dict. cap.* 22. nimis verè, & poeticè cecinit:

Vos ô qui primùm extremos properastis ad Indos,
Ut nossent verum pectora cæca Deum.
Quàm benè pro tali vestrum pietate cruorem
Fudistis! major te feret inde seges.
Nec quicquam ferro proscinderet arva colonus,
Semine ni gravidas spargeret imbre agros.
Cernitis ut magno crescat jam fœnore messis,
Et vestra uberior sit labor ille nece.

CAPUT VI.

De tertio titulo, qui ex jure inventionis, & occupationis hujus Novi Orbis per Hispanos primùm factæ, desumitur. Et an, & quatenus justus, & legitimus censeri debeat.

SUMMARIUM.

1 *Divina voluntas ubi certa est, plenissimum titulum regnorum inducit.*
2 *Dei providentia, & dispositione etiam si aliqui puniantur, & suis regnis spolientur, non tamen ob id à culpa excusantur punientes, vel spoliantes.*
3 *Babiloniæ Reges populum Dei ex divina providentia, & consilio captivum duxerunt, & nihilominus in eo facto peccarunt.*
4 *Ieroboam peccavit avertendo populum à Roboam, quamvis Deus id præordinavit.*
5 *Deus aliquando victorias concedit, non tam ob merita vincentium, quàm ob peccata eorum, qui debellantur.*
6 *Dona dantur ab Spiritu sancto ad perficiendas virtutes.*
7 *Fides, vel auctoritas sacra ubi ostendit, quid agendum sit, non est recurrendum ad dona.*
8 *Miracula divina facilè ad exemplum humanarum actionum producenda non sunt.*
9 *Hispani omnium primi Novum Orbem detexerunt, & occuparunt.*
10 *Titulus primæ inventionis, & occupationis juvat Hispanorum Regum curam in dominatione Novi Orbis ejusque meminerunt Victoria & Greg. Lopez.*
11 *Pat. Ferdin. Rebellus in conquisitione Indiarum Orientalium per Lusitanos facta, multum probat titulum primæ occupationis.*
12 *Dominia rerum à naturali possessione cœperunt.*
13 *Primò inventientes, & occupantes res aliquas mobiles, vel immobiles naturali jure earum domini fiunt.*
14 *Occupationis prima alicujus rei titulus, omnibus aliis acquisitionis modis antiquior, & excellentior est, secundùm Aristot. Cicer. & alios.*
15 *Libera quæ sunt, transeunt in jus occupantium.*
16 *Omnibus, quod nascitur, industriæ præmium est.*
17 *Inventionis primæ titulus solus non sufficit ad rem aliquam acquirendam, nisi ejus etiam apprehensio, & occupatio sequatur.*
18 *Statuta quæ inventos cum armis puniri jubent, an etiam apprehensionem requirunt.*
19 *Insulæ maris, & quæ postea in illis ædificantur, primo inventientium, & occupantium fiunt.*
20 *Venetorum Respublica semper libera fuit, & quare.*
21 *Insulæ maris dominium, licet primo occupanti quæratur, suprema autem ejus jurisdictio ei competit, qui in illo mari imperium habet.*
22 *Mari ille imperare videtur, qui in continenti proximè imperium habet.*
23 *Bella ab hostibus capta communi omnium gentium jure capientium fiunt, & plurimi auctores, qui de hoc articulo agunt. D. Melchior de Valentia citatur, & laudatur, ibid.*
24 *Bellicam artem secundùm naturam acquisitivam esse Plato, Aristot. & alii Philosophi, tradunt.*
25 *Victoria, inter præcipua genera rerum acquirendarum, à Cicerone connumeratur.*
26 *Bella capta capientium fiunt etiam inspecto jure divino ex doctrina D. Ambros.*
27 *Virgilii locus 9. Æneid. expenditur.*
28 *Novi Orbis plures regiones titulo justi belli Hispanorum Regum effectæ sunt.*
29 *Reges & Principes supremi, licèt personaliter bellis non intersint, quæ à suis vassallis geruntur, earum tamen terrarum, quæ ab illis conquiruntur, dominium acquirunt.*
30 *Conquisitores Novi Orbis semper pacti sunt, provincias à se detectas & subjugatas Regum Hispaniæ imperio, veluti eorum procuratores, acquisituros.*
31 *Protestatio facta à Columbo, & aliis ubi primùm novas provinciar occupabant.*
32 *Peciste non tam videntur, qui jussit parere, quam qui jubent.*
33 *Testis dictum valet dicentis, Titium ligna amputasse, quamvis Titius id per alium fecerit.*
34 *Regis Fisco, aut Dominio cedunt terræ omnes, quæ à vassallis bello quæruntur, etiamsi bella vassallorum expensis fiant.*
35 *Bello capta qualiter dividantur, & plures auctores, qui de hoc agunt.*
36 *Lex si captivus 20. §. expulsis, ff. de captivis, explicatur, & illustratur.*
37 *Præda qualibet post exitum belli capta publicari solet.*
38 *Bella in ipso conflictu quæ capiuntur, qualiter dividantur.*
39 *Prædarum dividendarum varii modi, & mores remissivè.*
40 *Princeps supremus ultra immobilia debet habere quintam partem prædarum moventium, & semoventium, quæ bello capiuntur.*
41 *Regale est jus habere quintam partem movearium, & semoventium bello captorum.*
42 *Princeps non potest in perpetuum alienare regale jus sibi competens in bonis, quæ bello capiuntur.*
43 *Imperia, & regna mundi ferè omnia bello parta sunt.*
44 *Monarchia Romanorum, & aliæ, quæ in Orbe maximè fuerunt per tyrannidem partæ sunt.*
45 *Auctores plures referuntur, qui exempla adducunt regnorum ambitiosè, & per bella captorum.*
46 *Regnorum jamdiu constitutorum origo repetenda, & discutienda non est.*
47 *Imperium, ut inter animalia, valentioribus, & robustioribus sui generis datur; ita etiam inter homines, victoras & potentiores victis imperare debere qui docuerunt.*
48 *Legitimum dici non debet, nisi quod de jure legibus venit.*
49 *Bella ob nullam omninò causam movere licere, hæresis est à multis pris, & doctis viris damnata.*
50 *Bella, quæ justè, & legitimè inferuntur probari debent, & jus acquisitionis victoribus præbens.*
51 *Bella injusta, & per solam violentiam illata, nullo jure probantur, neque legitimum dominium præstant, & auctores qui de hoc agunt.*
52 *Bellum ut justum sit, quibus ex causis, & qua intentione inferri debeat.*
Lex ut vim, ff. de just. & jure, exornatur, *ibid.*
55 Cap. dispar. 23. q. 8. & cap. militare 23. quæst. 1. exornantur.
54 *D. Isidor. & August. qualiter bellum justum desiniant.*
55 Cap. Dominus 23. quæst. 2. explicatur, & illustratur.
56 *Alexandri Magni bella magna latrocinia vocantur à D. August.*
57 *Herodoti elegantissima verba advertit eos, qui injusta bella inferunt.*
58 *Senecæ locus de latrociniis Alexandri Magni expenditur, & emendatur.*
59 *Cineas qualiter Pyrrhum bella injusta sola inani gloria moventem dissuaserit.*

60 *An-*

60 *Antigonus expressè docuit, bella injusta inferentes, justitiæ amatores esse non posse.*
61 *Titulus primæ inventionis, & occupationis Novi Orbis parum sufficiens judicatur à Victoria, & Gregor. Lopez.*
62 *Regula juris gentium, quæ primò invenientibus, & occupantibus dominia rerum concedit, qualiter sit accipienda.*
63 *Novi Orbis regiones, & provinciæ non erant vacuæ, & desertæ, quando ab Hispanis detectæ sunt.*
64 *Indi multò ante quam Hispani provincias Novi Orbis invenerunt, & occuparunt, ac per consequens veri illarum domini effecti videntur.*
65 *Indi si forte invenissent, & occupassent terras ab Hispanis antea possessas, earum domini non efficerentur.*
66 *Jus naturale, & gentium omnibus nationibus commune est, & æquale.*
67 Lex 1. §. jus naturale, & §. jus gentium cum fin. lib. *perpenditur, & illustratur.*
68 *Jus gentium quibus nominibus designetur à variis auctoribus.*
69 *Jure gentium introductæ sunt divisiones hominum, provinciarum, regnorum, & dominiorum, & quare.*
70 *Communio semper rixas, & discordias produxit, &* num. 73.
71 *Gentium, Urbium, & Imperiorum separatio & constitutio ante, & post diluvium quomodo ceperit.*
72 Lex ex hoc jure, ff. de just. & jur. & similes, *illustrantur.*
73 Lex cùm patet, 69. §. dulcissimus, ff. de legat. 2. *exornatur.*
74 *Auctores Philosophi, Theologi, & Jurisperiti, qui tractant de gentium, Imperiorum, & dominiorum distinctione.*
75 *Dominiorum, & provinciarum distinctio ab aliquibus jure divino constituta esse dicitur.*
76 *Fabula notabilis à Platone relata de dominiorum, & provinciarum distributione.*
77 *Jus divinum immutabile, & invariabile est.*
78 *Juris divini præceptum est aliorum bona, & possessiones non concupiscere.*
79 *Lucra honesta appellat Cassiodorus ea, per quæ nemo ditatur, nec suis bonis exuitur.*
80 *Inventionis, & occupationis primæ titulus, licet non prosit Hispanis ad provincias Novi Orbis, quas ab Indis possessas, colitas, & habitatas invenerunt, proderit tamen, quoad desertas & vacuas.*
81 *Provinciæ, & loca aliqua Novi Orbis deserta reperta sunt ab Hispanis.*
82 *Victoriæ, & Molinæ verba referuntur de justa occupatione insularum, & provinciarum desertarum Novi Orbis.*
83 *Insulæ de Caboverde, quas Hesperides aliqui appellant, & insula D. Thomæ sub Æquinoctiali vacuæ, & desertæ à Lusitanis inventæ sunt, & aliæ,* num. 85.
84 *Desertarum insularum, & regionum habitatio, & cultura est unum ex signis, sive argumentis excellentiæ Christianæ religionis* secundùm Thom. Bozium.
86 *Isaiæ Prophetia cap. 32. 35. & 59. de locorum desertorum habitatione, & cultura in Ecclesia Novi Orbis impleta est.*
87 §. Feræ, inst. de rerum divisione, *expenditur.*
88 *Loca deserta, & inculta hodie etiam primo occupantium fiunt.*
89 *Fundi qui apparent nunquam fuisse culti, præsumuntur nullius in bonis fuisse, & occupantis fiunt.*
90 *Loca, quæ non constat per aliquem fuisse occupata, & culta nullius in bonis censeri, & occupantis fieri, centuit Aretin. etiamsi jaceant intra territorium alicujus civitatis, vel Principis; sed contraria opinio magis verior, & receptior est.*
91 *Possessione ex antiqua alicujus territorii, vel castri, quidquid intra illud est terrarum, vel locorum ad castri dominum pertinere videtur.*
92 *Terræ omnes sive sint herbidæ, & incultæ, sive mon-*

tuosæ ad Regem in dubio spectare censentur.
93 *Rex fundat suam intentionem in omnibus terris, quæ in suo regno desertæ, & incultæ reperiuntur.*
94 *Ælius Pertinax Imperator, quicquid in Italia, aut alibi incultum, & desertum erat, occupantibus concessit.*
95 *Agrorum desertorum nomine, qui ad culturam redigebantur, decima pars fructuum Reipubl. pendebatur.*
96 *Terræ & provinciæ, quæ à prioribus dominis deseruntur, occupantis fiunt.*
97 *Res suas, qui pro derelicto habet, eas primo occupanti donare videtur.*
98 *Res eisdem modis amittuntur, quibus acquiruntur.*
99 *Terræ desertæ, & incultæ ex consuetudine in multis Cattelle partibus acquirit ur, qui primo eas occupat, & ad culturam redigit.*
100 *Consuetudo immemorabilis, ut terræ herbidæ fiant occupantium, servari debet.*
101 *Locorum desertorum, & herbidorum alienatio facilior est, quam aliorum.*
102 Lex quicumque, & aliæ plures, tit. C. de omni agro deserto, *explicantur.*
103 *Agri deserti novis possessoribus, & cultoribus post decem lapsum in perpetuum applicantur, & quare,* num. 105.
104 *Agros desertos qui invadit, & colit, non incidit in panam* l. cùm quærebatur, & l. si quis in tantam, C. unde vi.
105 *Favor agriculturæ, & tributorum cohonestat aliquisitionem.*
106 *Agri deserti præscriptio quo modo, & tempore currat.*
107 *Auctores recensentur, qui agunt de materia,* C. de omni agro deserto.
108 *Inventionis & occupationis titulus, quo sensu acceptus securus, & legitimus sit.*

PAtet ergo ex superioribus satis abundè, nec leves, nec improbabiles esse titulos acquisitionis & dominationis hujus Novi Orbis, quos ex divina concessione, aut saltem inspiratione deduximus, tot signis, & miraculis insignata. Et planè† si de expressa Dei voluntate omnino constaret, nihil amplius quærere opus esset, cum in ea omnium Regnorum jura consistant, ut latè probavimus suprà c. 2. *ex n.* 3. At verò cum argumenta, considerationes & testimonia, quæ ad illam ostendendam, & comprobandam perpendimus etsi efficacissima sint, possint tamen ad solam providentiam, & dispositionem divinam referri, & evidenter probari prædicta concessio non posset, ulterius nos procedere convenit, & alios atque alios titulos indagare, quibus prædicta occupatio, & dominatio magis justa, & secura reddatur, ut in simili de occupatione terræ Amorrhæorum loquens, tradit D. August. *quæst.* 20. *in Josue*, relatus à Suar. *in tract. de carit. disp.* 13. *de bello sect.* 5. *num.* 2. 1

Etenim† quamvis Deus suo peculiari judicio 2
istorum Barbarorum punitionem, & conversionem decreverit, atque ut in manus & potestatem Hispanorum incideront, ex eo tamen non sequitur, quòd illi qui eos punirent, & suis provinciis, & imperiis privarent, essent sine culpa, aut occupationem, vel invasionem hoc colore factam justam reddere possent, ut patet exemplo† Regum 3
Babyloniæ, qui ex Dei providentia, & consilio contra Ieroboam pugnarunt, filiosque Israel in captivitatem duxerunt, & ejusdem† Ieroboam, 4
qui eodem modo avertit populum à Roboam, & tamen graviter peccasse, & punili esse dicuntur, Reg. 3. *cap.* 12. *&* 4. 17. *&* 34. & ex aliis traditis à Marquard. *in tract. de Judæis, & infidelib.*

3. *part. cap.* 1. *num.* 41. & in nostris terminis advertit Victor. *d. relect.* 1. *de Indis circa finem, vers. Septimus titulus*, Covarr. *in reg. peccatum*, 2.*part.* §. 10. *num.* 2. *vers. Non obstat primum*, M. Dom. Bañez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 10. *cap.* 530. *vers. Sed est argumentum*, & *procem. hist. Indiarum*, Hieron. Benzonis *in* 4.*part. Americæ pag.* 5. & 6.

5 Solent † quippe aliquando Principum, & populorum peccata ita Dei animum commovere, ut magis propter eorum punitionem, quàm ob merita debellantium, victorias largiatur juxta celebrem doctrinam D. August. *lib.* 10. *de Civit. Dei, cap.* 43. ubi sic inquit: *A Moyse, & Jesu Nave duobus mirabilibus Ductibus bella prosperrima, ac mirabiliter gesta sunt Deo contestante, non tam propter merita Hebræi populi, quam propter peccata earum, quæ debellabantur, gentium, illas eis provenisse victorias.*

Rursus, ne prædictis titulis usquequaque fidamus, idem Victoria perpendit, quòd ex doctrina
6 D. Thom. 1. 2. *quæst.* 68. dona † dantur à Spiritu Sancto ad perficiendas virtutes, ac proinde ubi
7 † fides, aut auctoritas, aut providentia ostendit, quid agendum sit, non est recurrendum ad dona, neque divina † admiranda miracula ad humanarum actionum exemplum, vel excusationem facilè producì debent, *cap. ultim.* §. *ultim. in fin.* 4. *quæst.* 3. cum aliis traditis à Corral. *in paraphras. Sacerd.* 1.*part. cap.* 3. *num.* 4. & Mainard. *decis. Tholos.* 93. *n.* 5. *lib.* 4.

Quamobrem ipse idem Mag. Victoria *in d. relect. de Indis num.* 32. *vers. Et ideo alius titulus*, ex aliorum opinione, alium titulum breviter re-
9 fert, qui dicebant, † jure inventionis, & occupationis ad eos rectissimè pertinere, cùm Hispani primi fuerint, qui ipsorum Regum jussu tot, ac tantis periculis superatis, has regiones detegere, lustrare, & occupare cœperunt, quas neque de nomine antiquitas noverat, ut docet Thom. Boc. *in lib. de robore belli cap.* 9. *pag.* 312. & *cap.* 13. *pag.* 337. Subditque Victoria, nullum alium † titulum initio hujus detectionis pratensum fuisse, eoque solo insignem illum Columbum Januensem primò navigasse.

Et ejusdem tituli verba Victoriæ ad literam referens meminit Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 23. *part.* 2. *glos. mag. column.* 3. & *column.* 9. *vers. Subdit etiam*, & probare videtur Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salu. lib.* 2. *cap.* 8. *pag.* 54. inquiens, rationi consonum fuisse, ut Hispaniæ Regibus à Roman. Pontificibus Indiæ concederentur: *Cùm & illorum auspiciis atque ope primum inventa utraque India sit, & navigationi Oceani opportunissima Hispania sit denique primi illi eam provinciam, & petiverunt, & studiosè curarunt.* Et ipsum Alexand. VI. hujus concessionis diploma, quod (huc nimirum, ut apparet respiciens) sæpè sæpiùs repetit, has insulas, &
8 terras firmas aliis Christianis Principibus hactenus cognitas, repertas & possessas non fuisse.

11 Neque abest † eruditissimus P. Ferdinand. Rebell. *lib.* 18. *de just. & jur. q.* 23. *sect.* 4. *in princ.* ubi agens de simili indagatione, & occupatione Indiarum Orientalium à Lusitanæ Regibus facta, eam justam, & legitimam esse dicit: *Vel ex jure ipso primæ conquisitionis, primæque occupationis non multò secus, ac primi illi terræ habitatores, & occupatores in divisione, terræ jus habebant ad maria, & provincias, quas indagabant, & primo occupabant; præsertim cum longè difficilior fuerit Lusitanis Oceani omnino antea clausi apertio, & complurium Barbararum gentium, Christo Domino hostium, debellatio.* Idemque de eisdem Lusitanorum conquisitionibus agens novissimè probat Seraphin. Freit. *de just. Imper. Asiat. cap.* 3. adducens Petr. Nanium *in epist. ad Damianum à Goes*, quæ habetur *in princip. suæ Hist.* 1. *tom. hist. Hispan. pag.* 1160. Ubi post alia sic habet: *Denique Antipodum munera duplici ratione Hispanorum sunt, vel quod ipsi hunc Orbem invenerunt, vel quod soli inde omnia reportant in suas apothecas, &c.* Quæ omnia quanto magis validè, & securè procedant in hac Castellanorum Regum Novi Orbis detectione, conversione, & occupatione, nemo non videt.

Potestque cum ipsis, & ultra ipsos non inefficaciter idem titulus confirmari ex vulgata illa justi regula, qua docemur rerum † dominia à natu- 12
rali possessione cœpisse, *l.* 1. *ff. de acq. posses.* quæ possessio illis, naturali etiam, & gentium jure inspecto, tribuitur, qui primi insulas, † vel alias 13
terras, aut res quaslibet invenerint, & occupaverint, *d. l.* 1. *de acquir. posses. l.* 1. §. 1. & *legib. seqq. ff. de acquir. rer. dom.* §. *feræ*, & §. *insula, instit. de rerum divis. cap. jus naturale, cap. jus gentium*, ibi: *Sedium occupatio, dist. l.* 17. *cum seq. tit.* 28. *part.* 3.

Et hunc esse † primum, & præcipuum rerum 14
omnium acquirendarum modum, eleganter agnoscit Aristot. *lib.* 1. *Polit.* Cicer. *lib.* 1. *de Offic.* Quint. *declamat.* 13. his verbis: *Multa † quæ li-* 15
bera fuerant transeunt in jus occupantium: & † 16
Quod omnibus nascitur industriæ præmium est. Et tradunt alia Balduin. & Vulter. *in d.* §. *feræ*, & *in d.* §. *insula*, Gifan. *in d. l.* 1. *de acquirend. rer. dom. n.* 13. Alexand. Turamin. *lib. singul. de leg.* 2.*p. cap.* 10. *n.* 27. Anton. Faber. *in Jurisp. Papinian. tit.* 2. *princip.* 4. *illat.* 4. & Osuardus *in Donello enucleato, lib.* 4. *cap.* 7. & 8.

Ideò autem diximus † *invenerint, & occupave-* 17
rint, quia solam inventionem non sufficere ad hunc naturalem quærendi modum, nisi, & occupatio accedat, tenet Bart. Alexand. Jas. Ripa Romuleus, & alii *in d. l.* 1. *de acquir. poss. acq. ejusdem text. in ultim. verb. l.* 3. §. *Neratius, ff. eod. & l. si Barsatoram, C. de fidejussor.* rejecta sententia glossæ quæ contrarium existimavit in §. *item Lapilli, & §. thesaurus, instit. de rer. divis.* Inde inferentes † ad statuta, quæ inventos cum 18
armis puniri jubent, ut verè, cum eisdem captos, & apprehensos esse requirere videantur. Quam doctrinam, etsi in dubium revocet Jas. *in l.* 1. §. *hæc verba n.* 7. *ff. quod quisque juris*, & absolutè reprehendat Cujac. *lib.* 12. *observat. cap.* 38. sub aliquibus tamen distinctionibus cæteri magis communiter recipere solent, ut constabit ex Socin. *in d.* §. *Neratius*, Hippol. de Marsil. *sing.* 303. & ex plurimis aliis relatis per Anton. Gom. *in l.* 44. *Tauri, num.* 48. Redin. *de majest. Princip. verb. Armatam ex n.* 193. Jul. Clar. & ejus additionator Bajard. *recept. tentent.* §. *fin. q.* 82. *statut.* 6. *vers. Quæro, stat statutum*, Tiber. Decian. *lib.* 8. *criminal. cap.* 4. *n.* 5. *vers. Quid si fiat.* Menochi. *de arbitr. casu* 394. *n.* 50. Bobadill. *in Polit. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 12. Flores de Mena *in addition. ad* Anton. Gamam *decis.* 167. Hieronym. Zevall. *pract. commun. quæst.* 651. & novissimè Ludov. Rodolphin. *lib.* 2. *q.* 34.

19 Et est adeò verum, † insulas maris invenientium, & occupantium fieri, ut non solùm insulæ ipsæ, sed etiam urbes, & oppida, quæ in illis postea construuntur, & ædificantur, propriæ incolentium fiant, & ab omni jurisdictione liberæ ma-
20 neant, ut de † Venetorum inclyta urbe, & sui semper juris asserta Republica tradit Salicet. *in l.* 3. *C. de naut. fœnor.* Cœpola *in tract. de servit. rustic. tit. de mari, cap.* 29. Jas. Ripa, & alii *in l. si insulam, ff. de verb. obligat.* idem Jas. *in l. ex hoc jure, n.* 16. *ff. de just. & jur.* & Peregr. *de Jure fisci lib.* 8. *n.* 62. & 63. & Freit. *de tract. de Imp. Asiat. cap.* 10. *n.* 32. & *seqq.* Licet alii do-
21 ceant, † dominium quidem occupantibus quæri, superioritatem verò, & jurisdictionem hujusmodi locorum ad eum pertinere, qui in illo mari im-
22 perium habet. Mari † autem imperare videri, qui in continenti proxima imperat, ut argumento, *l. venditor, ff. commun. præd.* apertè scribit glos. *in cap. ubi periculum, de elect. in* 6. ubi Dominic. Angel. Aretin. *in d.* §. *insula, arg. l. decernimus, C. de sacros. Eccles.* Bart. *in tract. Tyberiadis, verb. Insula*, Castrensis *in l. insula, ff. de judiciis*, Felin. *in c. cum olim de except.* Decius *in c. licèt causam de probation.* Cœpola *ubi sup. n.* 14. Corneus *cons.* 322. *vol.* 1. & *cons.* 152. *num.* 1. *vol.* 4. Anton. Cors. *in sing. verb. jurisdictio*, Hieron. de Monte *in tract. de finium regundor. cap.* 39. Angelus Matthæatius *de via ratione juris lib.* 1. *cap.* 36. Pereg. *de jure fisci lib.* 8. *n.* 25. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 46. *n.* 234. & novissimè allos citans Borrel. *in summa decis. tit.* 41. *de jurisd. & imp. n.* 125. *fol.* 158. *pag.* 2. Dom. Joan. Bapt. Valenzuela *consil.* 100. *n.* 55. & Nos *infrà cap.* 25. *num.* 70.

23 Accedit his, quòd secundùm communem aliam ejusdem juris gentium introductionem, † ea etiam quæ ab hostibus bello capiuntur propria capientium fiunt, *d. l.* 1. *vers. Item bello capta, ff. de acq. poss. l. naturalem* 5. §. *ult. l. transfugam* 51. *ff. de acq. rer. dom. l. hostes* 24. *l. si quid bello* 28. *ff. de captivis*, §. *item ea quæ hostibus, inst. de rerum divis. cap. jus gentium*, 1. *distinct. l.* 1. & *per tot. tit.* 26. *part.* 2. *l.* 20. *tit.* 28. *part.* 3. cum latè traditis à D. Thom. 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1. & *lib.* 3. *de regim. Princ. cap.* 11. Sylvest. *in summ. verb. bellum*, Alph. à Castro *de justa hæret. punit. lib.* 2. *cap.* 14. Victor. *in relat. de jure belli, n.* 51. & *seqq.* Covarr. *in reg. peccatum* 2. *part.* §. 9. & §. 11. *num.* 1. Menchac. *lib.* 1. *de inces. creat.* §. 1. *n.* 43. Alciat. *in l. hostes n.* 7. *de verb. signif.* Vacon. *lib.* 1. *declarat. jur. cap.* 21. & *lib.* 2. *cap.* 35. Conan. *lib* 1. *commentar. jur. cap.* 3. *n.* 4. Anto. Conc. *lib.* 1. *disput. c.* 12. Romuleo *in d. l.* 1. *de acq. posses. ex n.* 23. eruditis. Petr. Faber *lib.* 2. *semest. cap.* 3. & 4. Osualdo in Donel. *Enucl. lib.* 4. *cap.* 21. Cardin. Thusc. *pract. concl. jur. tom.* 1. *verb. Bellum conclus.* 39. 40. & 41. Petr. Cenedo *collect.* 59. *ad Decretum pag.* 84. Camillo Borello omnino videndo *in tract. de præst. Reg. Cath. cap.* 47. *ex n.* 135. Callst. Ramirez *de lege Regia*, §. 26. *n.* 64. & novissimè D. Melchior de

Valencia *illust. tract. jur. tr.* 2. *cap.* 5. *n.* 24. & *sequent.* Qui bellorum originem & effectus satis eruditè recenset, & se dignum Primariæ Cathedræ Juris Civilis in Salmanticensi schola Nomodidactem ostendit, in qua ego eumdem olim auditorem habuisse, & exercuisse, non parum lætor & glorior, Ægid. Bened. *in l. ex hoc jur. ff. de just. & jur. tom.* 1. *cap.* 1. *per tot.* & Seraph. Freit. *de just. Imp. Asiat. cap.* 9. *n.* 11.

Et ante omnes † docuit Plato *lib.* 1. *de legib.* 24
Aristot. *lib.* 1. *Polit. c.* 4. & 5. Thucydides *lib.* 5. Cyrus apud Xenoph. *lib.* 2. & Menalaus apud Libanium, quorum Græca verba refert. Balduin. *in d.* §. item ea, & Joan. Borchol. *in* §. *servitus inst. de jur. person.* Ubi hac de causa bellicam artem secundum naturam acquisitivam esse inquiunt, & hanc legem omnibus hominibus esse communem, & ex jure gentium profectam, Cicer. *d. lib.* 1. *offic.* Ubi inter † præcipua rerum acquirendarum 25
genera, post occupationem, victoriam numerat, & D. Ambros. *lib.* 1. *de Abraham, cap.* 3. Ubi inspecto etiam jure † Divino *Genes.* 14. ad illum per- 26
tinuisse ait res illorum Regum, quos bello superaverat, quamvis eas accipere noluisset, cujus sententia refertur *in cap. dicat aliquis* 23. *q.* 5. Neque † abest Virgil. 9. *Æneid.* sic inquiens: 27

Si vero capere Italiam sceptrisque potiri
Contigerit victori, & prædæ ducere sortem.

Unde † cùm hæ Occidentales & Meridiona- 28
les regiones, non solùm inventæ & occupatæ, sed in multis etiam partibus per bellum, justis de causis illatum, ab Hispanis subjectæ fuerint, ut in capitibus sequentibus ostendemus, multò planius affirmare possumus, illarum possessionem & mediante possessione dominium, jurisdictionem, & imperium communi omnium hominum jure Nostris Catholicis Regibus acquisitum fuisse. Nam † licet ipsi hujusmodi occupationibus, & 29
militaribus expeditionibus personaliter non interfuerint, Christophorus tamen Columbus, & reliqui Duces, qui post illum ad has provincias navigarunt, veluti procuratores Regum Hispaniæ erant & eorum nomine acquisierunt, quidquid uspiam terrarum occuparunt, & debellarunt *d. l.* 1. §. *adipiscimur, ff. de acq. poss. l.* 1. *C. eod. l.* 1. *C. per quas personas nob. acq. l.* 3. §. *cùm igitur, ff. de vi & vi armata, cùm similib.* Sub † his quippe pactis, & 30
conditionibus ad eas inquirendas semper missi sunt, ut refert Anton. de Herrer. *in hist. gen. Ind. decis.* 1. *lib.* 10. *cap.* 1. & 2. & *dec.* 2. *lib.* 3. *cap.* 99. & constat ex plurimis schedulis, mandatis & instructionibus Regiis, quæ habentur *in tom.* 4. *ex pag.* 236.

Et ita † ipsi Duces protestari solebant, ubi 31
primum easdem provincias ingrediebantur, sequentes ejusdem Columbi exemplum, qui simulatque in primam Novi Orbis insulam Guanahani dictam exscendit, dejectâ arbore, Crucem ex ea factam in nomine D. Jesu Christi crucifixi in litore statuit, eique debitas pro tanto beneficio gratias agens, illius Novi mundi ejus, ac possessionem Regum Catholicorum nomine coram tabellione publico cepit, cujus actus formam, & aliorum similium tradunt Petr. Martyr *in decad.* 1. Hieronym. Benzon & ejus additionator *lib.* 1. *histor. Americæ cap.* 7. Anton. de Herrer. *in hist.*

ge-

gener. Ind. decad. 1. lib. 1. cap. 12. & alibi passim. In quo, ut in aliis, magnam Hispanorum erga suos Reges fidelitatem merito extolli. idem Herrera *decad. 4. pag. 114.*

Unde mirum non est, si hæc omnia Regali
32 juri nostrorum Principum cesserint, † quia fecisse non tam videntur, qui jussis parent quàm qui jubent, & alicujus expeditionis faciendæ auctores sunt, *l. qui mandat. l. cum jussu. ff. de solution. l. 1. §. penult. & fin. ff. de legat. 1. l. 1. §. dej. esse, ff. de iis qui de jur. l. unum ex familia 67. §. si de Falcidia. ff. de legat. 2. cap. qui facit per alium 72. de regul. jur. in 6.* cum aliis, quæ nutanter congerit Menchaca *in præfat. controv. illust. n. 112.* Petr. Pechinus *in d. cap. qui facit*, & Marian. Socin. *cons. 135. lib. 2.* Ubi ex hac concludit, valere † dictum testis dicentis, *Titium ligna amputasse*,
33 etiamsi ipse Titius per se hoc non fecerit, sed per alium.

Præter quam quod, ut isthæc omnia deficerent, Regali jure, quo nostri potentissimi Reges in vassallos utuntur, idem consequi possent. Certissimum namque † est ad Reges, & eorum fiscum
34 ac dominium pertinere provincias, populos, arces, agros, & terminos, qui à subditis sibi hominibus occupantur, vel militari manu acquiruntur, etiam si ipsi subditi id propriis expensis effecerint, † mobilibus diminuat, & semoventibus bonis sub militum occupantium jure manentibus,
35 ut eleganter docet Pompon. J. C. *in † l. si captivus 20. §. expulsis*, ibi: *Publicatur enim ille ager, qui ex hostibus captus sit, ff. de capt. & postlim. revers. l. penult. ff. ad leg. Jul. pecul.* tradit glos. per text. ibi *in l. Divus 31. ff. de jure fisci, l. 20. tit. 18. part. 3. l. 23. tit. 26. part. 2.* ubi Gregor. Lop. *d. cap. dicat aliquis 23. q. 5. c. jus militare 1. distinct.* Bart. *in l. si quid in bello, ff. de cap.* idem Bart. Alexand. Jas. & Romuleus *num. 25. in d. l. 1. acquir. pos.* Marr. Laudens. *in tract. de bello, §. 4.* Roderic. Suarez *alleg. 7. à n. 13.* Menchac. *de succes. 1. part. lib. 2. §. 17. n. 13.* Valasc. *de jure emphyt. q. 8. ex n. 38.* Camill. Borell. *de d. cap. 47. n. 139.* & est communis Theolog. secundùm Victoriam, & alios supr. Petr. Navarr. qui plures allegat *in tract. de restit. lib. 2. cap. 3. n. 287.* Armill. *in v. bellum n. 23.* Greg. de Valenz. *tom. 3. disput. 3. q. 16. de bello, punct. 3. col. 701. versic. Quarta propositio*, & Juristarum secundùm Covarr. *in d. reg. peccatum, 2. part. §. 11. n. 6.* Avendañ. *de exequend. mand. 1. part. cap. 4. n. 2.* Aceved. *in l. 20. tit. 4. lib. 6. Recopil.* Vaconium *d. cap. 35.* Petr. Fabr. *d. lib. 2. semest. cap. 4.* & Ant. Pichard. *in §. quod si fugerit, n. 10. instit. de empt. & vendit.*

Quinimo † & quamlibet prædam, etiam rei
37 mobilis, vel semoventis in ipso prælio non captam, sed exitu belli postea occuparam publicari solere, & in fiscum redigi, aliquibus exemplis ostendit Agell. *lib. 7. noct. Atticar. cap. 4. & lib.*
38 *13. cap. 24.* & ea † etiam, quæ in ipso belli conflictu capiuntur, non aliter capientium fieri quàm si ante Principem, vel Ducem exercitus afferantur, ut is ea secundùm virtutes, & merita militum inter illos distribuat, communis est omnium Doctorum assertio post Bartolum *in d. l. si quid in bello*, ut testatur Balduin. *in d. §. item ea, n. 7. & 8.* Pet. Bellin. *in tract. de re milit. part. 2. c. 12. & 18.* Romul. *in d. l. 1. de acq. poss. num. 26.* licèt ipse solus ab ea discedere tentet. Et jure nostro apertè deciditur *in d. l. 4. 5. & sequent. tit. 26. part. 2.* Ubi † varii prædarum partiendarum modi connumerantur, de quibus solita eru-39 ditione fusè agit Petr. Faber. *d. lib. 2. Semestr. c. 3. & 4. num. 6.* Pet. Gregor. *lib. 2. Syntag. cap. 4. num. 6.* Pat. Suarez *in tract. de Carit. disp. 13. sect. 7. num. 2. & 7.* Agid. Benedict. *d. l. ex hoc jure cap. 1. num. 9. & seqq.* Ossuald. *in Donello Enucleat. lib. 4. cap. 21.* & Melch. de Valenc. *d. cap. 5. num. 23. & seqq.*

Ad supremam † autem Principem ultra im-40 mobilia, de quibus jam diximus, quinta quoque pars aliarum prædarum moventium & semoventium pertinet, ut in prædictis legibus Partitæ dispositum est, & *in l. 20. tit. 4. lib. 6. novæ recopil.* Quæ pars † adeo ad imperii dignitatem spectat, 41 ut inter Regalia computetur, & à Principe in perpetuum † alienari non possit, ut cavetur *in d. l. 4. part.* ubi Greg. *verb. Non lo podrian facer, &* 42 *in d. l. 20. recopil.* Palac. Rubeus *in repetit. cap. per vestras not. ab. 2. versic. Sed est pulchra dubitatio num. 43.* Roland. à Valle *consil. 1. n. 101. volum. 2.* & Joan. Garcia *de nobilit. glos. 1. §. 1. num. 21.*

Ex quibus videmus † omnia ferè mundi Regna & Imperia bellorum quidem eventibus parta 43 & ex aliis gentibus, & dominis ad alios translata. Quod Tertul. in Apolog. relatus ab Horn. *lib. sing. qq. illust. cap. 1.* adeo verum esse existimavit, ut scribat, se *arbitrari, Regnum omne, vel Imperium armis quæri, & victoriis propagari.* Et idem tradit Thucydides *lib. 1.* ubi Principatibus Græcorum hoc initium attribuit & Cicer. *lib. 3. Rethor. cap. 3.* Ubi ait, † Romanos partim ense, 44 partim consessu potentiam acquisisse, & idem generaliter de reliquis Regnis, & insignibus illis quatuor Orbis Monarchiis docet D. August. *lib. 4. de Civit. Dei, cap. 6.* Claudian. *Panegyrico 3. ad Stilichonem*, his versibus:

Sic malè sublimes fregit Spartanus Athenas,
Atque idem Thebis cecidit,
Sic Medus ademit Assyrio,
Medoque tulit moderamina Perses,
Subjecit Persem Macedo,
Cesturus & ipse Romanis, &c.

Et innumera † exempla ex divinis & humanis 45 antiquis, & recentibus omnium gentium historiis petita refert Theat. vitæ humanæ *vol. 11. libr. 4. ex pag. 2597.* Oldrad. *cons. 68.* Tiraq. *de primog. q. 17. opin. 4. num. 25.* Castald. *in tract. de Imperat. q. 4. num. 3.* Pacian. *de probat. vol. 2. cap. 35. num. 53.* Matienz. *in Dialog. Relat. 2. part. cap. 4. ex num. 2.* Balduin. *in §. item ea, inst. de rer. divis.* ubi hac de causa concludit, † Regnorum 46 jam diu constitutorum initia reperi non debere. Simon Majol. *3. tom. dier. Canic. colloq. 2. de bellorum eventib. ex pag. 333. & tom. 4. colloq. 4. de orig. societ. humanæ ex pag. 252.* & novissime alios referens Hieron. Zevall. *in tr. de cognition. per viam violent. gloss. 18. ex num. 88.* & Doct. Melch. de Valenc. *d. tract. 2. cap. 5. num. 9. & sequentibus.*

Unde quidam in ea opinione fuerunt ut † 47 quemadmodum necessaria naturæ lege in taurorum,

rum, aprorum, gallinaceorum cæterarumque animantium genere, quæ corporis robore, atque audacia alias sui generis vincit, & excellit, eas huc illuc ducit, ipsæque velut imperium habenti obsequuntur, & parent: sic etiam inter homines is potissimum imperet, regatque cæteros, qui corporis, animique robore præstantissimus ac valentissimus esse videatur. Id quod his omnino verbis à Polybio vetustissimo, & gravissimo auctore Græcè traditur in initio *libr. 6.* & Brennus Gallorum Rex ferociter Romanis respondit apud Livium *lib. 5.* & Plutarch. Camillo, & Tenchtherorum legati apud Tacit. *l. 20. Annal.* & Joseph. Jerosolymitanis deditionem suadens, *libr. 5. de bello judaic. cap. 20.* & Aristid. in pluribus locis, quæ solitâ eruditione congessit Pet. Fab. *libr. 2. Semestr. cap. 2. pag. 25. & 26. & lib. 3. cap. 14. in princip. pag. 191.*

Sed licet prædictæ juris regulæ, & auctorum sententiæ ita generaliter sumptæ verissimæ sint, & titulum, de quo agimus, sufficienter probare, & fulcire videantur: Nos tamen, qui illud
48 tantum † justum, & legitimum judicamus, quod jure, legibus & ratione ex omni sui parte subsistit, *l. quemadmodum 7. C. de agric. & cens. l. legitima, ff. de pactis, l. nec ex Prætorio, ff. de reg. jur.* Casiod. *lib. 9. epist. 2.* nullatenus volumus, hujus Novi Orbis imperium ob solam acquisitionem bellicam, de qua ultimo loco tractavimus, Regibus nostris asserere, nisi prius eadem bella juste, legitimè Indis inferri potuisse probaverimus: quod argumentum in tota hujus libri disputatione prosequimur.

49 Et enim † licèt damnemus & explodamus, ut re ipsa damnamus, & explodimus Manichæorum hæresim, à Lutheranis renovatam, qui ob nullam causam bellum etiam adversus Turcas, hæreticos, & alios Fidei hostes inferre licere affirmarunt, quam evidentibus rationibus, & testimoniis convincunt Anton. à Castro *lib. 3. adversus hæreses, verb. Bellum*, Sebast. Medices *in sum. omn. hæres. 1. part. eod. verb.* Lancelot. Conrad. *in templo omn. jud. libr. 1. §. 4. verb. Infidelibus.* Anton. Rubeus *lib. 2. assert. Catholic. advers. Erasm. errore 2.* Greg. de Valencia, qui latissimè, & elegantissimè loquitur, *tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 1.* Julius Fertet. *in integ. tract. de just. & injust. belli*, Thom. Boc. *de sign. Eccles. lib. 17. cap. 7.* Suar. *tract. de charitat. disput. 13. sect. 1.* Camil. Borrel. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 32. num. 113.* cum multis sequentibus, Pat. Lorca *in 2. 2. D. Thom. sect. 3. disp. 52. num. 8.* & plures alii statim citandi, & relati à Cenedo *in d. Collectanea 59. super* Decretum, & à Joan. Baptist. Valenzuela *in discurs. stat. & bell. 2. part. consider. 3. ex num. 16.* & in Monitorio contra Venetos, *7. part. num. 56. & seqq.* & à Nobis *infrà hoc lib.*
50 *cap. 9. num. 10.* Recte † tamen & certe affirmare possumus, & debemus regulam illam juris, quæ statuit, ex communi & naturali omnium gentium lege & introductione bella originem, & approbationem habuisse, & ut ea, quæ in illis ab hostibus capiuntur, victoribus cedant, de bellis utique justis, & legitimè indictis accipiendam esse.

51 Bella etenim † injusta, & innocentibus immerentibus per solam violentiam, aut cupiditatem illata, nullo modo jus Divinum, Gentium, vel Civile approbavit, neque dominium, aut imperium aliquod legitimum inducere possunt, sed potiùs magna latrocinia reputari debent, & restituendi necessitatem important, ut latissimè probant, & resolvunt Theologi omnes post D. Thomam *in 2. 2. q. 10. art. 8.* Lucas de Peña *in l. un. C. ut arm. usus.* Pet. Malferit. apud Mandell. *cons. 769. num. 13. cum sequentib. volum. 2.* Alphons. à Castro *de just. hæret. punit. lib. 2. cap. 14. per totum*, Victor. *in relect. de jure belli*, Bañez 2. *2. q. 4. art. 1.* Covar. *in d. reg. peccatum, §. 10. num. 3.* Lancelot. *d. libr. 1. §. 3. verb. Bellum*, Pet. Navarr. *de restitut. 1. part. lib. 2. c. 3. num. 258.* Greg. de Valenc. *ubi sup. punct. 2. per totum*, Balth. Ayala *de jure, & offic. belli, libr. 1. cap. 2.* reliqui Auctores, qui de bello scripserunt *in tract. Doct. tom.* Borrell. *d. cap. 32. ex n. 38.* Cujac. *in l. ut vim, ff. de just. & jure*, Molin. *in eod. tract. disput. 99. & sequentib.* Lorca *disp. 52.* Cenedo *d. collect. 59.* Gabr. Vazq. *in 1. 2. distinct. 64. c. 3.* Cardin. Tuschus *pract. concl. jur. tom. 1. verb. Bellum, concl. 34. & 35.* Joan. Bapt. Valenzuela *in monit. contra Venetos, 7. part. num. 60. 61. 65. 120. & seqq.* Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom. 3. colloq. 2. de bellor. event. ex pag. 359.* Hieronym. Campanil. *in diversorio juris Canon. rub. 11. c. 24. num. 11.* & novissime plures alios recensens Cevall. *in commun. opin. tom. 4. q. ult. ex num. 118.* & Calist. Remirez *in tract. de lege Regia §. 30. num. 55.* & Pat. Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. libr. 2. c. 35. pag. 369. & seqq.* & D. Melchior de Valenc. *d. c. 5. num. 13. & 14.*

Quapropter † Ulpian. *in d. l. ut vim* ita de-52 mum bella probare videtur, si injurias & damna, quæ nobis inferuntur propulsent, vel illatas vindicent, & resarciant. Et idem docent † Pontifi-53 ces *in cap. dispar. 23. q. 8. cap. militare 23. q. 1.* ubi eam intentionem in bellis desiderant, ut ad malum vitandum, & bonum promovendum introgentur; quod mirè convenit sententiæ † D. Isi-54 dor. *lib. 18. Etymol. c. 1.* ubi bellum justum definit: *Quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum causa*: & D. Ang. *lib. 6. quæst. q. 10.* † relati *in cap. Dominus 23. q.* 55 *2.* ubi sic ait: *Justa autem bella diffiniri solent, quæ ulciscuntur injurias, si qua gens, vel civitas, quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est, vel reddere quod per injurias ablatum est*, & lib. 22. contra Faust. *Adversus injuriam resistentiam gerendi ipsa bella suscipiuntur à bonis, sive Deo, sive aliquo legitimo Imperito jubente.*

Et non minus verè, † & eleganter idem D. 5 August. *lib. 4. de Civit. Dei cap. 6.* reprehendens Alexandri Magni insatiabilem imperii sui propagandi cupiditatem, & bella, quibus injustè totum Orbem hac sola consideratione vexabat, sic inquit: *Inferre enim bella finitimis, inde in cætera procedere, & populos ibi non molestos, sola Regni cupiditate conterere, & subdere, quid aliud, quam grande latrocinium, nominandum est?* Et postea illud vulgarum Pyratæ dictum commemorat, qui coram eodem Alexandro adductus, cum interrogaretur, qua de causa mare infestaret? respondit: *Quid tibi Orbem terrarum habes infes-*

UNIVERSIDAD DE NAVARRA BIBLIOTECA GENERAL DE DERECHO

festum? sed quia ego exiguo navigio facio, latro vocor, tu autem, qui magna classe id facis, Imperator, quod & narrat Policrat. *lib. 4. in princ.* & Palac. *Rub. de obten. Navarr. in fine proœmii.*

57 Quam sententiam mutare potuit D. August. † *ex verb.* Herodot. *lib.* 3. ubi similiter ait: *Qui justus est, non alienam regionem affectat, sed sua tus est contentus; nec homines, à quibus nihil lacessitus est, in servitutem redigit.*

58 Neque longè est † Seneca *lib. 1. de benefic. c.* 13. ubi de eodem Alexandro loquens, sic habet: *At hic à pueritia latro, gentiumque vastator, tam hostium pernicies quam amicorum, qui summum bonum duceret terrori esse cunctis mortalibus.* Ubi melius esset, ut legamus, vel saltem intelligamus. *Tam amicorum pernicies, quam hostium*, juxta animadversionem Pet. Fabri, *lib. 1. Semestr. c.* 23. *pag.* 154. Eaque prædonis judicium & infamiam numquam effugiet, ut recte observat Nostet Matthæus Lopez Bravo in terso illo, & eleganti tractatulo, quem *de Rege, & regendi ratione* conscripsit *lib. 1. fol.* 7. ubi adducit illud Poëtæ:

Illic Pellæi prolem vetana Philippi
Felix prædæ facet terrarum, vindice fato
Raptus, sacratis totum spargenda per Orbem
Membra viri ponere aliis.

59 Et conducit elegans oratio, quam Cineas † ille, magni ingenii, & eloquentiæ vir, apud Pyrrhum habuit, cum à bellis dissuadere intendens, quibus nullo jure, aut bono, sed sola inanis gloriæ voluptate Italiam primò, mox Siciliam, ac deinde totam Africam bello sibi subjicere conabatur, ut refert Plutarc. in vita ejusdem Pyrrhi, & ex nostris Bortelli *d. c.* 32. *num.* 87.

60 Et illud † Antigoni Macedonum Ducis, de quo apud eundem Plutarch. *lib. 4.* apophthegm. qui Sophistæ cuidam librum de justitia scriptum porrigenti: *Desipis*, inquit, *qui cum me videas alienas urbes armis vexantem, tamen apud me de justitia disseris.* Sentiens, nimirum illos, qui bellum inferunt, nec posse, nec velle tueri justitiæ leges; prout etiam ex Nostris observat Menchac. *libr. 1. controvers. illustr. cap.* 10. *num. 6. & seqq.* unde Sallust. *in Catil. libr. 1.* hoc vitium notans eleganter dixisse videtur: *libidinem dominandi causam belli habent & maximam gloriam in maximo imperio putant sua retinere privatæ domui, de alienis certare Regiam laudem esse.*

61 Quod verò † spectat ad aliam rationem primo loco à nobis suprà relatam, & exornatam inventionis scilicet, & occupationis istarum regionum, quâ mediante legitimum earum Imperium, quidam Nostris Regibus tribuunt, parum quoque sufficiens M. Victoriæ & Gregor. Lopez esse vi-

62 detur; eò quod illa juris communis † & naturalis regula, quæ dominium rerum omnium primis inventoribus, & occupatoribus præbet, de rebus quidem, & insulis, aut provinciis desertis intelligenda est, & quæ anteà in aliorum hominum potestatem, & possessionem neutiquam pervenissent, ut constat *ex d. l. 1. ff. de acquir. rer. dom. & similib. supr. relatis*, & *ex d. §. feræ, inst. de rer. divis.* ibi. *Quod enim antè nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur*; quod in his † Novi Orbis insulis, & regionibus præticari 63 non potuit quæ desertæ non erant, sed ut plurimum Barbaris istis habitatoribus plenæ, & ab illis, primò quàm à nostris, inventæ, occupatæ, cultæ, & possessæ. Qui ob hoc † verum, & pro- 64 prium earum dominium acquisiisse censendi erant, cùm jam inde à primis Mundi temporibus, Deo ita disponente, eis in sortem obtigissent. Quapropter dicere non possumus, eas in nullius bonis esse, vel Nostrorum Regum dominationem hoc dumtaxat titulo secure defendere non magis quàm † si ipsi Indi nos, & Regna no- 65 stra invenissent, & occupassent. Jus enim naturale, † & gentium omnibus hominibus, & natio- 66 nibus commune est, & æqualiter inter omnes observari & conservari jubetur, † *l. 1. §. jus na-* 67 *turale, & §. jus gentium cum sequentibus, ff. de just. & jur. l. quod attinet* 23. *ff. de reg. jur.* ibi: *Quia quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales sunt, l. hos accusare* 12. §. *penult.* ibi: *Sed cum natura communis est, similiter & in eos animadvertetur, ff. de accusationib. capite jus naturale*, 1. *distinctione.*

Qua de causa † jus istud ab Isocrate, Sene- 68 ca, Apulejo, Lactantio, & aliis bonis Auctoribus, quorum verba latè refert Petr. Faber. *lib. 2. Semest. c.* 7. *in fin.* passim appellatur: *Communis omnium hominum lex, commune jus totius generis humani & commune jus humanitatis.* Et ex † hoc jure separationem gentium, provinciarum, 69 Regnorum, atque urbium occupationem & conditionem dominiorumque introductionem & divisionem initium habuisse, certissimum est, rerum usu, & humanis necessitatibus ita exigentibus, quæ colluvionem multorum in unum locum coactam ferre non poterant, neque eorumdem bonorum communionem, quæ † semper tixas, & 70 discordias producere solet, ut constat ex † divi- 71 sione urbium, & possessionum facta per Cain ante diluvium, & per Nembroth post diluvium quæ habetur Genes. 4. & 10. & alia, quæ intercessit inter Abraham & Lot, Genes. 13. & ex traditis à Beroso *lib. 4. de florib. Chald.* Joseph. *lib. 4. antiquit.* D. August. *lib. 16. de Civit. Dei, c.* 17. Tertul. *lib. de pallio, c.* 2. Pineda *in Monarch. Eccles. lib. 1. c. 11. §. 3. fol.* 37. & ex nostris Juriscons. † *in l. ex hoc jure, ff. de justit. &* 72 *jur.* ubi novissimus Ægid. Benedict. 1. *tom. c.* 3. *ex num.* 5. §. *jus autem, inst. de jur. natur. cap. jus naturale, & C. jus gentium. 1. distinct. juncta* † *l. cum pater* 77. §. *duleissimi, ff. de legat. 2.* 73 ibi: *Cum discordiis propinquorum tedandis prospexerit quas materia communis solet excitare*, & aliis, quæ circa hoc congerit Tiraquel. *de primogen. quæst. 4. num.* 27. Roxas *in epit. success. c. 5. num.* 37. Hieron. Savaro *In notis ad Sidon. Apollinar. pag.* 223. & Castel. de Bobadilla *in Polit. lib. 1. c. 1. num.* 19.

Idemque observat, & ex professo disserit 74 † Aristot. *lib. 1. Polit. c. 1. & 2. & lib. 2. c. 3. lib. 3. c. 11. & lib. 5. c. 10.* & ex Theologis, D. Thom. *in 1. 2. quæst. 95. art. 4. & lib. 1. de Regimin. Princip. c. 1. & in 2. 2. q. 66. art. 2.* ubi Cajetan. & alii, Sot. *lib. 4. de just. & jur. quæst. 3. art. 1. conclus. 3.* Molin. *in eodem tract. disp.* 20. P. Ferdin. Rebell. *de oblig. just. lib. 1. quæst. 2. sect. 4. pag.* 12. P. Joan. Salas *de legib. disp.*

disp. 2. sect. 3. Par. Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. lib. 1. c. 12. & 13.* & alii plures relati per Gregor. Sayrum. *in Clavi Regia, lib. 9. c. 8. n.* 15. Ex juris interpretibus, Bart. *n. 9.* Jas. 14. & eleganter Cujacius, & alii antiquiores, & recentiores *in dict. l. ex hoc jure*, Innocent. *in cap. quod super, de voto*, Bald. *in l. in reb. C. de jure dot.* Alex. *in l. cum hæredes, ff. de acquir. possess.* Romuleus *in l. 1. num. 16. eod. tit.* Felin. *n. 49.* Dec. *num.* 122. Beroj. 145. *in c. quæ in Ecclesiarum de constit.* Gregor. Lop. *in l. 2. tit. 1. p. 2. glos. 6.* Hieron. de Monte *de finib. regund. c.* 3. & 4. Tiraq. *dict. quæst. 4. num.* 27. Navarr. *in cap. novit. de judiciis, notab. 3. num.* 150. *cum seqq.* elegantissimè Franc. Conan. *lib. 1. comment. c. 5. 6. & 12.* Pinel. *in rub. C. de rescinden. vend. 1. part. c. 1. num.* 16. *& c. 2. num. 4.* Menchaca *in præfat. controvers. illust. num.* 105. *& cap. 1. num.* 25. Alvar. Valasc. *de jure emphyt. 1. part. quæst. 3. num. 4.* Petr. Gregor. *lib. 1. de Republ. c. 2.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 7. num. 29.* Menoch. *cons. 1. num.* 396. *& cons.* 181. *num.* 54. *& de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 10. à num.* 12. Carol. Tapia *in rub. de constit. Princip. à n.* 50. Bobadilla *in Polit. dict. lib. 1. c. 1. num. 4. & sequent. & num.* 19. Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom. 4. colloq. 4. pag.* 255. & novissimè Calist. Remir. *in tract. de leg. Regia*, §. 30. *num.* 17. & 19. & in nostræ quæst. terminis Episc. Chiapensis *in tract. comprobat. sup. dominii Indiarum, fol.* 39. *& sequent.* M. Victoria *dict. relect. 1. de Ind. insulanis ex num. 4. & num. 29. vers. Et ideò alius titulus*, Gregor. Lop. *in d. l. 2. tit.* 23. *p. 2.* Hieron. Cevall. *in tract. commun. tom. 4. quæst. fin. ex num.* 19. & Anton. Scapp. *lib. 2. de jur. non script. c. 2.* Ubi disputat an hæc dominiorum divisio etiam infidelibus sit servanda?

75 Quod si quis † altiorem, & antiquiorem originem dictæ divisionis provinciarum, & dominiorum sumere velit, eam non solùm naturali hominum jure, sed divino potius constitutam, & inductam existimans, ut ex Genes. *cap.* 1. Ecclesiast. *c.* 17. Sapient. *c.* 9. & aliis sacræ Scripturæ locis novissimè præter alios probare conatur D. Marta *in tract. de jurisdict. 1. part. c. 1.* & ante eum Episcop. Chiapens. *in dict. tract. comprobat*

76 *fol.* 41. *& sequent.* Quibus alludit fabula † illa Platonica in libro Sophistæ, dum tradit, quòd cùm fatale tempus generationis hominum advenisset, Dii, qui eos ex igni, terraque finxerunt, Promethæo, Epimethæoque mandarunt, ut suas cuique generationi provincias, urbesque distri-

77 buerent. Hoc † divinum jus multo magis immutabile, & invariabile est, & omnibus, & ab omnibus æqualiter observandum, *cap. sunt quidam 25. quæst. 1. c. 1. dist. 5. cap. quæ contra mores, dist. 8. c. jubemus 16. quæst. 3. c. celebritatem, de consecrat. dist. 3. 5. sed naturalia, instit. de jur. natur.* cum aliis, quæ tradunt Doctores ibid. Claud. Prat. *lib. 3. gnos. gen. jur. tit. 2. c. pag.* 158. Pat. Suar. *de legib. 2. c.* 13. & P. Salas *in eod. tract. disp. 5. sect. 7. ex pag.* 81. Atque adeò terras, quas infideles isti divina providentia sortiti sunt, eisdem auferre non debuimus:

78 sed potius † secundùm præcepta eisdem divini juris liberas, & salvas relinquere, juxta illud Exod. 20. & Deuteron. 5. *Non furtum facies, non concupisces domum, aut agrum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.* Cui conveniunt alia sacræ Scripturæ, & sanctorum Patrum testimonia à Gratiano congesta *in causa 14. quæst. 5. & 6.* & verba Cassiodori *lib. 9. epist.* 3. ubi ait: † *Aurum per bella* 79 *quærere, nefas est, per maria periculum, per familiaritates opprobrium; in sua verò natura honesta sunt lucra, per quæ nemo læditur, bona hæc quæruntur quando de nullo domino abrogantur.*

Sed quamvis superior inventionis, & occu- 80 pationis titulus per se sumptus, parum, ut diximus, prodesse videatur quoad illas Indiarum provincias, & regiones, quæ tunc, cùm ab Hispanis detectæ, & occupatæ sunt, certos Reges, & dominos habuerunt. Cùm tamen in † lato 81 hoc, & immenso terrarum spatio, quod eorumdem Hispanorum labore, & industria repertum, & perlustratum est, multa loca inhabitata essent, ad quæ vel Indi ipsi nondum pervenerant, vel deserta & inculta reliquerant, ut passim quotidianis experimentis cognoscimus, & narrant auctores, qui de eisdem provinciis scribunt: Affirmandum utique est, saltem quoad hæc præfarum titulum, utilem & legitimum esse, ut idem † Mag. Victoria concludit *in relect. 2.* 82 *de Indis, circa finem* dum ait. *Item multa etiam sunt, quæ ipsi pro desertis habent, vel sunt communia omnibus volentibus occupare*, & P. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 34. col.* 165. & 168. ubi de Lusitanorum navigationibus agens, ait: † eos anno 1446. reperisse insulas *Viridis Pro-* 83 *montorii* quas veteres *Hesperides* appellarunt, easque vacuas invenisse, & colere, atque habitare cœpisse. *Quo fit*, inquit, *ut gentium jure, Lusitanorum dominio, tamquam primo occupantium legitimè accesserint.* Et ann. 1473. suis navigationibus progredientes reperisse sub linea Æquinoctiali insulam *D. Thomæ* similiter vacuam: *Quam colere, & inhabitare, gentiumque jure tamquam primò occupantium legitimè possidere cœperunt.*

Idem quoque tradit, † & illustrat Thom. 84 Boc. *de sign. Eccl. Dei. lib. 20. cap. 7. sign.* 88. *pag.* 338. ubi inter alia argumenta quibus Ecclesiam Dei excellere probat, illud urgentissimum esse inquit, quòd per ejus alumnos, ac studiosos innumera terrarum spatia prius deserta, inculta, & horrentia, quæ ferarum potius erant cubilia, quàm sedes hominum perlustrata, & occupata fuerint, & castris urbibusque ædificatis ornata, & omni agriculturæ ratione exculta. Viderique Deum iter Catholicis ostendere, ut quas ipse terras habitabiles effecit, ipsi habitationibus repleant. Et ad hoc probandum, post enumeratas alias regiones, luculentissima hujus veritatis exempla relucere inquit, † in insulis *Tertiarlis*, 85 *Canariis, Capitis Viridis*, & in latissimis etiam regionibus Indiarum, sive Orientem, sive Occidentem Solem vel Austrum Boreamve spectantibus. Sicque † impletum fuisse illud Isai. 58. *Et* 86 *ædificabuntur in terra deserta seculorum, fundamenta generationis & generationis suscitabis: & cap. 32. Erit desertum in carmel & carmel in saltum reputabitur. & habitabit in solitudine judicium, & justitia in carmel sedebit: & cap. 37. Lætabitur deserta, & invia, & exultabit solitu-*

do, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans: Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron.

In cujus verissimæ doctrinæ comprobationem, ultra prædictos Auctores, & ea quæ generaliter de jure primæ inventionis, & occupationis suprà
87 retulimus, † expendi potest magis specialiter reg. tex. *in d. §. feræ, inst. de rer. divis. ubi* Balduin. quærit, an eadem semper manserit libertas occupandi loca deserta, & inculta, cujusmodi
88 passim multa sunt? & subdit: † *Et ego quidem crediderim, & adhuc esse debere industriæ præmia, ut fiant occupantis, & excolentis, idque Reipub. utilius est.*

Quibus adstipulatur, quod notanter insinuat Bartol. *in l. rem quæ nobis, num. 4. ff. de acquir. poss. & in l. si duo, in fine princ. ff. uti possid.* ni-
89 mirum, fundos, † qui numquam apparent fuisse culti, præsumi debere, in nullius bonis fuisse, & sic primò occupanti concedi. Quam doctrinam sequitur Jas. ibidem *n.* 32. Bald. *in rub. de præscript. col.* 3. & ejus auctoritate motus tenuit magis notabiliter Aretin. *in l. 1. in princip. 2. no-*
90 *tab. ff. de acq. poss.* Quod † etiam si res immobiles sint intra territorium, vel districtum alicujus civitatis, vel Regni, si tamen non extat memoria, quòd prædicta bona fuerint per aliquem culta, & occupata, non dicentur esse populi, vel Principis, sed potius in nullius bonis esse judicabuntur & sic primo occupanti concedentur. Atque ita dicit se consuluisse in causa Episcopi Mantuani, & de hac doctrina multum gloriatur, *in d. l. rem, quæ nobis, & in cons. 15. incip. Reverendis. Domine* Quæ tamen in specie ab eo proposita, & generaliter accepta, falsa quidem videtur, & ideò semper in praxi damnatur ut resolvunt Paul. Castrens. & Bart. Socin. *in d. l. 1. ex*
num. 17. idem Castrens. *cons. 259.* in causa quæ vertitur, idem Socin. *cons. 89. & cons. 12.* Quia
91 † ex antiqua possessione, vel concessione territorii, vel castri, quidquid intra illius fines includitur, ad Principem, vel urbem, cujus est castrum, pertinere videtur, ut colligitur *ex l. æde sacra, §. fin. ff. de contrahend. empt.* Joan. Fab. *in l. cunctos populos, C. de sacros. Eccles.* Bald. *in rub. C. de contrab. empt. vers. 22. quæro,* Corneo *cons. 247. vol. 2.* Oldrad. *cons. 121.* Chassan. *in consuetud. Burg. rub. 9. §. 4.* Gregor. Lop. *in*
l. 7. tit. 20. par. 3. Avendañ. *de exequend. mand. 1. p. cap. 4. num. 4. & 5.* Bobadill. *in Polit. l. 2. cap. 16. num. 52. & 53.* & latissimè Mieres de majorat. *4. p. q. 20. ex num. 48.* ubi practicabi-
92 liter docent, quòd † si civitas, aut villa, vel dominus vassallorum non habet territorium specialiter designatum, omnes terræ, sive sint herbidæ & incultæ, sive montuosæ ad Regem in dubio spectabunt, quas Hispano vocabulo, *Realen-*
93 *gas* nominare solemus: & in eis Reges † suam intentionem fundatam habere videntur. Quod &
94 † apud antiquos obtinuisse non malè conjicere possumus ex Herodiano in vita Imp. Ælii Pertinacis, ubi refert, eam quidquid in Italia, aut usquam gentium inculti soli esset, permisisse occupantibus, colentibusque donata singulari beneficio immunitate decem annorum. Et ex Ap-
95 pian. Alexand. *lib. 1.* dum scribit, † decimam partem fructuum Reipub. solitam pendi pro vectigali eorum agrorum, qui deserti ad culturam redigerentur.

Planè † si hujusmodi terras à Regibus, civi- 96
tatibus vel aliis inferioribus dominis omninò derelictas fuisse, probari posset; tunc absque dubio dicendum esset, liberè & securè occupantibus cedere. Qui enim res suas † deserit, aut pro 97
derelicto habet, donare videtur, ideoque continuò occupantium fiunt, *l. 1. ff. pro derelict.* eisdem quippe † modis nostræ esse desinunt, qui- 98
bus adquiruntur, *l. 2. & 9. §. hoc amplius, l. quæcunque, §. ult. ff. de adquir. rer. dom. §. pen. & ult. inst. de rer. divis. l. quemadmodum, §. 1. ff. de noxal. act. l. quod servus,* ubi Bartol. *ff. de utipul. servor. l. 36. tit. 5. pag. 1. l. 49. tit. 28. p. 3.* ubi Gregor. Lop. *& in l. 26. tit. 31. p. 3. verb. Poblasen* : Rip. *in d. l. rem quæ novis, num. 37.* Aymo. Parmens. *in tract. de jure alluvion. lib. 1. cap. 6. num. 9.* Petr. Greg. *lib. 20. Syntagm. cap. 2. num. 3.* Petr. Gilkenius *in tract. de præscript. 2. part. memb. 2. cap. 20.* Calistus Remir. *de lege Regia, §. 26. num. 55.* Borrell. *de Magistr. lib. 4. c. 12.* Avendan. *d. c. 4. num. 7. vers. Hodiè verò.* Ubi resolvit † in multis Castel- 99
læ partibus vigere consuetudinem, quòd primò occupans terras, quas desertas, incultas, sive, ut dicunt, *herbidas* invenit, sibi eas in perpetuum acquirat.

Eamque † consuetudinem si immemorialis sit, 100
servandam esse affirmant plurimi Auctores, quos refert Aymon. Cravet. *in tract. de antiq. temp. 4. p. num* 148. Covar. *in regul. possessor. de regul. jur. in 6. 2. p. §. 3. num.* 7. Guid. Pap. & ejus additionator, *decis.* 408. Burgos de Paz *cons. 15. num. 12. cum sequent.* Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 279. n. 11.* & Mieres *d. 4. part. quæst. 20. num. 52. in ultima impresione.* Et esse faciliorem † alienationem, & acquisitionem hu- 101
jusmodi locorum, quàm aliorum, tradit Felin. *in c. ad audientiam, de præscr.* & Mandel. *cons. 62. n. 33. lib. 1.*

Eadem quoque ratione subsistit, † quod de 102
agris desertis habetur *in l. quicumque 7. leg. jura 14. C. de omn. agro deserto,* dum statuunt, novis † possessoribus, & cultoribus post biennii 103
lapsum perpetuo, ac privato jure applicandos esse, velut si essent domestica & avita successione quæsiti, ubi Bartol. Joan. de Platea, Jacob. Rebuff. & alii, & Ant. Cors. *in sing. verb. Occupatio,* merito notant, in eorum jurium specie † non 104
incidere occupantem in pœnam *l. si quis in tantam, & leg. cum quærebatur, C. unde vi,* cum à prioribus dominis derelicta, & quoad possessionem, & dominium amissa, impunè ab aliis occupari potuerint. † Et quia agriculturæ favor, & 105
tributorum, quæ ex illis prædiis solvenda erant Principi, vel Reipublicæ, suadebat, ne ea vacantia, & inculta relinquerentur.

Quapropter † & illud inductum fuit, ut etiam 106
cum mala fide, aut saltem cum scientia novi cultoris, qui alienum prædium occupavit, retentio, & præscriptio illius per spatium bienii concedatur, etsi admonitio veteris possessoris præcesserit, sex tantùm menses habet ad repetendum agrum, quem incultum dimiserat. Ut habetur *in d. l. locorum,* & in aliis *suprà* citatis, circa quas
† ultra Doctores ibidem, ita notanter signavit 107
Bart.

Bart. *in l. Celsus, ff. de usucap.* Felin. & Doct. per text. ibi *in c. 1. de præscr. & in rub. eadem col. 4. vers. Non fallit*: Jas. *num.* 33. Rip. *c. 37. in d. l. rem quæ nobis*; Idem Rip. *in tract. de peste, n. 20. col. 2.* idem Jas. *in §. omnium, n. 72. inst. de action.* Balb. *in tract. de præscript. f. 231. col. 2.* Montalv. *in lib. 1. tit. 11. lib. 2. fori, & in l. 9. tit. 29. p. 3.* Greg. Lop. *in d. l. 49. tit. 28. p. 3.* Covar. *Reg. possessor. 2. part. §. 11. n. 8.* Cujac. *de divers. præscript. c. 18. & 21.* & Petr. Gilken. *d. tract. de præscript. 2. part. memb. 2. cap. 2. num. 7.*

108 Et hoc modo † ac sensu acceptus hic titulus inventionis & occupationis, de quo sermonem instituimus, satis quidem securus & legitimus esse videtur. Neque ei officiunt levia quædam & communia argumenta, quæ opponit Incognitus *in libro* Maris liberi, *cap. 5.* quibus aliter etiam respondet Seraph. Freit. *de Imp. Asiat. c. 3. 10. & 11.* quem Lector adire, & cum his nostris scriptis componere facile poterit.

CAPUT VII.

De quarto titulo, qui ex barbaris, & incultis Indorum moribus ab aliquibus sumitur, ob id justè debellari & subjugari potuisse censentibus: Pro quorum opinione plurima latè, & novè considerantur.

SUMMARIUM.

1 *Barbariem & feritatem Indorum justum titulum præbere, videri, ut bello domari, & suis imperiis privari possint.*
2 *Auctores citantur, qui hunc titulum barbariemi, & feritatis Indorum probare videntur.*
3 Barbarus *nomen variat habet significationes.*
4 *Barbaria provincia, quæ hodiè dicitur* Berberia, *undè sic dicta,* remissivè.
5 *Barbari propriè dicuntur, qui ingenio nimis obtuso & fero sunt, & à naturalis rationis regulis deviant.*
6 Barbarus *nominis etymologia.*
7 *Barbari ut bruta furioso impetu ducuntur ad ea, quæ appetunt.*
8 *Ferarum nomen cur impositum sit brutis animantibus.*
9 *Bruta animalia nihil habent rationis, aut prudentiæ, ut saltò quidam existimarunt.*
10 *Rever. P. M. Fr. Anton. Peresius Benedictinus laudatur.*
11 *Bruta ea loqui possint, vel humanum sermonem intelligere,* remissivè.
12 *Brutis propriè non dicitur inferri vis, aut injuria.*
13 *Barbari, & impoliti homines brutis æquiparantur, & sub eorum appellatione in scriptura, & aliis Auctoribus designantur.*
14 *Saracenos* bestias *appellavit Oldrad.*
15 *Alphonsus Aragonæ Rex barbaros* non homines, *sed* homones *cum Ennio appellabat.*
16 *Homines non ex solo adspectu, aut forma, sed ex ratione prius judicandi sunt, quæ eos Deo similes, & aliorum animalium dominos reddit.*
17 *Homo dicitur* parvus mundus, *quia de natura omnium creaturarum mundi participat, & quomodo.*
18 *Auctores plures congeruntur, qui de natura, & differentiis hominis agunt.*
19 Lex in pecudum, ff. de usur. lex justissime, de ædil. edict. & §. in pecudum, inst. de rer. divis. exornantur, & num. 55. *Blasius Roller de Salcedo* citatur, & laudatur, ibidem.
20 *Natura varias quotidiè formas edere conatur.*
21 *Monstra plura, humanam effigiem referentia reperta*
sunt, tum terrestria, tum marina, & aerea, & qui de eis agant.
22 *Ciceronis locus expenditur, ubi hominum, & bellua-*
rum discrimen eleganter proponit.
23 *Homines barbari, & indocti appellatione* hominum *digni non videntur, & lignis ac lapidibus comparantur,* & num. 25.
24 *Pœna tolerabilior est, vivere non posse, quam scire.*
25 *Intelligent homo plus quam bellua intelligendur.*
26 *Boetii carmina referuntur, in quibus hominum, & belluarum discrimen apponit.*
27 *Indi Occidentales, ut plurimum barbari, sylvestres, & belluis feré similes erant.*
28 *Indorum Occidentalium barbaries, feritas, & rusticitas testimoniis pluriorum auctorum comprobatur.*
29 *Josephi Acostæ de Indorum Occidentalium ruditate, & feritate judicium.*
30 *Ludovicus Legionensis graviter exprimit feritatem, barbariem, & incultos mores Indorum Occidentalium.*
31 *Joannes Boterus plura de Indorum Occidentalium barbarie, & incapacitate recenset.*
32 *Indi aliqui reperti sunt, qui ultrà quinque numerare nesciebant.*
33 *Thom. Bocius Eugubin. Indorum Occidentalium barbariem, & incultos, ac ferinos mores tapissimè exaggerat.*
34 *Indos omnes Occidentales barbaros, squalidos, & abjectissimos esse scribit Fr. Gregor. Garcia Dominican.*
35 *Anton. Herrera multa passim prodit de barbarie & feritate Indorum Occidentalium.*
36 *Indi insulæ Hispaniolæ & Cubæ, & alii, ob ruditatem & memoriæ defectum nihil, aut parum in disciplina Christiana proficiebant.*
37 *Indi plures in montibus, & speluncis se abdebant, ne ad Christi doctrinam suaderentur.*
38 *Indos olim nonnullos veros homines non esse, nec Fidei Christianæ capaces, sibi persuaserunt.*
39 *Indorum eximiam & intuperabilem barbariem, ac feritatem, & alia plurima animi, & corporis vitia coram Imper. Carol. V. Episcopus Darienesis Fr. Thom. Orticius, & alii vehementer exaggerarunt.*
40 *Indi barbas sibi expillabant, corpora pingebant, ægrotos deserebant, & ab humanis & politicis moribus abhorrebant.*
41 *Caribes, Canibales, & Chichimeci, & Chontales omnium ferissimi, & barbarissimi sunt.*
42 *Indi navigia Hispanorum valdè mirata sunt.*
43 *Equos, & Hispanos vix intuentes Indi unum corpus esse putarunt, & qualiter hunc errorem agnoverint.*
44 *Bombardæ, & scopeti magno terrori Indis fuerunt.*
45 *Indorum de literis, & scriptura Hispanorum admiratio, & judicium.*
46 *Hispanos saltantes Indi vehementer mirabantur.*
47 *Indorum simplicitas, & barbaries multum aliquandò Hispanis profuit.*
48 *Eclipsis Lunaris observatione qualiter Indos deluserit Columbus.*
49 *Hispani ab Indis immortales habiti, & Solis filii reputati sunt.*
50 *Hispani cur ab Indis Peruanis dicti fuerint Viracochæ.*
51 *Barbaries, & feritas antiqua Indorum Occidentalium cujusdam Poëtæ carminibus explicatur.*
52 *Barbari homines, ex sententia Aristot. & aliorum, servi sunt, & ad serviendum nati & cogi possunt, ut prudentioribus pareant.*
53 *Venatoriam bellicæ artis partem concedit Calcagninus adversus barbaros, qui ferot mores deponere nolunt.*
54 *Aristotelis doctrinam, Barbaros naturâ servos esse, tradentis, plurimi Auctores explicant, qui recenseantur.*
55 *Homo ob excellentiam mentis, & rationis cæterorum animalium dominus à Deo constitutus fuit.*
56 *Stulti & barbari sapientioribus, & politioribus subjici debent.*

do, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans: Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron.

In cujus verissimæ doctrinæ comprobationem, ultra prædictos Auctores, & ea quæ generaliter de jure primæ inventionis, & occupationis suprà
87 retulimus, † expendi potest magis specialiter reg. tex. *in d. §. feræ, inst. de rer. divis. ubi* Balduin. quærit, an eadem semper manserit libertas occupandi loca deserta, & inculta, cujusmodi
88 passim multa sunt? & subdit: † *Et ego quidem crediderim, & adhuc esse debere industriæ præmia, ut fiant occupantis, & excolentis, idque Reipub. utilius est.*

Quibus adstipulatur, quod notanter insinuat Bartol. *in l. rem quæ nobis, num. 4. ff. de acquir. poss. & in l. si duo, in fine princ. ff. uti possid.* ni-
89 mirum, fundos, † qui numquam apparent fuisse culti, præsumi debere, in nullius bonis fuisse, & sic primò occupanti concedi. Quam doctrinam sequitur Jas. ibidem *n.* 32. Bald. *in rub. de præscript. col.* 3. & ejus auctoritate motus tenuit magis notabiliter Aretin. *in l. 1. in princip. 2. no-*
90 *tab. ff. de acq. poss.* Quod † etiam si res immobiles sint intra territorium, vel districtum alicujus civitatis, vel Regni, si tamen non extat memoria, quòd prædicta bona fuerint per aliquem culta, & occupata, non dicentur esse populi, vel Principis, sed potius in nullius bonis esse judicabuntur & sic primo occupanti concedentur. Atque ita dicit se consuluisse in causa Episcopi Mantuani, & de hac doctrina multum gloriatur, *in d. l. rem, quæ nobis, & in cons. 15. incip. Reverendis. Domine* Quæ tamen in specie ab eo proposita, & generaliter accepta, falsa quidem videtur, & ideò semper in praxi damnatur ut resolvunt Paul. Castrens. & Bart. Socin. *in d. l. 1. ex*
num. 17. idem Castrens. *cons. 259.* in causa quæ vertitur, idem Socin. *cons. 89. & cons. 12.* Quia
91 † ex antiqua possessione, vel concessione territorii, vel castri, quidquid intra illius fines includitur, ad Principem, vel urbem, cujus est castrum, pertinere videtur, ut colligitur *ex l. æde sacra, §. fin. ff. de contrahend. empt.* Joan. Fab. *in l. cunctos populos, C. de sacros. Eccles.* Bald. *in rub. C. de contrab. empt. vers. 22. quæro,* Corneo *cons. 247. vol. 2.* Oldrad. *cons. 121.* Chassan. *in consuetud. Burg. rub. 9. §. 4.* Gregor. Lop. *in*
l. 7. tit. 20. par. 3. Avendañ. *de exequend. mand. 1. p. cap. 4. num. 4. & 5.* Bobadill. *in Polit. l. 2. cap. 16. num. 52. & 53.* & latissimè Mieres de majorat. *4. p. q. 20. ex num. 48.* ubi practicabi-
92 liter docent, quòd † si civitas, aut villa, vel dominus vassallorum non habet territorium specialiter designatum, omnes terræ, sive sint herbidæ & incultæ, sive montuosæ ad Regem in dubio spectabunt, quas Hispano vocabulo, *Realen-*
93 *gas* nominare solemus: & in eis Reges † suam intentionem fundatam habere videntur. Quod &
94 † apud antiquos obtinuisse non malè conjicere possumus ex Herodiano in vita Imp. Ælii Pertinacis, ubi refert, eam quidquid in Italia, aut usquam gentium inculti soli esset, permisisse occupantibus, colentibusque donata singulari beneficio immunitate decem annorum. Et ex Ap-
95 pian. Alexand. *lib. 1.* dum scribit, † decimam partem fructuum Reipub. solitam pendi pro vectigali eorum agrorum, qui deserti ad culturam redigerentur.

Planè † si hujusmodi terras à Regibus, civi- 96
tatibus vel aliis inferioribus dominis omninò derelictas fuisse, probari posset; tunc absque dubio dicendum esset, liberè & securè occupantibus cedere. Qui enim res suas † deserit, aut pro 97
derelicto habet, donare videtur, ideoque continuò occupantium fiunt, *l. 1. ff. pro derelict.* eisdem quippe † modis nostræ esse desinunt, qui- 98
bus adquiruntur, *l. 2. & 9. §. hoc amplius, l. quæcunque, §. ult. ff. de adquir. rer. dom. §. pen. & ult. inst. de rer. divis. l. quemadmodum, §. 1. ff. de noxal. act. l. quod servus,* ubi Bartol. *ff. de utipul. servor. l. 36. tit. 5. pag. 1. l. 49. tit. 28. p. 3.* ubi Gregor. Lop. *& in l. 26. tit. 31. p. 3. verb. Poblasen* : Rip. *in d. l. rem quæ novis, num. 37.* Aymo. Parmens. *in tract. de jure alluvion. lib. 1. cap. 6. num. 9.* Petr. Greg. *lib. 20. Syntagm. cap. 2. num. 3.* Petr. Gilkenius *in tract. de præscript. 2. part. memb. 2. cap. 20.* Calistus Remir. *de lege Regia, §. 26. num. 55.* Borrell. *de Magistr. lib. 4. c. 12.* Avendan. *d. c. 4. num. 7. vers. Hodiè verò.* Ubi resolvit † in multis Castel- 99
læ partibus vigere consuetudinem, quòd primò occupans terras, quas desertas, incultas, sive, ut dicunt, *herbidas* invenit, sibi eas in perpetuum acquirat.

Eamque † consuetudinem si immemorialis sit, 100
servandam esse affirmant plurimi Auctores, quos refert Aymon. Cravet. *in tract. de antiq. temp. 4. p. num* 148. Covar. *in regul. possessor. de regul. jur. in 6. 2. p. §. 3. num.* 7. Guid. Pap. & ejus additionator, *decis.* 408. Burgos de Paz *cons. 15. num. 12. cum sequent.* Mascard. *de probat. lib. 1. concl. 279. n. 11.* & Mieres *d. 4. part. quæst. 20. num. 52. in ultima impresione.* Et esse faciliorem † alienationem, & acquisitionem hu- 101
jusmodi locorum, quàm aliorum, tradit Felin. *in c. ad audientiam, de præscr.* & Mandel. *cons. 62. n. 33. lib. 1.*

Eadem quoque ratione subsistit, † quod de 102
agris desertis habetur *in l. quicumque 7. leg. jura 14. C. de omn. agro deserto,* dum statuunt, novis † possessoribus, & cultoribus post biennii 103
lapsum perpetuo, ac privato jure applicandos esse, velut si essent domestica & avita successione quæsiti, ubi Bartol. Joan. de Platea, Jacob. Rebuff. & alii, & Ant. Cors. *in sing. verb. Occupatio,* merito notant, in eorum jurium specie † non 104
incidere occupantem in pœnam *l. si quis in tantam, & leg. cum quærebatur, C. unde vi,* cum à prioribus dominis derelicta, & quoad possessionem, & dominium amissa, impunè ab aliis occupari potuerint. † Et quia agriculturæ favor, & 105
tributorum, quæ ex illis prædiis solvenda erant Principi, vel Reipublicæ, suadebat, ne ea vacantia, & inculta relinquerentur.

Quapropter † & illud inductum fuit, ut etiam 106
cum mala fide, aut saltem cum scientia novi cultoris, qui alienum prædium occupavit, retentio, & præscriptio illius per spatium bienii concedatur, etsi admonitio veteris possessoris præcesserit, sex tantùm menses habet ad repetendum agrum, quem incultum dimiserat. Ut habetur *in d. l. locorum,* & in aliis *suprà* citatis, circa quas
† ultra Doctores ibidem, ita notanter signavit 107
Bart.

Bart. *in l. Celsus, ff. de usucap.* Felin. & Doct. per text. ibi *in c. 1. de præscr. & in rub. eadem col. 4. vers. Non fallit*: Jas. *num.* 33. Rip. *c. 37. in d. l. rem quæ nobis*; Idem Rip. *in tract. de peste, n. 20. col. 2.* idem Jas. *in §. omnium, n. 72. inst. de action.* Balb. *in tract. de præscript. f. 231. col. 2.* Montalv. *in lib. 1. tit. 11. lib. 2. fori, & in l. 9. tit. 29. p. 3.* Greg. Lop. *in d. l. 49. tit. 28. p. 3.* Covar. *Reg. possessor. 2. part. §. 11. n. 8.* Cujac. *de divers. præscript. c. 18. & 21.* & Petr. Gilken. *d. tract. de præscript. 2. part. memb. 2. cap. 2. num. 7.*

108 Et hoc modo † ac sensu acceptus hic titulus inventionis & occupationis, de quo sermonem instituimus, satis quidem securus & legitimus esse videtur. Neque ei officiunt levia quædam & communia argumenta, quæ opponit Incognitus *in libro* Maris liberi, *cap. 5.* quibus aliter etiam respondet Seraph. Freit. *de Imp. Asiat. c. 3. 10. & 11.* quem Lector adire, & cum his nostris scriptis componere facile poterit.

CAPUT VII.

De quarto titulo, qui ex barbaris, & incultis Indorum moribus ab aliquibus sumitur, ob id justè debellari & subjugari potuisse censentibus: Pro quorum opinione plurima latè, & novè considerantur.

SUMMARIUM.

1 *Barbariem & feritatem Indorum justum titulum præbere, videri, ut bello domari, & suis imperiis privari possint.*
2 *Auctores citantur, qui hunc titulum barbariemi, & feritatis Indorum probare videntur.*
3 Barbarus *nomen variat habet significationes.*
4 *Barbaria provincia, quæ hodiè dicitur* Berberia, *undè sic dicta,* remissivè.
5 *Barbari propriè dicuntur, qui ingenio nimis obtuso & fero sunt, & à naturalis rationis regulis deviant.*
6 Barbarus *nominis etymologia.*
7 *Barbari ut bruta furioso impetu ducuntur ad ea, quæ appetunt.*
8 *Ferarum nomen cur impositum sit brutis animantibus.*
9 *Bruta animalia nihil habent rationis, aut prudentiæ, ut saltò quidam existimarunt.*
10 *Rever. P. M. Fr. Anton. Peresius Benedictinus laudatur.*
11 *Bruta ea loqui possint, vel humanum sermonem intelligere,* remissivè.
12 *Brutis propriè non dicitur inferri vis, aut injuria.*
13 *Barbari, & impoliti homines brutis æquiparantur, & sub eorum appellatione in scriptura, & aliis Auctoribus designantur.*
14 *Saracenos* bestias *appellavit Oldrad.*
15 *Alphonsus Aragonæ Rex barbaros* non homines, *sed* homones *cum Ennio appellabat.*
16 *Homines non ex solo adspectu, aut forma, sed ex ratione prius judicandi sunt, quæ eos Deo similes, & aliorum animalium dominos reddit.*
17 *Homo dicitur* parvus mundus, *quia de natura omnium creaturarum mundi participat, & quomodo.*
18 *Auctores plures congeruntur, qui de natura, & differentiis hominis agunt.*
19 Lex in pecudum, ff. de usur. lex justissime, de ædil. edict. & §. in pecudum, inst. de rer. divis. exornantur, & num. 55. *Blasius Roller de Salcedo* citatur, & laudatur, ibidem.
20 *Natura varias quotidiè formas edere conatur.*
21 *Monstra plura, humanam effigiem referentia reperta*
sunt, tum terrestria, tum marina, & aerea, & qui de eis agant.
22 *Ciceronis locus expenditur, ubi hominum, & bellua-*
rum discrimen eleganter proponit.
23 *Homines barbari, & indocti appellatione* hominum *digni non videntur, & lignis ac lapidibus comparantur,* & num. 25.
24 *Pœna tolerabilior est, vivere non posse, quam scire.*
25 *Intelligent homo plus quam bellua intelligendur.*
26 *Boetii carmina referuntur, in quibus hominum, & belluarum discrimen apponit.*
27 *Indi Occidentales, ut plurimum barbari, sylvestres, & belluis feré similes erant.*
28 *Indorum Occidentalium barbaries, feritas, & rusticitas testimoniis pluriorum auctorum comprobatur.*
29 *Josephi Acostæ de Indorum Occidentalium ruditate, & feritate judicium.*
30 *Ludovicus Legionensis graviter exprimit feritatem, barbariem, & incultos mores Indorum Occidentalium.*
31 *Joannes Boterus plura de Indorum Occidentalium barbarie, & incapacitate recenset.*
32 *Indi aliqui reperti sunt, qui ultrà quinque numerare nesciebant.*
33 *Thom. Bocius Eugubin. Indorum Occidentalium barbariem, & incultos, ac ferinos mores tapissimè exaggerat.*
34 *Indos omnes Occidentales barbaros, squalidos, & abjectissimos esse scribit Fr. Gregor. Garcia Dominican.*
35 *Anton. Herrera multa passim prodit de barbarie & feritate Indorum Occidentalium.*
36 *Indi insulæ Hispaniolæ & Cubæ, & alii, ob ruditatem & memoriæ defectum nihil, aut parum in disciplina Christiana proficiebant.*
37 *Indi plures in montibus, & speluncis se abdebant, ne ad Christi doctrinam suaderentur.*
38 *Indos olim nonnullos veros homines non esse, nec Fidei Christianæ capaces, sibi persuaserunt.*
39 *Indorum eximiam & intuperabilem barbariem, ac feritatem, & alia plurima animi, & corporis vitia coram Imper. Carol. V. Episcopus Darienesis Fr. Thom. Orticius, & alii vehementer exaggerarunt.*
40 *Indi barbas sibi expillabant, corpora pingebant, ægrotos deserebant, & ab humanis & politicis moribus abhorrebant.*
41 *Caribes, Canibales, & Chichimeci, & Chontales omnium ferissimi, & barbarissimi sunt.*
42 *Indi navigia Hispanorum valdè mirata sunt.*
43 *Equos, & Hispanos vix intuentes Indi unum corpus esse putarunt, & qualiter hunc errorem agnoverint.*
44 *Bombardæ, & scopeti magno terrori Indis fuerunt.*
45 *Indorum de literis, & scriptura Hispanorum admiratio, & judicium.*
46 *Hispanos saltantes Indi vehementer mirabantur.*
47 *Indorum simplicitas, & barbaries multum aliquandò Hispanis profuit.*
48 *Eclipsis Lunaris observatione qualiter Indos deluserit Columbus.*
49 *Hispani ab Indis immortales habiti, & Solis filii reputati sunt.*
50 *Hispani cur ab Indis Peruanis dicti fuerint Viracochæ.*
51 *Barbaries, & feritas antiqua Indorum Occidentalium cujusdam Poëtæ carminibus explicatur.*
52 *Barbari homines, ex sententia Aristot. & aliorum, servi sunt, & ad serviendum nati & cogi possunt, ut prudentioribus pareant.*
53 *Venatoriam bellicæ artis partem concedit Calcagninus adversus barbaros, qui ferot mores deponere nolunt.*
54 *Aristotelis doctrinam, Barbaros naturâ servos esse, tradentis, plurimi Auctores explicant, qui recenseantur.*
55 *Homo ob excellentiam mentis, & rationis cæterorum animalium dominus à Deo constitutus fuit.*
56 *Stulti & barbari sapientioribus, & politioribus subjici debent.*

57 *Servitutem nasci in manu imprudentis, quæ sensu dicatur*, Proverb. 1. & 26.

58 *Sapientes solos veræ libertate gaudere, & insipientes eorum servos esse, graviter ostendit D. Ambros.*

59 *Cham cur effectus fuerit servus fratrum suorum.*

60 *Jacob supientiæ meritò prælatus fuit fratri seniori.*

61 *Esau idem significat, quod ignorans.*

62 *Intipientiam deteriorem servitute esse, quibus rationibus probet D. Ambros.*

63 *Populis semper præficiendi sunt, Rectores sapientes, & quare.*

64 *Bella licita dicuntur ea, per quæ victis consulitur & pietati, ac justitiæ observatio procuratur.*

65 *Improbis, & barbaris hominibus melius, & utilius est servire, quam dominari, ex D. August.*

66 *Indorum barbarie, & feritate suppatita fuitum, & ipsis valdè utile fuit Hispanorum imperio gubernari*, & num. 79.

67 *Indi, qui nunc sunt, fortunatiores antiquis dici portunt.*

68 *Barbari ab Alexand. viili beatiores fuerunt secundùm Plutarch. quam qui eum effugerunt.*

69 *Æthiopum, qui à Lusitanis adsportantur, servitus, multis aliis bonis compentatur, quæ ea mediante recipiunt.*

70 *Injuriæ sunt, quibus gratiæ debentur.*

71 *Manumittionis alapæ, & injuriæ fulices vocantur à Claudiano.*

Lex ult. C. de emancip. liber. *illustratur*, ibid.

72 *Romani multum laudantur ob gentes barbaras & efferas, quas bellis domuerunt, & politicas reddiderunt.*

73 *Romani sui imperii augmentum ob bonos mores & leges, quibus subditos gubernabant, & excolebant, meruisse dicuntur.*

74 *Romanorum imperium legitimum, & Dei permissione quæritum, & ab Ecclesia approbatum fuisse, pluresè affirmant.*

75 *Gothi cur nomen & gloriam Romani imperii abolere desierint.*

76 *Hispani longè superant Romanos in bonis, quæ rubaëtis à se Indis communicarunt.*

77 *Indi antea barbari & effert, hodie Hispanorum cura, religione, & bonis moribus, atque artibus admodum pollent.*

78 *Hispana gens plures barbaras, & efferatas nationes excoluit, quam reliquæ mundi.*

79 *Indi ob barbariem inter servos numerantur.*

80 *Indi supposito quod natura servi essent, justè suis imperiis, & bonis ipsiliari potuere, videntur.*

81 *Servi nihil proprium habere portunt.*

82 *Servi sine domino, & pro derelictis habiti, à quocumque occupari portunt.*

83 Lex quod servus, ff. de stip. serv. & lex si usumfructum, ff. de lib. caus. *exornantur.*

84 *Indi etiam sub propriis Regibus constituti ab illorum imperio eximi potuerunt.*

85 *Regere qui se ipsos non valent, alios regere non debent.*

86 Lex sic evenier, ff. ad L. Jul. de adult. lex homo liber, §. fin. de acquir. rer. dom. lex ult. C. de legit. tut. *expenduntur, & exornantur.*

87 Cap. indecorum, de ætat. & qualit. otd. *illustratur.*

1 SUperiori titulo † ille alter à nonnullis subjici solet, qui ex ipsa Indorum, has Australes, & Occidentales regiones habitantium, natura & conditione descendit. Ajunt namque ita feros, barbaros, incultos, & agrestes, ut plurimum, repertos fuisse, ut vix hominum appellatione digni viderentur: ac proinde & potuisse, & oportuisse nostris Regibus subjici, & supremo Imperio, jurisdictione, & gubernatione suarum provinciarum, ac personarum privari, ut sic tamdem ad humanitatem, & civilitatem adducti, Christianæ Fidei & religionis capaces reddi valerent.

2 Quem † titulum inter præcipuos Apologiæ suæ considerasse dicitur Joan. Ginesius Sepulveda, & expressè refert & sequitur Marquard. de Susanis *in tract. libertate Jud. & Infidel. 1. p. c. 15. num. 1.* Joan. Major. *in 2. Sentent. distinct. 44. opin. 3.* Alphons. Guerter. *in Specul. Princip. cap. 31. num. 5. & sequent.* Joan. Borer. *in relat. univers. 4. part. lib. 3. ex pag. 65.* Thom. Boc. *de sign. Eccles. libro 8. c. 5. pag. 309. & lib. 10. c. 13.* Et de ejus veritate sub quibusdam distinctionibus inquirunt Victor. *in 1. relect. de Indis n. 4. & n. 20. cum staq.* Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 23. p. 2. glos. 3. col. 6. vers. Subdit etiam, & col. 3. verb. Præterea, & col. 6. vers. Et postea quam & col. 14. vers. Alius titulus.* Dom. Bañez *in 2. 2. q. 10. art. 10. col. 533. vers. Arguitur tertiò.* Egoque pro ejus comprobatione, & illustratione hæc, quæ sequuntur, argumenta, satis, ni fallor, efficacia perpendo.

Primum, † quia licèt veteres hoc nomine 3 *Barbarus* variè uti solerent, pro iis, qui linguam Græcam, vel aliam quam loqui conabantur, non bene callebant, nec pronuntiabant: vel pro iis, qui Græci non erant, aut Imperio Romano non parebant, ut constat ex D. Paul. *ad Roman. 1. & 1. ad Corinth. 14.* Platon. *in Polit.* Varrone *lib. 6. de ling. Latin.* Strab. *lib. 14.* Agellio *lib. 5. noct. Attic. c. 2. l. penult. ff. de honis damnat. l. nulli 28. Cod. de Episcop. & Cleric. l. ult. Cod. de postlimin. revers.* cum aliis, quæ tradit Alciat. *in l. scriptis Cod. de Palatin. sacr. largit.* Turneb. *lib. 2. advertar. c. 18.* Gent. Hervet. *in not. ad Clement. Alexand. pag. 4.* Lorin *in Act. Apost. c. 1. versic. 1.* Joan. Ferdin. *in l. Thesaur. Script. verb. Barbarus:* Joan. Funger. *in Etymol. eod. verb. pag. 119.* & Bernard. Aldrete *de antiq. Hispan. lib. 3. c. 28.* Ubi agit † de causa nominis provinciæ Barbariæ, 4 quæ hodie *Berberia* dicitur. Proprius tamen, & frequentius † ad eos referri solet, qui rudes, & in 5 periti sunt, vel naturali quadam feritate, aut cœcitate ducti, à communibus humanæ vitæ regulis deviant, rectum rationis usum non habent, nec legibus & moribus naturali rationi consentaneis utuntur, ut apertè docet D. Thom. *1. Polit. lect. 1. & 9.* ubi inquit. *Barbarus hoc signo declaratur, quod homines non utuntur legibus rationalibus.* Albert. Magn. 7. *Ethic. tract. 1. c. 1. Barbari dicuntur, qui nec lege, nec civitate, nec alicujus disciplinæ ordine disponuntur, ad virtutem*: Carol. Steph. *in d. verb. Barbarus, Barbari etiam dicuntur alliterati, malis moribus, feri, crudeles,* & idem tradit D. Sebast. Covar. *in tatis docto thesauro linguæ Hispan. eod. verb.* & de his nostris Indis agentes Joseph Acosta *in proœm. ad lib. de procur. Indi. salut.* Joann. Borer. *in relat. univers. 4. part. lib. pag. 65.* & Fr. Joann. Torq. *in Monarch. Ind. lib. 14. cap. 28.*

Quibus favet † ejusdem nominis etymologia, 6 quam quidam deducunt ex Hebræo nomine *Bahar*, quod *brutum* significat, vel ex verbo *Baharr*, id est *furenter agere*, † quasi Barbari quoque furenter agant, & ut bruta solent, furioso impetu ducantur ad ea, quæ appetunt. Unde † & ipsa 8 bruta ferarum etiam nomen acceperunt secundùm M. Varronem relatum à Balduin. *in §. feræ, n. 1. init. de rer. divis.* quod naturali suo impetu ferantur, & ruant, nullo hominum commercio, mansuefacta, vel imperio dominata. Et † licet ali- 9

qua

qua faciant, quæ rationis & prudentiæ speciem habere videantur, instinctu tamen magis quàm intellectu ad ea diriguntur, & finem propter quem operantur, non assequuntur. Ut contra vanam aliquorum opinionem, qui brutis aliquid rationis & prudentiæ inesse docuerunt, ex rectæ Philosophiæ, & Theologiæ regulis concludunt Aristot. *lib. 3. de anima*; ubi Albert. Magn. Philopon. & Card. Toler. *q. 6.* D. Thom. *1. 2. q. 13. artic. 3.* Gregor. *l. d. 3. q. 1.* Hieronym. Fracastor. *lib. de intellect. à fol. 191.* Andr. Liban. *in disp. de contemp. intellect. best. part. 2.* eruditissim. Matt. Delr. *lib. 2. disquis. magic. q. 20. pag. 101.* Mench. *controv. illust. lib. 1. c. 21. num. 14. & sequent.* † Reverend. P. M. Fr. Anton. Perez, Benedictinæ Congregationis fulgentissimum decus, *in laurea Salmant. cert. 17. per totum*, ubi etiam tractat, † an bruta loqui, aut sermonem humanum intelligere possint? & Simon Majol. *in diebus Canicul. 4. tom. colloq. 1. de dignit. hom. pag. 105.* ubi † resolvit brutis hac de causa injuriam & vim propriè inferri non posse, ut potè quæ rationis juris atque dominii capacia non sint. Quibus similes † esse, meritò judicantur prædicti Barbari, qui vel omninò rationis lumine destituuntur, vel illud ferocia, aut stoliditate sua adumbratum, & obscuratum habent, ut constat ex Isai. *cap. 11. 43. & 65.* ubi eos sub appellatione bestiarum agri, *luporum, pardorum, ursorum, leonum, draconum & struthionum* designat: & ex Horat. *lib. 1. epist. 2.* à quo canes immundi, & sues, vel porci nominantur:

Sirenum voces, & Circes pocula nosti,
Quæ si cum sociis stultus, cupiditque bibitset,
Vixisses canis immundus, vel amica luto sue.

Et alibi:

Cum videre voles Epicuri de grege porcum.

14 Et † eadem ratione, multum in nostris terminis, Saracenos, *bestias* appellavit Oldrad. *d. cons. 72. n. 3. in princip.* relatus ab Ant. Scapp. *de jure non script. lib. 2. c. 2. n. 17.* & Calisto Remir. *de lege Regia, 3. 32. n. 5.* Et † bellissimè Alphonsus Aragoniæ Rex, ut in ejus dictis & factis refert Ant. Panormit. *lib. 11. §. 54.* eos, quos videbat ex homine nihil præter effigiem possidere, non homines, sed *homones* appellandos esse dicebat, Enniannm illud adducens:

Vulturis in sylvis miserum mandabat homonem.

Et Socrates homines sine ratione simias vocabat, ut ego notavi *in libello de crim. parric. pag. 79.*

Non enim † ex solo aspectu & forma homines 16 judicandi sunt, sed ex ratione potius, quæ eos ab animantibus distinguit, & separat, & ob quam ad imaginem & similitudinem Dei homo formatus dicitur, *Genes. 1.* reliquorum animalium dominus, & imperator fuit, & † μεγαλοπρεπέστερον, id est, 17 *Parvus mundus*, appellatur, quasi de omnium mundi creaturarum natura participans: habet enim commune esse cum lampadibus, vivere cum plantis, sentire cum brutis, & intelligere 18 cum Angelis, ut bene † in hominis definitione consideravit Plato, relatus à Theatr. vitæ humanæ *vol. 4. lib. 4. pag. 1177. col. 1.* Aristot. *lib. de mundo ad Alex.* Plin. *lib. 7. nat. hist. c. 1.* D. Gregor. *sup. Marc. c. 16. homil. 29.* Cœl. Rhodigin. *lib. 1. lect. antiq. c. 2. & 39. & lib. 24. c. 50.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verb. Adjectæ, num. 17. de testam.* Casan. *in Catal. glor. mund. 2. p. consid. 1. & 2.* Petr. Greg. *lib. 7. Syntag. c. 1. num. 3.* Gentia. Hervet. *in Scholiis ad Clem. Alex. pag. 8. in princip.* Doctores *per text.* ibi, † *in l. in pecu. 19 dum 28. ff. de usuris, l. justissimæ 44. ff. de ædil. edict. §. in pecudum, inst. de rer. divis.* Navarr. *in c. novit. num. 86. col. 104. de judiciis*: M. Anton. Camos *in Microcosmia, 1. part. dial. 2. & 3.* Raimun. Sebundius *in tract. de nat. & cond. hom. dial. 1. per totum*: Castillo de Bobadilla *in Polit. lib. 2. c. 21. n. 1.* & novissimè alios allegans Calist. Remirez *in d. tract. de lege Regia in initio, num. 3. & seqq.* & eruditissimus Blassius Robles de Salcedo *in egregio tract. de representatione, lib. 1. cap. 1.*

Quapropter licèt Natura, † quæ varias semper 20 conatur edere formas, *l. 2. §. sed quia, Cod. de vet. jur. enucl.* inter alia monstra, † quædam etiam, 21 humanam effigiem referentia, confinxerit, hæc tamen, si intellectu, & ratione carent, inter homines computari non debent, ut post Plin. *d. lib. 7.* observat Aul. Gellius *lib. 9. noct. Atticar. cap. 4.* Strab. *lib. 1. ad medium*: D. August. *lib. 16. de Civit. Dei, c. 1.* D. Isidor. *lib. 11. Etymolog. cap. 3.* D. Antonin. *1. part. histor. tom. 1. cap. 1. §. 2.* Joan. Bohem. *de morib. omn. gent. lib. 2. c. 8.* & de *Satyris, Faunis, Sylvanis, Hyppocentaurls, Syrenis, Tritonibus, Nereadis, Harpiis*, & aliis monstris terrestribus, marinis, & aereisi idem Plin. *lib. 10. c. 49.* Ælian. *lib. 10. c. 18.* Alex. ab Alex. & ejus locupletissimus additionator Tiraquel. *lib. 3. Genial. c. 8.* Bapt. Fulgos. *lib. 1. memorab. c. 6.* Petr. Mexia *in sylva var. lection. 1. part. cap. 8. & 21.* Simoni Majol. *in dieb. Canicul. tom. 1. colloq. 2. pag. 55. & multis sequentib. & tom. 2. colloq. 1. pag. 40. & 41.* & novissimè Francisc. Torreblanca *lib. 2. de Magia, cap. 34.*

Sed præstat, † ut Ciceronem audiamus, qui 22 *lib. 3. Offic.* prædictum discrimen belluarum, & hominum ita eleganter expressit: *Inter hominem, & bellua hoc maximè interest, quod hæc tantum quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest, quodque præsens sit, se accommodat, paulum admodum sentiens præteritum, aut futurum: homo autem, quoniam rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum videt, earumque progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, & rebus præsentibus adjungit, atque adnectit futura; facile totius vitæ cursum videt, ad eamque dirigendam præparat res necessarias. Eademque natura rationis hominem conciliat homini, & ad orationis, & ad vitæ societatem. Ingeneratque imprimis præcipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt: impellitque ut hominem cœtus & celebrari inter se, & à se obiri velit, ob eaque causas studeat parare ea, quæ suppeditent, & ad cultum, & ad victum: nec sibi soli, sed conjugi, liberis, cæterisque quos cæros habeat, tuerique debeat. Quæ cura excuscitat etiam animos, & majores ad rem gerendam facit. In primisque hominis est propria veri inquisitio, & investigatio.*

Hoc idem non minus † eleganter notarunt 23 Sallust. *in princip. conjurat. Catilinæ*: Horat. *lib. 1. serm.*

term. satyr. 6. & Ladislaus Rex Hungariæ ac Bohemiæ relatus ab Æn. *Silv. lib. 3. comment. in Panorm. & in Theatr. vitæ humanæ vol. 5. lib. 1. pagin. 1198. col. 2.* ubi homines barbaros, segnes, & indoctos *appellatione hominum indignos, & brutis similes vocant*; & Senec. *in Proverb.* dum † ait:
24 *Tolerabilior est pœna vivere non posse, quam scire,* Et D. Clemens Alexand. *in epist. adhort. ad Gent. pag. 2.* Ubi † inquit, non solum belluas, verum
25 lapides, & ligna esse homines insipientes, & quod lapidibus est minus sentiens, qui est tinctus ignorantia; idem etiam sentit Boecius *de consol. at. Philosoph. lib. 5. metro. 5.* Ubi † ex recta hominis figu-
26 ra, animum quoque ejus rectum, & cœlestium spectatorem esse debere, & in hoc a brutis differre, sic pie & graviter scriptum reliquit:

Quam variis terræ animalia perneant figuris
Namque alia extento sunt corpore, pulsuque verrunt,
Continuumque trahunt, vi pectoris incitata tuleum,
Suna quibus alarum levitas vaga, verberatque ventos,
Et liquido longi spatia ætheris enatet volatu.
Hæc prætenta solo vestigia gressibusque gaudent;
Vel virides campi transmittere, vel tubire sylvas.
Quæ variis videas licet omnia discrepare formis.
Prona tamen facies hebetes vultus ingravare tentat.
Unica gens hominum cœlum elevat altius cacumen,
Atque levis recto stat corpore, despicitque terras.
Hæc nisi terrenus male deripit, admonet figura,
Qui recto cœlum vultu petit, excerpique frontem
In sublime feras animum quoque ne gravato pectus
Inferior ti dat mens, corpore celsius levato.

27 Secundò facit † quod Indi, de quibus loquimur, sub prædictis Barbarorum, & belluarum notis comprehendi videntur, cum pro majori parte, ut diximus, eis similes reperti sint, & vix quidquam humanum præter effigiem hominum retinente. Quod benè ostendit. Adrian. Turneb. *libr. 20. adver. cap. 11.* & omnes Auctores qui de eisdem Indis peculiares historias scripserunt. Inter quos †
28 Over. *lib. 3. c. 6.* & Amer. Vespecius relatus a Majo-
lo, *de tom. 1. colloq. 2. pag. 61.* apertè testantur, gentem hujus Antarctici Poli sylvestrem esse, ferarum more viventem, palam, & ubique fœminis commiscentem, nihil adorantem, nudamque incedentem, & Pet. Mart. *in decad. 1. Novi Orb.* idem scribit de Indis insulæ Hispaniolæ, præcipuè in provincia Guaccajarima, quos inquit: *Sylvestres esse, antra, sylvasque, habitare, absque, ullo hominum societatis commercio, nudos, sine que loquela esse; captos, nunquam circum ferri, sine ulla lege vivere, solaque de facie homines rationales videri.*

29 Doctiss. † etiam Par. Joseph. Acosta eorundem Indorum propugnator accerrimus *lib. 1. de nat. Novi Orb. c. ult. in fin.* rationem ipsam persuadere ait, hoc genus hominum sylvestre fuisse ex Barbaris, profugisque hominibus maximè propagarum & quòd licèt tempore procedente in Mexicano, & Peruano Regno aliqua forma Reip. introducta fuerit, Barbara quoque ipsa, sed à cætera barbarie Indorum plurimum abhorrens; dittissimè tamen omnes nullos habuerunt Reges, nullam certam constitutam Rempublicam, sed promiscuè turmatim habitasse, ut modo *Floridi, Brasilienses*, & *Chiriquani*, & pleræque gentes
2 Indorum, qui nullos habent certos Reges; sed prout belli, pacisve fortuna tulerit, subitò ac temerè Duces creant, atque eos mores probant quos libido, furorque persuaserit.

Eamdem sententiam luculentius idem Auctor prosequitur *in prœm. ad libros de proc. Ind. salu.* ubi tres Indorum classes constituit, & barbariem earum sigillatim expendit, de quibus Nos *inferius* agemus: & rursus in *eodem tract. lib. 1. c. 2. pagin. 134. & 135.* de omnium Indorum ruditate, & feritate ex multorum judicio, & opinione agens, & quàm difficilis ob id illorum conversio censeri debeat: *At natio*, inquit, *Indorum (& si alii aliis præstat) universa tamen est ab omni ingenuitate alienissima, tota sordida, tota servilis ingenio ut plurimum obtuso, judicio perquam imbecilli, inconstans prorsus, & lubrica, Moribus infidi, ingrati, metu solum cedere, & vi, honoris vix sensum habere, pudoris propemodum nullum. Neque servile tantum ingenium est, verum etiam quodammodo brutum: ut facilius putes feras eicurare, quàm istorum vel frænare temeritatem, vel excitare torporem: adeò ad percipiendum rudes ad cedendum duri, & pervicaces. Denique ut irrationalia pecora naturaliter in captionem, & in prædam apta in corruptione perpetua degunt: neque matrimonii leges, neque naturæ reverit libidine pro ratione utuntur.* Et post alia his similia, quæ *ibidem* commemorat, in *capitul. sequentib.* subdit: *Videas pleraque ferarum instar non urbes & oppida, sed rupes, atque antra incolere, neque gregatim vitam degere, sed sparsim sæpè incertis vagari sedibus. Itinera cervis aut ibicibus tantum pervia. Domus nulla, non tectum, non paries fundamento surgens, caulas pecorum aut vivaria dicas potius, quam hominum cœtus.*

Idem non minus graviter, & disertè scriptum reliquit † M. F. Ludovic. Legiones. *sup. Abbiam.* 30 *cap. ult. pagin. 668. & seqq.* ubi exponens illud Isaiæ *c. 18.* de quo latiùs locuti sumus *sup. lib 1. cap. 15. ex num 20. Ite Angeli veloces ad gentem convulsam, conculcatam, & dilaceratam, ad populum terribilem, &c.* ait, hæc verba proprie de nostris Indis intelligi, qui *convulsi* dicuntur propter vivendi morem varium; & agrestem: maxima enim ex parte nullo communis, aut unus Reip. vinculo conjungebantur, sed vel per agros dispersi ferarum more vitam degebant, vel qui urbes, & oppida colunt, pro urbium ferè numero, alii alios vitæ mores, alias religiones, alia sequuntur instituta Reipublicæ. *Dilacerati* vero & *conculcati* ob corporis ipsorum habitum, & cultum horridum, & squalidum imberbem, & depilatum, & propter ingenium, & conditionem vitæ ipsorum: sunt enim abjectissimi, & ingenio humili, & ad serviendum nato. *Terribiles* autem ob incultos, atque ferinos mores. Nam, & humanis carnibus vesci soliti erant, & idolis humano sanguine sacrificabant, & ad bellum procedebant ora picti coloribus horrendum in modum, justi porrò, atque injusti discrimen non tenebant, ac plerique eorum promiscua, & mascula venere palàm utebantur.

Ipse etiam Legionensis idem repetit *in comment. sup. Cantic. c. 8. pag. 433.* de eisdem Indis propter morum barbariem, & pravitatem exponens illud, *Soror nostra parvula est, & ubera non habet* de quo etiam egimus *d. cap. 15. ex num. 38.*

Eam-

Eamdem quoque Indorum barbariem, & feri-
31 tatem adhuc magis in specie prosequitur † Joan. Boter. *d. 4. part. relat. univers. lib. 3. pag. 66. & sequent.* Ubi connumerat ridiculos, & simplices, ac feros etiam impios, & crudeles mores, & ritus quam plurium nationum, veluti *Hispaniolorum Popajanorum, Mexicanorum, Peruensium, Chilensium, Salomoniorum*, & aliorum similium. Et
32 † *in ead. 4. p. lib. 2. pag. 23.* in omnibus Indis, exceptis Mexicanis, & Peruanis, eamdem hebetudinem, & sylvestrem vivendi modum agnoscit, ita ut eorum plures ultra quinque numerare nescirent.

33 Thom. † item Bocius Eugubinus in suis doctis, piis & sæpè à nobis citatis libris de signis Ecclesiæ Dei, hoc argumentum passim pertractat. Imprimis enim *lib. 7. c. 4. sign. 28.* cùm ostendere vellet, barbaras, indomitas, & efferas gentes, per Ecclesiam *Christi*, & ejus Fidei susceptionem, ad humanitatis cultum perductas fuisse, ut implerentur plures Prophetiæ, quæ id prænuntiabant: *Accedamus*, inquit, *ad Indias Occidentales, quarum si efferos omnes mores in medium adducere vellemus, nullus esset dicendi finis.* Et posteà aliquos valdè notabiles recenset, quorum peculiarem tractationem *infrà c. 10.* prosequimur. Et iterum *lib. 8. c. 5. pagin. 309.* de eisdem feris, & inhumanis gentibus agens per Rempub. Catholicam omnibus seculis pios, & humanos mores edoctis, sic ait: *Jam verò quis enumeret tot nationes in Africa, Asia, Indiisque Orientalibus, & Occidentalibus? ut illæ nihil habebant plerumque, nisi humanam figuram: nam cætera belluina omnia. Quocirca necesse fuit Hispanis interdum facere, quod illis agricolis, qui locum aliquem vepribus obsitum, dumetis undique implexum, & obseptum, arboribus infructuosis, & venenatis abundantem, excolendum susceperunt, ferro, & igne terram purgare.* Et *l. 10. c. 13.* tractans, liberalitate Ecclesiastic. perfectum esse, ut efferatissimæ gentes potuerint adduci, ad Christum in Imperio contineri, & ad omne bonorum genus excoli, apponit exemplum in eisdem Indis Occidentalibus, quorum conversio mediante Sedis Apostolicæ cura, & Catholicorum Regum pietate, & liberalitate peracta fuit, & honestam contentionem inter Columbum, & Fr. Buillium Catalanum sæpè intervenisse ait, an in gentes illas à nostris aliquo modo sæviri posset, cum aliter ad veræ Fidei, imò nec ad rationis cultum adduci valerent? *Belluinis namque*, inquit, *factis belluas omnes superabant: Namque bestia sui generis bestias devorat, ut illi mutuò sese comedebant, quæ bestiæ filios suos alunt, ut pinguiores & adultiores effecti, sint parentibus, (horrendum dictu!) pro cibo, &c.*

Quam eamdem feritatem, & proprios filios comedendi inhumanitatem idem auctor repetit *lib. 21. c. 3. & lib. 22. cap. 1.* ad medium, *& in tract. Imperia pendere à virtutib. cap. 12. in fin. pag. 176.* explicans eventa fœlicia prosapiæ Regum Castellanorum, eis à Deo ob Fidei Catholicæ observationem, & propagationem concessa: & generaliter concludit, quod inter Indos nulla lex, nullus mos paulò humanior, disciplina nulla, aut ars nobilis vigeat.

Denique *lib. 20. c. 7. sign. 88.* agens de locis desertis per Catholicos cultis, & ornatis, in eis-
dem Indiis exemplum proponit; in quibus ait, *Oppida innumera, & civitates pulcherrimæ passim conduntur, in quibus constituuntur cœtus hominum, excitantur fundamenta generationis & generationis eorum, qui bestiarum modo prius incertis sedibus vagabantur, & in stabulis ipsis habitabant.*

Notanda etiam hac in Parte sunt verba † Fr. 34
Gregor. Garciæ *in tract. de origin. Ind. l. 3. c. 4. in princip. pagin. 237.* ubi ait, Indos omnes communiter admodum rudes, atque hebetes esse, corporeque, aspectu squalidos, & magis servilis atque abjectæ conditionis quam Æthiopes, aut aliæ mundi nationes.

Sed quid plenius cæteris hoc pertractat, est † 35
Ant. de Herrera *in sua hist. gen. Ind.* ubi multa passim commemorat, ex quibus hæc barbaries ferè omnium Indorum colligi possit. Nam *decad. 1. l. 3. c. 3. & 4. & l. 9. c. 7.* de Indis insulæ † His- 36
paniolæ, & *Cubæ* agens, eorum feros, spurcos, & inconstantes mores recenset, & à dæmone possessos fuisse ita ut rationis vestigia vix tenerent, neque ullo modo domari, aut corrigi possent: & quòd adeò rudes erant, ut ultra decem numerare nescirent, ac multis annis nihil ex orationibus Christianorum discere potuerunt, præter illa verba salutationis Angelicæ, *Ave Maria.*

Et *decad. 2. l. 2. c. 3. pag. 35.* de eisdem Indis generaliter loquens, tradit, ideo rudes, & barbaros, & memoria fragiles fuisse, ut quod unà aure à prædicatoribus accipiebant, alla exiret, & nihil in Christiana disciplina, & politicis moribus proficere possent.

Et *l. 2. c. 15. pag. 56.* quòd cum reverendi illi, & piissimi Patres Ordinis D. Hieronymi ad Hispaniolam accessissent, missi à Rege, ut de Indorum salute temporali, & spirituali curarent, experiendo cognoverunt, eos, propter naturalem hebetudinem, & forociam, ac memoriæ defectum, parum aptos esse ad Fidem recipiendam, si liberi, & pro arbitrio suo vagantes, atque ab Hispanorum dominio, & communicatione separati relinquerentur. Quia eam † solam 37
ob causam, quòd ad Christianam doctrinam, & civiles mores audiendos, & imbibendos suadebantur, profugi in montibus, & speluncis latitabant: ita ut multi religiosi viri eo tempore exiterint, qui † illos veros homines non esse, 38
nec capaces Eucharistiæ, & aliorum nostræ Religionis mysteriorum opinarentur.

Et *l. 4. ejusdem decad. 2. c. 3. & 4.* eadem † In- 39
dorum vitia ex quam plurimum affirmatione recenset, & disputationes illas proponit inter Episcopum Darienis, & Licentiatum Barthol. *de las Casas*, coram Carolo V. Imperat. Barchinonæ habitas; in quibus Episcopus serò affirmavit, Indos omnes, quos ipse ad id usque temporis viderat, in insulis, quas vocant *de Barloventos*, & in provincia *Darienis*, quam dicunt *de Tierra firme*, mirum in modum barbaros & servos à natura esse. De quo etiam agit Pet. Martyr. *in decad. Nov. Orb. fol. 95.* Hieronym. Benc. *in histor. Ind. l. 1. c. 17. pag. 78.* Et sequentib. & ejus aditio. Joan. Boter. *in dict. relat. univers. 4. part. l. 3. ex pag. 64.*

Et rursus idem Ant. de Herrera *decad. 3. l. 8.*
c. 10.

c. 10. pag. 312. & 313. refert, in eadem sententia fuisse alios viros admodum Religiosos Dominicani & Franciscani Ordinis, & inter eos Fr. Thom. Ortizium in supremo Indiarum Consilio, cui eo tempore præsidebat F. D. Garcia de Loaisa Episcopus Oxomens. ovillato testimonio asseruisse, prædictos Indos antropophagos, & masculæ nefandæ veneri ultra omnes nationes deditos esse, nullo pacto justi, & injusti discrimen agnoscere, nudos, & sine aliquo pudore bestiarum more vagari, nihil ducere alios, vel sibi ipsis necem inferre, ebrios, ignatos, ignavos, impios, irreverentes, inconstantes, infideles, ingratos, supertstitiosos, religionis Christianæ incapaces & mendaces supra modum esse, & adeo sordidos, & sine politia, ut pediculos, araneas,
40 vermes, & his similia comederent, † barbas sibi expilarent, facies & corpora variis modis pingerent, aut potius fœdarent: ægrotos morti vicinos, quantumvis propinquos, in campis solos relinquerent: & denique nullam omnino gentem Deum creasse, tot vitiis imbutam, & ita à bono, & æquo, atque humanis & politicis regulis abhorrentem.

Denique idem Auctor. decad. 2. l. 1. c. 8. pagin. 15. l. 2. c. 22. pag. 72. l. 9. c. 7. pag. 189. l. 10.
41 c. 5. pag. 328. & seq. & in descript. Indiar. pagin. 14. hoc ipsum † de Indis insulæ Guadalupæ testatur, & de aliis eis vicinis, qui antropophagi, & omninò barbari sunt, & ob ingenitam ferociam, & crudelitatem Caribes, & Canibales appellantur, & multis decretis Regiis debellari, & in servitutem redigi permittuntur. Et decad. 3. l. 2. pag. 75. & l. 7. c. 3. & in d. descript. pag. 30. idem refert de Chichimecis, & aliis Chontalibus Novæ Hispaniæ, inde etiam sic dictis, quod barbari, & sylvestres essent, & hodie sint nullam religionem, nullumque superiorem habentes. De quibus agunt etiam, & idem concludunt Boter. d. l. 3. Acosta in d. procem. l. de procur. Ind. salut. Fr. August. Davila in hist. Mexic. Ord. Prædicat. l. 1. pag. 243. Fr. Joan. à Torquem. in Monarch. Ind. l. 14. c. 29. & addition. Hieron. Benzoni in histor. Amer. l. 1. c. 2. in fin.
42 pag. 13. Neque † omitti potest, ut generaliter omnium, Indorum simplicitas, & ruditas denoretur, quanta admiratione navigia nostra sine re-
43 mis ambulantia conspexerint: equos † item, & equas, cum quibus insidentes homines unum corpus esse, centauri speciè, etiam Mexicani putarunt quousque equi duo confossi spathis, mactatique clavorum ictibus conciderunt, & deprehenso errore, detracta statim equi scoria, usque adeò exactè tomento repleverunt, ut vivorum effigiem representarent, & in templo tamquam admirabilis rei spectaculo suspende-
44 runt. Bombardarum † etiam & sclopetorum jacula, ut cœli tonitrua, & fulmina maximope-
45 rè expavescebant: & † literarum usum, quarum scriptura, se veluti quodam veneficio illigari, multi censebant, & alii id Divinitatis certissimum argumentum esse putabant, vel rem viventem & animatam, & in qua aliquis spiritus lateret, cum chartæ scriptæ vocem occulta ines-
46 se viderent. Et pari † fermè modo terrebantur, cum Hispanos homines, aut fœminas saltantes conspicerent, eos insanire putantes, multòque magis eos tam subitò ad se se redire mirati sunt.

Quibus alia plura hujuscemodi adjicere possem, quæ tradunt omnes hujus Novi Orbis historici, præsertim Petr. Martyr. decad. 1. Pet. Zieza tom. 2. c. 34. Ovet. l. 2. c. 6. Ant. de Herrer. d. decad. 1. l. 2. c. 3. & l. 3. c. 6. & l. 4. c. 2. & l. 5. c. 7. & 8. & l. 9. c. 8. & 15. & l. 10. c. 1. & alibi passim, Garcilasus Inca in suis comment. 1. part. c. 12. & 2. 2. p. l. 9. c. 16. Simon Majol. in dieb. Canicul. tom. 1. colloq. 23. de reb. memorabil. pag. 548. Paul. Jonius l. 34. hist. relatus à Theat. vitæ hum. vol. 1. l. 1. pag. 28. Ludovic. Vives de Christianæ fœm. inst. l. 1. relatus ab eodem Theat. vitæ hum. vol. 6. l. 6. pagin. 2024. & vol. 15. lib. 1. pag. 2956. & Hieron. Benzon. l. 1. hist. Americæ c. 13.

Quæ Indorum † simplicitas & barbaries mul-47 tum Hispanis aliquando profuit, ut alibi diximus, ut eos ad se faciliùs perducerent, & juxta relationem Ant. de Herrer. d. decad. 1. l. 6. c. 6. ea in optimo casu usus fuit † Christophorus Columbus. Nam cum Lunæ eclipsim proximam 48 esse observasset, id Indis prædixit, & ob eam rationem eventurum suasit, quod Luna eis irata erat, quia Hispanos grato hospitio non excipiebant, neque annonæ copiam subministrabant, quem illi tunc maximo risu exceperunt; sed cum nocte, & hora à Columbo signata Luna obscurari cœpisset, pavidi & ululantes nihil non el promiserunt, & exhibuerunt, ut pro eis Lunam exoraret: quòd cum is simulans se eorum precibus flecti, libenter concessisset, & nosset, citò eclipsis vim transituram, oratione pariter simulata, bono animo esse jussit, & id quod petierant, brevissimè impetraturos renuntiavit. Quod cùm statim impletum viderent, magni postea Columbum tamquam Deorum amicum æstimare cœperunt.

Imò † & in eam plures opinionem sæpè de-49 lati sunt, ut Hispanos immortales, & Solis filios existimarent, ut prædicti auctores scribunt, & Hieron. Benz. d. l. 1. c. 4. Ubi prolixè narrat, qualiter Indi insulæ Borriquenæ occiso quodam milite, cui nomen Salcedo, contrarium deprehenderint.

Et † eodem spectat Peruanorum judicium qui 50 Hispanos cœlitus missos reputantes, maximè venerati sunt, & inde eos Viracochas appellarunt, ut retigimus infrà c. 12. n. 22. & novissimè tradit Fr. Alph. Ramos in hist. Virg. de Copacavana, l. 1. c. 3. Quamvis alii alias hujus nominis causas, & significationes comminiscantur, de quibus plene agit Michaël Balboa Cabello in Miscellan. Austr. m. 1. part. 3. c. 14. & Garcilas. Inca in histor, Incarum l. 5. c. 21.

Et tandem, ut hoc argumentum de barbarie † & feritate Indorum claudamus, notatu digna 51 videntur cujusdam Poëtæ de re hac carmina, quæ habent:

Gens Oggge sata antiquo Janique nepotum
Progenies durie edita ryderibus:
Gens patribus pricis incognita, suetaque nudis
Sub dio quovis tempore corporibus,
Quæ flava Cereris, nec Bacchi munera novit.
Cruda, sed humana viscera carne replet,
Sola hominem facit referens risu atque loquela
In reliquis similis vita, habitatuque ferit.
Divinum numen cognoscere nescia, quamque est
Prastigiis solitus detinuisse Satan.

Tertio in confirmationem tituli de quo agimus, fortiter urget, quod si hujusmodi Occidentales Indi ita rudes, feri, & barbari erant, ut ex superioribus patet, jure optimo ab Hispanis debellari, & subjugari potuisse videntur, † cùm 52 secundùm doctrinam Aristot. l. 1. polit. c. 3. & 4. & l. 7. cap. 14. Platon. in Dialog. 4. de legibus Ciceron. parad. 5. similes homines natura servi sint, & ad serviendum nati, ad idque ferarum more vanari, & etiam per vim, aut aliis modis adigi possint. Illa namque præcipitur, ut sicut corpus subditur animæ, sic hebetiores sapientioribus subjiciantur, & ut qui doctrina & ratione ad bonum & rectum duci non possunt, quasi belluæ quædam sub jugo ponantur, & legum auctoritate coerceantur, ut per hunc modum coacti recta operantes, virtutum actibus assuefiant, & tandem in bonos viros evadant, ut præclarè Idem ipse Aristot. tradit l. 2. & 10. Ethicor. & d. l. 1. Polit. cap. 5. ubi inquit: *Bellum justum est natura contra eos homines, qui cùm nati sint ad parendum & obediendum, nolunt tamen parere.* Quæ loca explicans & exornans † Cælius Calcagninus *in paraph. ad Polit. Arist. cap.* 32. ait: 53 *Venatoriam bellicæ artis partem esse, qua non modo adversus ferat pugnamus, sed in eos etiam homines arma vertamus, qui ad parendum nati parere detrectant, & per contumaciam mores non patiuntur. Hujusmodi bellum justum est, utpote quod auspiciis naturæ geritur.*

Et circa eumdem articulum † est videndus 54 D. Thom. *de regim. Princip. lib. 3. cap. 10. & 11.* & quæ doctè tradunt, & prosequuntur Domin. & Præposit. *in c. jus gentium n. 9. 1. dist.* & ibi Cardin. Turrecrem. *art. 4.* Imola *in proœm.* Gregor. *num. 4.* Cepola *in tr. de servit. tit. de servit. person. cap. 1. n. 2.* Ægid. Roma. *in 3. p. l. 2. de regim. Princip. cap. 13. & 14.* Domin. Soto *libr. 4. de just. & jur. quæst. 2. art. 2.* Cagnol. *in l. quod attinet, de reg. jur.* Alphons. Guerrer. *in Thes. Christ. relig. c. 41. & in specul. Princip. cap. 31. ad fin.* Menchac. *lib. 1. controv. illustr. c. 9. numer. 3.* Andr. Tiraq. *in l. 1. connub. num. 48.* Covarr. *in regul. peccatum 2. part. §. 11. n 5.* Montalv. *in l. fin. tit. 6. glos. fin. lib. 3. fori.* Capic. *decis. 130. à num. 35.* Chrysost. Javel. *in epist. lib. 4. Polit. tract. 5. cap. 1. vers. Secunda species pag. 193.* Polcorb. *de sacro Consil. 2. part. quæst. 3. vers. Quibus addimus*, Vacon. *lib. 1. declar. jur. c. 26. n. 8.* Joan. Borcolthen. & alios *in §. servitus initit. de jure person.* Quibus etiam favet, quòd sicut † reliqua bruta animalia hominibus natura, hoc est Dei ordinatione deserviunt, 55 ob id tantùm, quia mente præcellunt, juxta illud *Psalm. 8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus oves, & boves, insuper & pecora campi. l. justissimè, ff. de ædil. edict. l. in pecudum, ff. de usu-*

ris, & Ovid. *l. 1. Metamorph.* dum canit:

Sanctus his animal, mentisque capacior alter
Deerat adhuc, & quo dominari inter cætera posset,
Natus homo est.

De quo plura tradit D. August. *lib. 19. de Civit. Dei c. 15.* & Simon Majol. *in dieb. Canic. tom. 4. colloq. 2. pag. 97. & pag. 137.* & Castill. Remir. *de l. Regia, §. 1.* Sic etiam † homines barbari, 56
qui brutis, ut *supra* diximus, assimilantur, aliorum prudentiorum imperio subjici debent, à quibus doceri, & politicè gubernari possint, ut præclarè ultra alios docet Petr. Fab. *lib. 3. Semestr. c. 14. pag. 191.* Intelligens namque gubernacula possidebit, & qui stultus est, serviet sapienti: 57
† quia servitus nascitur in manu imprudentis, ut habetur *Proverb. c. 1. vers. 10. & 26.* Quæ verba exponens D. Ambros. *l. 2. epistolarum epist. 7.* ad Simplicium † eleganter ostendit, solos sa- 58
pientes vera libertate gaudere, & insipientes eorum servos esse, exemplum † Cham adducens Gre- 59
nes. 9. qui quoniam insipiens erat, & insipienter nudatum patrem irriserat, fratrum suorum servus effectus fuit, qui sapientiores, patris senectutem honorandam putarunt. Et † in Jacob, qui 60
Genes. 25. sapientiæ etiam merito prælatus est fratri seniori, qui *Esau* vocabatur, quod † no- 61
men, Philone testante, idem significat, quod *ignorans.* Unde sufficienter ostendit, subdit idem Ambros. *Deteriorem esse servitute † insipientiam, ut remedio ei servitus sit, quia ad virtutem stultus* 62
se propriis viribus erigere nequit, neque spontaneum gressum attollere, & nisi moderatorem habeat, præcipitatur propriis voluntatibus. Ideò † incunsul- 63
tis populis sapientes quoque adhibentur rectores, qui plebejam insipientiam vigore proprio regunt ut potentiæ specie devinciantur. Quo vel invitos auctoritate potestatis subjiciant ad obediendum prudentioribus, & obsequendum legibus. Imposuit igitur insipienti velut indomito jugum, & cui in gladio suo vivendum dicerat, libertatem negavit, ut ex meritate laboretur, præfecit ei fratrem, cujus auctoritate, & moderatione subjectus proficeret ad conversionem.

Quarto pro eodem titulo communiendo, & illustrando considero, quòd regulariter † licita 64
ea bella dicuntur, per quæ ad pietatis justitiæque pacatam societatem, victis facilius consulitur, & pacis studio geruntur, ut mali coerceantur, & boni subleventur, ut in nostris terminis observat Marquard. de Susan. *in. tr. de Jud. & in fid. 1. part. c. 14. fol. 57.* & præclarè scripsit D. Ang. relatus à Gratian. *in cap. paratus, & in c. apud veros 23. q. 1. & in l. 19. de Captiv. Dei.* 65
c. 21. Ibi: *justum esse, quòd † alibi † hominibus sit utilis servitus, & pro utilitate eorum fieri, cum rectè fit, id est, cum improbis auferitur injuriarum licentia, & domiti se melius habebunt, quia indomiti deterius se habuerant. Quemadmodum eadem ratione Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini, cæterisque vitiis animis partibus.*

Unde positis iis, quæ de istorum Indorum barbarie, & feritate retulimus, & quòd † non 66
alter ad humanos, & politicos vivendi mores reduci, nec naturæ, & Christianæ disciplinæ legibus assuescere poterant, quam sub jugum missi, & Hispanorum ductu, & imperio manusuefacti,

non erit mirum, aut novum, si justum, licitum imò & voluntate Dei quæsitum, ejusmodi Imperium asseveremus, quo mediante tot, ac talia animi, & corporis bona victis contingerunt, eorum cultâ barbarie, feritate frænata, mentis cæcitate Evangelii radiis illuminata, dæmonum captivitate depulsa, præclaris, ac salutaribus legibus institutis, fœdis ac spurcis moribus in politicos commutatis, & commerciis, & artibus adeo necessariis quibus antea carebant, communicatis.

67 Quare † justissimè Thom. Boclus *l. 22. de sign. Eccles. Dei, c. 11. ad medium*, Indos, qui nunc sunt, præ antiquis illis *fortunatissimos* vocat, ob cultum, & disciplinam, quam mediante Hispanorum dominatione habuerunt. Et ut ante Nos advertit Oralota *in tractat. de nobilit. 1. p. c. 2. n. 23.* de his nostris Indis merito dici potest, quòd Plutarchus *in lib. de fortuna, & virtut. Alexand.* † de Barbaris ab ipso propugnatis scripsit, scilicet: *Beatiores fuisse multo ab Alexandro victas & subactos, quàm qui eum effugerunt, cum hos, perditissimè vitam agentes, nullus arcuit, nec à vitiis redemit, ille verò ad fœliciorem vitam, & statum vel invitos traduxit, ut ipsi cum Themistocle dicere jam possint: Periimamus, niti periissemus.*

Quam rationem generaliter ad excusandam omnium Barbarorum servitutem expressit D. Augustus. *ubi suprà* & multi etiam considerate solent 69 † pro captivitate Africanorum, qui ex Africa à Lusitanis adsportantur, ut refert P. Ludovic. Molin. *de justitia & jure, tr. 2. disp. 34. col. 667. lit. C.* Pat. Rebell. *de obligat. just. lib. 1. q. 10. sect. 2. num. 16.* Pat. Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. lib. 1. c. 2. pag. 10.* & Nos *infrà lib. 3. c. 6. num. 5.* † Ubi injurias esse, quibus gratiæ debeantur concludit, & illud Terent. *allegat. libr. de Palio c. 1. n. 10. Post injuria beneficium.* Et potuit allegare Claud. *in lib. de IV. Consulatu Honorii*, ubi † eorumdem illas ataparum & injuriosa verbera, quæ olim in servorum manumissionibus interveniebant, de quibus agitur *in Novell. 18. & in l. ult. C. de emancip. liber.* injurias fœlices nominat, quod earum interventu libertas concederetur.

70 71

Tristis conditio pulsat à fronte recedit
In cervicem ruburre genæ, tergoque removit
Verbera promissi fatis injuria voti.

Prout benè observat Cujac. *l. 3. observat. c.* 13. Pet. Fab. *in l. 2. de orig. jur. & libr. 2. Semestr. c. 26. pag. 304.* Et Cassiodorus *l. 12. epist. 9.* Ubi de exteris agens, quid ad Romana beneficia admittebantur: *Fœlix*, inquit, *& prædicanda captivitas, Romana civitate perfrui, & Afrorum privilegiis potuisse misceri.*

Et non minus aptè atque urgenter perpendi potest, quòd profani, & sacri Scriptores multis 72 laudibus extollunt Romanos, † eo quòd barbaras nationes bello domuerint, & ad naturæ leges & politicam vivendi normam reduxerint, ut constat ex Div. August. *libr. 5. de Civit. Dei, capit. 12. 15. & 17.* relato *in capit. omnes, 9. cccc 28. quæst. 1.* & ex D. Thom. *lib. 3. de regim. Princip. c. 4. 5. & 6.* Thom. Bocio *de Imper. virtut. lib. 2. c. 6.* Ruril. Benzonio *lib. 3. de anno Jubil. c. 7. pag. 340. & seq.* Just. Lips. *de mag. Roman. Imper. lib. 4. c. 1. & sequentibus.* Simon Majol. *tom. 1. colloq. 19. pag. 436.* Bernard. Aldrete *de antiq. Hispan. libr. 1. cap. 2.* & alius novissimè congestis à Joanne Baptista Valenzuela *in discurs. stat. & belli part. 2. consid. 22.* Ubi † propter præclaros mores, & instituta, quibus 73 se, & subactos populos gubernabant, meruisse inquiunt, ut Deus verus quamvis eum non colerent, sed dæmoniis, ut aliæ gentes immolarent, illorum augeret Imperium, ipsisque gentibus dominari voluerit, juxta illud Virgil.

Tu regere Imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere nomen,
Parcere subjectis & debellare superbos.

Et Sulpiciæ Poëtriæ relatæ à Petr. Fab. *lib. 1. Semestr. cap. 19. pag. 119.*

Duo tunt, quibus extulit ingent.
Roma caput, virtus bellis & sapientia pacis.

Quinimò, quòd plus est, † prædictum Impe- 74 rium, his rationibus comparatum, legitimum fuisse, & permissione Dei ob egregias Romanorum virtutes eis in mercedem temporalem concessum, & posteà ab Ecclesia approbatum, idem August. & Thom. definire videntur, & ultra eos Baldus *in l. Barbarius, 3. lect. ad finem, ff. de offic. Prat.* Greg. Lopez *in l. 1. verb. Las gentes, tit. 1. part. 2.* latissimè Anton. de Rosellis *in tr. de Concilijs fol. 96.* Covarrub. *in Reg. peccatum 2. part. §. 9. num. 5. vers. Tertiò à jure divino*, Miet. *de majorat. 4. part. q. 1. num. 46.* Bobadil. *in Polit. lib. 1. c. 2. num. 14.* & novissimus Doct. Marta *in tract. de jurisdict. 1. part. 5.*

Quod adeo verum fuit, ut teste D. Hieron. 75 apud Paul. Oros. *lib. 7. c. 43.* ipsi † Gothi, quamvis Barbari & Romano Imperio admodum infensi, illius nomen, & gloriam abolere desierint, propter justitiam, & utilitatem legum, quas eo vigente in universum Orbem sparsas agnoverant.

In quibus omnibus, † quantum Hispani Ro- 76 manos excellant, & quanto utiliores, & salubriores leges, mores, artes, & plurima alia ad humanam vitam humaniter ac civiliter transigendam Indis communicaverint, apertius est, quàm ut probatione aliqua egeat, & vel ex *suprà* relatis liquidò constat, & ex aliis, quæ adduximus *suprà lib. 3. c. ult. ex num. 34.* & expressè docet † eruditissim. Thom. Boc. *lib. 7. de signis Eccl. Dei, c. 4. ad finem* ubi concludit: *At nunc populi omnes* (scilicet Barbarorum Indorum) *ad Christi cultum Hispanorum cura traducti, superant, vel æquant prope Europeos cunctis humanitatis ac religionis officiis, ut ex illis, qui diu per illas regiones vagati sunt, Romæ audivi, & usu percepi, rum noverim nonnullos ex iis ortundos, & indigenas, eorumque confessiones in urbe audiverim,* & *lib. 8. c. 5. post princ.* ubi eamdem curam commendans, sic inquit: *At sanè nunc illi populi mansuetudine, docilitate, religione, ac bonis moribus nos superant*; & *lib. 21. c. 3.* ubi ait † *Neque legitur ulla gens tot nationes tam diras, & efferatis moribus ad humanitatem perduxisse, & excoluisse ad omnem civilem cultum, ut Hispania. Quin si velint cunctæ nationes haud poterunt ostendere tot populos, tam bellicinis moribus horrentes ad humanum vivendi genus expolisse, ut Hispani fecere.* 77 78

Quin-

79 Quinto & ultimo, pro eadem opinione considerari potest, † quod si Indi ob barbariem, & dementiam naturæ ipsa servi erant, ut ex Arist. diximus, neque illis ratio sufficiebat, ut seipsos 80 regere possent, justius fuit, eos servire, quàm imperare: quinimò, † & dominio particulari rerum suarum privari potuisse videbantur. Tum quia illius solum est capax intellectualis creatura, ratione liberi arbitrii, ut *infrà cap. sequent.* dice- 81 mus: cum etiam, † quia, ut argumentatur idem Victor. *sup. num. 4.* si ratione insipientiæ erant servi, ea plane est servorum conditio, ut neque rerum dominium, neque aliquid proprium habere possint, sed quidquid acquirunt, illicò ad eorum dominos transeat, *l. placet, ff. de acquirenda hereditate princip. instit. de iis qui sunt sui §. item vobis, instit. per quas person.* Atque ita † ubi 82 infidi per agros, & sine certo Rege, aut Principe, vel forma Reipublicæ reperti sunt, meritò tamquam servi sine domino ab Hispanis occupari, & imperio suo subjici potuerunt † *l. quod servus, ubi* Bartol. *ff. de stipulat. servor. l. si usumfructum*, ubi glossa *ff. de liberal. causa*, circa quas plura notat idem Bart. & Bald. *in l. si servitis ff. de noxal. act.* Forcatul. *in rub. ff. de servit. n. 6. & Morla in emptor. jur. tit. 6. in rub. num. 18.* 83 Quod si † propriosReges & imperatores habebant, ut in hoc Peruano & Mexicano Regno, & in 84 aliis provinciis habuisse cognovimus, adhuc non minus licitè à barbaro, & tyrannico eorum jugo eximi potuisse videntur.

85 Nam cum † hi quoque Reges, juxta eamdem doctrinam Aristotel. naturam servi esssent, & sapientiorum dominio, & gubernatione egerent, alios sub se habere non poterant, neque eorum 86 feritati, aut facilitati tanti Orbis imperium, & moderatio relinqui debuit, *argument. l. sic evenit 21. ff. ad l. Jul. de adulter.* ibi: *In sua enim potestate non videtur habere, qui non est suæ potestatis, l. homo liber. 54. §. fin. ff. de acquirend. rer. domin.* ibi: *Quia nec possidere intelligitur, qui ipse possidetur.* Quibus arridet Seneca *declamat. 1.* dum ait: *Nec filio, qui est in patris potestate adoptare licet. Nec enim quisquam potest alium in manum suam recipere, qui ipse in aliena manu est.* Melior text. *in l. ult. C. de legitim. tut.* ibi: *Et naturalis ordo per omnia conservabitur, cui enim ferendum est, eumdem esse tutorem, & sub tutela constitui, & iterum eumdem esse curatorem, &* 87 *sub cura agere, † cap. indecorum 3. de æt. & qualit. ordin.* ibi: *Indecorum est, ut ii debeant Ecclesias regere, qui non noverunt gubernare se ipsos.* Facit illud Paul. *1. ad Timot. 3. Qui domi suæ præesse nescit, quomodo præerit alienis?* Ubi D. Chrysost. & D. Ambros. *epist. 82. Quis ferat*, inquiens, *si ipse se gubernare nequeat, qui alios gubernandos recipiat?* Et alia similia, quæ tradit Joan. Nevizan *in sylv. nuptial. lib. 5. num. 100.* Simanc. *lib. 5. de Repub. c. 14.* Castillo de Bobadilla *in Polit. libr. 1. c. 1. num. 29.* & Nos *infrà c. 9. num. 57.* repetimus & *lib. 3. c. 4. num. 5.*

CAPUT VII.

De auctoribus, & argumentis quibus superior barbarismi Indorum titulus insufficiens videtur, & qualiter Aristotel. & alii, qui contrariùm tenent, accipi debeant.

SUMMARIUM.

1 *Barbaries, & feritas Indorum absolutè considerata non præbet justum, & sufficientem titulum ad eos debellandos, & spoliandos.*
2 *Auctores plures adducuntur, qui negant, infidelibus ob solam barbariem bellum inferri posse.*
3 *Dominii est capax solum naturalis, & intellectualis creatura.*
4 *Homines licèt alicubi multum barbari, sylvestres, & corpor deformes reperiantur, si tamen habent aliquem intellectum, inter creaturas rationales computari debent, & num. 6.*
5 *Monstrosa omnia hominum rationalium reformatis corporibus resurrectura sunt.*
6 *Quamcumque formam habuerint, resurrecturos, sentit D. Isidorus.*
7 *Hominum monstrorum variæ species commemorantur.*
8 *Homines quantumvis sylvestres, & monstrosi, si lumen aliquod rationis habent, docari, & excoli possunt.*
9 *Barbaris, cùm veri homines sint, jus gentium servari debet, & dominiorum distinctio eo introducta.*
10 *Deus fecit nos, non ipsi nos.*
11 *Homini imputari non debet, qua forma, regione, vel docilitate nascatur.*
12 *Homines ex natura soli, vel cœli, sub quo nascuntur, animi & corporis temperiem ut plurimùm sumunt.*
13 *Lex quod si nolit, §. qui mancipia, ff. de ædil. edict.* illustratur.
14 *Nationem cœlo, & solo fœlicem sortiri gloriosum est.*
15 *Indis si ob barbariam, & sylvestrem vitam bellum inferre liceret, idem licuisse dicendum esset in aliis plurimis nationibus, quæ olim non minus barbaræ fuerunt.*
16 *Homines initio mundi sylvestrem vitam egisse, & sermonis usum non habuisse, quidam falsè affirmarunt.*
17 *Adam fuit sapientissimus, & eloquentissimus.*
18 *Cain Adæ filius materialem civitatem ædificavit.*
19 *Humanum genus ubi augeri cœpit, & in varias regiones divisi, multi homines sylvestrem, & erraticam vitam egerunt.*
20 *Homines quo pacto ad urbes, & sociabilem ac politicum vivendi modum reduci cœperint*, cum Ciceronе, & aliis.
21 *Lucratii carmina referuntur de statu, & conditione hominum antiquorum tractantia.*
22 *Nationes plurimæ barbaræ etiam hodie reperiuntur, quarum comparatione pauci sunt, quæ politice vivunt.*
23 *Barbari nominis communem definitionem non inepte notat Joan. Boter.*
24 *Nationes aliæ aliis semper barbaræ visæ sunt.*
25 *Anacharsis apophthegma.*
26 *Græci, omnes nationes* Barbaras, & Barbariam appellabant.
27 *Latini* Barbari, & *Italia* Barbaria dicitur à Plauto.
28 *Germani, & aliæ quam plures nationes Septentrionales olim non minus feræ, & barbaræ, quàm Indi Occidentales fuisse perhibentur.*
29 *Saxonum & Hungarum prisca feritas, & barbaries.*
30 *Scytharum quanta fuerit olim ruditas, & barbaries.*
31 *Scythas cur Horatius profugos & campestres appellet.*
32 *Batavi, qui hodie* Hollandi *dicuntur, olim nimis tru-*

non erit mirum, aut novum, si justum, licitum imò & voluntate Dei quæsitum, ejusmodi Imperium asseveremus, quo mediante tot, ac talia animi, & corporis bona victis contingerunt, eorum cultâ barbarie, feritate frænata, mentis cæcitate Evangelii radiis illuminata, dæmonum captivitate depulsa, præclaris, ac salutaribus legibus institutis, fœdis ac spurcis moribus in politicos commutatis, & commerciis, & artibus adeo necessariis quibus antea carebant, communicatis.

67 Quare † justissimè Thom. Boclus *l. 22. de sign. Eccles. Dei, c. 11. ad medium*, Indos, qui nunc sunt, præ antiquis illis *fortunatissimos* vocat, ob cultum, & disciplinam, quam mediante Hispanorum dominatione habuerunt. Et ut ante Nos advertit Oralota *in tractat. de nobilit. 1. p. c. 2. n. 23.* de his nostris Indis merito dici potest, quòd Plutarchus *in lib. de fortuna, & virtut. Alexand.* † de Barbaris ab ipso propugnatis scripsit, scilicet: *Beatiores fuisse multo ab Alexandro victas & subactos, quàm qui eum effugerunt, cum hos, perditissimè vitam agentes, nullus arcuit, nec à vitiis redemit, ille verò ad fœliciorem vitam, & statum vel invitos traduxit, ut ipsi cum Themistocle dicere jam possint: Periimamus, niti periissemus.*

Quam rationem generaliter ad excusandam omnium Barbarorum servitutem expressit D. Augustus. *ubi suprà* & multi etiam considerate solent 69 † pro captivitate Africanorum, qui ex Africa à Lusitanis adsportantur, ut refert P. Ludovic. Molin. *de justitia & jure, tr. 2. disp. 34. col. 667. lit. C.* Pat. Rebell. *de obligat. just. lib. 1. q. 10. sect. 2. num. 16.* Pat. Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. lib. 1. c. 2. pag. 10.* & Nos *infrà lib. 3. c. 6. num. 5.* † Ubi injurias esse, quibus gratiæ debeantur concludit, & illud Terent. *allegat. libr. de Palio c. 1. n. 10. Post injuria beneficium.* Et potuit allegare Claud. *in lib. de IV. Consulatu Honorii*, ubi † eorumdem illas ataparum & injuriosa verbera, quæ olim in servorum manumissionibus interveniebant, de quibus agitur *in Novell. 18. & in l. ult. C. de emancip. liber.* injurias fœlices nominat, quod earum interventu libertas concederetur.

70 71

Tristis conditio pulsat à fronte recedit
In cervicem ruburre genæ, tergoque removit
Verbera promissi fatis injuria voti.

Prout benè observat Cujac. *l. 3. observat. c.* 13. Pet. Fab. *in l. 2. de orig. jur. & libr. 2. Semestr. c. 26. pag. 304.* Et Cassiodorus *l. 12. epist. 9.* Ubi de exteris agens, quid ad Romana beneficia admittebantur: *Fœlix*, inquit, *& prædicanda captivitas, Romana civitate perfrui, & Afrorum privilegiis potuisse misceri.*

Et non minus aptè atque urgenter perpendi potest, quòd profani, & sacri Scriptores multis 72 laudibus extollunt Romanos, † eo quòd barbaras nationes bello domuerint, & ad naturæ leges & politicam vivendi normam reduxerint, ut constat ex Div. August. *libr. 5. de Civit. Dei, capit. 12. 15. & 17.* relato *in capit. omnes, 9. cccc 28. quæst. 1.* & ex D. Thom. *lib. 3. de regim. Princip. c. 4. 5. & 6.* Thom. Bocio *de Imper. virtut. lib. 2. c. 6.* Ruril. Benzonio *lib. 3. de anno Jubil. c. 7. pag. 340. & seq.* Just. Lips. *de mag. Roman. Imper. lib. 4. c. 1. & sequentibus.* Simon Majol. *tom. 1. colloq. 19. pag. 436.* Bernard. Aldrete *de antiq. Hispan. libr. 1. cap. 2.* & alius novissimè congestis à Joanne Baptista Valenzuela *in discurs. stat. & belli part. 2. consid. 22.* Ubi † propter præclaros mores, & instituta, quibus 73 se, & subactos populos gubernabant, meruisse inquiunt, ut Deus verus quamvis eum non colerent, sed dæmoniis, ut aliæ gentes immolarent, illorum augeret Imperium, ipsisque gentibus dominari voluerit, juxta illud Virgil.

Tu regere Imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere nomen,
Parcere subjectis & debellare superbos.

Et Sulpiciæ Poëtriæ relatæ à Petr. Fab. *lib. 1. Semestr. cap. 19. pag. 119.*

Duo tunt, quibus extulit ingent.
Roma caput, virtus bellis & sapientia pacis.

Quinimò, quòd plus est, † prædictum Impe- 74 rium, his rationibus comparatum, legitimum fuisse, & permissione Dei ob egregias Romanorum virtutes eis in mercedem temporalem concessum, & posteà ab Ecclesia approbatum, idem August. & Thom. definire videntur, & ultra eos Baldus *in l. Barbarius, 3. lect. ad finem, ff. de offic. Prat.* Greg. Lopez *in l. 1. verb. Las gentes, tit. 1. part. 2.* latissimè Anton. de Rosellis *in tr. de Concilijs fol. 96.* Covarrub. *in Reg. peccatum 2. part. §. 9. num. 5. vers. Tertiò à jure divino*, Miet. *de majorat. 4. part. q. 1. num. 46.* Bobadil. *in Polit. lib. 1. c. 2. num. 14.* & novissimus Doct. Marta *in tract. de jurisdict. 1. part. 5.*

Quod adeo verum fuit, ut teste D. Hieron. 75 apud Paul. Oros. *lib. 7. c. 43.* ipsi † Gothi, quamvis Barbari & Romano Imperio admodum infensi, illius nomen, & gloriam abolere desierint, propter justitiam, & utilitatem legum, quas eo vigente in universum Orbem sparsas agnoverant.

In quibus omnibus, † quantum Hispani Ro- 76 manos excellant, & quanto utiliores, & salubriores leges, mores, artes, & plurima alia ad humanam vitam humaniter ac civiliter transigendam Indis communicaverint, apertius est, quàm ut probatione aliqua egeat, & vel ex *suprà* relatis liquidò constat, & ex aliis, quæ adduximus *suprà lib. 3. c. ult. ex num. 34.* & expressè docet † eruditissim. Thom. Boc. *lib. 7. de signis Eccl. Dei, c. 4. ad finem* ubi concludit: *At nunc populi omnes* (scilicet Barbarorum Indorum) *ad Christi cultum Hispanorum cura traducti, superant, vel æquant prope Europeos cunctis humanitatis ac religionis officiis, ut ex illis, qui diu per illas regiones vagati sunt, Romæ audivi, & usu percepi, rum noverim nonnullos ex iis ortundos, & indigenas, eorumque confessiones in urbe audiverim,* & *lib. 8. c. 5. post princ.* ubi eamdem curam commendans, sic inquit: *At sanè nunc illi populi mansuetudine, docilitate, religione, ac bonis moribus nos superant*; & *lib. 21. c. 3.* ubi ait † *Neque legitur ulla gens tot nationes tam diras, & efferatis moribus ad humanitatem perduxisse, & excoluisse ad omnem civilem cultum, ut Hispania. Quin si velint cunctæ nationes haud poterunt ostendere tot populos, tam bellicinis moribus horrentes ad humanum vivendi genus expolisse, ut Hispani fecere.* 77 78

Quin-

79 Quinto & ultimo, pro eadem opinione considerari potest, † quod si Indi ob barbariem, & dementiam naturæ ipsa servi erant, ut ex Arist. diximus, neque illis ratio sufficiebat, ut seipsos 80 regere possent, justius fuit, eos servire, quàm imperare: quinimò, † & dominio particulari rerum suarum privari potuisse videbantur. Tum quia illius solum est capax intellectualis creatura, ratione liberi arbitrii, ut *infrà cap. sequent.* dice- 81 mus: cum etiam, † quia, ut argumentatur idem Victor. *sup. num. 4.* si ratione insipientiæ erant servi, ea plane est servorum conditio, ut neque rerum dominium, neque aliquid proprium habere possint, sed quidquid acquirunt, illicò ad eorum dominos transeat, *l. placet, ff. de acquirenda hereditate princip. instit. de iis qui sunt sui §. item vobis, instit. per quas person.* Atque ita † ubi 82 infidi per agros, & sine certo Rege, aut Principe, vel forma Reipublicæ reperti sunt, meritò tamquam servi sine domino ab Hispanis occupari, & imperio suo subjici potuerunt † *l. quod servus, ubi* Bartol. *ff. de stipulat. servor. l. si usumfructum*, ubi glossa *ff. de liberal. causa*, circa quas plura notat idem Bart. & Bald. *in l. si servitis ff. de noxal. act.* Forcatul. *in rub. ff. de servit. n. 6. & Morla in emptor. jur. tit. 6. in rub. num. 18.* 83 Quod si † propriosReges & imperatores habebant, ut in hoc Peruano & Mexicano Regno, & in 84 aliis provinciis habuisse cognovimus, adhuc non minus licitè à barbaro, & tyrannico eorum jugo eximi potuisse videntur.

85 Nam cum † hi quoque Reges, juxta eamdem doctrinam Aristotel. naturam servi esssent, & sapientiorum dominio, & gubernatione egerent, alios sub se habere non poterant, neque eorum 86 feritati, aut facilitati tanti Orbis imperium, & moderatio relinqui debuit, *argument. l. sic evenit 21. ff. ad l. Jul. de adulter.* ibi: *In sua enim potestate non videtur habere, qui non est suæ potestatis, l. homo liber. 54. §. fin. ff. de acquirend. rer. domin.* ibi: *Quia nec possidere intelligitur, qui ipse possidetur.* Quibus arridet Seneca *declamat. 1.* dum ait: *Nec filio, qui est in patris potestate adoptare licet. Nec enim quisquam potest alium in manum suam recipere, qui ipse in aliena manu est.* Melior text. *in l. ult. C. de legitim. tut.* ibi: *Et naturalis ordo per omnia conservabitur, cui enim ferendum est, eumdem esse tutorem, & sub tutela constitui, & iterum eumdem esse curatorem, &* 87 *sub cura agere, † cap. indecorum 3. de æt. & qualit. ordin.* ibi: *Indecorum est, ut ii debeant Ecclesias regere, qui non noverunt gubernare se ipsos.* Facit illud Paul. *1. ad Timot. 3. Qui domi suæ præesse nescit, quomodo præerit alienis?* Ubi D. Chrysost. & D. Ambros. *epist. 82. Quis ferat*, inquiens, *si ipse se gubernare nequeat, qui alios gubernandos recipiat?* Et alia similia, quæ tradit Joan. Nevizan *in sylv. nuptial. lib. 5. num. 100.* Simanc. *lib. 5. de Repub. c. 14.* Castillo de Bobadilla *in Polit. libr. 1. c. 1. num. 29.* & Nos *infrà c. 9. num. 57.* repetimus & *lib. 3. c. 4. num. 5.*

CAPUT VII.

De auctoribus, & argumentis quibus superior barbarismi Indorum titulus insufficiens videtur, & qualiter Aristotel. & alii, qui contrariùm tenent, accipi debeant.

SUMMARIUM.

1 *Barbaries, & feritas Indorum absolutè considerata non præbet justum, & sufficientem titulum ad eos debellandos, & spoliandos.*
2 *Auctores plures adducuntur, qui negant, infidelibus ob solam barbariem bellum inferri posse.*
3 *Dominii est capax solum naturalis, & intellectualis creatura.*
4 *Homines licèt alicubi multum barbari, sylvestres, & corpor deformes reperiantur, si tamen habent aliquem intellectum, inter creaturas rationales computari debent, & num. 6.*
5 *Monstrosa omnia hominum rationalium reformatis corporibus resurrectura sunt.*
6 *Quamcumque formam habuerint, resurrecturos, sentit D. Isidorus.*
7 *Hominum monstrorum variæ species commemorantur.*
8 *Homines quantumvis sylvestres, & monstrosi, si lumen aliquod rationis habent, docari, & excoli possunt.*
9 *Barbaris, cùm veri homines sint, jus gentium servari debet, & dominiorum distinctio eo introducta.*
10 *Deus fecit nos, non ipsi nos.*
11 *Homini imputari non debet, qua forma, regione, vel docilitate nascatur.*
12 *Homines ex natura soli, vel cœli, sub quo nascuntur, animi & corporis temperiem ut plurimùm sumunt.*
13 *Lex quod si nolit, §. qui mancipia, ff. de ædil. edict.* illustratur.
14 *Nationem cœlo, & solo fœlicem sortiri gloriosum est.*
15 *Indis si ob barbariam, & sylvestrem vitam bellum inferre liceret, idem licuisse dicendum esset in aliis plurimis nationibus, quæ olim non minus barbaræ fuerunt.*
16 *Homines initio mundi sylvestrem vitam egisse, & sermonis usum non habuisse, quidam falsè affirmarunt.*
17 *Adam fuit sapientissimus, & eloquentissimus.*
18 *Cain Adæ filius materialem civitatem ædificavit.*
19 *Humanum genus ubi augeri cœpit, & in varias regiones divisi, multi homines sylvestrem, & erraticam vitam egerunt.*
20 *Homines quo pacto ad urbes, & sociabilem ac politicum vivendi modum reduci cœperint*, cum Ciceronе, & aliis.
21 *Lucratii carmina referuntur de statu, & conditione hominum antiquorum tractantia.*
22 *Nationes plurimæ barbaræ etiam hodie reperiuntur, quarum comparatione pauci sunt, quæ politice vivunt.*
23 *Barbari nominis communem definitionem non inepte notat Joan. Boter.*
24 *Nationes aliæ aliis semper barbaræ visæ sunt.*
25 *Anacharsis apophthegma.*
26 *Græci, omnes nationes* Barbaras, & Barbariam appellabant.
27 *Latini* Barbari, & *Italia* Barbaria dicitur à Plauto.
28 *Germani, & aliæ quam plures nationes Septentrionales olim non minus feræ, & barbaræ, quàm Indi Occidentales fuisse perhibentur.*
29 *Saxonum & Hungarum prisca feritas, & barbaries.*
30 *Scytharum quanta fuerit olim ruditas, & barbaries.*
31 *Scythas cur Horatius profugos & campestres appellet.*
32 *Batavi, qui hodie* Hollandi *dicuntur, olim nimis tru-*

irucet, & agrestes reputabantur.

33 Auris Batava *proverbium unde.*

34 *Bæotiorum* ruditas, & crassities tanta olim fuit, ut *in proverbium abierit.*

35 *Bœodos Hispanè cur obrios appellemus.*

36 *Atiæ præcipuæ provinciæ* Phrygia, Mysia, Caria & Lydia *nimis barbaræ erant, & plura adagia hoc denotantia.*

37 *Phryger per antonomasiam* Barbari *dicti fuerunt.*

38 *Tibia Barbara quæ.*

39 *Barbaricarii dicebantur, qui vestibus Phrygio more acu pictis & auratis utebantur.*

40 Lex 1. C. de excusat. artific. lex 1. C. de privileg. schol. & lex 1. de Fabricens. in C. Theodos. *exponuntur.*

41 Phrygiones *dicti, qui vestibus auro intextis induebantur.*

42 Franjas & Franjones *Hispanæ voces unde originem ducant.*

43 *Turcarum barbaries, & morum feritas maxima est, & fuit.*

44 *Afros, Gallos & Hispanos inter Barbaros, & feros collocat Cicero.*

45 *Hispanos antiquos tàmquam agrestes, & inhumanos vocat Strabo, & Trogus Pompejus, & quare, &* num. 65.

46 *Atturianorum barbaros mores refert Ammian. Marcellin.*

47 *Iberi, Cantabri & Galleci, quibus olim moribus fuerint.*

48 P. *Joan. Marianæ elegantissima verba de agrestibus, & feris moribus Hispanorum antiquorum.*

49 *D. Joan. Mariana laudatur, & à reprehensione Fr. Joan. à Ponte defenditur.*

50 *Indos non esse veros homines, nec capaces Fidei Christianæ, aliqui falsò, & erroneè principio detectionis Novi Orbis dixerunt.*

51 *Indorum primò detectorum feritas effecit, ut illi, & reliqui multa damna inferrentur, & de omnibus in susceptibus, & progressu Fidei, & morum politicorum parum sperareturs.*

52 *Indorum natura, & differentia penitùs animadvertenda, fidei, & quarumlibet artium capaces reperti sunt.*

53 *Indorum capacitas, & docilitas, & in Fide susceptâ pietas, & progressus multorum Scriptorum testimoniis, & argumentis confirmatur.*

54 *Indi possunt dicere multis ex nostris illud Job. cap.* 15. Ergo vos estis soli homines, &c.

55 Fr. *Julianus Garces Tlaxcalens. Episcopus laudatur.*

56 *Epistola Fr. Juliani Garcesii Episcopi Tlaxcalensis ad S. P. Pauli III. pro Indorum defensione pia, & eleganter scripta ad literam ponitur.*

57 *Indorum parvuli bonam, & suavem indolem habent, & Hispanis pueris dociliores, & frugaliores sunt,* & num. 63.

58 *Evangelium ex præcepto Domini omnibus indistinctè gentibus, & nationibus prædicari jubetur.*

59 *Ecclesiæ porta nulli est claudenda, qui ex fide spontaneâ baptismum petat,* & num. 80.

60 *Satanica est vox eorum, qui Indos incapaces faciunt salutis æternæ, & quo fine introducta.*

61 *Indos, qui incapaces esse dicunt, eos parum tractarunt, & agnoverunt.*

62 *Indis gravissima damna inferunt, & intulerunt, qui eos esse incapaces affirmant.*

63 *Spiritus, & sensuum vivacitas in Indicis pueris reperitur.*

64 *Indi majores, quo magis feri, & vitiosi sunt, eo magis ad Fidem suaderi debent.*

65 *D. Jacobi prædicatione Hispani ad Fidem conversi.*

66 *Sertorius qualiter deluserit Hispanos cervæ fatidicæ.*

67 *Hispani post Fidem Christi receptam veram, & politicam nobilitatem assecuti sunt.*

68 *Indi ri, ut oportet, in Fide instruantur, fortè non minorez fructus, quàm Hispani præstabunt.*

69 *Indorum ruditas, & barbaries multis rationibus excusatur.*

70 *Indi Mexicani quibus picturis pro literis uterentur & plura de eorum artibus & ingenio.*

71 *Indi in confessionibus sacramentalibus, & aliis ad Dei cultum pertinentibus qualiter se habeant.*

72 *Ro manæ sedis cura quanta esse debeat in procuranda Indorum conversione, & Fidei dilatatione.*

73 *Vaticinia aliqua Prophetarum referuntur, quibus Ecclesiæ de remotis gentibus magnum incrementum promittitur,* & num. 81.

74 *Christus Dominus quanta diligentia miserit D. Thomam, & Bartholomæum ad prædicandum Indis Orientalibus.*

Indi Mexicani, & alii quàm faciles sint ad Fidem audiendam, & recipiendam, ibid.

75 *Romanus Pontifex est velut Comes stabilis exercitus Dei, & Prædicatorum Verbi Divini.*

76 *Paulus III. Roman. Pontif. piissimam constitutionem edidit pro capacitate, & libertate Indorum.*

77 *Carolus V. Imperat. multa pro salute, libertate, & conversione Indorum piissimè tanxit.*

78 *Refertur ad literam constitutio.*

79 *Prosequitur constituto.*

80 *Indi quamvis bebetes à consortio Ecclesiæ non sunt excludendi.*

81 *Omnes terræ termini Dominum sunt adoraturi.*

82 *Indi quantumvis barbari, non sunt oblìti à Deo, qui æqualiter omnium Pater, & Redemptor est.*

83 *Apostoli non tantùm sapientibus, verum & Barbaris, ac ferocissimis nationibus prædicarunt.*

84 *D. Augustinus tenuit, se hominibus monstrotis oculos in pectore habentibus prædicasse.*

85 *Indorum barbaries, & ruditas miserationem petiit, quàm punitionem requirit,* & num. 90.

86 *Ingenia hominum miseriis & calamitatibus stolida sunt.*

87 *Indorum bebetudo, & rusticitas ex quo proveniat.*

88 *Agrat & rura habitantes ubique bebetiores sunt.*

89 *Idololatria excæcavit maximam ex parte Indorum ingenia, sicut & aliorum, qui eam secuti sunt.*

90 *Mansuetudo omnia vincit.*

91 *Educatio recta, & continuata doctrina, quoslibet homines, quantumvis barbaros, cultos & politicos reddere valet.*

92 *Indis succenseri non potest, quod primo adspectu Hispanos, & eorum equos, navigia, literas, & alia juventa mirati sint.*

93 *Nova quæque, & repentè conspecta quamvis puerilia sint, communiter admirationem incutiunt, & de cælo missa creduntur cum* Seneca & Tertuliano.

94 *Naturale est magis nova, quam magna mirari.*

95 *Literarum usu non solùm Indi Occidentales, verum & Orientales, & aliæ nationes caruerunt.*

96 *Mexicani literarum loco picturis utebantur.*

97 *Peruani chordis versicoloribus, multis nodis distinctis pro literis utebantur, & Arithmeticam suo modo peritissimè callebant.*

98 *Albani ultrà centum numerare nesciebant, in reliquis, quæ ad urbanitatem, & culturam pertinebant, prorsus ignari.*

99 *Thraces ad quatuor usque numerare didicerunt.*

100 *Molestiæ tedo ingenii captu vix ad quinque numerare potuit.*

101 *Vettones Hispaniæ populi, olim, Romanos ambulantes, valdè mirati sunt.*

102 *Eclipsi Lunæ Indos à Columbo deceptos mirum non est, cùm idem fermè militibus Romanis accidèrit.*

103 *Pannonicorum legionum mirabilis casus ex Lunæ eclipsi contingens verbis Cornelii Taciti recensetur.*

104 *Indi Mexicani, & Peruani compti, & politici erant.*

105 *Huaynacapac Peruanorum Imperator à rebellandis quibusdam Indis abstinuit, quòd nimis spurci, & squalidi essent.*

106 *Inca* Yupanqui *cur Chilenses subigere suo Imperio detierit.*

107 *Hispanorum quorumdam quanta esset olim ruditas, & spurcitiei.*

108 *Hispani olim capillorum longitudine oblectabantur, & illos, ut leonis jubam, sine ullo artificio quatiebant.*

109 *Barbas, & pilos non solùm Indi, sed plures aliæ nationes expilant.*

110 *Na-*

110 *Nationes plures corpora ad effectus varios pingunt, aut tingunt.*

111 *Britanni præ cæteris corpora radebant, & glasto inficiebant.*

112 *Martialis epigram. de cæruleis Britannis agens exponitur.*

113 *Julii Cæsar. locus* lib. 3. de bello Gallico *expenitur, & emendatur.*

114 *Romani Imperatores triumphantes corpora minio illinire solebant.*

115 *Alphonsi Aragon. Regis dictum notabile.*

116 Zigantes Afri, Hiperborei, Æthiopes, Duci, & Sarmatæ *variis coloribus corpora pingebant.*

Natinnes quædam natura imberbes, ibid.

117 *Aristotelis sententia, quæ docet Barbaros naturâ tervos esse, qualiter accipienda sit.*

118 *Dominium verum rerum tuarum habent infantes, pupilli, & furiosi.*

119 *Barbarii natura necessitas inest, ut à sapientioribus regantur, qui tamen Barbarorum commodis magis quàm suis prospicere debent.*

120 *Servitutem Barbarorum quomodo explicet D. Thom. & an à naturali, vel à gentium jure originem ducat.*

121 *Auctores plurimi recensentur, qui agunt de naturali servitute Barbarorum ab Aristot. considerata.*

122 *Barbaros posse ut feras venari, & occidi, quomodo, & quando intelligendum sit.*

123 *Aristotelis ad infernum damnati doctrina, legibus, & moribus Christianis prævalere non debet.*

124 *Aristot. dum dixit homines barbaros, & servos venari posse, forsitan Alexandro Magno assentari voluit.*

125 *Bella ab Alexandro Magno, & Romanis, ampliandi Imperii cupiditate innocentibus illata, non laudantur, nec laudari potuerunt August. & alii.*

126 *Naturalis ratio non patitur, alterum cum alterius jactura locupletari.*

127 *Mala non sunt facienda, quamvis inde eveniant bona.*

128 *Bellorum strepitus, & stragos non præstat congruum medium prædicationi, & conversioni Barbarorum.*

129 *Romanorum bella, & Imperium ut, & injuria magis quàm jure & ratione constituisse, plurimi tradunt.*

HÆc sunt, quæ prò fulciendo & defendendo prædicto titulo, qui ex ruditate, & incapacitate Indorum desumitur, magis urgere, & præstare videntur; † sed nihilominus gravissimi alii, & eruditissimi viri reperiuntur, qui eum absolutè, & generaliter sumptum, parum firmum, & securum esse arbitrantur. Inter quos caput extulit † Episcopus de Chiapia, prolixis, & repetitis apologiis, & antapologiis contra Ginesium Sepulvedam, hoc erudite defendens præcipuè *in replicat. octavæ objct. & in tractat. comprobat. fol.* 66. *& in responsione*, quam coram Imperatore Carolo V. Barchinonæ fecit adversus orationem Episcopi *del Darien*, quæ habetur apud Anton. de Herrera *in sua hist. gener. Ind. decad.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *&* 5. & idem docet Cajet. *in* 2. 2. *quæst.* 66. *artic.* 8. *ad* 2. Ubi deplorat damna sub hoc barbarismi prætextu miseris Indis illata, D. Sot. *in* 4. *dist.* 5. *quæst. unic. art.* 10, *pag.* 272. *& lib.* 4. *de justit. & jure art.* 2. *quæst.* 2. Victor. *in relect. de Ind.* 1. *part. ex n.* 20. Gregor. Lop. *in l.* 2. *tit.* 23. *p.* 2. *glos.* 2. *col.* 2. 3. 6. 14. Joseph. Acost. omnino videndus *lib.* 4. *de procur. Ind. salut. cap.* 3. 4. *&* 5. *& lib.* 2. *c.* 5. Fr. Anton. à Corduba in quæstionario, Menchac. *lib.* 1. *quæst. illust. cap.* 10. *ex num.* 4. *usque ad* 14. *& in præfatione à n.* 4. Domin. Bañez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 3. *col.* 533. *vers. Arguitur tertiò*, Fr. Emman. Rodcr. *in* 2. *tom. quæst. Regular. quæst.* 99. *art.* 1. *pag.* 292. Mich. Salon. *in* 2. 2. 1. *tom. sub tractat. de domin. quæst.* 1. *art.* 1. *&* 2. Par. Ludov. Molin. *de justit. & jure tract.* 2. *disput.* 32. *per totam, & disput.* 105. *vers. nec.* Auctor tractatus *Maris liberi, cap.* 2. quem refert Seraphin. Freitas *de jurto Imper. Asiat. cap.* 3. *n.* 4. & novissimè eruditis. Pat. Francisc. Suarez, qui post hæc scripta ad meas manus pervenit *in tract. de Carit. disp.* 13. *sect.* 5. *n.* 5. Pro cujus opinionis confirmatione, & exornatione ego ex eorumdem auctorum mente sequentia argumenta conficlo, quibus simul contraria convelli videntur.

Primum, † quia licèt fateamur, falsam esse, & erroneam Gersonis, Sylvestri, Conradi, & aliorum sententiam, qui verum dominium rerum, quas occupant etiam in brutis animalibus constituebant, certum quippe est, illud tantùm in creaturis rationalibus, & intellectualibus considerari posse, ut docent communiter reliqui omnes Theologi post D. Thom. 1. 2. *quæst.* 1. *art.* 1. *&* 2. *quæst.* 6. *artic.* 1. *& lib.* 1. *contra Gent. cap.* 119. Cajetan. *ubi sup. art.* 1. Victor. *d. num.* 20. Sot. *d. dist.* 5. *quæst. unic. artic.* 2. & alii relati à Rebello *de obligat. justit. lib.* 1. *quæst.* 7. *sect.* 1. *n.* 4. *&* 5. Negamus tamen † hominibus, quam tumvis Barbaris & Sylvestribus, & colore, aut corporis habitudine, vel hebetudine defotmatis ob hanc solam causam rerum suarum dominium adimi posse, quia quamvis in multis ob suam feritatem, & ruditatem belluis assimilentur, ut concludunt rationes, & auctoritates in primo argumento contrariæ partis consideratæ: Interim tamen dum aliqualem rationis usum, mentisque vestigium habuerint, dubium non est, quin inter creaturas intellectuales, & veros homines connumerari debeant, ut expressè resolvit D. Aug. *lib.* 16. *de Civitate Dei, cap.* 8. sic inquiens: *Quisquis usquam nascitur homo, idest, animal rationale mortale, quamlibet nostris insuitatam sensibus gerat corporis formam, seu colorem, sive motum, sive sonum, sive quamlibet vim qualibet parte, qualibet qualitate naturæ, ex illo Protoplasto uno originem ducere nullus fidelium dubitaverit.* Et *in Enchirid. ad Laur. cap.* 87. *&* 91. † Ubi scribit, die resurrectionis resurrectura esse monstra omnia, reformatis membris in decoram, cœloque dignam formam.

Idem quoque de variis aliis † sylvestrium, & monstruosorum hominum formis sentire videtur D. Isidor. *lib.* 11. *Etymolog. cap.* 3. Simon Majol. omnino legendus *in dieb. Canicul.* 1. *tom. colleq.* 2. *pag.* 55. *& seqq.* Ubi ait, † etiam eos, qui usu linguæ carere, vel equinis, aut lutanis pedibus, caudatis clunibus, sylvestribus, hirtis, & pilosis corporibus caninis dentibus, labris pendulis, stridore terrifico reperti sunt, etiamsi nihil adorent, & eo impietatis, & stoliditatis pervenerint, ut humani officii, & ritus obliviscantur, & propria nomina non habeant, & sine veste, ac fruge, sine pecore ac sedibus per campos ferarum more reprantes potiùs quam incedentes vagentur ut de *Atlantidis, Carmanis Arthabatritis, Mantopodis*, & aliis scribunt Mela *lib.* 3. *cap.* 4. Solin. *cap.* 32. *&* 33. † Non ideò statim irrationales, & bellui nos esse censendos, sed periculum fieri debere, an rationis humanæ lumen agnoscant cum possint

sint ad meliorem frugem, si alliciantur, & edoceantur, converti, & sensim persuasi ad rationis plenum usum traduci: *Ut in Antropophagis* (inquit) *tam in Orientali, quàm in Occidentali Indicis regionibus hoc nostro seculo Jesuitarum opera factum videmus.* Et idem ostendit ipse Majol. *eodem 1. tom. col oq. 19 pag. 429.* docens, nulla adeo stupida ingenia nasci, quæ solertia non possint maximum in modum excoli, & ad tantam frugem pervenire ut maximis ipsâ naturâ ingeniis comparari possint.

9 Quo fit, † ut prædictis Barbaris, tamquàm propriis, & veris hominibus naturale & commune omnium hominum jus servandum etiam esse videatur, quo inspecto omnes æque liberi, & rerum, ac provinciarum nostrarum domini nati sumus, *l. manumissiones, l. ex hoc jure, D. de justit. & jure, l. libertas 4. D. de stat. hom.* cum aliis, quæ in nostra specie considerat Domin. Soto *dict. lib. 4. de just. & jure, art. 2. quæst. 2.* & Menchaca *d. cap. 26. n. 5. & 5.*

10 Etenim † cum summus ille rerum Opifex, ac Parens Deus, nos omnes creaverit, non ipsi nos,
11 ut habetur *in Psalm. 99. vers. 3.* Nihil † illis imputandum est, qui altiorem, aut acutiorem mentem arripere non potuerunt, vel meliorem & elegantiorem formam assumere, aut hanc vel il-
12 lam cœli, aut soli plagam sortiri: † ex cujus situ, & intemperie multoties animi quoque vitia & morum feritas, aut ruditas generari solet, ut benè docet Joan. Boemus *de morib. omn. gent. lib. 3. pag. 184.*

13 Et ostendit † Ulpianus *in l. quod si nolit 31. §. qui mancipia, vers. Præsumptum, ff. ædil. edict.* dum ait: *Præsumptum etenim est quosdam servos bono esse, quia nationis sunt non infamatæ, quosdam mal. videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est.* Circa cujus illustrationem plura more suo congerit Tiraquel. *In l. 7. connub. n. 12. & seqq. & in tract. de nobilit. cap. 12. per tot.* Marcus Mantua *in glossar. jur. class. 17. cap 32. num. 1.* Chasan. *in Catal. glor. mund. part. 2. consid. 24.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 16. num. 28. & lib. 6. præsumpt. 58. & n. 1.* Fr. Joan. à Ponte *in conven. Monarch. lib. 4. cap. 1. pag. 214.* & Franc. Juret. *in notis ad Symmach. lib. 1. epist. 88. p. 70.*

14 Ubi † adducit Ammian. Marcellin. *lib. 14. histor.* qui cum Simonide Lyrico docet: *Beate perfecta ratione victuro ante alia patriam convenit esse gloriosam:* & Rutil. Claud. *lib. 1. itinerar.* ubi de Romanorum laudibus agens, sic inquit:

O quantum, & quoties possem numerare beatos
Natos fulici, qui meruere solo,
Semina virtutum demissa, & tradita cælo
Non potuere aliis dignius esse locis.

15 Secundò facit, † quia si ob solam sylvestris vitæ consuetudinem, & ingenii feritatem, ruditatem, sive barbariem liceret Indis bellum inferre, & eos inter virtutem redigere, dominioque, & imperio suarum rerum, & provinciarum privare; idem quoque in reliquis ferè universi Orbis nationibus licuisse probandum est, ut benè advertunt Doctores *supra* relati. Quoniam etsi falsum
16 sit, † atque à Christiana religione alienum, quod quidam nimis generaliter tradunt, homines scilicet initio nascentis mundi per sylvas, & campos erraticam vitam degisse, nec ullo inter se sermonis, aut juris vinculo cohæsisse, cum sacra docento Pagin. † Adam à quo omnes originem du- 17
cimus, sapientissimus, & eloquentissimus fuerit, & sine dubio non permiserit posteros suos bestiarum more vagari. Quin potius † Cain ejus fi- 18
lius materialem etiam civitatem ædificasse legatur, ut observat Lactant. Firmian. *lib. 6. de divin. institut. c. 10.* & eo non relato Card. Bellarm. *t. 2. contr. 2. lib. 3. de laicis, cap. 5. in fin.* Majol. *in dieb. Canic. 4. tom. colloq. 4. p. 252.* & novissimè Calist. Remir. *de lege Regia in initio, n. 18. p. 6.*

Adhuc tamen receptissimum, & vulgarissimum est, & absque ullo periculo affirmari potest, † sequentibus seculis, ubi genus humanum 19
augeri, & in varias regiones migrare, & dividi cœpit, ita naturam rerum tulisse, ut homines in agris passim bestiarum more vagarentur, & sibi victu ferino, tectisque sylvestribus abditi vitam propagarent, nec ratione animi quidquam; sed pleraque viribus corporis administrarent, nondum divinæ religionis, non humani officii ratio colebatur, nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inspexerat liberos, non jus æquabile quid utilitatis haberet, acceperat. Ita propter errorem, atque insciitiam cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad se explendam viribus corporis abutebatur, perniciosissimis satellitibus, quousque ab aliquibus, qui prudentiores, † & sapientiores esse cœperunt, reli- 20
qui rudiores: primò, propter insolentiam reclamantes, deinde rationem, atque orationem studiosius audientes, edocti, & persuasi tandem sunt in urbes congregari, ex feris & immanibus mites & mansuetos reddi, & ad unamquamque rem utilem, atque honestam induci, ut his propè verbis M. Tul. Cicer. scriptum reliquit *lib. 1. de invent. & in orat. 32. pro P. Sexto, post medium, pag. mihi 475.* cui consentiunt Plutarch. *de placit. Philosoph. lib. 1. cap. 7.* Virgil. *lib. 8. Æneid. de primis Italiæ gentibus* loquens: Horat. *in arte Poet. circa finem.* Vitruv. *lib. 2. cap. 1.* Joan. Boem. *in præfation. ad lib. de moribus gent.* Chasan. *in Catalog. glor. mund. part. 12. considerat. 72.* Simanc. *de Republ. lib. 1. cap. 13. num. 3. 6. & sequent.* Tapia *de vera homin. nobilitat. lib. 2. pag. 187. col. 2.* elegantissimè Joan. Mariana *de Rege & Reg. inst. lib. 1. cap. 1.* Forcat. *in l. omnes populi, num. 1. de justitiâ & jure:* Asin. *in praxi Judic. tit. de mod. proced. in civil. cap. 2. num. 2.* Fr. Joan. Torquemada *in Monarch. Ind. lib. 1. cap. 22. & lib. 3. cap. 1. & 2.* & ante omnes antiquissimus † Poëta T. Catus Lucretius *lib. 5. de na-* 21
tur. rerum, sic inquiens.

Et genus humanum multo fuit illud in arbit
Duriar, ut deceat, tellus quod dura creaverit:
Robustaque per cælum Solis volventia lustra
Vulgivagam vitam traxerunt more ferarum,
Nec robustus erat curvi moderator aratri
Quisquam, nec scibat ferro molirier arva,
Nec nova defodere in terram virgulta, nec altis
Arboribus veteres cultro decidere ramos.
Quod Sol atque imbres dederant, quod terra crearat
Sponte sua, satis id placabat corpora donum.
Nec dum res igni scibant tractare, nec uti
Pellibus, & spoliis corpus vestire ferarum.
Sed nemora atque cavos montes, sylvasque colebant,
Et frutices inter condebant squalida membra,
Verbera ventorum vitare, imbresque coacti.

Nec

Nec commune bonum poterant spectare, nec ullis
Moribus inter se scibant, neque legibus uti,
Quod cuique obtulerat prædæ fortuna ferebat
Sponte sua, sibi quisque valere, & vivere doctus.
Et Venus in sylvis jungebat corpora amantum,
Et manuum mira freti virtute, pedumque
Contectabantur sylvestria tecta ferarum,
Missilibus taxis, & magno pondere clavæ,
Multaque vincebant, vitabant pauca latebris,
Setigerisque pares subibus sylvestria membra
Nuda dabant terræ nocturno tempore capti,
Circum se foliis, ac frondibus involventes, &c.

Quæ priscorum hominum feritas, & cæca barbaries in aliquibus provinciis & regionibus priùs, in aliis posteriùs, & magis ac minus coli, & tem-
22 perari cœpit. Pluresque † etiam hodie reperiuntur, quæ vix humanæ rationis usum percepisse videntur: ita ut non ineptè dicere potuerit Joann. Boter. *in relat. univers. 4. part. lib. 3. pag. 65.* admiti non posse eorum Scriptorum definitionem, qui barbaros eos populos nominant: *Quo-*
23 *rum mores longè à ratione, & communi hominum vita abesse reperiuntur.* Nam si hoc, † inquit, ultimum verum est, Græci potius, Latini & similes, qui nunc politicè vivunt, *barbari* appellandi sunt, cum ii numero pauci diversam ab innumeris aliis gentibus vitam agant, quæ adhuc in antiquo illo barbarismo persistunt.

24 Et reverà † semper illud obtinuit, ut aliæ nationes aliis barbaræ videantur, ut jam dudum apud Laërtium *lib. 1. de vita Philosoph. cap. 9.*
25 ostendit Anacharsis † qui cuidam objicienti, quòd esset barbarus: Certè, inquit, apud Athenienses, sed vicissim Athenienses barbari sunt
26 apud Scythas. Quinimo Græci † omnes nationes generaliter *Barbaras*, & *barbariam* appellabant, ut post Homer. Platon. & Epinom. observat Strabo *lib. 14.* Et quod plus est, Plautus sæpè
27 † ipsos Latinos, qui inter prudentiores, & sapientiores habiti sunt, eodem nomine donat, & Italiam *Barbariam* appellat, ut eruditè observat Lambin. in illud prologi Asinariæ: *Demophilus scripsit, Marcus vertit Barbarè* & Curculion:

Persuli, heus persuli, vos saluto lubens,
Fite mea causa Lydii Barbari.

Et Mostellariæ:

Non enim hæc pulti fagus opifex opera fecit
Barbarus.

Et in Pœnulo:

Hoc pinguis fiunt auro in Barbaria boves.

28 Germani † etiam, Saxones, & aliæ gentes Septemtrionales, ut fuerunt *Sarmatæ, Pannonii, Hungari, Poloni, Suevi, Eruli, Rusiani, Britanni, Gothi, Alani*, & similes, quæ hodie quantum spectat ad humanitatis cultum, meritò nulli rationi cedunt, plurimas vincunt, adeò ferè, & barbaræ non multis abhinc seculis censebantur, ut forsan in ipsis nostris Indis, Æthiopibusvè deterioris naturæ viderentur, ut constat ex illarum Scriptoribus, & ex aliis, quæ latissimè post Cornel. Tacit. Strab. Procop. & alios tradit Cœl. Rhodigin. *lib. 18. lection. antiq. cap. 21.* Thom. Boc. *lib. 7. de sign. Eccles. cap. 4. lib. 10. cap. 13. & lib. 20. c. 7. & lib. 22. cap. 11.* & Fr. Thomas à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib. 1. cap. 11. pag. 37. & lib. 4. 1. part. cap. 1.* Inter quos Seneca *lib. de gubernation. num.... Germani*, inquit, *errant incertis sedibus, sunt apud eos perpetua hye-*
mes, solum infœcundum, nullæ ædes, venationibus vivunt, ubicumque nox fessos laboribus deprehendit, cubant sub frondibus, aut in speluncis foveisve; non habent domos, sed casas foliis, & culmis contectas. Incolæ circumaguntur chorizantium more in congelato mari victitantes carne ferina, gens nuda, & pellibus solùm ferarum vestita, & propterea vilis despectaque ab omnibus. Et Fortunat. *lib. 3. ad Fœlicem Episcop. Nannetens.* sic † de Sa- 29
xonibus ab eo conversis, & mansuefactis scribit:

Militibus alloquiz agrestia corda colendo
Munere Fulicis de grege nata reges.
Aspera gens Saxo, vivens quasi more ferino
Te medicante sacram bellua reddit ovem.

Rhegimus quoque, qui sub ann. M.LXXV. vixit, idem de Hungaris his verbis scribit: *Vivunt Hungari non hominum, sed belluarum more, carnibus, ut fama est, crudis vescuntur, sanguinem bibunt, corda hominum, quos capiunt, particulatim dividentes, veluti pro remedio, devorant: nulla ratione flectuntur, aut miseratione afficiuntur.* Et Eginarthus Caroli Magni scriba *in ejus vita*, sic de omnibus Germaniæ nationibus loquitur: *Saxones sicut omnes ferè Germaniam incolentes nationes, & natura feroces, & cultui dæmonumediti, nostræque religioni contrarii, neque divina, neque humana jura vel polluere, vel transgredi inhonestum arbitrantur.*

Cæteri quoque populi ad Borcam positi, qui Germanis † Orientaliores sunt, & ab antiquis 30
communi nomine *Scythæ* vocabantur, secundùm Strabon. *lib. 11.* & Diodor. Sicul. *lib. 5. cap. 9.* eadem barbarie, & rusticitate laborabant, teste Herodot. *lib. 4.* qui sic ait, *Nullæ sunt Scythis urbes, nulla mœnia structa, domos secum ferunt singuli, equestresque sunt sagittarii, non pane victitantes, sed ex pecoribus, pro domibus plaustra habentes, quidni imbelles alloqui futuri, & ad dimicandum inhabiles.*

Quò respexit † Horat. *lib. 1. Ode 35.* dum 31
eos *profugos* appellat; & *lib. 3. Ode 24.* dum canit:

Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos
Vivunt, & rigidi Getæ:
Immetata quibus jugera liberat
Fruges & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua.

Et † de Battavis ejusdem Germaniæ populis, 32
qui nunc, ut plerisque placet, *Hollandi* nominantur, narrat Cornel. Tacit. *lib. 20.* nimis agrestes, inelegantes, terriconque fuisse. Unde natum est
Proverbium † *Auris Batava*, quod Erasmus pro 33
pingui, crassaque, & indocta interpretatur, illud Martial. addúcens *lib. 6. epig. 82.*

Tu me es, tu ne ait, ille Martialis,
Cujus nequitiæ, jocosque novit
Aurem qui modò non habet Batavam.

Ubi Domit. Calderin. Raderus & Marcillus plura notarunt, & conducit Lucan. *lib. 1.*

Vangiones Batavique truces, quos arce recurva
Stridentes acuere tubæ.

Bæotii † etiam, licèt in Græciæ finibus siti 34
essent, ea ingenii ruditate, & crassitie fuisse com-
me-

memorantur, ut hoc nomine proverbiali figura ignavi, stolidi, & supini homines notari solerent, & quidquid insulsum esset, ac stultum, id *Bæoticum* diceretur, juxta illud Horatii *lib. 2. epist. 1.*

Bœotum in crasso jurares aere natvi.

Et Plutarch. *in comment. de esu car*, qui ipse Bœotus scribit, ab Atticis notatos Bœotos tamquam brutos & stupidos, ac pingues, tradit plura Erasm. *in adag. Bœoticum ingenium*; & *in adag. Bœotissare*; & *in adag. Bœotica auris*; & Carolus Stephan. *in dictionar. verb. Bœotica.* Unde † non inani conjectura dicere possumus Hispano nostro sermone vocem illam *Beodos* inductam, qua *ebrios*, & *voraces homines* significamus, *l. 5. tit. 8. part. 7.* ut bene observat Fr. Joan. à Ponte *in convenien. utriusque Monarch. lib. 3. cap. 4. pag. 27.* quamvis D. Sebastian. Covar. *in Thesaur. ling. Hispan.* aliam etymologiam commiscatur, & *Bevdo* quasi *Bevido* dictum interpretetur.

In Asia quoque † præcipuæ provinciæ erant *Phrygia*, *Mysia*, *Caria*, *Lydia*, ut tradit Cicero *in oration. pro Flacco*: quæ tamen, eodem ibidem restante, barbarici, feritatis, & ruditatis nomine malè semper audierunt, ita ut non nisi flagris & verberibus ad doctrinam, & bonos mores allici possent, quod locum fecit adagiis, *Phryx verberatus melior*, *Mysiorum ultimus*, *Cum Caro Carizat*, *Lydus in meridiem*, *Lydus in planitiem provocat.* De quibus optimè agit M. Varro *lib. 6. de ling. Lat. Athen. ib. 12.* Erasm. *in eisdem adagiis*: Cœl. Rhodig. *lib. 2. lect. antiq. c. 14.* Lorin. *in Act. Apostol. cap. 28. vers. 1.* Puente *in dict. conven. Monarch. lib. 2. c. 11. §. 2. pag. 144. & c. 26. §. 3. pag. 272.* Ubi ajunt, † has nationes per antonomasiam *Barbaras* appellans, juxta illud Horatii:

Græcia barbariæ lento collisa duello:
Et Matonis:
Barbarico postes auro spolisque superbi.

Quod de Phrygia rectè accipiunt interpretes: lta ut † musicum quoddam instrumentum ab eisdem Phrygiis inventum, quo tristitiæ tempore utebantur *Tibia Barbara* diceretur, quò respexit Horat.

Sonante mixtum tibiis carmen lyra,
Hac Lydium illis Barbarum.

Et similiter Imperatores † *Barbaricarios* eos nominarunt, qui vestibus Phygio more acu pictis & deauratis utebantur, † ut apparet *ex l. 1. de fabric. in Cod. Theodos. l. 1. Cod. de exeus. artif.* ubi doctissimus Cujacius *l. 1. Cod. de præpos. agent. in reb. & l. 1. Cod. de privil. schol.* & observat Pancirolus *in notitia utriusque Imperii lib. 2. c. 83. fol. 173.* Donar. *sup. Virg. 2. Æneid.* Brisson. & Calvinus *de verb. jur. verb. Barbaricarii*, & Turneb. *lib. 5. advers. c. 25.* Ubi advertit, † hos ipsos, *Phrygiones* etiam dictos, quòd Phryges vestes auro intexere, & acu pingere primi instituerint. Quod etiam notavit Alexand. ab Alexand. *lib. 4. Genial. cap. 8.* Polidor. Virgil. *lib. 3. de invent. rer. c. 6.* Chasan. *in Catal. glor. mund. part. 11. consid. 34.* & D. Sebast. Covarr. *in dict. Thesaur. ling. Hispan. verb. Franjas.* Ubi † ben. considerat, hinc fortè apud Hispanos vocem *Franjas*, & *Franjones* originem ducere.

Has & alias plures majoris & minoris Asiæ provincias hodie † occupant Turcæ, qui etiam tunc, cùm in Scythia peregrabant, & nunc quoque, cum adeò latè Imperii sui terminos extendisse comperiuntur, ita Barbari, & feroces natura sunt, ut nulla gens magis efferata, crudelis, libidinosa, infida, ac truculenta reperiri possit, quæque pejoribus, & durioribus legibus ac moribus vitam agat, ut post Laonicum Calchocondillam, & alios qui de rebus Turcicis scripserunt, benè narrat Fr. Hieronym. Roman. *in lib. de Republ. Turc.* Joan. Boter. *in relat. univers. 2. part. lib. 4. ex pag.* 184. Busbequius *in relat. suæ legat. ad Turcas*: & Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom. 4. colloq. 5. pag. 337. cum seqq.*

Denique ne in his plus temporis conteramus, Afri, † Galli, & nos ipsi Hispani olim non minori barbarie, ruditate, & feritate laborare dicebamur, quam hodie Indi, quos quidam hac tantum de causa servos efficiunt: sic enim de eis generaliter scribit Cicero *in epist. ad Quintum Fratrem*: *Quòd si te sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset immanibus, ac barbaris nationibus, tamen esset humanitatis tuæ consulere eorum commodis, & utilitati salutique servire.*

Et de † Hispanis in specie, præcipuè Asturibus, Gallæcis, & Vasconibus, agens Strabo *lib. 3. geograph.* eos agrestes vocat, & inhumanos ea ratione addita, quæ longè magis pro Indis militare videtur, sic enim inquit: *Agrestis autem eorum immanitas non solùm ex ipso bellandi usu, verùm etiam ex alia locorum longinquitate provenit. Longinqua enim ad eos est navigatio, longinqua etiam itinera, cumque nullis commiscentur advenis, quæ inter homines communia sunt, abjecere, & omnem exsuerunt humanitatem.* Et posteà *eodem libr. immansuetos, sylvestres, & alienos à moribus humanis* eosd. Hispanos appellat. Idem facit Trogus Pomp. *lib. 44. suæ hist. in fine*, dum ait: *Nec prius perdomitæ provinciæ jugum Hispani accipere potuerunt quàm Cæsar Augustus perdomito Orbe victricia ad eos arma transtulit, populumque Barbarum, ac ferum ad cultiorem vitæ usum traductum in formam provinciæ redegit.* Et Ammian. Marcellin. bella Laptitanorum cum Asturibus memorans tempore Imper. Joviani, & Valentiniani, quod fuit anno Christi CCC.LXIV. & sequenti, sic ait: † *Asturiani his contermini Barbari in discursus semper expediti, veloces, vivereque assueti rapinis, & cædibus paulisper pacati in genuinos turbines revoluti sunt.*

Alia quoque similia † de Iberorum, Cantabrorum, & Gallicorum moribus reperiuntur apud Cœl. Rhodigin. *dict. lib. 18. c. 22.* & alios, post quos noster Joannes Mariana † *lib. 1. histor. Hispan. c. 6.* sic inquit: *Veteres Hispani moribus fuere rudes sanè, & sine more, furè propriora quam hominibus ingenia, secreti etiam inter tormenta tenaces, inquieto animo, corporum celeritate maxima, dediti religionibus, à sapientiæ studiis abhorrentes; tametsi ingenio maximo, quod translati in alias provincias declaratum, neque mentis perspicuitate, neque memoriæ laude, ac ut orationis quidem cumptæ ab ulla gente superari. Ar-*

mis aliquando adversus hostes, quam consilio meliores fuerunt, cultu vitæ agresti, victu copioso magis, quam exquisito, vino parcissimo, aquæ sæpè potu contenti vitam propagabant, adversus hostes severi, in advenas humani & hospitales.

Quæ omnia verba transcribere volui, quoniam priora tantùm recensens, † hunc nostræ ætatis auctorem, judicio meo gravissimum & elegantissimum, graviter hoc nomine reprehendi Fr. Joan. à Ponte *in dict. conven. Monarch. lib. 3. c. 21. pag.* 134. Quasi propriæ nationi injuriam irrogaverit, eam ruditatis, & feritatis incusans. Quod ipse multis argumentis depellere tentat, cum Alphonso Maramotos *in lib. de Academ. Hispan.* cùm tamen constet eo in capite Mariannam plura de laudibus, quam de vitiis Hispanorum dixisse. Nec verè vitio illa antiqua ruditas verti debeat, quæ illi ætati magis quàm genti tribuenda videtur, & tunc reliquis fere nationibus communis erat, ut ex superioribus patet. Ut omittam hæc eadem, quæ in Mariana notat, & alia longè graviora, ipsum Fr. Joan. fateri, & Hispanis objicere, *lib. 1. c. 2. §. 3. pag. 10.*

Tertiò, † pro supradictæ sententiæ confirmatione, & contrariæ rejectione considero, falsum utique esse, & semper fuisse, quod quidam primis illis derectionis & conquisitionis hujus Novi Orbis temporibus, prava suggestione disseminarunt, videlicet, Indos non solum barbaros esse, ut aliæ nationes, de quibus diximus, sed prorsus inhumanos, stupidos, atque amentes, & per montes, & agros ferarum more vagantes, ita ut vix *hominum* appellatione digni viderì possent, & omninò incapaces essent Fidei Christianæ percipiendæ, & retinendæ. Etenim licèt † aliquid horum prima facie censeri potuisset, inspecta natura, & feritate Indorum, qui in primis insulis, quas dicunt, *de Barlovento*, reperti sunt, & aliorum, quos *Caribes*, & *Canibales* appellamus, atque hoc colore multa damna miseris Indis generaliter à militibus irrogata fuerint, qui eos bestiarum instar tractabant, onerabant, & spoliabant, gravissimum hac propter impedimentum eorum conversioni generantes. Re tamen posteà maturius, & penitius † inspecta, & pijs ac religiosis viris à Regibus nostris commissa, manifestè constitit, non esse omnes Indos eadem lance tractandos, cum alii, & quidem numero plures, politicam vitam agerent, & pro captu suo propriis legibus, ac Regibus civiliter gubernarentur, ut *in cap. sequent.* dicemus, ac planè nullos adeo usu rationis & intellectus carere, ut ab hominum appellatione, & Fidei prædicatione excludi deberent: quin potius plerosque eorum, si rectè instituantur, faciles admodum, & supra omnes alias gentes dociles esse ad Catholicam Fidem percipiendam, recipiendam, & retinendam, & ad quaslibet artes etiam liberales addiscendas, quas etiam ante Hispanorum adventum suo more, ac modo in aliquibus regionibus plusquam mediocriter exercebant.

Quod † etiam multis exemplis, & argumentis latè probavit piissimus in Indos Chiapensis Episcopus *in fine suæ Apologiæ, fol. 17. & in replicat. 8. ad object. Sepulvedæ*: Joseph. Acost. omnino legendus, *lib. 1. de procur. Ind. salut. c. 1. & 8. 17. & 18. cum multis seqq. & lib. 4. capit. 3. 4. 5. & in histor. moral. lib. 6. c. 1. 8. & seqq.* Ubi concludit, nullam nationem hominum obsequentiorem esse, nullam subjectiorem: esseque Indos, præcipuè Peruanos, & Mexicanos, ingenio nequaquam duro & obtuso, sed potius docili & mansueto imitandi quidquid viderint mirè cupidos. In quibus potentiam, & regendi auctoritatem conspiciunt, nimis venerabundos, dictu citius obsecundantes bonorum, & Sacerdotum amatores, & obedientes, factus, opumque contemptores, & quod multi minus credunt, si semel serio, atque ex animo Religionem, virtutemque susceperint, in sententia constantes. Et † quòd fortè multis ex nostris id dicere possint, quod Job *cap. 19.* amicis suis dixisse narratur: *Ergo vos estis soli homines, & vobiscum moritur sapientia, & mihi est cor, sicut & vobis, neque inferior vestri sum: quis enim ea, quæ nostrit, ignorat?*

Idem ostendit Thom. Boc. *de sign. Eccles. lib. 7. c. 4. & lib. 8. c. 5. vers. 58.* ubi de efferatis Indorum gentibus loquens, quæ per nostros ad Fidem conversæ fuerunt, inquit, *Ac sanè nunc illi populi mansuetudine, docilitate, religione, ac bonis moribus nos superant; & lib. 16. c. 13. vers. Hinc ut legimus*, ubi per Episcopos & religiosos viros Indorum ruditatem & feritatem emendatam fuisse commemorat.

Idem tradunt Joan. Boter. *in relat. univers. 4. part. lib. 3. pag. 58. 96. & seqq.* Dom. Bañez *in 2. 2. quæst. 10. art. 10. vers. arguitur tertio*: Fr. August. Davila *in d. hist. Mexic. lib. 1. c. 30. pag. 109. & c. 42.* Fr. Emman. Roderic. *in quæst. regul. tom. 2. quæst. 99. art. 4. pag. 292.* Fr. Alphons. Ferdinand. *in histor. Eccles. nostr. temp. lib. 1. c. 21.* Fr. Greg. Garcia *de Ind. orig. lib. 3. c. 4. §. 5. & c. 5. & 6.* & novissimè ac Fr. Joan. à Torquemad. *in Monarch. Ind. lib. 11. 12. 16. & 17. per tot.* ubi Indos à tarditatis & feritatis nota defendunt, & plurimorum facta leges, mores, & instituta recensent; quæ cum præceptis Decalogi, & aliorum nationum legibus in multis convenlebant, & eos nullo modo ingenii, & Catholicæ Fidei expertes fuisse convincunt, sed magna ex parte prudentes, subtiles, acutos, pios & religiosos, & regendi, ac gubernandi arte usquequaque non imperitos. Idem etiam in sua generali hujus Novi Orbis historia passim præstat Anton. de Herrera, & præcipuè *decad. 3. lib. 2. c. 18. & seq. decad. 4. lib. 10. c. 1. & 9. lib. 8. c. 3. lib. 9. c. 12.* ubi politiam, & mores *Mexicanorum*, *Tucatanorum*, *Chiapensium*, *Nicaraguensium*, & aliarum provinciarum Novæ Hispaniæ commemorat, & *decad. 4. lib. 1. c. 10. & seqq.* ubi agit de Indis *Terræfirmæ*, & *lib. 5. c. 9.* ubi de moribus *Malutorum*, & *decad. 5. lib. 4. c. 1. & seqq.* ubi de moribus *Peruanorum*.

Et ante omnes luculenter de eodem argumento disseruit † Reverendiss. Pat. Julianus Garcesius ex Dominicano Ordine, primus Ecclesiæ Tlaxcalensis Episcopus, qui cùm maxima religione, & eruditione polleret, & pluribus annis inter Indos Novæ Hispaniæ versatus fuisset, ac proinde idoneitatem eorum, & injurias, quas sub prætextu incapacitatis immeritò patiebantur, simul explorasset, & deplorasset, piam † quam-dam,

dam, & elegantem epistolam misit ad Paulum III. fœl. recordationis S. R. E. P. anno 1536. in qua multa verè, ac graviter de eorumdem Indorum moribus, ingenio, docilitate, & in Fidem Catholicam propensione, & profectione recensuit, quam non pigebit candidis & Christianis lectoribus ob oculos ponere, quoniam maximè ad nostrum institutum conducit, & cùm à supradictis Auctoribus multum laudetur, à Fr. Augustin. Davila dumtaxat refertur *dict. cap.* 42. ea igitur sic habet.

Sanctissimo D. N. Paulo III. Pontif. Maximo, Fr. Julianus Garces, Ordinis Prædicatorum, Episcopus primus Tlaxcalensis in Nova Hispania Indiarum Cæsarii Caroli, salutem sempiternam dicit.

QUæ circa novellum gregem, Ecclesiæ sanctæ aggregatum, tibi (Beatissime Pater) acquisitum noverim, declarare non pigebit quatenus exultare valeat spiritus tuus in Domino salutare. Et ne prologi longa enarratione, tibi præcipuè, qui tot, ac tantis totius Orbis negotiis providere debes, fastidium generem; rem ipsam
57 in valvis aggredior. Nulla † sunt obstinatione orthodoxæ fidei infesti, aut pervicaces, (ut Judæi, & Mahumetani) Indorum parvuli. Christianorum decreta non hauriunt modo, sed exhauriunt, ac veluti ebibunt: citiùs hi, & alacriùs articulorum Fidei seriem, & consuetas orationes, quam Hispanorum Infantes ediscunt, & tenent, quidquid à nostris traditur. Aluntur intra Monasteriorum ambitum per suas classes, & contubernia per scholas & doctrina ex ditioribus trecenteni, quadrigenteni, quingenteni, & sic de singulis ordinatim, secundum magnitudinem civitatum, & oppidorum. Non clamosi, non jurgiosi, non litigiosi, non inquieti, non discoli, non tumidi, non injuriosi, placidi, pavidi, disciplinati, ad magistros obtemperatissimi, obsequiosi ad sodales, non querulosi, non mordaces, non contumeliosi, omni prorsus vitio (quo nostrates pueruli scatent) liberi, secundùm quod illa ætas patitur, ad liberalitatem propensissimi; utrùm uni, vel multis des, nihil interest, quia quod uni darum est, singulis impartiendum curant. Parcimonia mirabili, non bibaculi, non gulosi, ingenita, & velut innata modestia ac disciplina. Siquidem videri est, eos ordinatè, seriatimque incedentes, seu sedere, seu stare jubeantur, seu flexis poplitibus prosterni ad pulvinaria. Præter suum Tlacuali (sic enim communem escam appellant) post panem, seu Tlaxcali, nihil obnixè flagitantes. Habent enim & nostrates fructus omnes, id est, quorum semina ab Hispania allata sunt: tanta est terræ feracitas, ac fœcundia. Habent & suos fructus. Jam verò ingenii docilitas supra modum, seu cantare jubeas, seu legere, scribere, pingere, fingere, cæteraque id genus liberalium artium, & aliarum ad rudimenta omnia perspicaces, & acutissimi intellectus, dexteritate singulari, quod præter cœli clementiam, ac temperiem (ut sæpè mihi animo revolventi occurrit) præstat mira in cibo simplicitas ac parcimonia. Cum intra monasteria Fratrum ad disciplinam arceantur, nulla à majoribus querimonia quæstione fit, quòd inæquali paritate tractentur, quòd severiùs castigentur, quod à pœdagogis tardiùs ad domos dimittantur, quod æqualibus inæqualia, aut imparibus paria demandentur officia: Contradicit nemo, nullus objurgat: sed parentum cura, ac solertia ad id tendit, ut quàm eruditissimus in Christianismo suus natus evadat. Jam verò Ecclesiasticus cantus, seu organicus, seu harmonicus, seu rhythmicus absolutissimè ab eis perdiscitur: ita ut extranei musici non magnoperè desiderentur. Qui in campo pugiles exercebantur, campestrati vocabantur (teste August.) quia fœmoralibus eorum pudenda velabantur, quæ campestria dicebantur, & perizomata in literis sacris; *Indi Thomastli* dicunt. Apud quos tanta cura, & verecundiæ observatio, ut in publicam etiam tantilli infantuli (de Mexico loquor) sine Thomastili, id est, subligari prodeat nemo.

Nunc contra eos, quos de indigenis malè sensisse, comperimus, dicendum erit, refellendo vanissimam opinionem illorum, qui eos incapaces insimulant, inculpantque, atque ex Ecclesiæ gremio abjiciendos asseverant. Prædicate (ait † Dominus) Evangelium omni creaturæ, qui cre- 58
diderit, &c. de hominibus plane loquebatur, non de brutis, nullam excipiens gentem, nullam nationem excludens, quippe in rete Evangelico omne piscium genus conclausuris Apostolis, quibus prædixerat: Faciam vos piscatores hominum. Nam quod dicit, elegerunt bonos, malos foras miserunt: non de hac militantis, sed de illa triumphantis Ecclesiæ piscatione loquebatur quando segregabit oves ab hœdis. Unde in piscatione Petri ante passionem retia rumpebantur præ multitudine piscium, etiam naviculæ penè mergebantur, sed post Resurrectionem, (ait Joannes) cùm tanti essent, non est ruptum rete, quia de piscatione triumphantis loquebatur Ecclesiæ. Multi enim retia militantis Ecclesiæ pisces implent, rumpunt, & egrediuntur, sive hæresibus, sive pravis moribus, qui triumphantis retia non intrabunt. Unde de piscatione post Resurrectionem Dominicam numerum determinatum apposuit piscium: quia novit Dominus, qui sunt ejus (ait Apostolus) quia hæc retia multi exituri intrant, illa nullus egressurus intrabit. Lauda Jerusalem Dominum (ait Psalmista) quia confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te. Et ne putaremus in cœlum tantùm 153. id est, beatorum animas: mystice usque ad 10. & 7. ab uno ascendendo, ac intermedios numerando, is numerus surgit 153. quia decem præceptorum observatores, & septenaris numeri in donis Spiritus Sancti præceptores tantùm intrabunt: quia multi sunt vocati, pauci verò electi. Restat igitur, ut nulli apertum, quod vidit Joannes in Apocalypsi, ostium claudamus, quia ille, qui habet clavem David, qui aperit, & nemo claudit, solus novit numerum electorum in fœlicitate superna. Nulli ergo hominum, qui † ex fide spontanea petat Baptis- 59
mum, Ecclesiæ est porta claudenda, juxta August. *sermon.* 15. *de verb. Apost.* Cyprianum super hac re citantis. Nullum ergo retrahar, quæso, ab hoc opere falsa talium asserrio, qui diabolicis instigati suggestionibus, incapaces religionis nostræ asserunt Indos istos.

Hæc

60 Hæc certè vox † Satanica est, & dolentis dæmonis suum subversum iri cultum, ac ex avarissimorum Christianorum faucibus erumpens: quorum tanta est cupiditas ut sitim ejus explere volentes, rationabiles creaturas ad Dei imaginem factas, bestias, & jumenta esse contendant, nullo alio fine, nisi ut quibus illarum cura commissa est, nulla sit liberandi eas è rabidissimis manibus cupiditatis suæ: quin potius illarum obsequio uti pro arbitrio permittant. Quis enim tam impudenti animo, ac perfricata fronte incapaces fidei asserere audet, quos mœchanicarum artium capacissimos intuemur, ac quos etiam ad ministerium nostrorum redactos bonæ Indolis, fideles & solertes experimur?

Etsi quando (Beatissime Pater) tua sancti-
61 tas aliquem Religiosum † virum in hanc declinare sententiam audierit, etsi eximia integritate vitæ, vel dignitate fulgere videatur is: non ideò quicquam illi hac in re præstet auctoritatis, sed eumdem parum, aut nihil insudasse in illorum conversione certo certius arbitretur, in eorum addiscenda lingua, aut investigandis ingeniis parum studuisse perpendat. Nam qui in his caritate Christiana laborarunt, non frustra in eos jactare retia caritatis affirmant; illi verò, qui solitudini dediti aut ignavia prædediti, neminem ad Christi cultum sua industria reduxerunt, ne inculpati possint, quod inutiles fuerint, quod propriæ negligentiæ vitium est, id infidelium imbecillitati adscribunt, veramque suam desidiam falsæ incapacitatis impositione defendunt; ac non minorem culpam in excusatione committunt quam erat illa, à qua liberari conan-
62 tur. Lædit † namque summè istud hominum genus talia asserentium, hanc Indorum miserrimam turbam; nam aliquot Religiosos retrahunt, ne ad eosdem in Fide instruendos proficiscantur. Quamobrem nonnulli Hispanorum, qui ad illos debellandum accedunt, horum freti judicio, illos negligere, perdere, ac mactare, opinari solent non esse flagitium. Unde apparet, quòd hoc Satan ille, humani generis hostis, in lucis Angelum transfiguratus invenit, ut gentium illarum diferendo fidem, sibi exhibitum cultum conservet. Nunc vero de horum sigillatim hominum ingenio, quos vidimus ab hinc decennio, quo ego in patria conversatus, eorum potui perspicere mores, ac ingenia perscrutari, testificans coram te (Baptissime Pater, qui Christi in terris Vicarium agis) quod audivi, & manus nostræ contrectarunt de his primogenitis ab Ecclesia, per qualecumque ministerium meum in verbo vitæ, quod singula singulis referendo, id est, paribus paria, rationis optimæ compotes sunt, &
63 integri sensus & capitis; sed † insuper nostratibus pueri istorum, & vigore spiritus, & sensuum vivacitate dexteriori in omni agibili, & intelligibili præstantiores reperiuntur. De majoribus
64 † quod barbarâ à feritate, ac crudelitate ultra humanum modum fuerint, audivi: utpotè antropophagi, id est, humanarum carnium voratores, truces, ac cruenti: sed quanto crudeliores, & immaniores fuere, tanto acceptius Deo holocaustum offeretur, si benè convertantur: cujus pars maxima nos sumus, si tales erga eos extiterimus verbo, & exemplo, mano, lingua,

quales eos nobis, si in similem casum incidissemus, voluissemus habere. Lucrifacere animas eorum laboremus, pro quibus *Christus* fudit sanguinem. Barbariem eis, & idololatriam objicimus, † quasi meliores habuerimus patres 65
nostros à quibus ducimus originem, quousque B. Jacobus Apostolus eisdem prædicavit, eosque ad Fidei cultum convertit, ex pessimis optimos reddens: unde tot clarissima Martyrum, Doctorum, & Virginum lumina emicuerunt, quos hic longum esset, & non necessarium recensere. Quis dubitat, durante seculo, multos ex his sanctissimos futuros, & omni virtute conspicuos? Numquid Sertorio † apud Hispa- 66
nias res agente, submissa est cerva, quæ fatidica putaretur? Ecce cervam, id est, brutum animal Hispani prophetissam, id est, fatidicam, ac Deam adorabant. Feritas Hispanorum quondam tanta erat, ut Silius Italicus ex Italica Bæthicæ civitate oriundus, dicat de majoribus suis eulogium inclytum:

Prodiga gens animi, & properare facillima morte:
Namque ubi tractendit florentes viribus annos,
Impatiens ævi, spernens venisse senectam
Et fati modus in dextra est.

Viriatus ille, quem teste Justino (de Gentilitate loquor) Hispania habuit clarissimum Ducem, pastor erat armentarius. At post † Christia- 67
nismum susceptum cum fide veram nobilitatem hæreditate possidemus, tot milites, tot Duces præclarissimos, quibus & Roma imperatoribus usa, mirum in modum crevit, ac in id, quod de ea audivimus, provecta est. Si tam † in- 68
culta, & vepribus errorum obsita Hispania ante Apostolorum prædicationem, posteà tales fructus, sive in seculo, sive in Ecclesia parturivit, quales futuros numquam antè credidissent, quia hæc mutatio dextere Excelsi: dent mihi tales pro eodem Omnipotentis Dei, ac Domini liberatoris cunctorum auxilio, favore, & patrocinio, mirabilem fortassè Indorum populum in hoc novo mundo reperto futurum. Numquid (ait Isaias) abbreviata est manus Domini, ut salvare nequeat? quo tempore Sertorius in Hispania apud semiferos homines Romanorum Dux erat, literas Hispani, & Græcas & Latinas noverant, ab his nationibus subjugati: verumtamen est, quòd si Hispania proprias vires agnovisse (ait Trogus) numquam Romanis colla dedisse: literas ergo Hispani didicerant, nec eorum linguam minus callebant, & semibarbari adhuc erant. Quid mirum, † si miselli isti in 69
extremo terrarum margine constituti nullo cultorum hominum commercio, nullas usque hodie literas assecuti, belluarum instar essent, nullum animal habentes pro vectura, ipsi aselli bipedes omnia ruri, domique vectitarent, nulla extetorum hominum notitia, nullo cultu, aut victu, aut vestitu, aliisque humanæ vitæ ornamentis præditi, nullo literarum commercio, nullo vehiculorum, aut navigiorum usu, inculti essent, ac penè barbari. Si omnibus iis prædicti Hispani, tales prisco tempore extitere, quid de his desperandum, cùm de nobis à nostris minimè desperatum sit, cùm in ea regione tam illustres viri evaserint in utroque homine? Ecce

sic benedicetur omnis homo qui timet Dominum, ait Psalmista, & sequitur: Et Videas filios filiorum, qui sunt homines novi mundi indigenæ, qui Fide, & virtutibus eos, quorum sunt ministerio, ad Fidem conversi, forte superaturi sunt. Et quoniam eos penitus † literas 70
non didicisse prædixerim, palinodiam cano: pingebant enim, non scribebant, id est, non literis, sed imaginibus utebantur, si quid absentibus seu tempore, seu loco memorabile vellent significare. Quod & Lucanus insinuat in hæc verba.

Phœnices primi, famæ si creditur auti,
Mansuram rudibus vocem signare figuris,
Nondum flumineas Memphis contexere Biblos
Noverat, & tanti tantum volucresque feræque,
Sculpturæque servabant magicas animalia linguas.

Nunc verò tanta est ingenii eorum fœlicitas (de pueris loquor) ut & Latinè, & Hispanè scribant, nostris pueris elegantius: Latinè sciant, atque loquantur non minùs quàm nostri, qui 71
se ejus rei studio dedidere: Confessiones † ab eis fiunt, quæ vel maximè novellis in Ecclesia difficultatem afferunt, & arduitatem præseferunt, ubi fides præcipuum locum tenet, cùm secreta cordis extrinsecus revelentur, ac alteri pandantur lapsus humani, & peccata non minori perspicuitate ac veritate, quàm à Christianis natis (ne dicam propensiori) eaumque frequentia gaudent, imò aliqua vel minus enucleata, vel à confessoribus forsan non intellecta, quæ semel confessi sunt, examussim repetere spontaneè non verentur columbina sanè simplicitate; ita ut quoad confessiones apud illos totus annus habetur, ut Quadragessima Inter nostros, disciplinas ordinarias, & à pueris, idest, flagella, non modo renuentes, sed & ultrò suscipientes, eâm tempore & loco, ultra communes, quæ fiunt in die Veneris sancti, & omnibus sextis feriis anni. Quodque adhuc difficilius existimatur à nostris (qui nec in abjiciendis quidem concubinis dicto pareant prælatorum) tantâ facilitate uxorum pluritatem abjiciant, quas in paganismo habuerunt, unicaque contenti, ut miraculi instar sit. Furta, quorum consuetudo (de parvulis loquor) genti innata est, apertissimè pro confessione accusant. Non restitutionem recusant, aut procrastinant. Construunt Ecclesias magnas, quas armis Regiis adornant, conventus Fratrum protectorum suorum, & domos devotarum mullerum ab Imperatrice Domina Elisabeth missarum, quibus bono animo dant suas filias, sicut Fratribus filios, ut ex ipsis quantocius sancta Eccelesia augeatur. Cum indigent aqua, ad Fratres cum oblationibus veniunt, processiones petunt. Idem similiter faciunt pro pueris infirmis, petentes Evangelium sibi dici, & manus sacras super ipsos imponi. Cum infans nascitur, ad Sacramentum Baptismi suscipiendum à patre, vel matre portatur, & quando moritur ad Fratres concurrunt ut sepeliatur. Cum viresciit uxorem non Christianam, illam ad Baptismum ducit & mulier virum, ut disponsentur ad modum Christianorum, & pater filium, mater filiam, frater fratrem, & vicinus vicinam. Quo circa quæ per me ipsum, & à fide dignis Religiosis personis de fide, & moribus istorum acceperim, compendio dicam.

Rogatus quidam cur, extra tempus Quadragesimæ confiteri vellet? respondit: Se ægritudine pressum spopondisse confessionem Deo, si evaderet, ideò voti reum confiteri debere.

Item alius, ad quid tam citò confessionem repeteret, à confessore rogatus, qui sciret, eum paulò antè alii confessum: respondit: Verum equidem esse; sed quòd confessorem eum non plenè intellexisse suspicaretur, repetere se velle confessionem: insuper & postea nonnullorum recordatum fuisse peccatorum, quæ fassus antea non fuisser.

Petrus quidam, & Jacobus Neophiti ex primoribus eorum, post confessionem Sacramentalem, imaginaria visione, duas videre videbantur vias: olidam alteram, alteram adoramentorum, atque rosarum referrtam: contemplatosque Magdalenam & Catherinam; quarum simulacra ex pictura didicerant, fœtida dicentes, quam antea tenebatis, via est; rosarum spiramine odora, quam sequimini post Baptismum. Quod in conspectu decem millium animarum animoso & ferventi sermone referentibus, multi Baptismum petierunt.

Qua nocte Salvator noster, secundùm Ecclesiæ repræsentationem, natus est: Gloria in excelsis Deo à cantantibus lingua sua auditum est à pluribus. Cùm tamen hymnus iste tunc in eorum linguam conversus non esset, ut post: unde arguitur, non humana industria, sed divina virtute miraculum accidisse.

Anhelanti cuidam violentia comprimere puellam, ait illa: Numquid non Christianus es tu? Cui respondenti, sum: hoc quod agis (addidit illa) Christiana pietas prohibet. Quo audito, ille ab incœpto protinus resilivit.

In quadragesima admonitus pro Religione haberi jejunium, cum ægritudine laboraret, nullo modo persuaderi potuit à Christianis, ut carnibus vesceretur.

In confessione se accusavit eorum quidam, quòd cùm propriam cognosceret uxorem, alterius, cujus ardebat desiderio, recordatione fuerit voluptuosè allectus.

Rogatus fuit à quodam religiosus quispiam utrum orare deberet in sacris misteriis, an cessare, atque attentius Verba Divina auscultare?

Alius similiter audito, quod Judas inconfessus, & impœnitens laqueo vitam finiverit, ait confessori: Ego sum Judas, qui etsi confessus fuerim, non integrè tamen, ideò confessionem repetendam putavi.

Duo alii ex rubore peccatum pessimum in confessione occultantes, ob nimiam ægritudinem pressi, fassi Sacramentaliter crimen, compunctionis, & lacrymarum imbre perfusi, utroque morbo absoluti sunt.

Christiana eorum, maritum Gentilem sortita, rogat, num Baptismum acceperit? illo abnuente; debitum, imò indebitum maritale negat, quousque lavacro sancto perfusum viderit.

Plures confessi ex eis non absoluti, vel quia in fornicatione erant, vel quia restitutionem procrastinarent, quantocius adimpleto confessoris præscripto recurrunt, & se representant pro absolutione, quod, meâ opinione, fidei non exiguum argumentum est.

Si confessio eisdem ex occuparione confessoris, aliave causa denegatur, dolent, flent, gemituque ostendunt Sacramenti famem, sitimque justitiæ.

Plusculi post Baptismum petunt baptizari quibus, cùm Christiana religione id non licere, dicatur, respondent: Scimus id quidem, sed tunc non credidimus, aut verba baptizatoris non intelleximus.

Martinus vocabatur, qui in extremis paulò antequam decederet, assistenti matri ait: Sede parens, nonne vides fratres advenire cum Cruce, & Dominam quamdam per magnificam lineam mihi Rosarii offerentem.

Cùm in Thecoacam agerent Christiani in hospitio primum, essentque aliò profecti, ait quidam ejus oppidi indigena socils: Nunc maximè Christiana religione fratres vivendum est, cùm soli simus, & testes Fidei nostræ Christianos non habeamus.

Sed dices, nullo teste res gesta probatur, quasi & testes ipsi mentiri non possint. Rursum in judicio humano res est nullius ponderis, aut momenti. Quasi verò super hoc humanum judicium requiramus, & non Divinum potius admiremur, quo velit Omnipotens in novo nascentis Ecclesiæ cespite, fructum promittere, ac miracula suscitare, quæ apud Sanctos, quos ab antiquo veneratur Ecclesia, penitus floruere. Suffragatur tamen huic nationi, maximè hic mos duplici de causa: tenuitate victus, vilitate, & simplicitate vestitus, humilitas & obedientia genti innata, quibus nullæ regiones mundi abundant sicut ista.

Quia explicuisse videor, † Beatissime Pater, 72
quæ mea dicere, quæque tua audire intererat, super emporio Indico, id est, earum commercio rerum, quæ Creator & Plasmator omnium suâ providentia præparaverat In termino jam labentis seculi, in quo fines sæculorum devenerunt, reliquum est contestari Sanctitatem tuam, Paule Beatissime, Doctor Gentium ne tantam nactus occasionem, segnitiei, aut torpori locum des, quominus id agas ut omnes nos commonefacias, exhorteris, excites, atque promoveas, ne in tam excelsi Opificis opere dormitare, sed vigilare, & non segniter agere studeamus. Hoc tibi ipsi imprimis persuadeas, Sanctissime Pater, velim, ex quo Evangelii veritas in mundum effulgere cœpit, id est, nostra fœlicitas declarari, quoque Dei in filios per gratiam liberationis adoptati sumus, post promulgatam per Apostolos duces, ac præceptores nostros salutis viam, nihil unquam pensi majores (quod sciam ego) in Ecclesia extitisse Catholica, quàm hæc apud Indos talentorum dispensatio. Si enim pro caducis fragilibus hujus miseræ vitæ rebus tantopere laboramus, quanto magis niti debemus universi, te duce, Paule Beatissime Pater, ne oblatam in præsentiarum opportunissimam benè gerendæ rei facultatem desidia, ac negligentiâ nostra perdamus? Videant universi in Apostolico pectore nihil gratiùs insidere, quàm huic tanto negotio vi omni, & nisu, nutu, voce, voto, te velle fideles

tuos excubare, adesse, vigilare. Qua parte nobis Verbi ostium (ut air Apostolus) apertum est, illuc plurimos operarios destinare, quò in fœcundo hujus Indiæ cespite centeno consurgat spica fructu, quæ divitem spem alat, charitatem augeat, fidem sustentet. Tanto Idololatras alacriori animo & ampliori ardore certemus ad nostræ professionis vexilla colligere in Asia, quanto Turcarum in Europa sævitam in nostros amplius cernimus debaechari. Hinc aurum eruamus ex visceribus fidei Indorum, istud aurum mittamus in subsidium militum nostrorum, longè ampliores ab India terminos à diabolo arripiamus, quam ipse cum Mahumentanis suis nobis subducat ex Europa. Duplici dæmonum muros arlete quatiamus, ut hinc ab eorum possessione antiqua indigenas eruamus, & instinc auro erato, eosdem ab Europæ finibus excludamus. Promoveantur, Rex Christe bone, fidelium tuorum termini, † Isaiæ vaticinium implearur jam. Ecce 73
isti de longè venient; ecce illi ab Aquilone, & mari: & isti de terra Australi. Laudate cœli, & exulta terra, jubilate montes laudem, quia consolatus est Dominus populum suum: & pauperum suorum miserabitur. Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Et infra: Leva in circuitu oculos tuos, & vide, isti congregati sunt venerunt tibi. Ego vivo (dixit Dominus) quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa: quia deserta tua & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt pro habitatoribus, & longè fugabuntur, qui absorbebant te. Si tanta diligentia † Dominus Jesus Christus, Deus ac li- 74
berator noster, Thomam Indos adire persuadet renuentem, ac dicentem: quocumque mitte me, præter quam ad Indos: & Bartholomæum, qui ibidem dæmones mirabiliter torsit, Indosque ad Fidem convertit, eorum divitias respuens, ac Fidei Evangelicæ potiores auro fodinas, quas sequerentur, ostendit: & te, Sanctissime Pater Imperatorem tuum Deum imitari, æmulari, comitari convenit, cùm illum milites suos Apostolos in Indos destinantes ac penè urgentem videas. Sed dices. Non credent Idololatræ Christo, non parebunt Evangelio. Crediderunt (inquit in gestis Apostolicis Lucas) prædicante Paulo, quotquot prædestinati erant à Deo ad vitam æternam.

Nullus certè non credit ex prædestinatis. Quàm verò libenter Fidem suscipiant, prædicatores revereantur, & audiant, Ecclesias ædificent, religiosis subdantur Indi istius Novæ Hispaniæ, testes sumus omnes, qui inter istos versati sumus: de valde autem distantibus ab hujus provinciæ terminis, à venerabili Patre Fratre Bernardino de Minaya, nunc Priore sancti Dominici hujus civitatis *Tenuxtitlan*, seu *Mexico*, verum habemus testimonium, qui cum duobus sociis religiosis usque in Provinciam de Nicaragua, viam trecentum leucarum, & amplius peragravit, Idololatras docendo, idola confringendo, & comburendo, vexilla Regis Christi erigendo, & Ecclesias fundando. Ad quæ omnia libentissimos, & promptos Indos (qui numquam viderant Religiosos prædicantes eis) invenit: Baptismum spontaneè petentes, cum lau-

reo-

sic benedicetur omnis homo qui timet Dominum, ait Psalmista, & sequitur: Et Videas filios filiorum, qui sunt homines novi mundi indigenæ, qui Fide, & virtutibus eos, quorum sunt ministerio, ad Fidem conversi, forte superaturi sunt. Et quoniam eos penitus † literas 70
non didicisse prædixerim, palinodiam cano: pingebant enim, non scribebant, id est, non literis, sed imaginibus utebantur, si quid absentibus seu tempore, seu loco memorabile vellent significare. Quod & Lucanus insinuat in hæc verba.

Phœnices primi, famæ si creditur auti,
Mansuram rudibus vocem signare figuris,
Nondum flumineas Memphis contexere Biblos
Noverat, & tanti tantum volucresque feræque,
Sculpturæque servabant magicas animalia linguas.

Nunc verò tanta est ingenii eorum fœlicitas (de pueris loquor) ut & Latinè, & Hispanè scribant, nostris pueris elegantius: Latinè sciant, atque loquantur non minùs quàm nostri, qui 71
se ejus rei studio dedidere: Confessiones † ab eis fiunt, quæ vel maximè novellis in Ecclesia difficultatem afferunt, & arduitatem præseferunt, ubi fides præcipuum locum tenet, cùm secreta cordis extrinsecus revelentur, ac alteri pandantur lapsus humani, & peccata non minori perspicuitate ac veritate, quàm à Christianis natis (ne dicam propensiori) eaumque frequentia gaudent, imò aliqua vel minus enucleata, vel à confessoribus forsan non intellecta, quæ semel confessi sunt, examussim repetere spontaneè non verentur columbina sanè simplicitate; ita ut quoad confessiones apud illos totus annus habetur, ut Quadragessima Inter nostros, disciplinas ordinarias, & à pueris, idest, flagella, non modo renuentes, sed & ultrò suscipientes, eâm tempore & loco, ultra communes, quæ fiunt in die Veneris sancti, & omnibus sextis feriis anni. Quodque adhuc difficilius existimatur à nostris (qui nec in abjiciendis quidem concubinis dicto pareant prælatorum) tantâ facilitate uxorum pluritatem abjiciant, quas in paganismo habuerunt, unicaque contenti, ut miraculi instar sit. Furta, quorum consuetudo (de parvulis loquor) genti innata est, apertissimè pro confessione accusant. Non restitutionem recusant, aut procrastinant. Construunt Ecclesias magnas, quas armis Regiis adornant, conventus Fratrum protectorum suorum, & domos devotarum mullerum ab Imperatrice Domina Elisabeth missarum, quibus bono animo dant suas filias, sicut Fratribus filios, ut ex ipsis quantocius sancta Eccelesia augeatur. Cum indigent aqua, ad Fratres cum oblationibus veniunt, processiones petunt. Idem similiter faciunt pro pueris infirmis, petentes Evangelium sibi dici, & manus sacras super ipsos imponi. Cum infans nascitur, ad Sacramentum Baptismi suscipiendum à patre, vel matre portatur, & quando moritur ad Fratres concurrunt ut sepeliatur. Cum viresciit uxorem non Christianam, illam ad Baptismum ducit & mulier virum, ut disponsentur ad modum Christianorum, & pater filium, mater filiam, frater fratrem, & vicinus vicinam. Quo circa quæ per me ipsum, & à fide dignis Religiosis personis de fide, & moribus istorum acceperim, compendio dicam.

Rogatus quidam cur, extra tempus Quadragesimæ confiteri vellet? respondit: Se ægritudine pressum spopondisse confessionem Deo, si evaderet, ideò voti reum confiteri debere.

Item alius, ad quid tam citò confessionem repeteret, à confessore rogatus, qui sciret, eum paulò antè alii confessum: respondit: Verum equidem esse; sed quòd confessorem eum non plenè intellexisse suspicaretur, repetere se velle confessionem: insuper & postea nonnullorum recordatum fuisse peccatorum, quæ fassus antea non fuisser.

Petrus quidam, & Jacobus Neophiti ex primoribus eorum, post confessionem Sacramentalem, imaginaria visione, duas videre videbantur vias: olidam alteram, alteram adoramentorum, atque rosarum referrtam: contemplatosque Magdalenam & Catherinam; quarum simulacra ex pictura didicerant, fœtida dicentes, quam antea tenebatis, via est; rosarum spiramine odora, quam sequimini post Baptismum. Quod in conspectu decem millium animarum animoso & ferventi sermone referentibus, multi Baptismum petierunt.

Qua nocte Salvator noster, secundùm Ecclesiæ repræsentationem, natus est: Gloria in excelsis Deo à cantantibus lingua sua auditum est à pluribus. Cùm tamen hymnus iste tunc in eorum linguam conversus non esset, ut post: unde arguitur, non humana industria, sed divina virtute miraculum accidisse.

Anhelanti cuidam violentia comprimere puellam, ait illa: Numquid non Christianus es tu? Cui respondenti, sum: hoc quod agis (addidit illa) Christiana pietas prohibet. Quo audito, ille ab incœpto protinus resilivit.

In quadragesima admonitus pro Religione haberi jejunium, cum ægritudine laboraret, nullo modo persuaderi potuit à Christianis, ut carnibus vesceretur.

In confessione se accusavit eorum quidam, quòd cùm propriam cognosceret uxorem, alterius, cujus ardebat desiderio, recordatione fuerit voluptuosè allectus.

Rogatus fuit à quodam religiosus quispiam utrum orare deberet in sacris misteriis, an cessare, atque attentius Verba Divina auscultare?

Alius similiter audito, quod Judas inconfessus, & impœnitens laqueo vitam finiverit, ait confessori: Ego sum Judas, qui etsi confessus fuerim, non integrè tamen, ideò confessionem repetendam putavi.

Duo alii ex rubore peccatum pessimum in confessione occultantes, ob nimiam ægritudinem pressi, fassi Sacramentaliter crimen, compunctionis, & lacrymarum imbre perfusi, utroque morbo absoluti sunt.

Christiana eorum, maritum Gentilem sortita, rogat, num Baptismum acceperit? illo abnuente; debitum, imò indebitum maritale negat, quousque lavacro sancto perfusum viderit.

Plures confessi ex eis non absoluti, vel quia in fornicatione erant, vel quia restitutionem procrastinarent, quantocius adimpleto confessoris præscripto recurrunt, & se representant pro absolutione, quod, meâ opinione, fidei non exiguum argumentum est.

Si confessio eisdem ex occuparione confessoris, aliave causa denegatur, dolent, flent, gemituque ostendunt Sacramenti famem, sitimque justitiæ.

Plusculi post Baptismum petunt baptizari quibus, cùm Christiana religione id non licere, dicatur, respondent: Scimus id quidem, sed tunc non credidimus, aut verba baptizatoris non intelleximus.

Martinus vocabatur, qui in extremis paulò antequam decederet, assistenti matri ait: Sede parens, nonne vides fratres advenire cum Cruce, & Dominam quamdam per magnificam lineam mihi Rosarii offerentem.

Cùm in Thecoacam agerent Christiani in hospitio primum, essentque aliò profecti, ait quidam ejus oppidi indigena socils: Nunc maximè Christiana religione fratres vivendum est, cùm soli simus, & testes Fidei nostræ Christianos non habeamus.

Sed dices, nullo teste res gesta probatur, quasi & testes ipsi mentiri non possint. Rursum in judicio humano res est nullius ponderis, aut momenti. Quasi verò super hoc humanum judicium requiramus, & non Divinum potius admiremur, quo velit Omnipotens in novo nascentis Ecclesiæ cespite, fructum promittere, ac miracula suscitare, quæ apud Sanctos, quos ab antiquo veneratur Ecclesia, penitus floruere. Suffragatur tamen huic nationi, maximè hic mos duplici de causa: tenuitate victus, vilitate, & simplicitate vestitus, humilitas & obedientia genti innata, quibus nullæ regiones mundi abundant sicut ista.

Quia explicuisse videor, † Beatissime Pater, 72
quæ mea dicere, quæque tua audire intererat, super emporio Indico, id est, earum commercio rerum, quæ Creator & Plasmator omnium suâ providentia præparaverat In termino jam labentis seculi, in quo fines sæculorum devenerunt, reliquum est contestari Sanctitatem tuam, Paule Beatissime, Doctor Gentium ne tantam nactus occasionem, segnitiei, aut torpori locum des, quominus id agas ut omnes nos commonefacias, exhorteris, excites, atque promoveas, ne in tam excelsi Opificis opere dormitare, sed vigilare, & non segniter agere studeamus. Hoc tibi ipsi imprimis persuadeas, Sanctissime Pater, velim, ex quo Evangelii veritas in mundum effulgere cœpit, id est, nostra fœlicitas declarari, quoque Dei in filios per gratiam liberationis adoptati sumus, post promulgatam per Apostolos duces, ac præceptores nostros salutis viam, nihil unquam pensi majores (quod sciam ego) in Ecclesia extitisse Catholica, quàm hæc apud Indos talentorum dispensatio. Si enim pro caducis fragilibus hujus miseræ vitæ rebus tantopere laboramus, quanto magis niti debemus universi, te duce, Paule Beatissime Pater, ne oblatam in præsentiarum opportunissimam benè gerendæ rei facultatem desidia, ac negligentiâ nostra perdamus? Videant universi in Apostolico pectore nihil gratiùs insidere, quàm huic tanto negotio vi omni, & nisu, nutu, voce, voto, te velle fideles

tuos excubare, adesse, vigilare. Qua parte nobis Verbi ostium (ut air Apostolus) apertum est, illuc plurimos operarios destinare, quò in fœcundo hujus Indiæ cespite centeno consurgat spica fructu, quæ divitem spem alat, charitatem augeat, fidem sustentet. Tanto Idololatras alacriori animo & ampliori ardore certemus ad nostræ professionis vexilla colligere in Asia, quanto Turcarum in Europa sævitam in nostros amplius cernimus debaechari. Hinc aurum eruamus ex visceribus fidei Indorum, istud aurum mittamus in subsidium militum nostrorum, longè ampliores ab India terminos à diabolo arripiamus, quam ipse cum Mahumentanis suis nobis subducat ex Europa. Duplici dæmonum muros arlete quatiamus, ut hinc ab eorum possessione antiqua indigenas eruamus, & instinc auro erato, eosdem ab Europæ finibus excludamus. Promoveantur, Rex Christe bone, fidelium tuorum termini, † Isaiæ vaticinium implearur jam. Ecce 73
isti de longè venient; ecce illi ab Aquilone, & mari: & isti de terra Australi. Laudate cœli, & exulta terra, jubilate montes laudem, quia consolatus est Dominus populum suum: & pauperum suorum miserabitur. Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Et infra: Leva in circuitu oculos tuos, & vide, isti congregati sunt venerunt tibi. Ego vivo (dixit Dominus) quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa: quia deserta tua & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt pro habitatoribus, & longè fugabuntur, qui absorbebant te. Si tanta diligentia † Dominus Jesus Christus, Deus ac li- 74
berator noster, Thomam Indos adire persuadet renuentem, ac dicentem: quocumque mitte me, præter quam ad Indos: & Bartholomæum, qui ibidem dæmones mirabiliter torsit, Indosque ad Fidem convertit, eorum divitias respuens, ac Fidei Evangelicæ potiores auro fodinas, quas sequerentur, ostendit: & te, Sanctissime Pater Imperatorem tuum Deum imitari, æmulari, comitari convenit, cùm illum milites suos Apostolos in Indos destinantes ac penè urgentem videas. Sed dices. Non credent Idololatræ Christo, non parebunt Evangelio. Crediderunt (inquit in gestis Apostolicis Lucas) prædicante Paulo, quotquot prædestinati erant à Deo ad vitam æternam.

Nullus certè non credit ex prædestinatis. Quàm verò libenter Fidem suscipiant, prædicatores revereantur, & audiant, Ecclesias ædificent, religiosis subdantur Indi istius Novæ Hispaniæ, testes sumus omnes, qui inter istos versati sumus: de valde autem distantibus ab hujus provinciæ terminis, à venerabili Patre Fratre Bernardino de Minaya, nunc Priore sancti Dominici hujus civitatis *Tenuxtitlan*, seu *Mexico*, verum habemus testimonium, qui cum duobus sociis religiosis usque in Provinciam de Nicaragua, viam trecentum leucarum, & amplius peragravit, Idololatras docendo, idola confringendo, & comburendo, vexilla Regis Christi erigendo, & Ecclesias fundando. Ad quæ omnia libentissimos, & promptos Indos (qui numquam viderant Religiosos prædicantes eis) invenit: Baptismum spontaneè petentes, cum lau-

reo-

reolis roseis, cibo & potu ei obviantes, viasque ampliantes, atque tergentes, & suo modo cum gratiarum actione dicentes. Benedictus, qui vegnit in nomine Domini. Stabilem quippe † Co-75 mitem (quem Reges seculi appellant) te supernus cælestisque Rex constituit, ut circa stationem tuam pervigili semper insistas, huc tam, & illuc, ubi major necessitas poscat, transmittendos milites, ac comites tuos, vestimentaque & alimenta gregariis tuis distribuere debeas, ne si stipendiorum inopia, equitum peditumque penuria res militaris segnius agatur, minusque procedat, Imperatori culpa adscribatur, Id te agente, ut confidimus coronam (sicut par est) reportaturo beatam.

HActenus epistola Episcopi Tlaxcalensis cujus & aliorum auctoritas, & fida relatio ejusdem Romani Pontificis Pauli III. piam soli-76 citudinem excitavit, † ut peculiari diplomate Indorum capacitatem, & libertatem assereret. Divinique, & humani juris non secus ac nos, & reliquas Europæ sive antiqui Orbis nationes participes esse definiret. Idemque † Piissimus, & 77 Catholiciss. Imper. Carolus V. pluribus legibus, edictis, & schedulis declaravit, contraria abrogans, quæ illorum servitutem, aut vexationem quovis modo permittere videbantur, ut constat ex iis, quæ scribunt Hieron. Benzo *in histor. Amer. l.* 1. *c.* 17. *& seq.* Ant. de Herrera *in histor. gener. Ind. decad.* 1. *pag.* 323. *&* 367. *& decad.* 2. *pag.* 7. 19. 91. 118. *&* 144. *& decad.* 3. *pag.* 312. *& decad.* 4. *pag.* 299. *&* 270. *& seq.* & alibi passim, & Fr. Joann. à Torquem. *in Monarch. Ind. l.* 1. *c.* 14. *&* 1. 17. *c.* 19. & Nos infrà *l.* 3. *c.* 5. *&* 6. diligentius trademus. Paulianæ autem sanctionis verba quoniam gravissima sunt & tractationi, de qua agimus maxime conducentia in lectorum quoque gratiam hic inserere libet quæ sic habent.

78 *Paulus † Papa III. universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem*, & infrà: *Veritas ipsa, quæ nec falli, nec fallere potest, cum Prædicatores fidei officiis prædicationis destinaret, dixisse dignoscitur; euntes docete omnes gentes. Omnes dixit, absque omni delectu, cum omnes Fidei disciplinæ capaces existant. Quod videns, & invidens ipsius humani generis æmulus, qui bonis operibus, ut pereant semper adversatur, modum excogitavit hactenus inauditum, quo impediret, ne Verbum Dei gentibus, ut salvæ fierent, prædicaretur: ac quosdam suos satellites commovit; qui suam cupiditatem adimplere cupientes, Occidentales, & Meridionales Indos, & alias gentes, quæ temporibus istis ad nostram notitiam pervenerunt, sub prætextu, quod fidei Catholicæ expertes existant, uti bruta animalia ad nostra obsequia redigendos esse, passim asserere præsumant, & eos in servitutem redigunt, tantis afflictionibus illos urgentes quantis vix bruta animalia illis servientia ur-*79 *geant. † Nos igitur, qui ejusdem Domini nostri vices licèt indigni, gerimus in terris & oves gregis sui nobis commissas, quæ extra ejus ovile sunt, ad ipsum ovile toto nixu exquirimus: attendentes, Indos ipsos utpotè veros homines, non solùm Christianæ Fidei capaces existere, sed ut Nobis innotuit, ad Fidem ipsam promptissimè currere: ac volentes super his congruis remediis providere, prædictos Indos, & omnes alias gentes ad notitiam Christianorum in posterum deventuras, licèt extra Fidem Christianam existant, sua libertate, ac rerum suarum dominio hujusmodi uti, & potiri, & gaudere liberè, & licitè posse, nec in servitutem redigi debere: ac quicquid secus fieri contigerit, irritum & inane: ipsosque Indos, & alias gentes Verbi Dei prædicatione, & exemplo bonæ vitæ ad d. Fidem Christi invitandos fore auctoritate Apostolica per præsentes literas decernimus, & declaramus, non obstantibus præmissis, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Rom. ann.* 1537. *quarto Nonas Junii, Pontificatus nostri anno tertio.* Cujus decreti executio commissa fuit Illustriss. Cardin. Taveræ, ut videbis infrà *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 54.

Quarto facit, † qui etsi concedamus, omnes 80 omnino Indos obtuso, hebeti, aut fero ingenio præditos esse, cum tamen veri homines sint, valdè absurdum, imò & impium judicari debuit, & semper debebit eorum judicium, qui illos à Fidei Catholicæ participio, & sanctæ Apostolicæ Ecclesiæ consortio excludere voluerunt, cujus janua omnibus pariter aperta est, ut Episcopus Tlaxcalensis, & Paulus III. meritò declararunt in epistolis suprà relatis. Etenim † cùm Prophetæ, omnes 81 insulas gentium, & qui in extremis terræ habitant, Dominum adoraturos, eique laudem cantaturos & dona adducturos prædixerint, ut apparet ex Sophon. *c. ult. & Isai, cap.* 42. & 64. & alibi passim, arbitrari non oportet † contemptos, ac 82 sempiternæ oblivioni datos hos Indos apud pium Conditorem, & benignissimum Redemptorem, cùm sit unus omnium hominum Pater, ut cum Lucretio rectè tradit Lactan. Firmian. *lib.* 6. *Divin. inst. cap.* 10. & eodem sanguine, quo Græci, & Romani, isti Indi, quantumvis barbari, redempti fuerint.

Qua propter † ipsos Christi Apostolus scimus 83 ad remotissimas quasque, & ferocissimas nationes Evangelii seminandi gratia penetrasse, neque earum belluinis moribus deterritos, neque sensu, stupore pertæsos; crediti talenti debitores Græcis pariter ac Barbaris, sapientibus atque insipientibus agnoscentes, ut scribit D. Paul. Rom. 1. & optimè prosequuntur Acost. *d. lib.* 1. *de procur. Ind. sal. c.* 1. *& sequentib.* Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. sal. lib.* 1. *c.* 11. *pag.* 37. *&* 38. *& lib.* 4. *p.* 1. *c.* 1. *& lib.* 11. *in præfat. pag.* 759. & Thom. Bocius *lib.* 8. *de sign. Eccl. c.* 4. *& lib.* 10. *cap.* 13. ubi latè agit de efferatis gentibus ad humanitatem, & Religionem disciplina Christiana perductis, & novissimè post hæc scripta P. Suarez *in tract. de Fide, disput.* 6. *& sect.* 4. *n.* 9. ubi indubitanter asserit, omnes viatores per se Fidei esse capaces.

Quibus † addere licet D. August. qui *serm.* 37. 84 *ad Fratres in Erem.* tradit, se ad monstra sine capite, & oculos in pectore habentia, serendi Evangelii causam profectum, cùm nossent eos Gentilitatis errore implicitos, & ratione alicujus tamersi falsæ Religionis, duci. Quod etiam refert Bapt. Fulgos. *lib.* 1. *memorab. cap.* 6. *de miraculis, fol.* 53. & novissimus Alfons. Carranza in *Disp. de partu humano c.* 17. *n.* 80. ubi ejusmodi homines *Iæmnios* appellari tradit, de quibus Agell. *lib.* 9. *cap.* 4. & D. Isidor. *lib.* 11. *Etymol. cap.* 3.

Et similiter † prædictæ ruditatis & hebetudi- 85 nis Indorum causa sufficiens judicari non debuit ad eos debellandos, affligendos, onerandos, & spoliandos, cùm potiùs ob eamdem rationem illis ut hebetioribus magis miserendum, quàm irascendum fuerit, magisque consulendum & subvenien-86 dum, quàm persequendum. Constat † quippè stolida hominum ingenia miseriis, ærumnis, & adversis, ac calamitosis rebus stolidiora fieri, ut Ovid. *in epist. Sapho.* his verbis ostendit:

Nunc vellem facunda forem, dolor artibus obstat.
Ingeniumque meis substitit omne malis.

Et certum etiam est, † ejusmodi hebetudinem 87 rusticitatem, aut feritatem Indorum non tam ex natalium, stirpisve, aut aëris nativi causis descendere, quàm ex prava, & diuturna educatione, & vitæ agrestis consuetudine, austeritate, doctrinæque defectu, & ex nuditate, & ciborum crassitie, atque intemperie, qua ut plurimum utebantur, ut in nostris rusticis, & agricolis His-88 panis quotidie experimur, & † generaliter de omnibus, qui rura, & agros inhabitant, tradit Arist. *sect.* 30. *probl.* 1. Galen. *in lib. de temper. capitis, & in lib. quòd animi mores corporis temperamenta sequantur*, latissimè Tiraquel. *de nobilit. cap.* 2. *ex num.* 57. & ultra relatos ab eo Otalora *in eodem tract. p.* 5. *c. fin. num* 20. Doct. Huarte *in tract. de examine ingeniorum, cap.* 4. & in specie de Indis nostris loquentes Joseph. Acosta *d. lib.* 1. *de procur. Ind. sal. c.* 8. Fr. Joan. Bapt. *in dict. advertent. confess.* 1. *p. fol.* 59. & Fr. Greg. Garcia *de Indor. orig. lib.* 3. *c.* 4. §. 2.

Quibus hebetudinis Indorum causis, addi 89 etiam potest † idololatriæ cæcitas, cui maximè dediti erant, qua interveniente, homines hebetari D. Paulus ostendit, 1. *Corint.* 2. *&* 3. D. Greg. *lib.* 12. *Moral.* qui habetur *in c. Salom.* 32. *q.* 4. & veluti lapides fieri Clemens Alexand. *in Orat. hort. ad Gent.* ubi sic eleganter scribit: *Testis nobis accedat vox Prophetica veritati concinens: potens est enim Deus ex lapidibus suscitare filios Abrahæ. Qui miseratus multam nescitiam, & cordis duritiem eorum, qui lapidaverunt adversus veritatem, excitavit semen pietatis in Deum, virtutem sentiens ex lapidibus illis, nempè Gentibus, quæ crediderunt lapidibus*, & de nostris Indis in specie loquens Fr. August. Davila *lib.* 1. *hist. Mexic. cap.* 81. *pag.* 323.

Quæ omnia † non ferro, ac flagris, non ser- 90 vitute, & spolis punienda fuerunt, sed doctrina, mansuetudine, morumque nostrorum exemplo suaviter medicanda: cùm re verâ † nulla sit tam 91 Barbara natio, nulla tam stupida, quæ, si aliqua temporis intercapedine accurate, & generose educetur, & instruatur, non deponat barbariem; induat humanitatem, & morum elegantiam, & ad tantam frugem perveniat, ut maximis ipsa natura ingeniis comparari possit, ut videmus in rusticis ad scholas, aut curiam, vel celebres urbes traductis, qui miræ solertiæ, & ingenii præstantis effici solent, & in Æthiopibus, & eorum liberis in palatiis enutritis, qui adeò ingenio prompti, & ad quidvis parati frequenter evadunt ut si colorem detrahas, ex nostris putari possint, sicuti observat D. Chrysost. hom. 4. *epist. ad Titum* Acost. *d. c.* 8. Sim. Majol. *in dieb. Canicul.* 1. *1. colloq.* 19. *p.* 439. *&* 4. *1. colloq.* 3. *de hominum educatione per totum*, & exemplo canum, quos Lycurgus educavit, probat Plutarch. in ejus vita, Cœl. Rhodig. *lib.* 20. *lect. antiq. c.* 28. & alia tradens Tiraquel. *in lege* 7. *connub.* Annæus Robert. *lib.* 1. *rer. judic. c.* 9. Castill. de Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *ex n.* 62. & P. Joan. Pineda *de reb. gest. Salomon. lib.* 1. *c.* 19.

Atque huic nimirum doctrinæ, & politici de- 92
fectui, & agrestis vitæ consuetudini adscribenda sunt, quæ *supr. cap. proximo ex n.* 27. pro Indorum barbarie exaggeranda consideravimus. Neque † enim mirum fuit, quòd primis adspectibus Hispanorum navigia, equos, bombardas, & literas mirarentur, ac formidarent, & Hispanos ipsos, his & aliis utentes, de cœlo existimarent: cùm hæc omnia verè in se admiranda essent, & ab Indis numquam visa, nec cogitata. Nam communiter accidit, ut † nova quæque etsi pusilla sint, 93
admirationem incutiant, & ut ea, quæ repentè, & ex inopinato videntur, tamquam de cœlo missa credamus, ut scriptum relinquit Senec. *lib.* 7. *nat. quæst. in princip.* sic inquiens: *Nam quamdiu solita decurrunt, magnitudinem rerum consuetudo subducit. Ita enim compositi sumus, ut nos quotidiana, etiam si admiratione digna sint, transeant: contra minimarum quoque rerum, si insolitæ prodierunt, spectaculum dulce fiat. Adeò † naturale est,* 94
magis nova quam magna mirari, & Tertul. *in Apol. cap.* 10. *Ex consuetudine humana ignoti, vel ex inopinato apparentes de cœlo supervenisse dicuntur: proinde Saturno repentino adventu ubique Cœlitem contingit dici.*

Mirandum etiam non fuit, † quòd omnes Oc- 95
cidentales Indi literarum usu carerent, nam idem Orientalibus, & aliis nationibus commune fuit, ut tradit Alex. ab Alex. *lib.* 2. *Genial. cap.* 30. qui res gestas, & memoratu dignas Pythagorico more memoria tenuere, illasque à parentibus traditas per manus posteris dedere, qui tamen haud post in syndonibus scribere inceptarunt, totasque paginas monumentis rerum gestarum impleverunt.

Quod de Phœnicibus tradit etiam Lucanus, 96
& in Mexicanis † nostris experti fuimus; qui si non literis, imaginibus tamen, & figuris ea omnia, quæ sibi memoranda videbantur, significabant, & conservabant. Et in Peruanis, † qui mi- 97
rabili modo chordis versicoloribus, multisque nodis insignitis, & artificio singulari contextis, quarum domus sunt perplenæ, multorum seculorum res gestas solerter involvunt, & ubi opus est sine ulla hæsitatione explicant, & declarant, ut cum Joan. Metell. & Petr. Zieza refert Theatr. vitæ hum. *volum.* 6. *lib.* 2. *pag.* 1503. *& volum.* 5. *lib.* 3. *pag.* 1275. Joseph Acost. *lib.* 1. *histor. Ind. cap.* 24. *& lib.* 6. *c.* 2. *& sequentib.* Garcil. Inca *de Incarum histor. lib.* 2. *capit.* 22. *&* 23. *lib.* 6. *capit.* 8. & alii, quos citavimus *sup. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 31.

Idemque in Arithmetica contigebat, quam suo more, ac modo, certis lapillis adhibitis, peritissime callent, ut testatur Acost. *dict. lib.* 6. *c.* 8.

Et

Et ut essent alli, qui ultra quinque, vel decem numerare nescirent, id valdè culpandum non fuit.

98 Nam Bonfin. *lib.* 1. *rer. Ung. decad.* 1. scribit, † Albanis, Caspii maris accolis, simplex ingenium fuisse, mercaturæ, & cupiditatis expers, & quod numerum supra centenarium non noverant ponderum, mensurarum, urbanitatis, agriculturæque

99 ignari. Et de † Thracibus refert Alex. *lib.* 2. *Genial. c.* 25. quòd ad quatuor usque numerare didi-

100 cere: & quod † Meletides adeò vecors fuit, ut vix toto ingenii captu ad quinque numerare disceret.

Pari etiam ratione excusari potest, quod de Hispanis saltantibus diximus, quos Indi furiosos

101 putabant. Nam idem Vettones † Hispaniæ nostræ populi fecisse dicuntur, cum primum Romanorum castra intuentes quosdam Centuriones, deambulationis causa in via progredientes reflecti cernerent, insanire quippe homines suspicati sunt, atque ita eis viam ad tabernacula commonstrabant, quasi semper aut quiescere, aut pugnare necessarium arbitrarentur, vt refert Strabo *lib.* 3. & post cum Theat. vit. hum. *vol.* 6. *lib.* 6. *pag.* 2024. & *vol.* 15. *lib.* 1. *pag.* 2956.

Et longè minus, † quod de eclipsi Xamicensium retulimus, barbariem, & ignorantiam Indorum demonstrat: cum Romanis militibus, apud quos totius Orbis Imperium, & gubernatio residebat, idem ferme contigisse ostendat Cornel.

102 Tacitus *lib.* 1. annal. Deum legiones † Pannonicas jam jam ad seditionem, & alia sævissima scelera prorumpentes, alio Lunari eclipsi turbatas, & à Druso sedatas, his verbis scripsit: *Noctem minacem, & in sceleas erupturam, fors lenivit. Nam Luna claro repentè cœlo visa languescere. Id miles rationis ignarus omen præsentium accepit, ac suis laboribus defectionem syderis adsimulans, prospereque cessura quæ peregerent, si fulgor & claritudo Deo redderetur. Igitur aris ima, turbarum, cornuumque conceptu strepere: prout splendidior, obscuriorve latari, aut mœrere. Et postquam opta nubes offerre visui, creditumque conditam tenebris (ut sunt mobiles ad superstitionem perculsa semel mentes) sibi æternum laborem portendi, sua facinora adversari Deos lamentatur. Utendum inclinatione ea Cæsar, & quæ casus obtulerat, in sapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria jubet, &c.*

104 Similiter in consideratione non est, quòd † quidam de sordidis, & spurcis Indorum moribus circa corporis cultum objiciunt. Nam licet plures ita compti fuerint, alii tamen, ut Mexicani &

105 Peruani magis compti, & politici erant. Ita † ut *Huainacapac Inca*, Peruanorum Imperator, cum fœlicissimis expeditionibus plurimas nationes sibi subjecisset, in eam tamdem perveniens, quæ eum tractum incolit, quem hodie *Cabo de Passos* appellamus, ab indigenis debellandis, & imperio suo aggregandis, abstinuerit, quòd eos sordidos valdè, & squalidos esse, comperisset, ut refert Gatell. Inca in suis comentaris, *1. tom. lib. 9. c.* 8. *in fine.*

Et idem Auctor *lib.* 7. *c.* 20. scriptum relinquit

106 † alium eorumdem Peruanorum Regem, nomine *Inca Yupanqui*, Chilensium ferocitate conspecta, qui imperio suo facilè colla submittere noluerunt exercitum ab illorum finibus eduxisse: eò quod diceret, nullo graviori suplicio eorum protervia afficere posse, quàm si illos Imperii, gubernationisque suæ moribus, & legibus non donaret.

Et si antiquitatis monumenta requirimus fortè non minorem spurcitiem in † nostris Hispanis, 107
maximè Iberis, & Cantabris reperiemus, cum de illis narret Cœl. Rhodig. *lib.* 18. *lect. antiq. c.* 22. fœtinos prorsus ac depravatos mores habuisse, quando non abnuebant ex lotio, quod intra cloacas asservarum diutius fuisset, lavacra comparare: retrimentisque contusis dentifricia sibi, atque conjugibus quærere, & himi cubitare. Et idem scribit Ravis. Textor *in officina*, *1. tom. tit. de divers. morib. popul. pag.* 370 & 372. addens, quod res animalis plurimi faciebant, & avaritiæ studio semel tantum inter diu cibum capiebant, hydropotæque erant & quod oblectabantur capillorum † longitudine, crinemque sibi, sine ullo 108
artifice formosi, quitiebant, non aliter quam jubam generosa animalia.

Barbæ † etiam, & pilorum abrasio, & corpo- 109
rum † ad effectus varios pictura, & tinctura non 110
Indis tantùm, verum & pluribus aliis nationibus communis fuit, ut ipse Rodig. prodit *d. lib.* 18. *c.* 21. & Maluenda *lib.* 8. *de Antichrist. cap.* 20. Theatr. vitæ hum. *vol.* 2. *lib.* 2. *ex pag.* 298. Fr. Alphons. de Mendoza *in quolibet. q.* 5. *politica*, & Fr. Joan. à Ponte *in comm. utriusque Monarch. lib.* 3. *c.* 14. & præcipuè † Britannis, qui tes- 111
te Julio Cæsare *lib.* 5. *comment. de bello Gallico*, capillo utentes promissiore, cæterum corpus curiosius abradebant, præter labrum superius, & & glesso, quod (ut Cæsar inquit) cæruleum exhibet colorem, se totos inficiebant, ut ea ratione horridiores hostibus se se in præliis ingererent. Unde aliter quam † veteres interpretes accepe- 112
runt, interpretandi sunt Martial. *versic. lib.* 11. *epigram.* 54.

Claudia cæruleis quum sit Rutina Britannis
Ædita, cur Latiæ pectora plebis habet.

Et idem de eisdem Britannis docet Gentian. Hervet. in notis ad Clem. Alex. *lib.* 3. *Pædagog. c.* 3. *pag.* 259. & Petr. Fab. *lib.* 1. *semest. c.* 20. *pag.* 137. qui † Cæsaris verba diligenter explicat, 113
& emendat, post Pet. Victorium *lib.* 19. *var. lect. c.* 3. & *eodem lib.* 1. *c.* 6. *pag.* 36. notat ipsorum † etiam Romanorum Imperatorum triumphan- 114
tium corpora minio illini solita, sicque Camillum triumphasse, ut memorat Plin. *lib.* 33. *c.* 7.

Quo respiciens, narrat Anton. Panorm. de rebus gest. Alphonsi, quòd cum Alphonsus † 115
Aragonum Rex triumphalem currum ascenderet, non defuerunt, qui admonerent, ut triumphantium Romanorum more vultum minio illiniret. Quibus ille respondisse fertur, minium Baccho soli convenire, qui non solùm triumphi, sed vini etiam repertor extitisset. Zigantes veriam 116
Afri, qui similis tantùm vescuntur, corpus minio inficiunt, teste Herodoto *lib.* 4. Et Hyperborei Æthiopiæ populi, atri coloris, tota corpora rubrica illiniunt, & Daci & Sarmatæ ea succis herbarum inscribebant, ut testatur Theat. *ubi supr. pag.* 301. & de Cathainis sive Sinensibus, Iteris mandavit Joan. Boem. *lib.* 2. *de morib. gent. c.* 8. *pag.* 112.

Quin-

Quinto, pro ejusdem sententiæ confirmatio-
117 ne considerari potest, † id, quod sup. *c. proximo ex num.* 52. pro contraria perpendimus, natura scilicet secundum sententiam Philosophi & aliorum, quos ibi retulimus, quosdam servos esse, hoc est, barbaros, & rudes homines naturâ sapientioribus subjectos esse debere, non eo spectare, ut verè servi sint, & ob hanc causam libertate, & dominio bonorum suorum publicè, aut privatim spoliari possint, alioqui idem de infantibus, & pupillis, & multò magis de perpetuo
118 furiosis affirmari deberet, † quos tamen nemo dubitat, verè liberos, & rerum suarum dominos esse, ut post alios, quos refert, concludit Victoria *in relect.* 1. *de Indis*, *num.* 21. & 22. Greg. Lop. *in l.* 2. *tit.* 23. *part.* 2. *glos.* 2. *col.* 5. *versic. Et postea quam*, & Michaël Salon. *de just. & jure*, *q.* 2. *art.* 1. *vers. Offert se hic dubium*, & insinuat Justinian. *in* §. 1. *instit. de tutelis*, ibi: *Tutela est vis ac potestas in capite libero*, &c. & ut Ulpian. *in l. qui furore* 20. *ff. de stat. hom.* ubi dicit furiosum statum, dignitatem, & magistratum, ac potestatem, in qua fuit, retinere videri. Ex quo ibidem Bartol. Bald. & Mornacius inferunt, jurisdictionem æquè ac dominium retineri à furioso: sola enim administratio aufertur quamdiu animus deest, cohibetque inumbratæ quietis timor. Sed id tantum significare voluit Philosophus, hujusmodi barbaris, & ignorantibus † hominibus natura necessitatem & indigen-
119 tiam quamdam inesse, ut ab aliis, qui prudentiores, sapientiores, ac magis politici sunt, regantur, & gubernentur, oportereque, ut eis hac de causa subjiciantur, sicut filios ante adultam ætatem parentibus, & uxores viris subjici convenit. Atque hoc sanè, non ut prudentiores pro suo commodo illos tamquam in servos dominationem exerceant, sed potius ut hebetioribus consulentes, illorum utilitatem omnimodo curent, miseriis, & imbecillitati provideant, & voluntariis obsequiis utentes, absque omnis laboris molestia, cum gaudio, cordisque lætitia ad observationem naturalis, & divinæ legis, ad ampliorem sapientiam, disciplinam, justitiam & providentiam dirigant: & denique ad reliqua omnia, quæ observant cæteri homines liberi, prudentes, atque politici.

Quam expositionem verba Philosophi, si adamussim perpendantur, non obscurè recipiunt, & expressius idem ostendit *lib.* 3. *Polit. c.* 10. & *lib.* 7. *cap.* 14. † D. Thom. *1. part. q.* 96. *art.* 3.
120 & 4. & 2. 2. *quæst.* 57. *artic.* 3. ad 2. dicens: *Quod hunc hominem esse servum absolute considerando magis quam alium, non habet rationem naturalem, sed solùm secundum aliquam utilitatem consequentem, in quantum utile est huic, quod regatur à sapientiori, illi quòd hoc juvetur, ut dicitur* 1. Polit. *Et ideò servitus pertinens ad jus gentium est naturalis secundo modo, sed non primo modo*: hactenus Thomas. Qui optimè aperit, quo tendat hæc servitus minus prudentis ad sapientiorem, & quamvis eam ad jus gentium referre videatur, idem tamen *quæst.* 96. *art.* 3. & 4. à natura institutam, & statui innocentiæ convenisse docet, ut sic magis distinguatur à vili, abjecta, & miserabili servitutis conditione, quæ postea jure gentium ob bella, & captivitates inducta fuit. Et hoc idem tradit *eadem* 1. *part. quæst.* 92. *art.* 1. *ad* 2. his verbis: *Duplex est subjectio, una servilis, secundum quam præsidens utitur subjecto ad sui ipsius utilitatem, & talis subjectio introducta est post peccatum: Alia œconomica, vel civilis, secundum quam utitur subjectis ad eorum utilitatem; & ista fuit etiam ante peccatum. Defuisset enim bonum ordinis in humana multitudine si quidam per alios sapientiores gubernati non fuissent.*

Eamdem doctrinam † probavit etiam Cardin. 121
Turrecrem. *in cap. jus gentium art.* 4. *dist.* 1. Cepola *in tract. de servitut. tit. de servit. person. c.* 1. Sot. *libr.* 4. *de just. & jur. q.* 2. *art.* 2. Victor. *ubi sup. num.* 23. *vers. Superest, respondere*, Joan. Driedon. *de libertat. Christi. lib.* 1. *pag.* 8. cujus elegantissima verba refert & sequitur Covarr. *in regul. peccatum*, 2. *part.* §. 11. *num.* 5. Joseph. Acosta omnino videndus *lib.* 2. *de procur. Ind. salut. cap.* 5. Navarr. *in c. ita quorumdam, de Judæis, not. ab.* 2. *glos. penult. num.* 5. Menchac. *controv. illust. in præfat. ex num.* 5. & *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 411. & 12. M. Bañez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *vers. Arguitur tertiò, col.* 533. Salon. *in d. tract. de dominio*, *q.* 2. *art.* 1. *in* 3. *concl.* & *q.* 3. *art.* 1. *per tot.* Greg. de Valenc. *in* 3. *tom. disp.* 1. *q.* 10. *punct.* 7. *col.* 417. & *sequenti*, Molin. *de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 32. *in princ.* & *disp.* 35. & Nos infr. *cap. seq. & n.* 21. & *seqq.* & *lib.* 3. *c. penult.*

Neque † obstat, quod ex eodem Philosopho, 122
& aliis supr. tradidimus, posse nempè hujusmodi barbaros, & feroces homines coerceri, & etiam obtorto collo, ac reluctantes sub jugum mitti, imò & ut feras venari, ut rectè, & innoxiè vivere discant. Nam hoc falsum, & absurdum esse, multis argumentis præcitati Auctores evincunt; & si aliquatenus verum esse posset, de illis tantùm debere intelligi, ajunt, qui sunt prorsus veluti furiosi, aut amentes, vel ferarum more viventes nullis legibus, vel institutis adducti, per alienas provincias prædando, latrocinando, & invadendo grassantur, & divagantur, quales olim Gothi, Scithæ, & Alani fuisse, & hodie in Asia, & Africa Arabes & Alarabes esse dicuntur. Cujusmodi nusquam toram ullam Indorum Rempublicam inventam esse contendunt cum neque amentes sint, & in totum rationis expertes, ut suprà probavimus neque nobis, aut aliis aliqua damna, vel injurias intulerint, ob quæ ferarum instar venari, & occidi possint, aut suis provinciis, & pagis privari, in quibus ipsi quietissimè, mansuetissimèque vivebant.

Quibus addere licet, quod utcumque Arist. verba accipiantur, † eis standum non est, si 123
Christianæ disciplinæ legibus, & moribus adversentur, cum ille ethnicus fuerit, & in inferno sepultus, ut acriter coram Carolo V. Imp. Opt. Max. Chiapensis Episcopus declamavit apud Ant. de Herrer. *in histor. gen. Ind. decad.* 2. *libr.* 4. *cap.* 5. *pag.* 119. & in replicat. contra Sepulvedam: & non obscurè sentiunt Sot. Acost. Menchac. & Bañ. ubi sup. † qui docent fortasis Aristotelem assentari voluisse Alexandro Mag- 124
no, qui ejus discipulus erat, & tunc temporis to-

tum Orbem sibi subjicere, his & aliis coloribus, ac mentitis rationibus conabatur; quas tamen meram potius tyrannidem, rapinam, & violentiam appellare possemus, sicuti facit D. August. *lib. 4. de Civit. Dei, c. 6.* & diximus *supr. c. 6. num. 56. & seqq.*

125 Sexto, pro eadem opinione facit, † ei contrarium non esse, quod similiter in cap. præced. ex *num. 66.* cum Plutarc. D. August. Thoma, & aliis de Alexandri Magni, & Romanorum laudibus diximus dùm ob id eorum imperium extollere & legitimum, ac voluntate Dei quæsitum docere videntur, quod feras, & barbaras nationes bellis domuerint, & optimis legibus ac moribus cultas, & mansuetas reddiderint. Etenim si attentè istorum Auctorum verba considerentur, procul dubio constabit, longè aliam mentem habuisse, & id tantum in illis commendasse, quod subjectorum disciplinæ, & rectæ institutioni, ac gubernationi sedulam operam dabant, & præclaris monitis, atque institutis ad politicam vivendi formam reducere conabantur, ut benè ultra alios observat Joseph. Acost. *dict. c. 5.* sic enim August. scribit *d. lib. 5. de Civit. Dei, c. 17. An verò aliquid nocuerunt Romani gentibus quibus subjugatis imposuerunt leges suas, nisi quia id factum est ingenti strage bellorum, quod si concorditer fieret, id ipsum fieret meliore successu? sed nulla esset gloria triumphantium.*

Bella igitur, & bellorum strages, ac damna, injurias, & spolia innoxiis nationibus quamtumvis barbaris irrogata, non laudat, nec probat August. prout verè laudare, imò vel excusare non poterat, cum fuerint juri, & naturali rationi con-

126 traria, † non patitur alterum cum alterius jactura locupletari, vel in alio facere, quod nobis ipsis fieri nollemus, *l. 1. §. juris præcepta, ff. de just. & jur. l. 1. ff. quod quisque juris, l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb.* cum aliis, quæ adducit Rebuff. *in l. unica, C. de sentent. quæ pro eo quod interest, num. 130.* & eruditissim. Petr. Fab. *in l. jure naturæ 206. ff. de regul. jur.* ubi illud Cicer. ad legat. *lib. 3. offic. Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ possunt, aut corpori accidere, aut rebus externis.*

Cui conveniunt similia verba Lactant. *in epist. Divin. instit. c. 4.* & Casiodor. *lib. 9. var. epist. 3.* Et addi potest illa altera, satisque efficax

127 ratio, † quòd non sunt facienda mala, quamvis inde bona evenire posse sperentur, de qua *in c. fortè 24. quæst. 5. cap. sic non sunt 32. quæst. 4. c. ult. 32. quæst. 8. cap. super eo de usuris, c. 3. ne clerici, vel monach.* cum aliis, quæ tradit Claud. Pratus Gnosgener. Jur. *lib. 5. tit. 1. cap. 3. pag. 282.* & latè Dom. Regens Valenzuela in monit. contra Venetos, *3. part. num. 200. & seqq.* Ac-

128 que etiam † quod bellorum strepitus, & damna, quæ ex illis contingere solent, non videntur aptum medium illi præstari posse, qui agrestes homines, & incultos meliores, & politiores efficere volunt, & ad justitiæ cognitionem & observationem suadere, juxta ea, quæ diximus supr. *hoc cap. num. 85.* & de bellorum damnis alio in loco dicemus, & in nostris terminis observat Acosta *dict. lib. 2. cap. 4. & 5.* & Menchaca *d. cap. 10. n. 6. & seq.*

Atque ita † de ipsis Romanorum bellis aptè 129 quidam scripsit.

Non jus arma dedit, potius jus arma dedere.

Et quod per vim sedes alienas occuparunt, & Orbis imperium assequuti sunt, apertè concludit Innocent. *in cap. quod super his de voto*, Bald. & Alber. *in l. 1. num. 20. C. de summa Trinit.* Joan. Fab. *in §. sed quod Principi, inst. de jur. natur.* Angel. *in l. deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de jactu,* & alii relati à Castaldo *in tract. de Imp. quæst. 4. num. 3.* & Cevall. *tract. de violentiis, glos. 18. num. 130. & sequent.*

CAPUT IX.

De superioris quæstionis resolutione, & Indorum in tres classes distributione: & quantum oporteat, quòd rudes, & insipientes a prudentioribus, & sapientioribus gubernentur.

SUMMARIUM.

1 *Indi nullo modo belluarum numero haberi debent.*
2 *Indi nulli in Novo Orbe reperti sunt, qui omninò lumine rationis careant, aut monstrosas formas habeant.*
3 *Indi etiam illi, qui magis politici reperti sunt, nostrorum comparatione eo tempore* barbari *appellari potuerunt.*
4 *Indi alii ab aliis in plurimis, & plurimum differunt.*
5 *Homo homini præstat.*
6 *Arabum quidam nimis barbari, alii nimis sapientes & politici sunt.*
7 Lex inter artifices 31. ff. de solution. *exornatur.*
8 *Indi Occidentales ad tres classes optimè, ubi de eorum capacitate agitur, rediguntur à Joseph. Acosta, & aliis.*
9 *Indi primæ classis censeri possunt* Sinenses, Japonii, & alii Orientales.
10 *Indi secundæ classis vocari possunt* Mexicani, Peruani, & alii ex provinciis Novæ Hispaniæ.
11 *Indi tertiæ classis illi vocantur, qui sylvestrem, & omninò feram, ac barbaram vitam agebant, quorum plures nationes recensentur.*
12 *Indos, qui omninò barbaros, & brutis similes affirmabant, de quibus intelligendi sunt.*
13 *Indi primæ classis, prætextu sui barbarismi licitè debellari non possent.*
14 *Senenses putant, se cæteris mortalibus prudentia, sapientia, & artium subtilitate antecellere.*
15 *Sinensis cujusdam Doctoris dictum.*
16 *Indi secundæ classis ob solam barbariem non possunt debellari, & spoliari.*
17 *Reges nostri nunquam permiserunt, Indos secundæ classis debellari, vel servos fieri.*
18 *Indorum Mexicanorum, Peruanorum, & aliorum similium capacitas, & conditio magnum fructum in Fide Catholicæ, & politicis moribus, si bene instituuntur, promittit.*
19 *Indorum secundæ classis barbaries, & status exegit, ut plantata inter eos Fide Reges nostri supremam eorum gubernationem acciperent.*
20 *Auctorum nomina, & verba recensentur, qui Indos secundæ classis semel ad Fidem conversis Regum Catholicorum supremam saltim dominationem concedunt.*
21 *Dominatio suprema Reg. Cathol. respectu Indorum, qui noviter ad Fidem Catholicam conversi sunt, qualis esse debeat.*
22 *Prælatio quæ inducitur ob utilitatem subditorum magis*

gis bit, quàm illis utilis & proficua esse debet cum D. Thom. & August.
23 *Aristotelis sententia de barbaris natura servis, quo pacto in Indis secundæ classis practicari debeat.*
24 *Indis tertiæ classis, hoc est, omninò barbaris, & sylvestribus omnimoda coactio, jurisdictio, & gubernatio Regibus Catholicis competit.*
25 *Sententia Aristot. circa Indos secundæ classis.*
26 *Auctorum sententiæ recensentur, & expenduntur, qui Indos omninò barbaros, & feros debellari, & suis imperiis spoliari posse concedunt.*
27 *Inferior ratio debet servire fortiori.*
28 *Ratione qui excellunt, dominatione excellere debent,* & num. 35.
29 *Plato tres causas dominandi aliis, eleganter constituit, & inter eas, ignorantium subjectionem respectu prudentiorum.*
30 *Indorum, & Hispanorum Respublica ubi justa esse cœpit, eorum gubernatio multis de causis Regibus Hispanis concedi debuit,* & num. 42.
31 *Stulti non debent esse melioris conditionis, quam sapientes.*
32 *Regum eligendorum inter varias formas illa utilitatior fuit, ut ex prudentioribus eligeretur.*
33 *Magis olim vocabantur Reges, id est sapientes, & quare.*
34 *Ezechiel. locus* cap. 27. *illustratur.*
35 *Ad sapientes pertinet gubernatio.*
36 *Doctrina Moralis vocatur* in l. 13. tit. 2. lib. 7. ordinam. *sapientiorum gubernatio, & nominatio.*
37 *Plato dicebat, tunc Respublicas beatas esse futuras, quam à sapientioribus regerentur.*
38 *Diomedes cur sibi Ulyssem in rocium, apud Homerum deposcat.*
39 *Tutela, & cura cur à jure inventa sit.*
40 *Regna qua de causa introducta fuerint.*
41 *Oppidis* ab ope mutua *nomen inditum fuit.*
42 *Pro Indorum utilitate eorum administratio permissa.*
43 *Mentis infirmitas semper in jure sublevatur.*
44 *Mentis humanæ totius animi regnum à natura tributur.*
45 *Mentis languor damnum in bonis solet afferre.*
46 *Amentibus quæcumque pictatis opera conferenda sunt.*
47 *Pupillorum, furiosorum, minorum, aut prodigorum tutelam, vel curam suscipere, inter præcipua opera caritatis connumeratur.*
48 *Res & personæ minorum, & furiosorum multis periculis, & captionibus exposita sunt.*
49 *Tutela est munus publicum, & de tutorum potestate, & dominatione.*
50 *Parvuli & furiosi nihil à servis differre videntur,* juxta sententiam D. Pauli.
51 *Furiosi* ex l. 12. tab. *administratione, & veluti dominio rerum suarum privabantur.*
52 *Proverbium*, Ad agnatos deducantur, *unde originem sumpserit.*
53 *Homines barbari, & ignorantes semper pueri sunt, & ut tales tractandi.*
54 *Ecclesiastes locus* cap. 10. Væ tibi terra, cujus Rex puer est, *explicatur.*
55 *Reges Catholici obligati erant ad recipiendam gubernationem Indorum.*
56 *Apostolici muneris ratio, jus quoque regendi, & gubernandi animas, complecti videtur.*
57 *Regibus Indorum gubernatio relinqui non potuit cum eisdem vitiis, quibus Indi cæteri laborarent.*
58 *Regni aut Imperii hæreditarii, vel alio modo quæsiti, gubernationi, ti non sit aptus is, qui illud habere cœpit, qualiter prohiberi debeat.*
59 *Populus, qui habet facultatem magistratus sibi creandi, debet illa privari, si malè ea uti cœperit.*
60 *Rerum suarum dominio abutens, ipso privari meretur.*
61 *Gubernare alios non debet, qui seipsum regere nescit.*
62 Lex in quæstione, § minores, C. de sent. passis, *expenditur.*
63 *Rex insipiens perdet populum suum, & qualis ille, tales subditi ejus.*
Dom. Licent. Joannes Ortiz de Cervantes Senator meritissimus in Cancellaria Novi Regni Granatens. laudatur, ibidem.

64 *Indi omninò barbari, & efferati justè coerceri, & imperio privari possunt.*
65 *Furiosi & amentes non solùm suarum rerum administratione privari, verùm & puniri, & in vinculis contineri possunt.*
66 *Humanum genus imperiis regi debet.*
67 *Regibus qui non parent, nec politicè vivunt, sordidi esse censentur, & Belial in sacris Literis appellantur.*
68 *Gubernator ubi non est, populus corruet.*
69 *Proverb. locus* cap. 26. *exponitur cum D. Ambros.*
70 *Insipientis & ebrii comparatio, & quòd illis servitus convenit, & libertas recidenda est.*
71 *Liberum aliquem relinqui ad malefaciendum, potius est imperfectio, quam libertas.*
72 *Reges nostri non solùm potuerunt, sed omninò debuerunt barbarorum à se dilectorum, & convertorum gubernationem accipere.*
73 *Caritas, quæ erga proximos haberi jubetur, etiam Judæis & infidelibus impendenda est.*
74 *Caritas nulla major Indis barbaris impendi potuit, quàm illos ad bonos mores, & Fidem convertere, & Christianis rectoribus gubernare.*
75 *Reges Hispaniæ Indos omnes etiam impensè barbaros summa caritate prosequuti sunt, & liberos esse jusserunt.*

HÆc planè sunt, quæ in superiori articulo ad utramque partem disputari posse videntur. In quo ego, ut meam tandem sententiam libero & Christiano, ut decet, judicio proponam: Primò quidem agnosco, † Indos omnes, qui hujus 1
Occidui, & Meridionalis Orbis plagas incolere hucusque reperti sunt, nullo prorsus modo belluarum numero aggregari debere, ut contra imprudentem aliquorum opinionem, de qua egimus *in cap. 7.* defendunt cæteri auctores *in cap. præcedenti* relati, & egregia sua constitutione Paul. III. meritò definivit. Etenim licèt aliqui Indi allis barbariores, & efferatiores existant, nullos † ta- 2
men invenimus, qui ad monstrosas illas formas declinent, de quibus agunt D. August. Isidor. & alii *in eisdem capitibus* allegati, vel qui aliqualem mentis, rationis, & sermonis usum non habeant. Atque quoad hoc absque dubio verior, & securior est eorum sententia, qui pro Indorum capacitate asserenda, & à brutalitatis specie vindicanda declamat.

Secundò, constituo, † quòd etsi Indi bel- 3
luæ non sint, neque belluarum more tractandi, verè tamen negari non potest, nostrorum & aliorum Europæorum comparatione *Barbaros* eos omnes vocari posse, quos Hispani, & Lusitani suis classibus, & terrestribus expeditionibus invenerunt, utpotè non solùm ab Evangelica luce alienos, verùm ab humanis quoque institutis in plurimum abhorrentes. Quamvis adhuc firma aliqua, & perpetua regula de illis tradi non possit, † cùm eorum provinciæ, & nationes plurimæ 4
sint, atque inter se diversos mores, & ordines habeant, & Indus ab Indo, Barbarus à Barbaro ingenio, natura, doctrina, & institutione longè, latèque differat, ut † aliàs generaliter de om- 5
nibus hominibus à Comico dicitur, & de † Ara- 6
bis à Bernard. Aldrete *in antiq. Hispan. lib. 1. c. 41.* & de artificibus ab Ulpiano † *in l. inter artifices 31. ff. de solution.* & in nostris terminis benè observat Joseph. Acosta *in proœm. ad libr. de procur. Ind. salut.* quem merito referunt, & cum laudis approbatione sequuntur Anton. Posevin. *in Bibliot. 1. part. lib. 9. c. 15. & sequent.* Joan. Botet. *in relat. univers. 4. part. lib. 3. ex pag. 65.* 7

tum Orbem sibi subjicere, his & aliis coloribus, ac mentitis rationibus conabatur; quas tamen meram potius tyrannidem, rapinam, & violentiam appellare possemus, sicuti facit D. August. *lib. 4. de Civit. Dei, c. 6.* & diximus *supr. c. 6. num. 56. & seqq.*

125 Sexto, pro eadem opinione facit, † ei contrarium non esse, quod similiter in cap. præced. ex *num. 66.* cum Plutarc. D. August. Thoma, & aliis de Alexandri Magni, & Romanorum laudibus diximus dùm ob id eorum imperium extollere & legitimum, ac voluntate Dei quæsitum docere videntur, quod feras, & barbaras nationes bellis domuerint, & optimis legibus ac moribus cultas, & mansuetas reddiderint. Etenim si attentè istorum Auctorum verba considerentur, procul dubio constabit, longè aliam mentem habuisse, & id tantum in illis commendasse, quod subjectorum disciplinæ, & rectæ institutioni, ac gubernationi sedulam operam dabant, & præclaris monitis, atque institutis ad politicam vivendi formam reducere conabantur, ut benè ultra alios observat Joseph. Acost. *dict. c. 5.* sic enim August. scribit *d. lib. 5. de Civit. Dei, c. 17. An verò aliquid nocuerunt Romani gentibus quibus subjugatis imposuerunt leges suas, nisi quia id factum est ingenti strage bellorum, quod si concorditer fieret, id ipsum fieret meliore successu? sed nulla esset gloria triumphantium.*

Bella igitur, & bellorum strages, ac damna, injurias, & spolia innoxiis nationibus quamtumvis barbaris irrogata, non laudat, nec probat August. prout verè laudare, imò vel excusare non poterat, cum fuerint juri, & naturali rationi con-

126 traria, † non patitur alterum cum alterius jactura locupletari, vel in alio facere, quod nobis ipsis fieri nollemus, *l. 1. §. juris præcepta, ff. de just. & jur. l. 1. ff. quod quisque juris, l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb.* cum aliis, quæ adducit Rebuff. *in l. unica, C. de sentent. quæ pro eo quod interest, num. 130.* & eruditissim. Petr. Fab. *in l. jure naturæ 206. ff. de regul. jur.* ubi illud Cicer. ad legat. *lib. 3. offic. Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ possunt, aut corpori accidere, aut rebus externis.*

Cui conveniunt similia verba Lactant. *in epist. Divin. instit. c. 4.* & Casiodor. *lib. 9. var. epist. 3.* Et addi potest illa altera, satisque efficax

127 ratio, † quòd non sunt facienda mala, quamvis inde bona evenire posse sperentur, de qua *in c. fortè 24. quæst. 5. cap. sic non sunt 32. quæst. 4. c. ult. 32. quæst. 8. cap. super eo de usuris, c. 3. ne clerici, vel monach.* cum aliis, quæ tradit Claud. Pratus Gnosgener. Jur. *lib. 5. tit. 1. cap. 3. pag. 282.* & latè Dom. Regens Valenzuela in monit. contra Venetos, *3. part. num. 200. & seqq.* Ac-

128 que etiam † quod bellorum strepitus, & damna, quæ ex illis contingere solent, non videntur aptum medium illi præstari posse, qui agrestes homines, & incultos meliores, & politiores efficere volunt, & ad justitiæ cognitionem & observationem suadere, juxta ea, quæ diximus supr. *hoc cap. num. 85.* & de bellorum damnis alio in loco dicemus, & in nostris terminis observat Acosta *dict. lib. 2. cap. 4. & 5.* & Menchaca *d. cap. 10. n. 6. & seq.*

Atque ita † de ipsis Romanorum bellis aptè 129 quidam scripsit.

Non jus arma dedit, potius jus arma dedere.

Et quod per vim sedes alienas occuparunt, & Orbis imperium assequuti sunt, apertè concludit Innocent. *in cap. quod super his de voto*, Bald. & Alber. *in l. 1. num. 20. C. de summa Trinit.* Joan. Fab. *in §. sed quod Principi, inst. de jur. natur.* Angel. *in l. deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de jactu,* & alii relati à Castaldo *in tract. de Imp. quæst. 4. num. 3.* & Cevall. *tract. de violentiis, glos. 18. num. 130. & sequent.*

CAPUT IX.

De superioris quæstionis resolutione, & Indorum in tres classes distributione: & quantum oporteat, quòd rudes, & insipientes a prudentioribus, & sapientioribus gubernentur.

SUMMARIUM.

1 *Indi nullo modo belluarum numero haberi debent.*
2 *Indi nulli in Novo Orbe reperti sunt, qui omninò lumine rationis careant, aut monstrosas formas habeant.*
3 *Indi etiam illi, qui magis politici reperti sunt, nostrorum comparatione eo tempore* barbari *appellari potuerunt.*
4 *Indi alii ab aliis in plurimis, & plurimum differunt.*
5 *Homo homini præstat.*
6 *Arabum quidam nimis barbari, alii nimis sapientes & politici sunt.*
7 Lex inter artifices 31. ff. de solution. *exornatur.*
8 *Indi Occidentales ad tres classes optimè, ubi de eorum capacitate agitur, rediguntur à Joseph. Acosta, & aliis.*
9 *Indi primæ classis censeri possunt* Sinenses, Japonii, & alii Orientales.
10 *Indi secundæ classis vocari possunt* Mexicani, Peruani, & alii ex provinciis Novæ Hispaniæ.
11 *Indi tertiæ classis illi vocantur, qui sylvestrem, & omninò feram, ac barbaram vitam agebant, quorum plures nationes recensentur.*
12 *Indos, qui omninò barbaros, & brutis similes affirmabant, de quibus intelligendi sunt.*
13 *Indi primæ classis, prætextu sui barbarismi licitè debellari non possent.*
14 *Senenses putant, se cæteris mortalibus prudentia, sapientia, & artium subtilitate antecellere.*
15 *Sinensis cujusdam Doctoris dictum.*
16 *Indi secundæ classis ob solam barbariem non possunt debellari, & spoliari.*
17 *Reges nostri nunquam permiserunt, Indos secundæ classis debellari, vel servos fieri.*
18 *Indorum Mexicanorum, Peruanorum, & aliorum similium capacitas, & conditio magnum fructum in Fide Catholicæ, & politicis moribus, si bene instituuntur, promittit.*
19 *Indorum secundæ classis barbaries, & status exegit, ut plantata inter eos Fide Reges nostri supremam eorum gubernationem acciperent.*
20 *Auctorum nomina, & verba recensentur, qui Indos secundæ classis semel ad Fidem conversis Regum Catholicorum supremam saltim dominationem concedunt.*
21 *Dominatio suprema Reg. Cathol. respectu Indorum, qui noviter ad Fidem Catholicam conversi sunt, qualis esse debeat.*
22 *Prælatio quæ inducitur ob utilitatem subditorum magis*

gis bit, quàm illis utilis & proficua esse debet cum D. Thom. & August.
23 *Aristotelis sententia de barbaris natura servis, quo pacto in Indis secundæ classis practicari debeat.*
24 *Indis tertiæ classis, hoc est, omninò barbaris, & sylvestribus omnimoda coactio, jurisdictio, & gubernatio Regibus Catholicis competit.*
25 *Sententia Aristot. circa Indos secundæ classis.*
26 *Auctorum sententiæ recensentur, & expenduntur, qui Indos omninò barbaros, & feros debellari, & suis imperiis spoliari posse concedunt.*
27 *Inferior ratio debet servire fortiori.*
28 *Ratione qui excellunt, dominatione excellere debent,* & num. 35.
29 *Plato tres causas dominandi aliis, eleganter constituit, & inter eas, ignorantium subjectionem respectu prudentiorum.*
30 *Indorum, & Hispanorum Respublica ubi justa esse cœpit, eorum gubernatio multis de causis Regibus Hispanis concedi debuit,* & num. 42.
31 *Stulti non debent esse melioris conditionis, quam sapientes.*
32 *Regum eligendorum inter varias formas illa utilitatior fuit, ut ex prudentioribus eligeretur.*
33 *Magis olim vocabantur Reges, id est sapientes, & quare.*
34 *Ezechiel. locus* cap. 27. *illustratur.*
35 *Ad sapientes pertinet gubernatio.*
36 *Doctrina Moralis vocatur* in l. 13. tit. 2. lib. 7. ordinam. *sapientiorum gubernatio, & nominatio.*
37 *Plato dicebat, tunc Respublicas beatas esse futuras, quam à sapientioribus regerentur.*
38 *Diomedes cur sibi Ulyssem in rocium, apud Homerum deposcat.*
39 *Tutela, & cura cur à jure inventa sit.*
40 *Regna qua de causa introducta fuerint.*
41 *Oppidis* ab ope mutua *nomen inditum fuit.*
42 *Pro Indorum utilitate eorum administratio permissa.*
43 *Mentis infirmitas semper in jure sublevatur.*
44 *Mentis humanæ totius animi regnum à natura tributur.*
45 *Mentis languor damnum in bonis solet afferre.*
46 *Amentibus quæcumque pictatis opera conferenda sunt.*
47 *Pupillorum, furiosorum, minorum, aut prodigorum tutelam, vel curam suscipere, inter præcipua opera caritatis connumeratur.*
48 *Res & personæ minorum, & furiosorum multis periculis, & captionibus exposita sunt.*
49 *Tutela est munus publicum, & de tutorum potestate, & dominatione.*
50 *Parvuli & furiosi nihil à servis differre videntur,* juxta sententiam D. Pauli.
51 *Furiosi* ex l. 12. tab. *administratione, & veluti dominio rerum suarum privabantur.*
52 *Proverbium*, Ad agnatos deducantur, *unde originem sumpserit.*
53 *Homines barbari, & ignorantes semper pueri sunt, & ut tales tractandi.*
54 *Ecclesiastes locus* cap. 10. Væ tibi terra, cujus Rex puer est, *explicatur.*
55 *Reges Catholici obligati erant ad recipiendam gubernationem Indorum.*
56 *Apostolici muneris ratio, jus quoque regendi, & gubernandi animas, complecti videtur.*
57 *Regibus Indorum gubernatio relinqui non potuit cum eisdem vitiis, quibus Indi cæteri laborarent.*
58 *Regni aut Imperii hæreditarii, vel alio modo quæsiti, gubernationi, ti non sit aptus is, qui illud habere cœpit, qualiter prohiberi debeat.*
59 *Populus, qui habet facultatem magistratus sibi creandi, debet illa privari, si malè ea uti cœperit.*
60 *Rerum suarum dominio abutens, ipso privari meretur.*
61 *Gubernare alios non debet, qui seipsum regere nescit.*
62 Lex in quæstione, § minores, C. de sent. passis, *expenditur.*
63 *Rex insipiens perdet populum suum, & qualis ille, tales subditi ejus.*
Dom. Licent. Joannes Ortiz de Cervantes Senator meritissimus in Cancellaria Novi Regni Granatens. laudatur, ibidem.

64 *Indi omninò barbari, & efferati justè coerceri, & imperio privari possunt.*
65 *Furiosi & amentes non solùm suarum rerum administratione privari, verùm & puniri, & in vinculis contineri possunt.*
66 *Humanum genus imperiis regi debet.*
67 *Regibus qui non parent, nec politicè vivunt, sordidi esse censentur, & Belial in sacris Literis appellantur.*
68 *Gubernator ubi non est, populus corruet.*
69 *Proverb. locus* cap. 26. *exponitur cum D. Ambros.*
70 *Insipientis & ebrii comparatio, & quòd illis servitus convenit, & libertas recidenda est.*
71 *Liberum aliquem relinqui ad malefaciendum, potius est imperfectio, quam libertas.*
72 *Reges nostri non solùm potuerunt, sed omninò debuerunt barbarorum à se dilectorum, & convertorum gubernationem accipere.*
73 *Caritas, quæ erga proximos haberi jubetur, etiam Judæis & infidelibus impendenda est.*
74 *Caritas nulla major Indis barbaris impendi potuit, quàm illos ad bonos mores, & Fidem convertere, & Christianis rectoribus gubernare.*
75 *Reges Hispaniæ Indos omnes etiam impensè barbaros summa caritate prosequuti sunt, & liberos esse jusserunt.*

HÆc planè sunt, quæ in superiori articulo ad utramque partem disputari posse videntur. In quo ego, ut meam tandem sententiam libero & Christiano, ut decet, judicio proponam: Primò quidem agnosco, † Indos omnes, qui hujus 1
Occidui, & Meridionalis Orbis plagas incolere hucusque reperti sunt, nullo prorsus modo belluarum numero aggregari debere, ut contra imprudentem aliquorum opinionem, de qua egimus *in cap. 7.* defendunt cæteri auctores *in cap. præcedenti* relati, & egregia sua constitutione Paul. III. meritò definivit. Etenim licèt aliqui Indi allis barbariores, & efferatiores existant, nullos † ta- 2
men invenimus, qui ad monstrosas illas formas declinent, de quibus agunt D. August. Isidor. & alii *in eisdem capitibus* allegati, vel qui aliqualem mentis, rationis, & sermonis usum non habeant. Atque quoad hoc absque dubio verior, & securior est eorum sententia, qui pro Indorum capacitate asserenda, & à brutalitatis specie vindicanda declamat.

Secundò, constituo, † quòd etsi Indi bel- 3
luæ non sint, neque belluarum more tractandi, verè tamen negari non potest, nostrorum & aliorum Europæorum comparatione *Barbaros* eos omnes vocari posse, quos Hispani, & Lusitani suis classibus, & terrestribus expeditionibus invenerunt, utpotè non solùm ab Evangelica luce alienos, verùm ab humanis quoque institutis in plurimum abhorrentes. Quamvis adhuc firma aliqua, & perpetua regula de illis tradi non possit, † cùm eorum provinciæ, & nationes plurimæ 4
sint, atque inter se diversos mores, & ordines habeant, & Indus ab Indo, Barbarus à Barbaro ingenio, natura, doctrina, & institutione longè, latèque differat, ut † aliàs generaliter de om- 5
nibus hominibus à Comico dicitur, & de † Ara- 6
bis à Bernard. Aldrete *in antiq. Hispan. lib. 1. c. 41.* & de artificibus ab Ulpiano † *in l. inter artifices 31. ff. de solution.* & in nostris terminis benè observat Joseph. Acosta *in proœm. ad libr. de procur. Ind. salut.* quem merito referunt, & cum laudis approbatione sequuntur Anton. Posevin. *in Bibliot. 1. part. lib. 9. c. 15. & sequent.* Joan. Botet. *in relat. univers. 4. part. lib. 3. ex pag. 65.* 7

Fr. Joan. à Totquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 14. *cap.* 28. & 29. & Fr. Thom. à Jesu *de procur. omnium gent. salut. lib.* 11. 2. *part. cap.* 1. *pag.* 819. *& sequentib.* Ubi † rectè concludunt, ad
8 tres veluti classes Indicas istas gentes, & nationes redigi posse.

9 In quarum † prima eos constituunt, qui à recta ratione, & consuetudine generis humani non ita multùm recedunt, sed constantes Respublicas habent, leges scriptas, civitates munitas, & opertum magnificentia conspicuas, magistratus insignes, certa, atque opulenta commercia, literarum celebrem usum, & studiorum florentes Academias, quales Sinenses, & Japonii esse reperiuntur, & pleræque aliæ Indiæ Orientalis provinciæ, ad quas Asiatica, atque Europæa instituta olim pervenisse dubitari non potest.

10 In secunda classe † eos Barbaros numerant, qui quamvis, neque literarum usum noverint, neque leges scriptas, neque philosophica, aut civilia studia habeant; habent tamen suos certos Reges, aut Magistratus, habent Respublicam, habent frequentes & certas sedes, ubi politiam suam servant, habent militiæ duces, & ordinem, & religionis suæ celebritatem, ac denique ratione quadam humanâ reguntur. In quo genere collocant Mexicanos, & alias Novæ Hispaniæ Provincias, & Peruenses nostros, ac etiam Chilenses, quorum Imperia, Respublicas, leges & instituta, & numerandi, ac res & historias suas retinendi rationem meritò admirari in multis possemus, nisi plurima alia haberent, & à recta ratione, & à consuetudine generis humani prorsus aliena, & tot morum, rituum, & superstitionum monstra, & tantam in subditos saeviendi licentiam, ut vix pleno humani judicii lumine affulsi viderentur.

Tertiam verò, † atque extremam Barbaro-
11 rum classem ex innumeris allis hujus Novi Orbis nationibus, & regionibus componunt, qui sylvestres, & feris similes repertæ sunt, & vix quicquam humani sensus habentes, sine lege, sine Rege, sine fœdere, sine certo Magistratu, & Republica sedes identidem commutantes, aut ita fixas habentes, ut magis ferarum specus, aut pecudum caulas imitentur. Et huc inquiunt, imprimis pertinent quicumque à Nostris *Carybes* dicuntur, nihil aliud, quàm sanguinolentiam exercentes, in hospites omnes sævi, qui humana carne vescuntur, nulla veste, vix ipsa virilia tegentes, & similiter *Chunchi*, *Chiriguani*, *Mozi*, *Iscaycingæ*, plerique ex *Floridis* & *Brasiliensibus*, & alii etiam Barbari, qui etsi atroces non sunt, neque tigrides, aut pantheræ, tamen à pecudibus parum distant, nudi ipsi & timidi, fœdissimæ veneri, aut etiam Adonidi vulgò dediti, quales esse ferunt, quos Nostri *Moscas* vocant in Novo Regno, quale *Carthaginis*, omnisque ejus oræ promiscuum vulgus, & qui per magnos Paraguai fluvii maximi campos incolunt. Tum etiam plurimæ gentes, quæ infinitum utriusque Oceani medium tenent, nondum à nobis satis exploratæ, sed fama certæ. In Orientali quoque India insulares permulti ejus generis esse videntur, *ut Malachiani.*

Huc etiam spectat aliud Barbarorum genus mansuetum; sed sensu valde exiguo, qui nonnihil superiores excellere videntur, quamdam Reipublicæ imaginem præ se ferentes, sed nugarum persimiles, & leges, & cultus gerentes, cujusmodi esse narrantur, qui apud insulas *Salomonis* dictas innumerabiles habitant, & maximæ continenti hærere dicuntur.

Quorum † Indorum hujus tertiæ classis con- 12
sideratione habita, illorum scriptorum dicta accipienda videntur, qui nimis generaliter omnium Indorum barbariem & feritatem exaggerant, & eos brutis similes faciunt, de quibus egimus *d. c.* 7. *ex num.* 27.

Quibus ita præjactis, si de Indis prioris clas- 13
sis ageremus, † dubitandum non esset, nullum justum, & legitimum titulum ad illos subjugandos, & gubernandos, ex eorum barbarie, & ruditate prætendi posse, quia quamvis barbari aliquatenus sint, & à recta & naturali lege plerisque in rebus discrepent, ut ostendunt auctores statim citandi; adhuc tamen non aliter judicandi sunt, quam Græci & Romani, cæterique Asiæ aut Europæ populi: Nam & potentia (ut diximus) præstant, & nonnulla humana sapientia, atque sua ipsi ratione politicam vitam agere comperiuntur.

Ita ut † Sinæ persuasum habeant, se præ cæ- 14
teris mortalibus artium subtilitate, & scientia longè antecellere, & magno ingenii acumine, sed jactantia majori affirmare audeant se solos hominum duobus oculis cernere, reliquos mortales nullo, vel uno dumtaxat, ut latius tradunt Joan. Boem. *de moribus omnium gentium*: *lib.* 3. *cap.* 8. *pag.* 122. F. Hieronym. Roman. *in Repub. Sinarum*, Magin. *in Geograph.* 2. *part.* 262. Joan. Gonzal. à Mendoza *in histor. Sinar.* Nicol. Trigaut. *in elegantissimis commentariis de Christi in Sinas expeditione*: Ferdinandus Mendez Pinto *in suis admirandis ad Sinas, & alias gentes peregrinationibus*; ex quorum libris plurima sumpsit Licent. Francisc. de Herrera *in epist. histor. Sinarum.* Et idem Trigaut. *lib.* 4. *cap.* 5. refert Si- 15
nensem † quemdam Doctorem, cum à nostris aliqua accepisset, quæ anteà ignorabat, graviter doluisse, ea ratione reddita, quod putaret, nos in ea classe Sinas omnes numerare, in quam ipsi Tartaros exleges, ac cæteros Barbaros rediguntDe.

In Indis verò secundæ classis, qui proprius ad 16
nostram disputationem spectant; † idem planè dicendum videtur, quoad hoc, ut ob solam barbarici causam, quæ in illis prætenditur, non possint, nec potuerint, libertate, & dominio rerum suarum, quas vel privatim, vel publice possidebant spoliari, quemadmodum † numquam 17
ex nostrorum Regum voluntate exuti, aut privati sunt. Qui potius eorum favori, defensioni, & conservationi summis semper votis, & laboribus studuerunt, ut in alio loco probavimus; & optimè advertit Joseph. Acost. *dict. lib.* 1. *de procur. Indiar. salut. cap.* 15. *ad finem.*

Ejusmodi † quippe Indorum non talis, nec 18
tanta esse feritas, & ruditas reperitur, ut si patientia, & pio labore cum illis agamus, sperari non possit, quòd christianis, & politicis moribus imbuantur, & Catholicæ Fidei semine in eorum cordibus rite, & religiosè diffusso, maximi, uberrimi fructus quotidie colligantur, prout jam collectos esse experimur, & in posterum uberiores

res etiam colligendos dubitare non licet. Erunt namque eorum nati, ut verosimile est, parentibus politiores, & suaviores, omni vetustatis & feritatis sapore abolito: erunt fidei magis idonei, paternis superstitionibus minus imbuti, & religioni, ac bonis artibus diligentius innutriti, ut graviter etiam, atque eleganter advertit idem Acost. *d. lib.* 1. *per totum*, præcipuè *cap.* 17. & 18. & reliqui auctores *suprà* citati.

19 Cæterùm, quia adhuc negari non potest † Indos istos eo tempore, quo primùm à nostris reperti sunt, eorum respectu & comparatione, velut amentes judicari potuisse, sive ea inspiciamus, quæ œconomicam, sive quæ politicam spectabant, & multa observasse, quæ à recta ratione, & à consuetudine generis humani valdè abhorrebant, ac reverà in plurimis, ut plurimum Barbaros, incultos, sordidos, & inhumanos mores profiteri, & cruenta, atque execranda sacrificia, Satanicis illusionibus & suasionibus obcæcatos, multisque aliis vitiis laborasse, quæ perpendit idem Acosta *in præfat. ad dict. lib. de procur. Ind. salut.* & *lib.* 1. *cap.* 2. & alii auctores, quos retulimus *sup. hoc lib. cap.* 7. & referemus *infrà c.* 12. Necessarium fuisse arbitror, & à juris divini, naturalis, & civilis regulis non alienum, ut Pientissimi, & Catholicissimi Hispaniæ nostræ Reges, mediantibus ministrorum & vassallorum suorum personis, qui inter Indos habitare, & fidem propagare cœperunt, ac unum veluti Reipubl. corpus cum ipsis Indis constituere, supremam eorum jurisdictionem ac gubernationem, & reliqua, quæ his adnexa sunt, sibi vindicarent & exercerent, quæ posteà magis libera & absoluta, & verè Regia reddi potuit, propriis istarum provinciarum dominatoribus deficientibus, atque aliis & aliis titulis concurrentibus, quos in hac tractatione discutimus.

20 Quam † docendi rationem non obscurè insinuavit Joann. Major 2. *Sententia distinct.* 44. *quæst.* 3. & optimè prosequitur, & defendit Episcopus Chiapensis, *in tractat. comprob. Imper. Ind. fol.* 56. & 57. & licet sub dubio proponit Victoria *in dict. relect.* 1. *de Indis, num.* 23. *in fine & in relect.* 2. *n.* 28. & Gregorio Lopez, qui ejus verba transcribit, *in l.* 2. *tit.* 22. *part.* 2. *glos.* 2. *col.* 14. *versic. Alius titulus*; & apertè tradit Joseph. Acost. *in dict. præfat.* quem sequitur Ant. Possevin. *in dict. Biblioth.* 1. *part. lib.* 9. *cap.* 15. Ubi docent, rem ipsam deposcere, & Ecclesiæ auctoritatem præcipere, ut his Indis, cùm ad vitam Christianam transierint, Christiani Principes & Magistratus præficiantur, quorum superiore potentia, & auctoritate regantur, quia alioqui, vix aut Evangelii lucem, aut dignam homine ingenuo vitam accipere potuerunt, aut si semel acceperint non facilè in ea perseveraturi intelliguntur. Sed ita tamen, ut facultatibus fortunisque suis, & legibus, nec naturæ, nec Evangelio contrariis uti liberè permittendi sint.

Acostæ verba Italico sermone transcribit, & ampliat Joann. Boter. *in relat. univers.* 4. *part. lib.* 3. *pag.* 72. ita inquiens: *Ma perche ne gli uni ne gli altri perseverano nella fede una volta ricevuta sotto Prencipi loro naturali, & perche i Prencipi, è i subditi ritornano facilmente all' idolatria, è a il vomito, perciò eglisa cimestieri, Christiano sotto il governo, è la superiorita de un Prencipe Christiano Chene prenda qua si tutela è cura, è tenga in officio, è fida i populi, ò i signori loro immediati. Per che* unicuique datum est de proximo suo. *Ne io vego tutta materia di dubio, ò di scropolo per che da tal impresta è tutela il escluda l' ambitione, e l' avaritia.*

Idem etiam sequitur M. Aragon *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8. *p.* 292. *versic. Tertia conclusio*: M. Salon *de justitia & jure, tom.* 1. *tract. de dom. q.* 3. *art.* 1. *pag.* 347. & M. Fr. Petr. de Lorca *in* 2. 2. *sect.* 3. *quæst.* 40. *disput.* 52. *art.* 4. *n.* 12. *pag.* 970. *& sequent.* Qui tamen rectè subjiciunt † hanc 21
dominationem, sive gubernationem, quæ ob prædictam causam inducitur, non despoticam, sed politicam esse debere; hoc est, non talem, quæ Indos servituti subjiciat, cum sint naturâ liberi, sed quæ suaviter eorum, qui gubernandi sunt commodum, & utilitatem respiciat, & ad meliorem, & politiorem vitæ, & religionis ipsorum institutionem dirigatur. Quod etiam observarunt Chiapensis & Acosta *ubi suprà*, & nos terigimus *in cap. præced. n.* 78. & dicemus *infrà lib.* 3. *cap. penult.*

Conducitque sententia D. Thom. 2. *Sentent. distinct.* 44. *quæst.* 1. *art.* 3. *ad* 1. *& quæst.* 2. *art.* 2. *ad* 1. ubi ait: † *Quòd illa prælatio, quæ est ad* 22
utilitatem subditorum, libertatem subditorum non tollit, nec ullum præjudicium affert libertati, dum subditi ad bonum Præpositi non ordinantur, sed è converso regimen Præpositi ad bonum subditorum; unde non incongruè se eorum servos *appellant.* D. etiam Augustin. *lib.* 4. *de Civit. Dei, cap.* 3. *Utile est*, inquit, *ut boni longè lateque diu regnet: Neque hoc tam ipsis, quàm illis utile est, quibus regnant.* Et eleganter D. Gregor. Nazianz. *in Apologetic.* multum in nostris terminis ait: *Hic enim omnis spiritualis imperii finis est, ubique privata utilitate neglecta, aliorum commodis consulere.*

Atque hoc modo, † & quoad hunc effectum 23
in eo genere Barbarorum hujus secundæ classis, de qua nunc agimus intelligenda est illa Aristotel. doctrina sæpè relata, quæ, si generalius accipiatur, ut eos verè servos & irrationabiles faciat, aut dominii suarum rerum expertes, periculosa quidem, aut potius falsa censeri debebit, juxta ea, quæ *in dict. cap. præcedenti ex numer.* 117. notavimus.

In reliquis † autem Indis, quos *suprà* in tertia 24
classe constituimus, & omninò feros, sylvestres, antropophagos, & sine certa lege, certove Rege vitam agere diximus, & per campos palantes ferarum more oberrare, laxius quidem, aut latius procedi posse arbitror, ita ut non solùm circa eos concedatur jus illud supremæ gubernationis, quod in Indos secundæ classis concedi tradidimus; sed etiam per vim capi, domari, & in servitutem redigi possint, imò & reluctantes occidi, si aliis medilis adhibitis ad eorum barbariem minuendam, & immanitatem cohibendam, fidemque introducendam, nihil proficere valeamus, ut sic suam feritatem, & stoliditatem deponant, & bonis moribus perpoliti, naturalem & Evangelicam legem suscipere queant, juxta † ea, quæ 25
latè cum Aristot. & aliis notavimus *supr. cap.* 7. *ex n.* 52. quæ in hoc Barbarorum genere accepta val-

valdè probabiliter affirmari posse videntur.

26 Pro qua sententia stat † Joann. Major. *in* 2. *Sentent. distinct.* 44. *quæst.* 3. apertè docens in his Barbarorum terris, in quibus regimen Regale non erat, sed vaga tantum, & irregularis administratio, posse capientem, ipsorum politiam in melius mutare, & dignum esse, ut pro plantatione Fidei ipse Regnum accipiat. Mag. quoque Victoria & Gregor. Lopez *ubi suprà* in eamdem sententiam, licet sub aliqua hæsitatione, propendent; tradunt namque tali hebetudine supposita, posse Catholicos Principes ejusmodi Barbarorum administrationem suscipere, & constituere illis per oppida præfectos & gubernatores. Imò, quia semper manet ista causa, constituere etiam illis novos dominos, dummodò constaret, hoc illis expedire.

Idem probat Acosta *in dict. proœm. in lib. de procur. Ind. salut.* quem sequuntur, & transcribunt Posevin. *d. lib.* 9. *cap.* 15. & Fr. Thom. à Jesu *dict. lib.* 11. 2. *part. cap.* 1. Ubi seriò affirmant, ad hos nimirum Barbaros tertiæ classis Aristotelis servitutem, & venationem omni modo pertinere.

Quod etiam sequitur Joann. Boter. *d. lib.* 3. 4. *part. pag.* 71. ubi Italico sermone sic habet: *Ma per che non tutti in popoli sono de una dispositione, & capacita, non è anco bene l' ammaestrarli, è l' insignar li tutti aun modo Co Canibali divoratori di huomini, è con altri che mangiano indifferentemente carne humana, si puo procedere come contra nemici del genero humano, ò come contra matti furiosi, è si debbono render prima capaci di ragione, è de humanità e poi addotrinare è instruire nella virtu, è nella via de Dio. Ne disconviene usare con eso loro de la forza e delle arme affin che si reconoschino per huomini, e poi si annontij loro l' Evangelio Anche Aristotele dize, che simil gente si de bono tratar come fiere, e domar per forza, &c.*

Idem concludit Maest. Bañez 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 1. *vers. Ex hac conclusione, pag.* 535. resolvens, quod Barbari, qui more ferarum carnibus humanis vitam propagant, possunt debellari, neque opus est admonitione, esset enim otiosa; sed possunt occidi, etiam à Principibus non propriis, pro defensione innocentium, quia illi actu sunt invasores generis humani. Sed si speretur, quòd alia via abstinerent ab hac immanitate, non possunt occidi, quia hoc esset punire non subditos.

Aragon. etiam *in eadem* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8. *pag.* 292. *versic. Tertia conclusio*, apertissimè docet; quòd si qui Infideles sint adeò barbari, ut vivant more ferarum, & sit illis pro lege sui animi libido, vi, & armis poterunt compelli à quocumque Principe, ut feritate deposita, vivant humano more: Nam talis vivendi modus necessariò debet esse conjunctus cum plurimorum innocentium injuria, quibus opem ferre unusquisque pro sua virili & potest & debet.

Salonius item *dict. tract. de domin. quæst.* 3. *art.* 1. *pag.* 347. eamdem servitutem, ac subjectionem in hujusmodi Barbaris probat; monet tamen cum Victoria, *ubi suprà*, suavem esse debere, & quæ maximè ad eorum salutem, & utilitatem respiciat.

Idem probat Mag. Lorca *in dict.* 2. 2. *sect.* 3. *quæst.* 49. *disput.* 52. *art.* 4. adjiciens, hanc servitutem, & coactionem cedere in magnam eorumdem Barbarorum utilitatem, cum sint insufficientes, ut seipsos benè gubernent in politica & rationali vita, posseque hac de causa bellum illis movere eum, cui primo occurrat, & suppetat facultas & auctoritatem Summi Pontificis, multum juvare, tamquam indicentis, & mandantis opus pietatis.

Neque obest eruditissimus Pat. Ludov. Molina *de justitia & jure, tract.* 2. *disputat.* 106. *in fine*, ubi tradit plerumque usu venire, ut possit Princeps Catholicus integrum dominium earum regionum assumere, quas anteà feri, & crudeles Barbari possidebant, nempe si id ad innocentium defensionem, illiusque Reip. bonum spectet.

Et novissimè eamdem sententiam tenet Fr. Joann. à Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 14. *cap.* 29. *pag.* 630. in Barbaris Chichimecis Novæ Hispaniæ exemplum apponens, & idem expressè concludens de omnibus, qui agrestem, & incivilem vitam traducent. Quos ait natura servos sapientiorem esse, ut Philosophus tradit, & venari, & capi uti feras non immeritò posse.

Addere possumus P. Franc. Suarez *in tract. de Carit. disp.* 3. *de bello sect.* 5. *n.* 5. Ubi concludit, quod licet hic titulus debellandi infideles ob solam barbariem, parum securus sit, dato tamen, quòd aliqua natio ita ingenii, & intellectus inops reperiretur, ut regulariter potius ferarum more, quàm hominum viveret, quales dicuntur ii, qui nullam habent humanam politiam, & nudi prorsus incedunt, carnibus vescuntur humanis, &c. Etsi qui tales sunt debellari poterunt, non ut interficiantur, sed ut humano modo instituantur, & justè regantur.

Pro quarum opinionum confirmatione, dum In Barbaris secundæ classis aliqualem, in tertiæ pleniorem, & absolutiorem dominationem constituunt. Primò considerari potest, † quòd secundùm doctrinam D. Augustin. *sup. Genes.* quem refert Covarr. *in reg. peccatum* 2. *p.* §. 11. *n.* 5. hæc in dominationibus, & servitutibus clara justitia est, ut inferior ratio serviat fortiori, & † qui excellunt ratione, excellant dominatione. Unde Plato *Dialog.* 3. *de legibus* cujus dicta recoluit Joann. Stob. *serm.* 42. † scribit, primam dignitatis rectam rationem esse, ut genitores ubique natis imperent: secundam, ut ignobilibus generosi: tertiam, ut junioribus seniores: quartam, ut Domini servis: quintam, ut potentioribus imbecilliores serviant: sextam autem, & omnium maximam esse, qua secundum naturam ignorantes sequi jubentur, prudentiores autem ducere, ac dominari.

Ergo ubi semel hæc † Indorum & Hispanorum Respubl. juncta esse cœpit, & ad Christianum, & verè politicum vivendi modum institui, induci etiam oportuit & debuit, ut illi à nobis non verò nos ab illis gubernaremur, cum Indi omnes, ut diximus, non solum tertiæ, verum etiam secundæ classis, etsi aliquali judicio præstarent, longè tamen Hispanis imbecilliores, & imprudentiores existerent, & hoc fini prædicationis, & propagationis Evangelii, quæ desidera-

31 rabatur, omninò expediret, † quæ docet, non debere stultos melioris conditionis esse, quàm sapientes & peritos. De qua loquitur Pontifex *in cap. eum cui de prab. l.* 6. *cap. legi epistolam* 16. *quæst.* 1. *l. Servius, ff. quod vi, aut clam. l. regula,* §. *antepen. ff. de jur. & fact. ignor. l. non solum* 3. *ff. de noxal. action.*

32 Qua propter inter varias † eligendorum Regum causas & formas, quibus variæ nationes utebantur, quas latè recenset Alexand. ab Alex. & ejus addition. Tiraquel. *l.* 4. *Genial. cap.* 23. de Ægyptiis legimus, primos Reges, ex magnis semper Sacerdotibus & Philosophis eligere solitos fuisse, ut tradit Diod. Sicul. *l.* 1. *c.* 2. & Guardiola *de nobilit. c.* 15. *fol.* 40. quos à Persis eadem

33 ratione † *Magos*, id est, *sapientes* vocatos agnoscimus, teste Cicerone *de divinatione*, ubi ait, Regem Persarum esse non potuisse, qui non ante Magorum disciplinam, atque scientiam percepisset & Illustr. Cardin. Baron. *anno Christi* 1. *n.* 24. Ubi agit de Magis, qui ad Christum adorandum venerunt, & an Reges Persarum fuerint?

34 Et inde † Ezech. *cap.* 27. meritò dicitur, *Sapientes tui Tyri fabri sunt gubernatores tui.* ubi D. Hieronym. addit: *Ad sapientes enim propriè pertinet gubernatio,* & idem † concludit text. *in cap. Porrò* 84. *distinct. l.* 2. §. *post originem, ff. de orig. jur.* & alia, quæ congerit Simanc. *lib.* 9. *de Republ. cap.* 10. Lancelot. Conrad. *in temp. jud. l.* 1. *cap.* 1. §. 3. *n.* 8. & *cap.* 2. §. 2. *n.* 5. & innumeri alii relati per Bobadill. *in Polit. l.* 1. *cap.* 9. *n.* 32. & novissimus Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ.*

36 *l.* 1. *cap.* 4. Atque hæc est doctrina † moralis, cujus apud nos meminit lex Henric. IV. quæ extat *in l.* 13. *tit.* 2. *l.* 7. *ordin.* dum ait: *Porque segun dotrina moral, los omes de buen entendimiento deben de ser hechos señores, è Regidores de los otros: è quando estos tales los rigen, y governan, entonces la Republica se llama bienventurada.* Ad illud

37 nimirum Platon respiciens *l.* 5. *de Republ.* † qui docere solitus erat, tum denique Respublicas beatas fore futuras, cùm aut docti & sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina, ac sapientia collocarent? cujus dictum maximè commendat Plutarch. *in ejus vita*, M. Tul. *ad Quint.* frat. Valer. Maxim. *l.* 7. *de dict. sapient.* Boet. *l.* 3. *de consolatione*, Simanc. *dict. l.* 9. *c.* 9. & alii plures apud Bobadill. *dict. cap.* 9. *n.* 28. *& seq.* Eo autem & spectat † quod scripsit Homerus Illiad. K.

38 Ubi Diomedem inducit, anxiè deposcentem, Ulyssem sibi in socium adscribi. *Præcellit enim* (inquit) *ingenio & consilio.* Quibus alia adjicimus *infrà l.* 3. *cap.* 4. *num.* 5.

39 Secundo facit, quod ut † tutela & cura inventa fuit, ut liberi homines qui propter ætatem, aut judicii, & rationis defectum se commodè tueri non possent, ab aliis majoribus, & prudentioribus tuerentur, & gubernarentur, *l.* 1. *ff. de tutel. princip. instit. eod.* Ita Regum Regnique prudens, & politica administratio in id inducta conspicitur, ut potentiorum, ac sapientiorum manu, & consilio tueri, & dirigi cæteri valeant qui quavis corporis, aut animi imbecillitate, sibi ac suis minus aptè consulere possent. Humanis necessitatibus id exigentibus, quæ hanc mutuam inter homines opem, & societatem exposcunt, ut præclarè concludit Justin. *in principio suæ historiæ*, Bald. *in l. ex hoc jure, ff. de just. & jure*, & in suo cons. Schismat. Alphons. Guerrer. *in Thesau. Religion. Christ. cap.* 54. *in princip.* Menchac. *in præfat. ad lib. controv. illust. n.* 120. & Rutil. Bezon. *de anno jubil. lib.* 3. *cap.* 9. *in princip. pag.* 529.

Quibus adjicio † Sophoclem in Ajace, qui 40 Græcè in hunc sensum eleganter scribit *Parvi, sine magnorum auxilio, dubium sibi constituunt, quasi in arce præsidium. Optima enim illa societas qua qui divitior est, pauperiorem sibi adjungit, & qui minor est, majorem industriâ sua erigit.* inde † & urbibus factum fuisse nomen *oppidi*, nempe 41 ab *ope mutua* tradit non modò Pompon. J. C. *in l. pupillus,* §. 7. *ff. de verbor. significat.* sed & D. Chrysost. *ad c.* 13. *epist.* 1. *Covinth. homil.* 34. cujus verba refert Anto. Mornacius *l.* 5. *ff. pro socio*, & alia congerit Alciat. Bræcheus & Forner. *in d. l. pupillus*, & Joann. Funger. *etymolog. verb. Oppidum*, *pag.* 710.

Quo fit, † ut quamvis Indi secundæ classis, de 42 quibus locuti sumus, liberi, & rerum suarum domini relinqui debeant, *ut supr.* resolvimus, cum tamen se ipsos, & suas Respublicas non satis commodè, ac politicè gubernare comperti fuerint, etsi in libera sua potestate relinquerentur, nec barbaros mores deponere, nec humanis & civilibus assuefieri, nec in Fide quicquam proficere possent ut observant Acosta, & alii ex suprà relatis, permittendum nostris Regibus fuit, pro communi ipsorum Indorum utilitate, eorumdem administrationem suscipere, & supremam jurisdictionem ad illos tuendos, & imbuendos in his partibus exercere, qua simul, suos etiam Hispanos inter Indos commorantes, gubernare, & compescere possent.

Semper enim † infirmitas mentis à jure suble- 43 vatur, *l.* 3. *ff. de testament. l.* 3. *C. qui testam. fac. poss. l. sanum mente, C. de transaction.* Quia cum ei regnum † totius animi à natura tributum sit, 44 cavendum est, ne ejus † languor damnum etiam 45 in bonis adferat, *l.* 4. *ff. de privil. credit. l. justo,* §. *sum qui, ff. de usucap.* Atque ea propter † amen- 46 tibus, quæcumque pietatis opera conferenda esse docet text. *in cap. qui recedunt cum sequent.* 26. *quæst.* 6. & inter præcipua opera charitatis connumeratur, † si quis pupillorum, vel furioso- 47 rum patrocinium, & curam suscipiat, aut etiam adolescentium, vel prodigorum, qui licet mentis & rationis capaces sint, adhuc tamen propter ætatis, vel judicii lubricum, suarum rerum administratione prohibentur quia † multis cap- 48 tionibus, dolis & insidiis expositi sunt, *l.* 1. *ff. de tutelis, l.* 1. *ff. de minor. l.* 1. *& per totum, ff. & C. de curat. furiosi vel prodigi, l.* 1. §. *siquis tutor. ff. quando appell. sit, l. qui fundum,* §. *si tutor. ff. pro empt. l. ad ea quæ non habent, ff. de regul. jur. l. is cui bonis* 6. *ff. de verbor. obligat. princ. instit. de excusat. tut.* §. 1. *instit. de curat.* Quibus † in locis mirum hoc publicum esse do- 49 cemur, & talibus tutoribus, vel curatoribus ratione administrationis, quam exercent, quædam veluti potestas & dominatio in eos, quos gubernant, concedi videtur, prout & † D. Paulus ex- 50 pressit *ad Galat.* 4. *Quanto tempore*, inquit, *hæres par-*

parvulus est, nihil differt à servo, cùm sit Dominus omnium, sed sub tutoribus & curatoribus est,
51 & Cicer. 3. *Tuscul.* ubi † de furioso loquens: *qui ita sit*, inquit, *affectus eum Dominum esse rerum suarum, vetant duodecim tabulæ*, illa nimirum lege, quæ his erat verbis concepta: *Si furiosus esse incipit, agnatorum gentiliumque in eo, pecuniaque eis potestas esto.* De qua idem Cicer. *lib. 2. de inventione*. plura tradens Balduin. *ad leg. 12. tab. cap. 23. & 24.* Hotman. & Revard. *cap. 13.* Pratej. *cap. 97.* Anton. August. *cap. 11. pag. 229.* & Budæus *in notis ad leg. 2. ff. de ædilit. edicto.* Atque hinc natum † est proverbium
52 illud, cùm veteres, quem insanire, vel furere significantes, dicebant, *ad agnatos, & gentiles deducendum esse*: ut ostendit Varro *lib. 1. de re rust. cap. 2.* ibi: *Qui salubrem locum neglexerit, mente captus est atque ad agnatos, & gentiles deducendus*, Horat. 2. serm. Satyr. 3.

Interdicto huic omne adimat jus
Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.

53 Porrò † homines Barbaros & ignorantes semper esse pueros, & licèt annis excedant, puerorum adhuc more tractari debere, elegantèr docuit Plato in Timæo. Lucret. *lib. 1. de natur. rer. & post.* cum Senec. *epistol. 4.* Ubi ait, quod quotidiè vivere incipiunt, cum plus quàm infantes non assequantur, & Strabo *lib. 1. Geograph.* Ubi inquit, omnes Idiotæ, & doctrinarum expertes quodammodo *pueri* sunt appellandi. Eo-
54 que magis in terminis spectat illud † Ecclesiast. *c. 10. vers. 16. Væ tibi terra, cujus Rex puer est, & cujus Principes manè comedunt.* Nam ut ubi bene advertit Pat. Joan. Pineda non solùm de Rege verè puero Salomon intelligi debet, sed de quocumque, qui sensu, & motibus etiam in majori ætate laborat. Is enim planè stultescit, & repuerascit, qui puerilibus vitiis, immaturo de rebus judicio, petulanti sensu, & effrænata libidine omnia moderatur.

Tertio considero, quòd ejusmodi superioris gubernationis cura in Indis secundæ classis, aut etiam absoluta, & omnimoda in aliis magis Barbaris, quos in tertia collocavimus, non debuit à Christianis nostris Principibus aliena censeri:
55 † tenebantur quippe ex caritatis præcepto, & injuncto sibi, & fœliciter inito Apostolicæ prædicationis officio, ea omnia disponere, quibus id melius, securius, & durabilius consequi posset, juxta doctrinam D. Augustr. *ad Macedon. epist. 52.* relatam *in cap. debet 53. q. 4. caus. 23.* ubi ait: *Debet homo diligere proximum tamquam seipsum, ut quem potuerit hominem, vel beneficientiæ, consolatione, vel informatione, doctrinæ, vel disciplinæ coercitione adducat ad colendum Deum.* Et
56 ad perfectam rationem † muneris Apostolici jus quoque regendi, & gubernandi animas, propriè spectare videtur, ut optimè tradit D. Thom. *in 1. ad Corint. cap. 12.* & Rutil. Benzon. *lib. 2. de anno Jubil. cap. 23. pag. 150.*

57 Nec † Regibus aut judicibus, quos Indi eâ tempestate habuerunt fidelis, ac conveniens tanti muneris expeditio committi potuit, quia tyranni & crudeles ut plurimum erant, & eisdem ac reliquum vulgus, & barbaris moribus, & ignorantiæ tenebris involuti. Unde succedit altera juris ratio, quæ habet quòd † quoties incidit 58 casus, in quo populorum gubernationi non potest per eos provideri, quibus electione, hæreditate, vel aliis modis usus jurisdictionis concessus est, ea ad populos, à quibus exierat, redit, vel aliter debet publicis necessitatibus subveniri, ut apertè docuit Bald. *in c. 1. colum. 2. lect. 2. de judiciis, & in tit. de allodiis*, Jacob. Almain. *in lib. de auctorit. Papæ*, & alii, quos refert & commendat doctis. Navarr. *in cap. novit, not ab. 3. num. 120. pag. 108.* & in nostris terminis affirmat Episcop. Chiapens. *in d. tractat. comprob. Imp. Ind. fol. 22. vers. Lo sexto*, ubi adducit optimum locum D. August. *lib. 1. de liber. arbitr. cap. 6.* Qui † cum docuisset, quòd licèt populo, 59 qui benè & moderatè procedit permitti possit creare sibi magistratus, per quos sua res, id est, publica, administretur, statim subdit: *Porrò si paulatim depravatus idem populus rem privatam Reipublicæ præferat, habeat venale suffragium, corruptusque ab eis, qui honores amant, regimen in se flagitiosis sceleratisque committat, nonne item rectè si quis tunc extiterit vir bonus, qui plurimum possit adimat huic populo potestatem dandi honores & in paucorum, vel unius redigat arbitrium?*

Ea nimirum ratione, quia † rerum suarum 60 dominio abutens, ipso privari meretur, *l. 1. ff. de iis qui sunt sui*, cum aliis, quæ tradit Bald. *in cap. 1. qualiter dom. feud. priv.* Peralta *in l. 3. §. qui fidei commissariam, n. 45. ff. de hæred. instit.* Palac. Rub. *in tract. de justa obten. Reg. Navarræ 5. part. §. 2.* & plures cumulans doctissimus, mihique amicissimus D. Joan. Bapt. Valenz. Velazq. *in monitor. contra Vent. 4. p. n. 274. & seq.* Neque justum est, † ut in aliorum gubernatione persis- 61 tat, qui seipsum regere nescit, juxta ea, quæ diximus *supra hoc lib. cap. 7. ex num. 85.* & latè exornat & prosequitur Barth. Philip. *de Consiliar. discurs. 9. §. 6. fol. 68.* Simanc. *de Republ. lib. 5. cap. 14.* & Bobad. *in Polit. lib. 1. cap. 1. num. 29.* P. Franc. Suarez *in defens. fidei lib. 3. cap. 23. n. 22.* & facit text. optimus † *in l. in quæstione, §. mino-* 62 *res, C. de sent. pass.* Ubi furiosi, dementi, prodigo, libidinum omnium vitiorumque servo non esse commitendam filii, vel minoris administrationem docemur, cùm sua gubernare non possit. Unde *Eccles. 10.* dicitur: *Rex insipiens perdet populum suum, & civitates inhabitabuntur per sensum prudentium. Judex sapiens judicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit: secundum judicem populi: sic & ministri ejus: & qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea.* Et in † nostrorum Indorum terminis 63 rectè novissimè adnotavit eruditissimus Licent. Joann. Orticius Cervantes, nunc pro meritis Senatoris munere in Cancellaria Novi Regni Granatensis cohonestatus in allegatione typis excusa pro perpetuandis Indorum commendis *num. 4.*

Quarto, quia non debet novum aut mirum videri, quod † Indi omninò feri & immanes, & 64 sine certo Rege, aut lege viventes, quales sunt illi, quos in tertia classe connumeravimus, suarum provinciarum gubernatione, & jurisdictione absolutè priventur, & debellari, ac subjugari possint, donec vitæ humaniori, & Christianæ disciplinæ assuefiant. Nam idem contingere vide- 65 mus in illis, qui prorsus † furiosi, aut amentes existunt, quibus etiam justè & licitè suarum rerum administratione interdicitur, & sub vinculis, & severiori disciplina contineri jubentur, quousque sanam mentem recipiant, *l. 4. §. fin. cum legibus seq. ff. de privil. cred. l. 1. §. fin. cum quatuor seq. ff. de postulan. l. bis qui, §. Divus Pius, ff. de tutor. & curator. dat. ab hist. Auth. ut qui obligatas se perhib. hab. §. 1. in fin. collat. 6.*

66 Et cum † humanum genus, ipso communi omnium gentium jure ita dictante, imperiis geri, præstantique aliqua auctoritate, & potestate moderari necesse sit, ut ex Philosophorum doctrinis resolvit Petr. Fabr. *lib. 3. semest. cap. 14.* Rutil. Benzon. *d. lib. 5. de anno Jubil. c. 9.* & Mag. Fr. Anton. Perez Benedictin. *in Laurea Salmantina certam. 6. exposit. de hominum præfectura, n. 20.*

67 *pag. 273.* Ubi ostendit, † quàm infimæ notæ in sacris literis habeantur, qui Regibus non parent, & jugum societatis politicæ non patiuntur, & quòd hac de causa dicuntur *Belial*, idest, *inutiles, temerarii, & jugi, ac disciplinæ expertes.* Meritò prædicti Barbari, qui ejusmodi ferinis, & incultis moribus utebantur, Chistiani Principis Imperio frænari, & auctoritate protegi, & gubernari debuerunt. Nam ut Salom. *Proverb. 11.*
68 sapientissimè dixit: † *Ubi non est gubernator populus corruet*, & ut D. Ambros. notat *lib. 2. epistol. 7.* exponens allum locum ejusdem Salomon.
69 Proverb. cap. 26. † *Recidenda insipienti potestas, non adjicienda libertas est: servitus enim ei convenit.* Idcòque adjecit Salomon: *Spinæ nascuntur in manu inebriosi, hoc est*: valde ebriosi, *servi-*
70 *tus autem in manu imprudentis*, † *quia sicut ille suis vulneratur poculis, ita insipiens suis factis. Ille bibendo se peccato inserit, iste operando se culpæ adjudicat, & factis suis trahitur in servitu-*
71 *tem*: Liberum † quippe aliquem relinqui ad malefaciendum, potius est imperfectio, & defectus libertatis, ut optimè in simili probat P. Ferdin. Rebell. *de obligat. justitiæ lib. 2. quæst. 14. sect. 1. n. 9. pag. 293.*

72 Imò, quod plus est, † citra peccatum, & præcepti caritatis jacturam, tales Barbari à nobis derecti in sua feritate, & cæcitate relinqui non
73 potuerunt, cum † omnes rationales creaturæ quamvis Judæi & infideles sint, humanitatis ratione fovendi, & naturæ participes, & proximi nostri esse dicantur *cap. proximos, & cap. caritas, de pœnit. distinct. 2.* cum tradit. per Abbatem *in cap. Judei de testibus*, Pat. Suarez *in tract. de Caritate disputat. 1. sect. 1. num. 3.* & novissime per Doctor. Martam *in tractat. de jurisdict. 1. part. cap. 24. num. 43.* Ubi multum in nostris
74 terminis tradit: *Quòd hæc* † *caritas procedit reducendo Barbaros infideles ad bonos mores, & vitam æternam, ut idem text. ostendit in vers.* Proindè. *Et quia caritas unicuique est impendenda secundùm ejus conditionem, juxta gloss. ibidem verb.* Participes, *& infidelium Regna, & jurisdictiones translata sunt in Christum, & ejus Vicarium, summa caritas est dare illis rectorem, qui defendat prædicatores Verbi Dei illosque reducat ad Fidem.*

75 In quibus omnibus quantum effulserit † Regum nostrorum pietas, & fovendorum Indorum

zelus & caritas, nemo planè ignorare poterit: nam etsi secundum prædictorum auctorum opinionem, plures ex illis, propter eximiam barbariem & feritatem, quâ præditi esse dicebantur, debellare, & ut servos habere & vendere posset, atque ita aliquando permissum fuerit cont. Caribes, Canibales & alios, ut constat ex his, quæ tradit Herrera *in hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 8. cap. 10. & decad. 2. lib. 1. cap. 8. & lib. 10. cap. 5. & decad. 3. lib. 8. cap. 10.* posteà tamen id abrogatum fuit, & omnium pariter Indorum libertati, doctrinæ & suavi gubernationi multifariam consultum, ut ostendit idem Herrera *decad. 2. lib. 10. cap. 5. & decada 4. lib. 6. cap. 11. & lib. 10. cap. 7.* & ex aliis quæ tetigimus *suprà cap. 7. num. 78.* & inferius *lib. 3. capit. penult.* latius, Deo dante, dicemus.

CAPUT X.

De quinto titulo, qui ad debellandos, & subjugandos Indos ex eorum infidelitate à multis desumitur, in quo latè ajentis, & negantis sententiæ auctores, & argumenta referuntur, & illustrantur.

SUMMARIUM.

1 *Indi ante adventum Hispanorum omnino infideles erant.*
2 *Infideles ob solum vitium infidelitatis, verum dominium suarum rerum, & provinciarum non habere, & licitè eis spoliari posse Hostiensis, & alii plurimi, & gravissimi Doctores scribunt.*
3 *Hostiensis fuit divini, & humani juris peritissimus, & alia de ejus laudibus & auctoritate.*
4 *Infideles debellari licitè possunt, maximè si interveniat auctoritas Papæ.*
5 *Infideles sunt hostes Christianorum, & etiam in Ecclesia capi possunt.*
6 *Judæi servi sunt Christianorum, licèt ex pietate ruriteantur in libertate.*
7 *Idololatræ & Pagani nullam unquam habuerunt jurisdictionem.*
8 *Judicem qui quærit, debet eum eligere Catholicum.*
9 *Judæi & infideles habent bona, ut peculium, & inde licitè eis auferri possunt à Christianis.*
10 *Opinio quæ absolutè imperium, & dominium infidelium negat, magis communis, vera, & Catholica appellatur à Dom. Marta, & aliis.*
11 *Anton. Scappus probat opinionem Hostiensis, ti infideles dominium Ecclesiæ recognoscere nolint.*
12 *Auctores recenseruntur, qui specialiter probant, Indos ob solum vitium infidelitatis debellari potuisse.*
13 *Christi post adventum omnis principatus & jurisdictio ad fideles transferri capit.*
14 *Christus Dominus omnium creaturarum universalis Rex constitutus fuit.*
15 *Psalm. 8. in illis verbis*, Oves & boves &c. *expositio.*
16 *Christus Dominus Petro, & ejus successoribus, gentibusque fidelibus sui sacerdotii, & imperii potestatem communicavit.*
17 *Infideles cum extra ovile Christi reperiantur, nullum legitimum dominium, neque jurisdictionem habere possunt.*
18 *Constantinus Magnus Imper. cur ensem resignaverit in manibus Pontificis.*
19 *Ecclesiæ Catholicæ dominatio supra infideles in Sara & Agar significatur.*
20 *Infideles sunt servi, & filii ancillæ, & sic dominii incapaces.*

parvulus est, nihil differt à servo, cùm sit Dominus omnium, sed sub tutoribus & curatoribus est,
51 & Cicer. 3. *Tuscul.* ubi † de furioso loquens: *qui ita sit*, inquit, *affectus eum Dominum esse rerum suarum, vetant duodecim tabulæ*, illa nimirum lege, quæ his erat verbis concepta: *Si furiosus esse incipit, agnatorum gentiliumque in eo, pecuniaque eis potestas esto.* De qua idem Cicer. *lib. 2. de inventione*. plura tradens Balduin. *ad leg. 12. tab. cap. 23. & 24.* Hotman. & Revard. *cap. 13.* Pratej. *cap. 97.* Anton. August. *cap. 11. pag. 229.* & Budæus *in notis ad leg. 2. ff. de ædilit. edicto.* Atque hinc natum † est proverbium
52 illud, cùm veteres, quem insanire, vel furere significantes, dicebant, *ad agnatos, & gentiles deducendum esse*: ut ostendit Varro *lib. 1. de re rust. cap. 2.* ibi: *Qui salubrem locum neglexerit, mente captus est atque ad agnatos, & gentiles deducendus*, Horat. 2. serm. Satyr. 3.

Interdicto huic omne adimat jus
Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.

53 Porrò † homines Barbaros & ignorantes semper esse pueros, & licèt annis excedant, puerorum adhuc more tractari debere, elegantèr docuit Plato in Timæo. Lucret. *lib. 1. de natur. rer. & post.* cum Senec. *epistol. 4.* Ubi ait, quod quotidiè vivere incipiunt, cum plus quàm infantes non assequantur, & Strabo *lib. 1. Geograph.* Ubi inquit, omnes Idiotæ, & doctrinarum expertes quodammodo *pueri* sunt appellandi. Eo-
54 que magis in terminis spectat illud † Ecclesiast. *c. 10. vers. 16. Væ tibi terra, cujus Rex puer est, & cujus Principes manè comedunt.* Nam ut ubi bene advertit Pat. Joan. Pineda non solùm de Rege verè puero Salomon intelligi debet, sed de quocumque, qui sensu, & motibus etiam in majori ætate laborat. Is enim planè stultescit, & repuerascit, qui puerilibus vitiis, immaturo de rebus judicio, petulanti sensu, & effrænata libidine omnia moderatur.

Tertio considero, quòd ejusmodi superioris gubernationis cura in Indis secundæ classis, aut etiam absoluta, & omnimoda in aliis magis Barbaris, quos in tertia collocavimus, non debuit à Christianis nostris Principibus aliena censeri:
55 † tenebantur quippe ex caritatis præcepto, & injuncto sibi, & fœliciter inito Apostolicæ prædicationis officio, ea omnia disponere, quibus id melius, securius, & durabilius consequi posset, juxta doctrinam D. Augustr. *ad Macedon. epist. 52.* relatam *in cap. debet 53. q. 4. caus. 23.* ubi ait: *Debet homo diligere proximum tamquam seipsum, ut quem potuerit hominem, vel beneficientiæ, consolatione, vel informatione, doctrinæ, vel disciplinæ coercitione adducat ad colendum Deum.* Et
56 ad perfectam rationem † muneris Apostolici jus quoque regendi, & gubernandi animas, propriè spectare videtur, ut optimè tradit D. Thom. *in 1. ad Corint. cap. 12.* & Rutil. Benzon. *lib. 2. de anno Jubil. cap. 23. pag. 150.*

57 Nec † Regibus aut judicibus, quos Indi eâ tempestate habuerunt fidelis, ac conveniens tanti muneris expeditio committi potuit, quia tyranni & crudeles ut plurimum erant, & eisdem ac reliquum vulgus, & barbaris moribus, & ignorantiæ tenebris involuti. Unde succedit altera juris ratio, quæ habet quòd † quoties incidit 58 casus, in quo populorum gubernationi non potest per eos provideri, quibus electione, hæreditate, vel aliis modis usus jurisdictionis concessus est, ea ad populos, à quibus exierat, redit, vel aliter debet publicis necessitatibus subveniri, ut apertè docuit Bald. *in c. 1. colum. 2. lect. 2. de judiciis, & in tit. de allodiis*, Jacob. Almain. *in lib. de auctorit. Papæ*, & alii, quos refert & commendat doctis. Navarr. *in cap. novit, not ab. 3. num. 120. pag. 108.* & in nostris terminis affirmat Episcop. Chiapens. *in d. tractat. comprob. Imp. Ind. fol. 22. vers. Lo sexto*, ubi adducit optimum locum D. August. *lib. 1. de liber. arbitr. cap. 6.* Qui † cum docuisset, quòd licèt populo, 59 qui benè & moderatè procedit permitti possit creare sibi magistratus, per quos sua res, id est, publica, administretur, statim subdit: *Porrò si paulatim depravatus idem populus rem privatam Reipublicæ præferat, habeat venale suffragium, corruptusque ab eis, qui honores amant, regimen in se flagitiosis sceleratisque committat, nonne item rectè si quis tunc extiterit vir bonus, qui plurimum possit adimat huic populo potestatem dandi honores & in paucorum, vel unius redigat arbitrium?*

Ea nimirum ratione, quia † rerum suarum 60 dominio abutens, ipso privari meretur, *l. 1. ff. de iis qui sunt sui*, cum aliis, quæ tradit Bald. *in cap. 1. qualiter dom. feud. priv.* Peralta *in l. 3. §. qui fidei commissariam, n. 45. ff. de hæred. instit.* Palac. Rub. *in tract. de justa obten. Reg. Navarræ 5. part. §. 2.* & plures cumulans doctissimus, mihique amicissimus D. Joan. Bapt. Valenz. Velazq. *in monitor. contra Vent. 4. p. n. 274. & seq.* Neque justum est, † ut in aliorum gubernatione persis- 61 tat, qui seipsum regere nescit, juxta ea, quæ diximus *supra hoc lib. cap. 7. ex num. 85.* & latè exornat & prosequitur Barth. Philip. *de Consiliar. discurs. 9. §. 6. fol. 68.* Simanc. *de Republ. lib. 5. cap. 14.* & Bobad. *in Polit. lib. 1. cap. 1. num. 29.* P. Franc. Suarez *in defens. fidei lib. 3. cap. 23. n. 22.* & facit text. optimus † *in l. in quæstione, §. mino-* 62 *res, C. de sent. pass.* Ubi furiosi, dementi, prodigo, libidinum omnium vitiorumque servo non esse commitendam filii, vel minoris administrationem docemur, cùm sua gubernare non possit. Unde *Eccles. 10.* dicitur: *Rex insipiens perdet populum suum, & civitates inhabitabuntur per sensum prudentium. Judex sapiens judicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit: secundum judicem populi: sic & ministri ejus: & qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea.* Et in † nostrorum Indorum terminis 63 rectè novissimè adnotavit eruditissimus Licent. Joann. Orticius Cervantes, nunc pro meritis Senatoris munere in Cancellaria Novi Regni Granatensis cohonestatus in allegatione typis excusa pro perpetuandis Indorum commendis *num. 4.*

Quarto, quia non debet novum aut mirum videri, quod † Indi omninò feri & immanes, & 64 sine certo Rege, aut lege viventes, quales sunt illi, quos in tertia classe connumeravimus, suarum provinciarum gubernatione, & jurisdictione absolutè priventur, & debellari, ac subjugari possint, donec vitæ humaniori, & Christianæ disciplinæ assuefiant. Nam idem contingere vide- 65 mus in illis, qui prorsus † furiosi, aut amentes existunt, quibus etiam justè & licitè suarum rerum administratione interdicitur, & sub vinculis, & severiori disciplina contineri jubentur, quousque sanam mentem recipiant, *l. 4. §. fin. cum legibus seq. ff. de privil. cred. l. 1. §. fin. cum quatuor seq. ff. de postulan. l. bis qui, §. Divus Pius, ff. de tutor. & curator. dat. ab hist. Auth. ut qui obligatas se perhib. hab. §. 1. in fin. collat. 6.*

66 Et cum † humanum genus, ipso communi omnium gentium jure ita dictante, imperiis geri, præstantique aliqua auctoritate, & potestate moderari necesse sit, ut ex Philosophorum doctrinis resolvit Petr. Fabr. *lib. 3. semest. cap. 14.* Rutil. Benzon. *d. lib. 5. de anno Jubil. c. 9.* & Mag. Fr. Anton. Perez Benedictin. *in Laurea Salmantina certam. 6. exposit. de hominum præfectura, n. 20.*

67 *pag. 273.* Ubi ostendit, † quàm infimæ notæ in sacris literis habeantur, qui Regibus non parent, & jugum societatis politicæ non patiuntur, & quòd hac de causa dicuntur *Belial*, idest, *inutiles, temerarii, & jugi, ac disciplinæ expertes.* Meritò prædicti Barbari, qui ejusmodi ferinis, & incultis moribus utebantur, Chistiani Principis Imperio frænari, & auctoritate protegi, & gubernari debuerunt. Nam ut Salom. *Proverb. 11.*
68 sapientissimè dixit: † *Ubi non est gubernator populus corruet*, & ut D. Ambros. notat *lib. 2. epistol. 7.* exponens allum locum ejusdem Salomon.
69 Proverb. cap. 26. † *Recidenda insipienti potestas, non adjicienda libertas est: servitus enim ei convenit.* Idcòque adjecit Salomon: *Spinæ nascuntur in manu inebriosi, hoc est*: valde ebriosi, *servi-*
70 *tus autem in manu imprudentis*, † *quia sicut ille suis vulneratur poculis, ita insipiens suis factis. Ille bibendo se peccato inserit, iste operando se culpæ adjudicat, & factis suis trahitur in servitu-*
71 *tem*: Liberum † quippe aliquem relinqui ad malefaciendum, potius est imperfectio, & defectus libertatis, ut optimè in simili probat P. Ferdin. Rebell. *de obligat. justitiæ lib. 2. quæst. 14. sect. 1. n. 9. pag. 293.*

72 Imò, quod plus est, † citra peccatum, & præcepti caritatis jacturam, tales Barbari à nobis derecti in sua feritate, & cæcitate relinqui non
73 potuerunt, cum † omnes rationales creaturæ quamvis Judæi & infideles sint, humanitatis ratione fovendi, & naturæ participes, & proximi nostri esse dicantur *cap. proximos, & cap. caritas, de pœnit. distinct. 2.* cum tradit. per Abbatem *in cap. Judei de testibus*, Pat. Suarez *in tract. de Caritate disputat. 1. sect. 1. num. 3.* & novissime per Doctor. Martam *in tractat. de jurisdict. 1. part. cap. 24. num. 43.* Ubi multum in nostris
74 terminis tradit: *Quòd hæc* † *caritas procedit reducendo Barbaros infideles ad bonos mores, & vitam æternam, ut idem text. ostendit in vers.* Proindè. *Et quia caritas unicuique est impendenda secundùm ejus conditionem, juxta gloss. ibidem verb.* Participes, *& infidelium Regna, & jurisdictiones translata sunt in Christum, & ejus Vicarium, summa caritas est dare illis rectorem, qui defendat prædicatores Verbi Dei illosque reducat ad Fidem.*

75 In quibus omnibus quantum effulserit † Regum nostrorum pietas, & fovendorum Indorum

zelus & caritas, nemo planè ignorare poterit: nam etsi secundum prædictorum auctorum opinionem, plures ex illis, propter eximiam barbariem & feritatem, quâ præditi esse dicebantur, debellare, & ut servos habere & vendere posset, atque ita aliquando permissum fuerit cont. Caribes, Canibales & alios, ut constat ex his, quæ tradit Herrera *in hist. gener. Ind. decad. 1. lib. 8. cap. 10. & decad. 2. lib. 1. cap. 8. & lib. 10. cap. 5. & decad. 3. lib. 8. cap. 10.* posteà tamen id abrogatum fuit, & omnium pariter Indorum libertati, doctrinæ & suavi gubernationi multifariam consultum, ut ostendit idem Herrera *decad. 2. lib. 10. cap. 5. & decada 4. lib. 6. cap. 11. & lib. 10. cap. 7.* & ex aliis quæ tetigimus *suprà cap. 7. num. 78.* & inferius *lib. 3. capit. penult.* latius, Deo dante, dicemus.

CAPUT X.

De quinto titulo, qui ad debellandos, & subjugandos Indos ex eorum infidelitate à multis desumitur, in quo latè ajentis, & negantis sententiæ auctores, & argumenta referuntur, & illustrantur.

SUMMARIUM.

1 *Indi ante adventum Hispanorum omnino infideles erant.*
2 *Infideles ob solum vitium infidelitatis, verum dominium suarum rerum, & provinciarum non habere, & licitè eis spoliari posse Hostiensis, & alii plurimi, & gravissimi Doctores scribunt.*
3 *Hostiensis fuit divini, & humani juris peritissimus, & alia de ejus laudibus & auctoritate.*
4 *Infideles debellari licitè possunt, maximè si interveniat auctoritas Papæ.*
5 *Infideles sunt hostes Christianorum, & etiam in Ecclesia capi possunt.*
6 *Judæi servi sunt Christianorum, licèt ex pietate ruriteantur in libertate.*
7 *Idololatræ & Pagani nullam unquam habuerunt jurisdictionem.*
8 *Judicem qui quærit, debet eum eligere Catholicum.*
9 *Judæi & infideles habent bona, ut peculium, & inde licitè eis auferri possunt à Christianis.*
10 *Opinio quæ absolutè imperium, & dominium infidelium negat, magis communis, vera, & Catholica appellatur à Dom. Marta, & aliis.*
11 *Anton. Scappus probat opinionem Hostiensis, ti infideles dominium Ecclesiæ recognoscere nolint.*
12 *Auctores recenseruntur, qui specialiter probant, Indos ob solum vitium infidelitatis debellari potuisse.*
13 *Christi post adventum omnis principatus & jurisdictio ad fideles transferri capit.*
14 *Christus Dominus omnium creaturarum universalis Rex constitutus fuit.*
15 *Psalm. 8. in illis verbis*, Oves & boves &c. *expositio.*
16 *Christus Dominus Petro, & ejus successoribus, gentibusque fidelibus sui sacerdotii, & imperii potestatem communicavit.*
17 *Infideles cum extra ovile Christi reperiantur, nullum legitimum dominium, neque jurisdictionem habere possunt.*
18 *Constantinus Magnus Imper. cur ensem resignaverit in manibus Pontificis.*
19 *Ecclesiæ Catholicæ dominatio supra infideles in Sara & Agar significatur.*
20 *Infideles sunt servi, & filii ancillæ, & sic dominii incapaces.*

21 *D. Bernardi verba expenduntur pro supremo dominio Christi in Ecclesiam translato.*
22 *Innocentius etiam sentire videtur infideles ad Papæ jurisdictionem pertinere.*
23 *Papa omnes mortales habet subditos, & est omnia & super omnia.*
24 *Catholici videntur licitè auferre posse bona infidelium.*
25 *Judæi Ægyptiorum bona citra peccatum abstulerunt, & exportarunt.*
a6 Cap. si de rebus, & cap. quemadmodum 23. q. 3. *expenditur & exornatur.*
27 *Infideles ex sententia D. Augustini, & Clementis non videntur habere posse veram Rempublicam, neque bona.*
28 *Infidelitatis peccatum cæteris gravius reputatur.*
29 Cap. quid in omnibus 32. quæst. 7. *expenditur.*
30 *Omne quod non est ex fide, peccatum esse qualiter accipiatur.*
31 *Iniqui apud D. Paul. rumuntur pro infidelibus, & sancti profidelibus.*
32 *Infidelium omnes actiones esse peccata concludere videtur D. Augustin. & alii sancti Patres & Gregor. Ariminens. Infideles cur in Evangelio deserti nomine significentur, videm.*
33 *Infidelium opera omnia ideo peccata esse dicuntur, quia in Deum non referuntur.*
34 *Concilii Arausicani locus expenditur.*
35 *Infidelitas Deo maximè invisa est.*
36 *Bona non sunt opera, quæ non innituntur Fidei fundamento.*
37 *Ecclesia potest justè ex sententia D. Thomæ infideles merito suæ infidelitatis jure dominii, & prælationis supra fideles privare.*
38 *Infideles non debent habere fideles sibi subjectos hodie aulla Ecclesia potestate, sed potius è converso,* Et num. 40.
39 *Divi Pauli locus* 1. Corinth. cap. 6. *explicatur.*
40 *Fidelibus Infideles subjiciuntur.*
41 *Infideles ob solam infidelitatem suis Regnis, & dominiis privari non posse, multis rationibus, & auctoritatibus suadetur.*
42 *Innocentii IV. auctoritas qualis & quanta sit.*
43 *Innocentius IV. noluit sua commentaria juris decisivi auctoritatem habere.*
44 *Auctores plurimi referuntur, qui cum Innocentio tenent, ob solam infidelitatem suis bonis privari non posse.*
45 *Princeps infidelium etiam sibi subditorum bona, sine causa auferre non potest.*
46 *Indorum Occidentalium debellationem, spoliationem prætextu infidelitatis multi auctores specifice negant.*
47 *Pauli III. Bulla Indis, quamvis infidelibus, tua bona conservanda esse statuit.*
48 *Dominia rerum & provinciarum inspecto naturali, & gentium jure, infidelibus æque ac fidelibus competunt,* Et num. 58. *Etiam jure divino,* num. 66. & 67.
49 *Orbem Deus subjecit rationabili creaturæ.*
50 *Ordo principiandi est beneficium naturæ ex sententia Aristotelis.*
51 *Homines cur Deus voluerit toti Orbi dominari.*
52 *Homines sumus quodammodo omnium rerum finis.*
53 *Jus Divinum, quod est ex gratia, non tollit humanum, quod est ex naturali ratione.*
54 *Dominii fundamentum aliqui erroneè in gratia, & caritate constituunt, & inde peccatores eo privare tradunt.*
55 *Hæretici dicti Apostolici, & Waldenses sive Pauperes de Lugduno qui fuerint.*
56 *Waldensium hæresis, quæ peccatores dominium rerum suarum non habere dicebat in Concilio Constant. damnata fuit.*
57 *Hostiensis opinio videtur aliquibus in errorem Waldensium incidere.*
58 *Super bonos, & malos, justos, & injustos Sol elarescit.*
59 *Natura & ratio hominis, quæ est fundamentum dominii, etiam in peccatoribus reperitur.*
60 *Bona non solum bonis dantur à Deo, sed malis etiam, & interdum magis quàm bonis; & quare, Et sententia D. Augustini,* Et num. 70.
61 *Infidelibus & impiis jure divino dominia, & imperia concedi videntur, eisque parendum esse docemur,* Et num. 67.
62 *Psalm.* 2. *versus expenditur.*
63 *Nabuchodonosoris, & Cyri, quamvis infidelium, Imperium in sacris literis probari videtur.*
64 *Joseph, qui fidelis erat, totam Ægyptum Pharaoni infideli tributariam fecit, & in eo non peccavit.*
65 *Tobiæ reddi jussit hædum à Gentilibus captum, ne furti reus efficeretur.*
66 *In aliquititis par est omnium conditio.*
67 *Sayri sententia.*
68 Cap. non frustra, & cap. Regnum 23. quæst. 5. *explicantur.*
69 *Regna terrena Deus etiam impiis concedere solet.*
70 Cap. remittuntur vers. Percipientes 23. quæst. 3. *expenditur & illustratur,* & cap. sequent. n. 26.
71 *Gentilivus proprie dominium designat.*
72 Lex Christianis 6. C. de Paganis, *expenditur.*
73 *Judæi & Pagani quietè degentes non debent molestari, nec suis bonis spoliari.*
74 *Paul. III. motus proprius expenditur circa bona, & tractationem Judæorum, & infidelium qui ad Fidem convertuntur.*
75 *Saracenis etiam ob solam infidelitatem justè bellum inferri non potest, ex sententia Pontif.* in cap. dispar. 23. q. 8.
76 *Pœna sine culpa esse non potest.*
77 *Infidelitas in iis, quibus fides annuntiata non est, non habet rationem peccati.*
78 *Ignorantia invincibilis an possit admitti in iis, quo fidei sunt.*
79 *D. Pauli locus* ad Roman. 10. Quommodò credent, nisi audiant, *expenditur.*
80 *Fidelis, & salvus sola natura nemo esse potest, nisi ei Divini Verbi splendor affulgeat,* ex sententia D. Clement. Alex.

QUintus & firmior quidem titulus, pro stabilienda, & defendenda hujus Novi Orbis occupatione, & subjugatione, ex eo à multis deduci solet, quòd omnes Indi, ejus regiones incolentes, non solum barbari, & obtusi erant, ut in superioribus diximus, verum † omninò infideles, & ita à Christiana, & Orthodoxa nostra Religione sejuncti, ut ne vestigium quidem illius apud eos repertum fuerit, sicuti *lib.* 2. *c.* 13. manifestavimus. Quam † ob causam ipso jure fidelibus Principibus subjectos esse inquiunt, & posse rectè bellis lacessiri, & dominio ac jurisdictione rerum, & provinciarum suarum privatim, & publicè spoliari, tamquam iniquos & injustos illarum detentatores, si requisiti fidem, & imperium sanctæ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ non acciplant, & recognoscant.

Quæ sententia generaliter in omnibus infidelibus, & quod ii post adventum Christi nihil proprium habere, nec justè possidere potuerint, apertè proponitur & probatur ab Henrico Cardinali Hostiensi *in capitulo quod super his de voto*: qui † humani, divinique juris peritissimus fuit, floruitque anno Christi 1255. & Alex. Pontifice suadente super Decretalibus commentarios scripsit, & summam etiam composuit, ut refert Catel. Cotta in memorab. jur. verb. *Jurisperiti*, & Valent. Forster. *in histor. jur. civil. lib.* 3. *pag.* 232. Ubi addit, quòd hoc proprium sibi sumpsit, ut Innocentii opiniones duras reprobaret.

Et post Hostiens. eamdem opinionem sequi videntur Abb. Panormit. & Ant. de Butrio *in cod. cap.* quod super, Bald. *cons.* 389. incipit: *Consuetudo est, n.* 10. *lib.* 1. Ubi ait, † quòd contra Reges & Principes infideles auctoritas suscipiendi belli maximè residet penes Papam. D. Antonin. *in sum.* 3. *part. t.* 3. *c.* 2. *col.* 5. Oldrat. *cons.* 72. incip. *Contra Saracenos* ubi ait quòd salva reverentia Innocentii videtur, quod opinio Hostiensis sit verior. Idem Oldra. *cons.* 54. idem Bald. *In l. fin. C. de cautivis*, & Franc. Aretin. *in auth. navigia, C. de furtis*, ubi docent † infideles esse hostes Christianorum, & etiam in Ecclesia capi posse, idem Abb. & latiùs Joan. de Atinania per text. ibi *in c. etsi Judæos de Judæis*, Anchar. & Præpositi. *in c. qui sincera*, 45. *dist.* Henric. Boic. *in c. sicut. col.* 1. *de Judæis*, & novissimè Phil. Paschal. *in tract. de vivib. part. potest. p.* 1. *c.* 7. *num.* 13. Ubi ex hac ratione concludunt, † Judæos servos esse Christianorum, licèt in libertate sustineantur ex pietate, Albertin. *in rub. de hæret. in 6. q.* 8. *concl.* 1. Ubi dicit, † Idololatras & Paganos nullam unquam habuisse jurisdictionem, & ideò Regna illorum omnia pertinere ad Ecclesiam Christianam, & per consecutionem ad Papam, qui præfectus est illi, Alvar. Pelagius de planctu Eccles. *lib.* 1. *art.* 13 & 37. *lit. I.* Ubi multis rationibus ex Theologia, & Jurisprudentia peritis, Hostiensis assumptum verum esse defendit Petr. Belluga *in specul. Princip. rub.* 27. §. *nilest, n.* 23. Ubi inquit, quòd † quicumque aveat habere, vel quærere judicem, debet habere Catholicum, quia apud infideles nulla est jurisdictio, vel dominium. Et item *rub.* 39. §. *novissimè n.* 3. ubi concludit, bona † Judæorum, & alsorum infidelium ab eis auferri licitè posse per Principes Christianos, cùm illa solum habeant, ut notat Archidiac. *in c. fraternitatum*, 54. *distinct.*

Idem ex eadem ratione resolvunt Alex. de Ales *in* 3. *part. summæ tract. de septem præcept. Decal. q.* 5. & novissimè Simon. Majol. *in dieb. Canic. colloq.* 1. *de perfidia Judæor.* docentes quòd Judæi possunt spoliari à Principe Christianis omnibus præter necessaria. Quod pariter affirmant, & ad omnes infideles extendunt DD. *in c. cui est*, 50. *dist.* Card. Tutrecremata *in c. dilpar.* 23. *q.* 8. Matt. Laudens. & Joan. de Tantuc. *in c. si de rebus* 23. *q.* 7. idem Laudens. *in tract. de Princip. vertic.* 49. incip. *Italia aliàs fuit*, Joan. Majol. *in* 2. *tentent. dist.* 44. *q.* 3. Matth. de Afflictis *in rub. quæ sint. Regalia, num.* 26. *vers. Et pro ista opinione, col.* 4. Marquard. de Susannis *in tract. de Jud. & Infidel.* 1. *p. c.* 14. & latius 2. *p. c.* 6. *ex n.* 26. & novissimè & latissimè Doct. Marta *de jurisdict.* 1. *p. c.* 24. *ex n.* 10. qui constanter tradunt † hanc opinionem non solum magis communem, sed etiam magis Catholicam & Christianæ Fidei magis utilem esse. Quod etiam admittit † Anr. Scappus *de jure non script. lib.* 2. *cap.* 1. Ubi licèt primo dixisset, dominia rerum jure naturali, & gentium inspecto æquè infidelibus, ac fidelibus competere, postea tamen subdit cum Hostien. Oldrad. & aliis, quod post adventum Christi hæc omnia mutata & translata sunt, ita ut Infideles hodie nec jurisdictionem, nec dominium, nec honorem, nec potestatem habere possint, & his omnibus licitè spoliari valeant, si dominium Ecclesiæ non recognoscant.

Et specialiter † de ipsis Indis Occidentalibus Australibus, de quibus tractamus, & eorum infidelitate loquentes, & quòd propter illam justè debellari, & spoliari possint, & potuerint, & jure optimo nostris potentissimis Regibus quæri, latè olim disputavit Ginesius Sepulveda in Apologia, quam de hac re scripsit ad Episcopum Segoviensem, & in responsione ad objectiones Episcopi de Chiapa, & absque ulla hæsitatione resolvunt Marquard. & Marta in locis supra relatis, Petr. Malferit. qui ad hoc integrum, & satis copiosum consilium elucubravit, quod est 769. inter consilia Mandelli Albani, *vol.* 2. *ex n* 40. Alphons. Guerrer. *in Specul. Peruvip. c.* 31. & Petri Bellin. *in tract. de bello.* 2. *part. t.* 12. *n.* 5. Ubi quod plus est, concludit, ejusmodi Indos hac de causa ab Hispanis bello subactos, merito ab eisdem in servitutem redigi potuisse.

Pro cujus sententiæ confirmatione, & illustratione, primò, cum Hostiensi & aliis auctoribus sup. relatis, considerari potest, † post adventum Christi omnem Principatum, dominium, & jurisdictionem ex justis causis translatam fuisse ab infidelibus ad fideles, *arg. cap. translato, ubi* Doct. *de constit.* Ecclesiast. *cap.* 10. ibi: *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniquitatem, & injurias & diversos dolos*: & Matth. 21. ibi: *Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti justitiam*, cum similibus. Quia Christus Dominus † propter suam passionem, humillimam & obedientiam æterni Patris, & ob immensam caritatem erga genus humanum, non Sacerdos tantum constiturus fuit, verùm & Rex universalis omnium hominum & Angelorum, & reliquarum creaturarum, quæ sunt in cœlo & in terra & inferno, & ejus imperio & obedientiæ Pater omnia subjecta esse voluit, juxta illud Psal. 71. *vers.* 11. *Omnes Reges terræ adorabunt eum, & omnes gentes servient ei*, de quo *in cap. diligit. cet.* 23. *q.* 4. *Isaiæ* 60. *Gens & Regnum, quod non servierit tibi, peribit*, Psalm. 23. *Domini est terra & plenitudo ejus* de quo *in cap. quod jure* 8. *dist.* cum multis aliis similibus, quæ adducit Salon *in* 2. 2. *tract. de dom. q.* 2. *art.* 1. concl. 2. pag. 113. & melius † Psalm. 8. ibi: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus: oves, & boves universas insuper & pecora campi.* Quo loci, per omnes Christiani, per bobes & pecora infideles intelliguntur, ut cum Afflictis & aliis advertit Matt. *d. c.* 24. *num.* 12. & ad eum respiciens, D. Paul. ad Hebræos *cap.* 2. inquit: *In eo enim, quod omnia subjecit, nihil dimisitum est, quin ei subjectum non fuerit.*

Et † hanc talem, ac tantam hujus sacerdotii, & imperii dignitatem, & potestatem ipse Christus Dominus Petro, & successoribus ejus, gentique Christianæ concessisse, & communicasse videtur, ut probatur *in capit. In scripturis* 8. *q.* 1. & expressius *in cap.* 1. *distinct.* 22. *cap. per venerabilem*, §. *rationibus, qui filii sint legit. c. pro humani, de homicid. lib.* 6. cum aliis, quæ dilucidè de hac translatione, & concessione loquens tradit Præpos. Mediolan. *in cap. cum ad verum* 96. *distinct. & in c.* 1. 15. *distinct. vol.* 3. *in fine*, Malferit. *dict. consil.* 769. *ex n.* 46. & exactè prosequitur Param. *de orig. Inquis. lib.* 3. *q.* 1. *opin.* 3. *num.* 26. Valenzuela *in monit. contra Venet.* 4. *p. n.* 177. & *seq.* & novissimè plurimos referens Ca-

mil. Borrell. *in sum. decis. t. 4. de summ. Pontif. n. 1. 2. & 3.*

17 Quo fit, † ut infideles cum extra ovile Christi, *& Ecclesiæ* reperiantur, & ab hoc limpidissimo fonte dominium, & jurisdictionem suorum Regnorum non ducant, neque Christum, & ejus Vicarium recognoscant, sed potius offendant; meritò judicari possint injusti, & intrusi eorum detentatores, & non veri, & legitimi
18 possessores ac domini, prout & † Magnus ille Constantinus Imper. significavit, de quo refert Bald. *in 1. const. C. & in l. cum multa, C. de bon. quæ liber.* quod in resignatione Regalium, quam post Baptismum fecit in manibus B. Sylvestri R. P. inter alia ensem illi resignavit, ostendens, se illuc usque gladii potestate legitimè usum non fuisse nec juste imperium, & jurisdictionem exercuisse, quod etiam refert Matr. *de Affict. in dict. rub. quæ sint. Regalia, num. 6.* & Mastrill. *de Magistratib. lib. 1. c. 9. n. 9.*

Quibus addere possumus aliam considerationem Alphonsi Guerreri ubi suprà, dum ait,
19 de † Ecclesia Catholica intelligi posse illud Genes. 16. quod Abraham uxori suæ Saræ, conquerenti de illa infideli ancilla Agar, dixisse, memoratur: *Ecce ancilla tua in manu tua, utere ea.* Per Saram enim nostra sancta Catholica Ecclesia significatur, per ancillam Secta infidelium. Uti ergo potest domina ancillâ, prout Sara fecit, illam affligendo, & ut præcepit Dominus, ejiciendo, & expellendo filios ejus ab hæreditate & possessione, ne partem habeant cum
20 filiis liberæ. Nam † cum sint filii ancillæ, & sic servi, non sunt capaces dominii, jurisdictionis, vel honoris.

21 Et pro eadem translatione non abs re erit, † verba D. Bernardi ad Eugenium referre cum Præpos. *in summ. dist. 15. col. 15.* & Malferit. *dict. cons. 769. num. 53.* quæ talia sunt. *Tu, qui es Sacerdos Magnus, Pontifex summus, Princeps Episcoporum, hæres Apostolorum primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, judicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus.*

22 Conducunt † etiam mirum in modum verba Innocentii *in cap. licèt, de foro competent.* qui, quamvis contrariæ sententiæ Dux, & Antesignanus esse videatur, ut statim dicemus, hanc non obscurè probat, cum dicat, quod tempore Noe cœpit Deus creaturas regere per ministros, quorum primus fuit Noe, cui successerunt in hac Vicaria Patriarchæ, Judices, Reges, Sacerdotes, & alii, qui pro tempore fuerunt in regimine populi Judæorum, & sic duravit usque ad *Christum*, qui fuit *naturalis Dominus*, & *Rex noster*, ut habetur *in Psalm. 71. Deus judicium tuum Regi da.* Et ipse *Jesus Christus* Vicarium suum constituit Petrum, & successores suos, quando ei dedit claves Regni cœlorum, & quando ei dixit *Pasce oves meas*: quibus verbis insinuavit, etiam Judæos, Sarracenos, Gentiles, atque Schismaticos quoquomodo ad Papæ jurisdictionem pertinere.

Et idem sentire, & docere videtur Ludovic. Gomec. *sup. regul. Cancellar. de infirm. resign.*
23 *quæst. 5. vers. Sed prædictis* dum tradit, † quod Papa omnes mortales habet subditos, & *in c. 1. de constitut. lib. 6. num. 28. 36. & 37.* ubi post Bald. & alios scribit, quòd Papa est unus omnium Princeps, & Rex Regum, & Causa causarum, & Dominus dominantium, & major omnibus sanctis, excepto Petro: Affictis etiam *decis. 265. num. 14.* concludit, quòd Papa est omnia, & super omnia, & Jul. Clar. *lib. 5. recept. §. fin. quæst. 35. vers. Videndum*, quod Papa in terris vices Dei gerit, & est major omnibus, hominibus, de quo articulo *infrà cap. 23. & 24.* latiorem disputationem inhibimus.

Secundò, nec minus urgenter, pro eadem opinione perenditur, adeo certum videri, impios, infideles verum & legitimum dominium rerum, quas possident, non habere, ut † ab eis 24
citra ullius peccati labem, & restitutioni obligationem capi, & auferri à Catholicis possint, ut probatur Exodi *cap. 3. & 12.* ubi † Judæi exeun- 25
tes de Ægypto secum Ægyptiorum bona ex Domini præcepto exportarunt, quod licitè & sine peccato ab eis fieri potuisse affirmant Nicol. de Lyra ibidem, & sequitur D. Thom. *in 1. 2. q. 10. art. 8. ad 3. & in 2. 2. quæst. 66. art. 5. ad 1.* & D. August. *in lib. quæst. Exod. quæst. 3.* cujus verba habentur *in c. dixit Dominus 12. 14. q. 5.* idem August. *lib. 2. advers. lit. Petilia, cap. 43.* cujus verba referuntur *in † cap. si de rebus 23.* 26
quæst. 3. ubi cùm hæretici quererentur, ablatas sibi à Catholicis eas Ecclesias fuisse, quas ipsi ædificaverant, & alia bona, quæ suo labore, & industria congesserant, sic respondit: *Si de rebus, & locis Ecclesiasticis, quæ tenebatis, & non tenetis, queremini, possunt & Judæi se justos dicere, & iniquitatem nobis objicere, quia locum, in quo impiè regnaverunt, modò Christiani possident. Quid ergo indignum, si ea quæ tenebant hæretici, secundum partem Domini voluntatem Catholici tenent? Ad omnes enim similes, idest, ad omnes impios, & iniquos illa vox Domini valet: Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti justitiam. An frustra scriptum est, Labores impiorum justi edent? quapropter magis mirari debetis, quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quòd aliquid amisistis*: hactenus Augustin. cujus verba in nostræ quæstionis terminis multum commendat Abbas *in d. cap. quod super, col. 2.*

Et conducunt etiam alia, quæ scripsit in epist. ad Bonifac. relata *in cap. quemadm. eod. caus. & quæst.* ubi citat illud Sapient. 10. *Ideò justi tulerunt spolia impiorum*, & illud, quod legitur Proverb. *cap. 13. Custoditur justo substantia peccatoris*, sive secundùm versionem Septuaginta Interpretum: *Thesaurizantur autem justis divitiæ impiorum.*

Quibus adsentiens Cardin. Turrecrem. *in d. cap. si de rebus*, sic illud idem caput paraphrasticè, & his, quæ probare intendimus, valdè consequenter exponit: *Auferetur Regnum, non solùm spirituale, & æternum, sed temporale. Et dabitur genti facienti justitiam in populo Christiano, quia infideles utuntur dominio, & jurisdictione ad offensam Dei, & voluit Christus, ut omnis homo esset Christianus, ut constat per totam Evangelicam doctrinam.*

Neque abest elegans alia † ejusdem Augustini disputatio *lib. 19. de Civit. Dei, cap. 21.* ubi 27
ex

ex prædictis, & aliis argumentis concludit, apud infideles jus aut justitiam, vel verum populum, sive Rempublicam esse non posse, D. Clem. Alex. *lib. Pædag. 3. c. 6.* ubi post alia, hæc elegantissima verba subnectit: *Bona solum possideri possunt à bonis: boni autem Christiani sunt, homo autem insipiens, vel intemperans, nec boni sensum habet, nec passionis: à solis ergo Christianis bona possunt haberi.*

Tertiò facit, quòd mirum videri non debeat, si infideles ex Dei voluntate rerum dominio carere dicantur, & licitè eo à fidelibus spoliari pos-
28 sint, cum † infidelitatis peccatum cæteris aliis, quæ contra virtutes morales committuntur, gravius reputetur, ut probat D. Thom. *2. 2. q. 10. art. 3.* & ibi communiter Theologi, præcipuè novissimus Pat. Ludov. Turrian. *disp. 50. dub. 2. col. 627.* & Pat. Suar. post hæc scripta *in tract. de Fide, disp. 16. sect. 1. num. 1. & sect. 2. ex num. 2.*

29 Quibus ego adjicio nobilem † text. *in cap. quid in omnibus 16. 32. quæst. 7.* ibi: *Quamvis quidem in pœnis primum illi obtinent locum, qui aberrant à Deo, etiam si sobriè vixerint*, & D. Paul. Hebræor. 11. ibi: *Sine fide impossibile est*
30 *placere Deo*, & ad Roman. 14. dum † ait. *Omne, quod non est ex fide, peccatum est*, quem etiam locum de fide, quæ credimus, & Christiani sumus, interpretatur Augustin. *lib. 1. contra duas epistol. Pelagii, c. 3.* Fulgent. *lib. de incarnat. & gratia Christi, c. 24.* & D. Prosper. *in epistol. ad*
31 *Ruffin. de grat. & liber. arbitr.* Unde † D. Paulus 1. *Corinth. 6.* iniquos sumit pro infidelibus, & sanctos pro fidelibus, ut statim dicemus.

Et D. August. *lib. 4. contra Julian. cap. 13.*
32 concludere, † omnes infidelibus actiones esse peccata, nullasque in ejus virtutes consistere, quia sine Fide *Christi* rectè vivere non possint, & ad nihil aliud liberum arbitrium sine gratia *Christi* valeat, nisi ad peccandum. Cui simile est, quod in eodem argumento scriptum reliquit D. Gregor. *lib. 3. Moral. cap. 33.* D. Bernard. *serm. 23. in Cantica*, Beda *in lib. de substant.* D. Prosper. *ad excerp. Genuens. respons. 3. & 8.* & melius *in disput. contra Cassian.* dum ait: *Nihil operis ex mortuis, nihil justitiæ præcedit ex impiis*; & deinde: *Nullus est bonis voluntatis motus, nisi quem creaverit diffusa per Spiritum Sanctum caritatis affectus, sine fide enim impossibile est placere Deo.* Quo forte sensu eosdem infideles deserti nomine in Evangelio significari, Magnus Aurelius Casiodorus his verbis scribit: *Sæpè enim desertum ponitur, ubi infideles populi convenire noscuntur. Sicut in Evangelio dicitur: Vox clamantis in deserto: ubi desertum appellati sunt, qui adhuc necdum fidei dona perceperunt.*

Divus quoque Hieronymus *ad Galatas 3.* explicans illa verba: *Quia justus ex fide vivit*, sic inquit: *Faciamus & nos aliquid simile huic, quod dicitur, justus ex fide vivit, & dicamus, castus ex fide vivit, fortis ex fide vivit, & à cæteris virtutum partibus vicinam sententiam proferamus adversus eos, qui in Christum non credentes, fortes & sapientes, temperantes se putant esse, vel justos: ut sciant, nullum absque Christo vivere, sine quo omnis virtus in vitio est.* Et eamdem sententiam mordicus tenent, & latè defendunt ex
Theologis Scholasticis Greg. Arimin. *in 2. Sentent. dist. 39. quæst. 1. art. 2. corol. 3.* Michaël Bajus *assert. 26.* & Catherin. *in lib. Genes. c. 2.* asseverantes, infideles etiam, dum parentes venerantur, ac de se benemeritis gratias agunt, habentque, cùm indigentibus opitulantur, pacta servant, promissa exolvunt, deposita reddunt, & in aliis similibus operibus peccare. Non † quod 33
hæc opera sint ex re objecta, vel fine, vel aliqua adjecta circumstantia, peccata, sed eò quòd circumstantia debita careant: fieri enim causa, & amore Dei deberent, & proinde cùm in Deum minimè referantur, sunt mala. Unde Concilium † Arausicanum secundum: *Cantic. 17.* in- 34
quit: *Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum Dei caritas facit.* Quod decretum desumptum est ex D. August. *lib. 2. de patientia, c. 17.* Atque hæc omnia ea nimirum ratione nituntur, quam supra retulimus, nempè quòd infidelitas † Deo maximè sit 35
invisa, bonis & carcat operationibus. Bona 36
† etiam non sunt opera, quæ non jaciuntur firmissimo, & stabilissimo fidei fundamento, ut præclarè tradit Gentian. Hervet. exponens & exornans verba D. Clement. Alexand. *in epistol. adhortat. ad gentes, p. 14.* & tradit alia pro eadem assertione novissimè Pat. Suar. *in d. tract. de Fide, disp. 17. sect. 3. n. 1.*

Quarto, & ultimo eidem sententiæ arridere videntur verba Div. Thom. *2. 2. q. 10. art. 10.* dum expressè docet, † posse juste per senten- 37
tiam, vel ordinationem Ecclesiæ, quæ Dei auctoritatem habet, jus dominii, vel prælationis ab infidelibus tolli, quia infideles merito suæ infidelitatis meterentur potestatem amittere super fideles, qui transferuntur in filios Dei. Etenim licet secundùm eumdem Angelicum Doctorem *ibidem*, ante † divisionem fidelium ab infidelibus non 38
cessasset fidelium prælatio in totum, propter conversionem limitatam aliquorum ad Fidem, non sequitur quòd idem sit, auctâ post multitudine fidelium. Ideoque D. † Paul. *1. ad Corint.* 39
cap. 6. in princip. reprehendit fideles Corinthios, quòd auderent provocare proximos suos coram judicibus infidelibus, dicens: *Audeat aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicare apud iniquos* (idest, infideles) *& non apud Sanctos*, idest *fideles*, ut interpretatur Cardin. Turrecrem. *in summ. de Eccles. lib. 2. c. 96. vers. Licèt enim*; Areval. *de correctim. fraterna, conclus. 4. vers. Adhæc.* Valenz. *in monit. contra Vent. 4. part. num. 179. & sequent.* Pat. Suarez *in defens. Fidei, lib. 3. c. 4. num. 6.* & idem advertit Marta *d. c. 24. num. 42. & 44.* allegans insignem Div. August. locum *in epistol. 204. ad Donatum*, qui habetur *in c. displicet 23. quæst. 4.* de quo latius agemus *infrà c. 16. ex num. 96.* & proinde infideles † debent subjici fidelibus, & non è conver- 40
so ex notatis *in c. 1. c. multorum, & c. ii judex de judæis.*

Sed licet superior sententia tot auctoribus & rationibus fulciatur, † contraria tamen à pluri- 41
bus aliis non minoribus argumentis probari, & defendi solet; qui serio affirmant, nullos infideles, atque adeò multominus Indos istos, de quibus sermonem habemus, ob solam infidelitatis causam bellis infestari posse, au dominio, & ju-
ris

risdictione suarum rerum, & provinciarum privari.

42 Pro qua imprimis laudatur Innocentius *in d. c. quod super, de voto*, cujus † auctoritas talis ac tanta esse fertur, ut non solum Hostiensem, sed & alios omnes juris Canonici professores excellat, & *pater, & organum veritatis* dicatur, ita quod ejus doctrina pro communi sententia præ-
43 valeat, neque adversus eam disputare fas sit, ut tradit addito ipsius Innocentii in præmio *Decretalium, in principio*. Felin. *in c. cum olim, n. 9. de re indic.* Alex. Jas. Cateam. & alii, quos adducit Catel. Cotta *immemorab. jur. verbi Juris Civilis 29. nihil* 384. Valentin. Forster. *in histor. jur. Civil. l. 3. p.* 231. Everard. *loco* 48. *ab auctoritate, seu exemplo majorum*. Petr. Malferit. apud Mandellum *d. cons.* 769. *num.* 44. ubi ejus additum. Vivius *decis. Neapol.* 370. *num.* 2. *lib.* 2. & novissim. Cassiv. Bardius *decis. Bononiensi* 107. *num.* 5. Quinimò ipse idem Hostiensis fatetur *in*
43 *c. solet, de sentent. excom. in 6.* se multories † ab eodem Innocentio audisse, nolle, ut sua commentaria jus facerent, quasi alias, tamquam à Pontifice scripta, & tali, ac tanta eruditione suffulta, non tam opinionum, quam decisionum robur habitura essent, ut post alios refert Forster. *ubi supra* Pet. Joan. de Salas *in tract. de legib. d. p.* 8. *sect.* 13. *pag.* 170. & novissime Christophor. de Angulano *in cod. tract. lib.* 2. *controvers.* 29. *num.* 24.

44 Post Innocentium autem † eamdem opinionem defendunt, & sequuntur Joan. Andr. Cardin. & communis Doct. *in cod. c. quod super*, Oldrad. *consil.* 83. & 263. idem Joan. Andr. *in addition. ad Speculat. in tit. de Judæis*, Petr. de Ancharran. *in reg. peccatum, in* 3. *quæst. & in reg. sine possessione, quæst.* 2. *lib.* 6. Bald. *in l. cunctos populos in princip. C. de summ. Trinit.* & Bartol. *l. hostes, ff. de captivis & postlim. revers.* Abbas *num.* 22. Felin. & Decius *num.* 109. Beroj. *num.* 134. *in cap. quæ in Eccl. sanctorum, de constit.* ex quorum doctrin. securè concludit Carol. Tapia *in rub. de constit. Princip. cap.* 1. *num.* 54.
45 quod † Principes infidelium etiam sibi subditorum bona, sine causa auferre non potest. Dominic. *cons.* 96. idem Domin. & Archidiac. *in cap. si quis viduam in fine*, 50. *distinct. & in cap. cui est* 11. *quæst.* 3. Idem Archidiac. *in c. ult.* 3. *q.* 7. Cardin. Turrecrem. *in c. dispar.* 23. *quæst.* 8. & *in cap. qui non* 24. *quæst.* 4. D. Thom. 2. 2. *q.* 12. *art.* 22. Durand. *in* 2. *distinct.* 44. *quæst.* 3. Sylvest. *verb. Infidelitas, quæst.* 7. Caferan. 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 8. Florent. 3. *part. tit.* 22. *cap.* 5. §. 8. Petr. de Ferraria *in præxi, tit. de form. libelli in act. reali, verbo: Veris, & legitimus, column.* 7. *vers. Sed his quæro*, Anton. Corsetus, qui plura consideravit *in tractat. de potest. Regia, part. ult. quæst.* 82. *ex num.* 20. Franc. Toplus *in tract. de potest. Principis secul.* §. 7. *num. ult.* ubi resolvit, quod infideles sunt veri, & supremi Principes suorum Regnorum, & allegat Div. Thom. *de regim. Princip. lib.* 3. *cap.* 9. Sot. *in* 4. *distinct.* 5. *quæst. unic. art.* 10. eleganter doctissim. Covarr. *in reg. peccatum*, 2. *part.* §. 10. *num.* 2. Illustrissim. Cardin. Bellarm. *in lib.* 5. *de Roman. Pontif. c.* 2. Patre Arrag. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *vers. Secunda conclusio, pag.* 311. *& sequent.* Joan. Azor. *lib.* 8. *moral. instit. cap.* 24. *vers. Sexto quæritur, col.* 1276. Balthas. Ayala *de jure & offic. belli, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 29. Pat. Lorca *in* 2. 2. *sect.* 1. *disp.* 52. *num.* 10. *pag.* 970. ubi de causis belli justi agens, resolvit, communem & certam resolutionem esse, solam infidelitatem non esse causam justi belli, quia Ecclesia non habet jurisdictionem super infideles, & ideò non potest eos propter peccatum infidelitatis punire. Idem concludit Pat. Ludovic. Turrian. de Fide, *disp.* 52. *dub.* 1. *column.* 645. Gregor. Sayr. *in clavi Regia* 72. *part. lib.* 9. *c.* 4. *ex numer.* 10. Pat. Fr. Joan. Pineda Francisc. *in Monarch. Eccles. lib.* 16. *cap.* 34. §. 17. & novissimè eruditissim. & laudatissim. Pat. Francisc. Suarez *in defens. Fidei contra sect. Anglican. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 8. *& in tract. de legib. lib.* 3. *cap.* 10. Pat. Joan. Salas *in cod. tract. disp.* 7. *sect.* 15. *numer.* 72. *& per totum*, & D. Garsias Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *c.* 9. idem Pat. Suarez *in tract. de caritate, disp.* 13. *sect.* 5. *ex n.* 1.

Et specialiter de nostris Indis agentes † Epis- 46
copus de Chiapa *in tract. comprob. suprem. dom. Ind. fol.* 36. & 37. *sequent. & in Apolog. contra Sepulved. in replication. ad object. ejusdem*, ubi late in hoc argumento diffunditur, & opinionem contrariam erroneam esse, & falsò Hostiensi tribui, probare conatur. Idem sequuntur Victoria *in dict. 1. relect. de Indis, ex num.* 7. *usque ad* 18. *de potestate civil. num.* 9. Gregor. Lop. *in dict. l.* 2. *tit.* 23. *part.* 2. *glos.* 2. Anton. de Cordova *in quæstionario, lib.* 1. *quæst.* 57. *dub.* 4. *ex pag.* 497. Menchac. *lib.* 1. *controvers. illust. capit.* 24. *ex num.* 2. *usque ad num.* 11. elegantiss. Joseph. Acosta *lib.* 2. *de procur. Ind. salut. c.* 2. ubi hoc verum esse defendit, quamvis Indorum infidelitas omninò pertinax reperiatur, D. Bañez 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *col.* 530. *ver. Quinta conclusio*; optimè Navarr. *in c. novit, notab.* 3. *corol.* 7. *num.* 58. *& sequent. pag.* 101. ubi reprehendit Alvar. Pelagium, & alios contrariæ partis sectatores, & ait, eorum errorem in causa fuisse, ut multi, nostra ætate in hoc Novo Orbe, suis provinciis spoliati sint: latissimè Michael Salon 2. 2. 1. *tom. tract. de domin. quæst.* 2. *artic.* 2. *per totum*: Gregor. de Valent. 3. *tom. disput.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 7. *col.* 413. *vers. Nunc his constitutis*: Molina *de justit. & jure, tract.* 2. *disp.* 27. *in fin.* cum novem aliis præcedentibus. Et rursus *disp.* 105. Hieronym. Cevallos 1. *tom. comman. quæst.* 735. & latius, & copiosius in 4. *tom. quæst. ultim. ex num.* 188. Et rursus *ex num.* 237. *& ex num.* 266. Fr. Emman. Roder. 2. *tom. quæst. regul. quæst.* 99. *art.* 4. *pag.* 292. ubi etiam multum quæritur de damnis, sub prætextu contrariæ opinionis, miseris Indis illatis, & pro eis † expendit illam sanctionem, sive Bul- 47
lam Pauli III. felicis recordationis, de qua egimus *supra cap.* 8. *num.* 76. ubi expressè decidit, prædictos Indos, & omnes alias gentes, ad notitiam Christianorum in posterum deventuras, licèt extra Fidem Christi existant, sua libertate, ac rerum suarum dominio privatos, seu privandos non esse, imò libertate, & dominio hujusmodi uti, & potiri, & gaudere liberè, & licitè posse. Idem etiam novissimè tractat Augustinus Barbosa *in Pastorali*, 1. *part. tit.* 3. *c.* 2. *n.* 32. &

& seq. & Doct. Melch. de Valent. *illust. tract. juris, tract.* 2. *c.* 5. *num.* 22. *& seq.* Incognitus *in lib. Maris liberi, c.* 2. *&* 4. & Seraph. Freit. doctè contra eum scribens, *de just. Imp. Asiat. c.* 3. *n.* 4. *& c.* 9. *per totum.*

Pro cujus sententiæ comprobatione: Primo,
48 cum prædictis auctoribus considero, † dominia rerum, provinciarum, & regionum, naturali, & communi omnium gentium jure, primis earum possessoribus competere, absque ulla distinctione fidelium, & infidelium, *l.* 1. §. *jus naturale, l. ex hoc jure, ff. de rust. & jur. cap. jus naturale,* 1. *dist.* cum aliis, quæ latè congessimus *sup. hoc lib. cap.* 6. *ex num.* 61. & tradunt Innoc. & Abbas supra Scappus *lib.* 2. *de jure non scripto, c.* 1.
49 *num.* 10. eam rationem reddentes, † quod Deus subjecit Orbem rationabili creaturæ, & nullam inter homines distinctionem fecit, ad quos pariter pertinet illud: *Quidquid calcaverit pes tuus, tuum erit*, & doctrina Arist. *lib.* 1. *Polit.* dum
50 ait, ordinem † principandi unius super alterum esse beneficium naturæ, hoc est *Dei Opt. Max.*
51 qui † ob id tantùm, quod homines ad sui imaginem fecit, menteque, & facultate liberi arbitrii donavit, omnibus rebus inferioribus dominari voluit, juxta illud *Genes.* 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis terræ, &c.* Et infra: *Replete terram, & subjicite eam, & dominamini.* Quod assecutus idem Phi-
52 losoph. *lib.* 2. Et hic † inquit: *Nos sumus finis quodammodo omnium, & utimur tamquam propter nos omnibus quæ sunt.* Quæ omnia non minus militant, & reperiuntur in paganis, & infidelibus, qui numquam Fidem receperunt, quàm in Christianis, & fidelibus; ac proinde non minus illi, quàm isti veri dominii rerum suarum participes sunt.

Quam consequentiam, & divinæ, ac naturalis justitiæ inter omnes homines distributionem, pro-
53 posuisse videtur † Dionys. *lib.* 8. *de divin. nomin.* relatus per Episcopum de Chiapa *in d. tract. comprob. fol.* 37. sic inquiens: *Oportet videre in hoc veram Dei esse justitiam, quòd omnibus tribuit propriam secundùm uniuscujusque existentium dignitatem. Et uniuscujusque naturam in proprio solvat ordine & virtute.* Et expressius D. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. ubi de eadem quæstione agens scribit: *Quod dominium & prælatio introducta sunt ex jure humano, distinctio autem fidelium, & infidelium est ex jure divino. Jus autem divinum, quod est ex gratia, non tollit jus humanum, quod est ex naturali ratione.*

54 Secundò considero, † quod etsi nonnulli olim existimaverint, gratiam, & caritatem esse fundamentum dominii, jurisdictionis, & potestatis tum Ecclesiasticæ, tum civilis, atque adeò solos justos, existentes in gratia, suorum bonorum dominos esse, ea vero per mortale peccatum amissa, continuò etiam omne dominium, omnemque potestatem amitti. In qua opinione fuerunt D. Bernardi temporibus quidam hæretici, qui se Apos-
55 tolicos vocabant, † ut ipse refert *serm.* 66. *in Cantica*; & posteà Waldenses, qui alio nomine vocabantur *Pauperes de Lugduno*, à Waldensi quodam, cive Lugdunensi, temporibus Alex. Papæ III. de quibus legendus est Æneas Sylvius *de orig. Boemor. cap.* 33. *&* 35. Eamque sequuti sunt Joan. Wiclef. & Joan. Hus, & Armachanus vir alioqui Catholicus *lib.* 10. *q. Armen. c.* 2. *&* 4. *& in Dialog. inscripto Defensorium pacis.* Hæc tamen opinio † meritò damnata fuit in Concil. 56
Constantiensi, *sess.* 8. *& sess.* 15. & inter alias hæreses connumeratur, & multis rationibus, & argumentis convincitur à piis & Catholicis Scriptoribus, qui de hac materia tractarunt, ut constat ex D. Bernard. *ubi suprà*. D Hieronym. *in epist. ad Titum*: D. Iren. *lib.* 4. *adversus hæres. c.* 70. Tertull. *in Apolog. c.* 31. D. Thom. 1. 2. *quæst.* 98. *art.* 4. Joan. Major. 2. *Sent. dist.* 42. Jacob. Almain *in* 4. *distinct.* 15. *quæst.* 2. *col.* 10. Gerson. *de vita spirit. lect.* 3. Castr. *adversus hæreses, verb. Potestas.* Episcop. Chiapens. Vict. Covar. Bañ. Navarrr. Bellarm. Valent. Molin. Ajal. & Sayr. *ubi suprà*: eodem Bellarm. 1. *tom. controv.* 8. *de laicis, lib.* 3. *in princip.* eod. Bañ. *in præamb. ad tract. de domin. quæst.* 1. *in fin.* Petr. Navar. *lib.* 3. *de restit. c.* 1. *in princip.* Soto *lib.* 4. *de just. & jure quæst.* 1. *&* 2. Thom. Waldens. *lib.* 2. *doctr. fid. c.* 81. *cum seqq.* Martin de Ledesm. 2. 4. *quæst.* 18. *art.* 1. *dub.* 9. *fol.* 224. Ceval. *d. quæst. fin. ex num.* 266. & P. Suar. *in d. defens. Fidei, lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 3.

Quo fit, † ut pariter prædicti Auctores caven- 57
dum moneant ab opinione Hostiens. & sequacium, qui infidelibus negant dominium, & jurisdictionem rerum, & provinciarum suarum, quam communi omnium gentium jure, & ante legem Evangelicam consequuti sunt. Hæc enim opinio in superiorem errorem incidere videtur: nam nulla es ratio, ob quam infideles dominio privari possint, nisi peccatum mortale infidelitatis, quod eos extra Dei gratiam constituit. Concilium autem Constantiense, nullam speciem peccati mortalis excipiens, quoslibet peccatores, atque adeò etiam infideles, verum & legitimum rerum suarum dominium habere rectissimè definivit. Illud † quippe, ut *suprà* diximus, non solùm 58
pro justis, & fidelibus Deus induxit, sed pro omni rationabili creatura. Qui, ut ipse Innocent. subdit *in d. c. quod super*, Solem suum oriri facit super bonos, & malos, super justos, & injustos, & volatilia pascit, & dat escam omni carni, ut habetur *Matt.* 5. *&* 6. & *Psalm.* 135. Et ut suprà etiam tetigimus, fides, aut gratia non est fundamentum dominii, sed natura, & ratio hominis, quæ † etiam in peccatoribus, & infide- 59
libus reperitur, licèt careant gratia.

Quod egregiè confirmari potest ex insigni loco D. Augustini *in Psalm.* 67. ubi hujus doctrinæ rationem scribens, † sic eleganter disserit: 60
Non enim soli boni plenas habent domos rebus necessariis, aut soli boni salvi sunt, vel ab ægritudine convalescunt, aut soli boni filios habent, soli boni pecuniam, soli boni cætera bona apta huic vitæ temporali, aut transeunti. Habent hæc & mali, & aliquando desunt bonis, sed desunt & malis, & plerumque illis magis, quàm istis, aliquando illis potius quàm istis abundans. Permixta temporalia voluit esse Deus, quia si solis bonis ea daret, putarent, & mali, propter hæc colendum Deum. Rursus si ea solis malis daret, timerent boni infirmi converti, ne illa illis decssent.

Tertiò, pro eadem opinione facit, quod ut id-

dem

dem Doctores observant, & ante eos D. Augustinus *lib. 5. de Civit. Dei, cap. 1.* non solùm naturali, &
61 communi omnium gentium jure, † sed Divino etiam atque Evangelico, non tantùm privata dominia, verùm Regna quoque, & Imperia hominibus impiis, & infidelibus; & quod magis est, idololatris concedi videntur, eisque parendum,
62 & obsequendum esse docemur, † ut apparet ex Psalm. 2. *Adstiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum. Jerem. 27. & Ezech. 26.*
63 ubi Nabuchodonosor † Rex erat, non solùm malus, & in peccato mortali, sed etiam idololatra & infidelis, & tamen teste ipso Deo, dominium habuit super gentes, & Regna; & Deus eis, non solùm illum, verum filium, & nepotem ejus præfecit. Unde *Daniel 2.* dixit ei Daniel: *Tu es Rex Regum, & Deus cœli dedit tibi Regnum;* & idem dicitur de Cyro peccatore, & infideli, Isaiæ 45. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro: Cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsa Regum revertam, &*
64 *dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum.* Et *Genes. 47.* Joseph, qui † fidelis erat, suo consilio totam Ægyptum Pharaoni Regi infideli tributariam fecisse dicitur: in quo procul dubio peccasset, si Pharao verus Rex, & dominus esse
65 non posset. Et *Tobiæ 2.* ubi † Tobias jubebat reddi hœdum à Gentilibus captum, tamquam furtivum: quod non esset, si Gentiles dominium
66 non haberent. *Matth.* quoque 22. † ait Dominus: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari:* & Luc. 22. *Reges gentium dominantur eorum*: & D. Paul. Roman. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*: & 1. Pet. 2. *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi quasi præcellenti, sive Ducibus tamquam à Deo missis.* Et statim: *Servi subditi estote in omni timore domini, non tantùm bonis, & modestis, sed etiam*
67 *discolis.* Quæ loca, † & alia similia adducta per Auctores *suprà* relatos, præcipuè Sayrum *dict. lib. 9. cap. 4. num. 11.* satis ostendunt, vera dominia, & principatus in peccatoribus, & infidelibus reperiri, cùm Principes, de quibus loquun-
68 tur, infideles essent, & † habentur *in cap. non frustrà, & in cap. Regum 23. quæst. 5.* ex quibus expressè deducit Cardin. Turrecrem. *in cap. in dignitate, distinct. 3. quæst. 3. versic. Respondeo,* etiam Principibus infidelibus obediendum esse.

Atque ad ea respiciens August. *lib. 5. de Ci-*
69 *vit. Dei* † *cap. 21. Non tribuamus* (inquit) *dandi regni, vel imperii potestatem, nisi vero Deo, qui dat fœlicitatem regni cœlorum solis piis: regnum verò terrenum & piis, & impiis, sicut ei placet, cui nihil injustè placet.* Et infrà: *Ille verè unus Deus, qui nec judicio, nec adjutorio deserit genus humanum, quando voluit, & quantum voluit Romanis regnum dedit, qui dedit Assyriis, vel etiam Persis. Qui Imperium dedit Mario, ipse etiam dedit Cajo Cæsari: qui Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianis vel patri, vel filio suavissimis Imperatoribus, ipse etiam Domiciano crudelissimo; & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse apostatæ Juliano, cujus egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega, & detestanda curiositas.*

Quod idem pulchrè ostendunt D. Chrysostom. Ambros. Origen. Epiphan. Justin. Ignat. Optat. Tertullian. Prosper, & alii relati à Petr. Aragon. *in 2. 2. pag. 609.* & à doctiss. P. Suar. *in d. defens. Fidei, lib. 1. cap. 4. per totum.* Quibus addere possumus ejusdem Ambrosii locum *lib. 2. de Cain & Abel, cap. 4.* relatum à Gratiano † *in cap. remittuntur, vers. Per scientes* 23. 70 *q. 5.* ubi ait, per Israelitarum manus Deum punire voluisse peccata Amorrhæorum, & Chananæorum, & aliarum Gentium, quarum terram Israelitis possidendam dedit. Quibus verbis ostendit, apud prædictas gentes, quamvis infideles, & idololatras, non solùm possessionem, verùm & proprietatem illarum provinciarum stetisse. Nam ille † genitivus, *Quarum* propriè dominium sig- 71 nificat, ex doctrina Bartol. quem sequuntur Alexand. Jas. & alii *in rub. de novi oper. nuntiat.* & plures alii relati à Mandello de Alba *cons. 151. num. 7.* Menoch. *de recup. poss. remed. 1. numer. 51.* & latè Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. G. concl. 37.*

Quartò, supradictæ sententiæ favet † optimus 72 text. *in l. Christianis 6. C. de Paganis*, ubi Honor. & Theodos. Imp. specialiter prohibent Christianis, qui verè sunt, vel esse dicuntur, ne Judæis, aut Paganis quietè de gentibus nihil tentantibus turbulentum, legique contrarium, manus inferre audeant, religionis auctoritate abusi, & si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non solùm ea, quæ abstulerint, sed convicti, in duplum, quæ rapuerint, reddere compellantur. Et idem † de il- 73 lorum molestiis vitandis, & bonis conservandis habetur *in l. nullus 6. C. de Judæis, cap. sicut extra eodem*; & per Apost. *1. Corinth. 10. in fine*, ibi: *Sine offensione estote Judæis, & Gentibus*; de quorum praxi, & interpretatione plura tradit Marq. *in tract. de Judæis, & infidel. 1. part. capit. 2.* & Roland. à Valle *consil. 25. volum. 3.* & Phil. Pasch. *de virib. pat. potest. 1. part. cap. 7. num. 14.* Nos *infrà lib. 3. cap. 6. num. 47. & sequent.* & extat † motus proprius Pauli III. de 74 ann. 1542. cujus mentionem facit Posevin. *in Biblioth. 1. tom. lib. 9. cap. 5. pag. 391.* quo conceditur, ut Judæi, cæterique infideles, ad agnitionem Catholicæ fidei venientes bona patrimonialia, maternaliaque, & omnia eorum consuetudine acquisita, seu quæ verum dominium habere reminiscuntur, etiam vivis, & invitis parentibus habere, tenere, & possidere valeant. Eodemque diplomate jubetur, quâ caritate quisque venientes ad lumen Christi fovere, contumelias ab aliis prohibere debeat, quin & ut civitate, privilegiis, immunitatibus, libertatibus fruantur, quandoquidem per gratiam Baptismi cives Sanctorum, & domestici Dei efficiuntur.

Et non solùm in Judæis, & Paganis, † verùm 75 & in Saracenis, qui nobis magis infesti sunt; eamdem sententiam probat Alexand. Pap. II. ad Hispaniæ Episcopos scribens *in cap. dispar. 23. quæst. 8.* dum docet, tunc demum adversus eos justi pugnari, ubi Christianos persequuntur, & ex urbibus, & propriis sedibus pellunt, sic manifestè demonstrans, ob id tantùm, quod Saraceni, aut infideles essent, justè bello infestari non posse, aut suarum rerum dominio, & possessione privari. De cujus dicti veritate, dum de Saracenis loquitur, alio loco tractabimus.

Quin-

Quintò, & magis in Indorum nostrorum terminis facit, quod si, infidelitatis tantùm contemplatione habita, hi debellari, & suis bonis spoliari possent, utique sine fraude, & culpa pœnam, &
76 quidem gravissimam, sustinerent, † quod jura neutiquam patiuntur, *l. aliud est fraus cum similibus, ff. de verb. signif.* optimus text. *in c. cognoscentes*, cum allegatis *ibi* per glos. *de constitut.* Etenim cùm ad eos nulla prorsus lux veræ, & Evangelicæ Fidei pervenerit usque ad Hispanorum adventum, ut *suprà lib. 1. cap. 14.* luculenter probavimus; & vel ipse Malferit. agnoscit *d. cons. 796. num. 17.* omni prorsus culpa, & peccato infidelitatis caruerunt, quamvis in Christum non crederent; sive apertius loquar cum Div.
77 Thom. 2. 2. *q. 10. art. 1.* infidelitas † in eis non habebat rationem peccati, sed magis pœnæ. Talis quippe ignorantia Divinorum, ex peccato primi parentis sequuta est. Unde *Joan. 15.* Dominus inquit: *Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent*; quod exponens Div. Aug. de illo peccato intelligendum tradit, quo non crediderunt in Christum. Et idem docere videtur S. Thom. 2. 2. *q. 10. art. 6. & q. 34. art. 2. ad 2.* Cajet. Valent. & alii moderni expositores ibi: & in nostra specie probat Vict. *dict. relect. 1. de Indis insul. n. 32.* reprobata opinione Altisiodorens. Guillel. Paris. Hugon. Gerson.
78 Adr. & aliorum, qui contendebant in † his, quæ fidei, & juris divini sunt, invincibilem ignorantiam in neminem cadere, cum facienti quod in se est, Deus semper assistat, paratus illustrare mentem quantum oportebit ad salutem, & erroris evitationem. Hoc enim est contra D. Thom. & auctoritatem suprà relatam, & expressius contra
79 † illud D. Pauli ad Rom. 10. *Quomodo credent, nisi audiant? quomodo audient sine prædicante?* & latissimè & doctissimè prosequitur Pat. Gab. Vasq. *in 1. tom. comment. 1. 2. q. 76. art. 2. disput. 120. per totam*: Vega *lib. 6. in Concil. Trident. cap. 18.* Soto *in 4. distinct. 1. q. 1. art. 2.* Can. *in relect. de Sacram. in genere 2. part.* Maluend. *de Antichrist. lib. 3. cap. 32. versic. Sed hic opportunè*: Azor. *tom. 1. lib. 1. cap. 13. q. 2.* Sanchez *in sum. lib. 1. c. 16. num. 32.* Raphael de la Torre, qui de ejusdem loci D. Pauli explicatione optimè tractat *in 2. tom. de Religione, quæst. 94. art. 2. disp. 3. versic. Ad secundum respondetur*; & novissimè Pat. Franc. Suar. *in tract. de Fide, disput. 17. sect. 1. per totam*, & Nos *infrà cap. 15. num. 29.*

Quibus adstipulantur, quæ contra Basilidem, & Valentinum egregiè disputat Clemens Alexand.
80 *lib. 5. Strom. in princip.* docens, † neminem sola natura fidelem, & salvum esse posse, nisi ei Divini Verbi aliquis splendor effulgeat. De quo vide quæ optimè congerit Covar. *in cap. Alma mater, 1. part. §. 4. num. 3.* Et conducunt alia, quæ *suprà hoc lib. cap. 4. num. 14.* post alios tradidimus, ad infideles excusandos, qui fidem sibi minus sufficienter propositam & annunciatam, nullisque evidentibus signis, aut rationibus communitam, credere & recipere norunt.

CAPUT XI.

In quo vera prædictæ quæstionis resolutio proponitur, & problematicè utramque partem defendi posse monstratur, utriusque argumentis peculiari responsione solutis.

SUMMARIUM.

1 *Problematicè disputari potest in quæstione de infidelibus ob solam infidelitatem debellandis.*
2 *Hostiensis opinio ab Ecclesia recipitur, & practicatur*, secundùm Martam, & aliòs.
3 *Christiani Scriptores non deberent opinionem Hostiensis venenum afflare.*
4 *Innocentii opinio rejecta esse, aliquibus videtur, & quod ipse sibi contrarius fuerit.*
5 *Dominatio unius hominis super alterum non fuit ex jure naturali.*
6 *Dominia & Imperia licèt infideles habere possint, eà tamen illis Rom. Pontifex adimere potest.*
7 *Infidelium regna ad fideles ex justa causa auctoritate Pontificis transferri possunt.*
8 *Caritas unicuique secundùm ejus conditionem est impendenda.*
9 *Oratio, quam Ecclesia pro infidelibus facit arguit eos verum dominium non habere.*
10 *Ecclesia errare non potest.*
11 *Imperia, & dominia illa tantùm legitima sunt, quæ à Deo dantur, vel ab Ecclesia confirmantur.*
12 *Nabuchodonosoris, Cyri, & aliorum tyrannorum imperium injustum fuit, & cur à Deo permissum.*
13 *Deus ex peccatis hominum multa bona operari, & diligere solet.*
14 *Imperia ad tyrannos crudeles, & impios aliquando Deus transferre solet in punitionem peccatorum*, & num. 18.
15 Cap. audacter 18. 8. quæst. 1. & cap. ex merito 6. quæst. 1. *exornantur.*
Saul fuit electus per exortum à Deo voluntatem; ibidem.
16 *Job locus* cap. 34. *de regno hypocritæ explicatur.*
17 Cap. his itaque, 6. distinct. *explicatur.*
18 *Variæ Auctores de causis cur Deus infidelium imperia permittat, tractantes numerantur.*
19 *Proverb.* cap. 8. *ibi*: Tyranni per me tenent terram, *explicatur.*
20 *Tertulliani allegatus locus refertur de his quæ à Deo veluti invito permittantur, & non approbantur.*
21 *Permittimus quod non approbamus, aliudque est præcipere, aliud permittere.*
22 *D. Pauli, & alia Scripturæ loca, quæ Dominis, & Principibus infidelibus obediendum esse dicunt, qualiter accipiantur.*
23 *Ecclesia humilè, cùm magis aucta sit, multa facere potest, quæ olim non expediebant.*
24 *Omnia suis conveniunt temporibus.*
25 *Papa major est administratione Paulo; & contra eum rectè dispensat in iis, quæ Fidei non sunt.*
26 *Genitivus juxta subjectam materiam aliquando solùm possessionem, vel detentationem significat.*
27 Lex Christianis 6. C. de Paganis, *explicatur.*
28 *Infideles apud Christianos degentes Ecclesia suaviter tractari præcipit, & quare.*
29 *Christus B. Petro terreni simul, & cœlestis imperii jura concessit.*
30 Cap. solitæ de majorit. & obedient. *exornatur.*
31 *Tolerantia Ecclesiæ circa dominia, & imperia infidelium, qualiter procedat.*
32 *Puniri quis aliquando, & res sua privari potest, sine culpa tua, non tamen sine causa.*
33 *Religionis favor, & ampliatio est causa causarum, & omnibus rebus præponitur.*
34 *Voluntate ex mera quod dependet, ex eadem adimi potest.*
35 *Innocentii sententia auctori verior, & communior videtur.*

dem Doctores observant, & ante eos D. Augustinus *lib. 5. de Civit. Dei, cap. 1.* non solùm naturali, &
61 communi omnium gentium jure, † sed Divino etiam atque Evangelico, non tantùm privata dominia, verùm Regna quoque, & Imperia hominibus impiis, & infidelibus; & quod magis est, idololatris concedi videntur, eisque parendum,
62 & obsequendum esse docemur, † ut apparet ex Psalm. 2. *Adstiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum. Jerem. 27. & Ezech. 26.*
63 ubi Nabuchodonosor † Rex erat, non solùm malus, & in peccato mortali, sed etiam idololatra & infidelis, & tamen teste ipso Deo, dominium habuit super gentes, & Regna; & Deus eis, non solùm illum, verum filium, & nepotem ejus præfecit. Unde *Daniel 2.* dixit ei Daniel: *Tu es Rex Regum, & Deus cœli dedit tibi Regnum;* & idem dicitur de Cyro peccatore, & infideli, Isaiæ 45. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro: Cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsa Regum revertam, &*
64 *dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum.* Et *Genes. 47.* Joseph, qui † fidelis erat, suo consilio totam Ægyptum Pharaoni Regi infideli tributariam fecisse dicitur: in quo procul dubio peccasset, si Pharao verus Rex, & dominus esse
65 non posset. Et *Tobiæ 2.* ubi † Tobias jubebat reddi hœdum à Gentilibus captum, tamquam furtivum: quod non esset, si Gentiles dominium
66 non haberent. *Matth.* quoque 22. † ait Dominus: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari:* & Luc. 22. *Reges gentium dominantur eorum*: & D. Paul. Roman. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*: & 1. Pet. 2. *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi quasi præcellenti, sive Ducibus tamquam à Deo missis.* Et statim: *Servi subditi estote in omni timore domini, non tantùm bonis, & modestis, sed etiam*
67 *discolis.* Quæ loca, † & alia similia adducta per Auctores *suprà* relatos, præcipuè Sayrum *dict. lib. 9. cap. 4. num. 11.* satis ostendunt, vera dominia, & principatus in peccatoribus, & infidelibus reperiri, cùm Principes, de quibus loquun-
68 tur, infideles essent, & † habentur *in cap. non frustrà, & in cap. Regum 23. quæst. 5.* ex quibus expressè deducit Cardin. Turrecrem. *in cap. in dignitate, distinct. 3. quæst. 3. versic. Respondeo,* etiam Principibus infidelibus obediendum esse.

Atque ad ea respiciens August. *lib. 5. de Ci-*
69 *vit. Dei* † *cap. 21. Non tribuamus* (inquit) *dandi regni, vel imperii potestatem, nisi vero Deo, qui dat fœlicitatem regni cœlorum solis piis: regnum verò terrenum & piis, & impiis, sicut ei placet, cui nihil injustè placet.* Et infrà: *Ille verè unus Deus, qui nec judicio, nec adjutorio deserit genus humanum, quando voluit, & quantum voluit Romanis regnum dedit, qui dedit Assyriis, vel etiam Persis. Qui Imperium dedit Mario, ipse etiam dedit Cajo Cæsari: qui Augusto, ipse & Neroni: qui Vespasianis vel patri, vel filio suavissimis Imperatoribus, ipse etiam Domiciano crudelissimo; & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse apostatæ Juliano, cujus egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega, & detestanda curiositas.*

Quod idem pulchrè ostendunt D. Chrysostom. Ambros. Origen. Epiphan. Justin. Ignat. Optat. Tertullian. Prosper, & alii relati à Petr. Aragon. *in 2. 2. pag. 609.* & à doctiss. P. Suar. *in d. defens. Fidei, lib. 1. cap. 4. per totum.* Quibus addere possumus ejusdem Ambrosii locum *lib. 2. de Cain & Abel, cap. 4.* relatum à Gratiano † *in cap. remittuntur, vers. Per scientes* 23. 70 *q. 5.* ubi ait, per Israelitarum manus Deum punire voluisse peccata Amorrhæorum, & Chananæorum, & aliarum Gentium, quarum terram Israelitis possidendam dedit. Quibus verbis ostendit, apud prædictas gentes, quamvis infideles, & idololatras, non solùm possessionem, verùm & proprietatem illarum provinciarum stetisse. Nam ille † genitivus, *Quarum* propriè dominium sig- 71 nificat, ex doctrina Bartol. quem sequuntur Alexand. Jas. & alii *in rub. de novi oper. nuntiat.* & plures alii relati à Mandello de Alba *cons. 151. num. 7.* Menoch. *de recup. poss. remed. 1. numer. 51.* & latè Cardin. Tusch. *practic. conclus. lit. G. concl. 37.*

Quartò, supradictæ sententiæ favet † optimus 72 text. *in l. Christianis 6. C. de Paganis*, ubi Honor. & Theodos. Imp. specialiter prohibent Christianis, qui verè sunt, vel esse dicuntur, ne Judæis, aut Paganis quietè de gentibus nihil tentantibus turbulentum, legique contrarium, manus inferre audeant, religionis auctoritate abusi, & si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non solùm ea, quæ abstulerint, sed convicti, in duplum, quæ rapuerint, reddere compellantur. Et idem † de il- 73 lorum molestiis vitandis, & bonis conservandis habetur *in l. nullus 6. C. de Judæis, cap. sicut extra eodem*; & per Apost. *1. Corinth. 10. in fine*, ibi: *Sine offensione estote Judæis, & Gentibus*; de quorum praxi, & interpretatione plura tradit Marq. *in tract. de Judæis, & infidel. 1. part. capit. 2.* & Roland. à Valle *consil. 25. volum. 3.* & Phil. Pasch. *de virib. pat. potest. 1. part. cap. 7. num. 14.* Nos *infrà lib. 3. cap. 6. num. 47. & sequent.* & extat † motus proprius Pauli III. de 74 ann. 1542. cujus mentionem facit Posevin. *in Biblioth. 1. tom. lib. 9. cap. 5. pag. 391.* quo conceditur, ut Judæi, cæterique infideles, ad agnitionem Catholicæ fidei venientes bona patrimonialia, maternaliaque, & omnia eorum consuetudine acquisita, seu quæ verum dominium habere reminiscuntur, etiam vivis, & invitis parentibus habere, tenere, & possidere valeant. Eodemque diplomate jubetur, quâ caritate quisque venientes ad lumen Christi fovere, contumelias ab aliis prohibere debeat, quin & ut civitate, privilegiis, immunitatibus, libertatibus fruantur, quandoquidem per gratiam Baptismi cives Sanctorum, & domestici Dei efficiuntur.

Et non solùm in Judæis, & Paganis, † verùm 75 & in Saracenis, qui nobis magis infesti sunt; eamdem sententiam probat Alexand. Pap. II. ad Hispaniæ Episcopos scribens *in cap. dispar. 23. quæst. 8.* dum docet, tunc demum adversus eos justi pugnari, ubi Christianos persequuntur, & ex urbibus, & propriis sedibus pellunt, sic manifestè demonstrans, ob id tantùm, quod Saraceni, aut infideles essent, justè bello infestari non posse, aut suarum rerum dominio, & possessione privari. De cujus dicti veritate, dum de Saracenis loquitur, alio loco tractabimus.

Quin-

Quintò, & magis in Indorum nostrorum terminis facit, quod si, infidelitatis tantùm contemplatione habita, hi debellari, & suis bonis spoliari possent, utique sine fraude, & culpa pœnam, &
76 quidem gravissimam, sustinerent, † quod jura neutiquam patiuntur, *l. aliud est fraus cum similibus, ff. de verb. signif.* optimus text. *in c. cognoscentes*, cum allegatis *ibi* per glos. *de constitut.* Etenim cùm ad eos nulla prorsus lux veræ, & Evangelicæ Fidei pervenerit usque ad Hispanorum adventum, ut *suprà lib. 1. cap. 14.* luculenter probavimus; & vel ipse Malferit. agnoscit *d. cons. 796. num. 17.* omni prorsus culpa, & peccato infidelitatis caruerunt, quamvis in Christum non crederent; sive apertius loquar cum Div.
77 Thom. 2. 2. *q. 10. art. 1.* infidelitas † in eis non habebat rationem peccati, sed magis pœnæ. Talis quippe ignorantia Divinorum, ex peccato primi parentis sequuta est. Unde *Joan. 15.* Dominus inquit: *Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent*; quod exponens Div. Aug. de illo peccato intelligendum tradit, quo non crediderunt in Christum. Et idem docere videtur S. Thom. 2. 2. *q. 10. art. 6. & q. 34. art. 2. ad 2.* Cajet. Valent. & alii moderni expositores ibi: & in nostra specie probat Vict. *dict. relect. 1. de Indis insul. n. 32.* reprobata opinione Altisiodorens. Guillel. Paris. Hugon. Gerson.
78 Adr. & aliorum, qui contendebant in † his, quæ fidei, & juris divini sunt, invincibilem ignorantiam in neminem cadere, cum facienti quod in se est, Deus semper assistat, paratus illustrare mentem quantum oportebit ad salutem, & erroris evitationem. Hoc enim est contra D. Thom. & auctoritatem suprà relatam, & expressius contra
79 † illud D. Pauli ad Rom. 10. *Quomodo credent, nisi audiant? quomodo audient sine prædicante?* & latissimè & doctissimè prosequitur Pat. Gab. Vasq. *in 1. tom. comment. 1. 2. q. 76. art. 2. disput. 120. per totam*: Vega *lib. 6. in Concil. Trident. cap. 18.* Soto *in 4. distinct. 1. q. 1. art. 2.* Can. *in relect. de Sacram. in genere 2. part.* Maluend. *de Antichrist. lib. 3. cap. 32. versic. Sed hic opportunè*: Azor. *tom. 1. lib. 1. cap. 13. q. 2.* Sanchez *in sum. lib. 1. c. 16. num. 32.* Raphael de la Torre, qui de ejusdem loci D. Pauli explicatione optimè tractat *in 2. tom. de Religione, quæst. 94. art. 2. disp. 3. versic. Ad secundum respondetur*; & novissimè Pat. Franc. Suar. *in tract. de Fide, disput. 17. sect. 1. per totam*, & Nos *infrà cap. 15. num. 29.*

Quibus adstipulantur, quæ contra Basilidem, & Valentinum egregiè disputat Clemens Alexand.
80 *lib. 5. Strom. in princip.* docens, † neminem sola natura fidelem, & salvum esse posse, nisi ei Divini Verbi aliquis splendor effulgeat. De quo vide quæ optimè congerit Covar. *in cap. Alma mater, 1. part. §. 4. num. 3.* Et conducunt alia, quæ *suprà hoc lib. cap. 4. num. 14.* post alios tradidimus, ad infideles excusandos, qui fidem sibi minus sufficienter propositam & annunciatam, nullisque evidentibus signis, aut rationibus communitam, credere & recipere norunt.

CAPUT XI.

In quo vera prædictæ quæstionis resolutio proponitur, & problematicè utramque partem defendi posse monstratur, utriusque argumentis peculiari responsione solutis.

SUMMARIUM.

1 *Problematicè disputari potest in quæstione de infidelibus ob solam infidelitatem debellandis.*
2 *Hostiensis opinio ab Ecclesia recipitur, & practicatur*, secundùm Martam, & aliòs.
3 *Christiani Scriptores non deberent opinionem Hostiensis venenum afflare.*
4 *Innocentii opinio rejecta esse, aliquibus videtur, & quod ipse sibi contrarius fuerit.*
5 *Dominatio unius hominis super alterum non fuit ex jure naturali.*
6 *Dominia & Imperia licèt infideles habere possint, eà tamen illis Rom. Pontifex adimere potest.*
7 *Infidelium regna ad fideles ex justa causa auctoritate Pontificis transferri possunt.*
8 *Caritas unicuique secundùm ejus conditionem est impendenda.*
9 *Oratio, quam Ecclesia pro infidelibus facit arguit eos verum dominium non habere.*
10 *Ecclesia errare non potest.*
11 *Imperia, & dominia illa tantùm legitima sunt, quæ à Deo dantur, vel ab Ecclesia confirmantur.*
12 *Nabuchodonosoris, Cyri, & aliorum tyrannorum imperium injustum fuit, & cur à Deo permissum.*
13 *Deus ex peccatis hominum multa bona operari, & diligere solet.*
14 *Imperia ad tyrannos crudeles, & impios aliquando Deus transferre solet in punitionem peccatorum*, & num. 18.
15 Cap. audacter 18. 8. quæst. 1. & cap. ex merito 6. quæst. 1. *exornantur.*
Saul fuit electus per exortum à Deo voluntatem; ibidem.
16 *Job locus* cap. 34. *de regno hypocritæ explicatur.*
17 Cap. his itaque, 6. distinct. *explicatur.*
18 *Variæ Auctores de causis cur Deus infidelium imperia permittat, tractantes numerantur.*
19 *Proverb.* cap. 8. *ibi*: Tyranni per me tenent terram, *explicatur.*
20 *Tertulliani allegatus locus refertur de his quæ à Deo veluti invito permittantur, & non approbantur.*
21 *Permittimus quod non approbamus, aliudque est præcipere, aliud permittere.*
22 *D. Pauli, & alia Scripturæ loca, quæ Dominis, & Principibus infidelibus obediendum esse dicunt, qualiter accipiantur.*
23 *Ecclesia humilè, cùm magis aucta sit, multa facere potest, quæ olim non expediebant.*
24 *Omnia suis conveniunt temporibus.*
25 *Papa major est administratione Paulo; & contra eum rectè dispensat in iis, quæ Fidei non sunt.*
26 *Genitivus juxta subjectam materiam aliquando solùm possessionem, vel detentationem significat.*
27 Lex Christianis 6. C. de Paganis, *explicatur.*
28 *Infideles apud Christianos degentes Ecclesia suaviter tractari præcipit, & quare.*
29 *Christus B. Petro terreni simul, & cœlestis imperii jura concessit.*
30 Cap. solitæ de majorit. & obedient. *exornatur.*
31 *Tolerantia Ecclesiæ circa dominia, & imperia infidelium, qualiter procedat.*
32 *Puniri quis aliquando, & res sua privari potest, sine culpa tua, non tamen sine causa.*
33 *Religionis favor, & ampliatio est causa causarum, & omnibus rebus præponitur.*
34 *Voluntate ex mera quod dependet, ex eadem adimi potest.*
35 *Innocentii sententia auctori verior, & communior videtur.*

36 *Hostiensis opinio quæ infidelibus dominium adimit, debet intelligi de Saracenis.*
37 *Ecclesiæ, & ejus Pontificis summa, & universalis potestas debet intelligi in spiritualibus.*
38 *Isaiæ locus* cap. 60. & alii, quæ loquuntur de dominio Christi, *qualiter sint accipienda.*
39 *Infideles non solùm habent dominia, & imperia ex permissione Dei, sed etiam ex ejus concessione, & approbatione.*
40 *Scripturæ sacræ plura loca expenduntur, ad probandam veram dominationem, & jurisdictionem infidelium.*
41 Dare, *verbum significat* dominium transferre.
42 *Judæi potuerunt licitè auferre bona Ægyptiorum, quia Dei mandatum habuerunt, & in compensationem laborum.*
43 *Dei auctoritate quæ fiunt, omni vitio, & scrupulo carent.*
44 *Variis contumeliis Hebræi per Ægyptos affecti fuere.*
45 *Captivi Christiani possunt licitè fugere à Saracenis, à quibus injustè capti sunt, & secum bona eorum asportare.*
46 Cap. si de rebus 23. quæst. 3. *vera interpretatione donatur.*
47 *Hæretici, & apostatæ à Catholicis puniri, & spoliari possunt.*
48 *Scripturæ loca, quibus Deus impiis bonorum auisionem, & imperiorum translationem comminatur, qualiter accipienda sint.*
49 *Deus licèt possit quotidiè impios & infideles punire; homines tamen ob hanc solam causam debellare, & depradari non possunt.*
50 *Infideles multa opera præstare possunt, quæ sint undecumque bona.*
51 Concil. Trident. sess. 6. de justif. canon. 7. *exponitur.*
52 *Infidelium omnia opera qui peccata esse dicunt, qualiter accipiendi sunt.*
53 *D. Pauli ad Rom.* 14. *locus*, Omne quod non est ex fide, &c. *explicatur.*
54 Cap. omne 28. quæst. 1. & cap. quoniam omne, & cap. ultim. de præscript. *explicantur.*
55 *Infideles qui, & quando privari possint dominio quod habent supra fideles*, & num. 48.
56 Lex 1. & similes, C. ne Christ. mancip. *explicatur & illustratur.*
57 *Uxorem conversam potest Papa eximere à potestate mariti infidelis.*
59 *D. Thomæ verba difficilia* 2. 2. quæst. 10. art. 10. *qualiter accipi debeant.*
60 *Infideles indirectè possuni privari dominio supra fideles.*

HÆc planè sunt potiora, & urgentiora argumenta, quæ in prædicta quæstione ad utramque partem adduci, & expendi posse videntur, levioribus aliis omissis, quæ ab utriusque sectatoribus congeruntur. Et quidem in re
1 † adeò ambigua, & quæ tot ac tantis rationibus, & auctoritatibus hinc & inde corroboratur, nullum placulum admittet, qui pro hac, vel pro illa opinione pugnaverit, aut se utriusque pro-
2 blematicum assertorem obtulerit. Nam † prior Hostiensis, & sequacium, quæ absolutè infidelibus dominium, & jurisdictionem adimit, à sancta quoque Romana Ecclesia amplexatur, & ubi expedire videtur, practicari & exerceri solet, ut seriò affirmat D. Marta *in d. tract. de jurisdict.*
3 1. *part. cap.* 24. *in fine*, adjiciens, † quod non deberent Christiani Scriptores illam veneno affice-
4 re, † & quod contraria Innocentii rejecta jam est. Et idem testatur Petr. Malferit. apud Mandell. *dict. cons.* 769. *num.* 93. *lib.* 4. addens, eumdem Innocent. directo contrarium docuisse *in cap. licèt, de foro compet.* & quod illius opinio, & auctoritas *in d. cap. quod super*, Scripturæ, & Canonum, & gravissimorum Doctorum auctoritatibus est reprobata.

Cujus argumentis, si quis respondere voluerit; ad primum de juribus, & auctoribus, quibus probabimus, dominia rerum naturali jure indistinctè fidelibus, & infidelibus quæri, dicere possumus cum eodem Malferit. *num.* 95. & Marta *num.* 34. & *seqq.* id, † quoad dominationem unius homi-5 nis super alterum, locum non habere, cùm potiùs Natura initio omnes homines liberos procreaverit, *l. manumissiones, ff. de justitia & jure, cap. jus naturale*, 1. *distinct.* cum traditis à D. August. *lib.* 19. *de Civit. Dei, c.* 14. & D. Thom. 1. *part. quæst.* 69. *art.* 4. & à nobis *infrà lib.* 3. *cap.* 6. *ex num.* 1. Aut quod planius, plenìusque est, † ve- 6 rum quidem esse, dominium rerum, & jurisdictionis propter infidelitatem nequaquam excludi, posse tamen Romanum Pontificem, ex potestate sibi à *Christo* communicata, illud ab infidelibus ad fideles ex justa causa transferre, ubi Ecclesiæ convenire videbitur, & spolia impiorum piis applicare juxta text. *in d. cap. translato, de constit.* cum aliis *supra* pro confirmatione opinionis Hostiensis adductis.

Secundum autem, quo evicimus, dominia & imperia rerum, Regnorum, & provinciarum, non fundari præcise in gratia & caritate Dei, sed in libero arbitrio & ratione, ac proinde verum dominium etiam in peccatoribus, & infidelibus dari; eodem ferme modo dissolvi potest. Hoc enim non tollit, quin † summus Ecclesiæ Romanæ 7 Pontifex, justa causa interveniente, prædicta potestate uti valeat, ut infidelium Regna, & jurisdictiones ad *Christi* ovile transferendo, illisque rectorem assignando, qui Verbi Divini prædicatores defendat, & eosdem infideles ad bonos mores, Catholicam Fidem, & vitam æternam reducat. Caritas quippè, † qua proximos quos- 8
libet naturæ nostræ participes, atque etiam infideles, & Saracenos, sicut nos ipsos diligere debemus, de qua agitur *in cap. caritas, de pœnitent. distinct.* 2. & diximus *supra cap.* 9. *num.* 74. unicuique secundùm ejus conditionem est impendenda, ut ibidem testatur gloss. *verb. Participes*, & in terminis nostræ quæstionis observat Marta *d. cap.* 24. *num.* 32. subjiciens *In num.* 45. quòd oratio † sanctæ Matris Ecclesiæ, quam facit 9
contra infideles, & Saracenos, satis ostendit, penes ipsos justum & irrevocabile dominium non consistere; habet enim in hunc modum: *Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, & omnium jura Regnorum, respice in auxilium Christianorum, ut gentes Paganorum, quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur.* Et quod hæc sola oratio ad hoc probandum sufficeret, quia † Ecclesia errare non potest *capit.* 10
sanctæ Romanæ, 15. *distinct. & cap.* 1. §. *quibus* 19. *distinct.*

Tertiò verò argumento, ex locis sacræ Scripturæ deducto, quibus dominia, Regna, & Imperia non solum humano, verum & divino jure in peccatoribus, & infidelibus dari, & revereri, sive agnosci debere, probavimus, responderi potest, ea † solum dominia justa, & legitima 11
appellari posse, quæ sunt à Deo data, vel ab Ecclesia confirmata: illa verò Nabuchodonosoris, Cyri, & aliorum, de quibus in prædictis locis Scrip-

Scripturæ fit sermo, justa non fuisse, neque ex
12 divina voluntate concessa, sed † tantum in illis tyrannis, & iniquis usurpatoribus permissa, ut ex malis bonum aliquod eliceret, & supplicia,
13 quæ operari decreverat, his veluti flagellis imploreret. Est † enim Deus tam bonus, ut velit, tam potens ut possit, tam sapiens, ut sciat peccata hominum, quæ nec ipse fecit, ne fieri vult, in bonum convertere, & ad aliquid, quod facturus est, mirabiliter dirigere, vel ad suam misericordiam, & clementiam demonstrandam, vel ad rectitudinem & rigorem justitiæ suæ ostendendum, dum illa temporalibus, aut æternis suppliciis castigat, ut copiosè ostendit D. August. *lib.* 1. *de Civitate Dei, cap.* 8. 9. & 10. Euseb. *lib.* 3. *de præpar. Evang. c. ult.* Seneca *in l. cur bonis mala, & malis bona eveniat*, si est providentia? Pererius *l.* 4. *in Genes. to.....* q. 4. & Rutil. Benzon. *de anno Jubil. l.* 6. *pag.* 665.

14 Et ita videmus † ad pessimos interdum & crudelissimos tyrannos imperia transferri, non quod Deus illos eligat, sed quod in sui Numinis ultionem illorum electionem, & comminationem permittat, scelera sceleribus puniens, & atrocia delicta atrocibus pœnis etiam per manus suorum inimicorum rependens, ut plurious exemplis probatur *in cap. remittuntur* 23. *quæst.* 5. & in aliis locis congestis à Simon Majol. *in diebus Canic. tom.* 2. *colloq.* 2. *pag.* 109. & *tom.* 3. *colloq.* 2. *pag.* 371. & Fr. Joan. à Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 6. *cap.* 8.

Et hoc est, quod D. Hieronymus inquit *in*
15 † *cap. audaciet* 18. *q.* 1. judices nempè, & Principes iniquos non per Dei arbitrium dari, sed prout nostra merita deposcunt, ut in Saule contigit, qui secundum Archidiac. ibidem, fuit electus per extortam à Deo voluntatem, non spontaneam, ut probatur 1. *Reg. c.* 8. & idem traditur *in cap. ex merito* 6. *q.* 1. ibi: *Ex merito populi nonnunquam Episcopi depravantur, quatenus pro-*
16 *clivius cadant, qui sequuntur*, & † Job. c. 34. dum inquit: *Facit Deus regnare hypocritam propter protervitatem populi*, ubi subintelligitur, puniendam, vel vindicandam, ut advertit additio Hugonis & Laurent. *in d. cap. audaciet*, † & text.
17 juncta gloss. *in cap. his itaque 6. distinct.* quæ illa verba: *Unde in Genesi legitur, Nembroth. robustus venator coram Domino*, interpretatur, id est, *Hominum oppressor permittente Domino.*

Quod in nostris terminis observat Petr. Malferit. *dict. consil.* 769. *num.* 66. & 67. Marta *d. cap.* 24. *ex num.* 37. Marquar. de Susanis *in tract. de Judæis & infidel. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. & se-
18 *quent.* ubi latè † tradit causas, cur Deus imperia & victorias infidelium, & hæreticorum aliquando permittat; & tetigit Matienz. *in Dialog. Relator.* 3. *part. cap.* 6. *n.* 6. Petr. Mexia *in sylva, Relator.* 3. *part. cap.* 6. *n.* 6. Petr. Mexia *in sylva, 1. part. cap.* 34. Alphons. Guerrer. *in speculi Principum. 1. part. cap.* 34. Alphons. Guerrer. *in speculi Principum. cap.* 35. Menchac. *lib.* 1. *controvers. illustr. cap.* 21. *n.* 10. & *seqq.* Petr. Gregor. *de Repub. l.* 21. *cap.* 2. *n.* 228. *pag.* 238. Maluenda latè explicans illud Job *de c.* 34. *in tract. de Antichrist. lib.* 6. *cap.* 1. *pag.* 314. P. Pineda latissimè *in commentar. sup. Joan. cod. cap.* 34. Mader. *de excell. Monarch. Hisp. c.* 1. *fol.* 3. Torquemad. *in dict. Monarch. Ind. l.* 11. *cap.* 6. *pag.* 338. Garc. Mastrill. *de magistr. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 100. *pag.* 242.

Et pulchre præsensit D. August. *lib.* 19. *de Civit. Dei cap.* 14. sic legens, & exponens † illud Pro- 19
verb. *cap.* 8. *Per me Reges regnant, & tyranni per me tenent terram*, & Tertullian. *in lib. de exhortat. ad castitatem sub initium*, ubi sic † ait: *Nam* 20
si quædam videntur voluntatem Dei sapere, dum à Deo permittuntur, non statim omne quod permittitur, ex mera, & tota voluntate procedit ejus, qui permittit. Ex indulgentia est, quodcumque permittitur, quæ etsi sine voluntate non est, quia tamen aliquam habet causam in loco, cui indulgetur, quasi de invita venit voluntate, passa causam sui, quæ cogit voluntatem.

Aliud namque est † præcipere, aliud permit- 21
tere, & id, quod permittimus, non approbamus, *cap. nec mirum* 26. *quæst.* 5. *cap. hac ratione* 31. *quæst.* 1. cum traditis à Præposito *in cap. qui sincera, col. ult.* 45. *distinct.* Malferit. Guerrer. Menoch. & aliis *ubi sup.* & Illustrissim. Cardin. Bellarm. omnino videndus *lib.* 3. *de laicis cap.* 6. *per totum.*

Neque obstabit, si quis † loca D. Petri, & 22
Pauli in eodem tertio argumento relata, nobis objiciat, quibus, obediendum esse dominis, & Principibus, admonemur. Nam imprimis respondet Marta *ubi sup. num.* 38. & *sequentibus*, ibi de Ethnicis, & infidelibus non tractari. Et ut hoc excludamus ex rationibus & argumentis, quæ in contrarium perpendit Pater Suarez *in defens. Fidei lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 5. responderi etiam poterit, monitiones illas ad justum dominium in personis infidelium fundandum nequaquam sufficere, cum ab Apostolis traditæ fuerint pullulantis Ecclesiæ temporibus, quibus, verendum fuit, ne Gentibus scandalum præberetur, si suis bonis, aut servis spoliarentur, ut idem D. Petrus expressè subjungit. Quod non † excludit quin pos- 23
tea Ecclesia magis aucta, & extensa, aliud statuatur, & Romanus Pontifex, qui non solum Dei Vicarius dicitur, sed Deus vivens in terris secundum Joan. de Annania *in cap. quod olim de Judæis*, laudatum à Malferito *dict. cons.* 769. *n.* 51. & 52. ex facultate, quam sibi à Christo concessam esse retullimus, dominia, & imperia infidelium auferre, & ad fideles transferre possit. Omnia quippè † suis conveniunt temporibus, ut 24
eleganter probat D. August. *in cap. si Ecclesia* 23. *quæst.* 4. Malferit. *sup. n.* 79. Anastas. Germon. *lib.* 3. *de Sacr. immun. cap.* 13. *num.* 107. & *seqq.* Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 7. *pag.* 766. Corduba *in quæst. lib.* 1. *quæst.* 53. *dub.* 5. *pag.* 502. & 503. & Nos *infrà* latius trademus. Et Pontificis manus illis Pauli consiliis alligari non potuerunt; Papa † quippè major est admi- 25
nistratione Paulo *cap.* 1. *dist.* 20. *cap. sacrosanctæ dist.* 22. & contra Apostolum rectè dispensat in iis, quæ non concernunt Articulos Fidei, ut docet gloss. *in cap. sunt quidam* 25. *quæst.* 1. Hostiens. *in summ. tit. de bigamis, vers. Et an cum bigamo*, Præposit. *in cap. lector dist.* 33. Marta *ubi sup. num.* 40. & gloss. & cæteri Canonistæ *in cap. proposuit, de conces. prabend.*

Neque etiam obstabit ponderatio text. *in cap. remittuntur, vers. Per scientes* 23. *quæst.* 5. Nam 27
† licèt genitivus, & de quo ibi, plerumque dominium, & proprietatem significet, aliquando tamen, juxta subjectam materiam, solam admi-

nistrationem, possessionem, aut usumfructum, imò & violentam detentationem designat, ut *in cap. pro illorum glos. 2. de præbend. l. in venditionem, in princip. de reb. auctor. jud. possidend.* cum aliis, quæ congerit Malferit. *sup. num.* 100. Menoch. *de recuper. posses. rem. 1. n. 51.* & Card. Thusc. *conclus. 37. lit. G.*

Ad quartum argumentum constructum *ex l. Christianis 6. C. de Pagan.* & aliis juribus, & auctoritatibus, quibus Judæis, Paganis, & aliis infidelibus quietè degentibus nullam injuriam in personis vel bonis faciendam esse decernitur.

28 Responderi † potest cum eod. Malferit. *num.* 88. ea jura de Judæis dumtaxat, & Infidelibus agere, qui apud fideles existant, & commorantur, quos nostris monitionibus, & prædicationibus ad Fidem suscipiendam possumus exhortari. Quamobrem voluit Ecclesia ita blandè, & suaviter cum illis procedere, & inquantum fieri potest eos, eorumque ritus patmittere, ac tolerare, ut per hujusmodi consortium valeamus, eos Christo lucrifacere *cap. infideles 24. q. 4. & cap. ad mensam 1. q. 8.* Nostram autem quæstionem de illis infidelibus agere, qui non apud nos, sed in suis provinciis degunt, numero, & divitiis potentes: quos potest Ecclesia, ut sæpè diximus, si

29 opportunum esse censuerit, suis Regnis, & dominiis privare, cum † Christus B. Petro æternæ vitæ clavigero terreni simul, & cœlestis imperii jura concesserit. Ut expressè dicitur *in cap. 1. dist. 22.* & de ejus suprema potestate intelliguntur illa verba Jerem. 1. *Ecce constitui te super gentes & Regna, ut evellas, dissipes, ædifices, & plantes.* Secundùm explicationem, & applicatio-

30 nem, quam facit † text. *in cap. solitæ, de major. & obed.* & alia, quæ de potestate Romani Pontificis in concedendis Regnis temporalibus fidelium & infidelium alio loco trademus. Quibus

31 adjicit Marta *d. cap. 24. n. 55.* tolerantiam, † sive permissionem, quam Ecclesia in illis infidelibus facit, veluti à nolente procedere, quia malam voluntatem in totum cohibere non potest *dict. cap. hac ratione 31. quæst. 1.* quòd in dominio, imperio, & jurisdictione Istorum non semper tolerandum fuit, cùm sint eorum incapaces, & esset anima, ac longa tolerantia in præjudicium fidelium, ad quos ex præcepto Domini, Ecclesia jubente omnium Regnorum jura translata esse intulimus.

Ad quintum ex eo desumptum, quod Indi infideles, si ob solam infidelitatem Regnis, & dominiis suis spoliati possent sine culpa utique punirentur, respondet idem Malferit. *supr. n. 91.*

32 quòd licèt verum sit, † neminem regulariter sine culpa puniri, aut se sua privari debere, ut probant jura, & Doctores in argumento relati; multoties tamen contigit, ut quis privetur jure suo sine culpa sua, non tamen sine causa, ut notanter dicit glossa communiter recepta *in dict. cap. cognoscentes, de constit. & in cap. fin. schol. 2. de eo qui cognos. consang. uxor. sua.* Rebuf. *in dict. l. aliud est fraus, pag. 688.* & latè Petr. Pechius per text. ibi *in cap. sine culpa*, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus, *de reg. jur. in 6.* Quo fit, ut in quæstione proposita, securè & licitè dicta translatio fieri possit, cum tot causæ & ra-

33 tiones interveniant, ut supra tradidimus. Et † Christianæ Religionis favor & utilitas ad idem impellat, quæ causa omnium causarum appellari solet, & est res incomparabilis, & hominum vitæ, cæterisque rebus anteponenda, *l. si quis sepulchrum, l. sunt personæ, ff. de relig. & sumpt. funer. l. sancimus, C. de sacros. Eccles. cap. recipimus 12. q. 2.* ubi glos. *verb. Religionis, de dolo & contum.* cum latè traditis à Jas. *in l. 1. lect. 1. n. 18. C. de sacros. Eccles. & in auth. si qua mulier, n. 14. eod. tit.* Mar. Mantua *in Enchirid. cap. 242.* Marc. Ant. Marsil. *in tract. de Eccles. redit. orig. 3. p. c. 13. n. 23. & 65.* Beron. *q. 14. n. 2.* & Rebuff. *in concord. rub. de Regia ad præs. nomin. §. 1. glos. consanguinei in fin.* Præsertim, quia, si (ut supponimus) hæc ademptio: & translatio ex divina voluntate procedit, ubi per Pontifices declaratur, nihil est, de quo infideles querantur, aut se iosontes puniri causentur: † 34

cùm id, quod ex mera & absoluta alterius voluntate dependet, ex eadem tolli & adimi possit, *l. judicium solvitur 58. ff. de judiciis, l. 1. §. 2. l. & habet 15. ff. de precario, l. 21. tit. 4. part. 3.* cum aliis.

Si quis autem pro Innocentii sententia stare malit, quæ in infidelibus veram dominationem, & jurisdictionem agnoscit, † quam ego verio- 35

rem existimo, & frequentiori scribentium calculo receptam invenio. Ad Hostiensis, & sequacium argumenta ita satisfacere poterit. Ad primum, satis probabile esse, quod Episcopus Chiapensis advertit *in d. tract. comprobat. fol. 42. & 45.* Hostiensem † scilicet non generaliter de 36

omnibus infidelibus esse locutum, sed de Saracenis dumtaxat, qui Christianos infestant, & bona quæ quondam illorum fuerint, injustè detentant, in quibus diversa ratio, quàm in aliis infidelibus militat, ut infrà dicemus.

Et ut concedamus, illum indistinctè procedere, parum † tamen firmum, & securum esse 37

quod asserit de dominio, & translatione Sacerdotii & reliquis, quæ in Christo, & ejus Ecclesia, & Vicariis post adventum Christi considerat, ut ob hæc infideles suis bonis, & potestatibus à fidelibus spoliari possint, cum ea de spiritualibus tantùm intelligi debeant, ita ut jam extra Ecclesiam non sint Sacramenta, nec sacrificia: nec ulla via ad salutem, ut habetur *in cap. firmiter de sum. Trinit.* & in nostris terminis post alios observat Salon. *dict. tract. de domin. quæst. 2. art. 2.* Sayrus *in d. clavi Regia 2. part. lib. 9. cap. 4. in fine*, & latiùs disputabimus *infrà cap. 17.*

Et hoc est, † quod tradere voluit Isaias *in d.* 38

cap. 60. gentem, & Regnum, quod Christo non servierit, periturum, & reliqua loca, quæ ad Christi Domini potestatem asserendam adduximus: spiritualem namque dominationem & jurisdictionem respiciunt, ut prædicti Auctores defendunt, non verò temporalem, quam ante, & post adventum Christi, infidelibus sartam, & illibatam mansisse, tot utriusque testamenti, & juris locis probatum reliquimus. Quæ non † 39

ad solam Dei permissionem referenda sunt ut Marquard. Malferit. Marta, & alii opinamur: verum etiam expressam Dei concessionem, & approbationem ostendunt ut benè advertit Sayrus *ubi sup.* & Pat. Mag. Fr. Ant. Perez *in Lau-*

rea Salmant. certam. 5. exposit. cap. 2. pag. 269.

40 *n. 11.* Nam † & Jerem. *Ego*, inquit, *Dominus dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosori Regis Babylonis servi mei, insuper & bestias agri dedi ei, ut serviant illi & serviant ei omnes gentes.* Et Ezech. 29. de eodem loquens, ait: *Dedi terram Ægypti, pro eo quod laboravit mihi, ait Dominus Deus*, & Daniel. 2. *Tu es Rex Regum & Deus cœli dedit Regnum tibi*, & Sapient. 6. *A Domino data est potestas nobis, & tùm essetis ministri Regni illius, non rectè judicastis*, & Joan. 18. Dominus sermonem habens cum Pilato, qui impius, & infidelis erat, inquit: *Non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi datum esset desuper*, & Matth. 23. *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi; omnia ego quæcumque dixerint vobis, servate & facite, secundum opera verò eorum nolite facere.*

41 Verbum † autem *dare*, quod sæpè Scriptura in prædictis auctoritatibus repetit, plenam, & irrevocabilem dominii translationem significare solet, *l. ubi autem non apparet 75. §. fin. ff. de verbor. obligat.* ubi Jas. & alii, *num. 2. l. quod quis 49. ff. de condict. indeb. l. 1. ubi Cynus, & Salic. C. de fundo dotali*, cum aliis latè traditis ab Anton. Gomez *2. tom. variar. cap. 10. num. 22.* Joan. Gæd. *in tract. de contrab. stipul. cap. 9. concl. 4. ex n. 17.* & Card. Tusch. *pract. concl. jur. lit. D. concl. 17.*

42 Ad secundum verò respondetur, spolia † quæ Judæi fugientes ab Ægyptiis abstulerunt, non ob id à peccati, & injustitiæ labe defendi, quod Ægyptii infideles essent, sed quod expressum Dei mandatum præcessit, qui id facere præci-

43 piebat: † cujus auctoritas, ubi intervenit, omne vitium eluit, & omne crimen purgat, ut aliàs de præscriptione longissimi temporis dicitur *in l. sicut de præscript. 30. vel 40. ann. & in l. omnes, C. de quadriennii præscriptione, & de lege in l. Gracchus, C. ad L. Jul. de adult.* & in nostris terminis eleganter notavit D. August. relatus à Gratian. *in cap. Dominus noster 23. quæst. 2.* cum aliis, quæ adduximus *sup. cap. 2. ex n. 25.*

44 Presertim † cum illud præceptum eo magis rationi consonum videretur, quod Ægyptii Hebræos per tot annos durissima servitute compresserant, cujus vindicta majori quidem compensatione digna videri potuit, ut benè observat Abulensis *in quæst. supra Exod. c. 3. & 12.* & ante eum B. Irenæus *l. 4. c. 49.* Ubi vide adnotationem Fevardentii, qui similes allegat B. Augustin. Theodoreti, & Alcini Viennensis locos & elegantissimè Tertullian. *lib. 2. contra Marc. c. 20.* Ubi inquit, quod etsi solo injuriarum judicio Hebræi Ægyptios reconvenirent, & scapulas suas, flagellorum contumeliosâ atrocitate lacceratas, ostenderent, non paucis lancibus, & scyphis pauciorum utique divitum, sed totis, & ipsorum facultatibus, & popularium collationibus, eis satisfieri non posset. Et *lib. 4. adversus eumd. Marcionem c. 24.* eamdem sententiam non minùs eleganter reposuit, sic inquiens: *Christus dignos pronuntians mercede operarios, excusavit præceptum illud creatoris de vasis aureis, & argenteis Ægyptiorum auferendis, qui enim villas, & urbes operati fuerint Ægyptiis, digni utique operarii mercede, non ad fraudem sunt instructi, sed ad mercedis compensationem, quam aliàs à dominatoribus exigere non poterant.*

Et eodem exemplo ac ratione defenduntur etiam † Christiani, qui Saracenos, à quibus 45

injuste capti sunt, evadentes, non solùm proprio ipsorum servitio, sed bonis, quibus possunt, spoliant, & secum in provincias Christianorum adsportant, ut contra Anchatr. *in c. peccatum, de regulis juris in 6.* tradit gloss. & Doct. *in cap. jus gent. 1. d.* Innoc. *in cap. olim el. 1. de restitutione spoliatorum*, communis apud Martam *d. cap. 24. ex num. 46.* P. Sà *in summa, verb. Bellum, n. 1.* Pat. Molina *de justitia & jure, tract. 2. disp. 37. in princip.* & novissimè Anton. Naldus *in pract. quæst. verb. Christianus, verb. Infidelis, & verb. Servus.*

Cùm solutione pariter respondere possumus ad auctoritatem D. Augustini † *in dict. cap. si de* 46

rebus. Apparet namque de hæreticis agere, qui Catholicis ipso jure subduntur, † ab eisque pu- 47

niri, coerceri, & bonis omnibus spoliari possunt, quousque ad veram, & puram religionem redeant, à qua semel promissâ & professa, protervè, & injustè desciverant, ut docet D. Thom. *2. 2. quæst. 10. artic. 12.* Alphons. à Castro *de justa hæret. punit. c. 12. & 14. per tot.* Victor. *dict. relect. 1. de Indis, num. 8. & seq.* & Nos latiùs prosequimur *infrà cap. 19. ex num. 47.* & idem in reliquis infidelibus apostatis concludit glos. quam ibi sequitur Archidiac. *in sum. 23. quæst. 6.* dicens, quòd non sunt compellendi ad bonum non susceptum, sed ad bonum susceptum.

Et licèt † Scripturæ loca, à Divo August. in 48

suæ sententiæ comprobationem expensa, generaliùs loqui videantur, & omnes impios, & infideles indistinctè comprehendere, quibus Deus imperiorum, & bonorum translationem, & amissionem comminatur, intelligenda tamen sunt quoad bona spiritualia, non quoad temporalia, ut advertit Menchac. *d. cap. 21. num. 5.* vel meliùs, & elegantiùs ad punitionem Divinæ Majestaris referri debent, ut rectè notat Covarr. *in dict. reg. peccatum 2. part. §. 10. num. 2. vers. Non obstat primum, quæ* licèt † ob scelera, & 49

crimina infidelium ab eis tollere possit Principatus & Regna, ut multoties ablata, & de gente in gentem translata esse ostendimus *sup. cap. 2. ex n. 5.* Nos tamen ob id justè ejusmodi homines ob hanc solam infidelitatis causam punire, bellari, & deprædari non possumus, nec à peccato, & restituendi necessitate excusamur, interim dum illa divina voluntas sufficienter nobis revelata non fuerit, *ut sup. etiam cap. 6. ex n. 2.* cum eod. Covarr. & aliis animadvertimus.

Deinde tertio argumento fit satis, si consideremus, eam assertionem, quæ docet, omnia opera infidelium esse peccata etsi à multis recipiatur, quos ibi retulimus, magis tamen communiter à reliquis Theologis Scholasticis impugnari, 50

† quia multa præstare possunt, quæ in genere moris, & virtutis bona undecumque sint, ut decidit in Concilio Aransicano 2. circa finem, & post D. Thom. *2. 2. quæst. 10. art. 4.* probat Cajetan. & alii Scribentes Ibidem, *& in 1. Sentent. dist. 41.* Sotus *lib. 1. de natura & gratia cap. 19. 20. & 21.* Medin. *in 1. 2. quæst. 109. artic. 2.*

pag.

pag. 984. *vers. Ad* 5. *respondetur*, Aragon. *in* 2.2. *quæst.* 10. *art.* 10. *pag.* 310. *vers. His tamen non obstantibus*, & latiùs *art.* 4. *per totum*, Bellarm. *tom.* 3. *lib.* 5. *de gratia & liber. arbitr. cap.* 9. Bened. Peteir. *ad Roman.* 14. *disput.* 5. Valencia 3. *tom. disput.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 2. Vega *lib.* 6. *in Trident. cap.* 34. & 40. Navarr. *de finib. hum. act.* §. 2. *n.* 15. *pag.* 336. Covarr. loquens generaliter de operibus extra caritatem factis, *in cap. Alma mater* 1. *part.* 4. *num.* 7. Joan. Azor. *l.* 3. *instit. Moral*, *c.* 29. *quæst.* 6. & *l.* 4. *cap.* 25. *quæst.* 14. Pat. Gabr. Vazquez *sup.* 1. 2. *tom.* 1. *disput.* 191. *num.* 7. & *sequentibus*, P. Lorca *in* 2. 2. *sect.* 1. *disput.* 35. *per totam*, P. Ludov. Torres *de Fide, Spe, & Caritate disputat.* 50. *dub.* 3. *column.* 628. & *sequentib.* P. Suarez *in tractat. de Fide disput.* 17. *sect.* 3. *ex num.* 2. & eruditissimus P. Joann. Maldonat. *in commentar. sup. Matth. cap.* 7. *column.* 176. Ubi ait, meritò contrariam opinionem nuper esse damnatam † in Concil. Trident. *sess.* 6. *de justificat. c.* 7. Ubi ita cavetur, *Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante justificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vera esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare, anathema sit.* Et quod D. August. Gregor. Prosper. & alii in contrarium definire videntur, † dum in Ethnicis veras virtutes reperiri inficiantur, eò respicit secundùm auctores *supr.* relatos, quòd illas steriles judicabant, & absque cœlesti, & æterno præmio, & fructu, ac plerumque studio, & gratia humanæ laudis, honoris, vel gloriæ, & quia qui Fidem non habent, caritate quoque vacant, quæ sine fide in hac vita esse non potest. 51 52

Neque his adversatur † Apostolus ad Roman. 14. dum ait: *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Nam licèt aliqui ex sanctis Patribus, ut in argimento diximus, id de Fide, qua in Deum credimus, explicent, communior tamen sensus est, & Apostoli verbis conformior, ut fides ibi pro conscientia accipiatur, quasi Apostolus dicat, omne quod fit contra conscientiam, aliquid suadentem, esse peccatum, ut cum Orig. Chrysostom. Ambros. Theodor. Theophylact. OEcumen. Anselmo, & aliis resolvit Azorius *d. cap. 29. quæst.* 6. Mag. Lorca *dict. disput.* 35. Et in hunc sensum prædicta Pauli auctoritas sæpè à nostris Pontificibus allegatur † *in cap. omnes* 28. *quæst.* 1. *cap. quærat aliquis de pœnitent. distinct.* 3. *cap. per tuas* 2. *de simonia, cap. per literas, de restitut. spol. cap. quoniam* 9. & *cap. ult. de præscript.* cum aliis, quæ bene notat Didac. Covarr. *in Reg. possessor.* 2. *part.* §. 6. *num.* 1. *de reg. jur. in* 6. 53 54

Denique quarto argumento ex verbis D. Thom. deducto responderi potest cum Mag. Bañez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *in fine*, *col.* 536. Angelicum Doctorem intelligendum esse † de infidelibus, qui habent repugnantiam ad fidem; hi enim causa talis infidelitatis indigni sunt, ut fidelibus dominentur, eorumque dominio, & prælatione ab Ecclesia justis de causis privari, & spoliari possunt, maximè si infideles in terris fidelium degant, aut fidelium numerus augeri incipiat, illorumque conversio infidelium prælatio impedimento esse censeatur. Nefas quippe judicatum est, religiosa mancipia impiissimorum inquinari dominio, ut ait † *l. ult. ne Christian. mancip. in C. Theodos. l.* 1. & *per totum, C. eodem, cap. cum sit nimis, cap. multorum, cap. ad hæc, cap. nulli de Judæis, cap. mancipia* 54. *dist. cap. etsi, cap. præsenti, cap. multas, cap. Judæi* 17. *quæst.* 4. *l. fin. tit.* 21. *part.* 4. *l.* 13. *tit.* 9. *part.* 6. *l.* 10. *tit.* 24. *part.* 7. 55 56

Et quemadmodum potest Papa uxorem † conversam eximere à potestate viri pagani, juxta doctrinam D. Pauli 1. *ad Corinth.* 7. *cap. gaudemus de divortiis*, ita potest fideles baptizatos à jure, & obedientia infidelium, & paganorum Principum libertare, si Christianismum impediant, ut observant & resolvunt D. Thom. *in addition.* 459. DD. *in* 4. *distinct.* 39. Cajetan. 2. 2. *quæst.* 66. *artic.* 8. Bertachin. *in repertor. verb. Judæus*, *num.* 56. Gregor. de Valentia *tom.* 3. *quæst.* 10. *punct. fin.* Aragon. *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *conclus.* 1. *pag.* 310. Salon. *in* 2. 2. *tract. de dominio quæst.* 3. *artic.* 1. & Joan. Azor. *in summa lib.* 8. *cap.* 26. *vers. Duodecimo quæritur*, *colum.* 1278. Cardin. Bellarmin. *lib.* 5. *de Roman. Pontif. cap.* 7. Fr. Emman. Roderic. *in quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 32. *artic.* 4. & doctis. Pat. Suarez *in defens. Fidei, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 5. & *sequentibus*, & *cap.* 23. *num.* 22. *pag.* 349. & novissimè *in tractat. de Fide disput.* 18. *sect.* 5. *à n.* 6. Ubi etiam post D. Thom. & alios *supra* relatos ex eisdem principiis deducit, non licere fidelibus sibi de novo Regem infidelem creare. 57

His autem non intervenientibus verior, & communior sententia est, infideles † ob solam infideliratis causam non posse regulariter privari dominio, quod habent supra fideles, ut concludit D. Thom. Cajetan. Bañez, Aragon. & alii *ubi supra*. Sylvester *verbo Infidelitas*, *quæst.* 4. Driedon. *lib.* 3. *de liber. Christian. cap.* 9. *in fine*, Victor. *dict. relectione* 1. *de Indis num.* 6. & 7. Sot. *in* 4. *distinct.* 5. *quæst.* 1. *artic.* 10. *ad* 5. & *l.* 4. *de justitia & jure*, *quæst.* 2. *artic.* 2. Bellarmin. *tom.* 1. *controvers.* 3. *l.* 5. *cap.* 2. Salmeron. *Actor.* 13. *tract.* 37. & 38. Pat. Torres *de Fide, Spe, & Carit. disp.* 52. *dub.* 1. *colum.* 645. Anton. Per. *in dict. Laurea Salmant. certam.* 5. *exposit. cap. ult. pag.* 296. *n.* 61. latè & optimè Pat. Suarez *d. l.* 3. *c.* 3. *per totum*, & *d. sect.* 5. *n.* 3. & 4. ubi fundamenta hujus opinionis adducit, & P. M. Lorca *in* 2. 2. *quæst.* 10. *ex pag.* 235. Ubi admonet, quòd licèt verba † D. Thom. *in argum.* relata difficilia sint, nam Ecclesia non habet aliquam jurisdictionem supra infideles non subditos Christianis reducenda sunt ad bonum sensum, ut dicatur per ordinationem Ecclesiæ posse tolli jus dominii † indirectè, præcipiendo Christianis, ne infidelibus serviant, & hoc juste fieri; quia infideles propter infidelitatem occasionem præbent, ut juste fideles ab eorum dominio subtrahantur, quia inconveniens est, fideles infidelibus servire. Et hoc esse inquit, quod D. Thom. tradit: *Meritò infidelitatis merentur privari dominio super fideles.* 58 59 60

Et eamdem expositionem, licèt aliis verbis, præsensit Aragon. *d. quæst.* 10. *art.* 10. *in fin. vers. Ultima conclusio*, dicens, quod quia regulariter, & ut plurimùm fideles, servientes infidelibus, versantur in maximo periculo ammittendæ Fi-

Fidei; propterea Ecclesia, quæ respicit ea, quæ magis frequenter contingunt, sine alio majori examine potest condere legem, qua tales servi à servitute liberentur, cum possit, & debeat, ea omnia prævenire & disponere quæ conveniunt ad salutem spiritualem. Et idem in effectu concludit, & latiùs probat P. Suar. *in d. lib.* 3. *defens. cap.* 23. *num.* 21. & *dict. sect.* 5. *num.* 6. & *sequentibus.*

CAPUT XII.

De sexto titulo, qui ad eosdem Indos justè debellandos, & subigendos ab aliis frequenter adstruitur, quod plurima, fœdissimaque peccata contra legem naturæ committerent, tyrannidem exercerent, antropophagi essent, & idololatriæ, cruentisque hominum sacrificiis immanissimè dediti.

SUMMARIUM.

1 *Indi, & alii infideles an possint debellari ob tyrannidem, idololatriam, & peccata contra naturam.*
2 *Auctores plurimi recententur, qui generaliter affirmant, licitè debellari posse infideles non servantes legem naturæ.*
3 *Auctores plurimi recensentur, qui specialiter de Indis agentes, eos ob idololatriam, & crimina contra naturam debellari posse docuerunt.*
4 *Indorum omnium Principes, & Reguli tyranni erant & quomodo.*
5 *Reges Indorum, præsertim Peruani & Mexicani, quàm tyrannicè & crudeliter vassallos suos vexarent, & gubernarent.*
6 *Indi inter alia duristima, quæ à suis Regibus patiebantur, servilibus semper, & laboriosis operibus exerceri solebant, ne unquam requiescere possent.*
7 *Ædificiorum, & aliorum ingentium operum, quæ olim Indi fecerunt, hodie plura vestigia manent, quæ remissivè recententur.*
8 *Pyramides & Mausolea Ægyptiorum, & lateres à populo Israelitico facti, tyrannidem, & crudelitatem jubentium & eximium laborem ædificantium ostendant.*
9 *Tyrannorum vitia, & proprietates quæ.*
10 Lex 10. tit. 1. part. 2. *quæ apponit definitionem tyranni illustratur.*
11 *Principe rectus, & justus magis subditorum commodis, quam propriis studet, & qualiter à tyranno differat.*
Reges infideles ut plurimùm tyrannicè dominantur, ibidem.
12 *Tyrannis quam grave peccatum sit.*
13 *Tyranni cito pereunt, & regnorum brevi amissione & translatione puniantur.*
14 *Sapientiæ locus* cap. 16. vers. 10. *expenditur.*
15 Job verba cap. 15. vers. 10. *explicantur.*
16 Ecclesiastes capit. 8. vers. 9. *explicantur.*
17 Isaiæ locus cap. 15. vers. 4. *explicatur.*
18 *Potentia nulla scelere quæsita potest esse diuturna.*
19 *Tyranni pauci ricca morte pereunt, vel ad posteros suos Regna transmittunt* cum Juvenali, & Æliano.
20 *Indorum tyranni rarò in suis Imperiis contenuerunt.*
21 *Indi Peruani fassi sunt ob tyrannidem Atabualpæ se à Deo sub jugum Hispanorum missos.*
22 Viracochas *cur dicantur Hispani ab Indis Peruanis.*
23 *Indi omnes plurima, & fœdissima peccata contra legem naturalem committebant.*
24 *Auctores plures citantur, qui de vitiis Indorum latissimè tractant.*
25 *Motezuma, simul centum quinquaginta uxores ex se gravidas habuit.*
26 *Filios sexcentos ex se genuit quidam Rex Indus, alius* 650. *alius*, 325.
27 *Indorum præcipua vitia aliquibus Regiis tribadalis comprehenduntur.*
28 *Masculæ veneris usus apud omnes ferè Indos frequentabatur.*
29 *Indorum in templis asservabantur, qui præpostera libidine utebantur.*
30 *Indi adeò erant dediti sodomiæ, ut prædicone imaginem pro amuleto gestarent.*
31 *Sodomiæ peccatum quàm execrandum, & detestabile sit.*
32 *Sodomia antonomasticè appellatur peccatum contra naturam.*
33 *Sodomitarum quorumdam Indorum provinciæ Esquaragnæ notabilis punitio, & historia.*
34 *Indi omnes Occidentales, ut plurimùm antropophagi erant, etiam Mexicani, Brasilienses & Peruani,* num. 39.
35 *Caribales & Caribes Indi præ aliis, humanis carnibus vescebantur,* Et num. 38.
36 *Indus quidam Caribalis tercentum homines estiaverat.*
37 *Indi qualiter humanas carnes condirent & asservarent, & mirabantur, quod eis non vesceremur.*
38 *Caribales, & Caribes ferales modum superabant.*
39 *Vitio antropophagiæ Mexicani non vacabant, quamvis politiores.*
40 *Indi qualiter se erga socios, & egenos haberent.*
41 *Indi plurimi proprios filios, aut parentes epulantur.*
42 *Indi filios procreabant & incrassabant, ut postea illis vescerentur.*
43 *Antropophagiæ vitium monstrosum, & detestabile est.*
44 *Pythagoras non solum ab humanis, verùm ab aliorum animalium carnibus abstinendum esse docebat.*
45 *Carnibus quibuslibet vesci, magis ferarum, quam hominum esse dicebat* Pythagoras.
46 *Juvenalis & Ovidii loca expenduntur de esu carnium agentia.*
47 *Paul. Orosius explicatur, dum infamet etcat humanæ carnis esum appellat.*
48 *Humanis carnibus vesci Barbarum & Scythicum esse tradit* Strabo.
49 *Carnibus humanis obtidionum necessitate urgente plures gentes usæ sunt.*
50 *Carnium humanarum esum, nullius necessitatis prætextu excusari posse tradit* Valer. Maxim.
51 *Indos carnibus humanis vescentes Hispani occidere, & captivare solebant.*
52 *Elisabetha Regina Catholica Indis aliegui pissima, vehementer in illos exscandescebat, qui humanis carnibus vescebantur.*
53 *Ferdinandus Cortesius crudelissimus fuit in Indos, quos humanis carnibus vesci compescebat.*
54 *Sacrificia varia, & hominum mactationes horrendæ ab Indis exercebantur.*
55 *Auctores plurimi recensentur, qui agunt de cruentis sacrificiis Indorum.*
56 *Mexici plerumque mille homines singulis diebus immolabantur, & aliquando quinque mille, & quot annis plusquam septuaginta millia.*
57 *Carolinæ Insulæ Indi qualiter infantes suis Idolis sacrificarent.*
58 *Indorum omnium crudelissima, & cruentissima hominum, & infantium sacrificia ex relatione Pat. Acostæ.*
59 *Peruani Indi etiam post Incarum Imperium usebantur sacrificiis hominum, virginum & infantium, præsertim in Regum inauguratione, aut sepultura.*
60 *Uxores & famulos vivos simul cum defunctis Regulis sepelichant Peruani.*
61 *Schedula Regia ad literam recensetur, quæ vivos famulos, aut uxores cum mortuis Indis tumulari prohibet.*

62 Ho-

pag. 984. *vers. Ad* 5. *respondetur*, Aragon. *in* 2.2. *quæst.* 10. *art.* 10. *pag.* 310. *vers. His tamen non obstantibus*, & latiùs *art.* 4. *per totum*, Bellarm. *tom.* 3. *lib.* 5. *de gratia & liber. arbitr. cap.* 9. Bened. Peteir. *ad Roman.* 14. *disput.* 5. Valencia 3. *tom. disput.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 2. Vega *lib.* 6. *in Trident. cap.* 34. & 40. Navarr. *de finib. hum. act.* §. 2. *n.* 15. *pag.* 336. Covarr. loquens generaliter de operibus extra caritatem factis, *in cap. Alma mater* 1. *part.* 4. *num.* 7. Joan. Azor. *l.* 3. *instit. Moral*, *c.* 29. *quæst.* 6. & *l.* 4. *cap.* 25. *quæst.* 14. Pat. Gabr. Vazquez *sup.* 1. 2. *tom.* 1. *disput.* 191. *num.* 7. & *sequentibus*, P. Lorca *in* 2. 2. *sect.* 1. *disput.* 35. *per totam*, P. Ludov. Torres *de Fide, Spe, & Caritate disputat.* 50. *dub.* 3. *column.* 628. & *sequentib.* P. Suarez *in tractat. de Fide disput.* 17. *sect.* 3. *ex num.* 2. & eruditissimus P. Joann. Maldonat. *in commentar. sup. Matth. cap.* 7. *column.* 176. Ubi ait, meritò contrariam opinionem nuper esse damnatam † in Concil. Trident. *sess.* 6. *de justificat. c.* 7. Ubi ita cavetur, *Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante justificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vera esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare, anathema sit.* Et quod D. August. Gregor. Prosper. & alii in contrarium definire videntur, † dum in Ethnicis veras virtutes reperiri inficiantur, eò respicit secundùm auctores *supr.* relatos, quòd illas steriles judicabant, & absque cœlesti, & æterno præmio, & fructu, ac plerumque studio, & gratia humanæ laudis, honoris, vel gloriæ, & quia qui Fidem non habent, caritate quoque vacant, quæ sine fide in hac vita esse non potest. 51 52

Neque his adversatur † Apostolus ad Roman. 14. dum ait: *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Nam licèt aliqui ex sanctis Patribus, ut in argimento diximus, id de Fide, qua in Deum credimus, explicent, communior tamen sensus est, & Apostoli verbis conformior, ut fides ibi pro conscientia accipiatur, quasi Apostolus dicat, omne quod fit contra conscientiam, aliquid suadentem, esse peccatum, ut cum Orig. Chrysostom. Ambros. Theodor. Theophylact. OEcumen. Anselmo, & aliis resolvit Azorius *d. cap. 29. quæst.* 6. Mag. Lorca *dict. disput.* 35. Et in hunc sensum prædicta Pauli auctoritas sæpè à nostris Pontificibus allegatur † *in cap. omnes* 28. *quæst.* 1. *cap. quærat aliquis de pœnitent. distinct.* 3. *cap. per tuas* 2. *de simonia, cap. per literas, de restitut. spol. cap. quoniam* 9. & *cap. ult. de præscript.* cum aliis, quæ bene notat Didac. Covarr. *in Reg. possessor.* 2. *part.* §. 6. *num.* 1. *de reg. jur. in* 6. 53 54

Denique quarto argumento ex verbis D. Thom. deducto responderi potest cum Mag. Bañez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *in fine*, *col.* 536. Angelicum Doctorem intelligendum esse † de infidelibus, qui habent repugnantiam ad fidem; hi enim causa talis infidelitatis indigni sunt, ut fidelibus dominentur, eorumque dominio, & prælatione ab Ecclesia justis de causis privari, & spoliari possunt, maximè si infideles in terris fidelium degant, aut fidelium numerus augeri incipiat, illorumque conversio infidelium prælatio impedimento esse censeatur. Nefas quippe judicatum est, religiosa mancipia impiissimorum inquinari dominio, ut ait † *l. ult. ne Christian. mancip. in C. Theodos. l.* 1. & *per totum, C. eodem, cap. cum sit nimis, cap. multorum, cap. ad hæc, cap. nulli de Judæis, cap. mancipia* 54. *dist. cap. etsi, cap. præsenti, cap. multas, cap. Judæi* 17. *quæst.* 4. *l. fin. tit.* 21. *part.* 4. *l.* 13. *tit.* 9. *part.* 6. *l.* 10. *tit.* 24. *part.* 7. 55 56

Et quemadmodum potest Papa uxorem † conversam eximere à potestate viri pagani, juxta doctrinam D. Pauli 1. *ad Corinth.* 7. *cap. gaudemus de divortiis*, ita potest fideles baptizatos à jure, & obedientia infidelium, & paganorum Principum libertare, si Christianismum impediant, ut observant & resolvunt D. Thom. *in addition.* 459. DD. *in* 4. *distinct.* 39. Cajetan. 2. 2. *quæst.* 66. *artic.* 8. Bertachin. *in repertor. verb. Judæus*, *num.* 56. Gregor. de Valentia *tom.* 3. *quæst.* 10. *punct. fin.* Aragon. *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *conclus.* 1. *pag.* 310. Salon. *in* 2. 2. *tract. de dominio quæst.* 3. *artic.* 1. & Joan. Azor. *in summa lib.* 8. *cap.* 26. *vers. Duodecimo quæritur*, *colum.* 1278. Cardin. Bellarmin. *lib.* 5. *de Roman. Pontif. cap.* 7. Fr. Emman. Roderic. *in quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 32. *artic.* 4. & doctis. Pat. Suarez *in defens. Fidei, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 5. & *sequentibus*, & *cap.* 23. *num.* 22. *pag.* 349. & novissimè *in tractat. de Fide disput.* 18. *sect.* 5. *à n.* 6. Ubi etiam post D. Thom. & alios *supra* relatos ex eisdem principiis deducit, non licere fidelibus sibi de novo Regem infidelem creare. 57

His autem non intervenientibus verior, & communior sententia est, infideles † ob solam infideliratis causam non posse regulariter privari dominio, quod habent supra fideles, ut concludit D. Thom. Cajetan. Bañez, Aragon. & alii *ubi supra*. Sylvester *verbo Infidelitas*, *quæst.* 4. Driedon. *lib.* 3. *de liber. Christian. cap.* 9. *in fine*, Victor. *dict. relectione* 1. *de Indis num.* 6. & 7. Sot. *in* 4. *distinct.* 5. *quæst.* 1. *artic.* 10. *ad* 5. & *l.* 4. *de justitia & jure*, *quæst.* 2. *artic.* 2. Bellarmin. *tom.* 1. *controvers.* 3. *l.* 5. *cap.* 2. Salmeron. *Actor.* 13. *tract.* 37. & 38. Pat. Torres *de Fide, Spe, & Carit. disp.* 52. *dub.* 1. *colum.* 645. Anton. Per. *in dict. Laurea Salmant. certam.* 5. *exposit. cap. ult. pag.* 296. *n.* 61. latè & optimè Pat. Suarez *d. l.* 3. *c.* 3. *per totum*, & *d. sect.* 5. *n.* 3. & 4. ubi fundamenta hujus opinionis adducit, & P. M. Lorca *in* 2. 2. *quæst.* 10. *ex pag.* 235. Ubi admonet, quòd licèt verba † D. Thom. *in argum.* relata difficilia sint, nam Ecclesia non habet aliquam jurisdictionem supra infideles non subditos Christianis reducenda sunt ad bonum sensum, ut dicatur per ordinationem Ecclesiæ posse tolli jus dominii † indirectè, præcipiendo Christianis, ne infidelibus serviant, & hoc juste fieri; quia infideles propter infidelitatem occasionem præbent, ut juste fideles ab eorum dominio subtrahantur, quia inconveniens est, fideles infidelibus servire. Et hoc esse inquit, quod D. Thom. tradit: *Meritò infidelitatis merentur privari dominio super fideles.* 58 59 60

Et eamdem expositionem, licèt aliis verbis, præsensit Aragon. *d. quæst.* 10. *art.* 10. *in fin. vers. Ultima conclusio*, dicens, quod quia regulariter, & ut plurimùm fideles, servientes infidelibus, versantur in maximo periculo ammittendæ Fi-

Fidei; propterea Ecclesia, quæ respicit ea, quæ magis frequenter contingunt, sine alio majori examine potest condere legem, qua tales servi à servitute liberentur, cum possit, & debeat, ea omnia prævenire & disponere quæ conveniunt ad salutem spiritualem. Et idem in effectu concludit, & latiùs probat P. Suar. *in d. lib.* 3. *defens. cap.* 23. *num.* 21. & *dict. sect.* 5. *num.* 6. & *sequentibus.*

CAPUT XII.

De sexto titulo, qui ad eosdem Indos justè debellandos, & subigendos ab aliis frequenter adstruitur, quod plurima, fœdissimaque peccata contra legem naturæ committerent, tyrannidem exercerent, antropophagi essent, & idololatriæ, cruentisque hominum sacrificiis immanissimè dediti.

SUMMARIUM.

1 *Indi, & alii infideles an possint debellari ob tyrannidem, idololatriam, & peccata contra naturam.*
2 *Auctores plurimi recententur, qui generaliter affirmant, licitè debellari posse infideles non servantes legem naturæ.*
3 *Auctores plurimi recensentur, qui specialiter de Indis agentes, eos ob idololatriam, & crimina contra naturam debellari posse docuerunt.*
4 *Indorum omnium Principes, & Reguli tyranni erant & quomodo.*
5 *Reges Indorum, præsertim Peruani & Mexicani, quàm tyrannicè & crudeliter vassallos suos vexarent, & gubernarent.*
6 *Indi inter alia duristima, quæ à suis Regibus patiebantur, servilibus semper, & laboriosis operibus exerceri solebant, ne unquam requiescere possent.*
7 *Ædificiorum, & aliorum ingentium operum, quæ olim Indi fecerunt, hodie plura vestigia manent, quæ remissivè recententur.*
8 *Pyramides & Mausolea Ægyptiorum, & lateres à populo Israelitico facti, tyrannidem, & crudelitatem jubentium & eximium laborem ædificantium ostendant.*
9 *Tyrannorum vitia, & proprietates quæ.*
10 Lex 10. tit. 1. part. 2. *quæ apponit definitionem tyranni illustratur.*
11 *Principe rectus, & justus magis subditorum commodis, quam propriis studet, & qualiter à tyranno differat.*
Reges infideles ut plurimùm tyrannicè dominantur, ibidem.
12 *Tyrannis quam grave peccatum sit.*
13 *Tyranni cito pereunt, & regnorum brevi amissione & translatione puniantur.*
14 *Sapientiæ locus* cap. 16. vers. 10. *expenditur.*
15 Job verba cap. 15. vers. 10. *explicantur.*
16 Ecclesiastes capit. 8. vers. 9. *explicantur.*
17 Isaiæ locus cap. 15. vers. 4. *explicatur.*
18 *Potentia nulla scelere quæsita potest esse diuturna.*
19 *Tyranni pauci ricca morte pereunt, vel ad posteros suos Regna transmittunt* cum Juvenali, & Æliano.
20 *Indorum tyranni rarò in suis Imperiis contenuerunt.*
21 *Indi Peruani fassi sunt ob tyrannidem Atabualpæ se à Deo sub jugum Hispanorum missos.*
22 Viracochas *cur dicantur Hispani ab Indis Peruanis.*
23 *Indi omnes plurima, & fœdissima peccata contra legem naturalem committebant.*
24 *Auctores plures citantur, qui de vitiis Indorum latissimè tractant.*
25 *Motezuma, simul centum quinquaginta uxores ex se gravidas habuit.*
26 *Filios sexcentos ex se genuit quidam Rex Indus, alius* 650. *alius*, 325.
27 *Indorum præcipua vitia aliquibus Regiis tribadalis comprehenduntur.*
28 *Masculæ veneris usus apud omnes ferè Indos frequentabatur.*
29 *Indorum in templis asservabantur, qui præpostera libidine utebantur.*
30 *Indi adeò erant dediti sodomiæ, ut prædicone imaginem pro amuleto gestarent.*
31 *Sodomiæ peccatum quàm execrandum, & detestabile sit.*
32 *Sodomia antonomasticè appellatur peccatum contra naturam.*
33 *Sodomitarum quorumdam Indorum provinciæ Esquaragnæ notabilis punitio, & historia.*
34 *Indi omnes Occidentales, ut plurimùm antropophagi erant, etiam Mexicani, Brasilienses & Peruani,* num. 39.
35 *Caribales & Caribes Indi præ aliis, humanis carnibus vescebantur,* Et num. 38.
36 *Indus quidam Caribalis tercentum homines estiaverat.*
37 *Indi qualiter humanas carnes condirent & asservarent, & mirabantur, quod eis non vesceremur.*
38 *Caribales, & Caribes ferales modum superabant.*
39 *Vitio antropophagiæ Mexicani non vacabant, quamvis politiores.*
40 *Indi qualiter se erga socios, & egenos haberent.*
41 *Indi plurimi proprios filios, aut parentes epulantur.*
42 *Indi filios procreabant & incrassabant, ut postea illis vescerentur.*
43 *Antropophagiæ vitium monstrosum, & detestabile est.*
44 *Pythagoras non solum ab humanis, verùm ab aliorum animalium carnibus abstinendum esse docebat.*
45 *Carnibus quibuslibet vesci, magis ferarum, quam hominum esse dicebat* Pythagoras.
46 *Juvenalis & Ovidii loca expenduntur de esu carnium agentia.*
47 *Paul. Orosius explicatur, dum infamet etcat humanæ carnis esum appellat.*
48 *Humanis carnibus vesci Barbarum & Scythicum esse tradit* Strabo.
49 *Carnibus humanis obtidionum necessitate urgente plures gentes usæ sunt.*
50 *Carnium humanarum esum, nullius necessitatis prætextu excusari posse tradit* Valer. Maxim.
51 *Indos carnibus humanis vescentes Hispani occidere, & captivare solebant.*
52 *Elisabetha Regina Catholica Indis aliegui pissima, vehementer in illos exscandescebat, qui humanis carnibus vescebantur.*
53 *Ferdinandus Cortesius crudelissimus fuit in Indos, quos humanis carnibus vesci compescebat.*
54 *Sacrificia varia, & hominum mactationes horrendæ ab Indis exercebantur.*
55 *Auctores plurimi recensentur, qui agunt de cruentis sacrificiis Indorum.*
56 *Mexici plerumque mille homines singulis diebus immolabantur, & aliquando quinque mille, & quot annis plusquam septuaginta millia.*
57 *Carolinæ Insulæ Indi qualiter infantes suis Idolis sacrificarent.*
58 *Indorum omnium crudelissima, & cruentissima hominum, & infantium sacrificia ex relatione Pat. Acostæ.*
59 *Peruani Indi etiam post Incarum Imperium usebantur sacrificiis hominum, virginum & infantium, præsertim in Regum inauguratione, aut sepultura.*
60 *Uxores & famulos vivos simul cum defunctis Regulis sepelichant Peruani.*
61 *Schedula Regia ad literam recensetur, quæ vivos famulos, aut uxores cum mortuis Indis tumulari prohibet.*

62 Ho-

62 *Hominum immolatio præceptis legis naturalis repugnat.*
63 *Sacrificia hominum non Christianis tantùm, verùm & Ethnicis execrabilia videbantur.*
64 *Senatusconsulta laudatur, quo hominum immolationes à Romanis prohibitæ sunt.*
65 *Busiridis infamis habitus, & graviter ab Hercule punitus dicitur, quòd hospites Jovi immolaret.*
66 *Illaudatus & meritis dignus, cur dicatur* Busiris apud Virgilium & Statium.
67 *Busiridis ara, quas hospitibus paravit, mactatus fuit,* ex Claudiano.
68 *Busiridis adagium quid significet.*
69 *Imilcis uxor Annibalis qualiter quæratur de sacrificio filii sui,* apud Sil. Italicum.
70 *Quintiliani elegans locus expenditur in detestationem humanorum sacrificiorum.*
71 *Deus non lætatur, sed potius offenditur humanis victimis, & quibus gaudeat,* ex D. Clem. & Catone.
72 *Catonis dicta, quæ circumferuntur, cujus fuerint.*
73 *Arnobius graviter, & meritò exardet in eos, qui homines immolant, & ex iis cibos capiunt.*
74 *Indorum sacrificia eò crudeliora erant, quòd etiam virgines, & infantes filios immolabant.*
75 *Filios proprios idolis sacrificare semper Deo infestissimum fuit, & pluribus locis sacræ Scripturæ prohibitum.*
76 *Sapientiæ locus* capit. 12. vers. 5. & 6. *expenditur, & exponitur.*
77 *Animæ inauxiliatæ in sacra Pagina, cur dicantur filii à parentibus immolati.*
78 *Belluæ pro catulis suis defendendis usque ad mortem pugnant.*
79 *Judæi quibus exemplis filiorum immolationes defendebant.*
80 *Abraham dum Isaac filium sacrificare voluit, qualiter excutetur.*
81 *Jephte factum dum propriam filiam ex voto immolavit, an & qualiter à peccato excusetur.*
82 *Saturni in memoriam Gentiles filios suos immolare solebant, id tamen varié punitum fuit.*
83 *Gelo Siciliæ tyrannus sub comminatione belli Carthaginensibus hominum sacrificia interdixit.*
84 Sacrilegium *magis quàm* sacrum *appellat Curtius puerorum immolationes.*
85 *Tiberius in Africa graviter punivit sacerdotes Saturni, qui ei infantes immolabant.*
86 *Tertullian. & Lactan. graviter dolebant suo tempore sacrificia infantium durare.*
87 Lex si quis necandi penul. C. ad leg. Cornel. de sicar. *exponitur ex mente Rævar. contra Cujac.*
88 *Infans homo est, & ejus occisio lege Cornelia vindicatur. Abortum qui violenter facit, lege Cornelia punitur* ibid.
89 *Piaculi nomen variè sumitur, sed propriùs refertur ad infantum crudelissima sacrificia.*
90 *Piacularis, piatrix, vel expiatrix hostia quæ esset.*
91 *Infantes ante septimum diem necari solebant, & cur eo tempore baptizari, & nomina sumere cœperint.*
92 *Cataphrigarum hæreticorum Eucharistia ex farina infantum sanguine mista conficiebatur.*
93 *Infanticidia cur olim Christianis impicta.*
94 *Indi jam ferre non valebant cruenta sacrificia, quæ à suis Regibus, & sacerdotibus patrio more fiebant, & ideò Fidem nostram facilius receperunt.*
95 *Hispani vehementer commoti sunt, ubi crudelia Indorum sacrificia conspexerunt.*
96 *Indi cujusdam immolati mirabilis casus.*
97 *Animalia in sacrificiis interfecta extracto jam corde, mugire, & respirare contigit.*
98 *Angelus apparuit Indo sacrificando.*
99 *Victimas humanas Mexicanorum Deo odiosas esse, & brevi detiturat, ingenti miraculo ostentum fuit.*
100 *Ferdin. Cortezius natus fuit eodem anno & die, quo Mexici plusquam octuaginta hominum millia immolata fuerunt.*
101 *Indi omnes Occidentales summoperè idololatriæ dediti erant.*
102 *Indi non Solem tantum, & Stellas, sed vilissima quæque, & spurcissima animalia, & dæmonem, sub variis & horrendis formis sibi apparentem adorabant.*
103 *Auctores plures citantur, qui agunt de variis idolis Indorum.*
104 *Mexici duo idolorum millia colebantur.*
105 *Sacerdotes Indorum quatter olim jejunabant, & suis idolis sacrificabant.*
106 *Dæmon Indos excæcabat, & divinos honores, & ritus æmulabatur.*
107 Crocoton *dæmon se mulieribus in Hispaniola mircebat, & ex eo nati bicornes erant.*
108 *Idololatriæ vanitas hebetudinem ingenii demonstrat.*
109 *Idololatriæ scelus semper Deo valdè infensum, & multis suppliciis punitum fuit, & plurima alia de ejus nomine differentiis & effectibus remissivè.*
110 *Idololatriæ ad flagitium obstupescunt oculi, & portæ ejus devolantur.*
111 *Auctores innumeri adducuntur, qui idololatriæ crimen exaggerant.*
112 *Simulacrorum cultus extrema impietas & stultitia omnibus major appellatur.*
113 *Idololatra omnis hæreticus est censendus.*
114 *Idololatriæ crimen ignorantia non excusatur.*
115 *Idolum unde dictum.*
116 *Idololatria continet odium Dei, & blasphemiam, & est gravior infidelitate.*
117 *Antichristus Idola auferet.*
118 *Idololatria semel extincta, an iterum sit sub finem mundi rediturа.*
119 *Idololatria appellatur à Job* iniquitas maxima, *& de aliis variis nominibus quibus in eam invehitur sacra Pagina.*
120 *Carmina Sibyllæ, & Sedulii Paschalis in detestationem idololatriæ.*
121 *Deus semper occasiones idololatriæ vitare curavit.*
122 *Serpentem æneum à Moyse in deserto levatum, cur contriverit Ezechias.*
123 *Moysi cur denegatum in terram Promissionis ingredi, & cur ejus sepulchrum occultum esse Deus voluerit.*
124 *Terram, & alia elementa cur post diluvium Deus minus perfecta reliquerit.*

PErgamus verò ulterius, & instituti nostri rationem prosequentes sedulò disquiramus, an Indis, de quibus agimus, bellum justius inferri potuerit? quòd non solùm Barbari, & infideles simpliciter essent, ut in superioribus capitibus demonstravimus, † sed eorum Principes impiè, & tyrannicè dominarentur, & universi ut plurimum Indorum populi ferissimis, & fœdissimis moribus contra naturæ legem inultifariam peccarent, humanis carnibus vescerentur, & quod pejus est, execrabili idololatriæ cultui mirum in modum dediti, falsis & portentosis simulacris, quæ sibi adoranda dæmonis suasione confinxerant, crudelissimis, & infandis hominum sacrificiis, & variis aliis ritibus litare, & immolare solerent.

Et plane has † causas, non pias tantum, sed omninò justas, & legitimas esse, ut infideles bello infestari, & suarum rerum, & provinciarum dominio, & jurisdictione privari possint, maximè si ad id Summi Pontificis auctoritas interveniat intrepidè affirmavit Innocent. *in c. quod super de voto, n. 4. & 9.* quem ibidem sequuntur Hostiens. Petr. de Ancharran. & Abb. Panormitan. idem Ancharran. & Henric. de Boich. *in cap. gaudemus, de divortiis*, Joan. Andr. *in reg. peccatum, de regulis juris lib.6.* Bartol. *in extravagant.*

gant. ad reprimendum Catdin, Zavarela *in Clement. 1. de testibus num. 6.* glos. *in extravagant. si fructum, ne sede vacant.* Ancharran. *consil. 15.* Calderin. *consil. 2. sub tit. de Judæis*, August. de Ancona, & Florentin. *in sum. 2. p. tit. 12. c. 3. §. 1. & 3. p. tit. 22. c. 5. §. 8.* Sylvest. *verb. Judeus, n. 4. verb. Infidelitas, q. 8. & 9. & verb. Papa q. 7. sum.* Armilla *in eod. verb. Infidelitas, summ.* Tabien. *verb. Inquisitor, num. 32. & 33.* Locat. *in judicial. Inquisit. verb. Invocare à n. 2.* Marquard. *in tract. de Judæ. & Infidel. 1. part. cap. 14.* Albertin. *in rub. de hæretic. q. 8.* Brun. *in eod. tract. c. 2.* & Zanchin. & ejus additionator Campegius *capit. 36.* Joan. de Lignano *in tract. de bello cap. 9.* Alvar. Pelag. *de planct. Eccles. lib. 1. art. 37. colum. 5.* Joan. Major. *in 2. Sentent. distinct. 44. quæst. 3. & in 4. distinct. 15. quæst. 20.* Gabr. *in 4. distinct. 15. q. 4. art. 1.* Cajet. *2. 2. q. artic. 8. & 9.* Nicol. de Lyra *sup. Num. cap. 31.* Abulens. *ibidem, q. 6.* Turrecremat. *de potest. Eccles. lib. 2. cap. 114.* Holcoth. *in Sapient. lect. 65.* Honcal. *in peculiari hujus argumenti tract.* Petr. Bellug. *in Specul. Princip. rub. 39. §. novissimè, n. 1.* Director. Inquisit. Elineric. *2. p. q. 46.* ubi Francisc. Peña *in comment. 71.* idem Repert. *verb. Judæus, §. item quod Judæi*, Rojas *de hæreticis, 1. p. num. 557. & singul. 211. num. 1.* Simanc. *in Cathol. institut. tit. 35. num. 10. & 11. & in Enchirid. tit. 17. n. 2.* Paramus obiter rem attingens, & solum Sylvestr. allegans *de orig. Inquisit. lib. 3. q. 1. opin. 4. num. 144.* & D. Garc. Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 9. num. 10.*

3 Et in specie & quæstione † istorum Indorum Occidentalium eamdem doctrinam expressè defendunt, & copiosè illustrant Gines. Sepulveda *in Apolog. ad Episcop. Segovien. & in responsione ad objection. Episcopi de Chiapa*, ferè per totum, Joan. Major. *d. q. 20.* Lucas de Penna *in l. unica, C. ut armor. usus lib. 11. colum. 4. vers. Prima est, & vers. Tertiadecima, & col. 6. in prine.* Ubi quæstionem movens, utrum Indi, qui in Occidente Regna, & terras non ab Imperatore habere reperti sunt, eas licitè, an illicitè possideant? & justè ob prædicta peccata puniantur? & quid supra illos Roman. Pontifex discernere possit? se remittit ad sententiam Innocenti *in dict. cap.* quod super, & inter alia resolvit, tyrannidem præsidentium, justam bellandi causam præstare, argum. eorum, quæ habentur 1. Machab. & apud Polieraticum de Curialium nugis, *lib. 3. cap. ultim.*

Doctissimus etiam Alphonsus à Castro *lib. 2. de justa hæretic. punitione cap. 14. fol. 127.* post longam disputationem concludit, justum esse bellum, & divini testimonii auctoritatibus niti, quod Catholici Hispaniarum Reges contra Barbaras gentes & Idololatras, quæ Deum ignorabant, versus Occidentem & Austrum inventas, ante aliquot annos gesserunt, & nunc etiam gerunt, ob tolleadam idololatriam, & alia crimina contra legem naturæ, dummodo prius blandè moneantur, ut falsorum Deorum cultum relinquant, & ab illis delictis abstineant.

Idem non minus apertè docet Marquard. *dict. cap. 14.* Ubi absque aliqua difficultate resolvit, quod etsi concederemus, bellum infidelibus indici non posse ob solam infidelitatem, secus ta-

men esset, si etiam legem naturæ non servarent, & idola colerent peccando contra legem naturalem, contemnendo verum Deum, & immolando innocentes, & hac ratione Bullam Alex. VI. defendit, & concessionem ac debellationem Novi Orbis ejus virtute Hispaniæ Regibus factam.

Idem tradit, & latiùs prosequitur Petr. Malferit. apud Mandellum *dict. consil. 769. ex n. 70. lib. 4.* Ubi refert aliqua scelera, quæ ab Indis ferino more, & contra legem, & rationem naturalem perpetrabantur, & concludit, ad ea punienda, & extirpanda, non solum potuisse, sed debuisse à Romano Pontif. & nostris piissimis Regibus illis bellum indici.

Insignis etiam noster Senator Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 23. part. 2.* glossa mag. *col. 16.* ejus glos. *vers. Ego vero submittens me*, usque ad finem, eamdem sententiam contra Victoriam multis argumentis defendit, & ait, communiter esse receptam à Doctoribus Canonistis & Legistis, & placere etiam multis Theologis, neque videri ab ea recedendum, cùm non habeat contra se aliquam sacræ Paginæ auctoritatem, ex qua convincatur.

Hoc etiam probant absque aliqua hæsitatione Alphons. Guerrer. *in Specul. Princip. in c. 11.* & Franc. Varg. *in tract. de Episcop. jurisdict. confirm. 10.* non solùm excusantes, verùm eximiè quoque laudantes Reges Catholicos, quod Barbaros Indos, contra tot naturæ præcepta peccantes, & idolorum cultui ita pertinaciter deditos, ad meliorem vitæ, & religionis formam abduxerint.

Extat quoque de eodem articulo optima disputatio apud Fr. Anton. à Corduba *in quæstionario, q. 57. dub. 3. per totum*, ubi utriusque partis argumenta recenset. Quibus subscribens D. Marta *in tract. de jurisdict. 1. part. cap. 24. num. 28. 29. 30. & 32.* mordicus defendit, posse Romanum Pontificem istorum infidelium Indorum Regna, dominia & jurisdictiones ab eis auferre, & alicui Principi Christiano concedere, prout Alexand. VI. insulas Occidentales mundi Novi Regibus nostris concessit, ob id, quod illi idololatræ essent, & contra naturæ legem peccarent, quæ qui puniunt, Deo servire dicuntur *cap. fin. 23. q. 5.*

Et in hac eadem sententia, licèt sub quadam distinctione, residere videtur P. Joan. Azorius *1. tom. instit. Moral. lib. 8. c. 24.* quem refert & sequitur Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib. 5. part. 1. dub. 4. pag. 207.* Plura item circa eumdem articulum congessit magis quàm digessit Hieron. Cevallos *lib. 4. pract. commun. quæst. fin. comm. 229. usque ad 324.* Ubi licet de aliis titulis dubiter, hunc tamen vitandorum criminum contra naturam, & idololatriæ extirpandæ, sufficientissimum putat ad Indos, de quibus loquimur, & alios quosliber infideles debellandos, si licentia & auctoritas Pontif. Maxim. ad id concurrat. Et novissimè P. Mag. Fr. Petr. de Lorca *in 2. 2. rect. 3. disp. 52. n. 2. pag. 968.* Ubi causas justi belli recensens, inter eas ponit innocentium defensionem & liberationem, & in nostris Indis exemplum adducit, sic inquiens: *Et ex hoc capite potuit esse bellum justum contra Indos*

Barbaros, apud quos frequenter in usu erant cædes hominum innocentium ad sacrificia, & ad vescendum humanis carnibus. Et ex historicis idem probat Joan. Boterus *in relat. univers. 4. part. lib. 2. pag. 59.* Anton. Herrer. *decad. 1. lib. 2. cap. 4. pag. 51.* Ludov. Cabrera *in vita Reg. Philip. II. gin. 420.* & Thom. Bocius omnino videndus *in tract. de Italiæ statu lib. 4. cap. ult. pag. 445.* ubi citat D. Antonin. & Cardin. Toletum, quorum verba adducimus *infrà cap. 23. n. 60.*

Pro qua sententia tam in facto, quàm in jure fulcienda, & comprobanda à tyrannidis peccato initium capessentes primo considerare possumus, ‡ Principes & Regulos Indorum, de quibus tractamus, in omnibus provinciis hucusque detectis 4 & præcipuè in Mexicanis & Peruanis, quæ magis politicæ erant, tyrannos proculdubio fuisse, non solùm quod sua imperia metu magis, & crudelitate, quàm jure & legibus ac subditorum consensu constabilierant, verùm etiam, quia in eorum gubernatione nihil nisi per fraudem, violentiam, & tyrannidem agere solebant, ut abundè constare poterit ex iis, quæ Gundisal. de Oviedo, Francisc. Lopez Gomara, Petr. Cieza, Joseph. Acosta, Ant. de Herrera & alii hujus Novi Orbis historici passim in suis commentariis scribunt, quos pleniùs commemoravimus *suprà lib. 1. c. 5. num. 47.* & ultra eos Fr. Hieron. Roman. *in Republic. Mundi 3. part. lib. 1. de Republ. Indiana.* Joan. Boter. *in dict. relat. univers. 4. p. lib. 2. ex pag. 25.* ipse Anton. de Herrera *decad. 2. lib. 7. c. 12.* & Joan. Arce ab Otalora *in tract. de Nobilitat. 1. p. c. 2. num. 13. pag. 11.* Ubi recensent, † subditos ab 5 illis non ut homines, sed ut bestias tractatos, & servitiis, tributis, angariis, & parangariis oneratos fuisse.

Pro dils namque coli, & adorari volentes, omne jus vitæ & necis sibi in vassallos usurpabant, nec solùm de bonis & prædiis, verùm de filiis quoque, & uxoribus ipsorum pro libito disponebant, tertiam fructuum partem tributorum nomine vindicabant, & pœnis gravissimis exigebant: auro, argento, aliisque metallis fodiendis, pannis fabricandis, thesauris cumulandis, sine ulla requie, aut intermissione compellebant, plurimos pro victimis immolabant, vel majorum suorum templis, & sacrificiis in perpetuum devovebant, allos etiam ex aliis levissimis causis in magnum numerum occidebant, vel ex natalibus sedibus in remotas, & incultas provincias transferebant, & sæpè, ob unius culpam, omnes, qui illum vel remotissimo sanguinis gradu contingerent, sine spe veniæ trucidabant.

Ac † præterea ne unquam requiescere possent, ant aliquid pro sua libertate moliri, servilibus semper, & laboriosissimis operibus mancipabant, veluti montibus excidendis, vallibus complanandis, viis sternendis, ingentibus lapidibus extrahendis, & congerendis mansionibus, quas Peruani *Tambos*, monumentis, quæ *Huacas* vocabant, & aliis ædificiis, quamvis parum, aut nihil utilibus extruendis. Quorum vestigia † hodie quo- 7 que in pluribus locis reperiuntur, eximium ac prolixum laborem & sudorem ædificantium & vanitatem simul, ac crudelitatem jubentium, satis ostendentia, ut præter alios observat Joseph. Acosta *lib. 6. hist. Indian. c. 14.* & Fr. Gregor. Garc. *lib. 3. de Ind. orig. c. 3. §. 1. pag. 221.* & *lib. 4. c. 19. §. 8. pag. 459.* Garcilas. Inca *de Incarum orig. lib. 9. cap. 13.* Joan. Boter. *in relati. pag. 388.* & Majol. *1. tom. colloq. pag. 379.* Prout in † antiquis etiam 8 illis Ægyptiorum Regum Pyramidibus, & Mausoleis, & in lateribus ab Israelitico populo, simili ratione, & tyrannide per Pharaonem exactis, egregiè adnotavit Joseph. *lib. 2. antiquit. c. 5.* Genebr. *lib. 1. chronogr.* & ante eos Aristot. *lib. 5. Polit. c. 11.* Strab. *lib. 17.* Herodot. & Diodor. Sicul. *lib. 2.* & Plin. *lib. 36. c. 12.*

Quæ omnia quàm sint † Tyrannorum propria, 9 manifestè colligitur ex iis, quæ de tyranni Principis indiciis, & diffinitione tradit Arist. *lib. 8. Ethic. c. 10. & lib. 4. Polit. c. 10.* Plutarc. *in lib. de doct. Princip.* D. Gregor. *lib. 12. Moral. cap. 18.* D. Thom. *in tract. de regim. Princ.* ferè *per totum*, gloss. *verb. Regum in Clem. 1. de baptism.* Bartol. *in tract. de tyrannide.* Alberic. *in l. decernimus C. de sacrosanct. Eccles.* Roland. à Valle *cons. 3. ex n. 104.* Capicius *decis. 130. n. 35.* Petr. Gregor. *lib. 6. de Rep. cap. 18.* Bodin. *in methodo hist. c. 6.* Theatr. vitæ hum. *vol. 11. lib. 1. pag. 1613.* & plures alii relati à Petr. Andr. Canonherio *in aphor. Hippocrat. polit. pag. 277. & seqq.* & de jure nostro Hispano † celebris text. & omnino legendus *in l. 10. 10 tit. 1. part. 2.* ubi Gregor. Cun contra, is, † qui 11 justè, rectèque dominatur, magis subditorum commodis, quàm propriis studeat, & tunc tantum ad supplicia ac neces (& id quidem cum dolore) descendat, ubi aliquem puniri publica utilitas suadet, neque sævitiam, ut tyrannus, cordi habeat, qui ad eam ex voluptate potius, quàm ex causa, ac necessitate movetur, ut graviter scripsit Seneca *lib. 1. de Clement. c. 12.* Fr. Barthol. à Medin. *in 1. 2. q. 90. art. 2. pag. 822.* & copiosè & eleganter prosequitur Steph. Jun. *in vindic. contra tyran. quæst. 3.* quem refert & transcribit Canonher. *ubi suprà pag. 801.* & alia tradit Mag. F. Ant. Petz *in Laur. Salmant. certam. 5. expoit. de bon. præfect. c. 4. n. 36. pag. 282.* Petr. Fernand. Navarrete *in discur. Polit. c. 2.* & illustriss. Card. Bellar. *lib. 5. de Romano Pontif. cap. ult. §. Dico secundo*, ubi ex his concludit, Reges ignorantes Deum, id est, infideles, tyranos potius esse, quam Reges; quod explicat in recognitionibus ad illud cap. quoad modum dominandi, sive quoad usum potestatis.

Porrò † tyrannidem gravissimum peccatum 12 esse, & quasi seminarium crudelitatis, omnes hominum injurias, sceleraque complecti, præclare ultra Auctores *suprà* relatos tradit Polyb. *lib. 2. histor.* ac eapropter brevem semper & execrabilem fuisse, † & à Deo ipsorum tyrannorum mor- 13 te, & Regnorum, quæ tyranicè invaserunt, vel gubernarunt brevi amissione ac translatione, aliisque suppliciis punitam, apertè constat † ex il- 14 lo Sapient. *16. vers. 10. Oportet illis sine excusatione quidem supervenire interitum, exercentibus tyrannidem:* & ex simili loco † Job. *vers. 10. & 15 seqq. Cunctis diebus impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis ejus. Non dubitabit, neque perseveravit substantia ejus, neque mittet in terram radicem suam, &* † Eccles. *c. 8. vers. 9.* 16 *Interdum dominabitur homo homini in malum suum.* Ubi novissimus & diligentiss. P. Joan. Pineda plura congessit, & alia tradunt Senec. *dict. lib. 1. de*

Cle-

Clement. c. 12. D. Aug. *lib. 4. de Civit. Dei, c. 3. & 4.* D. Thom. *de regimine Princip. lib. 1. c. 10.* Policratic. *de Curial. nugis lib. 3. c. ult.* Petrarch. *de prosp. & adversa fortun. dialog. 95.* Petr. Greg. *lib. 6. de Republ. c. 19. & lib. 21. c. 1. & seqq.* Stephan. Jun. *in d. tract. vindic. cont. tyran.* & Matt. Delr. *in adag. sacr. tom. 1. adag. 718. p. 310.* qui sic explicat † illud Isaiæ *c. 16. versic. 4. Finitus est* 17 *pulvis, consummatus est miser, defecit qui conculcabat terram.*

Quibus adsentiens Q. Curtius, † nullam in- 18 quit, potentiam scelere quæsitam, cuiquam esse diuturnam. Et Juvenal. *Satyr. 10.*

Ad generum † Cereris sine cæde & vulnere pauci 19
Descendunt Reges, & sicca morte tyranni.

Et Ælianus *lib. 6. de var. hist. c. 13. Pulcherrimè à Diis immortalibus comparatum est, ut nullam tyrannidem usque ad tertiam generationem propagent: sed aut confestim tyrannos tamquam proceras piceas perdant, & extirpent, aut liberos eorum viribus denudent, ac spolient.* Et Constantinus Manasses *annal. pag. 79. Aetidere plerumque solet, ut Imperia non diu maneant apud illos, qui ea rapuerunt, sed avolent citò, quatlique anfugiunt, tamquam si paulatim dominos ipsos incipiant agnoscere.*

Atque hinc factum est, ut † prædicti Indorum 20 tyranni raro in suis Imperiis consenuerint, vel illa ad liberos & nepotes transtulerint, ut ex eorum historiis, & monumentis observant Auctores *su-* 21 *prà* citati. Ipsique † Peruani Indi profitebantur, se justo Dei judicio ab Hispanis, ita numero paucis, sub jugum missos, quod tyrannidem & fratricidium Atahualpæ Ingæ eorum medio punire vo- 22 luerit; quapropter & tunc, & hodie † Hispanos *Viracochas* apellant, eo nomine gentem à cœlo missam significantes, ut præter alios commemorat Joseph. Acost. *in hist. moral. Ind. lib. 6. c. 22.* Hieron. Benz. *lib. 4. c. 21. pag. 73. in 4. p. hist. Amer.* Ant. Herrer. *in hist. gen. Ind. dec. 5. lib. 2. c. 12. pag. 59.* Mich. Balb. Cabell. *in Miscel. Austr. 3. p. c. 14.* Henric. Martinez *in Repert. Mexic. pagin. 238.* Joan Boter. *in relat. univers. 4. p. lib. 2. pag. 39.* Garcil. *in hist. Incar. lib. 5. c. 21.* & novissime Fr. Alpons. Ramos *in hist. Beatæ Virginis de* Copacavana *lib. 1. c. 3. in fine* 5 & tetigimus *suprà hoc lib. c. 7. n. 50.*

Secundò considero, † eosdem Indos ultra vi- 23 tium tyrannidis, aliis multis, fœdissimisque peccatis naturalem legem violare, & ipsum naturæ auctorem *Deum Opt. Max.* graviter offendere consuevisse. Nam etsi Episcopus Chiapensis *in tract. comprob. Imp. Ind. fol. 66. & 67.* illos pro majori parte his criminibus aspersos fuisse inficietur; reliqui tamen auctores graviter probant, & exprobrant communem eorum ignaviam, stoliditatem, ingratitudinem, crudelitatem, nuditatem, ebrietatem, poligamiam, promiscuam libidinem, quam cum matribus, & sororibus exercebant, & plura alia vitia, quibus Indi ferè omnes deditl erant: de 24 quibus aliqua † tetigimus *suprà hoc lib. c. 7.* & late agunt Ant. de Herrer. *in hist. gen. Ind. decad. 2. lib. 4. c. 3. pag. 115. & decad. 3. lib. 8. c. 10. & decad. 4. lib. 6. c. 11.* Fr. Hieron. Roman. *d. lib. 1. de Repub. Ind. c. 2. cum seqq.* Fr. Lud. Legionens. *in*

Tom. I. de Ind. jure.

comment. sup. Abdiam pag. 669. Joseph. Acost. *de proc. Ind. salut. in proœm. & in hist. Ind. lib. 6. c. 18.* Fr. Greg. Garcia *de Ind. orig. lib. 3. c. 2. 3. & 4.* Thom. Boc. *de sign. Eccl. Dei, lib. 7. c. 4. 5. & 6. lib. 8. c. 5. lib. 10. c. 13. lib. 21. c. 3.* Maluend. *de Antichrist. lib. 6. c. 22. pag. 347.* Torquem. *in Monarch. lib. 2. cap. 28. pag. 250.* Ubi inter alia de pluribus † Motezumæ Mexicani Imperatoris 25 uxoribus meminerunt, & quod simul 150. ex se gravidas habuit. Quod † mirari non debemus cum 26 Ant. Pigaffeta tradat de Rege insulæ *Gilolo*, sexcentos filios ex se genuisse, eosque viventes omnes sibi obsequi solitos; quin addit, & alium Regem 600. & 50. suo e corpore filios procreasse, eosque viventes vidisse. Et Mar. Polus *lib. 3. c. 6.* prodit, Zlambæ Indiæ Orientalis Regi fuisse filios 325. quod & recolit Simon Majol. *in dieb. Canic. tom. 1. colloq. 4. pag. 101.*

Extatque inter Regias schedulas 4. *volum. pag. 269.* summarium quoddam, quo † præci- 27 pua Indorum vitia prænotantur, & Christianis Prædicatoribus injungitur, ut eos ab illis dimovere totis viribus pugnent, & idem habetur, & cavetur in instructione data Ferdinando Corteslo *anno 1523. eodem volum. pag. 248.* & in Epistola Caroli V. Imper. ad Occidentales, & Meridionales Regulos missa *anno 1543. pag. 221.* Ubi adjicitur, quòd in pluribus provinciis masculam † quoque venerem publicè 28 & turpiter exercebant; prout etiam testantur multi ex Auctoribus *suprà* relatis, præcipuè Anton. de Herrera *decad. 1. lib. 3. c. 4. pag. 88.* ubi loquitur de insula Hispaniola, & *decad. 4. lib. 6. c. 1.* ubi de insula Coto, & *decad. 2. lib. 4. c. 3. pag. 115.* ubi de allis in communi. Garcilasus Inca *in suis comment. 1. p. lib. 6. c. 11.* ubi tradit Incarum tempore apud Peruanos hoc vitium puniri cœpisse: & Thom. Boc. *d. lib. 7. c. 4.* Ubi ait, quòd asservabantur † in plurimis inanium Deorum tem- 29 plis, qui præposteræ libidinis usibus nefandissimis publicè, & quidem, ut putabatur, religioso decreto servirent; sanctumque & pium reputabatur, tam immane facinus cum iis admisisse.

Et hoc adeò verum erat, ut ex Bodin. *lib. 3. damon. c. 15.* narret Theatr. vit. hum. *vol. 17. lib. 1. pag. 3114.* † quòd cùm ab Hispanis America 30 subigeretur, compertum fuit, pæderastiæ imaginem, pædiconis inquam & cinædi, ab insulanis suspensam collo, gestari pro amuleto, turpissimo instituto. *Etenim circumfluebant*, inquiunt, *gentes illæ sodomiæ turpissimis, & detestandis sceleribus, magisque artibus omni generis, ideòque omnes ferè sunt ab Hispano profligatæ.*

Quod † peccatum quàm detestandum & exe- 31 crabile sit, satis constare poterit ex iis, quæ congessit Gratian. *in Decreto caus. 23. q. 4. & 5. cap. flagitia 32. q. 7.* D. Thom. 2. 2. *q. 154. art. 11. l. cum vir. C. ad leg. Jul. de adulter. auth. ut non luxurien. contra nat. c. Clerici, de excessib. Prælat. c. ai gens Angelorum, 56. distinct.* Ubi dicitur, quòd iram Dei, pestilentias, & tempestates induci, *l. 1. & 2. t. 21. p. 7.* ubi Greg. Lop. *t. 2. t. 9. lib. 4. fori*; ubi Montalv. *l. 1. t. 21. lib. 8. recopil.* ubi Azeved. & plures alii relati ab Ægidio Bosio *in praxi crimin. tit. de stupro detestab. in masculos, pag. 339.* Menoch. *de arbitrar. casu 286.* Mascard. *de probat. conclus. 1313.* Jul. Clar. & Bajard. *§. So-*

domin. Bermo Choværoneo *de pubil. concubin. rub. de peccato Sodom. pag.* 27. Salcedo *in addit. ad prax. Bernard. Diaz, c.* 86. D. Joan. Vela *de delict. xim. Bernard. Diaz, c.* 86. D. Joan. Vela *de delict.* *cap.* 33. Petr. Cened. *in collectan. ad Decret.* 150. *num.* 1. *& seq.* Bobadilla *lib.* 2. *c.* 14. *num.* 20. & Farin. *in praxi criminal. quæst.* 10. *n.* 414. Unde
32 antonomastice † appellari solet *peccatum contra naturam*, ut præter suprà dictos Auctores, observat Fr. Barthol. de Medina *in* 1. 2. *quæst.* 71. *art.* 2. *pag.* 624.

Et extat † notabilis historia apud Petr. Mar-
33 tyr. *decad.* 3. *c.* 1. Gomar. *in d. histor. gener. Ind. c.* 62. & additionator. Benzonis *lib.* 1. *c.* 23. *pagin.* 109. de Blasco Nuñez Balboa, qui cum provinciam *Escaragnam* superato & cæso ejus Regulo, & aliis Indiis, occupasset, invenit Reguli fratrem, & alios quosdam, muliebri vestitu ornatos: quod valdè admiratus, cùm causam ab incolis sciscitaretur, responderunt, cæsum Regulum, & omnes ejus aulicos nefando hoc peccato, naturæ adverso, infectos: ideoque Reguli fratrem, & omnes ejus comites muliebri ornatu amictos incedere, quibus neque arcus, neque sagitas tractare liceret, ut reliquis viris, se in servilibus officiis, in quibus aliàs fœminæ solerent esse occupatæ, vitam traducere necesse esse. Quam relationem Balboa ferè attonitus audiens, & ægrè dolens, adeo detestabile scelus ad istos Barbaros penetrasse, corripi statim omnes illos Sodomitas jussit, numero ferè quadraginta, & canibus, quos circumducebat, lacerandos objecit. Pagi incolæ conspecta castigatione à Balboa facta, comprehenderunt etiam quotquot huic crimini obnoxios cognoverant, & illorum consputentes factem ad Balboam adducunt ipsum orantes, ut provinciam ea peste liberaret. Atque inter reliquos, senex quidam, sublatis ad cœlum manibus, & oculis, & conversa ad Solem vultu, inquit, merito adversus illos iratum esse, nefandum hoc scelus: cujus rei causa, tam horrenda tonitrua, tam frequentia fulgura, & fulmina in eam provinciam jadere, tam crebras aquarum illuvies ex montibus cadere, quæ ipsorum agros eluerent, & Maizum corrumperent, unde fames per universam regionem subsequeretur: Nunc autem his monstris sublatis, sperandum esse, Solem iram mitigaturum, & se fruges sine noxa aliqua collecturos, omnesque Christianos tamquam è cœlo delapsos, venerari cœperunt.

Tertiò perpendo, † quòd iidem Indi antro-
34 pophagi ut plurimum erant, hoc est, humanis carnibus vesci solebant, & ad hoc hostes, & captivos quærebant, & trucidabant, ut referunt auctores, & schedulæ suprà citatæ, & ultra eos Petr. Malferit. *dict. cons.* 769. *num.* 72. & 76. Abraham. Ortel. *in Thesaur. Geograph. verb. Antropophagi*: & Sebastian. Covar. *in Thesaur. ling. Hispaniar. eodem verb.* ubi dicunt, eos hodiè passim reperiri in Novo Orbe. Petr. Bemb.
35 *lib.* 6. *histor.* ubi † de Canibalibus & Caribibus agit: Christophor. Columb. *in relat. suarum navigat. cap.* 92. *pag.* 96. & *cap.* 111. *pag.* 118. quem refert Simon Majol. *in diebus Canicul. t.* 2. *colloq.* 1. *pagin.* 79. ubi de eisdem Canibalibus tradunt aliquando longa metiri itinera supra mille millaria, ut carnibus vescantur humanis. Alberic. Vespuc. *in relat. suarum navigat. capit.* 117. *pag.* 125. Ubi ait, se vidisse in insulis Barloventi † quemdam Indum Canibalem, qui 36
pro gloria non mediocri jactabat, se esitavisse supra tercentum viros, & urbem, ubi in contignatione † humanas carnes, easdemque salitas, 37
pensiles habebant, uti nos carnes aprinas sole, vel fumo sicatas, appendimus in culinæ trabibus, & imprimis insitia, & id genus alia. Imò mirabantur plurimum, quod nos non vesceremur hostibus, quorum carnes ajebant, appetentiam cibi facere, & miri saporis esse.

Idem tradit Americ. Vespuc. *de Indis Hispaniola in sua navigatione* 1. *pag.* 161. *& navigat.* 2. *pag.* 170. *& navigat.* 3. *pag.* 178. dicens, † quod 38
aliis carnibus præter quam humanis raro vescebantur, & quòd in his vorandis sic erant inhumani, & immansueti, ut omnem feralem ac bestialem modum superarent. Omnes enim (inquit) hostes suos, quos aut perimunt, aut captos detinent, tam viros, quàm fœminas indistincte cum ea ferirate deglutiunt, ut nihil ferum, nihilve brutum magis dici, vel inspici queat. Indos quoque Novæ † Hispaniæ, quamvis magis politicos, in 39
hoc idem vitium antropophagiæ delapsos, & quando id originem habuerit, latè recenset. Fr. Joan. Torquemada *in Monarch. Ind. tom.* 2. *lib.* 14. *cap.* 26. Et quando, & quomodo Motezuma illorum Imperator his cibis uteretur, tradit idem auctor 1. *tom. lib.* 2. *c.* 18. *pag.* 249. Et de simili Brasiliensium feritate: Herrera *decad.* 4. *lib.* 8. *c.* 13. *pag.* 218. Et de Peruanis Petrus Gieza 1. *part. cap.* 26. & latè Garcilasus Inca *in suis commentariis* 1. *p. lib.* 1. *cap.* 12. licèt post Incarum Imperium hoc deslisse tradat *lib. c.* 7.

Et quod pejus est, non solum in hostes, & captivos sævire solebant, ut eorum carnibus vescerentur, verùm & senes † quoque parentes, & pro- 40
pinquos interficere, & edere consueverunt, tamquam inter senes, & mortuos nullum esset discrimen, ut refert Ludovic. Gomec. *in reg. Cancellar. de infirm. resign. quæst.* 7. *col.* 1. & ægrotantes, & moribundos in sylvas deducere, ibique solos relinquere, aqua, & cibo ad pauculos dies erga illos apposito, ut recolit Americ. Vespuc. *in d. sua navigat.* 1. *pagin.* 160. Et de Bactrianis, & aliis Indis Orientalibus tradidit Cicero *lib.* 1. *Tusculan. quæst.* Valer. *lib.* 2. *cap.* 1. Alex. ab Alexand. *lib.* 3. *Gen. c.* 2. Cœl. Rodig. *lib.* 18. *antiq. lect. c.* 28. & Theatr. vit. human. *vol.* 19. *lib.* 2. *pag.* 3606.

Quinimò (quod adhuc magis mirandum videtur) adeo huic nefario vitio dediti erant, † ut sæ- 41
pè pater filios epularetur, & vicissim nati parentem, prout sors tulisset, aut eventus, ut narrat Americ. Vespuc. *ubi suprà, pag.* 125. & Petrus Martyr Ferdinad. Lupez. & alii relati à Bocio *dict. lib.* 7. *cap.* 4. 5. *& 6. in fine, & lib.* 10. *c.* 13. *& lib.* 11. *c.* 3. *post medium*: & Garcilasus *dict. cap.* 12. Ubi his Indorum nationibus commune esse dicunt, ut sese mutuò homines ederent, & 42
ut multas † concubinas haberent, ex quibus plurimos filios suscipiebant, & huic uni rei operam dabant, ut li pinguibus alimentis infarcirentur, & adipe repleti, ad ætatem paulò adultiorem pervenirent quam simul atque attingissent, in frusta eos discerpebant, & assos, vel coctos (quod vel cogitatu horrendum videtur) proprios natos summa cum voluptate ipsimet genitores crudelissimè comedebant.

Quod

43 Quod † antropophagiæ vitium Plin. *lib.* 7. *natur. hist. c.* 2. meritò incredibile, & monstri instar videri ait; & portentosum, ac immane vocat Clemens Alexand. *lib.* 2. *Pædag. cap.* 1. *& lib.* 3. *cap.* 3. *& lib.* 7. *Strom. c.* 3. Ubi ejus additiona-
44 tor Gentianus Hervetus † Pytagoricum illud dogma prosequitur, quo non solùm ab humanis, verùm ab aliorum etiam animallum carnibus abs-
45 tinere docebat, quia carnibus † vesci, magis esse ferarum, quam hominum reputabat, ex ratione, quam in ejus vita tradit Laërtius & Erasm. *in adag. Amictas silentium perdidit.* Et eodem respiciens Juvenal. *satyr. ult.* utrumque his elegantibus carminibus comprehendit:

Arpicimur populos, quorum non sufficit iræ
Occidere aliquem, sed pectora, brachia, vultum
Crediderant genus esse cibi quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret
Pythagoras? cunctis animalibus abstinuit, qui
Tamquam homine, & ventri indulsit non omne legamen.

46 Neque † abest Ovid. qui *lib.* 15. *Metamorph.* eodem Pythagoræ præcepto loquens, sic canit.

Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
Congestoque avidum pinguescere corpore corpus.
Alterius vitaque animantem animantis vivere lætho?
Ergo ne pietàs sit vincla cupidine ventris,
Parcite vatitinor cognatas cæde nefanda
Exturbare animas, nec sanguine sanguit alatur.

47 Paulus † etiam Orosius humanæ carnis esum *infames escas* appellat; sic enim accipiendum est illud, quod *lib.* 5. *c.* 23. de Calagutis obsidione scriptum reliquit: *Uxamam Pompejus evertit, Calagurim Afranius jugi obsidione confecit am, atque ad infames escas miserandas inopia coactam, ultima cæde incendioque delevit.*

Et Strabo *lib.* 4. *Geograph. pag.* 139. Barbarum
48 & † Scyticum esse refert, carnibus humanis ves-
49 ci, licèt id inquit, usurpasse, † obsidionum necessitatibus urgentibus, Galliciam, Hispani, aliique complures feruntur. De quibus plura exempla commemorat Theatr. vitæ humanæ *vol.* 14. *lib.* 3. *pag.* 2939. & est valde memorabile illud, quod habetur *lib.* 4. *Reg. c.* 6. quamvis Valer. Maximo *lib.* 7. *c.* 6. etiam † cujusliber necessitatis fa-
50 to, hoc tam infandum crimen excusare non audeat. Sic enim de Numantinis scribit: *Numantini à Scipione vallo, & aggere circumdati, cum omnia quæ fames eorum trahere poterant, consumpsissent, ad ultimum humanorum corporum dapibus usi sunt; quapropter capta jam urbe, complures inventi sunt, artus & membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes, nulla est in his necessitatis excusatio: nam quibus mori licuit, sic vivere necesse non fuit.*

Et hac de causa narrat Ant. de Herrer. *in d. hist. gen. Ind. decad.* 1. *lib.* 6. *c.* 10. *& decad.* 2. *lib.* 1.
51 *c.* 8. *& lib.* 9. *c.* 8. primis † temporibus detectionis hujus Novi Orbis, hanc feritatem humanarum ciborum urgentissimam inter alias rationes reputatam fuisse, ut Indi eis vescentes debellari, & in servitutem redigi possent.

52 Pissimamque † & Indis alioqui mirum in modum faventem Elizaberham Reginam Catholicam, ubi audiebat, aliquos eorum hominivoros esse, sic excandescere solitam, ut ad internecionem usque deleri juberet.

De insigni quoque illo Duce † Ferdinand. 53
Cortesio narrat idem Herrer. *decad.* 3. *lib.* 3. *c.* 8. *pag.* 282. quod cum Mexici existens, indigenam quemdam videret, alterius occisi crura mandentem, ita rei feritate, & illius abominandi vitii extirpandi desiderio commotum, ut Indum statim abduci, & vivum cremari jusserit. Et *decad.* 2. *lib.* 6. *c.* 14. refert quantum cum Tlascalt ecis pugnaverit, ut eos ab humanarum carnium esu diverteret. Et *dec.* 3. *lib.* 3. *c. ult. pag.* 137. scribit, eumdem Cortesium Panucenses, & Chilanos Novæ Hispaniæ funditus subvertisse, quòd huic vitio nimis dediti essent.

Quartò facit, quod præter supradictam feritatem & crudelitatem, alias, & quidem longè gravi- 54
ores, usitabant, † occasione sacrificiorum, quæ dæmonis astu excati, variis modis in variis provinciis peragebant, innumera innocentium hominum corpora, non solum hostium, aut extraneorum, verùm propinquorum atque etiam filiorum, nefariis & cruentis ritibus suis idolis immolantes. De quibus † ultra ea, quæ habentur in dicto Sum- 55
mario pro extirpandis vitiis Indorum, & in instructione Cortesii, & epistola Caroli V. quorum mentionem fecimus *suprà hoc capite n.* 27. sigillatim tractant Petr. Martyr omnino videndus *in decadibus Novi Orbis pag.* 58. Fr. Hieron. Roman. *d. lib.* 1. *de Republ. Ind. c.* 11. *& seqq.* Marquard. *in d. tract. de Ind. & infidel.* 1. *p. c.* 14. *fol.* 57. Petr. Malferit. apud Mandel. *dict. cons.* 769. *ex n.* 76. Acosta *in hist. Moral. Ind. lib.* 5. *c.* 19. ubi de Peruanis, & *c.* 20. & 21. ubi de Mexicanis: Joan. Boter. *in d. relat. univers.* 4. *part. lib.* 1. *pag.* 22. & *lib.* 2. *pag.* 28. Fr. August. Davila *in histor. Mexic. Ordin. Prædicat. lib.* 1. *c.* 24. & 25. Fr. Ludov. Granatens. *in Symbol. Fidei* 4. *part. c.* 10. §. 1. *pag.* 461. Joan. Magin. Patavin. *in tab. Geograph.* 2. *p. tab.* 32. Anton. Posevin. *in Biblioth.* 1. *tom. pag.* 431. Ubi agit de variis sacrificiis Japonicorum, & unde originem habuerint: Fr. Alphons. Ferdin. *in histor. Ecclesiast. nost. temp. lib.* 1. *per tot.* ubi *cap.* 1. & 2. agit specialiter de sacrificiis Indorum insulæ S. Dominici, & *ex c.* 9. *ad* 36. *de Mexicanis, cap.* 42. & 43. de Guathemalensibus, *capit.* 46. 47. & 48. de novo Regno Granatæ *c.* 50. & 51. *de Peruanis, & c.* 55. *ex pag.* 188. *de Chilensibus*; Fr. Joan. à Torquemada *in d. Monarch. Ind. lib.* 6. *cap.* 33. & *lib.* 7. *per tot.* præcipuè *c.* 17. ubi agit de Nova Hispania, Garcilasus Inca *lib.* 1. *comment. cap.* 9. & *seqq.* & *lib.* 2. *per tot.* ubi de sacrificiis Peruanorum: Anton. de Herrer. *decad.* 2. *lib.* 6. *cap.* 15. ubi de Tlascaltecis. & *lib.* 7. *c.* 12. & 18. & *decad.* 3. *lib.* 1. *cap.* 15. 16. 17. 20. *lib.* 2. *c.* 11. & *sequentib.* ubi de Mexicanis, & *lib.* 7. *c.* 9. *pag.* 285. ubi de sacrificiis multarum virginum, & *decad.* 4. *lib.* 10. *cap.* 3. & 4. ubi de Jucatanis. *decad.* 5. *lib.* 1. *per totum*, ubi de Peruanis, Laurent. Sur. *in comment. anno Domini* 1558. Simon. Majol. *in dieb. Canic. tom.* 2. *colloq.* 1. *pagin.* 79. & *tom.* 1. *colloq.* 23. Ubi inter alia tradunt,
56 † mille plerumque homines uno die in civitate Mexicana dæmonibus immolari solitos, & aliquando quinque mille, dicmque extitisse, in quo diversis locis plusquam viginti hominum millia immolata fuerunt.

Et communiter in sola Mexicana urbe quot annis septuaginta millia hominum sævissimum in mo-

modum immolari, scriptis suis mandavit Thom. Bocius *dict. lib. 7. de sign. Eccles. cap. 4. in fine, & lib. 12. cap. 21. in fine*, ubi alia miranda de eisdem mactationibus tradit; & Pat. Ribaden. *lib. 2. de Princip. Christ. cap. 35.* & Pat. Marquez *in Gubernat. Christ. lib. 2. cap. 30. pag. 333.* Lilius quoque Giral. *in histor. Deor. syntagm. 17. pag. 529.* & Ludovic. Vives *in annot. ad D. Augustin. lib. 7. de Civit. Dei, cap. 19. pag. 362.* se legisse tradunt, paucis ante annis ab Hispanis nautis Orbem lustrantibus insulam repertam,
57 quam ipsi à Carolo *Carolinam* dixere, † in qua frequentes visebantur statuæ æneæ suorum numinum, quæ intùs secus cavæ, manibus junctis, pansisque fuerant, in quibus infantes, & pueruli, quos diis illis suis immolabant, includere solebant, & crudelissimè incendebant in caveis statuarum, & simulacrorum igne accenso, & ære calorem concipiente. Joseph. etiam Acosta idem omnibus ferè nostris Indis commune fuisse repetit *l. 2. de procurat. Ind. salut. c. 3. in fine*, sic
58 inquiens †: *Manifestum verò est inter istos innumerabiles innocentium cædes perpetrari, cùm & obvios quosque capiunt, & trucidant, & in suos quoque immaniter sæviunt, pueros, fœminas, & miserabile genus necì dantes, adeò ut cruore humano, macelli cujusdam instar, per multa loca redundare comperta sint. Quorum testis locuples esse potest Mexicana Provincia.*

Et licèt Garcilasus Inca *lib. 2. cap. 7.* ex rela-
59 tione Patris Valera † affirmet, Indos Peruanos post Incarum Imperium his hominum sacrificiis usos non fuisse: contrarium tamen verius est, ut ex prædictis Scriptoribus constat, & præcipuè ea exercebant, ubi Rex inaugurandus erat, vel ubi sepeliendus; quo tempore plus mille infantes masculi, & fœminæ à quadrienio usque ad
60 decennium devovebantur; & † præterea uxores & famulos, adhuc viventes, cum viris, aut dominis vita functis, in idem sepulchrum intrare cogebant, ut testantur relationes Novi Orbis, *c. 76. pag. 72. & c. 139. pag. 151.* Joan. Boëm. *de moribus omn. gent. pag. 110. 117. & 208.* Acost. *dict. lib. 5. histor. Ind. c. 19.* Joan. de Betanz. *in histor. Incarum*: Gomar. *1. part. histor. Ind. fol. 41.* Fr. Gregor. Garc. *de Ind. orig. lib. 3. c. 3. §. 4.* & Fr. Hieron. Rom. *dict. l. 1. de Republ. Ind. c. 7. & 9.* ubi etiam apud Mechoacanos hoc magno cum excessu usitatum fuisse commemorat.

Et adeò in omnibus ferè Indiarum regionibus, præcipuè Peruanis, mos idem increbuit, ut etiam post Christi Fidem disseminatam, vix Indi
61 ab hac superstitione desisterent; † unde emanavit Regia schedula Philippi II. quæ id in posterum fieri sub gravissimis pœnis interdicit, & habetur *in vol. 4. pag. 351.* data Tauri die 18. Januar. ann. 1552. in hæc verba: *El Principe, Presidente, y Oidores de la Audiencia Real de las Provincias del Perú, á Nos se ha hecho relacion, que los Caciques de esa tierra han tenido por costumbre, al tiempo que mueren, mandar matar Indios é Indias para enterrar con ellos, é yá que ellos no lo mandan, se haza. Y como quiera que no es de creer, que cosa semejante se haga al presente en esa tierra, y que si se hoviese hecho, ó hiciese despues que vosotros estais en ella, lo havriades mandado castigar, y remediar como conviniese. Por ser el negocio de la calidad que es, he acordado de mandar dár esta mi cédula para vos: por la qual vos mando, que estteis mui advertidos de no consentir, ni dár lugar que en ninguna manera, ni por ninguna via se haga lo susodicho: y si por caso alguno lo hiciere, lo hagais castigar con todo rigor como conviene. Fecha en Toro á diez y ocho dias del mes de Enero de mil y quinientos y cincuenta y dos años.* YO EL PRINCIPE. *Por mandado de su Alteza, Francisco de Ledesma.*

Hæc autem † talis ac tanta tot sacrificiorum 62 humanorum feritas, & barbaries satis constat, quàm sit contraria præceptis legis naturalis, quæ homines ab hominibus juvari, filios à parentibus procreari, atque educari, non autem trucidari desiderant: & quod nobis nolumus, allis fieri prohibent, *l. 1. §. jus naturale, & §. juris præcepta, §. ut vim, ff. de just. & jure, c. 1. & c. jus naturale*, cum aliis, *1. distinct.* Atque ita † ejusmodi sacrificia, non solùm nobis, qui piam, 63 & Christianam religionem Dei beneficio colimus, verùm ipsis quoque Ethnicis, & infidelibus execrabilia, & abominabilia sunt, ut tradit Petr. Malfer. *dict. cons. 769. num. 76.* & Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom. 2. colloq. 1. ex pag. 79.*

Indeque Cn. Cornel. Lentulo, & Pub. Licin. Craso Cons. † S. C. cautum fuit, ne novam 64 inducere religionem, nevè hominem immolare, aut humano sanguine litare liceret. Quod laudans Plin. *lib. 30. c. 1. Non satis*, inquit, *æstimari potest, quantum Romanis debetur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum, mandi verò, etiam saluberrimum*; & Cicer. *in oratione pro Fontejo*, quem refert Thom. Bocius *lib. 7. de sign. Eccles. c. 4.* immanem ac barbaram hanc consuetudinem immolandorum hominum vocat, & alia adducit Alexand. ab Alexand. *lib. 6. Genial. cap. 26.* ubi Tiraquel. *in addit.* plura congessit, & Pat. Pradus *in Ezechiel. c. 20. vers. 26.* Lilius Girald. *d. syntag. 17. in fin.* Martin. Delr. *in Troad.* Senecæ *vers. 297. in fin.* Servius, Cerda, & Pontanus in illud Virgilii *3. Georg.*

Quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras.

Ubi † Busiridem, & ejus aras eximiè reprehen- 65
dit, quòd iste crudelissimus Ægypti tyrannus, hospites omnes Jovi immolabat, quousque ab Hercule una cum Amphidamante filio, & reliquis aræ ministris interfectus fuit. Ut præter alios refert Angel. *lib. 2. noct. Attic. cap. 6.* ubi, † adjectivum, *Illaudati*, finem, & extremitatem 66
malitiæ denotare inquit. Statius quoque Papin. *lib. 12. Thebaid.* ob idem scelus, eumdem Busiridem trucibus monstris dignum vocat.

Non trucibus monstris Busirin infandumque dedisti
Cerycna.

Et Claudian. *lib. 1. in † Eutrop.* inventorem 67
adeò infandi sacrificii meritas luisse pœnas, sic eleganter scribit.

Quam bene disposuit terris, ut dignus iniqui
Fructus contilii primis auctoribus iret.
Sic multos fluvio vates arente per annos
Hospite qui cæso monuit placare Tonantem.
Inventat primum Busiridis imbuit aras,
Et cecidit sævi, quod dixerat, hostia tauri.

Quod

68 Quod locum fecit † Adagio, *Busiridis aræ*, de quo Ald. Manut. *in adagiis* & Martin. Delr. *in adag. sacris, tom. 1. adag. 861. pag. 464. & tom. 2. adag. 30. pag. 36.* & latè P. Serar. *super Esther, cap. 7. vers. 10.* Atque huc etiam respi-
69 cit † elegans illa querela Imilcis, uxoris Annibalis, quæ cùm Aspar, ejus filius, esset mactandus, sic dolens ait apud Silium Italic. in calce quarti libri Punicor.

Quæ torrò hæc pietas delubra aspergere tabo?
Heu primæ scelerum causæ mortalibus agris
Naturam nescire Deum: justa ita precari
Thure pio, cædisque feros avertere ritus.
Mitis & cognatum est homini Deus, ductus oro,
Sit satis ante aras cæsos vidisse juvencos,
Aut si velle nefas superos, fixumque, tedetque
Meme, quæ genui, vestris absumite votis
Cur spoliare juvat Lybicas hac indole terras?

70 Et † Quintil. in Fanatico eadem hominum sacrificia non minus graviter dolens quàm reprehendens: *Istud*, inquit, *Si Deus cogit, iratus est. Etiam ne hæc sacrificia sunt? Nonne satius est pecudum more vivere, quam Deos tam impios, tam profanos, tam sanguinarios colere?* Nimirum, quia ut præclarè tradit Clem. Alex. *l. 3. Strom. c. 3.*
71 *in fin.* oportet, Deo † offerre sacrificia non sumptuosa, nec splendida, sed quæ sint pia, & ei accepta, & suffitum illum in lege compositum, qui constat ex multis linguis, & vocibus in oratione, vel potius, qui ex diversis gentibus, & sexibus per donum testamentorum constituitur in unitatem fidei, & in laudibus congregatur, mente quidem purâ, justâ autem, & rectâ vitæ institutione, ex sanctis operibus, & justâ oratione. Nam quis tam stultus, ut ait Lepor Poëticus, & tam ignavi est animi:

Tam credulus est vir quisquam, ut speret Deos,
Quæ non habent carnem ossibus, torta, & bile,
Quæ exurientes neque ipsi ederent canes,
Lætarier, munus sibique hoc parcere?

72 Quod præsentiens † Cato, sive quisquis ille est, qui vulgata Disticha; certè Catone digna, composuit, de quibus, & eorum Auctore plura tradit Martin. Delr. *in præfat. ad comment. sup. Thren. Jerem.* & Tiraquel. *de nobilit. cap. 31. num. 386. pag. 302.* non solum hominum, verum, & pecudum victimas Deo infensas esse, his verbis ostendit:

Thure Deum placa, vitulum sine crescat arato,
Ne credas placare Deum, dum cæde litatur.

73 Et graviter † Arnob. *l. 7. contra Gent.* dum ait: *Postremò, quod gaudium est in noxiorum animantium mactatione lætari, miserabiles sæpè exaudiri gemitus, vivas sanguinis fluere, & semiferinos homines, quinimò feri, quos infelix necessitas, & malus usus docuit, cibos ex his capere. Miseratione interdum commovemur illorum, arguimusque nos ipsi, penitusque revisa atque inspecta damnamus, quòd humanitatis jure deposito, naturalis initii consortia reperimus.*

74 Angebaturque † prædicta istorum Indorum feritas, & impietas ex eo, quòd ingentem etiam, ut diximus virginum, & infantium filiorum numerum immolare solerent, quod scelus, etsi ab Hebræis quoque, & aliis nationibus aliquando usitatum fuerit, ut colligitur *ex 4. Reg. 3. & 17. & Sapient. c. 14.* Semper † tamen Deo infestum, 75
& hominibus nefarium reputatum fuit: & de eo quæritur David *Psalm. 105. vers. 37. & sequent.* dum ait: *Et immolaverunt filios suos, & filias suas dæmoniis; & effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan,* Jerem. *cap. 19.* ubi cum multa mala habitatoribus Jerusalem comminatus fuisset, hoc scelus inter alia, ut gravissimum, memorat: *Et repleverunt locum istum sanguine innocentum, & ædificaverunt excelsa Baalim, ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim, quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.* † *Sapient. 12. vers. 5. & 6.* ubi refertur suppli- 76
cium, quod Deus Chananæis pro hujusmodi criminibus irrogavit: *Et filiorum suorum* (inquit) *necatores, sine misericordia, & comestores viscerum hominum, & devoratores sanguinis à medio sacramento tuo, & auctores parentes animarum in auxiliatarum perdere voluisti per manus parentum nostrorum.* Quibus in locis plura de hoc sacrificii genere, & de illius forma, & ratione tradunt Expositores, præcipuè Genebrard. Jansen. Bellarmin. & Joann. Lorinus, idem Lorin. *sup. Act. Apost. c. 7. vers. 43.*

Inauxiliatæ † verò vocantur animæ, id est, 77
corpora filiorum, qui à parentibus immolabantur, & comedebantur, quòd omni ope, & auxilio destituerentur: cum nec cæsi, se defendere possent, nec parentes, qui ipsi cæsores, & comessores erant, tueri eos vellent, multò bestiis pejores: quæ non † modò suos occidere fœtus non 78
sustinent, verum etiam pro illis, dum pugnant, sæpè morti se offerunt, ut latiùs dixi *in tr. de crim. parric. l. 2. c. 10.* & inde Cantacuzenus loco illius verbi *Auctor.* reponit, *Solutos*, quippè qui inquit vincula naturæ pertuperit, ut genitores desisse viderentur eorum, quorum erant interfectores.

Prætexebant † autem Hebræi Abrahami, & 79
Jephte exemplum *Genes. 22. & Judic. 11. 31.* & sequentibus quorum prior † aggressus est sacri- 80
ficare filium, & perfecisset, nisi Deus, qui præceperat, progressum inhibuisset. Posterior devotam filiam re ipsa immolavit. Quod tamen, quàm parum eis prodesset, satis apparet: nam Abraham, *Auctore Deo*, id tentabit, qui tamen perfici noluit, contentus præparatione mentis ad obediendum †. Jephté † verò factum nonnulli, 81
vel non excusant, vel animum dumtaxat, & Ignorantiam admittunt, ut advertit Lorin. supra *ex c. 12. Sapient. pag. 424.* Joan. Azorius *1. part. instit. Moral. lib. 11. cap. 14. quæst. 2.* & Doctor. Ribera *in epist. ad Hebr. cap. 11. n. 89.*

Gentiles quoque, etsi idem sacrificium in † Sa- 82
turni memoriam frequentarent, quem infantes filios suos devorasse, fabulæ, narrant: & apud eos etiam celebretur Iphigeniæ filiæ Agamemnonis, mactatio, & filiarum Erichthæi Attici, filii Creontis, gravissimis tamen pœnis, & edictis (ut diximus) ne id fieret, cautum est: ut præter Plin. & alios supra relatos ostendit Plutarch. in Apophtegm. dum † scribit, Gelonem tyran- 83
num Siciliæ, cùm Carthaginenses vicisses, eis jussisse, ne homines immolarent, alioqui se illis

bel-

bellum facturum. Et Quint. Curtius *l.* 4. dum ait: *Sacrum, quod quidem Dîis minimè cordi esse crediderim, nostris seculis intermissum, repetendi Auctores quidam erant, ut ingenuus puer Sadi*
84 *turno immolaretur. Quod † sacrilegium verius, quàm sacrum, &c.* & tradit alia D. August. *suprà Jud. quæst.* 49.

Et inde legimus, quòd cùm in Africa Saturno infantes palam à parentibus immolarentur, blanditiis, & osculo comprimente vagitum, ne
85 flebilis hostia offerretur, † Tiberius, cùm ibi Proconsulem ageret, hoc gravitèr vindicavit, eosdem Sacerdotes in iisdem arboribus templi sui, obumbratricibus scelerum, votivis crucibus exponens, ut scribit Tertul. *in Apol. cap.* 3.
86 Qui † tamen dolebat, suo tempore in occulto hoc sacrum facinus perseverate, prout refert etiam Lactant. Firmian. *l.* 1. *Divin. instit. capit.* 25.

Et ad hujus cruenti, & infandi sacrificii pravam consuetudinem puniendam, & penitus extirpandam, respicere putat (& meo judicio rectè) Jacob. Rævard. *l.* 2. *conjectaneorum, cap.* 1.
87 & Gratiano ad Probum rescriptum est *in † l. si quis penult. C. ad leg. Cornel. de sicariis*, dum inquiunt, *Si quis necandi infantis piaculum aggressus, aggressave sit, sciat se capitali supplicio esse puniendum.* Nam quod Cujac. existimat *l.* 6. *observat. c.* 1. nempè ibi legem Corneliam extendi, ut licet de homine tantùm loqueretur, ad infantis occisionem trahatur, eo argumento diluitur,
88 † quod infans homo est, & ejus occisio lege Cornelia vindicabatur, non solum postquam in lucem editus erat, verum & dum visceribus vis infertur, ut abigatur, *l. si mulierem* 8. *ff. ad l. Cornel. de sicar. l. Cicero* 39. *de pœnis*, cum aliis, quæ Ego plenius congessi *dict. lib.* 2. *de crimin. parric. c.* 12.

89 Atque hinc est, quod † piaculi mentionem faciunt Imper. *in dict. l. penult.* quæ vox etsi pro quolibet irreligioso scelere sæpè sumatur, *l.* 7. §. *ultim. ff. de jure deliber.* ibi: *Ea, quæ sine piaculo non possunt prætermitti*, Jul. Paul. *l.* 1. *Sententt. tit.* 23. ibi: *Piaculum admittit, qui corpus sepulturæ traditum nudaverit, & Solis radiis ostenderit*, peculiariter tamen ad hoc impium, & trisse sacrificium significandum, ea utitur Lactant. *sup.* ibi: *Itaque ut diligentius piaculum solverent ducentos nobilium filios immolasse*, & alia similia refertur à Virgilio *lib.* 6. *Æneid.*

Duc nigras pecudes ea prima piacula tunto.

90 Et † piacularis hostia ea vocabatur, quam pro exolvendis populi peccatis devovebant, precibus solemnibus à Saga, sive Sacerdotissa conceptis, ut malum omne in eam converteretur. Quam eadem ratione *piatricem*, sive *expiatricem* vocabant ut ex Barrone, Festo Pompejo, & aliis doctè observat Girald. *d. syntagm.* 17. *pag.* 472. & Anton. Clarus Silvius *in comment. ad leg. Reg. cap.* 14.

91 Et de his † infantibus, ante septimum diem necari solitis, alia notat Petr. Fab. *lib.* 1. *Semestr. cap.* 6. *pag.* 34. docens, ideo apud Græcos receptum, ut septimo die pueris imponerentur nomina, tamquam saluti, & incolumitati eorum hoc pacto magis consuleretur; ut observat Aristot. *l.* 7. *de histor. animal. ad finem.*

Eratque hujc errori, & impietati similis alia † Cataphrigarum, & præpuciatorum, qui infan- 92
tis sanguinem, quem de toto ejus corpore minutis punctionum vulneribus extorquebant, farinam miscebant, panemque inde facientes, quasi Eucharistiam suam confecisse perhibentur. Quod forsitan dedit causam, † ut infanticidia Christia- 93
nis olim à Paganis objicerentur. Quod dolet, & omninò falsum fuisse, convincit Euseb. *l.* 4. *histor. Eccles. cap.* 6. Tertul. *in dict. Apolog.* Marquard. *in tract. de Judæ & Infidel.* 3. *part. c.* 11. *num.* 7. & 8. & Martin. Delr. *l.* 3. *disquisit. magic. part.* 1. *quæst.* 2. *pag.* 188. & *quæst.* 3. *sect.* 2. *pag.* 207.

Neque mirum est, Romanos omnium nationum prudentissimos, & politissimos eo tempore habitos cruenta hæc, & feralia sacrificia abhorruisse: cùm † & ipsos barbaros Indos, de quibus 94
agimus, jam eorum tæderet, & maximoperè ab illis eximi cuperent, atque aliam legem, & cæremonias amplecti, quamvis Sacerdotum metu, & reverentia cohiberentur. Et hoc in causa fuit, ut fidem nostram ita facilè, & voluntariè reciperent, ut ex aliorum relatione testatur Acosta *d. l.* 5. *cap.* 22. Joan. Boter. *dict.* 4. *part. lib.* 2. *pagin.* 30. & 35. & Anton. de Herrera *decad.* 3. *l.* 2. *c.* 16. *pag.* 91. ubi narrat, Hispanos † diris 95
istorum sacrificiorum spectaculis motos, & quasi divinis impulsibus percitos, serio deliberasse, usque ad mortem pugnare, ut execrandas illas innocentium cædes in posterum impedirent.

Præsertim cùm die quadam, nimis ob socios ab indis immolatos, commoti quemdam † eximiæ 96
formæ adolescentem Indum mactari viderent: qui, extracto jam corde, ubi per templi gradus de more jactus fuit, quasi Hispanorum opem implorans, patrio sermone clamavit: Heu equites, miserè me miserum occiderunt.

Quod non est cur alicui incredibile videatur, cum † naturaliter contingere potuerit, juxta ea, 97
quæ tradit Galen. *l.* 2. *de Hippocrat. & Platon. placit. c.* 4. referens, aliquoties in animalium sacrificiis accidisse, ut extracto eorum corde, jamque super aram, & rogum conjecto, respirarent, valideque mugirent, & tantisper hac, & illac decurrerent, ut omittam alia, quæ de quibusdam, qui post mortem locuti sunt, tradit Martin. Delrius *l.* 2. *disquisit. mag. quæst.* 19.

Sed & alia expressiora argumenta præcesserunt, quibus manifestius constitit, quantum hæc infausta sacrificia Dei ultionem provocassent. Nam ut præteream illud, quod ex Cardano, & aliis retulimus *suprà hoc lib. cap.* 2. *num.* 52. de † Angelo, qui cuidam immolando adstitit, & 98
brevi desiturum hoc genus sacrificii, Deumque vindictam pro eo sumpturum, significavit. Extat quoque aliud mirandum, & portentosum testimonium apud Acost. *l.* 7. *c.* 23. *pag.* 511. Boter. *dict. lib.* 2. *pag.* 36. & Herrer. *decad.* 3. *l.* 2. *c.* 8. *pag.* 70. qui † narrant, quod cùm Motezu- 99
ma, Mexicanorum Imperator, multis, & tristibus auguriis anxius esset, quæ vitæ, & imperii ejus interitum prænuntiabant, Deorum iram placare conatus, ingentem lapidem ad templum adferre curavit, ut supra illum plures & frequentiores solito, hominum victimas immolaret: cumque primò lapis, multis licèt urgentibus, & funes validissimos adhibentibus, loco vel tantillum dimoveri non posset, & rursus majoribus hominum copiis, & validioribus vectibus urgeretur, vox propè illum intonuit, quæ eos, frustra laborare, commonuit: quoniàm jam cœli, & terræ Dominus ejusmodi sacrificia summoperè haberet exosa. Quo audito Motezuma, ibidem victimas secari, & immolari præcepit: sed iterum vox personuit, quæ Domini prohibitionem repetiit: & ut certam, inquit, esse credatis, me paululum moveri sinam, sed postea vires, & conatus vestros irritos reddam. Cumque hoc ita contigisset, & postea multis, & enixis Regis, & populi precibus, veluti persuasus usque ad Mexici portas ferri pateretur; ibi tamdem in aquæ canalem subitò cadens, penitus disparuit, & ad locum, undè prius evolutus erat, confusis, & paventibus omnibus remeavit.

100 His addo † notabilem considerationem Fr. Joann. à Torq. *in Monarch. Ind. tom.* 1. *l.* 4. *in prolog. pag.* 374. ubi inquit anno 1485. quod Ferdinand. Cortesius Hispaniæ natus fuit, Mexici octuaginta hominum millia solemnis cujusdam festi occasione, uno die immaniter idolis sacrificata fuisse quasi Deus omnipotens tanti, & tam diri facinoris vindicem, & punitorem eodem illo anno, quò admissum fuit, & forsitan eadem ipsa die, pararet, nec impium illud scelus, & gementis populi afflictionem ultra progredi vellet, ut in simili habetur Exod. 3. ibi: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem ejus audivi. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Israel de Ægypto, &c.*

Quinto facit, quod Indi non solum prædicta scelera committebant, quæ adeò gravia esse ostendimus, & naturali legi contraria; verùm & aliud adhuc peccatum, & quidem gravius, com-
101 muniter frequentabant, † idololatriam scilicet variis, vanis, & interdum portentosis nutibus exercentes, & cultum, quem vero & soli Deo exhibere homines debent, falsis & spurcis ido-
102 lis deferentes. Et enim † non *Solem* tantum, *Lunam*, aut *Stellas* colebant, quod aliis multis gentibus commune fuisse, doctè ostendit Pet. Fab. *lib.* 3. *Semestr. cap.* 1. *pag.* 11. sed *arbores* quoque, *montes, fluvios, fontes, lapides, ursos, leones, tigrides, angues, & vilissima quæque sibi obvia animalia, mortuorumque cadavera, & sepulchra*, atque *horrifica dæmonum simulacra* sub diversis, & planè ridendis, aut verius lugendis figuris, venerabantur quibus ingentia templa construxerant, & superstitiosis cæremonis cruentisque sacrificiis, ut abundè ostendimus, immolabant.

103 De † quo pessimo idololatriæ Indorum vitio late agunt Petr. Martyr. in suis Novi Orb. decad. Christ. Columb. Amer. Vespuc. Franc. Lop. Gomara, Gonzal. Ovetus, Petr. Cieza, & Joan. Bapt. Ramusius in ejusdem Orbis relationibus, & navigationibus & reliqui Auctores, quos *sup. hoc cap. num.* 55. citavimus; præsertim Roman. *lib.* 1. & 2. *de Rep. Ind.* Hieron. Benzon. *in hist. Ind. lib.* 1. *c.* 26. & *seq.* ubi ejus Additon. *& lib.* 2. *c.* 20. Acosta *in hist. moral. Ind. lib.* 5. *per tot, & Tom. I. de Ind. jure. de procur. Ind. salut. lib.* 5. *cap.* 10. & 11. Boter. *dict.* 4. *part. relat. lib.* 1. Aug. Davila *in dict. hist. provin. Mexic. lib.* 1. *c.* 24. & 25. Fr. Alfons. Ferdin. *in histor. Eccles. lib.* 1. *per totum*, Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 6. *per totum, & lib.* 8. 9. & 10. Garcilas. *lib.* 1. *cap.* 9. & *lib.* 2. *cap.* 4. & *sequentibus*, & passim Anton. de Herrera *in sua histor. gener. Ind.* Præcipuè *decad.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *pag.* 253. Ubi † Mexici duo millia idolo- 104
rum diversorum fuisse commemorat, & de eis, & eorum Sacerdotibus aliqua tangit Bodin. *lib.* 1. *dæmonomaniæ*, relatus à Theatro vitæ human. *volum.* 27. *lib.* 4. *pag.* 4189. ubi ita inquit: *In America antequam Hispani illa potirentur, † Sa-* 105
cerdotes jejunia maxima, preces, & supplicationes celebrasse constat, Idaris idola circumgestasse eorumque honores decantasse: tum occupatos à spiritibus malignis, res mirabiles pronunciavisse. Illis uxores non erant, præterquam iis, qui peccata audiebant, pœnitentiam temperabant, & confessionem sub gravi pœna non audebant retegere. Omnes pene pè jejunant: maximè si quando facienda messis, aut bellum, aut Deus ipsorum, id est, diabolus consulendus. Ut autem vehementius raperentur, oculos oculebant aut eruebant sibi, cùm sacrificandi essent homines, & omne genus animalia idolis suis. Multa puellarum habebant monasteria, quas homines castrati, naso, labiisque præcisis, asservabant, indicta adversus incestum capitali pœna. Qui ambibant Sacerdotium, cum Sacerdotibus se in sylvas, albis vestibus indutos abdebant, ubi annos quatuor, aut quinque transigebant. Hoc facto cum literis testimonialibus (sylabos Imperatores vocant) abire solebant Maximum Deum adorabant Solem, quem vocabant Guaca, & Pachacamac, *Solis, & Lunæ filium, &c.* Nimirum † quia dæmon, infestissimus semper 106
hostis generis humani, his & aliis erroribus Barbaros obcæcabat, & ambiguis responsis, illudebat, ut non solum sibi divinos honores usurparet, verùm & ritus, quibus Deus colitur, emularetur, ut benè advertit Acosta *ubi supr.* & Raph. de la Torre *in* 2. 2. *quæst.* 85. *art.* 3. *disp.* 1. *pag.* 418. *tom.* 1. Eratque illis adeò familiaris, & socius, ut legamus apud Petr. Ciezam, 2. *part. cap.* 27. & Hieron. Benzon. & ejus additionatorem, *dict. lib.* 1. *cap.* 26. *pag.* 124. In insula † Hispanio- 107
la *Crocoton* dæmonem misceri solitum mulieribus, & ex eo natos bicornes nasci: cujus dictum refert Martin. Delr. *lib.* 2. *disquisit. magic. quæst.* 15. & ejus epitomator Franc. Torreblanca *lib.* 2. *de Magia cap.* 33. *n.* 40.

Quod † idololatriæ scelus ita absurdè apud 108
omnes Indos, & pertinaciter frequentatum, eorum ruditatem imprimis coarguit: nam ut rectè, de Ægyptiis loquens, scribit Cæl. Rodrig. *l.* 16. *lect. antiq. cap.* 4. *Ut hebetissimus quisque est, ita fœtilimæ superstitionum vanitatibus mancipatur, quas ingenium vegetum, doctrina nitore defæcatum, excultumque, præcipuè aversatur, alliditque.*

Quam verò idem istud Idololatriæ crimen execrabile, & † Deo Optim. Max. semper in- 109
fensum fuerit, apertè constat ex maledictionibus, & suppliciis, quæ adversus illud perpetrantes minatur *Isai.* 41. & 42. *Deuteron.* 27. *Exod.* 22. *Psalm.* 96. *Ierem.* 2, 11. *Sapient.* 14. 17. ubi dicitur, † quòd ad tantum flagitium obstupescunt 110

cœli, & portæ ejus desolantur vehementer, *Apocalyps.* 18. 1. *Corinth.* 6. & in aliis plurimis locis diligenter congestis à Petr. Nanio in Polianthæa,
111 verb. *Idolatria*, quæ † latè exornant, & prosequuntur D. Augustin. *lib.* 19. *de Civ. Dei, cap.* 21. & 23. Tertullian. *in peculiari libro de idololatria.* Lactant. Firmian. *lib.* 1. *Divin. instit. c.* 3. D. Clement. Alexand. *in Orat. adhort. de Gentes,*
112 *pag.* 52, & rursus *pag.* 108. ubi † cultum simulachrorum *manifesta probra ac dedecora*, & *impietatem extremam* appellat, & Gentian. Hervetus ibidem, stultitiam omnibus majorem D. Cyprian. *in orat. contra idola*, D. Athanas. *in tract. de vanitate idolorum*, Justinus Martyr in Oratione Patænetica, D. Gregor. *lib.* 12. *Moral. c.* 12. Div. Thom. 2. 2. *quæst.* 94. *art.* 1. & *seqq.* D. Anton. 1. *part. cap.* 3. *tit.* 2. § 7. ubi inquit, quod idololatria habuit initium Babyloniæ, tempore Beli, quamvis Suidas in dictionario aliam originem tradat, dicens. *Scruch. defunctos præstantes viros quot annis adorari jussit, tamquam adhuc viventes, & memoriam eorum celebrari, & in sacros commentarios referri: & Deos judicari, tamquam benefactores. Hinc orta est idololatria, & multitudo Deorum, atque usque ad Tharram Abrahami patrem duravit.* Abulensis *cap.* 1. *in Exod. quæst.* 7. Pereira ibidem *disput.* 7. ubi tradunt, Hebræus propter idololatriam, quam inter Ægyptios didicerant, & exercuerunt, tot divinis suppliciis afflictos Marquard. *tract. de Jud. & Infid.* 3. *part. cap.* 1. *num.* 23. & *seqq.* Petr. Crespec. in summa fidei, verb. *Idolatria*, Fr. Anton. à Cordub. *dict. lib.* 1. *quæst.* 57. *dub.* 5. *pag.* 500. Anton. Posevin. *in Bibliothe.* 1. *tom. lib.* 10. *c.* 4. *pag.* 431. & Anton. de Herrera *in dict. histor. gen. Ind. decad.* 3. *lib.* 2. *cap.* 15. *pag.* 85. ubi docent, quid sit idololatria, unde provenerit, & quos effectus operetur; & aliqua de idololatria nostrorum Indorum subjungunt Marta *d. tract. de jurisdict.* 1. *part. cap.* 24. *ex num.* 29. ubi quod licitum sit, idololatras debellare, Simanc. *in Cathol. instit. tit.* 32. ubi materia, & pœnis
113 idololatriæ. Et † quòd omnis idololatra hæreticus est censendus, Gregor. de Valent. *tom.* 3. *disput.* 6. *quæst.* 11. Tolet. *de instruct. Sacerd. lib.* 4. *cap.* 14. *rubr. de superstit. num.* 2. *vers. Est igitur idololatria.* Fr. Ludov. Granat. *in Symb. Fidei*, 4. *part. cap.* 10. & 5. *part. cap.* 26. Lælius Cecius *in summa*, *part.* 1. *tit. de Fide*, *cap.* 14. *rubr. de idololatria*, *per tot.* Leonard. Lessius *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 3. & 4. Pat. Francisc. Suar. *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 3. ubi quid sit idololatria, & *cap.* 4. ubi quotuplex sit, & *cap.* 5. ubi de ejus origine, & *cap.* 6. ubi de ejus gravitate, & pœna, Joan. Azor. *instit. Moral. p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 11. & *seqq.* ubi quid sit
114 idololatria: & quod † ejus crimen ex ignorantia non excusatur Thom. Sanch. *in præcep. Decalog. lib.* 2. *c.* 37. Martin. Delr. *in adag. sacris*, 1. *tom.*
115 *adag.* 855. *pag.* 462. ubi † concludit idolum inde dictum, quod cultoribus nihil nisi dolorem, & turbelam adferat, & Deum ad iram provocet. Ludovic. à Paramo *de orig. Inquisit. lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2. *per totum*, ubi curiosè recenset, eos omnes, qui idololatriæ crimen in mundo commiserunt, Fr. Raphal. de la Torre *in* 2. 2. *D. Thom. tom.* 2. *quæst.* 94. *art.* 3. & *ex pag.* 98. *usque ad*
116 *pag.* 124. ubi † quod idololatria continet odium Dei, & blasphemiam, & est gravior infidelitate, & de ejus causis, & initiis, & alia plura de ea Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib.* 11. *cap.* 10. *pag.* 787. & *sequent.* ubi quàm fuerit vana istorum Indorum, & aliorum idololatrarum secta, Fr. Thom. Maluenda de Antichristo *lib.* 1. *cap.* 3. *pag.* 6. & 7. ubi quod Belial fuit Princeps idolorum, & quid significet, & *lib.* 7.
117 *cap.* 3. *pag.* 349. ubi † quod Antichristus idola auferet, & alia plura de gravitate hujus criminis, Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 6. *cap.* 5. & *cap.* 33. ubi de idololatria diversarum nationum, & Indorum, & quando cœperit, Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom.* 2. *colloq.* 1. *per tot.* præcipuè *pag.* 22. & 23. ubi de varietate, & abominatione idolorum, Petr. Opmeer. *in opere Chronograph. pag.* 20. ubi quid sit idolum, & de initio idololatriæ, Illustriss. Bellarm. *lib. de Verb. Dei, cap.* 13. *pag.* 17. ubi idem *tract. & lib.* 4. *de Roman. Pontif. cap.* 19. *pag.* 340. ubi de idololatriæ
118 punitione, Franc. Torreblanca *de magia*, *lib.* 1. *cap.* 17. & 18. Joan. Funger. *in Etymolog. verb. Idololatria*, *pag.* 448. & 449. Basil. Pont. 1. *part. var. disp. quæst. exposit.* 6. & 7. ubi plura tradit de materia idololatriæ, & an illa cœperit ante diluvium, tempore *Henoc*? & † an semel extincta, sit iterum sub finem mundi reditura, Fr. Joan. à Ponte *in conven. utriusq. Monarch. lib.* 3. *cap.* 12. § 2. & *seqq.* ubi plura omnino videnda de eadem idololatria, & ejus initio, & quando in Ægypto, & in Hispania ortum habuerit, & qualiter à Deo punita fuerit eruditiss. Pat. Joan. Pineda *in commentar. sup. Job. c.* 31. *vers.* 26. 27.
119 & 28. ubi postquàm de hoc crimine multa satis curiosè congessit, ostendit, meritò † à Job in illo loco appellari: *Maximam iniquitatem*, & quod vix de alia tam graviter conqueritur Deus, atque de idololatria: vix alicujus improbitatis tam multæ, tamque graves appellationes: jam enim appellantur idola, *Offensiones*, & *dolores oculorum*, ut quæ Deus non sustineat videre: jam *abominatione*, ut quas non sine ingenti nausea coram se videat: *jam odium, spurcitia, immunditia, sordes.* Denique nihil esse immundum, cum quo maxima hæc iniquitas non comparetur. Circa quod plura alia etiam congerit, & considerat
120 D. Valenz. *in disc. stat. & belli*, 2. *part. consider.* 2. *num.* 17. & 18. & novissimus Pat. Mendoza *supra lib.* 1. *Reg. cap.* 2. *vers.* 25. *num.* 12. *pag.* 503.

Quam reprehendens † etiam Sybilla relata à Lactant. *dict. l.* 1. *cap.* 3. sic scripsit.

Græcia quid confidis in viros Principes?
Ad quid dona inania mortuis ponis?
Immolas idolis, quis tibi in mentem dolorem
Imposuit, ut hæc perficiat, magni Dei vere relicto.

Et Sedulius Paschalis, vetus, & Christianus Poëta, eamdem cæcitatem, & stultitiam his elegantissimis versibus carpit, qui istorum Indorum in hac parte vitia, & mores denotare videntur.

Heu miseri, qui vana colunt qui corde tenebro.
Religiosa tibi sculpunt simulacra summque.
Factorem fugiunt, & quæ fecere, verentur.
Quis furor est? quæ tanta animas dementia ludit?
Ut colueren, turpemque bovem, teterumque draconem,
Semi-

Semihominemque canem supplex homo pronus adoret.
Aut alii Solem, cæcatis mentibus, æthi.
Affirmant verum esse patrem, quia rite videtur,
Clara serenatis infundere lumina terris.
Et totum lustrare Polum, cum constet ab istis
Montibus, instabilem rapidis decurribus ignem.
Officium non esse Dei.

Et est summè notandum Concilium Illiberitanum, *Canone* 1. ubi hoc crimen capitale, vel principale dicitur, & ibidem plura in ejus detestationem graviter, & eruditè congessit Nobilis noster D. Ferdinand. Mendoza, *cap.* 4. & 5. citans inter alia Tertul. *d. lib. de idololat. in princip.* dum ait: *Principale crimen generis humani, summus seculi reatus, tota causa judicii idololatria.*

121 Talisque, ac tanta fuit † *Dei Opt. Max.* cura in idololatriæ occasione vitanda, ut ob hanc causam æneum illum Serpentem, quem Moyses jussu Domini in deserto levavit, Ezechias religiosa potestate, Deo serviens, cum magnâ pietatis
122 laude contriverit, † Ne ab Israelitis tamquam idolum coleretur, ut tradit D. August. *lib.* 10 *de Civit. Dei cap.* 8. & idem Moysi in terram Promissionis populum introducere denegatum, illiusque
123 sepulchrum occultum hominibus fuerit, ne † Judæi omnia beneficia, quæ à Deo receperant, illi prorsus tribuerent, & divinis honoribus inservirent, ut optimè considerat Abulensis, Gagnejus, & Montan. *sup. Canon. Epist. Jud. Apostoli*, & insinuat Chrysost. *homil.* 5. *Matth.* D. August. vel quisquis ille est, qui de mirabil. sacr. Scriptur. conscripsit. *lib.* 1. *cap. ult.* gloss. Lyran. & Cajet. *sup. Deuteron.* 34. Theodoret., *q.* 43. *in Deuter.* & novissimè prosequitur P. Franc. Suarez *in defens. Fidei contra sect. Anglic. cap.* 13. *num.* 9. & 10. P. Fr. Joann. Marq. *in Gubernat. Christ. lib.* 1. *cap.* 32. *pagin.* 201. Quibus addo elegantissimum locum ejusdem Theodor. *lib.* 3. *de curat.*
124 *Græcar. affect.* ubi, † ob eamdem vitandæ idololatriæ rationem, Deum post diluvium in terra, & aliis elementis aliquid minus undequaque perfectum reliquisse, his verbis ostendit: *Hominum errorem sapientissimus Deus multò ante præsentiens: nonnullos defectus elementis adjunxit, ut illorum quidem species ac magnitudo, intuentes homines ad Opificem demirandum attolleret, ipsæque vicissim labes ac patientiæ, homines cohiberent, quominus ea, tamquam Deos adorandos, censerent.*

CAPUT XIII.

De eodem titulo, & aliis variis rationibus & argumentis, quibus magis, ac magis probari videtur, ad observandam legem naturæ, & idololatriam relinquendam: Indos, quoslibet alios infideles recti vi & armis compelli posse.

SUMMARIUM.

1 *Indorum vitia, & scelera summatim congeruntur verbis Pat. Joseph. Acostæ.*
2 *Bellum rectè videtur inferre indis, qui moniti resistere nolant à vitiis contra naturam.*
3 *Pontifex Romanus habet potestatem in infideles peccantes contra naturam.*
4 *Dei facta nobis exemplaria esse debent.*
5 *Pius V. statuit, ut omnes Indi ad legem naturalem servandam compellerentur.*
6 *Princeps quilibet Christianus, data sibi opportunitate, potest compellere infideles ad servanda naturæ præcepta.*
7 *Divinam in legem, vel naturalem quæ committuntur peccata, in omnium injuriam tendunt.*
8 *Respublica aliqua si vergat ad idololatriam, vel innocentes afficiat injuria, quilibet ei adversari potest.*
9 *Peccata contra naturam qui extirpant, Deo servire dicuntur.*
10 *Bella justa dicuntur, per quæ vitiis ad pietatis, & justitiæ societatem contulitur ex D. August.*
11 Cap. flagitia 32. q. 7. *expenditur.*
12 *Homo hominem, vel tola humanitatis ratione juvare debet, & ad bonum dirigere.*
13 Lex ut vim, D. de justit. & jure, & l. non tantum, de appellationib. *& similes exornantur.*
14 *Pater infidelis si velit occidere filium parvulum, ne baptizetur, quilibet ei resistere potest.*
15 Cap. fortitudo, cap. non in inferendâ 23. q. 3. *exornantur.*
16 *Injuriam, & peccatum alterius qui non excusat, cùm possit, tam est in vitio, quàm ille, qui facit.*
17 Cap. qui potest 23. q. 5. *perpenditur.*
18 *Proverb. locus cap.* 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, &c. *Explicatur.*
19 *Moysis factum Ægyptium propria auctoritate occidentis, qui injuriè Judæum vexabat, qualiter excusetur.*
20 Psalm. 81. Eccles. cap. 17. & Job. 29. *verba expenduntur, de oppressorum liberationes tractantia.*
21 Cap. non est, & cap. Regum officium 23. quæst. 5. *illustratur.*
22 *Idololatriam compescere, quilibet tenetur, si id facere possit.*
23 *Deus sapissimè facultatem debellandi, & puniendi idololatras concessisse comperitur.*
24 *Deuteronomii loca* cap. 12. & 20. *expenduntur, & explicantur.*
25 *Filii Israel qualiter præceperit Dominus, Amorrhæi, & aliis idolatris bellum inferre.*
26 *Idololatriam qui extirparunt Reges, plurimum in sacra Scriptura laudantur.*
27 Cap. qui vult, & cap. non invenitur 23. quæst. 3. *illustratur.*
28 *Nicolaus de Lyra, & alii inter justas belli causas idololatriæ punitionem apponunt.*
29 *Ara matrem tuam Machaam ob idololatriam Regno privavit.*
30 *Mathathias idololatram interfecit.*
31 *D. Paul.* ad Roman. *dignos morte esse dicit eos, qui idololatriam non vindicant.*
32 *Romanam urbem ob reliquias idolatriæ tot cladibus fuisse punitam, plurimi tradunt.*
33 *Legis antiquæ præcepta de puniendis idololatris post Christi adventum magis stringunt.*
34 Cap. si non audieris 23. quæst. 5. *explicatur.*
35 *Christi post adventum idololatriam cessaturam, omnes fere Prophetæ prænuntiarunt, quorum plura loca expenduntur.*
36 *Idola plura Christi adventu corruerunt, & obmutuerunt.*
37 *Colossus Rhodius Christi adventu dissipatus fuit.*
38 *Oracula aliqua recententur certamia, Christi adventu Gentium idola obmutuisse.*
39 *Idololatria major crimen est, quàm blasphemia.*
40 *Blasphemiæ ratione possunt Christiani infidelibus bellum indicere.*
41 *Blasphemiæ peccatum gravissimum est, & de ejus pœnis.*
Dom. Petr. Pantola de Ayala citatur, & laudatur, ibidem.
42 *Subditos contra proprium Regem injustè rebellantes, quilibet etiam extraneus coercere potest.*
43 *Christiani, præcipuè Pontifices, & Reges debent Dei honorem tueri.*
44 *Mali sunt prohibendi à malo, & cogendi ad bonum.*

cœli, & portæ ejus desolantur vehementer, *Apocalyps.* 18. 1. *Corinth.* 6. & in aliis plurimis locis diligenter congestis à Petr. Nanio in Polianthæa,
111 verb. *Idolatria*, quæ † latè exornant, & prosequuntur D. Augustin. *lib.* 19. *de Civ. Dei, cap.* 21. & 23. Tertullian. *in peculiari libro de idololatria.* Lactant. Firmian. *lib.* 1. *Divin. instit. c.* 3. D. Clement. Alexand. *in Orat. adhort. de Gentes,*
112 *pag.* 52, & rursus *pag.* 108. ubi † cultum simulachrorum *manifesta probra ac dedecora*, & *impietatem extremam* appellat, & Gentian. Hervetus ibidem, stultitiam omnibus majorem D. Cyprian. *in orat. contra idola*, D. Athanas. *in tract. de vanitate idolorum*, Justinus Martyr in Oratione Patænetica, D. Gregor. *lib.* 12. *Moral. c.* 12. Div. Thom. 2. 2. *quæst.* 94. *art.* 1. & *seqq.* D. Anton. 1. *part. cap.* 3. *tit.* 2. § 7. ubi inquit, quod idololatria habuit initium Babyloniæ, tempore Beli, quamvis Suidas in dictionario aliam originem tradat, dicens. *Scruch. defunctos præstantes viros quot annis adorari jussit, tamquam adhuc viventes, & memoriam eorum celebrari, & in sacros commentarios referri: & Deos judicari, tamquam benefactores. Hinc orta est idololatria, & multitudo Deorum, atque usque ad Tharram Abrahami patrem duravit.* Abulensis *cap.* 1. *in Exod. quæst.* 7. Pereira ibidem *disput.* 7. ubi tradunt, Hebræus propter idololatriam, quam inter Ægyptios didicerant, & exercuerunt, tot divinis suppliciis afflictos Marquard. *tract. de Jud. & Infid.* 3. *part. cap.* 1. *num.* 23. & *seqq.* Petr. Crespec. in summa fidei, verb. *Idolatria*, Fr. Anton. à Cordub. *dict. lib.* 1. *quæst.* 57. *dub.* 5. *pag.* 500. Anton. Posevin. *in Bibliothe.* 1. *tom. lib.* 10. *c.* 4. *pag.* 431. & Anton. de Herrera *in dict. histor. gen. Ind. decad.* 3. *lib.* 2. *cap.* 15. *pag.* 85. ubi docent, quid sit idololatria, unde provenerit, & quos effectus operetur; & aliqua de idololatria nostrorum Indorum subjungunt Marta *d. tract. de jurisdict.* 1. *part. cap.* 24. *ex num.* 29. ubi quod licitum sit, idololatras debellare, Simanc. *in Cathol. instit. tit.* 32. ubi materia, & pœnis
113 idololatriæ. Et † quòd omnis idololatra hæreticus est censendus, Gregor. de Valent. *tom.* 3. *disput.* 6. *quæst.* 11. Tolet. *de instruct. Sacerd. lib.* 4. *cap.* 14. *rubr. de superstit. num.* 2. *vers. Est igitur idololatria.* Fr. Ludov. Granat. *in Symb. Fidei*, 4. *part. cap.* 10. & 5. *part. cap.* 26. Lælius Cecius *in summa*, *part.* 1. *tit. de Fide*, *cap.* 14. *rubr. de idololatria*, *per tot.* Leonard. Lessius *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 3. & 4. Pat. Francisc. Suar. *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 3. ubi quid sit idololatria, & *cap.* 4. ubi quotuplex sit, & *cap.* 5. ubi de ejus origine, & *cap.* 6. ubi de ejus gravitate, & pœna, Joan. Azor. *instit. Moral. p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 11. & *seqq.* ubi quid sit
114 idololatria: & quod † ejus crimen ex ignorantia non excusatur Thom. Sanch. *in præcep. Decalog. lib.* 2. *c.* 37. Martin. Delr. *in adag. sacris*, 1. *tom.*
115 *adag.* 855. *pag.* 462. ubi † concludit idolum inde dictum, quod cultoribus nihil nisi dolorem, & turbelam adferat, & Deum ad iram provocet. Ludovic. à Paramo *de orig. Inquisit. lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2. *per totum*, ubi curiosè recenset, eos omnes, qui idololatriæ crimen in mundo commiserunt, Fr. Raphal. de la Torre *in* 2. 2. *D. Thom. tom.* 2. *quæst.* 94. *art.* 3. & *ex pag.* 98. *usque ad*
116 *pag.* 124. ubi † quod idololatria continet odium Dei, & blasphemiam, & est gravior infidelitate, & de ejus causis, & initiis, & alia plura de ea Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib.* 11. *cap.* 10. *pag.* 787. & *sequent.* ubi quàm fuerit vana istorum Indorum, & aliorum idololatrarum secta, Fr. Thom. Maluenda de Antichristo *lib.* 1. *cap.* 3. *pag.* 6. & 7. ubi quod Belial fuit Princeps idolorum, & quid significet, & *lib.* 7.
117 *cap.* 3. *pag.* 349. ubi † quod Antichristus idola auferet, & alia plura de gravitate hujus criminis, Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 6. *cap.* 5. & *cap.* 33. ubi de idololatria diversarum nationum, & Indorum, & quando cœperit, Simon Majol. *in dieb. Canicul. tom.* 2. *colloq.* 1. *per tot.* præcipuè *pag.* 22. & 23. ubi de varietate, & abominatione idolorum, Petr. Opmeer. *in opere Chronograph. pag.* 20. ubi quid sit idolum, & de initio idololatriæ, Illustriss. Bellarm. *lib. de Verb. Dei, cap.* 13. *pag.* 17. ubi idem *tract. & lib.* 4. *de Roman. Pontif. cap.* 19. *pag.* 340. ubi de idololatriæ
118 punitione, Franc. Torreblanca *de magia*, *lib.* 1. *cap.* 17. & 18. Joan. Funger. *in Etymolog. verb. Idololatria*, *pag.* 448. & 449. Basil. Pont. 1. *part. var. disp. quæst. exposit.* 6. & 7. ubi plura tradit de materia idololatriæ, & an illa cœperit ante diluvium, tempore *Henoc*? & † an semel extincta, sit iterum sub finem mundi reditura, Fr. Joan. à Ponte *in conven. utriusq. Monarch. lib.* 3. *cap.* 12. § 2. & *seqq.* ubi plura omnino videnda de eadem idololatria, & ejus initio, & quando in Ægypto, & in Hispania ortum habuerit, & qualiter à Deo punita fuerit eruditiss. Pat. Joan. Pineda *in commentar. sup. Job. c.* 31. *vers.* 26. 27.
119 & 28. ubi postquàm de hoc crimine multa satis curiosè congessit, ostendit, meritò † à Job in illo loco appellari: *Maximam iniquitatem*, & quod vix de alia tam graviter conqueritur Deus, atque de idololatria: vix alicujus improbitatis tam multæ, tamque graves appellationes: jam enim appellantur idola, *Offensiones*, & *dolores oculorum*, ut quæ Deus non sustineat videre: jam *abominatione*, ut quas non sine ingenti nausea coram se videat: *jam odium, spurcitia, immunditia, sordes.* Denique nihil esse immundum, cum quo maxima hæc iniquitas non comparetur. Circa quod plura alia etiam congerit, & considerat
120 D. Valenz. *in disc. stat. & belli*, 2. *part. consider.* 2. *num.* 17. & 18. & novissimus Pat. Mendoza *supra lib.* 1. *Reg. cap.* 2. *vers.* 25. *num.* 12. *pag.* 503.

Quam reprehendens † etiam Sybilla relata à Lactant. *dict. l.* 1. *cap.* 3. sic scripsit.

Græcia quid confidis in viros Principes?
Ad quid dona inania mortuis ponis?
Immolas idolis, quis tibi in mentem dolorem
Imposuit, ut hæc perficiat, magni Dei vere relicto.

Et Sedulius Paschalis, vetus, & Christianus Poëta, eamdem cæcitatem, & stultitiam his elegantissimis versibus carpit, qui istorum Indorum in hac parte vitia, & mores denotare videntur.

Heu miseri, qui vana colunt qui corde tenebro.
Religiosa tibi sculpunt simulacra summque.
Factorem fugiunt, & quæ fecere, verentur.
Quis furor est? quæ tanta animas dementia ludit?
Ut colueren, turpemque bovem, teterumque draconem,
Semi-

Semihominemque canem supplex homo pronus adoret.
Aut alii Solem, cæcatis mentibus, æthi.
Affirmant verum esse patrem, quia rite videtur,
Clara serenatis infundere lumina terris.
Et totum lustrare Polum, cum constet ab istis
Montibus, instabilem rapidis decurribus ignem.
Officium non esse Dei.

Et est summè notandum Concilium Illiberitanum, *Canone* 1. ubi hoc crimen capitale, vel principale dicitur, & ibidem plura in ejus detestationem graviter, & eruditè congessit Nobilis noster D. Ferdinand. Mendoza, *cap.* 4. & 5. citans inter alia Tertul. *d. lib. de idololat. in princip.* dum ait: *Principale crimen generis humani, summus seculi reatus, tota causa judicii idololatria.*

121 Talisque, ac tanta fuit † *Dei Opt. Max.* cura in idololatriæ occasione vitanda, ut ob hanc causam æneum illum Serpentem, quem Moyses jussu Domini in deserto levavit, Ezechias religiosa potestate, Deo serviens, cum magnâ pietatis
122 laude contriverit, † Ne ab Israelitis tamquam idolum coleretur, ut tradit D. August. *lib.* 10 *de Civit. Dei cap.* 8. & idem Moysi in terram Promissionis populum introducere denegatum, illiusque
123 sepulchrum occultum hominibus fuerit, ne † Judæi omnia beneficia, quæ à Deo receperant, illi prorsus tribuerent, & divinis honoribus inservirent, ut optimè considerat Abulensis, Gagnejus, & Montan. *sup. Canon. Epist. Jud. Apostoli*, & insinuat Chrysost. *homil.* 5. *Matth.* D. August. vel quisquis ille est, qui de mirabil. sacr. Scriptur. conscripsit. *lib.* 1. *cap. ult.* gloss. Lyran. & Cajet. *sup. Deuteron.* 34. Theodoret., *q.* 43. *in Deuter.* & novissimè prosequitur P. Franc. Suarez *in defens. Fidei contra sect. Anglic. cap.* 13. *num.* 9. & 10. P. Fr. Joann. Marq. *in Gubernat. Christ. lib.* 1. *cap.* 32. *pagin.* 201. Quibus addo elegantissimum locum ejusdem Theodor. *lib.* 3. *de curat.*
124 *Græcar. affect.* ubi, † ob eamdem vitandæ idololatriæ rationem, Deum post diluvium in terra, & aliis elementis aliquid minus undequaque perfectum reliquisse, his verbis ostendit: *Hominum errorem sapientissimus Deus multò ante præsentiens: nonnullos defectus elementis adjunxit, ut illorum quidem species ac magnitudo, intuentes homines ad Opificem demirandum attolleret, ipsæque vicissim labes ac patientiæ, homines cohiberent, quominus ea, tamquam Deos adorandos, censerent.*

CAPUT XIII.

De eodem titulo, & aliis variis rationibus & argumentis, quibus magis, ac magis probari videtur, ad observandam legem naturæ, & idololatriam relinquendam: Indos, quoslibet alios infideles recti vi & armis compelli posse.

SUMMARIUM.

1 *Indorum vitia, & scelera summatim congeruntur verbis Pat. Joseph. Acostæ.*
2 *Bellum rectè videtur inferre indis, qui moniti resistere nolant à vitiis contra naturam.*
3 *Pontifex Romanus habet potestatem in infideles peccantes contra naturam.*
4 *Dei facta nobis exemplaria esse debent.*
5 *Pius V. statuit, ut omnes Indi ad legem naturalem servandam compellerentur.*
6 *Princeps quilibet Christianus, data sibi opportunitate, potest compellere infideles ad servanda naturæ præcepta.*
7 *Divinam in legem, vel naturalem quæ committuntur peccata, in omnium injuriam tendunt.*
8 *Respublica aliqua si vergat ad idololatriam, vel innocentes afficiat injuria, quilibet ei adversari potest.*
9 *Peccata contra naturam qui extirpant, Deo servire dicuntur.*
10 *Bella justa dicuntur, per quæ vitiis ad pietatis, & justitiæ societatem contulitur ex D. August.*
11 Cap. flagitia 32. q. 7. *expenditur.*
12 *Homo hominem, vel tola humanitatis ratione juvare debet, & ad bonum dirigere.*
13 Lex ut vim, D. de justit. & jure, & l. non tantum, de appellationib. *& similes exornantur.*
14 *Pater infidelis si velit occidere filium parvulum, ne baptizetur, quilibet ei resistere potest.*
15 Cap. fortitudo, cap. non in inferendâ 23. q. 3. *exornantur.*
16 *Injuriam, & peccatum alterius qui non excusat, cùm possit, tam est in vitio, quàm ille, qui facit.*
17 Cap. qui potest 23. q. 5. *perpenditur.*
18 *Proverb. locus cap.* 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, &c. *Explicatur.*
19 *Moysis factum Ægyptium propria auctoritate occidentis, qui injuriè Judæum vexabat, qualiter excusetur.*
20 Psalm. 81. Eccles. cap. 17. & Job. 29. *verba expenduntur, de oppressorum liberationes tractantia.*
21 Cap. non est, & cap. Regum officium 23. quæst. 5. *illustratur.*
22 *Idololatriam compescere, quilibet tenetur, si id facere possit.*
23 *Deus sapissimè facultatem debellandi, & puniendi idololatras concessisse comperitur.*
24 *Deuteronomii loca* cap. 12. & 20. *expenduntur, & explicantur.*
25 *Filii Israel qualiter præceperit Dominus, Amorrhæi, & aliis idolatris bellum inferre.*
26 *Idololatriam qui extirparunt Reges, plurimum in sacra Scriptura laudantur.*
27 Cap. qui vult, & cap. non invenitur 23. quæst. 3. *illustratur.*
28 *Nicolaus de Lyra, & alii inter justas belli causas idololatriæ punitionem apponunt.*
29 *Ara matrem tuam Machaam ob idololatriam Regno privavit.*
30 *Mathathias idololatram interfecit.*
31 *D. Paul.* ad Roman. *dignos morte esse dicit eos, qui idololatriam non vindicant.*
32 *Romanam urbem ob reliquias idolatriæ tot cladibus fuisse punitam, plurimi tradunt.*
33 *Legis antiquæ præcepta de puniendis idololatris post Christi adventum magis stringunt.*
34 Cap. si non audieris 23. quæst. 5. *explicatur.*
35 *Christi post adventum idololatriam cessaturam, omnes fere Prophetæ prænuntiarunt, quorum plura loca expenduntur.*
36 *Idola plura Christi adventu corruerunt, & obmutuerunt.*
37 *Colossus Rhodius Christi adventu dissipatus fuit.*
38 *Oracula aliqua recententur certamia, Christi adventu Gentium idola obmutuisse.*
39 *Idololatria major crimen est, quàm blasphemia.*
40 *Blasphemiæ ratione possunt Christiani infidelibus bellum indicere.*
41 *Blasphemiæ peccatum gravissimum est, & de ejus pœnis.*
Dom. Petr. Pantola de Ayala citatur, & laudatur, ibidem.
42 *Subditos contra proprium Regem injustè rebellantes, quilibet etiam extraneus coercere potest.*
43 *Christiani, præcipuè Pontifices, & Reges debent Dei honorem tueri.*
44 *Mali sunt prohibendi à malo, & cogendi ad bonum.*

45 *Vindicta, tendit ad peccantium correctionem, est actus misericordiæ.*
46 Cap. ea vindicta, cap. mali 23. quæst. 4. & cap. Dominus noster 23. quæst. 2. *expenduntur*, & *illustrantur.*
47 Lex 35. tit. 2. part. 3. *quæ vocat* amicos Dei *eos, qui illius inimicos quomodolibet occidunt, perpenditur*, & *illustratur.*
48 Cap. si is qui 23. quæst. 4. *illustratur.*
49 *Peccata, quæ in Dei injuriam, & contemptum tendunt, non possumus impunita relinquere.*
50 *Dei judicia pro virili sequi, & imitari debemus.*
51 *Deus propter tyrannidem, idololatriam, & peccata contra naturam plura Regna subvertit*, Et num. sequentibus.
52 *Regna transferri ob injustitiam, & peccata pluribus Scripturæ locis probatur, quorum præcipua perpenduntur*, Et num. 54.
53 Cap. si de rebus, & cap. quemadmodum 23. q. 7. *exponuntur*, & *exornantur.*
54 *Varii Reges regno privati recensentur.*
55 *Auctores plurimi recensentur, qui subpersiones, & mutationes Regnorum peccatis attribuunt.*
56 *Regna sine virtutibus instabilia esse Seneca tradit.*
57 *Africanorum*, & *Sodomorum scelera qualiter Dei iram excitaverint* cum Salviano.
58 *Peccata videntur clamorem habere, quo Deum ad punitionem vocant.*
59 *Regnorum mutationes*, & *declinationes non proveniunt ex vi Astrorum, sed peccatorum.*
60 *Religionem, & pietatem servare est fulcrum Imperiorum.*
61 *Dei vindicta lenta, sed certa.*
62 *Habacuc verba* cap. 23. *expenduntur.*
63 *Justi Lipsii elegantissima verba de Dei vindicta referuntur.*
64 *Peccata numerantur, quæ Deus acerbissimè punire solet, etiam si ea usque ad certam metam, vel peritidum dissimulaverit*, cum Benedicto Pererio.
65 *Amorrhæorum iniquitates quando completæ dicantur in Scriptura.*
66 *Indorum vo maximas, & inveteratas iniquitates, & ut via aperiretur Evangelio, Deus Hispanorum victorias, & dominationem disposuit.*
67 *Ignorantia non videntur excusari posse Indi, qui contra legem naturæ peccabant.*
68 *Lex naturalis est lumen rationis humanæ, naturâ ipsa omnium hominum mentibus insitum.*
69 *Indis, quantumvis Barbaris, non denegavit Deus lumen rationis naturalis.*
70 *Lex divina, & naturalis omnibus hominibus intrinsecùs à Deo communicata videtur*, ex D. Paulo, Augustino & Cassiano.
71 *Ignorantia invincibilis non admittitur in puris ac primis præceptis naturalibus, & exempla eorum.*
72 Cap. turbatur 1. q. 1. *explicatur.*
73 *Rusticitatis excusatio non admittitur in his, quæ naturali ratione suadentur.*
74 *Contuetudo non excusat ab implemento præceptorum naturalium, & eò est pejor, quo diuturnior.*
75 *Natio nulla ita hebes, & Barbara est, cui permitti possit, ut Deum saltim generaliter non agnoscat, & reverentur.*
76 *Deum aliquem esse, cujus providentia regatur hoc omne, quod cernimus, nemo ignorare potest*; & *Auctores plurimi, qui de hoc argumento tractant.*
77 *Idololatræ per ignorantiam non excusantur.*
78 *Deus est ultimus finis hominis.*
79 *Prosperi Aquitanici elegantissima carmina de cognitione Dei.*
80 *Indi, quamvis extranei, & remoti, ad cognitionem veri Dei, & observantiam legis naturalis ab Hispanis perduci debuerunt.*
81 *Necessitate in extrema existenti quilibet tenetur opem ferre.*
82 *Inimicos etiam diligere, & juvare debemus, cùm sint naturæ nostræ participes.*
83 Cap. caritas 5. de pœnitent. dist. 5. *explicatur & exornatur.*
84 *Infideles corrigere tenemur, non solùm ut fidem recipiant, verùm & à peccatis contra naturam desistant.*
85 *Homines hominibus ex lege naturæ conrulere debent*, ex Cicerone, & aliis.
86 *Ciceronis locus* lib. ult. de finibus *emendatur.*
87 *Dei imago est homo benefaciens.*
88 *Auxilium miseris denegare turpe semper reputatum est, & talionis pœna punitum.*
89 *Indi juvari, & à suis miseriis, & peccatis erui debuerunt, quamvis nostrum auxilium non peterent, & sua sorte contenti viverent*, Et numer. 92.
90 *Invito beneficium non confertur.*
91 Lex ult. ff. de usu & habit. *perpenditur & illustratur.*
92 *Auctores recensentur dictæ legi ultim. respondentes.*
93 *Indi non potuerunt tyrannidi, cruentis sacrificiis, & aliis damnis, quæ olim patiebantur, consentire.*
94 *Vitæ alteriùs, imò nec propriæ nemo est dominus, nisi ad custodiendam illam.*
95 *Humanitatis, & pietatis officium exigit, ut proximis in periculo positis, etiam invitis, auxilium feramus.*
96 Lex non tantum, ff. de appellat. & l. adjectos, C. eodem, *exornantur.*
97 *Captum ad hostibus posumus etiam invitum redimere, & debet contractum servare.*
98 *Vasallos à dominis crudeliter habitos etiam auxilium non potentes debet Princeps liberare, & ab eorum jurisdictione eximere.*
99 *Invitos etiam ac nolentes servare, pulcherrimum opus est*, ex Seneca & Cassiodor.
100 *Indos voluntariè consentisse in tyrannides, sacrificia & alia damna, quæ sub antiquis dominis patiebantur, falsum esse probatur.*

HÆc quidem † omnia, & alia gravissima, & fœdissima Indorum scelera, ultra Auctores suprà relatos, non solum commemorat, verùm & re ipsa comperisse testatur, & dolet dissertiss. Joseph. Acosta *lib. 2. de procur. Ind. salut. cap. 3.* dicens, longum esse ea recenseres quoniam præter idololatriam, nefaria sacra, dæmonum frequentes collocutiones, concubitum masculorum, incestuosam pollutionem sororum, ac matrum, & reliqua id genus flagitia: alii alios in dicta causa enecabant: compotationes ac tumultus suas cruore miscebant: humanis multi carnibus pro summis deliciis vescebantur alii pueros innoxios simulachris mactabant: alii suorum inferias aliorum sanguine peragebant: plerique potentiam ad nihil aliud, quàm ad nocendum, & sæviendum sibi datam arbitrabantur, perinde atque immanes feræ, quæ naturaliter gradu inferiores ac viribus imbecille pecudes, prædæ suæ vendicant: ut idem sit apud istos dominari, & prædari: nihil aliud subditum esse, quam potentiores libidine obnoxium esse, ita ut justum volumen impleri oporteret, si exacte referre vellemus, quanta essent eorum vitia, & quàm latè patens, hæc feritas barbarorum in hoc vastissimo Orbe, qui ritus portentosi, & quæ denique legum, ac dominorum tyrannis.

Quæ cùm ita se habeant, prædictorumque criminum gravitas, & atrocitas adeò magna sit, ut abunde probatum reliquimus: dubitandum non videtur, † quin nostri Catholici Reges bellum adversus Indos movere potuerint, ut ab his sceleribus abstinere, & legem naturæ servare compellerentur. Intervenientе præsertim auctoritate Romani Pontificis, qui † hoc in casu adversus

sus omnes infideles jurisdictionem habet, tamquam generalis Christi Vicarius, *cap. 1. & 2. de translat. Episcop.* & eos, si detur facultas, pu-
4 nire potest, ad † Dei facta imitanda, quæ nobis exemplaria esse debent, ut apertè tradit Innocent. Hostiens. Ancharran. Florentin. Sylvest. & reliqui Doctores, quos in præcedentis capitis initio retulimus, & in nostris terminis definisse videtur Pius simus ille, & omni ævo venerandus,
5 Pius V. † Rom. Eccles. P.M. qui cum multa præclarè pro Indorum spirituali & temporali salute providisset, illud etiam expresse sanxit, *ut omnes Indi, quamvis Ethnici, ad legem naturalem observandam compellerentur, ne pravo exemplo aliis Indis jam conversis officerent, vel Hispanis inter eos degentibus scandalum generarent*, ut tradunt Hieron. Cater. *in ejus vita, pag.* 105. Anton. à Fuenmajor. *in lib. 4.* & Fr. Alphons. Ferdinand. *in histor. Eccles. nostri tempor. lib. 1. c. 52.*
6 *pag.* 182. Quinimò † etiam sine speciali licentia Romani Pontificis quemlibet Christianum Principem hoc idem officium data sibi opportunitate exercere debere, optimè docet & probat Fr. Ant. à Corduba *lib. 1. quæstionarii, q. 57. dub. 5. in princip. pag.* 498. & sequitur P. Molin. *dict. disp.* 106. *vers. Tertia conclusio.*

Pro cujus sententiæ majori comprobatione, & illustratione, ultra ea, quæ in cap. præcedenti
7 retulimus, rursus primo considerari potest, † quod id, quod in legem divinam, & naturalem committitur, in omnium tendit injuriam, *l. Manichæos, vers. Ac primum, C. de hæretic. l. 40. tit. 5. lib. 16. C. Theodos.* Bart. *in l. Gallus, §. Ille casus, n. 3. de liber. & posthum. cap. urgentis*, ubi gloss. *de hæretic. Just. Lips. lib. 4. civil. doct. cap. 3.* Salvian. *de Gubernat. Dei lib. 4.* Melchior. Junius *quæst. Polit. part. 3. q. 94.* Annæ Robert. *lib. 1. rerum judicat. cap. 12.* Lælius Zecch. *in tract. de Princip. cap. 5. num. 1.* Joan. Baptist. Valenz. *in monitor. contra Ventos, 7. p. num. 117.* & Petr. de Aragon. *in 2. 2. quæst. 10. artic. 3. vers. Secunda conclusio*: ubi
8 ait, quod † quotiescumque aliqua Respublica vergit ad idololatriam, vel in ea Innocentes efficiuntur injuriâ, licitum est unicuique, illos bello & armis defendere, lege naturæ id ordinante, ut ejus observantia salva, & libera maneat. Et idem latius in nostra specie sequuntur, & probant reliqui Auctores suprà relati, præcipuè Cajetan. *2. 2. q. 40. artic. 1.* Gregor. Lopez *in dict. l. 2. tit. 23. p. 2.* gloss. mag. *vers. Ailum titulum, & vers. Quinta conclusio.* Marquard. *d. tract. de infidel. 3. p. c. 1. n. 39.* Covarr. *in regul. peccatum, 2. part. §. 10. num. 1. versic. Tertiò*, in fine, Corduba *ubi supr. pag. 499.* & Doct. Marta *dict. tract. de jurisdict. 1. part. cap. 24. num. 28. & sequentib.* do-
9 centes, † quod qui talia crimina impediunt, vel puniunt, Deo servire dicuntur, *argum. c. ult. 23. quæst. 5. cap. paratus, cap. apud 24. quæst. 1.* ubi
10 licita ea bella dicuntur, per † quæ ad pietatis, & justitiæ societatem victis facilius consulitur, prout & D. Augustin. ostendit *epistol. 5.* dum ait: *Agenda sunt multa etiam cum invitis benigna quadam asperitate plectendis, quorum potius utilitati consulendum est, quàm voluntati. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur: quoniam nihil est infelicius felicitate peccatorum, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior, roboratur, & lib. 3. confes. c. 8.* relatus *in † cap. flagitia 13. 32. q. 7.* sic in-
11 quiens: *Flagitia, quæ sunt contra naturam, ubique & semper detestanda, atque punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerunt; quæ si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu divina lege tenerentur: quæ non sic fecit homines, ut se illo uterentur modo, Violatur quippe illa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cujus ipse auctor est, libidinis perversitate pollitur.*

Debent namque † homines, vel solâ humani-
12 tatis, & cognationis naturalis ratione cogente, aliorum hominum mores ad bonum dirigere, insignia scelera, & facinora vindicare, injurias, atque oppressiones, quas sub tyrannorum jugo patiuntur, pro viribus impedire, ut optimis exemplis ostenditur *in lib. Machab. c. 1. 3. & 4.* Zachariæ *cap. 14.* & Oseæ *cap. 10.* & communiter notant
13 Bart. & Doctores per text. ibi: † *in l. ut vim, ff. de justit. & jure, l. 1. ff. de lis, qui sunt sui, l. si servus ea lege, ff. de servis exportand. l. metum 9. §. sed licet, ff. quod met. caus. l. non tantum 6.* ibi: *Humanitatis ratione, ff. de appellat. l. culpa caret, ff. de regul. juris, l. 1. §. sed in eo, ff. ad Syllavian. cap. quanitæ, de sentent. excommun. c. dilecto, eodem tit. in 6.* junctis aliis, quæ observant D. Ambros. *lib. 3. offic. c. 3.* D. August. *lib. de moribus, c. 27.* Marc. Mantua *lib. 4. observ. 36.* Tiraquell. *de pœn. temper. caus. 24.* Menchac. *in præfat. controvers. illust. num. 2. & sequentib. & lib. 1. c. 8. ex n. 18. & c. 16. num. 10. & c. 21. num. 29. & sequentibus*, Pinel. *in rub. C. de rescindend. vendit. 1. p. c. 2. num. 26.* Cujac. *in recit. posthum. ad dict. leg. ut vim*, Bobadill. *in Polit. lib. 5. c. 2. num. 2. litter. D*, dixi Ego *in meo tract. de crimin. parric. lib. 2. c. 2.* & in eleganti casu resolvit Dominic. Soto *in 4. dist. 5. q. 1. art. 10.* inde concludens, †
14 quod si pater infidelis velit occidere filium parvulum, ne baptizetur, licitè id ei prohiberi posset, & ab ejus manibus filius abduci; quod etiam sequitur Gabriel *in 4. distinct. 4. quæst. 2. articul. 3.* Victoria *in 2. relect. de Indis num. 15.* & omnes Theologi communiter secundum Cordubam *ubi suprà.*

Atque eapropter D. Ambros. *lib. 1. offic. c. 27.*
15 *& 36.* relatus *in † cap. fortitudo, & in c. non inferenda 23. q. 3.* hanc veram fortitudinem & plenam justitiæ vocat, quæ à latronibus defendit infirmos. Qui † enim non repellit à socio injuriam,
16 si potest, tam est in vitio, quàm ille, qui facit, quæ verba matuatus videtur à Cicerone *lib. 1. offic.* dum ait: *Qui enim non defendit, neque obsistit injuriæ, si potest, tam est in vitio, quàm si parentes, aut patriam, aut socios deserat.* Et à D. Anastas. & Damascen. relatis *in † capite qui potest 23.*
17 *q. 5.* dum inquiunt: *Qui potest obviare & perturbare perversos, non facit, nihil aliud est, quam favere eorum impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occulta, qui manifesto facinori desinit obviare.* Quibus arridet Just. Lips. *lib. 5. civil. doct. cap. 4.* ubi inquit: *Nec similis ratio in oppressis, quos si gravior aliqua vis, aut extrema tyrannis urget, videtur cogere te communis societate vinculum, ut adjuves.*

Et melius † Salomon *Proverb. cap. 24. Eruе*
18 *eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses*, quem locum expo-

ponens Glossa *in dict. cap.* non inferenda: *Erue*, inquit, *per vim si injustè ducantur, vel per supplicationem si juste*, & ejus auctoritate D. Ambrosius ibidem, Div. Augustin. *q.2. in Exod. tom.4.* Hieron. *in quæstion. Hebrai. sup. lib.1. Regum. in fine*, D.Thom. 2.2. *q. 61. artic. ultim.* Burgens. *supr. cap.2. Exod.* Peret. *ibidem disput.* 10. primum illud Moysis facinus, † non solùm divinæ 19 inspirationis titulo liberant, sed justitiæ etiam ratione commendant: qui cùm vidisset Hebræum ab Ægyptio injuriam accipientem, illum defendit, ita ut Ægyptium prosterneret, atque in arena absconderet. Nimirum, quia debuit Moyses vim vi repellere, & pauperem & egenum oppressum de manu peccatoris liberare, ut † habetur *Psalm.* 20 81. & *Eccles.* 17. *Unitulque mandavit Deus de proximo suo*, & Job. 19. *vers.* 17. ubi gloriatur, quod semper se his iniquitatibus opponebat: *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.*

Potest etiam ad idem adduci insignis alter Div. Augustini locus *ad Macedon. epist.*54. relatus † *in capite non est* 23. *quæst.*5. ubi ait: *Non est iniquitatis, sed potius societatis humanitate devinctus, qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator*; & Div. Hieron. *sup. Jerem. capit.*2. relatus *in cap. Regum officium, eadem caus. & q.* ubi scribit: *proprium Regum officium esse, vi oppressos liberare, & contra potentes innocentibus, & imbecillis auxilium præbere, & ne quidem per conniventiam pati, ut ab aliis contristentur*, & Pelagius Papa *in cap. omnis* 7. *quæst.* 1. ubi ait, quòd qui negant misericordiam, & oppressis favorem debitum, videntur negare Christum. Circa quorum jurium illustrationem, & praxim in materia vitandi violentias, quas judices Ecclesiastici 22 secularibus faciunt, plura novissimè congessit Hieronym. Zevall. *in tract. de violentiis, 1. part. gloss. 5. ex num.* 27. & magis in nostris terminis Aceved. *consil.* 37. *n.*13. & Valenzuel. *in discurs. stat. & bell. p.2. consid.2. ex num.* 99. idem Valenzuela contrà Venet. 7. *p. num.*62. Petr. Greg. *lib.*11. *de Repub. cap.* 11. *num.*3. *& sequentib. & nos infr. lib.* 3. *capit.* 3. *numer.* 15. *& seqq.*

Secundo facit, quia si defensio, & vindicta, de qua suprà locuti sumus, ita justè permittitur, ut injuriæ hominibus illatæ cessent, & vindicen- 23 tur, multò † magis justum, & licitum esse videtur, infidelibus pro eorum idololatria compescenda, & castiganda, bellum inferre, cùm per eam ipsi Deo ita gravis injuria irrogetur, & talis sit, ac tanta (ut videmus) hujus delicti gravitas, & impietas, † cujus puniendi, & cohibendi ratione 24 ipse Deus Optim. Maxim. hanc bellandi adversus idololatras facultatem sæpenumerò permisisse, imò & præcepisse comperitur, ut appareat ex pluribus locis expensis à Corduba *d.q.*57. *dub.* 5. *versic. Tertio, pag.* 500. & præcipuè *ex Levit. cap.*18. & † *Deuter. c.*12. ubi filiis Israel, antequam terram Promissionis intrarent, hoc veluti primum, & præcipuum mandatum injunxit: *Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, Deos suos super montes excelsos & colles, & subter omne lignum frondosum. Dissipate aras eorum, & confringite statuas, lucos igne comburite, & idola comminuite: dispergite nomina illorum de locis illis.* Et infrà: *Omnes enim abominationes, quas aversatur Dominus, fecerunt Diis suis, offerentes filios, & filias: & comburentes igni.* Et ejusdem Deuteron. *cap.* 20. ubi † ex promissis civitatibus omnes omninò in 25 ore gladii interficiendos esse, Dominus jubet, Hethæum videlicet, & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Heveum, & Gebusæum, ne fortè docerent populum facere cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt Diis suis. In aliis autem civitatibus non promissis eas belli conditiones apponit, ut si pacem prius oblatam accipere noluissent, sed bello se defendere, omnes mares occiderent, omnem prædam exercitui dividerent, & de spoliis hostium comderent: *Sic facies* (inquit) *cunctis civitatibus, quæ à te procul valdè sunt, & non sunt de his urbibus, quas in possessionem accepturus es*: quò loci Glossa Interlinearis, verba: *Quæ à te procul sunt*; interpretatur, idest: *Religione diversa*, sic aperte ostendens, ob solam idololatriam urbes illas debellari permissas, & non ratione alterius injuriæ populo Israelitico illatæ.

Et propter † hanc idolorum, & idololatrarum 26 debellationem & dissipationem, multum laudari videmus Ezechiam, Josiam, & Nabuchodonosorem *lib.*4. *Reg. cap.* 18. & 23. & Daniel. *cap.* 14. quorum exemplo D. August. *epist.* 48. & 50. ad Bonifacium Comitem, Christianos Principes ad prælium contra idololatras adhortatur: *Omnes*, inquiens, *Reges, qui in populo Dei non prohibuerunt, nec everterunt idola, & alia, quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur, & qui prohibuerunt, & everterunt, super aliorum merita laudantur*: quod recoluit Gratianus *in* † *capite qui* 27 *vult, & in capite non invenitur* 23. *quæst.*3. Et † 28 Nicolaus de Lyra *sup. Numer. cap.*31. eorumdem locorum auctoritate permotus: *Una*, inquit, *belli justa causa est contra terram, in qua Deus per idololatriam blasphematur.* Idemque expressè affirmant Marquard. Luc. de Penna, Malferit. Alfons. à Castro. Guerrer. Marta, & plurimi alii utriusque censuræ Doctores, quos initio capitis præcedentis retulimus.

Quibus addere licet, quod † *in l.3. Reg. c.*15. 29 legimus de Asa Judeorum Rege, qui matrem suam Machaam, Absalonis filiam, propter ædificatum Pani sacellum Regno privavit. Et 1. *Machab.* 2. de Mathathia † qui dicti, præcepti, & 30 vigoris memor, interfecit eum, qui ad aras sacrificaturus accesserat.

Conducit etiam auctoritas † Divi Pauli 1. *ad* 31 *Roman.* ubi cum seriò idololatriam, & alia obscœna crimina infidelium connumerasset, & supplicia, quæ pro illis passuri erant, concludit: *Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte; non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*; ubi D. Ambros. exponit, id est, *qui non vindicant.*

Romanam † quoque urbem ob reliquias ido- 32 lolatriæ ingentibus cladibus, & excidiis Alarici, Genserici, Odoacris, & Totilæ divino judicio affectum fuisse, quousque tamdem Imperium Orbis in varios Reges, Regnaque distractum, atque divulsum, ipsa penitus amiserit; piè eleganter insinuat, & lacrymatur Paul. Oros. *lib.*7. *c.* 37. & 39. D. August. *in opusc. de excid. urb.* & passim *in lib. de Civit. Dei. & lib.2. retract. c.*44. Sozomen. *lib.9. histor. Eccles. cap.6.* Salvian. *in septem libris de vero judicio, & providentia Dei*: S. Gelas. *in epist. contra Andromachum, tom.* 1. *epistolar. Roman. Pontif.* & alii, refert Maluenda, *lib.*4. *de Antichrist. c.* 6.

Neque dixerit aliquis † ea legis antiquæ præ- 33 cepta, post Novi Testamenti promulgationem, exolevisse: nam contrarium, & meritò quidem affirmat D. Cyprian. *lib. de exhortat. martyr. c.* 5. relatus à Gratian. † *in c. si non audieris* 32. 34 23. *quæst.*5. ubi postquam prædicta Deuteronomii, & Mathathiæ exempla commemoravit, hæc elegantissima verba subnectit: *Quod si ante adventum Christi circa Deum colendum, & idola spernenda, hæc præcepta servata sunt, quantò magis post adventum servanda sunt, quando ille veniens non verbis tantùm nos adhortatus est, sed & factis?*

Etenim † omnes ferè Prophetæ prædixerunt, 35 post adventum Christi idololatriam exterminandam fore, ut constat *ex illo Isai.* 2. *Elevabitur Dominus solus in die illa, & idola penitus conterentur.* Et Zachariæ 13. *In die illa erit fons patens domui David, & habitantibus Jerusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum: Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra.* Idem etiam habetur *Isaiæ* 31. *Ezech.* 6. & 30. *Oseæ* 10. *Mich.* 1. *Dan. & Sophon.* 2. & latè observant Marquard. *dict. tract. de Jud. & Infid.* 3. *part. cap.* 1. *num.* 24. Bellarm. *lib.* 1. *controvers. cap.* 8. *de Christ. pag.* 105. *lit. D.* D. Gaspar Sanctius *sup. Isai. in locis suprà relatis*, & Fr. Ludov. Granatens. *in Symbol. Fid. part.* 4. *c.* 10. 36 *pag.* 458. Et pluribus † exemplis idolorum, quæ Romæ, & in Ægypto, & alibi adveniente Christo corruerunt, & oraculorum, quæ responsa amplius reddere non valuerunt, luculenter confirmant Nicephor. *lib.* 1. *c.* 17. Porphir. licèt ipse fuerit magnus idolorum cultor, *in lib. de deficientia Oraculorum*: Pat. Joan. Pineda *sub Job, tom.*2. *pag.* 634. & 1071. Simon Majol. *in diebus Canicul. tom.* 3. *colloq.* 1. *pag.* 307. & *seq. & tom.* 2. *colloq.* 1. *pag.* 78. & *tom.* 1. *colloq.* 21. *pag.* 470. Thom. Bocius *lib.* 14. *de sign. Eccles. c.* 3. & 4. & *lib.* 23. *cap.* 1. Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utriusq. Monarch. lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 32. ubi ad 37 hanc causam refert † ruinam, & dissipationem magni illius idoli, Rhodii olim erecti, quod *Colossum* appellarunt, & inter ingentia mundi miracula connumeratum fuit, & nos alia congessimus *sup. hoc lib. cap.* 4. *ex num.* 81.

Suntque valdè notatu digna ipsorum Oracu- 38 lorum † responsa, quæ de hac re apud prædictos auctores circumferuntur, quorum unum sic habet:

Puer Hebræus jubet me Diis beatis imperare,
Has ædes relinquere, & statim Orcum abire,
Caterum abi tacitus à nostris aris.

Aliud sic.

Tripodes congemiscite, abiit Apollo,
Abiit, quia flammeum me cogit cœleste Numen.
Erat Jupiter, & nunc est, & erit, ô magne Jupiter,
Hei mihi oraculorum defecit me claritas.

Et Sacerdoti, qui ultimus Apollinem de vera religione consuluit, respondisse narratur:

Ne me extremum, & ultimum velis ipse rogare,
Infœlix Sacerdos, de divino genitore.
Deque caro, & unicò Filio celeberrimi Regis,
Et Spiritu, qui omnia circum affatim continet,
Mentes, terram, fluvios, mare, Tartara, aerem, ignem.
Hei me etiam nolentem Spiritus ille bit ædibus expellet.
Ac tutumque detectum linquetur limen hoc fatidicum.

Ut omittam vulgatum Virgilii locum *Æneid. 6.* quem in eumdem sensum plures auctores accipiunt, dum canit:

Hujus in adventum jam nunc, & Caspia Regna
Responsis horrens Divum, & Maotica tellus.

Tertiò, in majorem suprà dictorum fidem, & comprobationem, illud etiam addere possumus, quod idololatria, & infidelitas majora, & 39 graviora crimina sunt, quàm blasphemia, & eam in se includunt, in quantum subtrahunt Deo, singularitatem dominii, & fidem opere ipso impugnant, ut docet D. Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 3. *& quæst.* 94. *art.* 3. *ad* 2. Fr. Raph. de la Torre *ibid. ex pag.* 98. Petr. de Aragon *in ead.* 2. 2. *quæst.* 13. *art.* 4. *pag.* 369. & Anton. à Corduba *dict. quæst.* 57. *dub.* 5. *pag.* 500. ubi ajunt, quod idololatria ipsi fidei unius veri Dei, & Christi Redemptoris magis directè, quàm alia peccata ipso facto contrariatur, & fundamentum Christianæ Religionis evertit. Sed sic est, quod propter † blasphemiam potest bellum adversus 40 infideles indici, quoties hi fidem blasphemiis, pravisque persuasionibus impediunt, vel legis Evangelicæ Prædicatores etiam in eorum Provinciis infestant, ut colligitur ex D. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8. & 11. & Cajet. *ibid.* & notat Albertin. *in rubric. de hæretic. quæst.* 8. Albert. Pius Campensis *contra Erasm. cap.* 21. *de bello*: Covarr. *in dict. regul. peccatum*, 2. *part.* §. 1. *n.* 3. *vers. Quartò licitum*; & Victoria *in relect.* 1. *de Indis, num.* 31. & Gaspar Sanctius *sup. Isai. cap.* 52. *vers.* 7. *pag.* 544. ubi probat, quàm ægrè ferat Deus suum nomen blasphemari: ergo multò magis propter idololatriam, adeo gravem, cruentam, & pernitiosam in Indis, de quibus agimus, bellum justè moveri potuit.

Quod argumentum fortissimum reputat, & appellat Sepulved. *in Apolog. contra Episcop. de Chiapa*; & confirmari potest † ex his, quæ de 41 pœnis contra blasphemos, & hujus criminis gravitate referunt Castro *de justa hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 12. D. Bañez *dict.* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 15. *vers. Dubitatur*: Jul. Clar. & Bajard. *lib.* 5. *Sententt. §. blasphem.* Tiber. Decian. *lib.* 6. *crimin. cap.* 1. *& sequent.* Director. Inquisition. 2. *part. quæst.* 41. *comment.* 66. *pag.* 333. Aragon. *ubi supr. pag.* 389. Azor. *lib.* 3. *instit. moral. cap.* 38. D. Joan. Vela *in tractat. de pœnis delictor. cap.* 4. & innumeri alii relati & Farinac. *in praxi crimin. tom.* 1. *quæst.* 20. Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *c.* 15. *num.* 11. *& lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 108. *cum sequentib. & lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 77. Parlador. *lib.* 3. *rer. quotid. cap.* 18. Petr. Marth. *in notis ad summam constit. Pontif. circa constit. Jul. III. contra blasphem. pag.* 355. Simon Majol. *colloq. de perfidia Jud. pag.*54. & *seqq.* Camill. Borrell. *de Mag. edict. lib.* 3. *cap. & cons.* 43. *per totum cent.* 1. & novissimè Licent. Barnuevus de Mosqueta *in peculiari tract. de Blasphemia, & ejus pœnis*; & cru-

eruditus pariter ac nobis Dom. Petr. Pantoja de Ajala *in comment. ad l. fin. C. de aleatoribus, numer.* 10. *fol.* 137. *& seq.*

Quartò, suprà dictis non incongruenter adjicio, quòd secundùm eumdem D. Thom. 2. 2.
42 *quæst.* 40. *art.* 1. justa † causa bellandi contra aliquos est, quando hoc illi merentur propter aliquam culpam, quapropter si subditi negarent honorem suo Regi, possent etiam ab extraneis puniri, ut omnes cum Angelico Doctore concludunt, & expressè resolvit Cajetanus 2. 2. *q.* 10.
43 *art.* 8. *& 9.* Quòd cùm ita se habeat, † longè magis ex caritate, sive pietate, quinimò, & ex lege justitiæ, Christiani tenemur, & illi præsertim, qui Pontificali, aut Regali auctoritate præfulgent, unici, & veri Dei, ac Domini nostri honorem tueri, & injurias quas infideles Idololatræ ei quotidiè ferunt, prohibere, ac vindicare.

44 Mali † quippè sunt prohibendi à malo, & cogendi ad bonum, eaque vindicta, quæ valet ad
45 correctionem, † non solùm non reprobatur, sed imò ad misericordiam pertinet, & si ea, de quibus Deus vehementer offenditur, insequi, vel ulcisci deserimus, ad irascendam utique Divinitatis patientiam provocamus; ut ex variis D. Au-
46 gustin. sententiis † recoluit Gratian. *in cap. si ea* 50. *cap. ea vindicta* 51. *cap. mali* 54. 23. *q.* 4. & docet idem August. *lib.* 6. *quæst.* 10. relatus *in cap. Dominus noster* 23. *quæst.* 2.

Quam eamdem sententiam latiùs prosequitur D. Hieron. *in c. qui malos* 23. *quæst.* 5. D. Chrysostom. *sup. Matth.* 5. *q.* 324. *ad* 4. *& q.* 338. Gabriel. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 4. Corduba *in quæstionar. lib.* 3. *quæst.* 57. *dub.* 5. *pag.* 499. & post hæc scripta D. Joan. Baptist. Valenz. *in discurs. status, & belli, part.* 2. *consid.* 2. *ex num.* 99. &
47 *consid.* 3. *num.* 41. Et † conducunt elegantissima verba *legis* 35. *tit.* 2. *part.* 3. ubi ex antiquorum sapientium doctrina hoc proverbium deducitur: *Amigo de Dios es, quien enemigo de Dios mata en tiempo qualquier.* Quod prosequitur Abbas *in cap.* 1. *de feriis*: Alberic. *in l. provinciarum, C. eodem*; & latè exornat Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *c.* 13. *num.* 38. *& seqq.* ubi etiam alle-
48 gat. opt. text. † *in cap. si is qui* 23. *quæst.* 4. ubi dicitur: *Et licèt ea, quæ nobis committuntur, fa-*
49 *cilè possimus indulgendo dimittere, † ea tamen, quæ in Deum commissa sunt, cum magna districtione, nec sine pœnitentia possumus relaxare.*

Quintò considero, quòd innocent. & Doctores *suprà* citati, jure optimo tradere potuerunt, hanc vindictam, quæ de tyrannis, idololatris, & aliis peccatoribus sumitur, qui contra legem naturalem delinquunt, ex Dei imitatione descen-
50 dere, quia † judicia Dei debent esse exemplaria judiciorum nostrorum, ut docet August. *in c.* 1. *c. qui peccant, c. quoniam, c. quando, c. non invenitur* 23. *quæst.* 3. & in terminis tradit Cordub. *dict. dub.* 5. *versic. Major autem, pag.* 500. ubi ad idem D. Thom. Cajetan. & alios allegat. Et videmus Deum ipsum, qui in sua potestate, & voluntate habet omnium jura Regnorum, ut late
51 ostendimus *in c.* 2. *huius libri*; † propter ejusmodi peccata, præcipuè ubi diuturna, & iterata sunt, imperia evertere, mutare, & ab aliis in alios transferre, solitum esse: eorumque Principes, & Respublicas, etiam tunc, cùm maximè florent, opprimere, & extraordinariis modis punire, ubi ordinarii non sufficiunt, ut præter sacræ Scripturæ loca, & exempla, quorum *suprà* meminimus, satis constat † *ex illo Eccl. cap.* 10. 52
vers. 8. *Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias, & injurias, & contumelias, & diversos dolos.* Sapient. 10. *Ideò justi tulerunt spolia impiorum.* Et Proverb. 13. *Thesaurizantur autem justis divitiæ impiorum.* Matth. 21. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti justitiam.*

Quas Domini voces ad omnes impios, & iniquos valere, graviter docet D. August. *adversus lit. Petilia, c.* 43. *& in epist.* 50. *ad Bonifac.* cujus verba † referuntur *in c. si de rebus, & in cap.* 53
quemadmodum 23. *quæst.* 7. Et re ipsa ostendit historia Nabuchodonosor, † & Balthazaris Re- 54
gis, Daniel *c.* 4. *&* 5. Saülis 1. *Reg. c.* 15. Amorrhæorum, *Deuteron. cap.* 21. & Parabola vineæ, de qua apud Matth. *dict. c.* 2. Marc. *cap.* 12. & translatio Imperii, quæ de Græcis facta est ad Germanos, de qua *in cap. per venerabilem* 34 *de electione*, & alia innumera testimonia, & exempla, quæ ab omni antiquitate petita † recolunt 55
Nicolaus de Lyra, & alii noviores scribentes in dictis locis: Doctores *in c. translato de constitat.* Oldrad. *consil.* 69. *&* 72. Martin. Laudens. *in tract. de Principe, quæst.* 155. Lancellot. Conrad. *in templo judicum, lib.* 1. *c.* 1. §. 2. *quæst.* 2. *num.* 16. *fol.* 14. Joan. Salisberiensis *in Policratico, sive de Curialium nugis, lib.* 4. *c.* 12. Petr. Gregor. *lib.* 18. *Syntagm. c.* 1. *& lib.* 5. *de Republ, c.* 2. *& lib.* 21. *c.* 1. Gaspar Sanctius *supr. Isai. c.* 6. *num.* 1. *pag.* 74. *& c.* 27. *num.* 6. *pagin.* 276. *& c.* 28. *num.* 46. *pag.* 290. Palac. Rubeus *de obt. Navar. part.* 5. §. 4. *&* 9. Thomas Bocitis *de sign. Eccles. in praetermiss. ad lib.* 24. *c.* 3. *pag.* 627. *& de ruinis Gent. lib.* 2. *c.* 15. *pagin.* 199. *& in integro tract. de imperio virtutis*; Petr. Fab. *lib.* 3. *Semestr. c.* 8. *pag.* 101. *& c.* 20. *pag.* 308. Simanc. *lib.* 3. *de Republ. c.* 9. *n.* 11. Just. Lips. *lib.* 2. *Politicæ, sive civil. doctr. c.* 7. *&* 10. Pat. Ribaden. *in Princip. Christ. lib.* 2. *c.* 4. *pag.* 513. Rutil. Berzon. *de anno Jubil. lib.* 6. *c.* 17. Pat. Joan. Pineda *comment. in Job, c.* 34. *vers.* 14. *& de rebus Salom. lib.* 7. *c.* 2. *num.* 1. *pag.* 482. Calist. Remir. *in tract. de lege Regia*, §. 8. *n.* 22. Simon Majol. *in dict. Canicul.* 3. *tom. colloq.* 2. *de bellorum eventib. pag.* 341. Petr. Andr. Canonher. *in Aphorism. pol. Hippocrat. pagin.* 643. *& seqq.* Valenzuela *in dict. monitor. contra Venetos, part.* 5. *num.* 196. Bobadilla *in lit. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 11. *&* 12. Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. lib.* 2. *c.* 26. *pag.* 318. & Fr. Joannes Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 4. *capit.* 106.

Et ante eos hoc idem optimè præsensit Demosthenes *in Oratione Olynthiaca* 2. † & Senec. 56
in Thyeste, act. 2. *scen.* 1. dum ait:

> =*Ubi non est pudor,*
> *Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,*
> *Instabile Regnum est.*

Et Salvian. *lib.* 7. *de providen. Dei*, ubi cùm Afrorum † gravissima scelera recensuisset, ea 57
Deum quasi reluctantem ad illorum internecionem mo-

movisse, his gravissimis ostendit: *Et cùm hæc omnia fierent, quid aliud talis populus agebat, nisi ut cùm eum Deus perdere adhuc fortasse nollet, tamen ipse exigeret, ut periret? Unde & quòd Vandali ad Africam transierunt, non est divinæ severitati, sed Afrorum sceleri deputandum: gravi enim eos antequam illuc pergerent, ac longa iniquitate traxerunt*; & lib. 1. de Sodomæ, & Gomorrhæ peccatis, sic inquit: *Clamor Sodomorum, &* 58
Gomorrhæ multiplicatus est. † *Pulchrè clamorem, dixit, in se habere peccata. Grandis absque dubio peccantium clamor est, quia terra ascendit ad cœlum. Quare autem peccata hominum quasi clamare testatur? Scilicet, quia cædi aures suas, Deus Dicit, clamoribus peccatorum, ut non differatur pœna peccantium. Et verè clamor, & grandis clamor est, quando pietas Dei peccatorum clamoribus vincitur, ut peccantes punire cogatur. Ostendit ergo Dominus, quam invitus puniat etiam gravissimos peccatores, dicens: quòd clamor Sodomorum ad se ascenderit, hoc est, misericordia quidem mea mihi suadet, ut parcam, sed tamen peccatorum clamor cogit, ut puniam.*

59 Et ad hanc causam † (non ad astrorum vim, syderumque influxus) mutationes & declinationes Regnorum referendas esse, piè, & doctè advertit Marquez ubi *suprà*, & Simon Majol. quem transcribit Canonher. *in locis citatis*, ubi sic ait: *Cùm ergo causas periodorum, & mutationum in Imperiis quærimus, non procul vagemur animis, nec ad sydera evolemus, sed quid in Ecclesia politiis, & œconomiis fiat, consideremus. Si regnant in Ecclesia falsæ, impiæ, fanaticæ, blasphemæ opiniones, aut idola, & conflictantur inter se docentes; si in politiis impunè grassantur tyrannides, seditiones, latrocinia, imposturæ, fraudes, & licet cuilibet, quodlibet; si dissident conjuges, & vagis ac prohibitis libidinibus contaminantur œconomiæ, & adulterantur familiæ; non dubitemus, impendere tristes, atroces, & propinquas pœnas.*

Etenim, ut præclare inquit Just. Lips. *in præ-*
60 *fat. ad Poliorcert.* † fulcrum Imperiorum est, servare religionem & pietatem, & qui secus fa-
61 ciunt, raro Dei vindictam effugiunt, † quæ certa semper est, licèt aliquando lentis, & laneis pedibus, ut est in adagio, incedere videatur, ut dixit Horat. *lib.* 3. *Ode* 2.

> *Raro antecedentem scelestum*
> *Deservit pœna pede claudo.*

62 Et Habacuc † *cap.* 23. *Licèt visus est procul, tamen apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, &*
63 *non tardabit.* Vigilat quippe divinus † ille oculus, ut ait Just. Lips. *lib.* 2. *de constant. cap.* 15. *Et cùm dormire eum censes, connivet. Atque ut in uno, eodemque homine jure, in senecta ætate delictum aliquod punitur admissum in juventa: sic Deus in imperiis, aut Regnis peccata vetera, quia externæ communionis ratione unum quiddam Deo sunt, & conjunctum. Et sicut in homine cùm manus furto, penis libidine, venter ingluvie peccavit, totum corpus id luit; sic in communi aliquo cœtu paucorum delictum expetere, sæpè in omnes, præsertim si ii, qui peccant, velut digniora quædam membra sunt, ut Reges, Principes, Magistratus.* Tradunt plura alia Cajetan. & alii Patres exponentes illud Genes. 25. *Nedum completa sunt iniquitates Amorrhæorum.*

Inter quos Benedict. Perer. cùm tres causas doctè admodum expressisset, ob quas soler Deus peccata † punire, quæ usque ad certam aliquam 64
metam, vel temporis periodum impunita reliquit, nempè *multitudinem, inverecundiam*, & *consuetudinem*, sive *incorrigibilitatem peccantium*, quartam tamdem causam, & valdè ad rem nostram convenientem, his elegantissimis verbis scribit: *Quando improbitas, & impietas alicujus gentis eò usque procedit, ut sit admodum exitialis humanæ societati, ipsam hominum communitatem, & societatem pervertens, ac destruens. Humana verò societas tribus maximè rebus, & initio coalescit, & deinceps continetur, atque conservatur: ante omnia Religione, pietateque adversus Deum, tum ergo homines æquitate, ac justitia, ac demum rectâ vivendi disciplina, & rationabili quadam morum institutione, & compositione. Contra primum facit atheismus, & fœda ac pestilens idolatria, qualis fuit olim quarundam gentium, quibus vel proprios suos filios, aut jugulando, aut igne comburendo, Diis immolare moris erat. Quòd si hæc scelera in ipsum etiam Dei populum invaserint, mirum dictu quantum iram Dei provocent, & contra se vindictam ejus accelerent. Hujus criminis sæpè accusatos esse Judæos à Prophetis, legimus in sacris Literis. Alterum humanæ societatis vinculum, justitiam dico, planè dissolvunt frequentes, & immodicæ bonorum rapinæ, tyrannicæ oppressiones, frequentes bonorum, & innocentium cædes; tale fuisse legimus peccatum Ægyptiorum adversus Hebræos: idem crimen sæpenumero Hebræis ipsis exprobrarunt Prophetæ, extrema eis mala ob eam causam comminantes. Contra tertium humanæ societatis caput faciunt promiscuæ, atque indifferentes virorum, atque mulierum conjunctiones, nulla distinctione, ac respectu cognationis, vel affinitatis, ut patris & filiæ, filii & matris, fratris & sororis, & quod multò detestabilius est, nefandæ commixtiones marium cum maribus, & hominum cum jumentis; atque hoc † fuisse complementum iniquitatum Chananæo-* 65
rum, ad quod ubi pervenere, punitos esse eos à Deo, & ejectos de terra sua, nec obscurè, nec uno tantum loco docet Scriptura.

Et in specie † istorum Indorum Occidenta- 66
lium, de quibus loquimur, similiter contigisse, antiquaque eorum Regna, & imperia ob gravissima, quæ committebant, peccata † tunc, cùm maximè florebant, concidisse, & Deum Opt. Max. tum ut illa puniret, cùm etiam ut Divini Verbi prædicationem inter ipsos Indos disseminaret, Hispanorum adventum & dominationem disposuisse, apertè docet, & multis argumentis ostendit Joseph. Acosta *l.* 7. *de hist. moral. Ind. c.* 24. *& seqq.* & Fr. Joan. Torquemad. *in Monarch. Ind. lib.* 4. *cap.* 105. *&* 106. Secreta Dei judicia laudantes, qui simul his gentibus & supplicium, & salutem paravit, juxta dictum D. Pauli ad Roman. *cap.* 11. *vers.* 11. *&* 12. & idem observat Thom. Boc. *de sign. Eccl. lib.* 24. *cap.* 3. & Joan. Boter. *in relat. universal.* 4. *part. lib.* 1. *ex pag.* 25. ubi tyrannides, & alia scelera Indorum recenset, & ea in causa fuisse, tradit, ut Regnis suis spoliarentur, & divinæ voluntatis decreta ad Hispanos transirent. Quod ipsi quoque

Peruani *Indi* sibi persuaserunt, ut diximus *suprà cap. 12. num. 21.*

Neque obstabit, si suprà dictis objecerit quispiam, † Indos istos, ut plurimum rudes, & barbaros fuisse, ut *suprà hoc lib. c.8.* latè probavimus: ac proinde ob ingenii hebetudinem, & morum feritem excusari, si Deum, ut oportebat, non agnoverint, nec coluerint, & aliis delictis & sceleribus legis naturalis præcepta fœdaverint. Etenim 68 cùm lex † naturalis sit lumen rationis humanæ, quod Deus naturæ conditor una cum natura inseruit mentibus hominum ad aliquid faciendum, vel non faciendum, ut observant Theologi post D. Thom. 1. 2. *quæst.* 94. ubi Medin. *art.* 1. Raph. de la Torre, *tom.* 1. *de Religione, quæst.* 85. *art.* 1. *disp.* 2. Suarez *de legib. lib.* 2. *cap.* 5. *cum seqq.* Sayr. *in Thesaur.* 3. *part. c.* 2. *à num.* 6. & plures alii relatâ Salas *in eod. tract. disp.* 5. *per tot.* non est credendum, † Indis quantumvis barbaris, cum verè 69 homines sint, hoc lumen à Deo negatum fuisse, nec ea ignorasse ad quæ natura ipsa inclinat, & amplectenda, vel fugienda esse docet, etiam nulla 70 institutione, aut ordinatione permissa, † juxta illud D. Paul. ad Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt* D. Aug. *lib.* 2. *confes. c.* 4. *Lex tua, Domine, in cordibus hominum scripta est, quam nec ulla unquam delet iniquitas*: quod exponens Cassianus, *collat.* 4. *c.* 23. sic excellentissimè inquit: *Deus hominem creans, omnem naturaliter ei scientiam legis inseruit, quæ si fuisset ab homine secundum propositum Domini, ut cæperat, custodita, non utique necessarium fuisset, aliam dari, quæ per literam postea promulgata est: erat enim superfluum extrinsecus offerri remedium, quod adhuc intrinsecus tenebatur insertum.*

71 Atque ita † in ejusmodi puris, ac primis præceptis naturalibus, qualia sunt; *Deum colere, bonum sequi, malum fugere, quod tibi non vis, alteri non facere*, & similia, non cadere, nec admitti ignorantiam invincibilem, tradunt Alex. de Alex. 2. *p. q.* 153. *n.* 3. Durand. *in* 3. *distinct. illat.* 25. *q.* 1. *ad* 1. Alphons. de Castro *lib.* 2. *de lege pœnal. cap.* 14. Card. Tolet. *in summa, lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 9. & plures alii, quos refert Par. Gabr. Vasquez *in* 1. 2. 1. *tom. q.* 76. *art.* 2. *disput.* 122. *pag.* 1049. Joan. Azor. *tom.* 1. *lib.* 1. *instit. moral. c.* 13. *q.* 1. Valent. *tom.* 2. *disput.* 6. *q.* 6. *punct.* 1. *corol.* 7. Sanch. *lib.* 1. *Decalog. c.* 16. *n.* 33. & post hæc scripta P. Fran. Suarez *in tract. de Spe, disput.* 17. *sect.* 2. *n.* 7. & expressè probat Gratian. *in c. turbatur* 12. 1. *quæst.* 1. ubi † naturalis juris ignorantiam omnibus adultis damnabilem esse, docet. 72 Quem locum exponens glossa ibidem, allegat text. & glos. *in l.* 2. *C. de in jus vocan.* ubi quod plus est, non solùm † his, quæ merè juris naturalis sunt, verum in his quoque, quæ naturali tantum ratione suadentur, veluti *benefacientibus benefacere*, rusticitatis excusationem admittendam 73 non esse docemur. Quemadmodum neque † consuetudinis excusatio admittetur, quæ reatum potius auget, quam minuit, & cùm mala sit, & sacris ac naturalibus institutis contraria, nullo tempore convalescit, & nullius momenti debet judicari, *l. capitalium*, §. *solent*, *ff. de pœnis, cap. ex literis, cap. cum venerabilis, cap. fin.* ubi gloss. *de consuetud. c. mala* 8. *distinct.* cum multis aliis, quæ 74 de perfidia, & blasphemiis Judæorum loquens, tradit Sim. Majol. 3. *tom. dier. Canic. col.* 1. *p.* 55. & 56.

Et generaliter tam de Indis, quàm de aliis gentibus, & nationibus tractantes, † nullam ita ru- 75 dem, & hebetem fuisse, cui permitti possit, ut laboret ignorantia invincibili unius Dei, cùm ad illum saltim generaliter cognoscendum, ac colendum, tamquam principium omnium rerum, excedens omnia, & à quo omnia dependent, & gubernantur, omnes solo lumine naturali ducantur, & teneantur, latè † post Epicurum comprobat Ci- 76 cero, *lib.* 1. *de nat. Deor.* Aristot. *lib. de cœlo*, & *lib.* 8. *Physicor.* Ælian. *lib.* 2. *de varia hist.* Plutarch. *de placitis Philosoph. c.* 6. & 9. Lactan. Firmian. *lib.* 3. *Divin. inst. cap.* 11. & *lib.* 1. *cap.* 2. ubi ait: *Nemo est enim tam rudis, tam feris moribus, quin oculos suos in cœlum tollens, tametsi nesciat, cujus Dei providentia regatur hoc omne, quod cernitur, non aliquam tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia utilitate, pulchritudine, temperatione: nec posse fieri, quin id quod mirabili ratione constat, consilio majori aliquo sit instructum.* Boët. *lib.* 3. *prosa* 10. D. Cyprian. *lib. de idol. vanitate*, ubi ait: *Hanc esse summam delicti, nolle agnoscere, quem ignorare non possis.* D. Gregor. Nazianzen. *orat.* 34. concludens, hoc adeò verum esse, ut vel oculis corporeis videri possit, D. Thom. & post eum Theologi, *lib.* 3. *contra Gentes*, & *in* 1. *part. summæ, quæst.* 2. & 2. 2. *quæst.* 85. & plures alii, quos refert Mag. Medina, *lib.* 4. *de rect. in Deum fide, c.* 8. August. Eugubin. *de perenni Philosophia, lib.* 3. Cæsar Baron. *lib.* 1. *Annal. anno Christi* 82. *n.* 40. & *sequent.* Petr. Malferit. loquens in nostris terminis, inter consilia Mandelli, *volum.* 2. *cons.* 769. *num.* 72. Torquemada *in Monarch. Ind. lib.* 6. *in Prologo*, & *c.* 1. & 2. Fr. Ludovic. Granatens. *in Symbol. Fidei*, 1. *part. c.* 3. *pag.* 9. Fr. Joan. Marquez *in Gubern. Christ. lib.* 2. *c.* 23. *pag.* 294. & 295. & doctè Raph. de la Torre *de Religione, tom.* 1. *q.* 94. *art.* 2. *disput.* 3. ubi ex hoc concludit, † Idololatras non excusari per ingnorantiam 77 ab idololatriæ crimine, cùm neque à cognitione unius veri Dei excusentur.

Et † quod Deus sit ultimus finis hominis, & 78 ad id homo creatus, & de rationibus, quibus tenetur Deum colere: Fr. Thomas à Jesu *de procur. omnium gent. salute, lib.* 11. *c.* 3. 4. 5. 6. & *sequent. ex pag.* 761. *ad* 797. Tradit etiam alia novissime circa hoc Caldas Pereyra *de emptione & venditione, c.* 1. *n.* 1. Et optimis carminibus † expo- 79 suit Prosperus Aquitanicus, *lib. de providentia Dei*, in hæc verba:

Quâ jacet extremo tellus circumdata ponto:
Et quâ gens hominum diffusa est corpore mundi,
Seu nostros annos seu tempora prisca revolvat,
Esse omnes sensere Deum: nec defuit ulli
Auctorem natura docens, nisi impius error
Abstrit, multis tribuens quod debuit uni:
Innatum est cunctis genitorem agnoscere verum;
Hic auctore carent, & tempore permanet idem
Semper, & immensum nec sæcula, nec loca claudunt.
Hic nullis mundi cauris extantibus in se
Quidquid vellet habens, cùm visum est omnia solus
Condidit ut voluit formas, numerosque, modosque,
Et genera, & vitas statuens, & semina rebus,
Quidquid inest cælo, quidquid terraque, marique,
Quid-

Quidquid quocumque est in corpore, sive animatum,
Sive expers animæ, calida, humida, frigida, sicca,
Uno extant auctore Deo: qui dixit Verbo
(Quod Deus est) rerum naturas, atque elementa
Protulit, & summis opifex intentat, & infr.
Est igitur Deus, & bonus est, & quidquid ab illo
Effectum est, culpa penitùs vacat, atque reatu,
Omnem autem hanc mundi molem, qui condidit ipse.

Rursus non obstabit, hujusmodi infideles, de quibus agimus, prorsus à nobis & fide, & solo, 80 & imperio extraneos fuisse, † atque ita tamquam foris positos Christianorum disciplina compesci non potuisse, quantumvis prædicta crimina perpetrarent, sed Dei judicio reservari debere, juxta locum Paul. 1. *Corint.* 5. *Quid mihi de his, qui foris sunt*, de quo statim latius tractabimus. Nam cum scelera illa in adeò magnam Divinæ, & naturalis offensionem, & innocentum oppressionem prolaberentur, & ut suprà latè probavimus, commune societatis humanæ vinculum eorum vindictam, & liberationem expostularet, etiam ad extraneos & infideles extendi potest, & decet, ut expressè affirmant omnes Doctores, quos pro hac opinione citavimus, & tetigimus *supr. c.* 11. *in fine*, & gravissimis verbis illustrat Acosta *lib.* 2. *de procur. Ind. salut. c.* 6. *pag.* 232.

81 Quoniam † existenti in extrema necessitate quilibet tenetur opem ferre, ut docet glos. *verb. Esurientium, in c. sicut.* 47. *distinct.* & plures referens Pet. Cenedo *in collect.* 27. *ad Decretum, numer.* 1. Pet. Roicius *decis. Lithuanic.* 3. *num.* 296. Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis*, §. *etsi impubes, num.* 37. *ff. de lib. agnoscend.* & Calist. Remir. *de lege Regia*, §. 30. *n.* 23.

82 Et non solùm infideles extraneos, verùm † & inimicos (quod plus est) dirigere & auxiliari debemus; & eis eleemosynas præbere, cùm sint naturæ nostræ participes, juxta doctrinam D. Clem. Alexandr. *lib.* 2. *Stromatum, c.* 9. D. Pros- 83 peri *lib.* 3. *de vita contempl.* qui refertur † *in c. caritas* 5. *de pœnitent. distinct.* 2. ubi glos. *verbo Participes.* Alexandr. *cons.* 130. *super eo, num.* 3. *lib.* 7. ubi loquuntur de Judæis, Saracenis, & aliis Infidelibus, sequitur Abbas *in c. Judæi, de testib.* Dec. & Cagnol. *in l. culpa caret, de regul. jur.* Sylvester *in summ. verb. Caritas*, §. 5. Marta *de jurisdict. 1. p. c.* 24. *num.* 49. Card. Tusch. *pract. conclus. jur. lit. I, conclus.* 125. *pag.* 491. & exornat Menchac. *lib.* 1. *controvers. illustr. c.* 2. *num.* 29. Patr. Franc. Suar. *in novissimo tract. de Charit. disput.* 5. *sect.* 5. *per totam*, Mag. Petr. de Aragon. *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. *pag.* 292. *vers. Tertia conclusio, art.* 9. *pag.* 625. & *in q.* 33. *art.* 2. 84 *pag.* 788. Ubi ait, quod † tenemur infideles corrigere, quando adest spes emendæ: & quòd quamvis non sit spes, quòd infidelis corrigetur quantum ad fidem falsam, quam habet, si tamen est spes, quòd cessabit ab aliis peccatis, quæ contra naturam committit, adhuc tenemur, illum de illis corrigere.

Et conveniunt verba Ciceron. *lib.* 1. *Offi.* dum 85 inquit: † *Homines hominum causa sunt generati, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possent*; & *lib.* 3. *Hoc Natura præscribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam tantum, quod is homo sit, consultum velit*, & *lib.* 5. & *ult.* de Finibus, ubi hanc conjunctionem hominum inter ho-

mines, sive societatem, communicationem, & caritatem generis humani à primo statu natam, eleganter philosophatur. Ita † enim legendum est, 86 non *statu*, ut vulgò corruptè legitur, ut benè advertit. Tiraquel. *de pœn. temper. caus.* 24. *num.* 3.

At reverà, ut ait D. Clemens *ubi suprà*. † *Dei* 87 *est imago homo benè faciens, qua in re ipse etiam beneficio afficitur, sicut gubernator simul servat, & servatur.* Unde semper † turpe, & indecorum 88 judicarum est, miseris auxilium denegare & talionis pœna punitum, ut eleganter canebat Ovidius *lib.* 13. *Metamorphos.*

Et eget auxilio qui non tulit, utque reliquit.
Sic linguendus erit, legem enim sibi dixerat ipse.

Denique non obstabit, si replicetur, † hos 89 Indos Hispanorum opem, auxilium, vel vindictam nunquam expostulasse, quin potius sua sorte contentos, in Reges, sive Tyrannos, quibus suberant, ritus & leges, sive mores, quantumvis feros, aut fœdos, quibus gubernabantur, & cruenta ac immania sacrificia, quæ exercebant, voluntariè convenisse, & consensisse videri, ut ait Episcop. de Chiapa *in Apolog. contra Sepulved. fol.* 15. & *sequent. & in responsion. ad objectiones ejusdem, replic.* 11. *fol.* 45. Ac propterea sub prætextu liberationis, & instructionis eorum, bello & armis compesci non potuisse, cùm secundum Casiodor. *lib.* 1. *var. epist.* 38. & *lib.* 5. *epist.* 39. non † sit beneficium, aut defensio, quæ præsta- 90 tur invitis, nec cuiquam videatur utile, quod adversa voluntate conceditur, suspectumque reddatur, quod patiuntur nolentes. Unde Horatius in Arte Poëtica rectissimè inquit.

In vitium qui servat, idem facit occidenti.

Et Lesbon. apud Plaut. in Trinum. *act.* 3. *scen.* 2. *Nullum beneficium esse duco id, quod cui facias, non placat.* De quo extat egregia regula juris *in l. invito* 66. *ff. de regul. jur.* & optimum exemplum † *in l. ult. ff. de usu, & habit.* ubi in per- 91 niciem meam id omne fieri dicitur, quod fit contra meam voluntatem, etiam, si in meliorem statum res commutetur, cum latè adductis ab Alexand. *in l. cum quid, n.* 1. *ff. si cert. petatur*, & *cons.* 55. *in fin. vol.* 2. Jas. *in l.* 2. *num.* 99. *C. de jur. emphyteut.* Tiraquel. *in præfat. de retract. num.* 25. & Sarmiento *lib.* 3. *selectar. cap.* 7. *numer.* 3.

Nam † huic argumento responderi potest cum 92 Victor. *de relect. de Indis* 2. *p. num.* 15. *in fine*, Gregor. Lop. *in dict. l.* 2. *p. vers. Alium titulum, in fin.* Bañez *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 10. *vers. Tertia conclusio, col.* 535. Lotc. *in* 2. 2. *sect.* 3. *disp.* 52. *n.* 2. *pag.* 968. & Molin. *de just. & jure tract.* 2. *disp.* 106. *vers. Tertia conclusio*, Indos † non ita 93 sui juris fuisse, ut se ipsos, vel filios suos morti tradere possent, vel tyrannis vexantibus, & occidentibus consentire: † cum nemo sit dominus 94 vitæ alterius, nec etiam propriæ, nisi ad custodiendum illam, *l. liber. homo* 13. *ff. ad leg. Aquiliam, cap. displicet.* 22. *quæst.* 4. cum aliis, quæ tradunt Theologi post D. Thom. *in* 1. 2. *q.* 73. *artic.* 9. *ad* 2. & *in* 2. 2. *q.* 59. *art.* 3. Victor. *in re-*

lect. de homic. num. 23. Sot. *lib.* 4. *de just. & jure quæst.* 2. *art.* 3. Cordub. *dict. lib.* 1. *quæst.* 57. *dubit.* 3. *vers. Neque valet dicere, pag.* 499. Gregor. de Valencia, Michael Salon. Aragon, & plures alii, quos plenè congessit Gomez de Amescua *in tractatu de potestate in seipsum lib.* 1. *c.* 1. *&* 5.

Ac propterea voluntas Indorum pium & debitum humanitatis officium non potuit excludere,
95 † quod exigit, ut proximis in periculis, ærumnis, & necessitatibus positis, licèt invitis, & reluctantibus subveniamus; ut in eo contingit, qui laqueo aut alio modo vult sibi ipsi manus inferre, mortemque conciscere: & in eleganti exem-
96 plo ab Ulpiano relato † in *l. non tantum*, 6. *D. de appellat.* & ab Imp. *in l. adjectos*, *C. eod.* ubi humanitatis ratione omnis pro altero provocans in capitali supplicio, audiendus esse dicitur, etiam si adversus provocationem damnatus resistat, eamque admitti nolit, perire festinans. Tradunt alia his similia Dec. Mayner. Cagnol. Pet. Faber. Rævard. & cæteri *in d. l. invitos*
97 inter quæ illud † de capto ab hostibus, quem etiam invitum redimere possumus, & compellere, ut contractum de hac re gestum ratum habeat, Auth. si captivi, ubi Cyn. & Salicet. *C. de Episcop. & Cler.* Alexand. *n.* 7. *in l. fin. C. de negot. gest.* Dec. *cons.* 691. *n.* 6. Carroc. *de locato in t. de Medico q.* 2. *n.* 5. Et idem obtinet in eo, qui non patitur, se à servitute, vel carcere liberari, & generaliter in omnibus, qui suam personam, vitam, libertatem, aut etiam civitatem defendere negligunt, ut arg. *l.* 1. *&* 2. *ff. de liberal. caus.* concludit Bald. *in dict. l. fin.* Bart. *in l. Stichus n.* 1. *ff. de pecul. legat.* Decius *n.* 2. Mayner. *in d. l. invito n.* 15. Joan. Andr. & Franc. *in c. cùm, C. laicus, de for. compet. l.* 6. Imola *in c. ex litter. de pigno.* Tiraquel. *de nobilit. c.* 6. *n.* 39. Carroc. *de locato, t. de locat. ad long. tem. q.* 6. *n.* 145. *fol.* 62. & Gomez de Amescua *in d. tract. de potestate in seipsum l.* 1. *c.* 16. *n.* 10. *& sequentibus.*

Quibus arridet alia doctrina, quæ habet,
98 † quod si dominus subditum enormiter, & atrociter oneraret, quilibet alter Princeps, viribus, & auctoritate superior posset, & deberet talem vassallum omninò à crudelis domini potestate, & jurisdictione eximere, etiam tacente ipso subdito, & nihil petente, ut argum. tex. *in l.* 1. *ff. de his qui sunt sui, vel alieni jur. §. sed & major inst. eodem*, loquentium in servis á dominis malè tractatis resolvit Joan. Faber. ibidem Guido Pap. *decis.* 62. incipit, *Si quis Baro.* Thom. Grammat. *in addition. fin. ad Matth. de Afflict. decis. Neapol.* 265. Menchac. *l.* 1. *controvers. illustr. c.* 8. *n.* 18. *& l.* 3. *de success. creat. §.* 26. *n.* 47. & elegantis Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. l.* 1. *c.* 6. *pag.* 31.
99 *& lib.* 2. *c.* 15. *in fin.* Etenim † ut ait Seneca *l.* 2. *de benefi. c.* 14. *Pulcherrimum opus est, etiam invitos, nolentesque servare.* Et eleganter Casiodor. *lib.* 1. *var.* sic inquiens: *Cogi enim debet ut sit quietus, qui suo vitio renuit esse pacificus. Nam & medendi peritus invitum frequenter salvat agrotum: dum voluntas recta in gravibus passionibus, non est, sed potiùs illud appetitur, quod à salutis judice gravare posse sentitur.*

His addere possumus, quod, ut ego conside-
100 ro, non potest securè affirmari Indos † prædictis malis voluntariè consensisse, cùm vel cæcitate & ignoratione sua vel tyrannorum metu ita oppressi essent ut non possent ad meliorem statum aspirare; cùm tamen re vera plurimi ipsorum tyrannidis dominantium, & legum, & sacrificiorum crudelitatis, & asperitatis maximè pertæsi reperirentur, cuperentque, si possibile eis fuisset, adeò gravi onere liberari, ut refert, & testatur Pat. Joseph. Acosta *lib.* 5. *hist. Ind. c.* 22. affirmans, se ita à multis antiquis Indis audivisse, atque hac præcipuè de causa ità facilè Indos in omnibus ferè hujus Novi Orbis provinciis sanctissimam & mitissimam Christi Domini legem recepisse, neque magis gravatè Hispanorum dominationem, & gubernationem subiisse. Quod eam justiorem reddere potest, ut tradit Victoria *d. relectione de Indis*, 2. *part. n.* 16. & Nos alio in loco diligentiùs examinabimus.

CAPUT XIV.

De auctoribus, & argumentis, quæ in superiore articulo pro negativa sententia urgere videntur, & contrariorum solutione.

SUMMARIUM.

1 *Homines ad dissentiendum, & variè opinandum faciles sunt.*
2 *Infideles non posse debellari ob tyrannidem, idololatriam, & peccata contra naturam*, multi Doctores affirmant.
3 *Auctores plurimi referuntur, qui titulum debellationis Indorum ob tyrannidem, idololatriam, & peccata contra naturam admittere nolunt.*
4 *Bellum, ut sit justum, debet esse* defensivum, vindicativum, *aut* punitivum.
5 *Indi non videntur justè debellari posse ex causa defensionis, vindicationis, aut punitionis.*
6 *Bellum punitivum proprie ad executionem imperii, & jurisdictionis spectat, & inter subditos exercetur.*
7 *Princeps nullus, etiam Papa, & Imperator, in alienis Regnis temporalem jurisdictionem exercere potest*, Et num. 18.
4 *Civis unus non habet potestatem puniendi alium quantumvis vitiosum.*
9 *Respublica una non acquirit potestatem in aliam sibi non subditam ratione scelerum, quæ in ea committuntur.*
10 *Jurisdictionem nemo habet extra suum territorium.*
11 *Territorium quid sit, & unde dicatur.*
12 *Siculi Flacci locus refertur, & emendatur.*
13 *Imperii, & jurisdictionis propria terminos excedere etiam caritatis, aut pietatis ratione non licet.*
14 *Bonum, & rectum excedere nullatenus licet, etiam propter salutem alterius.*
15 *Mendacium quantumvis leve dicere non licet pro totius mundi conservatione.*
16 *Pontifex Roman. ex sententia D. Bernardi se in temporalibus Principum secularium negotiis immiscere non debet.*
17 *D. Pauli* ad Romanos 14. *locus expenditur.*
18 *Sibi non subditis promulgata nulla lex obligat.*
19 *Deus peccata, & injurias contra se factas facilè, si vult, vindicare potest, prout sæpissimè fecit.*
20 *Vindictam peccatorum, quæ contra Majestatem divinam committuntur, sibi relinquendam Dominus tradit.*
21 *D. Pauli locus* 1. Corinth. 5. Quid enim mihi de his, qui foris sunt, judicare? *de infidelibus exponitur à* D. Hieronym. Anselm. Athanas. Thom. & aliis, Et num. 23. & 27.
22 *Infidelium extra Ecclesiam peritorum peccata divino judicio puniendi relinquuntur.*

23 *Variorum Capitum intelligentia.*
24 *Vicario Christi directè non fuit concessa potestas super non baptizatis.*
25 *D. Theodoret. qualiter exponat locum D. Pauli Colossens.* 4. In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt.
26 *Trident. Synodus* sess. 14. cap. 2. *declarat Ecclesiam non judicare de non baptizatis.*
27 *Diversi Auctores in eumdem sensum tendentes.*
28 *D. Augurt. elegantissima verba* in sentm. 6. de verb. Dom. *referuntur, & perenduntur.*
29 *Ritus infidelium non esse ab Ecclesia tolerandos, ex doctrina D. Thom. qualiter accipiendum sit.*
30 *Infidelium etiam nobis subditorum ritus tolerandi sunt, si Christianæ religioni non adversentur.*
31 *Indi, si puniri possunt pro peccatis contra naturam commissis, pro omnibus puniri posse videntur.*
32 *Peccata omnia, legi, sive rationi naturali repugnant, & sic contra naturam esse videntur.*
33 *Pontifex non solùm infidelez, verùm neque fidelez debellare potest propter peccata legi naturali contraria.*
34 *Ignorantia aliqua invincibilis juris naturalis dari potest.*
35 *Fidei prædicatio continet etiam prædicationem pœnitentiæ.*
36 *Prædicationis Christi Domini, & D. Joannis Baptistæ propositum, quod fuerit.*
37 *Infidelibus fidem prædicare, & peccata eorum velle punire, contraria videntur.*
38 *Christus non venit judicare, sed salvare mundum.*
39 *Indorum vitia, religionis & doctrinæ insinuatione, magis quam armorum terrore tollenda fuerunt.*
40 *Homo* secundum Plutarch. *non ita efferum animal est, ut disciplina, & aliis modis curari con possit.*
41 *Religio Christiana, quàm patens sit, ad hominum barbariem, feritatem, & vitia tollenda.*
42 *Clem. Alexandr. elegans locus expenditur*: & alter num. 45.
43 *Lactantii Firmiani elegantissima verba de effectibus veræ Religionis.*
44 *Justus Lipsius optimè tradit, nulla re magis mores componi, quam Religione.*
45 *Alius locus Clem. Alexand.*
46 *Indorum Reges legitimè suo more creati ob solum tyrannidis vitium suis imperiis ab Hispanis privari potuisse non videntur*, Et num. 48.
47 *Princeps fidelis respectu infidelis sibi non subditi perinde se habet ac privatus cum altero privato.*
48 *Legitimè potiri videbantur ejus Imperio Indorum Reges.*
49 *Tyrannum justo titulo regnantem nemo privata auctoritate occidere, vel spoliare potest.*
50 *Auctores plurimi referuntur, qui disputant, an & quando liceat tyrannum privata auctoritate interficere.*
51 *Pat. Jacobi Gordoni verba de occisione Regis Galliæ Henrici III.*
52 *Indi, & alii infideles non videntur justè debellari posse ob esum carnium humanarum, & alia peccata contra naturam.*
53 *Indis quæ imputantur scelera, aliæ plures nationes commiserunt, quæ tamen ob ea debellatæ non leguntur.*
54 *Sodomiæ vitium Judæis, & Romanis olim frequentissimum fuit.*
55 *Adrianus Imperator Antinoo, Ganymedi suo, divinos honores indulsit.*
56 *Jerosolymis juxta templum effeminatorum ædiculæ structæ fuerunt.*
57 *Amorrhæi, & cæteri Palæstini gravissima peccata committebant ob quæ tamen citra præceptum Domini debellari non possent,*
58 *Afrorum vitia, vitiis Indorum longè majora, verbis Salviani connumerantur.*
59 *Carpocratianorum, sive Gnosticorum hæreticorum nefanda flagitia.*
60 Lestrigones *antropophagi erant, & ideò* striges *eò nomine dictæ.*
61 *Carnium humanarum convivia plures gentes exercuerunt.*
62 *Britanni, & Poloni carnes humanas edere solebant.*
63 *Brasilienses, Æthiopes, & aliæ gentes Orientales hodiè edunt carnes humanas.*
64 *Carnes humanas palato gratissimas dicebant Brasilii, & querebantur, quòd baptizatorum non tanti saporis essent.*
65 *Romani maximas turpitudines in suis Diis & eorum festis admittebant.*
66 *Lupercalibus in festis qualiter fœminæ verberarentur.*
67 *Assiriorum, & Lydorum obscœnus mos in virginibus maritandis.*
68 *Turcæ, & aliæ nationes quàm feros & fœdos mores hodiè habeant, & olim habuerint.*
69 *Auctores multi citantur, qui agunt de variis valdè feris ac fœdis variarum gentium moribus & ritibus.*
70 *Indi etiam ob defentionem innocentum, quos in sacrificiis immolabant, debellari posse non videntur, & quare.*
71 *Ecclesia quatenus tolerare soleat ritus infidelium.*
72 *Consuetudo etiam improba excusat à pœna temporali.*
73 *Barbaros quosdam, qui ex consuetudine homines immolabant, impunitos reliquerunt Romani*, ex Plutarcho.
74 *Sacrificia humanarum victimarum non videntur naturali jure prohibita, cum eis olim omnes ferè mundi nationes usæ reperiantur.*
75 *Idolum* Moloch, & Baal *quale, & alia plurima, quæ Hebræi coluerunt, eis humano sanguine litantes.*
76 *Carthaginenses, & generaliter reliqui Africani qualiter filios suos Saturno immolarent.*
77 *Romani etiam olim hominum immolationes exercuerunt.*
78 *Suetonii locus in Octavio perponditur.*
79 *Virgilii carmina exponuntur.*
80 *Captivi in sepulchris virorum fortium à Romanis necari solebant.*
81 *Gladiatores Romæ unde originem habuerint, & cur bestuarii dicti.*
82 *Gladiatorum spectacula crudelissima erant, & Trajanus uno munere decem millia gladiatorum, populo exhibuit.*
83 Lex unica, C. de gladiator. lib. 11. *qua gladiatorum spectacula prohibita sunt, declaratur, & illustratur.*
84 Marius *filiat suas Diis Averruncanis immolavit.*
85 Achaz *Hebræorum Rex filium immolavit idolo inimicorum suorum.*
86 *Hostia, & victima quid significent, & de horum nominum etymologia.*
87 *Romani frequenter se ipsos occidebant, vel occidendo vendebant.*
88 *Tauri, Thessali, Cretenses, & ulti humanis victimis utebantur.*
89 *Galli, Franci, Germani, Britanni, & alii populi Septentrionales homines immolabant, & quomodo*, num. 92.
90 *Lucani locus exponitur.*
91 *Theutates erat Gallis*, Mercurius, & Mars, Hæsus.
92 *Methodus homines immolandi.*
93 *Hispanos antiquos humanis victimis in sacrificiis uti solitos*, plures scribunt.
94 *Concilium Illiberitanum exponitur.*
95 *Religionis vanæ prætextu multoties gravia peccata fiunt.*
96 *Infideles nobis non subjecti idololatriæ causa non videntur posse puniri, aut debellari.*
97 *Romani antiqui maximè idololatræ fuerunt, & plusquam triginta deorum, sive potiùs dæmoniorum, millia coluerunt.*
98 *Ægyptii fuerunt idololatriæ magistri, & de multis videndis, & contemnendis rebus, quas adorabant.*
99 *Juvenalis locus expenditur de vanâ idololatria Ægyptiorum.*

100 *Dii,*

lect. de homic. num. 23. Sot. *lib.* 4. *de just. & jure quæst.* 2. *art.* 3. Cordub. *dict. lib.* 1. *quæst.* 57. *dubit.* 3. *vers. Neque valet dicere, pag.* 499. Gregor. de Valencia, Michael Salon. Aragon, & plures alii, quos plenè congessit Gomez de Amescua *in tractatu de potestate in seipsum lib.* 1. *c.* 1. *&* 5.

Ac propterea voluntas Indorum pium & debitum humanitatis officium non potuit excludere,
95 † quod exigit, ut proximis in periculis, ærumnis, & necessitatibus positis, licèt invitis, & reluctantibus subveniamus; ut in eo contingit, qui laqueo aut alio modo vult sibi ipsi manus inferre, mortemque conciscere: & in eleganti exem-
96 plo ab Ulpiano relato † in *l. non tantum*, 6. *D. de appellat.* & ab Imp. *in l. adjectos*, *C. eod.* ubi humanitatis ratione omnis pro altero provocans in capitali supplicio, audiendus esse dicitur, etiam si adversus provocationem damnatus resistat, eamque admitti nolit, perire festinans. Tradunt alia his similia Dec. Mayner. Cagnol. Pet. Faber. Rævard. & cæteri *in d. l. invitos*
97 inter quæ illud † de capto ab hostibus, quem etiam invitum redimere possumus, & compellere, ut contractum de hac re gestum ratum habeat, Auth. si captivi, ubi Cyn. & Salicet. *C. de Episcop. & Cler.* Alexand. *n.* 7. *in l. fin. C. de negot. gest.* Dec. *cons.* 691. *n.* 6. Carroc. *de locato in t. de Medico q.* 2. *n.* 5. Et idem obtinet in eo, qui non patitur, se à servitute, vel carcere liberari, & generaliter in omnibus, qui suam personam, vitam, libertatem, aut etiam civitatem defendere negligunt, ut arg. *l.* 1. *&* 2. *ff. de liberal. caus.* concludit Bald. *in dict. l. fin.* Bart. *in l. Stichus n.* 1. *ff. de pecul. legat.* Decius *n.* 2. Mayner. *in d. l. invito n.* 15. Joan. Andr. & Franc. *in c. cùm, C. laicus, de for. compet. l.* 6. Imola *in c. ex litter. de pigno.* Tiraquel. *de nobilit. c.* 6. *n.* 39. Carroc. *de locato, t. de locat. ad long. tem. q.* 6. *n.* 145. *fol.* 62. & Gomez de Amescua *in d. tract. de potestate in seipsum l.* 1. *c.* 16. *n.* 10. *& sequentibus.*

Quibus arridet alia doctrina, quæ habet,
98 † quod si dominus subditum enormiter, & atrociter oneraret, quilibet alter Princeps, viribus, & auctoritate superior posset, & deberet talem vassallum omninò à crudelis domini potestate, & jurisdictione eximere, etiam tacente ipso subdito, & nihil petente, ut argum. tex. *in l.* 1. *ff. de his qui sunt sui, vel alieni jur. §. sed & major inst. eodem*, loquentium in servis á dominis malè tractatis resolvit Joan. Faber. ibidem Guido Pap. *decis.* 62. incipit, *Si quis Baro.* Thom. Grammat. *in addition. fin. ad Matth. de Afflict. decis. Neapol.* 265. Menchac. *l.* 1. *controvers. illustr. c.* 8. *n.* 18. *& l.* 3. *de success. creat. §.* 26. *n.* 47. & elegantis Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. l.* 1. *c.* 6. *pag.* 31.
99 *& lib.* 2. *c.* 15. *in fin.* Etenim † ut ait Seneca *l.* 2. *de benefi. c.* 14. *Pulcherrimum opus est, etiam invitos, nolentesque servare.* Et eleganter Casiodor. *lib.* 1. *var.* sic inquiens: *Cogi enim debet ut sit quietus, qui suo vitio renuit esse pacificus. Nam & medendi peritus invitum frequenter salvat agrotum: dum voluntas recta in gravibus passionibus, non est, sed potiùs illud appetitur, quod à salutis judice gravare posse sentitur.*

His addere possumus, quod, ut ego conside-
100 ro, non potest securè affirmari Indos † prædictis malis voluntariè consensisse, cùm vel cæcitate & ignoratione sua vel tyrannorum metu ita oppressi essent ut non possent ad meliorem statum aspirare; cùm tamen re vera plurimi ipsorum tyrannidis dominantium, & legum, & sacrificiorum crudelitatis, & asperitatis maximè pertæsi reperirentur, cuperentque, si possibile eis fuisset, adeò gravi onere liberari, ut refert, & testatur Pat. Joseph. Acosta *lib.* 5. *hist. Ind. c.* 22. affirmans, se ita à multis antiquis Indis audivisse, atque hac præcipuè de causa ità facilè Indos in omnibus ferè hujus Novi Orbis provinciis sanctissimam & mitissimam Christi Domini legem recepisse, neque magis gravatè Hispanorum dominationem, & gubernationem subiisse. Quod eam justiorem reddere potest, ut tradit Victoria *d. relectione de Indis*, 2. *part. n.* 16. & Nos alio in loco diligentiùs examinabimus.

CAPUT XIV.

De auctoribus, & argumentis, quæ in superiore articulo pro negativa sententia urgere videntur, & contrariorum solutione.

SUMMARIUM.

1 *Homines ad dissentiendum, & variè opinandum faciles sunt.*
2 *Infideles non posse debellari ob tyrannidem, idololatriam, & peccata contra naturam*, multi Doctores affirmant.
3 *Auctores plurimi referuntur, qui titulum debellationis Indorum ob tyrannidem, idololatriam, & peccata contra naturam admittere nolunt.*
4 *Bellum, ut sit justum, debet esse* defensivum, vindicativum, *aut* punitivum.
5 *Indi non videntur justè debellari posse ex causa defensionis, vindicationis, aut punitionis.*
6 *Bellum punitivum proprie ad executionem imperii, & jurisdictionis spectat, & inter subditos exercetur.*
7 *Princeps nullus, etiam Papa, & Imperator, in alienis Regnis temporalem jurisdictionem exercere potest*, Et num. 18.
4 *Civis unus non habet potestatem puniendi alium quantumvis vitiosum.*
9 *Respublica una non acquirit potestatem in aliam sibi non subditam ratione scelerum, quæ in ea committuntur.*
10 *Jurisdictionem nemo habet extra suum territorium.*
11 *Territorium quid sit, & unde dicatur.*
12 *Siculi Flacci locus refertur, & emendatur.*
13 *Imperii, & jurisdictionis propria terminos excedere etiam caritatis, aut pietatis ratione non licet.*
14 *Bonum, & rectum excedere nullatenus licet, etiam propter salutem alterius.*
15 *Mendacium quantumvis leve dicere non licet pro totius mundi conservatione.*
16 *Pontifex Roman. ex sententia D. Bernardi se in temporalibus Principum secularium negotiis immiscere non debet.*
17 *D. Pauli* ad Romanos 14. *locus expenditur.*
18 *Sibi non subditis promulgata nulla lex obligat.*
19 *Deus peccata, & injurias contra se factas facilè, si vult, vindicare potest, prout sæpissimè fecit.*
20 *Vindictam peccatorum, quæ contra Majestatem divinam committuntur, sibi relinquendam Dominus tradit.*
21 *D. Pauli locus* 1. Corinth. 5. Quid enim mihi de his, qui foris sunt, judicare? *de infidelibus exponitur à* D. Hieronym. Anselm. Athanas. Thom. & aliis, Et num. 23. & 27.
22 *Infidelium extra Ecclesiam peritorum peccata divino judicio puniendi relinquuntur.*

23 *Variorum Capitum intelligentia.*
24 *Vicario Christi directè non fuit concessa potestas super non baptizatis.*
25 *D. Theodoret. qualiter exponat locum D. Pauli Colossens.* 4. In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt.
26 *Trident. Synodus* sess. 14. cap. 2. *declarat Ecclesiam non judicare de non baptizatis.*
27 *Diversi Auctores in eumdem sensum tendentes.*
28 *D. Augurt. elegantissima verba* in sentm. 6. de verb. Dom. *referuntur, & perenduntur.*
29 *Ritus infidelium non esse ab Ecclesia tolerandos, ex doctrina D. Thom. qualiter accipiendum sit.*
30 *Infidelium etiam nobis subditorum ritus tolerandi sunt, si Christianæ religioni non adversentur.*
31 *Indi, si puniri possunt pro peccatis contra naturam commissis, pro omnibus puniri posse videntur.*
32 *Peccata omnia, legi, sive rationi naturali repugnant, & sic contra naturam esse videntur.*
33 *Pontifex non solùm infidelez, verùm neque fidelez debellare potest propter peccata legi naturali contraria.*
34 *Ignorantia aliqua invincibilis juris naturalis dari potest.*
35 *Fidei prædicatio continet etiam prædicationem pœnitentiæ.*
36 *Prædicationis Christi Domini, & D. Joannis Baptistæ propositum, quod fuerit.*
37 *Infidelibus fidem prædicare, & peccata eorum velle punire, contraria videntur.*
38 *Christus non venit judicare, sed salvare mundum.*
39 *Indorum vitia, religionis & doctrinæ insinuatione, magis quam armorum terrore tollenda fuerunt.*
40 *Homo* secundum Plutarch. *non ita efferum animal est, ut disciplina, & aliis modis curari con possit.*
41 *Religio Christiana, quàm patens sit, ad hominum barbariem, feritatem, & vitia tollenda.*
42 *Clem. Alexandr. elegans locus expenditur*: & alter num. 45.
43 *Lactantii Firmiani elegantissima verba de effectibus veræ Religionis.*
44 *Justus Lipsius optimè tradit, nulla re magis mores componi, quam Religione.*
45 *Alius locus Clem. Alexand.*
46 *Indorum Reges legitimè suo more creati ob solum tyrannidis vitium suis imperiis ab Hispanis privari potuisse non videntur*, Et num. 48.
47 *Princeps fidelis respectu infidelis sibi non subditi perinde se habet ac privatus cum altero privato.*
48 *Legitimè potiri videbantur ejus Imperio Indorum Reges.*
49 *Tyrannum justo titulo regnantem nemo privata auctoritate occidere, vel spoliare potest.*
50 *Auctores plurimi referuntur, qui disputant, an & quando liceat tyrannum privata auctoritate interficere.*
51 *Pat. Jacobi Gordoni verba de occisione Regis Galliæ Henrici III.*
52 *Indi, & alii infideles non videntur justè debellari posse ob esum carnium humanarum, & alia peccata contra naturam.*
53 *Indis quæ imputantur scelera, aliæ plures nationes commiserunt, quæ tamen ob ea debellatæ non leguntur.*
54 *Sodomiæ vitium Judæis, & Romanis olim frequentissimum fuit.*
55 *Adrianus Imperator Antinoo, Ganymedi suo, divinos honores indulsit.*
56 *Jerosolymis juxta templum effeminatorum ædiculæ structæ fuerunt.*
57 *Amorrhæi, & cæteri Palæstini gravissima peccata committebant ob quæ tamen citra præceptum Domini debellari non possent,*
58 *Afrorum vitia, vitiis Indorum longè majora, verbis Salviani connumerantur.*
59 *Carpocratianorum, sive Gnosticorum hæreticorum nefanda flagitia.*
60 Lestrigones *antropophagi erant, & ideò* striges *eò nomine dictæ.*
61 *Carnium humanarum convivia plures gentes exercuerunt.*
62 *Britanni, & Poloni carnes humanas edere solebant.*
63 *Brasilienses, Æthiopes, & aliæ gentes Orientales hodiè edunt carnes humanas.*
64 *Carnes humanas palato gratissimas dicebant Brasilii, & querebantur, quòd baptizatorum non tanti saporis essent.*
65 *Romani maximas turpitudines in suis Diis & eorum festis admittebant.*
66 *Lupercalibus in festis qualiter fœminæ verberarentur.*
67 *Assiriorum, & Lydorum obscœnus mos in virginibus maritandis.*
68 *Turcæ, & aliæ nationes quàm feros & fœdos mores hodiè habeant, & olim habuerint.*
69 *Auctores multi citantur, qui agunt de variis valdè feris ac fœdis variarum gentium moribus & ritibus.*
70 *Indi etiam ob defentionem innocentum, quos in sacrificiis immolabant, debellari posse non videntur, & quare.*
71 *Ecclesia quatenus tolerare soleat ritus infidelium.*
72 *Consuetudo etiam improba excusat à pœna temporali.*
73 *Barbaros quosdam, qui ex consuetudine homines immolabant, impunitos reliquerunt Romani*, ex Plutarcho.
74 *Sacrificia humanarum victimarum non videntur naturali jure prohibita, cum eis olim omnes ferè mundi nationes usæ reperiantur.*
75 *Idolum* Moloch, & Baal *quale, & alia plurima, quæ Hebræi coluerunt, eis humano sanguine litantes.*
76 *Carthaginenses, & generaliter reliqui Africani qualiter filios suos Saturno immolarent.*
77 *Romani etiam olim hominum immolationes exercuerunt.*
78 *Suetonii locus in Octavio perponditur.*
79 *Virgilii carmina exponuntur.*
80 *Captivi in sepulchris virorum fortium à Romanis necari solebant.*
81 *Gladiatores Romæ unde originem habuerint, & cur bestuarii dicti.*
82 *Gladiatorum spectacula crudelissima erant, & Trajanus uno munere decem millia gladiatorum, populo exhibuit.*
83 Lex unica, C. de gladiator. lib. 11. *qua gladiatorum spectacula prohibita sunt, declaratur, & illustratur.*
84 Marius *filiat suas Diis Averruncanis immolavit.*
85 Achaz *Hebræorum Rex filium immolavit idolo inimicorum suorum.*
86 *Hostia, & victima quid significent, & de horum nominum etymologia.*
87 *Romani frequenter se ipsos occidebant, vel occidendo vendebant.*
88 *Tauri, Thessali, Cretenses, & ulti humanis victimis utebantur.*
89 *Galli, Franci, Germani, Britanni, & alii populi Septentrionales homines immolabant, & quomodo*, num. 92.
90 *Lucani locus exponitur.*
91 *Theutates erat Gallis*, Mercurius, & Mars, Hæsus.
92 *Methodus homines immolandi.*
93 *Hispanos antiquos humanis victimis in sacrificiis uti solitos*, plures scribunt.
94 *Concilium Illiberitanum exponitur.*
95 *Religionis vanæ prætextu multoties gravia peccata fiunt.*
96 *Infideles nobis non subjecti idololatriæ causa non videntur posse puniri, aut debellari.*
97 *Romani antiqui maximè idololatræ fuerunt, & plusquam triginta deorum, sive potiùs dæmoniorum, millia coluerunt.*
98 *Ægyptii fuerunt idololatriæ magistri, & de multis videndis, & contemnendis rebus, quas adorabant.*
99 *Juvenalis locus expenditur de vanâ idololatria Ægyptiorum.*

100 *Dii,*

100 *Dii, sive idola diversarum nationum qualia.*
101 *Hebræi quam varia idola coluerint.*
102 *Abrahamum aliquando idolatram fuisse, aliqui tradant, qui ab aliis reprobantur, remissivè.*
103 *Contumelia, & Impudentia pro Deabus ab Atheniensibus colebantur.*
104 *Morti, Senectuti, & Paupertati Lacedæmonii sacrificabant.*
105 *Romani adversæ Fortunæ, Pallori, Febri, & Rubigini peculiaria templa, & sacrificia erexerunt.*
106 *Arbores, & serpentes cur olim pro Diis ab aliquibus gentibus colerentur.*
107 *Indi Zeilani Simiæ dentem adorant.*
108 *Christianos quosdam accusat D. Paulus, quod simul cum Christo idola colerent.*
109 *Auctores plurimi recensentur, qui de idololatria diversarum nationum latissime agunt.*
110 *Blasphemia, quæ in idololatria inest, qualis sit, & quod ob eam tantùm infideles debellari non possint.*
111 *Blasphemia vera, & propria requiritur, ut infideles ob eam puniri possint.*
112 *Idolatriæ in sacra Scriptura punitæ exempla quatenus imitanda sint.*
113 *Legis veteris exempla admiranda interdum potius quam sequenda.*
114 *Israelitæ quibus rationibus potuerint divellere, & spoliare Amorrhæos, Chananæos & alios.*
115 *Amorrhæorum, & Chananæorum templa & idola cur Deus ab Israelitis subverti præceperit.*
116 *Deuteron. locus cap. 20. de civitatibus proculpositis explicatur.*
117 *Infideles idolatræ qualiter convincendi, sive expugnandi sint, juxta glossam Interlinealem.*
118 *D. August. & Cypriani loca de punitione idololatrarum qualiter accipienda.*
119 *Idololatras qui puniendos laudantur, de subditis intelligendi sunt.*

UCulenter ut opinor, ostendimus, quàm multis ac magnis auctoribus, & argumentis nitatur titulus iste debellationis Indorum, qui ex peccatis contra naturam, cruentisque sacrificiis, & idololatriis eorum colligi solet. Verùm autem vero † cum nihil ita certum sit inter homines, quod dubitationem aliquam, & opinionum discrimina non recipiat, ut præclarè inquit Justinian. *in authen. de tabellionib. collat.* 5. Ulpian. *in l. item si unus* 17. §. *principaliter*, *ff. de arbitris & in l.* 1. & 2. *ff. de acquir. poss.* glos. *ver. Diversas*, *in c. super literis*, *de rescript.* Terent. *in Phorm. act.* 2. *scen.* 4. ibi: *Quot homines tot sententiæ*, Horat. *satyr.* 2. ibi:

Tres mihi convivæ prope dissentire videntur,

Quintilianus *declamatione* 9. *Gladiat.* Polyb. *libr.* 4. ibi: *Usque adeò natura hominum non solùm corpora, verùm etiam animos dissimiles finxit.* Joan. Sambuch. *in suis Emblemat. pag.* 63. ubi hoc etiam ad mortuos, sub lepida quadam anus fabella, extendit, sic inquiens:

Quædam anus in Sacrum portabat crania collem.
Ossibus humanis ne minuatur bonos:
Sed titubans ægris pedibus cùm verticem adiret,
Concidit, ac varium crania vertat iter.
Illa videns labi diversæ cuncta retrorsum,
Quodque adeo discors semita ferret onus:
Quid mirum si tot sensus, quot in orbe figuræ
Sunt, ait, in vivis, num ossibus una via est?

Cum aliis, quæ tradit Edmen. Meril. *l.* 1. *obs. cap.* 2. Seraphin. *de virt. juram privil.* 71. *num.* 4. Franc. Connan. *l.* 1. *commen. jur. civil. cap.* 1. Bobadill. *in Politica l.* 2. *cap.* 21. *n.* 144. Anton. Faber. *in Jurisprud. Papin. pag.* 4. & Hieronym. Cevall. *in præfat. com. opin. ex numer.* 113. novissimè Alphons. Carranza *de partu human. cap.* 9. *num.* 79. Plurimi alii, gravissimique Doctores reperiuntur, qui non minus validis argumentis, & considerationibus moti, contrariam sententiam veriorem, & tutiorem esse contendunt, expressè docentes, † infidelibus, qui 2
Principibus Christianis subjecti non sunt, etiam cum auctoritate Pontificis, bellum moveri non posse, quamtumvis sub tyrannorum imperio detineantur, idolis inserviant, & pessima, ac nefanda crimina contra legem, & rationem naturalem admittant: & etiam si prius admoniti, ut ab his sceleribus abstinerent, id facere recusaverint.

Quàm sententiam † in primis probasse videtur 3
Cajetan. 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 8. & nervosè defendit Episcop. de Chiapa *in Apolog. contr. Sepulved. & in tr. comprobatorio fol.* 66. & 67. Victoria *in* 1. *relect. de Indis*, *n.* 40. & *seq.* Soto *in* 4. *distinct.* 5. *quæst.* 1. *art.* 10. *pag.* 266. Covarr. *in regul. peccatum*, 2. *p.* §. 10. *num.* 4. & 5. Menchaca *l.* 1. *controvers. illustr. cap.* 24. & licet sub dubio, in ea magis residere videtur Gregor. Lop. *in d. l.* 2. *tit.* 22. *part.* 2. glossa magna, col. antepen. ad medium, Cordub. *in quæstionar.* 1. *p. quæst.* 57. *dub.* 5. *per tot.* & sequitur Mag. Baniez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *col.* 531. *vers. Sexta conclusio.* & *seq.* ubi illam confirmat, & respondet argumentis, quæ in contrarium adducuntur; docetque, eam secutos fuisse omnes Magistros Theologos in Cathedris suis usque ad nostra tempora. Idem latè probat Joseph Acosta *de procur. Ind. salu. l.* 1. *cap.* 5. & *l.* 2. *cap.* 3. 4. 5. & 6. Greg. de Valent. *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 7. *versicul. Nihilominus contraria*, *col.* 414. Molina *de just. & jure*, *tract.* 2. *disp.* 106. *per totam*, Joan. Azor. *l.* 8. *instit. moral. cap.* 26. *versicul. Octavo quæritur*, *col.* 1276. *in fin.* Fr. August. Davila *in hist. Mexicana lib.* 1. *cap.* 24. & 25. *pag.* 95. & 96. Pat. Ludovic. Turrianus *de fide*, *articul.* 11. *disput.* 52. *dub.* 2. *colum.* 646. & 647. multa tamen commiscens, quæ sigillatim tractari, & expendi debuissent, Fr. Thomas à Jesu *de procur. omn. gent. salute lib.* 4. *part.* 1. *dub.* 4. *pag.* 207. Et tamdem in eamdem opinionem magis inclinare videtur Hieron. Zevallos *tom.* 4. *commun. quæst. fin. num.* 189. *cum sequentib. videndus*, *ex num.* 129. & novissimè post hæc scripta Pat. Suarez *in tract. de Carit. disp.* 13. *sect.* 5. *num.* 1. & *sequentibus*, & Auctor libri Maris Liberi *cap.* 2. *quem refert.* Seraph. Freit. *de Imp. Asiatico*, *cap.* 3. *num.* 4. & idem Freitmagis ex professo de hoc titulo disputans *eod. lib. cap.* 12. & Ant. Ricciull. *de jur. person. lib.* 2. *cap.* 31.

Pro qua sententia hæc potissima argumenta considerari posse videntur. Primum, † quod cum 4
ea bella dumtaxat justa & legitima esse definiantur, quæ defensiva, vindicativa, aut punitiva sunt, hoc est, quæ injurias, & damna, quæ nobis inferuntur, propulsant, vel illatas vindicant & resarciunt, aut subditorum proteriam, delicta, & excessus compescunt & puniunt, justa ea, quæ tradunt Doctores *in l. ut vim*, & *in l. ex hoc jure*, *ff. de just. & jure*. Doct. Melchior de Valencia, *tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 15. & *sequentib.* &

Nos

Nos latè exornavimus *sup. hoc lib. cap.* 6. *ex* 5
num. 52. Non videtur ullo modo † bellum, quod infidelibus infertur, licitum esse posse, cùm ipsi nihil in nostrum damnum, & offensionem meditarentur, neque aliquid usurpassent, quod ab eis repetere, & recuperare possemus. Nec non etiam cum tertium illud genus belli punitivi deficiat, 6
quod propriè † ad executionem imperii, & jurisdictionis spectat, ut præter alios observant Covarrub. & Soto *ubi sup.* & Molin. *d. disput.* 106. *vers. Sit prima conclusio*, atque ita inter subditos dumtaxat exerceri debet, & ad extraneos, quan- 7
tumvis impios, & infideles, extendi non potest, † adversus quos nullus Princeps, quamvis sit Imperator, imò nec etiam Summus Pontifex, jurisdictionem temporalem habent, neque item spiritualem, nisi quatenus ea necessaria est ad Christianæ Reipublicæ quietem, & utilitatem, prout idem Covarr. ubi supra resolvit, & Acosta *d. lib.* 2. *cap.* 4. & Molin. *d. tract.* 2. *disput.* 110. de quo Nos *in capitibus sequent.* plenius agemus.

Et † sicut unus civis potestatem puniendi 8
alium civem quantumvis vitiosum non habet: ita † 9
similiter una Respublica nullum jus in aliam sibi non subditam ob id acquirere potest, quòd in illa gravissima quævis scelera perpetrentur.

Etenim discretis gentibus, & Regnis conditis, ut *in d. l. ex hoc jure*, jurisdictiones quoque, & 10
imperia distingui cœperunt, † ultra quæ nemo aliis jus dicere potuit, *l. ult. ff. de jurisdict. omn. judic. cap. novit de judiciis*, *cap. si duobus de appellation. cap. cautam el* 2. qui sint filii legitimi, *cap. quoniam*, *distinct.* 10. *cap. duo*, *distinct.* 96. *cap. celebritatem in fine de consecrat. distinct.* 3. Et in- 11
de † territoria dicta, esse scribit Pompon. J. C. *in l. pupillus* 239. §. *territorium*, *ff. de verb. signif.* quod magistratus intra fines cujusque civitatis sive universitatis, terrendi, idest, submovendi, 12
& puniendi jus habeant. Quod † Sicul. Flacc. *in lib. de conditionib. agrorum* his expressit: *Bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victos ejecerunt publicè atque universaliter territorium dixere, intra quos fines jus dicundi esset:* ubi malim legere: *Juris dicundi jus esset*, cum Brisonio & Joanne Calino *de verb. signif. verb. Territorium.*

Hanc autem † naturalem, & legitimam imperiorum divisionem turbare, & in alienos & extra- 13
neos homines jurisdictionem exercere, etiam sub prætextu charitatis, seu pietatis, non oportet, *cap. cum ad verum*, *cap. si Imperator* 96. *dist.* cum notatis à Baldo *in l.* 1. *in princ. colum.* 2. *ff. de constitut. Princip.* Decio *in dict. cap. novit.* 2. *notab.* & in nostris terminis à Joseph. Acosta *dict.* 14
lib. 2. *cap.* 4. Quia nullatenus est † à bono, & recto, ne tantulum quidem discedendum vel propter salutem alterius, *cap.* 1. *versicul. Septimum genus*, *cap. mihi autem*, *cap. ne quis*, *cap. faciat*, & *capit. si quis ad te* 22 *quæst.* 2. & tradunt Theologi omnes *in* 3. *Sentent. distinct.* 38. & Tiraquel. *de pœnis temper. cas.* 24. *in princip.*

Et conducit, † quod de levi mendacio, etiam 15
ob conservationem totius mundi non excusando, piè, & graviter docet D. August. *lib. de mendacio ad Consentium*, *cap.* 3. Alexad. III. *in cap. super eo de usuris*, Theologi communiter *in* 3. *distin.* 37. & 38. Less. *lib.* 2. *de just. & jure*, *cap.* 47. *dubit.* 6. *num.* 37. Cast. adversus hæreses, *verb. Mendacium*, Can. *lib.* 2. *de locis Theol. cap.* 2. Corduba, *lib.* 1. *quæstionarii*, *quæst.* 29. Suar. *in tract. de bonit. & malitia*, *disp.* 7. *sect.* 1. & *lib.* 2. *de legibus*, *cap.* 16. *num.* 12. & *in tract. de Fide*, *disp.* 3. *sect.* 5. *num.* 8. & Pat. Fr. Joan. Marquez *in Gubernat. Christian. lib.* 1. *capit.* 14. & *libr.* 2. *cap.* 7.

Quâ ratione D. Bernard. *lib.* 1. *de consider. ad Eugenium* † etiam Summum Pontificem notat, 16
ubi se civilibus & secularibus negotiis immiscet, & temporalium Principum jurisdictionem assumit: *In criminibus*, inquiens, *non in possessionibus potestas vestra: propter illa siquidem & non propter has, claves accepistis Regni cœlorum prævaricatores exclusuri, non possessores. Habent hæc infima, & terrena judices suos, Reges & Principes terræ. Quid fines alienos invaditis? Quid falcem vestram in alienam messem extenditis?* Et *lib.* 2. *Vicario Christi non dominatus in orbem, sed Apostolatus convenit. Nam Principes gentium dominantur eorum, aut non ita inter vos.* Et præsensit † D. Paul. *ad Rom.* 14. dum ait: *Tu qui es qui* 17
judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit: quo in loco D. Hieron. paraphrasticè inquit: *Cujus tu auctoritatis es, ut judices eum, quem lex non judicat?* † Sic apertè insinuantes, nullam po- 18
testatem, quamtumvis Regiam, aut Pontificiam, infidelibus sibi non subditis, & invitis, leges, & præcepta morum dare posse, & longè minus ad eorum punitionem præcedere, vel ob hanc causam adversus illos bellum inferre.

Secundo pro eadem opinione considerari potest, quod licèt fateamur, ratione tyrannidis, idololatriæ, sacrificiorum, & aliorum criminum contra naturam, quæ Indi committere prohibentur, Divinæ Majestati injuriam inferri: † Hæc 19
tamen quæ ad nos sufficiens causa belli judicari non potest, neque ob eam vindicandam nobis adversus infideles sævire permittitur, cum Deus ipse facillimè valeat, si velit, eas injurias avertere, sceleratosque homines pro meritis coercere, prout multoties fecisse, pluribus exemplis ostendimus *sup. hoc. lib. cap.* 2. *ex num.* 5. & *cap.* 12. *num.* 49. & latè prosequitur Simon Majol. *in dieb. Canic.* 1. *tom. colloq.* 19. *pag.* 433. & 2. *tom. colloq.* 1. † Et manifestius doceri videtur in illo *Deu-* 20
ter. 31. *vers.* 35. Paul. *ad Romanos* 12. & *ad Hebræos* 10. *Mihi vindictam*, & *ego retribuam*, melius atque expressius, † 1. *ad Corinth.* 5. ubi sic 21
urgentissimè inquit: *Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum hujusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare? Nonne de iis, qui intus sunt, vos judicatis? Nam eos, qui foris sunt, Deus judicavit. Auferte malum ex vobis ipsis.*

Quem locum exponens Div. Hieronymus *ibi-* 22
dem & *in epistola ad Oceanum*, eam fuisse Apostoli mentem, ostendit, ut ratione dictorum criminum liceat, in fratres, hoc est, in eos, qui semel Christo, & Ecclesiæ nomen dederunt, competenter animadvertere. † Alieni autem & qui foris, idest, extra Ecclesiam sunt, veluti Judæi, Hæretici, atque Gentiles, divino judicio puniendi relinquantur, & Divus Anselmus sic inquit:

quid

quid mihi attinet judicare de iis, id est, infidelibus, qui sunt foris, id est, extra Ecclesiam. His enim blandiendum est, ut per amorem, & dulcedinem possint Christo lucrari. Nam eos, qui foris sunt, non commisit vobis Deus judicandos, sed ipse judicabit eos in futuro secundùm districtionem justitiæ suæ. Et D. Athanas. super eumdem Pauli locum sic non minùs expressè, & eleganter scribit: *Neminem equidem nunc eorum, qui exteriores sunt, alloquor, id enim leges meas excederet. Supervacaneè igitur Christi præcepta illis injungerem, qui extra Christi aulam divagantur: quæcumque enim lex disserit, his qui sub lege sunt, disserit.*

23 In quem sensum eamdem auctoritatem citant † Pontifices *in cap. majores, de baptism. cap. quademus, de divortiis, cap. qui sincera, cap. de Judæis* 45. *distin. cap. si quis inquit.* 1. *quæst.* 1. *cap. inter verba* 11. *quæst.* 3. *cap. multi* 24. *quæst.* 1. ubi etiam Turrecremata concludit, de infidelibus esse intelligendam, qui nunquam fidem agnoverunt, & ideo divino judicio reservantur. Et idem docent. D. Thom. *sup. eamdem epist. Pauli* & Ricard. de Mediavilla *in 4. Sentent. distinct.* 7. *quæst.* 2. *art.* 1. & distin. 17. *quæst.* 4. *artic.* 2. & novissimè post hæc scripta Pat. Suarez *in tract. de Fide disp.* 18. *sect* 3. *num.* 5. *pag.* 288. dicen-
24 tes, quòd Vicario † Christi, cæterisque Prælatis non fuit directè concessa potestas super his, qui Sacramentum Baptismi non susceperunt, quòd est janua, quâ intratur in Ecclesiam Militantem: sed super eos tantum, qui se Fidei Christianæ
25 subdiderant. Theodoret. † etiam exponens alium locum ejusdem Pauli *ad Colos.* 4. in illis verbis: *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt*, sic inquit, *Hoc est, ad eos, qui nondum credidêrunt, nullam damni occasionem eis date, pro ipsorum salute omnia molimini.* Neque abest † Trident. Synodus *sess.* 14. *cap.* 2. ubi assignans discrimen inter ministros Baptismi & Pœnitentiæ, ait: *Constat certè Baptismi ministrum judicem esse, non oportere, cum Ecclesia in neminem judicium exercesat, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus. Quid enim mihi, inquit Apostolus, de iis, qui foris sunt, judicare? Secus est de domesticis Fidei, quos Christus Dom. lavacro Baptismi, sui corporis membra semel effecit.*

Atque † in eumdem fermè sensum tendere, &
27 respicere videntur aliæ plures ejusdem loci interpretationes, quos referunt Alvar. Pelag. *de planctu Eccles. lib.* 1. *art.* 37. Episcop. de Chiapa *in dip. contra Sepul. fol.* 9. Melchior Canus *de locis Theolog. lib.* 4. *cap.* 2. Navar. *in cap. ita quorumdam, de judæis not.* 8. *num.* 4. Joseph. Acosta *dict. lib.* 2. *de procur. Ind. salu cap.* 2. Aragon. *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8. *pag.* 291. Molin. *dict. disp.* 106. *vers. Sit tamen prima conclusio.* Valenzuela *in dict. monitor. contra Venetos*, 4. *part. numer.* 181. & 82. Cevall. *in* 4. *tract. pract. quæst. ult. num.* 109. & Pat. Suar. *ubi supra* easque omnes eleganti paraphrasi comprehendisse, & exor-
28 nasse videtur † D. August. *in lib. de Verbis Domini, serm. 6. de Puero Centurionis*, ubi exponens locum *Deut. cap.* 7. in illis verbis: *Cum data fuerit vobis terra in potestatem, &c.* sic inquit: *prius dixit, in potestatem, & sic ait, quæ facienda sunt: Aras eorum destructis, lucos eorum comminuetis, & omnes titulos eorum confringetis. Cum acceperitis potestatem hoc facite. Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare? ipse Apostolus ait: Ubi non est nobis data potestas, non factmus: ubi data est, non permittimus: multi pagani habent istas abominationes in fundis suis. Numquid accedimus & confringimus, prius enim agimus, ut idola eorum cordibus confringamus. Quando Christiani, & ipsi facti fuerint, aut invitant nos ad tam bonum opus, aut prævenunt nos: modò orandum est pro illis, non irascendum illis, ut audiant veritatem in vobis resecanda putredo est.*

Unde † quod D. Thom. docet 2. 2. *quæst.* 10. 29
art. 11. ritus scilitet infidelium non esse aliqualiter ab Ecclesia tolerandos, intelligendum est de ritibus infidelium habitantium inter Christianos in provinciis ipsorum Christianorum, vel cum tales ritus, & idolorum templa, & sacrificia Christianæ Religioni aliquod impedimentum præstant, ut optimè disputat. Covarr. *dict. regul. peccatum*, 2. *part.* §. 11. *numer.* 5. *vers. Quod autem*, Gregor. de Valent. 3. *tom. disp.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 7. *per tot.* Pat. Lud Turrianus *in tract. de Fide, disp.* 51. *art.* 11. *col.* 644. & P. Mag. Lorca *in* 2. 2. *art.* 11. *quæst.* 10. *numer.* 2. Alioqui si extranei, & liberi sint à Christianorum Principum imperio, jurisdictione, nihil potest ea de causa adversus illos statui.

Quinimo & subditorum † infidelium ritus in 30
quantum Fidei, & Religioni nostræ non adversentur, tolerandi erunt, ut sic faciliùs Christo eos lucrari possimus, & ne alia damna, & graviora scandala generentur, *capit. infideles* 24. *quæst.* 4. *cap. ad mensam* 11. *quæst.* 3. cum traditis à D. Thom. *dict. art.* 11. & Azor. 1. *part. instit. Moral. lib.* 8. *cap.* 24. *vers. Undecimò quæritur*, &c. 25. *vers. Duodecimò quæritur*, Covarrub. & aliis suprà relatis, & in nostrorum Indorum terminis eleganter tradit Joseph. Acosta *libr.* 3. *de procur. Ind. salut. cap. ultim.* & Licencia. Ferdin. Zurita *in libello de quæst.* concernentibus materias Indorum, Matriti excuso anno 1586. *quæst.* 25.

Tertio, hujus opinionis Auctores eâ consideratione nituntur, † quòd secundùm Innocent. & 31
sequaces, infideles lege tantùm naturæ reguntur, & ideò si contra illam delinquant, per Pontificem puniri posse ajunt, & ejus actoritate à Principibus Christianis. Quod si ita est, universaliter affirmare debemus, non solùm puniri, & debellari posse pro peccatis contra naturam, de quibus D. Thom. 2. 2. *quæst.* 154. *artic.* 1. 2. & 12. verùm & pro reliquis, quæ contra legem natutalem committuntur, ut pro furto, fornicatione, adulterio, homicidio, & generaliter pro quibuslibet aliis peccatis similibus: cum † omnia legi, sive 32
rationi naturali repugnent, ideoque contra naturam esse videantur, ut docet D. Thom. *in* 1. 2. *quæst.* 71. *art.* 6. & *quæst.* 94. *art.* 3. *ad.* 2. D. Damascen. *lib.* 2. *de Fide orth. cap.* 30. D. August. *lib.* 12. *de Civit. Dei cap.* 1. Gregor. de Valencia 1. *tom. disp.* 7. *quæst.* 4. *punct.* 4. & Joan. de Salas *de legib. disp.* 5. *sect.* 12. *pag.* 95. Hoc autem absurdum esse contendunt, cùm his † de causis nec possit, nec debeat Pontifex, bel- 33
lum inferre, non solùm barbaris, & infidelibus, quibus non facilè potest ostendi, hæc omnia peccata contra legem naturæ esse: sed ne Christianis qui-

quidem, quamvis in eis ratione scientiæ graviora sint. Alioqui si propter hoc terras Christianorum publicaret & aliis Principibus concederet, quotidiè posset Regna mutare, cùm in omni provincia multi peccatores existant, ut graviter, & eruditè præter alios consideravit Victor. *dict. relect.* 1. *de Indis num.* 40. & Aragon. *dict. art.* 8. *pag.* 291. & *seq.*

Quibus adjicio, plures † Theologos tenuisse, 34
aliquam juris naturalis ignorantiam esse omnino inculpabilem, & invincibilem, præsertim in junioribus, hebetioribus, & idiotis; maximè ubi non de primis ipsis, ac puris principiis naturalibus agitur, quale est illud: *quod tibi non vis fieri alteri ne feceris*, & similia: sed de aliis præceptis, quæ ab illis paulò remotiora sunt, & obscuriores aliquas conclusiones habent, ut colligitur ex D. Thom. *in* 1. 2. *quæst.* 94. *art.* 6. & *ex cap. objiciuntur* 7. 32. *quæst.* 4. & latè prosequitur Ant. à Corduba *in quæst. lib.* 2. *quæst.* 4. *per tot.* Dominic. Soto *lib.* 1. *de just. & jure, quæst.* 4. *art.* 4. Aragon. *dict. quæst.* 10. *art.* 1. *pag.* 254. Gabr. Vaz. *in* 1. 2. *quæst.* 76. *disp.* 122. *cap.* 1. & 2. Gabr. de Valencia, Zumel, Med. & alii quos refert, & sequit. Joan. Salas *in dict. tract. de legibus, disp.* 5. *sect.* 5. & 6. *pag.* 76. & 80. & novissimè P. Franc. Suar. *in tract. de Fide, disp.* 17. *sect.* 2. *ex num.* 5.

Quarto, † pro eadem opinione perpenditur, 35
in prædicatione Fidei contineri etiam prædicationem pœnitentiæ & remissionem peccatorum, ut habetur *Luc. ult.* ubi *Quoniam sic scriptum est, & sic oportuit, Christum pati & resurgere a mortuis tertia die & prædicare in nomine ejus pœnitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes.* Et
36 hoc fuit † propositum prædicationis Divi Joannis, & Christi Domini, quod generaliter ad omnes gentes spectat, secundùm D. Paul. *ad Rom.* 10. & *ad Gal.* 3. unde contraria inter se, & repug-
37 nantia esse videntur, † infidelibus isris Fidem suadere, quæ omnium præteritorum peccatorum remissionem indulget, & eos ob eadem peccata, quæ commiserunt, punire, & vi & armis debel-
38 lare. Non enim Christus † venit, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum; & ira Prophetæ insinuavit, dum dixit: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens suprà asinam.* Prædi-
39 catque † Indorum vitia, quamvis gravia, & illis innata essent, Religionis, ac doctrinæ Christianæ insinuatione, & consuetudine, magis quàm armorum terrore, & violentia ab eorum animis remo-
40 veri, & ablegari debuerunt. Nam, † ut præclarè tradit Plutarch. *in vita Pompeii: Homo suapte natura neque efferum est, neque quod domari non possit animal; sed vitiis contra naturam utendo degenerat. Disciplina porrò, locorumque & victus mutationem etiam feræ eicurantur, sævitiamque suam cultui mansuetiori addictæ, exuunt*: Unde Horatius:

Nemo adeò ferus est, ut non mitescere possit,
Si modò culturæ patientem accommodet aurem.

Et multis experimentis † compertum est, ni- 41
hil Religione Christianâ piè, & suaviter hominum cordibus insinuata, potentiùs, atque efficaciùs esse, ad tuenda naturæ jura, ad barbariem, & feritatem deponendam, & benefaciendum omnibus, ad lædendum neminem, ad vitam quietissimè traducendam, ut piè & eleganter prosequitur † Clemens Alexan. *in epist. exhortat. ad Gen-* 42
tes, pag. 2. docens, quòd Deus veræ Fidei, & Religionis canticis, & carminibus, longè melius quàm Thracius ille Orph. & Thebanus, & Methymæ. *Difficillimas feras homines mansuefecit. Volucres quidem, eos, qui ex ipsis sunt leves: serpentes verò, eos qui deceptores; & leones, eos qui sunt animosi, & ad iram concitati: sues autem, eos, qui sunt voluptati dediti; lupos autem eos, qui sunt rapaces: lapides autem & ligna sunt insipientes; vide quantum potuerit novum canticum homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris.* Thom. Boc. *de sign. Eccles. lib.* 7. *cap.* 6. *pag.* 282. *libr.* 10. *cap.* 16. & *lib.* 22. *cap.* 2. Acosta omnino legendus *de procur. Ind. salut. lib.* 4. *cap.* 4. *pagin.* 396. Balthas. Chavas. *de notis veræ Religion. lib.* 4. 9. 2. *in fine, pag.* 907. Gaspar Sanct. *sup. Isai. cap.* 11. *num.* 14. Fr. Ludovic. Granatens. *in Symb. Fidei*, 4. *part. cap.* 1. 2. & 5. *part. cau.* 25. & ante eos † Lactant. *lib.* 3. *de falsa sa-* 43
pient. cap. 26. ubi sic ait: *Dei præcepta quantum valeant in animis hominum quotidiana experimenta demonstrant. Da mihi virum, qui sit iracundus, maledicus, effrænatus, paucissimis Dei verbis tam placidum, quàm ovem reddam. Da cupidum avarum, tenacem, jam tibi eum liberalem dabo, & pecuniam tibi plenis manibus largientem. Da timidum doloris ac mortis, jam cruces, & ignes, periculum omne, & taurum contemnet. Da libidinosum, adulterum, ganeonem, iam sobrium, castum, continentem videbis. Da crudelem, & sanguinis appetentem, jam in veram clementiam furor illius mutabitur. Da iniustum, insipientem, peccatorem, continuò æquus, prudens, & innocens, erit uno enim lavacro malitia omnis abolebitur.*

Idem non minus eleganter notavit Just. † Lips. 44
in monit. ad Polit. cap. 2. sic scribens: *Nulla res magis animos, & mores componit, quàm religio: & illa, ubi in pectus demissa, virtutum agmen sequitur. In primis mansuetudo quædam animi, & tranquillitas, bona imperantibus, & quæ faciles, obnoxiosque præceptis reddit.* Quod sumere potuit à Clem. † Alex. *lib.* 4. *Strom. cap.* 6. *pag.* 527. ubi 45
ait, Spiritum Sanctum, quo Christiani unguntur, reddere mentem benè compositam, & Deo gratam, & ei talam indere qualitatem, ut perpetuâ fruatur lætitiâ, cùm in se inhabitantem habeat Spiritum Sanctum; qui est lucidus, & abstergit ac expellit omnes vitiorum sordes, & maculas.

Quam opinionem si quis defendere velit, ad argumenta, quæ pro contraria retulimus, respondere poterit. Non obstare primum † ex tyran- 46
nidis vitio desumptum, quo Indorum Reges, ut plurimum, ut probavimus. Nam omissâ solutione Episcopi Chiapensis *in Apolog. contra Sepulved. fol.* 15. & *sequentibus & in respons. ad object. ejusdem replic.* 11. *fol.* 45. qui respondet, hanc causam sufficientem non esse: cùm Indi sub illorum imperium pacificè viverent, & Hispanorum opem non implorarent, de qua egimus *sup. cap. præcedenti num.* 89. & *seqq.* perpendi etiam potest, duos † Principes, quorum unus sit fidelis, & al- 47
ter infidelis, eo modo se habere inter se se, quo duo homines privati, ut considerat Aragon.

dict. 2. 2. quæst. 16. art. 8. pag. 291. & Acosta *dict. lib. 2. cap. 4. pag. 221.*

48 Unde † ubi Indorum Reges legitimè suo more, ac modo imperio potiebantur, non potuerunt eo ab Hispanis privari, & multò minus debellari, aut interfici, quamvis crudeliter & tyrannicè do-
49 minarentur: cum † juxta veriorem, & receptiorem sententiam nemo possit privatâ auctoritate spoliare, vel occidere tyrannum, titulo justo regnantem, adeò ut contrarium asserere hæreti-
50 cum sit, ut post D. † Thom. *lib. 1. de regim. Princip. cap. 6. & Concil. Constantinop. sess. 15.* resolvit Cajetan. *2. 2. quæst. 64. artic. 3.* Cast. *lib. 13. advers. hæret. verb. Subitus & lib. 14. verb. Tyrannus*, Sylvest. *in sum. eod verb.* Greg. Lopez *in l. 10. tit. 1. par. 2.* Sepulved. *lib. 1. de Regn.* Castald. *in tract. de Imperatore, quæst. 82.* & plures alii, quos refert, & sequitur Gigas *in tract. de crim. læsæ Majest. quæst. 65. per tot.* Covar. *in 4. part. cap. 3. §. 4. num. 6.* Sotus *de just. & jure lib. 5. quæst. 1. artic. 3.* Menchac. *lib. 1. controvers. illust. quæst. 8. num. 33.* Menoch. *de recup. poss. remed. 10. num. 83.* Petr. Gregor. *libr. 16. de Repub. cap. 5. num. 24.* Gregor. de Valentia *2. 2. disp. 5. quæst. 8. punct. 3.* Les. *lib. 2. de justit. & jure, cap. 9. dub. 4.* Joan. Mariana *lib. 1. de Rege cap. 6.* Franc. Viv. *in comm. opin. conclus. 310.* Molin. *tom. 4. tract. 3. disp. 6.* Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 12. quæst. 17. & cap. 26. quæst. 7. & part. 3. lib. 2. cap. 2. quæst. 1. & cap. 7. quæst. 30.* Balthas. Avala *de jure, & offic. belli, lib. 1. cap. 2. num. 25. & sequentibus.* Joan. Garcia *in tract. de nobilit. gloss. 2. num. 28.* & latissimè & novissimè Pat. Suar. *in defens. Fidei lib. 6. cap. 4. per totum.* Mag. Marquez *in Gubernat. Christ. lib. 1. cap. 8.* Petr. Andr. Canonher. *in Aphoris. moral. Hippocrat. pag. 335.* & novissi-
51 mè † Pat. Jacob. Gordon. *in sua Chronograph. anno 1589. pag. 478.* ubi cùm narret necem illatam Regi Galliæ Henrico III. cui similis altera contigit in Henrico IV. anno 1610. sic elegantissimè inquit: *Sed parce, Lector, quisquis es, facere non possum, ut hoc malè feriati hominis, & hujus percussoris facinus temerarium vehementer non damnem. Scribant exterarum nationum homines quæ velint: ego nullo unquam divino, vel humano jure permissum puto, subdito privato aut cujvis personæ, his artibus in Principem insurgere, quamvis ille hæreticus foret, nedum si legitimus, si Catholicus est, si Rex Christianissimus, in scelere nulla religio est, & malis artibus Divinum Numen numquam benè colitur.*

Secundo verò argumento ex multitudine, & gravitate aliorum delictorum desumpto, quæ Indi isti contra legem, & rationem naturalem perpetrare solebant, & ex eo, quòd humanas carnes edebant, responderi etiam potest, negando
52 hoc sufficiens † esse, ut Christiani possint adversus infideles sibi non subjectos animadvertere, neque ad id Romani Pontifices interventionem quicquam proficere, quem infideles recognoscere non tenentur, ut hujus opinionis Auctores affirmant.
53 Præsertim cum revera eadem † sint, vel etiam minus gravia eorumdem Indorum crimina, quam quæ olim, & hodie de aliis nationibus memorantur: quibus tamen numquam legimus ob hanc causam bellum indictum, ut observat Joseph. Acosta *dict. lib. 2. cap. 5.* & Fr. Aug. Davil. *in dict. hist. Mexic. lib. 1. cap. 30.*

Nefariæ † namque libidinis vitium frequen-54 tissimum olim fuit etiam Judæis divina lege institutis, & Romanis rerum dominis, plurimisque aliis gentibus, & usque adeò non fastiditum, ut etiam in media Roma antiquitus essent publica, apertissimaque obsoletorum loca, & gravissimi Philosophi publicos habuerint concubinos, & † 55 Adrianus Imperator Ganymedi suo divinos honores indulserit, temploque, urbe, & publicis sacrificiis honestandum curaverit, & in Stellam cœlestem conversum asseruerit, ut pluribus tradunt Dio Casius, & Spartian. *in Adriano*, Pausan. *in Arcadicis lib. 8.* D. Hieronym. *lib. 20. advers. Jovin.* Nicol. Leonic. *de var. hist. lib. 2. cap. 19.* & Const. Landus *in explic. veter. numismat. pag. 91.*

Jerosolymis † etiam circa Templum omnium 56 eo seculo sanctissimum, effœminatorum ædiculæ, lupanaris instar, structæ fuerunt, ut constat *ex 4. Reg. cap. 24. & 2. Machab. cap. 4.* & ex aliis, quæ late prosequitur D. Hieron. explicans illud Isaiæ *cap. 2. Et pueris alienis adhæserunt*, Thom. Boc. *de signis Eccles. lib. 7. cap. 4.* & Gaspar. Sanct. *ibid. num. 12.*

De † Amorrhæis quoque, & cæteris Palæsti-57 nis tot, & tam immania scelera sacra Scriptura recenset, ut non videantur horribiliora Indis objici posse, etiam iis, quos *Caribes* vocant, qui sunt omnium truculentissimi, ut constat ex illo loco *Sapient. 12. vers. 5. & 6.* cujus *sup. cap. 12. numer. 76.* meminimus. Et tamen non ob hæc Hebræis bellari potuissent, nisi expressum Domini præceptum intervenisset, cui imputari non potest si delere jubeat nationes, quas fecit; novit enim quid cuique fieri debeat, ut subjicitur *in d. cit. capit. 12. Sapient. vers. 12. & seq.* Et præterea aliæ quoque causæ illius belli fuisse perhibentur, de quibus *infrà* in responsione quinti argumenti fusius agemus.

Aftorum † item vitia adeò extollit Salvian. *li* 58 *br. 7. de providen.* ut Indos sua turpitudine vincere videantur: sic enim de illis scribit: *Omnes nationes habent, sicut peculiaria mala, etiam quadam bona. In Afris penè omnibus nescio quid non malum: Si accusanda est inhumanitas, inhumani sunt: si ebrietas, ebriosi sunt: si falsitas, fallacissimi: si dolus, fraudulentissimi; si cupiditas, cupidissimi, si perfidia, perfidissimi. Impuritas eorum, atque blasphemia his omnibus admiscenda non sunt: quia illis suprà diximus malis aliarum gentium, his autem etiam sua ipsorum vicerunt. Ac primum, ut de impuritate dicamus, quis nescit, Africam totam obscœnis libidinum tædis semper arsisse, non ut terram, ac sedem hominum, sed ut Ætnam putes impudicarum esse flammarum?* Et post alia: *Nam sicut in sentinam profundæ colluviones omnium sordium, sic in mores eorum, quasi ex omni mundo vitia fluxerunt.*

Carpocratiani † etiam hæretici, qui alio no-59 mine *Gnostici* dicti sunt, adeò turpem & flagitiosum vivendi modum profitebantur, ut nefando concubitu matres, & sorores violarent, uxores communes haberent, omnem speciem virilis coitus ac libidinosæ ad mulieres consuetudinis, in singulis corporis membris exercerent. Incantatio-

tiones quoque veneficia, ac Idololatrias perficientes, abortus procurantes & ipsam suam synaxim, ac comunionem turpitudine multiplicis coitus polluentes: comedentes, ac contingentes, tum humanas carnes, tum alias immundas. Et quod pejus fuit, has tam nefandas, & scelestas actiones Religionis Christianæ velo persuasione diabolicâ contegentes, ita ut turpem ignominiæ notam universæ Christianorum multitudini suo tempore inuserint, ut graviter narrat, & dolet Epiphan. *hæresi. 26. & 27.* Irenæ. *lib. 2. c. 24.* Tertul. *de præscrip. advers. hæres. c. 48.* Clem. Alexan. & ejus addit. Gentian. Hervet. *lib. 3. Strom. cap. 1. & in notis collectan. pag. 807.* Euseb. Cæsarien. *lib. 4. hist. Eccles. cap. 7.* & alii, quos refert Cardin. Baron. *in annal. Eccles. tom. 2. ann. Christi 120. num. 21. & 22.* & Martin. Delr. *lib. 3. disquis. magic. par. 1. quæst. 1. pagin. 188. & quæst. 3. sect. 2. pag. 207.*

60 De † Lestrigonibus quoque narrat Homerus *Odiss. K.* quod antropophagi erant, unde in veteri glossario ita cognominantur *Striges, & magi nostri temporis*, qui pueros maximè adhibent ad sacrificia, eorùmque sanguinem lambunt, & carnes vorant.

61 Plures † item aliæ gentes olim fuisse commemorantur, quæ prophana convivia humanarum carnium exercebant, ita ut nec parentibus parcerent, ut constare poterit ex traditis à Tertulliano *lib. 1. contra Marcion.* D. Hieron. *lib. 2. contra Jovinian.* D. Chrysost. *hom. 10. in Matth.* Euseb. *lib. 1. de præpar. Evang. cap. 3.* Alex. ab Alex. *lib. 3. Genial. cap. 1.* ubi ejus additionat. Tiraq. qua solet diligentia plura congessit. Et de Britan-
62 nis † & Polonis idem scribit Plin. *lib. 3. c. 1.* D. Hieron. *dict. lib. 2. advers. Jovin.* Radevic. *l. 3. hist. c. 1.* Bap. Fulgos. *lib. 9. memorab. c. 2. f. 314.* Thom. Boc. *de sign. Eccles. lib. 22. c. 2. in fine.*

63 Et de † Brasilensibus, Æthiopibus, & aliis Orientalibus, Maffæus *lib. 15. hist. Ind pag. 260.* & Molina *de justit. & jure, tract. 2. disp. 34. pag. 167.* ubi ajunt, maximum fuisse Christianis Prædicatoribus laborem apud Brasilienses in cohibenda hujus funesti ac feralis cibi consuetudi-
64 ne † quod illi nullum palato gratius edulium norant, atque ob id ipsum gravia non semel adiere discrimina. Et quod ajebant Barbari, intinctis sacro baptismate carnibus, multum de pristina saporis gratia deperire.

65 Ut sit interim omittamus turpitudines, † quas Romani in festis Floralibus, Bacchanalibus, &
66 Venereis admittebant, & præsertim † in Lupercalibus, in quibus tanta erat stultitia, ut superstitiosæ fœminæ, quæ fœcunditatem suam desperabant, ministris tam infamis, ac execrandæ solemnitatis se exponerent, & dorso, ventre ac palmis scuticæ verbera acciperent. De quibus Ovid. *l. 2. Fast.* sic loquitur.

Nupta quid expectas? non tu polluentibus herbis
Nec preces, nec magico carmine mater eris.
Excipe fœcundæ patienter verbera dextræ:
Jam socer optatum nomen habebit avi.
==Furtæ sua terga puellæ
Pollibus exsectis percutienda dabant
Luna resumebat decimo nova cornua mense
Virque pater subitò, femina mater erat.

67 Assyrii † quoque, & Lydii vetustis, & spur-

cis moribus, virginum nuptias non aliter celebrabant, quàm si prius in honorem Veneris alicui peregrino sui corporis copiam fecissent, aut dotem scortando coadunassent.

Varios item alios † non minus fœdos, quam 68 feros, ac tyrannicos vivendi ritus, hodiè Turcæ exercent, & olim plures aliæ gentes exercuerunt, de quibus multa tradunt † Solin. *lib. 5. cap. 43.* 69 Justin. Athenagor. Tertullian. Origin. August. Cyprian. Arnob. Clem. Alexand. Prudentius, Nacianz. & alii, qui apologias, & orationes contra Gentes scripserunt: Joan. Boëm. *in lib. de moribus omn. Gent.* Tiraquel. *in suis legibus connubial.* Joan. Boter. *in relat. univers.* Thom. Boc. omninò legendus *de sig. Eccles. disp. 7. cap. 4. & lib. 22. c. 10. & in tract. de jure stat. Eccles. lib. 2. c. 15.* Simon Majol. *in dictus Canicul. tom. 2. colloq. 1. per tot. & tom. 4. colloq. 4 de orig. humanæ societ. ex pag. 1.* Perei. *sup. D. Paul. ad Roman. 2. disput. 11. 12. & 13.* Lil. Girald. *in sua histor. Deor.* & in fere nostris terminis Acosta & Fr. August. Davila ubi *suprà*: Gregor. de Valentia *disp. 7. quæst. 4. punct. 1.* Alphons. à Castro *lib. 2 de leg. pœnal. cap. 14.* Sot. *lib. 1. de justitia & jur. quæst. 4. art. 4.* Azor. *1. p. instit. Moral. lib. 6. cap. 60. & sequentibus, & part. 2. lib. 3. cap. 14. quæst. 3. & 4.* & Par. Joan. Salas, qui plura congerit *in d. tract. de legib. disp. 5. sect. 6. pag. 79.*

Ad tertium argumentum de cruentis Indorum sacrificiis, & horrendis innocentum mactationibus: respondetur, id † quoque sufficiens non es- 70 se, ut infidelibus bellum justè inferatur; quia moraliter loquendo, si per viam belli ejusmodi scelerum extirpatio, & innocentium defensio quærenda est, plures tali bello absumentur, quàm ulla Barbarorum tyrannide, aut sacrificiorum immolatione perire potuissent. Et ita omni prorsus ratione carere videtur, eos velle defendere, quorum graviorem perpetres eadem, ut advertit Acosta *dict. lib. 2. de procur. Ind. salut. cap. 6. pagin. 232.* & Mag. Bañez *dict. 2. 2. q. 10. art. 10. pag. 535. versic. Tertia conclusio.*

Quibus ego non incongruenter adjicio, † Ec- 71 clesiam tolerare solere ritus Paganorum, etiam nobis subjectorum, ob majora damna, & scandala vitanda, ut *suprà num. 30.* probavimus: unde multò magis in non suoditis idem ob eam Ecclesiæ intentionem tolerare debebit, saltem pro ejusmodi peccatis, quæ ante exactam fidei nostræ intelligentiam & susceptionem committuntur; † cum 72 consuetudo eorum etiam improbat, à temporali pœna eos excusare videatur, juxta ea, quæ latè tradit Glossa & Anchatran. *in cap. cùm venerabilis, de consuetud. Roman. singul. 19. & cons. 283.* Oldrad. *cons. 9.* Jas. *in l. de quibus num. 8. ff. de legibus*: Cremens. *singul. 149.* D. Covarruv. *in cap. quamvis pactum, 1. part. §. 7. num. 12. de pact. lib. 6.* Aviles *in cap. 18. Prætor. num. 28.* Hippolit. de Mars. *in prax. crimin. §. ulterius num. 9. & §. quoniam, num. 97. & 98.* Tiraquel. *de pœn. temp. caus. 42.* & eo non relato Petr. Pech. *in cap. sine culpa 18. de regul. in 6. num. 4.* Ubi multum in nostris terminis tradunt ex Plutarch. *problem. cap. 83.* quod cùm † Romani olim 73 Barbaros quosdam Diis immortalibus hominem immolasse accepissent, Magistratus eorum accersendos, puniendosque putaverunt. Quos tamen

UNIVERSIDAD NACIONAL DE LA PLATA
BIBLIOTECA CENTRAL DE PUBLICACIONES

postea cum Id consuetudine quadam fecisse accepissent, impunitos dimiserunt, aliàsque id posthac facere prohibuerunt.

Prætereà responderi etiam poterit juxta mentem Episcopi de Chiapa, Victoriæ, & aliorum, 74 quos *suprà* citavimus, † seclusa omni lege positiva, divina, vel humana, non facilè demonstrari posse, an ejusmodi hominum sacrificia naturali jure prohibita sint, cum videamus olim in usu fuisse apud omnes fermè nationes, non solùm barbaras, verùm & eas, quæ majori scientia, & prudentia pollere videbantur, ut de Hebræis passim deplorat Scriptura, *Deuter.* 12. 4 *Reg.* 3. *Sapient.* 14. & in aliis locis, quæ retulimus *sup. c.* 12. 75 *n.* 76. ubi † inter alia mentio fit idoli *Moloch*, de cujus initio, & significatione, & qualiter illi humanæ victimæ immolarentur, & an Salomon ei proprium filium sacrificaverit? & etiam de aliis idolis Hebræorum plura post alios, quos refert, tradit diligentiss. Pat. Joan. Pineda *de reb. gestis Salom. lib. 7. c. 11. per tot.* Pat. Ludov. Ballest. *in Onomatograph. verb. Gehenna, pag.* 137. Fr. Joan. à Ponte *in convent. utr. Monarch. lib.* 3. *c.* 16. *§.* 4. *p.* 108 & Bern. Aldr. *de antiq. Hisp. lib.* 2. *c.* 2. *ex pag.* 184. ubi etiam de Arabis, Palæstinis, & aliis nationibus agunt.

76 Africanos † quoque, præcipuè Carthaginenses, huic sceleri valdè deditos fuisse, comperimus: Nam non captivos tantùm, & extraneos homines, verùm & proprios filios sponte Saturno immolare solebant, & qui liberos non habebant à patribus emptos, ipsis adstantibus, & lacrymas, & gemitum comprimentibus, immanissimè trucidabant: ut ultra ea, quæ *d. cap.* 12. commemoravimus late probant Dionys. Halicarnas. *lib.* 1. Plutarch. *in lib. de superstitionib.* Lactan. Firmian. *lib.* 1. *Divin. inst. cap.* 25. D. August. *lib.* 7. *de Civit. Dei, c.* 19. *&* 26. Niceph. *lib.* 18. *c.* 13. Minut. Fœlix *in Octavio*: Quint. Curt. *lib.* 4. ubi de Tyrii obsidione: Simon Majol. *tom.* 2. *colloq.* 1. *p.* 74. Petr. Fab. *lib.* 3. *Semestr. c.* 2. *p.* 26. Tom. Bocius *de sig. Eccles. lib.* 22. *c.* 2. & novissimè Fr. Raph. de la Torre *in* 2. 2. *q.* 93. *art.* 5. *pagin.* 37. & Franc. Torreblanca *de Magia divinatrice lib.* 1. *cap.* 17. *&* 18. unde Silvius Italicus inquit:

Mos fuit in populis, quos condidit, advena Dido,
Parcere cæde Deos veniam, ac flagrantibus aris,
Infandum dictu, parvos imponere natos.

77 Romani † etiam eadem cæcitate, & feritate laborarunt, antequam S. C. id se vere prohibuissent, ut *suprà* cum Plinio, & aliis tradidimus, & constat ex Suetonio *in Claud. c.* 24. *&* 78 *in Octavio c.* 15. ubi agens de obsidione † Perusii, inquit: *Scribunt quidam trecentos ex dedititiis electos utriusque ordinis, ad aram Divo Julio structam, Idibus Martii hostiarum more mactatos.* Et conducunt † carmina Virgilii *lib.* 2. *Æneid.* 79

Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa.

Et *lib.* 10. ubi Æneam inducit, octo juvenes uno sacrificio immolantem:

=Sulmone creator
Quatuor hic juvenes, totidem, quos educat Ufens,
Viventes rapit, inferit quos immolet Umbris,
Captivoque rogi perfundat sanguine flammas.

Quibus in locis Servius, Pontanus, & Cerda plura de eisdem sacrificiis notarunt: & Tertul. *in lib. de spectacul. c. de munere*: & Petr. Fab. 2. *lib. Semestr. c.* 10. *pag.* 139. docentes, in † sepulchris 80 vitorum fortium captivos necari à Romanis solere, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat. Quod postquam crudele visum est, † placuisse gladiatores ante se- 81 pulchra dimicare; qui à bustis *bustuarii* dicti sunt. Sic impietatem voluptate adumbrantes, atque hinc gladiatorum munera, & spectacula originem habuisse.

Quibus planè (ut rectè advertit Thom. Bocius *d. lib. 7. c. 4.*) nihil † atrocius fingi potuit, cum pro 82 ludo, atque adeo honore existimarent, homines conducere, qui se mutuis vulneribus confoderent, ut aliis essent oblectamento. Quod sæpiùs quotannis fiebat. Et laudi Trajano datur, quem vocant *Optimum Imperatorem*, quòd uno munere decem millia gladiatorum populo exhibuisset. 83 †Quousque cruenta hæc spectacula à plissimo Imperatore Constantino prohibita sunt *in l. unica, Cod. de gladiatorib.* ad cujus illustrationem prædicta adnotasse juvavit, & plura alia, quæ observat Alciat. *lib.* 1. *Parer. c.* 22. Petr. Fab. *d. c.* 10. *& in Agonistico, observat. divini, & human. jur. p.* 191. Casaubon. *in vit. Cæs. p.* 146. Brison. *verb. Ludus gladiatorius*: Rævard. *lib.* 2. *conject. c.* 8. & Jacob. Duran. Casel. *lib.* 1. *var. c.* 8.

Eamdem etiam Romanorum in humanis immolationibus consuetudinem exemplo suo gravius adhuc ostendit Marius, † Diis Averruncanis, seu 84 malorum depulsoribus, filias suas sacrificans, ut ex Doroth. *lib.* 4. *rerum Italic.* refert Clem. Alexand. *in lib. adhortat. advers. Gent. pag.* 46. non aliter atque Achaz † Hebræorum Rex proprium 85 filium inimicorum suorum idolo simili ratione immolasse refertur *lib.* 4. *Reg. cap.* 16. *& lib.* 2. *Paralipom. cap.* 28. Joseph. Judæus *lib.* 9. *antiquitat. cap.* 12. & post alios tradit Joann. Lorin. *sup. Sapient. cap.* 12. *pag.* 428. & Didac. Matut. *de prosap. Christi in* 4. *ætate mundi, cap.* 5. *§.* 5. *fol.* 16.

Qua de causa, ego aliquando existimabam, hostiarum, † victimarumque nomen, quod Ro- 86 mani postea pro animalibus in sacrificium oblatis, & cæsis usurparunt, inde originem habuisse, quòd antiquitus illis erat in more, ipsos hostes victos, & ad id servatos, sacrificare: licèt D. Isidor. *lib.* 6. *Etymol. cap.* 19. *pag.* 115. *& lib.* 1. *differ. pag.* 44. doceat, quod hostiæ apud veteres dicebantur *sacrificia, quæ fiebant, antequam ad hostem pergerent*; victimæ verò, *quæ post victoriam devictis hostibus immolabantur*; cui conveniunt aliæ etymologiæ, quas ex Agelio, Festo Pompejo, & aliis refert Lil. Girald. *de Diis Gent. syntag.* 17. *pag.* 464. Blond. *de Roma. triumph. lib.* 1. *pag.* 23. *&* 49. & Joan. Funger. *in Etymolog. verb. Hostia, & verb. Victima*; & ita explicant illud Ovidii 1. *Fastor.* dum inquit:

Victima, quæ cecidit dextra victrice vocatur,
Hostibus à cæsis hostia nomen habet.

Neque † mirum videri debet, Romanos his 87 cruentis mactationibus aliquando indulsisse, cùm se ipsos occidere, & devovere, vel occidendos vendere facile, & gloriosum existimarent; prout & Thebanis, & aliis in more fuisse, multis probat Alciat. *lib.* 4. *Parergon, cap.* 4. Tiber. Decian. *lib.* 9. *cap.* 2. Just. Lips. *lib.* 2. *Saturnal. cap.* 5. & Gomez de Amesc. *in tract. de potestate in seipsum lib.* 1. *cap.* 3. *ex num.* 16.

88 De † Tauris item, Thessalis, Cetensibus, Lesbiis, Focensibus, Albanis, Sardis, Scytuis, Leucadibus, Liceis, & Pergæis, multisque aliis populis, qualiter humanis victimis dæmonibus suis libarent, plura tradunt Herodot. *in Melpon.* Strab. *lib.* 11. D. August. *lib.* 18. *de Civit. Dei, c.* 53. *& in lib. ad quod vult Deum, num.* 26. *&* 27. *t.* 1. Clem. Alexand. Simon Majol. & Torreblanca *ubi suprà*: Lil. Girald. *d. syntag.* 17. *pag.* 526. Marquard. *d. tract. de Jud. & Infidel.* 3. *p. cap.* 1. *n.* 16. & Lorin, *in d. c.* 12. *Sapient. pag.* 425.

89 De Gallis, † Francis, Germanis, Britannis, Lithuanis, Northmanis, Danis, & aliis Borealibus idem tradunt Plin. *lib.* 30. *cap.* 1. Tit. Liv. *lib.* 2. *decad.* 3. Jul Cæsar *de bello Gallico lib.* 6. Cornel. Tacit. *in lib. de moribus German.* Strab. *lib.* 4. *in fine*: Lactan. *lib.* 1. *Divin. instit. cap.* 8. Euseb. *lib.* 4. *de præparat. Evangel.* Procop. *lib.* 2. *belli Goth.* Diethmar. *lib.* 1. *hist. Northman.* Cromer. *lib.* 15. *de reb Lithuan.* Girald, *syntagm. 9. p.* 295. & Thom. Boc. *d. lib.* 22. *c.* 2. ubi referunt, apud has gentes hunc ferum morem non ita pridem desiisse. Quem in Gallis, & Germanis notavit etiam 90 † Lucan. *lib.* 10. *Pharsal.* dum ait.

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Theutates, horrensque ferit altaribus Hæsus.

91 Theutatem † enim illi, *Mercurium*, & *Martem Hesum* appellabant, ut docet nos Liv. *lib.* 6. *decad.* 3. Cœlius Rhodigin. *lib.* 22. *lect. antiq. c.* 16. Lil. Giral. & Boc. *ubi sup.* & Carol. Stephan. *in dictionar. verb. Theutates*, addens ex Strabone, 92 † ad hæc sacrificia Gallos Druidibus ministris usos fuisse: & quòd alii immani magnitudine simulachra habebant, quorum contexta viminibus membra, vivis hominibus complebat; quibus successis, circumventi homines flamma exanimabantur: quosdam sagitis configebant, & intra sacras ædes patibulo suffigebant.

93 In quod vitium tamdem † nostros etiam Hispanos Phœnicum, Græcorum, Carthaginensium, & aliarum nationum imitatione, & communicatione delapsos, innumeratos homines, & plerumque proprios liberos immolare solitos fuisse, testis est Strab. *lib.* 3. *de situ Orb.* Euseb. *in orat. in laud. Constantini Magni*: Florian. *de reb. Hispan. lib.* 2. *cap.* 18. Zamall. *lib.* 5. *c.* 5. Ludov. Non. *in Hispan. cap.* 66. Ambros. Morales *lib.* 6. *c.* 10. & post eos Fr. Joan. à Ponte *in d. convent. utr. Monarch. lib.* 3. *cap.* 16. *§.* 4. *&* 5. ubi in hunc 94 morem adducit, & illustrat Concilium † Illiberitanum *cap.* 2. *&* 3. ubi de pœna Flaminum, sine Sacerdotum tractatur, qui cruenta hæc sacrificia peragebant.

95 *Tantum † religio potuit suadere malorum,*
Quæ totiès peperit scelerata atque impia facta.

Quarti verò argumenti vis, quæ ex gravissimo & Deo semper infesto idololatriæ, crimine sumitur, quod Indorum gentes ita turpiter, & enormiter exercuisse probavimus, non difficulter evitari poterit, si cum Auctoribus hujus ultimæ opinionis negaverimus infidelibus † nobis non sub- 96 jectis ob eam tantùm rationem bellum justum inferri posse, quemadmodum nunquam ab Ecclesia illatum legimus, quamvis ubique gentium hoc scelus multifariam frequentatum fuisse reperiamus. Quis enim hac in parte † antiquorum Ro- 97 manorum cæcitatem, & stoliditatem ignorat? qui in id stultitiæ prolapsi sunt, ut spurcissima impuritate Venerem, Cupidinem, pudendaque etiam membra cœlo dignarentur, & divino honore colerent. Et ut refert D. August. *lib.* 2. *de Civit. Dei, cap.* 25. *& lib.* 4. *cap.* 8. *&* 16. præter propria idola quæ solebant, omnes Græciæ, & aliarum subactarum nationum superstitiones in patriam transtulerunt, & singulis actibus, imò & singulis motibus Deos diversos præfecerunt.

Cui consentiens Leo Papa *serm.* 1. *de Petr. & Paul.* ait: *Cùm penè omnibus Roma dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus, & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem*, ita ut plusquam triginta Deorum millia Roma triumphans coluerit, & trecenti Joves extiterint, atque ut canit Virgil. *Æneid* 8.

Maxima tercentum totam delubra per Urbem.

Ut ex Marco Varrone, & aliis prodit D. Aug. *ubi suprà*: Blond. *de Roma triumph. lib.* 1. *per totum*: Lil. Giral. *in sua hist. de Dils Gent.* & alii relati à Joan. Pineda *de reb. Salom. lib.* 5. *cap.* 5. *sect.* 1. *num.* 4. *pag.* 307. *& lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 8. *p.* 508. Majol. *in dieb. Canic.* 1. *tom. colloq.* 2 *pag.* 51. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib.* 11. *part.* 1. *cap.* 1. *pag.* 761. *& seqq.* & Bern. Aldrete *de antiq. Hisp. lib.* 3. *cap.* 6.

Ægyptii † quoque, ad quos omnes probani 98 Scriptores initium idololatriæ referunt, (unde Clem. Alexand. *in epist. exhortator. contra Gentes pag.* 22. Ægyptum impietatis, & superstitionis magistram appellat) non solum *Cœli Astra, Solem, Lunam, & Stellas, reliquaque elementa*, ut Deos adorarunt, & obscœnos, & injuriosos homines, perditosque latrones ut *Jovem, Saturnum, Martem, Mercurium, Venerem, Isidem,* & *Osirim* & aliorum sceleratorum turbam; sed etiam *Nilum fluvium & crocodillos* in eo nascentes, & vix aliquod animal utile aut nocivum reliquerunt, quod eadem veneratione non prosequerentur, ut *canes bobes, oves, tauros, catos ibices, ou pansares, phœnices, anguillas*, & similia; & multa item herbarum, & leguminum genera, ut post Herodot. Diodor. Sicul. Plin. Solin. Strab. & alios, tradit D. Aug. *d. lib.* 2. *cap.* 22. Clem. Alexand. & ejus additionator Hervetus *in epist. 1. contra Gent.* Euseb. *de præparat. Evang. lib.* 8. *cap.* 26. Theodoret. *de Evang. cognit. lib.* 13. D. Epiphan. *in Anchorat.* & novissimè Gaspar Sanct. *sup. Isai. cap.* 2. *vers.* 27. *pag.* 37. Unde Anaxandrides Rhodius Poëta eos lepidissimè irridet, † & etiam Juvenal. *satyr.* 15. dum inquit: 99

=Quis nesciat qualia demens
Ægyptus portenta colat? crocodillon adorat
Pars hæc: illa pavet saturam serpentibus Ibin:
Effigies sacri nitet aurea Cercopitheci,
Illic cæruleos, hic piscem fluminis illic,
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam;

Po-

UNIVERSIDAD DE NAVARRA DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

Porrum, & cepe nefas violare, ac frangere morsu,
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis,
Numina!

100 Habebant † aliæ nationes peculiares Deos, quos in hac, aut illa imagine sibi adorandos proponebant, utpote Babylon *Belum*, Africa *Neptunum*, Mauritania *Jubam*, Rhodus *Solem*, Samos *Junonem*, Lemnos *Vulcanum*, Paphos *Venerem*, Delphos *Apollinem*; Roma *Quirinum*, Latini *Faunum*, Athenæ *Minervam*, Syria *Atergatin*, Arcadia *Panem*, Ammonitæ *Molochum*, Persia *Cælum* & *Jovem*, Arabia *Jovem* & *Bachum*, Gallia præter Mercurium, *Theutatem*, & *Hæsum*. Et ut Sybilla canit de Græcis, [illegible] ut refert Joan. Funger. *in Etymol. verb. Idololatria, pag. mihi* 489.

101 Ad † Hebræos item, & Chaldæos hoc crimen fœdissime prorepsisse, & varia idola sub variis formis, & nominibus coluisse, veluti *Miplezet*, *Tamuz*, *Beel*, & *Baal*, (quod erat quasi commune omnium idolorum nomen, & *Jovem*, significabat) *Dagon*, *Astarot*, *Meleketh*, *Moloch*, & aliis similibus, passim sacra Scriptura testatur, ut constat ex 1. *Reg.* 15. *Exec.* 8. *Ier.* 7. & 50. *Amos.* 5. *Indic.* 2. & 16. *Samuel* 5. *Deuter.* 7. & tradit Funger. *ubi supra, verb. Idolum*; & plenissimum Catalogum congerens Polyanthæa, *verb. Idololatria. pag.* 610. & P. Pineda *d. lib.* 7. *de rebus Salom.*

102 *cap.* 3. Ita † ut quidam Abrahamum, qui posteà fuit dictus, *Pater tredentium*, aliquando idololatriæ inseruisse, docuerit, ut constat ex traditis à Clem. Alexand. *lib.* 1. *recognit.* Suida, *verb. Abraham*: Philon. *in lib. de Abrahamo*: Genebrard. *in Chronograph. anno mundi* 2049. Cedren. *in compend. histor.* Andr. Masio *in comment. sup. Josue cap.* 24. Caspar. Sanctio *in Isai cap.* 43. *num.* 51. *pag.* 460. & Didaco Matute *de prosap. Christi*, 3. *ætate, cap.* 1. *§.* 3. licet contrarium verius, & certius esse videatur ex iis, quæ observat Mag. Fr. Raph. de la Torre *de vitiis opposit. Relig. tom.* 2. *quæst.* 94. *art.* 4. *pag.* 115.

Et, ut ad rem redeamus, Scythæ *Acinacem* Arabes *lapidem*, Persæ *fluvios*, & *ligna*, Thessali

103 *formicas*, & Athenienses (quod prius est) † *Contumeliam*, & *Impudentiam* Deas effecerunt, propriis fanis, & sacrificiis institutis, ut notavit Tull. *lib.* 2. *de leg.* Clem. Alex. & Heruet. ubi *supr.* Erasm. *in Proverbio Dea impudentia.* Sicuri & La-

104 cedæmonii † *Morti*, *Senectuti*, *Paupertati*: † Ro-

105 mani *adversæ Fortunæ*, *Pallori*, *Febri*, & *Rubigini*, templa & peculiaria sacrificia destinarunt, ut observat Plin. *lib.* 3. *cap.* 7. Abulens. *sup. Euseb.* Alex. ab Alex. & ejus additionator Tiraquel *l.* 1. *Genial. cap.* 13. Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 1. Columel. *de re rustis. lib.* 10 & Matute ubi *supra* §. 1.

106 De † arboribus quoque, & serpentibus, & cur olim ab aliis nationibus pro Diis coli solerent, & hodie etiam colantur, plura congerit Thom. Boc. *lib.* 1. *de signis Eccles. cap.* 4.

107 Et † Zellanos Indos *Simiæ dentem* magno pretio emisse, ut eum adorarent: Simon Majol. recenset *in dieb. Canic. colloq.* 7. *de quadrupedibus, pag.* 174. *tom.* 1.

108 Quinimo † & inter Christianos quosdam hanc olim corruptelam viguisse, ut simul cum Christo idola colerent, aperte ostendit D. Paul. 1. *Corint.* 5. & ibidem expressius D. Chrysost. & D. Greg. *lib* 7. *epist.* 20. & *lib.* 8. *epist.* 5. quos refert. Alan. Cop. *dialog.* 4. *cap.* 8. *in fine.*

Et possem quidem innumera alia de idololatria omnium nationum explorare simul & deplorare, & quam varios, ridendos, & portentosos Deos coluerint, & quam impiis, obscœnis, & detestandis sacrificiis illos prosecuti fuerint, nisi de hoc argumento latissime scripsissent † Auctores 109
supra citati, præcipuè D. August. Clem. Alexand. Arnob. Tertul. Cyprian. Lactan. Firmian. Justin. D. Thom. & alii, qui apologias adversus Gentiles ediderunt. Lilius Girald. in integro, & eruditissimo lib. de Diis Gent. Alex. ab Alexand. & ejus additionat. Tiraq. *lib.* 6. *dier. Genial. cap. fin. lib.* 2. *cap.* 22. *lib.* 3. *cap.* 12. & *l.* 4. *cap.* 14. Thomas Bocius *l.* 2. *de sign. Eccles. cap.* 10. & *l.* 12. *cap.* 15. & *l.* 22. *cap.* 2. Petr. Fab. *l.* 3. *Semestri. cap.* 1. *cum quatuor seqq.* Joan. Funger. *in Etymol. ver. Idololatria, & idolum*: Joan. Bohem. *de morib. Gent. pag.* 33, & 57. Simon. Majol. *tom.* 2. *colloq.* 1. *per tot.* Joseph Acosta *in histor. moral. Ind. l.* 5. *in prom. & de procur. Ind. salut. l.* 1. *cap.* 2. 3. 4. & 5. Fr. August. Davila *in hist. Mexic. l.* 1. *cap.* 24 & 25. Simon. Majol. *in diebus Canicul. tom.* 2. *colloq.* 1. Torquem. *in Monarch. Ind. tom.* 2. *in proœm. & l.* 6. *cap.* 1. 2. 3. 4. Raphael de la Torre ubi *supra quæst.* 94. per plures disputationes, Franc. Torreblanca *de Magia diclinatr. l.* 1. *cap.* 17. & 18. Fr. Joan. de la Puente *in convenien. utr. Monarch. l.* 3. *cap.* 12. & 13. ubi etiam agit de antiquorum Hispanorum idololattia, & quando apud illos initium habuits & Bernard. Aldrete *dict. l.* 3. *de antiq. Hispan. cap.* 6.

Et ad illud, † quod de blasphemiæ crimine 110
addidimus, quæ in idololatria virtualiter inest, & ob quam bellum justè infidelibus inferri posse, ex communi opinione probavimus; responderi etiam potest cum doctoribus *supra* citatis, & præcipuè cum Gregorio de Valencia *d. disput.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 6. *vers. Illud autem*; blasphemiam, quæ in idololatria inest, materialem esse, & in facto consistere, quia reipsa idololatriæ Christum Deum verum suis superstitionibus negant. Hanc autem sufficere ad hoc, ut illis bellum legitimum non inferatur, alioqui omnes Infideles, Paganos, & Judæos debellare liceret: sed illam tantùm, quæ verè & propriè † blasphemia appellatur 111
scilicet quæ in verbis consistit, & nostræ Religioni, ac Christianæ Reipublicæ injuriam, & scandalum irrogat, ut tradit D. Tom. 2. 2. *quæst.* 13. *art.* 1. Etenim in idololatria, etsi blasphemia contineat, & majus peccatum esse videatur, nullæ nostræ Religioni, sed soli Deo injuria fit, cujus vindictam, ut *supra* diximus, ipse sibi reservat.

Ad quintum autem argumentum † de locis, & 112
exemplis sacræ Scripturæ, D. Augustini, Cypriani, & aliorum Patrum, quibus, solam idololatriam legitimam bellandi causam præbere, contendimus, responderi potest, † veteris legis exempla, 113
maximè quæ ad delictorum punitionem spectant, admitari à nobis potiùs, quàm imitari debere, ut multis argumentis ostendit Gratian. *in cap. nos si incompetentes* 41. *versic. His ita respondetur*, 2. *q.* 7. D. August. *in cap. Dixit Dominus* 12. 14. *q.* 5. & *in c. si quis* 19. 22. *q.* 2.

Et præterea, † numquam populum Israël, 114
auc-

auctoritate propria, Chananæorum Amorrhæorum, & aliorum Gentium provincias occupasse, ob id tantùm, quòd infideles, aut idololatriæ essent, vel aliis criminibus contra naturam operam darent; sed propter specialem, & expressam Dei jussionem, & donationem, qui eis illas terras ad habitandum promiserat; vel quia eis transitum impediebant, aut aliter infensi erant; vel quia, ut ait D. August. *lib.* 6. *quæst.* 10. *in Josue*, & *lib.* 44. *quæst.* 4. *super Numer. cap.* 20. *serm.* 105. *de tempore*, *t.* 10. & Casian. *collat.* 5. *c.* 24. Sem filius Noë illarum dominus fuerat, & posteà, per vim & arma, Chananæi, filii Cham, eas sibi usurparunt; unde cùm filii Abrahæ à Sem originem ducerent, illas repetendi & vindicandi, jus prætendere potuerunt.

Quibus rationibus alias addit Divus Thom. *in* 4. *dist.* 39. *art.* 1. *ad* 1. ob quas bella illa non iniquè ex jure gentium gesta declarat, & prosequitur Sotus *lib.* 5. *de justitia*, & *jure*, *quæst.* 3. *art.* . . . *in fine*: Acosta *de procur. Ind. salut. lib.* 2. *c.* 5. Bañez *dict. art.* 10. *col.* 532. Aragon *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8. *pag.* 292. *versic. Respondetur*; novissimè Mag. Marquez *in Gubernat. Christ. lib.* 1. *c.* 27. *pag.* 159. & *sequent.* & Pat. Franc. Suar. post hæc scripta *in tractat. de Caritat. disput.* 13. *sect.* 5. *num.* 2. Licèt verum sit, in ho-

115 rum consequentiam, † Deum etiam Israëlitis præcepisse, ut idolorum templa destruerent, & radicitùs dissiparent, ne prædictarum nationum exemplo dilectus sibi populus contaminaretur, quem nimis his superstitionibus deditum esse sciebat.

116 Et eodem modo accipiendus est † locus ille alter *Deuteron. cap.* 20. quo civitates procul positas deleri Dominus jusserat. Etenim non ob diversitatem Religionis, sed ob alias causas, & injurias bellum illis indici, ejusdem capitis initium demonstrat, ubi aperto ore eos hostes appellat: *Si exieris ad bellum contra hostes tuos.* Etsi ratione idololatriæ, & aliorum criminum contra naturam, puniendi essent, non exciperet Dominus fœminas, quæ & ipsæ eisdem peccatis tenerentur, neque cum illis pacem, & fœdus inire permitteret, quod cum aliis septem nationibus terræ Promissionis strictè vetuerat, *in c.* 7. 9. & 12. *ejusdem Deuteronom.* ut benè advertunt Abulens. & Liran. *ibid.* idem Abulens. 2. *Paralipom. c.* 8. Magist. Histor. *c.* 11. *sup. Deuteronom.* Episcop. Chiapens. *in Apolog. contra Sepulved.* & Magist. Bañez *ubi supra.* Ut omittam Glossam Interlinealem, quæ, *Gentes procul positas*, Interpretatur, id est, *Religione diversas*, (cujus verbis Sepulveda nimis exultat) in sensu allegorico & morali accipiendam esse, & de hæreticis, & spiritui adversantibus hominibus, non de idololatris, aut

117 infidelibus rectum illum exponere: † quos etiam in pace, & Scripturæ testimoniis, & in ore gladii, quod est Verbum Dei, expugnandos esse testatur. Similemque expositionem admittunt

118 † loca D. Augustini, & D. Cypriani in argumento relata: nam ut advertit Greg. de Valent. *d. disput.* 7. *col.* 413. *vers. Ad tertium*, loquuntur de idololatris à fide apostatis, ut ex eorum verbis apparet, vel secundùm Bañez *ubi supra*, quando bellum idololatris, & facinorosis infligitur ab his, quibus ipsi subjecti sunt, quod omni jure licere, jam diximus, ut † ostendunt exempla Eze- 119
chiæ, & Nabuchodonosor, ab eisdem Sanctis considerata, & Mathathiæ, qui interfecit Judæum, qui ad aram sacrificaturus accesserat, 1. *Machab.* 2.

CAPUT XV.

De tituli, sive articuli præcedentis resolutione; & quid verius, aut probabilius in conflictu dictarum pugnantium opinionum videatur.

SUMMARIUM.

1 *Opinio affirmativa, & negativa in articulo debellationis indorum ob idololatriam, & vitia contra naturam, accepta & problematica est.*
2 *Infideles nobis non subjecti, dubium est, an propter solam idololatriam debellari, possint.*
3 *Infideles subditi Principibus Christianis absque dubio compelli possunt ad deserendam idololatriam, & alia vitia contra naturam.*
4 *Infideles omnes indistinctè debellari possunt, si tyrannidem exerent, & innocentes opprimunt, vel sacrificant, aut edunt.*
5 *Auctorum verba peculiariter recensentur, qui ob defensionem innocentum, infideles debellari posse concedunt.*
6 *Sanguis innocentum iniquè effusus, clamat, à proximis auxilium petens.*
7 *Justi Lypsii peculiaris sententia de debellatione Barbarorum infidelium.*
8 *Infideles debellari possunt, ob immolationem, aut comestionem hominum, quamvis ii, qui immolantur aut edantur, sint delinquentes, & alias ad mortem damnati.*
9 *Bellum justum non solùm infertur pro defensione propria, sed etiam pro liberandis innocentibus, etiam auxilium nostrum non postulantibus.*
10 *Abrahæm in liberationem Lot justè quinque Reges Amorrhæos percussit.*
11 *Pat. Franc. Suarez apertè affirmat, bellum indici posse infidelibus, ad tollenda hominum sacrificia, & innocentes defendendos.*
12 *Bellum, quod suscipitur pro defendendis innocentibus, & tollendis humanis sacrificiis, monitio præcedere debet.*
13 *Remediis severioribus nemo uti debet priusquam mitiora experiatur.*
14 *Judex quando possit uti manu militari.*
15 *Doli præsumptionem contra se habet judex, qui utitur remediis durè, ubi blanda sufficerent.*
16 *Bellum quacumque ex causa, & pia præsertim, illatum, regulariter monitio præcedere debet.*
17 *Romanorum mos in bellis per Fetiales indicendis, & denuntiandis.*
18 *Bellum non requirit præviam monitionem, ubi infertur Turcis, hæreticis, & aliis Fidei hostibus.*
19 *Bellum ubi infertur pro defensione innocentium, & immolandorum, mitissimè quantum fieri potest exercendum est.*
20 *Opinio Josephi Acostæ, & Dom. Bañez examinatur.*
21 *Belli propositum, quod esse debeat.*
22 *Innocenter per accidens, in bello justis de causis suscepto, sine peccato occidantur.*
23 *Bellum suscipientes pro defendendis innocentibus, quid ab illis recipere, aut exigere possint, ex opinione P. Molinæ.*
24 *Imperium quando licitè auferri possit infidelibus, ob defensionem innocentium debellatis.*
25 *Reges nostri quid semper sanxerint, & cupierint, in debellationibus Indorum.*
26 *Indos, & alios infideles debellari posse propter peccata contra naturam, probabiliter affirmari potest.*
27 *D. Marta piaculum esse dicit, dubitare de debellatione infidelium, ob peccata contra naturam.*
28 *Joan. Azorius & alii qualiter distinguant in articulo de-*

Porrum, & cepe nefas violare, ac frangere morsu,
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis,
Numina!

100 Habebant † aliæ nationes peculiares Deos, quos in hac, aut illa imagine sibi adorandos proponebant, utpote Babylon *Belum*, Africa *Neptunum*, Mauritania *Jubam*, Rhodus *Solem*, Samos *Junonem*, Lemnos *Vulcanum*, Paphos *Venerem*, Delphos *Apollinem*; Roma *Quirinum*, Latini *Faunum*, Athenæ *Minervam*, Syria *Atergatin*, Arcadia *Panem*, Ammonitæ *Molochum*, Persia *Cælum* & *Jovem*, Arabia *Jovem* & *Bachum*, Gallia præter Mercurium, *Theutatem*, & *Hæsum*. Et ut Sybilla canit de Græcis, [illegible] ut refert Joan. Funger. *in Etymol. verb. Idololatria, pag. mihi* 489.

101 Ad † Hebræos item, & Chaldæos hoc crimen fœdissime prorepsisse, & varia idola sub variis formis, & nominibus coluisse, veluti *Miplezet*, *Tamuz*, *Beel*, & *Baal*, (quod erat quasi commune omnium idolorum nomen, & *Jovem*, significabat) *Dagon*, *Astarot*, *Meleketh*, *Moloch*, & aliis similibus, passim sacra Scriptura testatur, ut constat ex 1. *Reg.* 15. *Exec.* 8. *Ier.* 7. & 50. *Amos.* 5. *Indic.* 2. & 16. *Samuel* 5. *Deuter.* 7. & tradit Funger. *ubi supra, verb. Idolum*; & plenissimum Catalogum congerens Polyanthæa, *verb. Idololatria. pag.* 610. & P. Pineda *d. lib.* 7. *de rebus Salom.*

102 *cap.* 3. Ita † ut quidam Abrahamum, qui posteà fuit dictus, *Pater tredentium*, aliquando idololatriæ inseruisse, docuerit, ut constat ex traditis à Clem. Alexand. *lib.* 1. *recognit.* Suida, *verb. Abraham*: Philon. *in lib. de Abrahamo*: Genebrard. *in Chronograph. anno mundi* 2049. Cedren. *in compend. histor.* Andr. Masio *in comment. sup. Josue cap.* 24. Caspar. Sanctio *in Isai cap.* 43. *num.* 51. *pag.* 460. & Didaco Matute *de prosap. Christi*, 3. *ætate, cap.* 1. *§.* 3. licet contrarium verius, & certius esse videatur ex iis, quæ observat Mag. Fr. Raph. de la Torre *de vitiis opposit. Relig. tom.* 2. *quæst.* 94. *art.* 4. *pag.* 115.

Et, ut ad rem redeamus, Scythæ *Acinacem* Arabes *lapidem*, Persæ *fluvios*, & *ligna*, Thessali

103 *formicas*, & Athenienses (quod prius est) † *Contumeliam*, & *Impudentiam* Deas effecerunt, propriis fanis, & sacrificiis institutis, ut notavit Tull. *lib.* 2. *de leg.* Clem. Alex. & Heruet. ubi *supr.* Erasm. *in Proverbio Dea impudentia.* Sicuri & La-

104 cedæmonii † *Morti*, *Senectuti*, *Paupertati*: † Ro-

105 mani *adversæ Fortunæ*, *Pallori*, *Febri*, & *Rubigini*, templa & peculiaria sacrificia destinarunt, ut observat Plin. *lib.* 3. *cap.* 7. Abulens. *sup. Euseb.* Alex. ab Alex. & ejus additionator Tiraquel *l.* 1. *Genial. cap.* 13. Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 1. Columel. *de re rustis. lib.* 10 & Matute ubi *supra* §. 1.

106 De † arboribus quoque, & serpentibus, & cur olim ab aliis nationibus pro Diis coli solerent, & hodie etiam colantur, plura congerit Thom. Boc. *lib.* 1. *de signis Eccles. cap.* 4.

107 Et † Zellanos Indos *Simiæ dentem* magno pretio emisse, ut eum adorarent: Simon Majol. recenset *in dieb. Canic. colloq.* 7. *de quadrupedibus, pag.* 174. *tom.* 1.

108 Quinimo † & inter Christianos quosdam hanc olim corruptelam viguisse, ut simul cum Christo idola colerent, aperte ostendit D. Paul. 1. *Corint.* 5. & ibidem expressius D. Chrysost. & D. Greg. *lib* 7. *epist.* 20. & *lib.* 8. *epist.* 5. quos refert. Alan. Cop. *dialog.* 4. *cap.* 8. *in fine.*

Et possem quidem innumera alia de idololatria omnium nationum explorare simul & deplorare, & quam varios, ridendos, & portentosos Deos coluerint, & quam impiis, obscœnis, & detestandis sacrificiis illos prosecuti fuerint, nisi de hoc argumento latissime scripsissent † Auctores 109
supra citati, præcipuè D. August. Clem. Alexand. Arnob. Tertul. Cyprian. Lactan. Firmian. Justin. D. Thom. & alii, qui apologias adversus Gentiles ediderunt. Lilius Girald. in integro, & eruditissimo lib. de Diis Gent. Alex. ab Alexand. & ejus additionat. Tiraq. *lib.* 6. *dier. Genial. cap. fin. lib.* 2. *cap.* 22. *lib.* 3. *cap.* 12. & *l.* 4. *cap.* 14. Thomas Bocius *l.* 2. *de sign. Eccles. cap.* 10. & *l.* 12. *cap.* 15. & *l.* 22. *cap.* 2. Petr. Fab. *l.* 3. *Semestri. cap.* 1. *cum quatuor seqq.* Joan. Funger. *in Etymol. ver. Idololatria, & idolum*: Joan. Bohem. *de morib. Gent. pag.* 33, & 57. Simon. Majol. *tom.* 2. *colloq.* 1. *per tot.* Joseph Acosta *in histor. moral. Ind. l.* 5. *in prom. & de procur. Ind. salut. l.* 1. *cap.* 2. 3. 4. & 5. Fr. August. Davila *in hist. Mexic. l.* 1. *cap.* 24 & 25. Simon. Majol. *in diebus Canicul. tom.* 2. *colloq.* 1. Torquem. *in Monarch. Ind. tom.* 2. *in proœm. & l.* 6. *cap.* 1. 2. 3. 4. Raphael de la Torre ubi *supra quæst.* 94. per plures disputationes, Franc. Torreblanca *de Magia diclinatr. l.* 1. *cap.* 17. & 18. Fr. Joan. de la Puente *in convenien. utr. Monarch. l.* 3. *cap.* 12. & 13. ubi etiam agit de antiquorum Hispanorum idololattia, & quando apud illos initium habuits & Bernard. Aldrete *dict. l.* 3. *de antiq. Hispan. cap.* 6.

Et ad illud, † quod de blasphemiæ crimine 110
addidimus, quæ in idololatria virtualiter inest, & ob quam bellum justè infidelibus inferri posse, ex communi opinione probavimus; responderi etiam potest cum doctoribus *supra* citatis, & præcipuè cum Gregorio de Valencia *d. disput.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 6. *vers. Illud autem*; blasphemiam, quæ in idololatria inest, materialem esse, & in facto consistere, quia reipsa idololatriæ Christum Deum verum suis superstitionibus negant. Hanc autem sufficere ad hoc, ut illis bellum legitimum non inferatur, alioqui omnes Infideles, Paganos, & Judæos debellare liceret: sed illam tantùm, quæ verè & propriè † blasphemia appellatur 111
scilicet quæ in verbis consistit, & nostræ Religioni, ac Christianæ Reipublicæ injuriam, & scandalum irrogat, ut tradit D. Tom. 2. 2. *quæst.* 13. *art.* 1. Etenim in idololatria, etsi blasphemia contineat, & majus peccatum esse videatur, nullæ nostræ Religioni, sed soli Deo injuria fit, cujus vindictam, ut *supra* diximus, ipse sibi reservat.

Ad quintum autem argumentum † de locis, & 112
exemplis sacræ Scripturæ, D. Augustini, Cypriani, & aliorum Patrum, quibus, solam idololatriam legitimam bellandi causam præbere, contendimus, responderi potest, † veteris legis exempla, 113
maximè quæ ad delictorum punitionem spectant, admitari à nobis potiùs, quàm imitari debere, ut multis argumentis ostendit Gratian. *in cap. nos si incompetentes* 41. *versic. His ita respondetur*, 2. *q.* 7. D. August. *in cap. Dixit Dominus* 12. 14. *q.* 5. & *in c. si quis* 19. 22. *q.* 2.

Et præterea, † numquam populum Israël, 114
auc-

auctoritate propria, Chananæorum Amorrhæorum, & aliorum Gentium provincias occupasse, ob id tantùm, quòd infideles, aut idololatriæ essent, vel aliis criminibus contra naturam operam darent; sed propter specialem, & expressam Dei jussionem, & donationem, qui eis illas terras ad habitandum promiserat; vel quia eis transitum impediebant, aut aliter infensi erant; vel quia, ut ait D. August. *lib.* 6. *quæst.* 10. *in Josue*, & *lib.* 44. *quæst.* 4. *super Numer. cap.* 20. *serm.* 105. *de tempore*, *t.* 10. & Casian. *collat.* 5. *c.* 24. Sem filius Noë illarum dominus fuerat, & posteà, per vim & arma, Chananæi, filii Cham, eas sibi usurparunt; unde cùm filii Abrahæ à Sem originem ducerent, illas repetendi & vindicandi, jus prætendere potuerunt.

Quibus rationibus alias addit Divus Thom. *in* 4. *dist.* 39. *art.* 1. *ad* 1. ob quas bella illa non iniquè ex jure gentium gesta declarat, & prosequitur Sotus *lib.* 5. *de justitia*, & *jure*, *quæst.* 3. *art.* . . . *in fine*: Acosta *de procur. Ind. salut. lib.* 2. *c.* 5. Bañez *dict. art.* 10. *col.* 532. Aragon *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8. *pag.* 292. *versic. Respondetur*; novissimè Mag. Marquez *in Gubernat. Christ. lib.* 1. *c.* 27. *pag.* 159. & *sequent.* & Pat. Franc. Suar. post hæc scripta *in tractat. de Caritat. disput.* 13. *sect.* 5. *num.* 2. Licèt verum sit, in ho-

115 rum consequentiam, † Deum etiam Israëlitis præcepisse, ut idolorum templa destruerent, & radicitùs dissiparent, ne prædictarum nationum exemplo dilectus sibi populus contaminaretur, quem nimis his superstitionibus deditum esse sciebat.

116 Et eodem modo accipiendus est † locus ille alter *Deuteron. cap.* 20. quo civitates procul positas deleri Dominus jusserat. Etenim non ob diversitatem Religionis, sed ob alias causas, & injurias bellum illis indici, ejusdem capitis initium demonstrat, ubi aperto ore eos hostes appellat: *Si exieris ad bellum contra hostes tuos.* Etsi ratione idololatriæ, & aliorum criminum contra naturam, puniendi essent, non exciperet Dominus fœminas, quæ & ipsæ eisdem peccatis tenerentur, neque cum illis pacem, & fœdus inire permitteret, quod cum aliis septem nationibus terræ Promissionis strictè vetuerat, *in c.* 7. 9. & 12. *ejusdem Deuteronom.* ut benè advertunt Abulens. & Liran. *ibid.* idem Abulens. 2. *Paralipom. c.* 8. Magist. Histor. *c.* 11. *sup. Deuteronom.* Episcop. Chiapens. *in Apolog. contra Sepulved.* & Magist. Bañez *ubi supra.* Ut omittam Glossam Interlinealem, quæ, *Gentes procul positas*, Interpretatur, id est, *Religione diversas*, (cujus verbis Sepulveda nimis exultat) in sensu allegorico & morali accipiendam esse, & de hæreticis, & spiritui adversantibus hominibus, non de idololatris, aut

117 infidelibus rectum illum exponere: † quos etiam in pace, & Scripturæ testimoniis, & in ore gladii, quod est Verbum Dei, expugnandos esse testatur. Similemque expositionem admittunt

118 † loca D. Augustini, & D. Cypriani in argumento relata: nam ut advertit Greg. de Valent. *d. disput.* 7. *col.* 413. *vers. Ad tertium*, loquuntur de idololatris à fide apostatis, ut ex eorum verbis apparet, vel secundùm Bañez *ubi supra*, quando bellum idololatris, & facinorosis infligitur ab his, quibus ipsi subjecti sunt, quod omni jure licere, jam diximus, ut † ostendunt exempla Eze- 119
chiæ, & Nabuchodonosor, ab eisdem Sanctis considerata, & Mathathiæ, qui interfecit Judæum, qui ad aram sacrificaturus accesserat, 1. *Machab.* 2.

CAPUT XV.

De tituli, sive articuli præcedentis resolutione; & quid verius, aut probabilius in conflictu dictarum pugnantium opinionum videatur.

SUMMARIUM.

1 *Opinio affirmativa, & negativa in articulo debellationis indorum ob idololatriam, & vitia contra naturam, accepta & problematica est.*
2 *Infideles nobis non subjecti, dubium est, an propter solam idololatriam debellari, possint.*
3 *Infideles subditi Principibus Christianis absque dubio compelli possunt ad deserendam idololatriam, & alia vitia contra naturam.*
4 *Infideles omnes indistinctè debellari possunt, si tyrannidem exerent, & innocentes opprimunt, vel sacrificant, aut edunt.*
5 *Auctorum verba peculiariter recensentur, qui ob defensionem innocentum, infideles debellari posse concedunt.*
6 *Sanguis innocentum iniquè effusus, clamat, à proximis auxilium petens.*
7 *Justi Lypsii peculiaris sententia de debellatione Barbarorum infidelium.*
8 *Infideles debellari possunt, ob immolationem, aut comestionem hominum, quamvis ii, qui immolantur aut edantur, sint delinquentes, & alias ad mortem damnati.*
9 *Bellum justum non solùm infertur pro defensione propria, sed etiam pro liberandis innocentibus, etiam auxilium nostrum non postulantibus.*
10 *Abrahæm in liberationem Lot justè quinque Reges Amorrhæos percussit.*
11 *Pat. Franc. Suarez apertè affirmat, bellum indici posse infidelibus, ad tollenda hominum sacrificia, & innocentes defendendos.*
12 *Bellum, quod suscipitur pro defendendis innocentibus, & tollendis humanis sacrificiis, monitio præcedere debet.*
13 *Remediis severioribus nemo uti debet priusquam mitiora experiatur.*
14 *Judex quando possit uti manu militari.*
15 *Doli præsumptionem contra se habet judex, qui utitur remediis durè, ubi blanda sufficerent.*
16 *Bellum quacumque ex causa, & pia præsertim, illatum, regulariter monitio præcedere debet.*
17 *Romanorum mos in bellis per Fetiales indicendis, & denuntiandis.*
18 *Bellum non requirit præviam monitionem, ubi infertur Turcis, hæreticis, & aliis Fidei hostibus.*
19 *Bellum ubi infertur pro defensione innocentium, & immolandorum, mitissimè quantum fieri potest exercendum est.*
20 *Opinio Josephi Acostæ, & Dom. Bañez examinatur.*
21 *Belli propositum, quod esse debeat.*
22 *Innocenter per accidens, in bello justis de causis suscepto, sine peccato occidantur.*
23 *Bellum suscipientes pro defendendis innocentibus, quid ab illis recipere, aut exigere possint, ex opinione P. Molinæ.*
24 *Imperium quando licitè auferri possit infidelibus, ob defensionem innocentium debellatis.*
25 *Reges nostri quid semper sanxerint, & cupierint, in debellationibus Indorum.*
26 *Indos, & alios infideles debellari posse propter peccata contra naturam, probabiliter affirmari potest.*
27 *D. Marta piaculum esse dicit, dubitare de debellatione infidelium, ob peccata contra naturam.*
28 *Joan. Azorius & alii qualiter distinguant in articulo de-*

debellationis infidelium ob peccata contra naturam.

29 *Error in cognitione, & cultu veri Dei, & fidei, invincibili ignorantia aliquando in infidelibus excusatur.*

30 *Numen aliquod superius esse, quo hæc inferiora regantur, nemo sanus negare potest.*

31 *Dei veri cognitio res maxima, & obscurissima est.*

32 *Simonides quid responderit Hieroni roganti de Deo, & ejus natura.*

33 *Præcepta naturalia primæ classis non admittunt ignorantiæ excusationem.*

34 *Infideles ob peccata contra naturam subjiciuntur punitioni cujuslibet Principis Christiani.*

35 Lex 1. C. quando liceat unicuique sine jud. se vind. *expenditur, & exornatur.*

36 *Judex ubi deficit, & in mora periculum inest, omnis homo judex, & miles est adversus latrones, & sacinorosos.*

37 *Furor nocturnus, & aggressus quatenus quis possit propria auctoritate punire.*

38 *Forum alienum sortitur quis ratione delicti.*

39 *Delictum dat jurisdictionem ei, qui aliàs eam non haberet.*

40 Cap. in Archiepiscopatis, de raptorib. *explicatur.*

41 *Infideles, & Saraceni crimen sodomiæ committentes puniri possunt à judice Ecclesiastico.*

42 *Vindictam acclerum Deo relinquendam esse, quo modo & sensu in Deuter. & apud D. Paulum dicatur, & num. sequentibus.*

43 *Delicta in Deum, & homines commissa etiam in hoc seculo ab hominibus puniri debent.*

44 *Hæretici aliqui falsò tenuerunt, delicta non esse à Magistratibus punienda.*

45 *Vindicta Magistratuum est vindicta Dei.*

46 *Auctoritat D. Pauli 1. Corinth. 5. De his qui foris sunt, multis solutionibus, & expositionibus illustratur.*

47 *Ecclesia qualiter directè, aut indirectè pœnas excommunicationis, & alias, infideles punire possit.*

48 *D. Pauli series, & paraphrasis epistolæ 1. ad Corinth. proponitur.*

49 *Trident. synodus, quæ infideles ad Ecclesiæ judicium spectare negat, qualiter accipiatur.*

50 *Augustini locus in serm. 9. de puero Centurion. exponitur.*

51 *Ecclesia cur sæpiùs usa non fuerit jurisdictione, quam habet in infideles.*

52 *Infideles priusquam debellentur, de suis erroribus admonendi sunt.*

53 *Infideles ubi puniri, & debellari posse dicimus, ob peccata contra naturam, intelligendum est de his, quæ committunt postquam moniti sunt, ut ab illis desistant, non de præteritis.*

54 *Malum, cum fine quietione perseverat, augetur.*

55 *Infideles licèt de præsenti turbentur, vel indignentur, ob id quod eos compellamus ad observandam legem naturæ, perseverandum tamen est propter spem boni futuri.*

56 *Pœnarum, & suppliciorum impositio quo fine, & intentione fieri debeat.*

57 *Pœna omnis non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum.*

VIdimus, & bona quidem fide sigillatim propalavimus, & communivimus omnes auctoritates, atque argumenta, quæ in hoc controverso juris articulo, pro affirmativa, & negativa
1 sententia stare, & urgere videntur. De † quibus non immeritò illud Lucani, 1. *Pharsal.* dicere possumus:

=Quis jurtiàs induat arma
Scire nefas: magno se judice quisque tuetur.

Atque ita non est mirum si Auctores modò in hanc, modò in illam opinionem propendeant, & eorum aliqui, veluti problematicè, pro utraque decertent. Inter quos præcipuè caput effert Anton. à Corduba *in quæstion. lib.* 1. *quæst.* 55. *dub.* 5. *pag.* 498. *& seqq.* Quod ego nullatenus reprehenderem, ubi † de infidelibus nobis non 2
subjectis sermo esset, qui solo idololatriæ vitio laborarent, & quæreretur, an ob hoc illis bellum inferri possit?

Ideò autem de infidelibus non subditis dixi, † quoniam in illis, qui Principibus Christianis 3
subjacent, omnes communiter utriusque partis assertores consentiunt, vi, & armis, aliisque supplicibus compelli posse, ut ab idololatriæ crimine abstineant, & divini, & naturalis juris præcepta sequantur, ut constat ex relatis à Magist. Bañez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *col.* 505. *vers. Dubitatur secundo*, Aragon. *ibid. art.* 8. *vers. Quinta conclusio, pag.* 292. Molina *de justit. & jure, tract.* 2. *disp.* 106. *col.* 436. *vers. Secunda conclusio*, & in materia de Fide, *quæst.* 10. *art.* 11. Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. l.* 4. 1. *part. dub.* 4. *pag.* 208. *&* 209. & novissimè Pat. Franciscus Suarez *in tract. de Fide, disp.* 18. *sect.* 4. *ex num.* 6.

Si verò † non solùm idololatria in infidelibus 4
reperiatur, sed sæva quoque & effrænata tyrannis, humanæ carnis ingluvies, & cruenta, & execranda innocentium sacrificia, qualia ea esse supra probavimus, quæ nostri Indi, ut plurimum, frequentabant: tunc veriorem & probabiliorem eorum sententiam existimo, qui ob has injurias, & oppressiones tollendas, bellum adversus omnes infideles permittunt, quamvis nobis subjecti non sint, & procul positi auxilium nostrum non exigant, & sua sorte contenti vivere dicantur. Hoc enim urgentissimè evincunt rationes, & testimonia quæ in ejusdem sententiæ comprobationem adduximus.

Neque omninò rejicere audent, qui contrariam sequuntur, ut patet † ex Victoria *in relect.* 2. 5
de Indis, num. 15. Gregor. Lopez *in dict. l.* 2. *tit.* 22. *par.* 2. glos. mag. *col. antepen. & col. ult. vers. Septima conclusio*, elegantissimo Joseph. Acosta *l.* 2. *de procur. Indor. salut. c.* 6. & Covarrub. *in regul. peccatum*, 1. *part.* 1. §. 10. *numer.* 5. *vers. Unde ad subveniendum*, ubi, licèt acerrimè defendisset, infidelibus, qui nobis nihil nocuerunt, bellum justè moveri non posse; concludit tamen, quòd si isti infideles in subditos tyrannicè agerent, & innocentium sanguinem idolis funderent, justè bello lacessiri poterunt, non solum auctoritate divina, sed etiam humana, & publica: quia † sanguis, inquit, in- 6
nocentium, qui iniquissimè occidebantur, clamare eo casu videtur, à proximis auxilium petens.

Idem etiam resolvit Mag. Bañez *dict. art.* 10. *col.* 535. *vers. Tertia conclusio*, apertè docens, infideles, etiam non subditos, posse compelli, ne homines immolent idolis, etiam volentes immolari, & Molina *disp.* 106. *vers. Tertia conclusio*, ubi ait, fas esse movere bellum adversus infideles, juraque illius persequi, etiam absque ulla summi Pontificis auctoritate si innocentes immolent, aut eos interficiant, ut eorum carnibus vescantur, aut quovis alio modo injustè perimant, vel si subditos tyrannicis legibus opprimant, aut alia simili ratione divexent. Neque ne-

necesse esse expectare, ut innocentes ad mortem ducantur, sed cogi posse, ut statim cessetur à pessimo ritu, aut consuetudine, & ut iniquæ, & pessimæ leges abrogentur, inferendo, si ad id opus fuerit, bellum, juraque illius prosequendo, ac deponendo Principes iniquos, aliosque, si opus fuerit, creando, quantumvis barbari, ac subditi ipsi velint, eos mores, & sacrificia retinere, nolintque, extraneos ea de causa bellum inducere.

7 His † proximè accedit Just. Lips. in Politic. *lib.* 5. *c.* 4. ubi inquit: *Jani & invasio quædam legitima videtur, etiam sine injuria, ut in barbaros, & moribus aut religione prorsus à nobis abhorrentes, maximè si potentes ii, & aliena ipsi invaserunt, aut invadant. Causa enim hic est evertio, & in malo repressio.*

Eisdem assentitur Joan. Azor. *lib.* 8. *instit. Moral. c.* 24. *vers. Decimò quæritur, col.* 1278. quem sequitur, & transcribit Fr. Thom. à Jesu *de proc. omn. gent. salut. lib.* 4. *dub.* 4. *pag.* 208. concludens, adeò licitum esse bellum, ob vitandas has hominum immolationes, aut mactationes, ut eorum carnibus vescantur more ferarum, ut procedat etiamsi sontes homines, alioqui capitis pœna damnati, Diis immolari apud infideles soleant, aut mactari, ut eorum carnes edan-
8 tur. Sontes † enim (inquit) jure quidem capite puniuntur, nefariè tamen, & impiè Diis immolantur, aut ob humanarum carnium esum necantur. Quod ultimum eo notabiliùs videtur, quoniam Mag. Bañez *ubi supr.* & Suar. statim citandus, contrarium expressè affirmant, docentes, non posse compelli infideles, ne eos immolent, qui aliàs à Republ. juste erant ad mortem damnati: quia tali in casu magis idololatræ, quam homicidæ esse censentur, & non contra justitiam, sed tantùm contra Religionem peccant, & ita cessat defensio innocentium.

Pat. quoque Mag. Lorca *in* 2. 2. *sect.* 3. *dis-*
9 *put.* 52. *num.* 2. *pag.* 968. cùm justum † esse bellum asseruisset, quod *defensivum* appellatur, eandem conclusionem ampliat, ut non solùm in propria defensione procedat, sed & in alterius cujuslibet innocentis, etiam auxilium nostrum non postulantis, vel liberari renuentis: & ideo,
10 inquit, justum fuit bellum, quo † Abraham in liberationem Lot percussit quinque Reges Amorrhæorum, *Genes.* 14. Et ex eodem capite potuit esse bellum justum contra Indos barbaros, apud quos frequenter in usu erant cædes hominum innocentium ad sacrificia, & ad vescendum humanis carnibus.

11 Et tandem † eidem opinioni hac in parte assentitur eruditiss. Pat. Franc. Suar. *in dict. tract. de Fide, disp.* 18. *sect.* 4. *num.* 2. *&* 4. *in tract. de Caritate, disp.* 13. *sect.* 5. *ex num.* 5. ubi ait, ad defendendos innocentes licitum esse vim inferre his infidelibus, ne sacrificent infantes Diis suis, quia hoc juxta ordinem caritatis licèt: imo præceptum est, si commodè fieri potest. Additque etiam, id fieri posse, non solùm ad liberandos infantes, sed etiam adultos, etiam si ipsi consentiant, & velint sacrificari idolis, quia in hoc pejores quàm amentes sunt, & quia non sunt domini propriæ vitæ, propter quod quilibet potest ab alio cogi, ne se occidat.

Bene tamen verum est, quod, ut suprà dicti auctores advertunt, præsertim Anton. à Corduba *dict. quæst.* 57. *dub.* 6. *per totum, pag.* 505. *& seqq.* † ad justitiam hujus belli, quod pro in- 12
nocentium defensione, & liberatione adversus barbaros irrogatur, necessarium esse videtur, ut priùs blandè, & sufficienter moneantur, ut à suis cruentis sacrificiis, tyrannicis oppressionibus, & fe-
ralibus conviviis abstineant. Nemo † etenim pru- 13
dens remediis durioribus, & severioribus uti debet prius quàm mitiora, & faciliora experiatur, juxta illud Ovid. 1. Metamor.

Cuncta prius tentanda sunt, sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

Et doctrinam Ulpian. *in l.* 3. *vers. Sed melius, ff. ne vis fiat ei*, ubi tradit, † non aliter posse ju- 14
dicem decreta sua per manum militarem defendere, quàm si jure suæ potestatis id exequi nequeat; quòd late exornant Bart. & Doct. ibidem, *& in l. sed si possessor de jur. jurand.* Andr. Gail. *lib.* 2. *observat.* 6. *n.* 2. *&* Menoch. *cons.* 221. *num.* 7. *lib.* 1. ubi resolvit, † doli præsumptio- 15
nem contra se habere eos, qui aliter faciunt, & conducit illud Cicer. *lib.* 1. *offic.* dum ait: *Nam cùm sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim; eumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non liceat superiore.*

Ac quemadmodum in aliis causis, quæ bellum justum reddere solent, † admonitio, & re- 16
quisitio adversæ partis præcedere debet, ut ab injuriis, quas ferre paret, abstineat, vel quæ intulit damna compenset, ut præclarè ostendit D. August. relatus *in c. Dominus noster* 23. *q.* 2. & alii auctores, quos adduximus *suprà cap.* 12. *n.* 3. Bald. *in l. si manumissor*, C. *de obseq. patron. præstant.* idem Bald. *in l.* 2. *num.* 71. C. *de servit. & aqua*, Angel. *cons.* 14. *colum.* 1. Martin. Laud. *de bello*, §. 37. *&* §. 39. Lancelot. Conrad. *in temp. judic. lib.* 1. *c.* 1. §. 3. *in verb. Bellum, num.* 5. ita & in hac, quæ pietatis causa suscipitur, longè majori ratione nihil impium, & crudele intervenire oportet, nisi priùs seria hæc animadversio præcedat, illiusque effectus irriti esse videantur, ut repetimus *infrà cap. sequent. ex n.* 5. *& infrà hoc eodem cap. num.* 52. Et exemplo suo ostendebant † Romani, qui per 17
Feciales, jam inde à Numa Pompilio constitutos, ita demum bellum comminabantur, ac decernebant, si præmoniti hostes, res ablatas non redderent, & justa facere recusassent, ut insinuat Cicero *dict. lib.* 1. *offic. Bella* (inquiens) *non nisi justis de causis suscipiantur, nec inferantur, nisi rebus repetitis, ne sæviatur ultra modum in victos*; ut latè tradunt Dionis. Halicar. Livi. Fenestel. Plutarc. & alii, quos refert Rosin. *de antiq. Roman. lib.* 10. *cap.* 1. *&* 2. latissimè Alexan. & ejus additionat. Tiraq. *lib.* 5. *Genial. c.* 3. Zass. *in lib.* 2. §. *& ita leges, ff. de orig. jur.* Andr. Gail. *de pignorationib. sive represaliis, c.* 2. Balthasar. Ayala *de jure, & officio belli, lib.* 1. *cap.* 1. & Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. c.* 32. *n.* 15. *& sequentib.* † qui tamen *num.* 107. hoc 18
non requiri docet, ubi de inferendo bello Turcis, infidelibus, & hæreticis, & aliis fidei hostibus agitur.

Ex eodem quoque fonte dimanat, eximiè
19 † curare debere Principes, qui hæc bella pro innocentium defensione suscipiant, ut defensio ista cum minimo infidelium damno adhibeatur, ita ut neque dominio, neque vita spolientur, si possunt terrore, aut subjectione aliqua contineri. Et cùm primis caveatur, ne plures innocentes ejusmodi bellorum occasione absumantur, quàm ipsorum barbarorum tirannide, & cruentis sacrificiis, aut mactationibus perire potuissent. Quod optimè advertit, & parum in his Indicis bellis curatum fuisse dolet Joseph. Acost. *dict. l.* 2. *de procur. Ind. salut. c.* 5. *p.*232. & Bar. *d. quæst.* 10. *art.* 10. *pag.* 535. *vers. Tertia con-*
20 *clusio, in fine*, † Nimis tamen absolutè docentes, ab hoc bello abstinendum, si ex eo sequeretur mors plurium innocentium, quam esset numerus immolandorum. Nam supposito, quòd propter hanc causam justè pugnatur, ut cum ipsis, & aliis auctoribus asseruimus, omnia quoque licere, affirmare debemus, quæ ad comparandam victoriam, & compescendos barbaros necessaria, & commoda fuerint: & licèt ex intentione nullum damnum innocentibus in-
21 ferre possit, † quia semper bellum eo proposito fieri debet, ut malum vitetur, & bonum promo-
22 veatur, *cap. milltare* 23. *quæst.* 1. † Per accidens tamen, & ex consequenti, contra eos quoque præliari potest, præsertim, ubi ab aliis interpugnandum distingui nequeant, vel cum ipsis nocentibus, ut semper fieri assolet, arma sumunt, impediuntque, ne victoria paretur, & finis prædictis sacrificiis, & mactationibus hominum imponatur, ut perspicuè colligitur ex iis, quæ in materia de bello communis omnium Theologorum, & Jurisconsultorum opinio, & resolutio testatur, de qua per Victor. *in relat. de bello ex num.* 15. Covarr. *in reg. peccatum*, 2. *part.* §. 11. Sylvest. *verb. Bellum*, *quæst.* 9. & 10. Cajetan. *eod. verb.* Adrian. *quæst. de bello*, §. *Sed an*, Castr. *lib.* 2. *de justa hæret. punit. cap.* 14. Ayala *de jure*, & *offic. belli*, *l.* 1. *c.* 5. Molina *de just. & jure*, *tractat.* 1. *ex disp.* 117. *usque ad* 122. Lorca *in* 2. 2. *sect.* 3. *disp.* 53. *memb.* 1. *pag.* 981.

23 Atque ita † Molina *dict. disp.* 106. *in fine*, quamvis in his bellis, quæ ad subvenendum innocentibus inferuntur, illis multum consulendum esse suadeat, in quorum gratiam pugnatur, quorumque partes aguntur, fas tamen esse, inquit, bellantibus, expensas belli de bonis adversariorum, etiam innocentium, sibi usurpare, & recompensationem injuriarum, & damnorum, si quæ ab adversariis inter bellandum acceperunt, necnon justum præmium sui laboris, & industriæ: Neque enim gratis tenentur, se exponere periculis, suamque operam, & industriam collocare. Ipsi quoque hostes tenentur, hæc omnia solvere, qui causa injusta fuerunt, ut bellum justum adversus eos susciperetur. Quinimo † & im-
24 perium ab eis auferri posse resolvit, si ad innocentium, illiusque Reipublicæ bonum spectet, ut bellantes dominium integrum earum regionum assumant. Id quod plerumque usu, inquit, evenit, & in his Indiarum Occidentalium provinciis contigisse videmus, tum ipsorum barbarorum, factis, & fatis, tum bellorum eventibus, Ducumque, & militum facinoribus ita desideran-
tibus: † Licèt semper nostris pissimis Regi- 25
bus curæ fuerit, & inviolabili lege sanxerint, ut *in* omnibus expeditionibus, quæ fiunt, faciendæque sunt, sive ad novas gentes quærendas, sive ad jam quæsitas pervestigandas, Indi omnes *liberi* maneant, suisque rebus, & dominiis liberè uti relinquantur, neque nostri milites illos aggrediantur, vexent, aut cædant non lacessiti: neque undecumque captos servire compellant, de quo aliqua tradit Joseph. Acost. *dict. lib.* 2. *de procur. Ind. salut. c.* 7. & Nos *suprà* sæpè tetigimus, & plurbus inferiùs agemus.

Superest, ut de tertio membro dispiciamus, scilicèt de peccatis, quæ ab istis Indis passim perpetrari probavimus, Deum verum non colentes, nec cognoscentes, & fœdis suis, ac spurcis moribus omnia naturalis juris præcepta turbantes, & transgredientes. Et in hoc, quamvis auctores, ut vidimus, maximoperè digladientur, satis † probabilem censeo Innocentii, & sequa- 26
cium opinionem, qui propter hæc crimina puniri, & debellari posse à Christianis Principibus de licentia Summi Pontificis tradunt, si moniti ab illis non desistant: quod tenuit, & latè contra Victoriam defendere conatus fuit insignis noster Greg. Lupus *in l.* 2. *tit.* 23. *part.* 2. glos. magn. *col.* 16. *vers. Ego verò*, dicens, hanc sententiam esse communem omnium Canonistarum, & Legistarum, & aliquorum Theologorum. Et † adeò 27
certum esse concludit Marta *in tractat. de jurisdict.* 1. *part. c.* 24. ut placulum ducat de ea dubitare, & Marquard. *in tract. de Judæis & Infidelibus*, 3. *part. c.* 1. *num.* 39. ubi apertè inquit, quòd non peccarunt Hispani, qui punierunt Indos delinquentes contra naturam.

Et licèt idem Gregor. Lup. *in eadem glos. col. ult. vers. Sexta conclusio*, in angustia, ut ipse inquit, decidendi positus, consulere ad præsens ausus non fuerit, quòd in acquisitione istorum Indorum illa doctrina Innocentii utamur: eam tamen sub quadam distinctione novissimè admittunt † Joan. Azor. *dict. lib.* 8. *instit. Moral.* 28
c. 24. *quæst.* 9. & ea sequens, & transcribens Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. l.* 5. *dub.* 4. *pag.* 207. dicentes, quòd licèt infideles justè puniri nequeant, ubi id jus naturæ non servant, quod debitum Deo cultum, & honorem tribuendum præscribit. Si verò illud aliud jus ejusdem naturæ dissolvant, perrumpant, & negligant, *quod cuique homini reddendum, quod suum est, jubet, & aliis non fieri, quod nobis fieri nollemus*, tunc jure optimo puniri possent, ut si furta, latrocinia, adulteria, homicidia, falsa testimonia, incestus, stupra, aut ipsi perpetrarent, aut liberam facultatem, hujusmodi mala perpetrandi, concederent, vel passim in subditis sine ulla pœna ac supplicio permitterent. His etenim legibus naturæ violatis, planè consequitur, ut innocentes multis damnis, incommodis, & malis afficiantur, communisque humanæ Reipublicæ salus, pax, & tranquillitas in tuto consistere nequeat. Pro quibus defendendis licitum est, vi, & armis adversus quosliber infideles certare, ut jam suprà probatum reliquimus.

Quæ distinctio in utraque sui parte vera esse videtur. Nam † errorem in Dei cognitione, & 29
cul-

cultu, ac mysteriis fidei, etiam quæ ad salutem sunt necessaria, omnes auctores magis communiter in infidelibus excusare solent, & invincibilem, sive inculpabilem ignorantiam admittere tradunt, si illis talia mysteria proposita non fuerint, nec per eos steterit, quominus proponerentur, ut constat ex D. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 1. Durand. *in* 3. *dist.* 25. *q.* 1. *lib. ad* Victor. *in relect. de Indis*, *concl.* 1. & *seqq.* Conrad. *de contract. q.* 100. Almain. *tract.* 1. *moral. cap.* 4. *propos.* 2. Vega *l.* 6. *de justif. cap.* 18. Alphons. de Castro *l.* 2. *de lege pœnali*, *c.* 14. Petr. de Soto *in tractat. de ration. moden. peccat. sect.* 2. *post medium*, Gabriel Vasq. *in* 1. 2. *quæst.* 76. *art.* 2. *disp.* 120. Pat. Suar. *in tractat. de fide*, *disp.* 17. *sect.* 1. & 2. *per totam*, & diximus *suprà hoc lib. cap.* 10. *num.* 79.

30 Etenim † licèt nihil esse possit tam apertum, tamque perspicuum, quàm esse aliquod Numen præstantissimum, quo inferiora hæc, & superiora regantur: ita ut qui neget, vix sanæ mentis existimari debeat, ut ait Aristot. *l.* 1. *Topic. c.* 9. Cicer. *lib.* 2. *de nat. Deor.* Arnob. *l.* 1. *advers. Gent. & suprà cap.* 13. *ex num.* 75. in argumentis contrariæ sententiæ retulimus, & novissimè adversus Atheistas eleganter concludit Pat. Fr. Joan. Marq. *in gubernat. Christ. lib.* 2. *c.* 23.
31 *ex pag.* 294. Res tamen † maxima, & obscurissima est Dei veri cognitio, & quæ nec doceri, nec exprimi satis sine fide ab hominibus potest; quia non est cognitio sine fide, neque fides sine cognitione. Estque Deus res quædam captu, ac venatu difficilis, semper recedens, atque à persequente procul se removens, ut præclarè prosequitur Clemens Alexand. *lib.* 2. *Stromat. cap.* 1. & 5. *lib.* 5. *c.* 1. & *lib.* 7. *c.* 4. & D. August. in allis locis relatis à Vasq. *dict. c.* 3. & præsensit Plato *in Timeo*, dum dixit, Genitorem universitatis tam difficile est invenire, quàm inventum
32 impossibile dignè profari. Et † Simonides, qui ut refert Cicero *lib.* 1. *de nat. Deor.* cùm quæsitus fuisset à Hierone Tyranno, quid aut qualis esset Deus? deliberandi causa sibi unum diem postulavit, tùm idem ex eo postridie quæreret, biduum petiit: cùm sæpiùs duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero quæreret, cur ita faceret? Quia quanto, inquit, diutiùs considero,
33 tanto res mihi videtur obscurior. At verò, † si de præceptis naturalibus agamus, & præsertim illis, quæ prioris classis esse dicuntur, & hominibus, eo ipso quòd homines sint, natura præscribit: plane constat, nullam in eorum transgressione ignorantiam, vel excusationem admitti, ut communiter docent omnes Theologi post D. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 94. *art.* 6. & plures alii, quorum mentionem fecimus *suprà cap. proximo*, *num.* 34. & eruditissimus, & illustrissim. Cardin. Tolet. *in summ. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 9.

Qua sententia, & resolutione retenta, non erit difficile respondere ad argumenta, quæ pro contraria consideravimus. Nam circa primum dicere possumus, quòd etsi verum sit, bellum punitivum regulariter inter subditos exerceri, & etiam si concedamus infideles, extra imperium, jurisdictionem, aut territorium Romani Pontificis, &
34 aliorum Christianorum Principum reperiri, † ubi tamen prædictis vitiis, & sceleribus inquinantur, & moniti, ut ab illis desistant, id facere nolunt, statim incipiunt sub illius Principis imperio, & coertione constitui, qui naturalis justitiæ vindictam, & innocentum defensionem suscipiens, eos compescere, & punire voluerit; ut satis evincunt rationes, & auctoritates, quas suprà in favorem hujus opinionis expendimus, & insinuat Anton. à Corduba *d. quæst.* 57. *dub.* 5. *vers. Sed certè*, *pag.* 501.

Quibus addere possumus † elegantem Imp. 35
Valent. Theod. & Arcad constitutionem *in l.* 1. *C. quando liceat unicuique sine judice se vindicare*, ubi tradunt, in publicos hostes, latrones, & pacis, ac quietis publicæ turbatores † omnes homines, 36
quantumvis privatos, judices, & ultores esse, *Nam quod serum est punire judicio, subjugamus edicto.* Cui conveniunt verba Tertul. *in Apolog.* quem refert Durant. Casell. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *In reos majestatis, & publicos hostes omnis homo miles est*, Catonis apud Salust. in Catil. *Nam cætera maleficia tum persequere, ubi facta sunt, hoc nisi provideris: ne accidat, ubi evenerit, frustrà judicia implores*: & alia, † quæ de nocturnis, & 37
agrestibus futibus, & latronibus occidendis, & jure sibi propria auctoritate dicendo, ubi judex deficit, vel in mora periculum inest, docet text. *in l.* 4. *D. ad leg. Aquil. l. furem*, *ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. si pignore*, §. *furem*, *ff. de furt. l. de pupillo*, §. *si quis rivos*, *ff. de oper. novi nuntiat. l. quæritum*, *ff. de pignor. l. ait Prætor.* §. *si debitorem*, *ff. quæ in fraud. cred. l. ult. C. in quib. caus. in integr. rest.* cum aliis, quæ latè cumulant Alberic. *in dictionar. verb. Vindicta*, Hippolit. de Marsil. *in lib. unic. num.* 4. *C. de vapt. virgin.* Fusc. *in sing. verb. Occidere*, *num.* 3. Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 2. & *lib.* 9. *c.* 29. Cujac. *lib.* 14. *observation. c.* 15. Forcatul. *in neæom. dialog.* 96. *num.* 11. & 12. & Guiller. Forner. *lib.* 1. *select. c.* 22.

Neque longe abest alia juris regula, qua docemur, † ratione delicti reos forum alienum sor- 38
tiri, & à judice, aliàs non suo, puniri posse, de qua *in l.* 1. & *auth. qua in provincia*, *C. ubi de crimin. agi oport. l.* 1. *C. ubi Senat. vel Clariss. l. si cui*, §. *idemImper.* & *l. ultim. ff. de accusat. cap.* 1. *de raptor. c. postulasti*, *cap. ultim. de for. compet.* ubi glos. *verbo*, *Ratione delicti*, ita inquit: *Nota, quòd ratione delicti efficitur quis de jurisdictione alterius*; † & *ita delictum dat juris-* 39
dictionem ei, qui aliàs eam non habebat: idem probat. *l.* 32. *titul.* 2. *part.* 3. *l.* 15. *tit.* 1. *part.* 7. ubi Gregor. alia plurima congerit, & latè prosequitur Covar. *in pract. cap.* 11. Marant. *de ord. judic.* 4. *part. distinct.* 8. *ex num.* 1. Dueñ. *regul.* 378. Clar. & ejus addition. Bajard. *in prax. crimin.* §. *fin. q.* 38. Bobadilla, qui plures refert *in Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *ex num.* 71. & *cap.* 16. *num.* 154. & novissimè Barbos. *in l. hæres absens*, §. *proinde*, *ff. de judiciis.*

Quibus ego magis in terminis nostræ quæstionis adjicio † celebrem text. *in cap. in Archiepis-* 40
copatu, *de raptor.* ubi cùm summus Pontifex tradat, Saracenos, crimen sodomiæ committentes, ab Archiepiscopo Panormitano puniri posse, advertunt Abbas, & Joan. de Annania ibidem, ideò illud crimen mixti fori effectum, & puniri potuisse, non solùm à judice seculari, verùm etiam

41 ab Ecclesiastico † quia infideles illi contra legem naturæ peccarunt, & ad hoc probandum allegant doctrinam Innocent. & Joan. Andr. *in d. c. quod super*, & idem latiùs tradit Tiber. Decian. *lib. 4. crimin. c. 27. n. 2.* & Bobadilla *d. lib. 2. a 17. num. 67.* Inquit tamen Decianus, hoc intelligendum esse in defectum judicis secularis, & sic mediatè: immediatè enim subsunt seculari, & legibus Imperialibus, non Canonicis *c. gaudeamus*, ubi omnes, *de divortiis*, & *toto tit. C. de Judæis*. Et posteà prosequitur alios casus, in quibus Ecclesiastici judices contra Judæos, & infideles procedere possunt.

Ad secundum autem argumentum, ex sacræ Paginæ auctoritatibus sumptum, quibus probavimus, prædictorum scelerum ultionem, & vindic-
42 tam Deo relinquendam esse: Respondetur, † loca illa *Deuter. 35.* Pauli *ad Roman. 12.* & *ad Hebr. 10.* non eam mentem habere, ut humanam punitionem excludant, qua mediante, solet Deus sua judicia exercere. Alioqui (ut ait Corduba *d. dub. 5. pag. 503. vers. Sed certe*) sequeretur, nullum compelli posse, ut à peccato vel errore aut hæresi recedat, modò Christianus sit, modò non.
43 Quod haud dubiè esset contra † doctrinam Sanctorum, & Ecclesiæ, ut patet *ex c. nimium. cap. duplicet, cap. si duo, cap. si Ecclesia, c. qui peccat, c. ea vindicta 23. q. 4.* & *ex traditis à D. Thom. 2. 2. quæst. 3. artic. 2. ad tertium.* Quapropter Cajetan. *in dict. epist. ad Hebr. cap. 10.* sic illum exponit: *Nullas enim justè vindicat, nisi Deus, aut divina auctoritate.* Et Cornel. à Lapide *dict. cap. 12. ad Roman. num. 136.* postquam communem illius loci expositionem esse tradidit ut ibi D. Paulus loquatur de propria injuria remittenda, ejusque vindicta Deo relinquenda, ita sub-
44 jungit: † *Ex hac Mosis, & Pauli sententia Manichæi, Anabaptistæ, Lutherus, & Erasmus docent, apud Christianos non licere Magistratui bello, aliove modo vindicare Reipublicæ injurias, & improbo-*
45 *rum peccata: sed errant gravissimè*: † *Nam vindicta Magistratus est vindicta Dei, ut probatur cap. seq. initio. Privata ergo vindicta hic tantùm prohibetur, non autem illa, quæ fit per justitiam, & potestatem publicam, &c.*

Idem auctor. *in Comment. sup. Deuter. dict. c. 32. vers. 35.* ultionem hanc, quam sibi Deus reservare dicit, per mala, & plagas, in quæ corruere solent, impleri notavit, & presertim per manus hostium, Deo ita ordinante, puniri. Et Nicol. de Lyra *in postilla 11. dict. c. 10. ad Hebr.* juxta eumdem sensum observat, quod etsi per judices, & alias humanas potestates dicta scelera sæpesæpius puniri contingat: ideò tamen illorum vindicta Deo servari dicitur: *Quia etsi judices vindicent, hoc tamen non convenit eis, nisi in quantum sunt Dei ministri.* Quam eamdem humanorum judicum, seu Principum potestatem agnovit etiam Paul. Burgens. *in 2. addit. ad d. postillam Lyrani*, nisi quod hic verba illa, *Mihi vindictam* magis exponenda esse, inquit, supplendo defectum judicum, qui multa mala relinquunt impunita quasi dicat: *Etsi judices hujus seculi talia non vindicent; tamen mihi vindictam, & ego reddam.*

Quod autem ex alio testimonio ejusdem D. Pauli 1. *Corinth. 5.* evincebamus, dum nobis de his, qui foris sunt, judicare, inhibere videtur, difficillùs quidem est; quoniam id de infidelibus accipiunt primi ex SS. Patribus, & alii Doctores quos in argumento retulimus. Sed † adhuc plu-46
res, & satis quidem congruas solutiones habet, quas exactè prosequuntur Alvar. Pelag. *lib. 5. de planct. Eccles. c. 37. vers. Licèt enim*, Navar. *in cap. ita quorumdam, de Judæis n. tab. 8. num. 4.* Corduba *dict. dub. 5. pag. 502. vers. Sed certè neque hæc auctoritas*, Marta *dict. tract. de jurisdict. 1. part. cap. 24. ex num. 56.* Valenzuela *in munit. contra Venet. part. 4. ex num. 181.* & Simon Majol. *de perfidia Judæor. pag. 72.* Inter quas receptior, & Apostoli verbis congruentior esse videtur, ut neutiquam neget Ecclesiæ potestatem cohibendi, & puniendi infideles, si prædictis sceleribus inquinati reperiantur. † Sed tan-47
tùm dicat, non posse adversus illos directè Ecclesiasticum gladium distringere, hoc est, majori, vel minori, excommunicationis sententia, uti, cùm foris, id est *extra Ecclesiæ gremium* positi sint. Unde verbum illud, *judicare*, explicat Hugo Cardin. *ibidem*, idest: *Non debeo eos excommunicare*, vel ut ait S. Thom. *In eos sententiam condemnationis ferre.* Benè autem ex causa legitima, monitione debita præcedente, & judicat, & judicare potest ejusdem infidelibus judicio punitivo indirectè, eos pœna spirituali excommunicationis puniendo, velut cùm fideles prohibet, ne cum illis communicent, ut habetur *in c. sepè 28. quæst. 1.* Et etiam pœna temporali, & corporali directè, ut dicitur *in eod. cap. sapè*, & *in cap. Judæi, cap. postulasti*, & *cap. contuluit, de Judæis, cap. Judæi, de testibus, cap. post miserabilem, de usuris*, & *cap. in Archiepiscopatu, de raptorib.* & in multis aliis casibus, & exemplis à nobis suprà relatis, & à Silvest. *verbo, Judæus, q. 4.* & *5.*

Quam expositionem tradit, & probat Div. Thom. *in eod. c. 5. lect. ult.* & *2. 2. quæst. 10. artic. 9. 10.* & *11.* & latiùs Cajetan. *ibidem* Alexand. de Ales. *part. 2. quæst. 160. memb. 1.* glos. *in cap. Judæi, de Judæis*, & *in c. multi. 2. q. 1.* & *in cap. constituit. 22. q. 4.* Turrecremata *in summ. de Eccles. lib. 2. cap. 114. proposit. 13.* Florentin. *2. part. tit. 12. c. 13. §. 1.* Innocent. *in d. cap. quod super, de voto*, Calderin. *cons. 2. de Judæis in fine*, Dominic. *in dict. cap. multi*, & Navarr. Cordub. Valenzuel. & Marta *ubi suprà.*

Egoque, † ut hæc interpretatio manifestior 48
reddatur, cum eod. D. Thom. Ambros. Anselm. Dionysio, & aliis animadverto, D. Paulum aliam scripsisse Epistolam, quam Corinthiis priùs miserat, quæ modò non extat in Canone, in qua (ut apparet) illos admonuerat, ut à se quemdam peccatorem separarent. Quod cùm Corinthii facere distulissent, ex prava intelligentia cujusdam verbi in eadem Epistola contenti, Apostolus hanc iterum ad eosdem scripsit in cujus capite quinto, primò eos graviter increpat, quòd incestum hominem in suo cœtu tolerarent, asseritque, tradendum esse Satanæ in interitum carnis, id est, excommunicandum esse majori excommunicatione: secundò, alios quoque palàm criminosos fratres Christianos vitari præcipit, ita ut cum eis nec cibum sumere licet, quasi dicat, hujusmodi peccatores Christianos excommuni-

candos esse. Et non loquor (inquit Paulus) & de peccatoribus Gentilibus, fornicariis, avaris, ebriis, &c. Sed de Christianis quia de his, qui foris sunt, idest, *extra Ecclesiam*, quid mihi judicare? idest, non habeo potestatem, illos excommunicandi, etiam minori excommunicatione. Vel juxta sensum Abulens. *sup. Matth. cap. 19. quæst. 63.* quem etiam *suprà* relati auctores admittunt, quænam utilitas mihi est, illos excommunicare, qui ad meam curam, & solicitudinem non pertinent? Nam neque illi obedient, neque excommunicationis sententia in alios ferenda est, quàm fideles, ut sic Paulus, non tàm Ecclesiæ potestatem, quàm utilitatem, & opportunitatem in puniendis infidelibus neget, & *ut Claud. Guilland. & Titelman. ibidem advertunt*, quasi supervacaneum censeat, illis Christi leges imponere, qui nolunt eum recognoscere, & divino judicio secundùm opera eorum judicandi servantur, vel eo ipso quo non credunt, jam judicati sunt, ut dicitur *Joan. 3.* & optimè considerat Abulens. ubi *sup.*

Neque huic expositioni repugnat Tridentin. Concilii auctoritas *dict. sess. 14. cap. 2.* dum ex eodem loco Apostoli probat, Ecclesiam in neminem exercere judicium, qui non sit per ja-
49 nuam Baptismi in eam † ingressus. Nam apertè constat, quod de judicio spirituali Sacramenti Pœnitentiæ loquitur, de quo ibi sermo habebatur: de alio autem judicio temporali nihil decidit: & secundùm Cordub. *dict. dub. 5. pag. 502. vers. Concilium autem*, Ecclesiæ potestatem non negat; sed quod de facto illud non exercet supra infideles, quia eis non prodest, neque expedit regulariter, & præcipuè tunc, tempore Beati Pauli, quando erant pauci credentes, & parva potestas temporalis de facto in Ecclesia, ut probat idem Abulens. *sup. Matth. cap. 20. quæst. 96.*

50 Et hoc etiam est, † quod D. August. tradere voluit in *sermon. 6. de puero Centurion.* in argumento relato; debet enim intelligi, quod Ecclesia non habet hanc potestatem, non quidem juris, sed facti tantùm, vel exercitii: vel quòd non expedit eam nisi in Christianos regulariter exercere, & eapropter utitur illis verbis: *Ubi non est nobis data potestas, non facimus; ubi data est, non permittimus*, quæ sic exponit Corduba *suprà, pag. 504. vers. Sed certè* quamvis aliter accipiat D. Sot. *in 4. dist. 5. q. 1. art. 10.*

Ad tertium argumentum respondeo, quòd ubicumque infideles talia, & tam nefaria crimina contra naturalem legem, & rationem committunt, qualia hos Indos commisisse probavimus, aut alia, quæ etiam si leviora sint, eisdem adhuc principiis juris naturalis repugnent, affirmare possumus, Ecclesiam, & Christianos Principes pro illis extirpandis suam auctoritatem interponere posse, & si ab eis, sufficienter moniti, non desistant, bello & armis eorum proterviam, & incorrigibilitatem punire, ut probant jura, auctores, & rationes, quas suprà pro hac opinione
51 perpendimus. Neque obstare, † quod Ecclesia raro, aut numquam hoc jure usa reperiatur, quia id non tam ex defectu jurisdictionis, quàm potentiæ, voluntatis, aut opportunitatis processit, vel ne majora, & graviora damna, & scandala sequerentur, ut *sup.* insinuavimus, & in termi-
nostræ quæstionis advertit Malferit. *d. cons. 766. num. 769.* Mart. *dict. cap. 24. num. 42. 44.* & *58.* & Cordub. *d. dub. 5. pag. 503.* & *504.* de quo articulo latiùs *in c. sequenti* tractabimus.

Et ad illud, quod in eod. argumento addidimus, admotantes aliquando dari invincibilem ignorantiam in præceptis naturalibus, respondetur, id non procedere in his, quæ prioris classis dicuntur, qualia hæc sunt, quæ Indi comuniter infringebant, ut diximus *sup. hoc c. num. 32.* Præsertim † cùm præsupponamus, eos, antequàm 52
hac de causa bello infestentur, sufficienter, & pacificè priùs de suis erroribus admonendos esse. De cujus monitionis requisitis plura doctè congessit Victor. *in dict. relect. 1. de Indis insulanis ex n. 34.* Cordub. *dict. quæst. 57. dub. 6.* & nos latiùs *infrà hoc lib. cap. seq.* trademus.

Denique non obstat quartum, & ultimum argumentum, & ex eo deductum, quòd non possunt infideles ob prædicta peccata puniri, cum id repugnet Evangelicæ prædicationis effectui, quæ anteacta delicta potiùs purgat, & deler, quàm vindicat, & magis per pacem, & mansuetudinem, quam per bella, cædes, & supplicia operatur. Respondetur namque, † falsum esse, 53
supponere, quòd infideles ob peccata antiqua puniantur, cùm potiùs illa illis divino, & humano judicio remittenda, & condonanda esse dicamus, si Christianorum fidei, & monitionibus acquiescant, veteresque, spurcos, crudeles, & sceleratos vivendi mores, ac ritus deponant. Cæterum si adhuc in eis protervè persistere malint, neque spes sit, quod alla via se ad meliorem frugem convertent: tunc, ne damnum impunitum manens, in posterum protrahatur, ad ultionem, & punitionem etiam bello illato procedi posse proponimus: † *Malum enim* (ait Ca- 54
siod. *lib. 3. variar.*) *cum perseverat, augetur; & remediabile bonum est in peccatum, accelerata correctio.*

Neque est curandum † de præsenti infide- 55
lium indignatione, ut benè advertit Cordub. *dict. quæst. 57. dub. 5. pag. 504. vers. Sed certè*, sed de majori fructu, eorum, vel posterorum, rationabiliter sperato, sicut Doctores communiter dicunt de correctione fraterna. Nam fieri potest, ut ipsi posteà edocti, vel illustrati de suo errore placentur, & libenter antiqua vitia, & idololatriam relinquant: vel saltem, ut eorum posteri extrà ejusmodi scelera nati, id libentiùs faciant, & sanctioribus moribus instituti salventur.

Quod † valdè consonum est fini, & intentio- 56
ni, quæ generaliter haberi solet in cujuslibet delinquentis punitione. Teste enim Senec. *lib. 1. de Ira circa fin. Nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur*, & lib. 1. de Clementia, c. 21. *In injuriis vindicandis hac tria lex sequuta est, quæ Principes quoque sequi debent, aut ut eum, quem puniunt, emendet, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat, aut sublato malo securiores cæteri vivant.* Et secundùm Quintilian. *declamat. 274.* † *Omnis pœna non tam ad delictum per-* 57
tinet, quàm ad exemplum. Quam sententiam optimè etiam exprimit Pontifex *in extravag. de pœn.* dum ait, *compescendam esse malorum audaciam, ut saltem pœnæ formidine retrahantur a nec-*
aliis.

xiis, sicque boni sectando virtutem meliores effecti, non cogantur cum illis perire.

Quod qui facere differunt, ignoscendo malis bonos perditum eunt, ut docet Salust. *in Jugurt.* & nocentes absolvendo, innocentes exitio tradunt, juxta sententiam D. Ambros. *lib. 1. de offic.* & plura alia, quæ ad hoc expendunt Joan. Nevizan. *in Sylva nupt. lib. 1. à num. 71.* Guillelm. Benedict. *in c. Raymuntius de testament. verb. Mortuo, el 1.* & Ego *in meo tract. de crim. parvic. lib. 1. c. 1.* Ac præterea incidunt in suspicionem, quam Salvian. *lib. 7. de gubernat. Dei*, his verbis elegantèr exponit: *Potestas quippè magna, & potentissima, quæ inhibere scelus maximum potest, quasi probat, debere fieri, si scienti patitur perpetrari.* De qua etiam loquitur text. *in c. contentire 83. distinct. c. ult. 23. q. 3. cap. præterea 23. q. 8.* Casiodor. *lib. 5. var. epist. 39.* & Julius Cæsar. Roman. *in libello de regimine Princip. c. 7. pag. 61.*

CAPUT XVI.

De septimo titulo, qui ex causa prædicandæ, & propagandæ Christianæ Religionis desumitur, & de Auctoribus, & argumentis quibus Indorum, & aliorum infidelium debellatio hoc prætextu facta probatur.

SUMMARIUM.

1 *Fidei propagandæ causa infidelibus bellum indici posse multi opinantur; quorum dicta sigillatim expendantur.*
2 *Inde*, ex doctrina Joan. Majoris & aliorum, *prius comprimendi sunt, ut fides inter eos seminari possit.*
3 *Fidei*, & *Religionis introducendæ negotium non ubique eodem modo tractandum.*
4 *Barbari* ex sententia Alphonsi à Castro *juste bellum infertur, si sufficienter moniti suos errores non deponant.*
5 *Armis non debet sapiens uti, niti cum alia remedia non proficiunt.*
6 *Monitio*, & *suasio blanda punitionem præcedere debet.*
7 *Remediis reverioribus uti non debet Princeps, niti prius alia tentaverit*, ex Seneca, & aliis.
8 *Monitio canonica præcedent, justificat excomunicationem sequentem.*
9 *Reges Catholici summo studio curarunt*, & *curant ut Indi prius moneantur, quam puniantur.*
10 *Protestatio, seu requisitio, quæ ordinata fuit ad Indos ad fidem suadendos*, & *quòdejus auctor fuit Doct. de Palacios Rubios.*
11 *Ecclesia*, & *ejus alumni possunt*, & *debent fidem per totum orbem disseminare.*
12 *Christi præceptum*, de Fide ubique prædicanda, *quomodo implendum sit.*
13 *Verbum Domini non esse alligatum, quo tenta scribat D. Paulus.*
14 *Evangelii*, & *Ecclesiæ per omnem orbem dilatationem, multi ex Prophetis annuntiarunt.*
15 *Fidei ingens*, & *indesinens propagatio est unum ex signis veræ Ecclesiæ Dei.*
16 *Fidem inter Indos quantumvis barbaros*, & *remotos esse dilatandam, multis vaticiniis prædictum fuit.*
17 *Infideles non minus obligati sunt ad Fidem sibi propositam accipiendam, quam fideles ad eam prædicandam*, & *extendendam.*
18 *Fides est medium simpliciter necessarium ad salutem animarum.*
19 *Infidelitatis peccatum gravissimum est*, & *quare.*
20 *Fides non potest à Christianis extendi, nec ab infidelibus audiri, nisi plures Prædicatores ad hoc mittantur, sufficienti auxilio muniti.*
21 *D. Pauli locus* ad Rom. 10. *expenditur.*
22 *Infideles, qui nihil de vera fide audierunt, qualiter excusentur.*
23 *Reges Hispaniæ*, & *eorum vassalli magnam laudem merentur ob curam dilatandæ Fidei Catholicæ per Novum Orbem.*
24 *Principes sunt ministri*, & *vindices Dei contra eos, qui malè agunt, vel ejus nomen*, & *Fidem recipere nolunt.*
25 *Bellum juste moveri potest contra eos, qui suis Principibus non obediunt*, & *multò magis contra rebelles Deo.*
26 *Causa Dei non debet esse pejoris conditionis, quàm hominum.*
27 *Deo proximus ille habetur, qui ejus Majestatem vindicat.*
28 *Malos qui punit*, & *percutis in eo, quod mali sunt, Deo gratissimus est.*
29 Cap. si Ecclesia, cap. duo ista 23. q. 4. & cap. quod sicut de elect. *explicantur.*
30 *Caritas est proprium Christianorum bonum.*
31 *Animarum convertendarum zelus Deo gratissimus est*, & *in quibus potissimum eminere debet.*
32 *Isaiæ locus cap. 24. vers. 27. exponitur.*
33 *Deum in Doctrinis* & *in Insulis maris glorificat, qui Fidem per varias*, & *remotas Orbis plagas extendit.*
34 *D. Chrysostomi verba expenduntur, quibus super omnia curandam esse infidelium conversionem enixè suadet*, Et num. 36.
35 *Christus ascendens in cœlum, præceptum propagandi Evangelii tamquam ultimum*, & *omnino servandum*, & *implendum Apostolis injunxit.*
36 *Divi Chrysostomi confirmatio.*
37 *Testatorum morientium ultima verba, fideicomissa vocantur*, & *magis hæredes obligare videntur.*
38 *Fideicommissa, commendationesque morientium, naturali jure*, & *pudore implementum expostulant.*
39 *S. Franciscus Xaverius quam anxiè pro Fide propaganda*, & *animabus Indorum convertendis laboraverit*, & *laborari ab omnibus debere, censuerit.*
40 *Infideles convertendi cura præcipuè tangit Romanum Pontificem*, & *Christianos Reges ac Principes.*
41 *Regum Christianorum summam felicitatem in dilatatione*, & *exaltatione cultus divini collocat Div. Augustin.*
42 *Reges Catholici Hispaniæ non tantùm ex caritate, sed ex obligatione justitiæ tenentur fidem inter Indos pro viribus propagare*, & *conservare.*
43 *Fides*, & *Religio Christiana inter Indos, ob varias rationes, sine aliquo militari apparatu*, & *terrore, prædicari* & *conservari potuisse, non videtur.*
44 *Alexand. VI. R. P. Bulla concessionis Indiarum, earumdem debellationem*, & *conquistitionem permisit, ad meliorem Fidei prædicationem*, & *propagationem.*
45 *Indos non aliter potuisse ad Fidem converti, quàm ut priùs domarentur*, & *debellarentur*, multi auctores expressè testantur.
46 *Hispanos excusat Thomas Bocius*, & *Calistus Remirez, quòd aliquando in Indos sæviverint, quoniam ob feritatem eorum, aliter ad Fidem*, & *meliorem vivendi normam reduci non poterant.* Et num. 49.
47 *Religionis negotium non est omnibus temporibus*, & *locis eodem modo tractandum.*
48 *Joan. Boterus quid sentiat de ingenio Indorum*, & *de modo prædicationis*, & *conversionis eorum.*
49 *In eo, quod Novus Orbis fuerit sub unius principis potestate, divina dispositio agnoscitur.*
50 *Novi Orbis conquistitionem divina providentia per Hispaniæ Reges factam agnoscit Benzonius, quoniam Indi aliter ad Evangelii doctrinam disponi non possent.*

51 Cu-

51 *Cura cui competit de spiritualibus, temporalia, quæ ad ea ordinantur, disponere potest.*
52 *Potestas, ad quam pertinet finis, potest etiam curare*, & *disponere de mediis.*
53 *Consequenti concesso tam in spiritualibus, quàm in temporalibus actionibus, ea omnia concessa videntur, sine quibus ad illud perveniri non potest.*
54 *Finem ad aliquem, quæ sunt instituta, secundùm ea, quæ ille exigit, ordinari* & *extendi debent.*
55 *Finis prior est intentione, & intellectione, licèt posterior in executione.*
56 *Fine adepto non est multum curandum de mediis ad illum requisitis.*
57 *Architectus qualiter se habeat in domus dispositione*, & *constructione.*
58 *Reges nostri ad modum Architecti omnia necessaria ad Indorum meliorem conversionem disposuerunt.*
59 *Religionis observatio*, & *amplificatio est summum hominum bonum*, & *Regnorum fulcrum*, & *præcipua Regum*, & *Imperatorum cura*, Et numer. 61.
60 *Theodorius Imper. Religionis curam*, & *augmentum filiis suis moriens præ omnibus commendavit.*
61 *Novellæ Theod.* & *Valent. notabilia verba expenduntur.*
62 *Romani ob curam*, & *cultum religionis ad summum tanti Imperii fastigium pervenisse dicuntur.*
63 *Bella, quæ Reges religionis tuendæ, aut propagandæ causa suscipiunt, valdè pia*, & *laudabilia judicantur.*
64 *Guillelm. Benedict. notabilia verba referuntur de laude bellorum contra infideles*, & *idololatras.*
65 *Urbano II. R. P. orationem pro bello contra infideles habente, audita fuit vox de cœlo, quæ illud approbavit.*
66 *Reges potentes, potenter fidem introducere debent.*
67 *Bellum pro Fide, aut contra excommunicatos, qualiter fieri posse dicat* Franc. Arias.
68 *D. Joan. Bapt. Valenzuela in explicatione loci Ciceronis, de bello pro fide suscipiendo, notatur.*
69 *Fides solùm apud Christianos pro religione accipitur, propriè tamen fœdera, & dictorum, promissorumque constantiam significat.*
70 *Romani fœdera*, & *conventiones etiam cum hostibus initas religiosissimè observabant.*
71 *Justus Lipsius indistinctè probare videtur bellum, quod infertur Barbaris à nostra religione abhorrentur.*
72 *Reges divinæ potentiæ famulari debent ad Dei cultum maximè dilatandum*, ex Valerio, & D. Aug.
73 *Mæcenatis notabile consilium ad August. Cæsarem circa religionem extendendam*, & *peregrinarum religionum sectatores debellandos.*
74 *Religionem propriam defendere*, & *pro ea contra alias bella suscipere, communis omnium gentium natura, & conditio esse videtur Ciceroni, cujus verba referuntur.*
75 *D. Eulogii testimonium de pietate bellorum contra impios*, & *infidelet expenditur.*
76 *Justinianus Imperator se ipsum laudat ob bella, quæ pro religione ampliandâ suscepit.*
77 Lex 2. tit. 23. part. 2. *primam causam justi belli in eo constituit, quòd pro ampliandâ Fide*, & *religione suscipitur.*
78 Cap. si non ex fidei 23. q. 4. *expenditur, ubi Div. Gregor. valdè commendat bella à Gennadio pro religione dilatanda suscepta.*
79 *Gennadius Exarchus Africæ quis fuerit, quo tempore vixerit*, & *qualiter sæpius à D. Gregorio laudari meruerit.*
80 Cap. dispar. 23. q. 8. *inducitur*, & *expenditur pro justitia belli contra infideles, qui Fidem sibi prædicatam recipere nolunt.*
81 *Ecclesia hodiè, cùm majorem potestatem*, & *auctoritatem habeat, quàm olim, majori etiam vi contra infideles procedere potest*, Et num. 90.
82 *Finet seculorum, de quibus D. Paulus agit 1. Corinth. 10. jam devenerunt.*
83 *Prædicatores nostri temporis cur in virtutibus*, & *miraculis non sint pares potentiæ cum antiquis.*
84 Cap. si Ecclesia, cap. non invenitur, cap. displicet 23. quæst. 4. *in quibus D. Augustin. agit de differentia status* & *potestatis Ecclesiæ, ponderantur*, & *illustrantur*, & num. sequentibus.
85 *Nabuchodonosoris historia, duo tempora Ecclesiæ designat*, secundùm D. August.
87 *Ecclesia hodiè, quia majores vires habet, non tolerat ritus infidelium, quos olim tolerabat.*
88 *Apostolorum tempore sola patientia*, & *humilitate voluit Christus mundum convertere.*
89 *Pontifices Romani olim sub Ethnicis Imperatoribus constituti potestate sua plenè non utebantur.*
90 *Patris Suarez verba referuntur.*
91 *Hæreticos*, & *Schismaticos hodiè flammis*, & *aliis supplicijs punit Ecclesia, cùm olim communionem privaret.*
92 *Communionis Sacramentalis privatio, quæ pœna olim esse*, remissivè.
93 *Temporibus suis omnia conveniunt*, & *secundùm eorum varietatem statuta quoque humana variandâ*, & *accommodanda sunt.*
94 *Evangelium ipsum secundùm differentiam temporum varia præcepta dedit circa conversionem infidelium.*
95 *Parabola Evangelii Lucæ 14. de patre familiæ, non solùm vocantis, sed etiam compellentis, designat coactionem, quâ Ecclesia hodie uti potest in conversione infidelium.*
96 Cap. displicet 23. quæst. 4. & cap. 1. 23. quæst. 6. *expenduntur.*
97 *Gentes qualiter Deus vocaverit ad Ecclesiam, ex sententia Thom. Bocii*, & *aliorum.*
98 *Indorum*, & *aliorum Barbarorum conversio, quia aliqua coactione egèt, refertur ad tertiam legationem Parabolæ D. Lucæ*, Et num. 100.
99 *Mag. Fr. Lud. Legionens. qualiter exponat tres vocationes, seu legationes Parabolæ D. Lucæ.*
100 *Sequitur expositio.*
101 *D. Paul. ad Ecclesiam Dei venire coactus est, plus cæteri in ea profuit.*
102 Cap. quis nos 23. quæst. 4. cap. 1. 23. quæst. 6. cap. displicet 24. quæst. 4. *ubi D. Augustin. agit de coactione D. Paul. perpenduntur*, & *exornantur.*
103 *Conversio ad Fidem, sive Fidei receptio per aliquam vim indirectam, vel causativam elicita, non est reprobanda.*
104 Cap. vidos 23. q. 6. c. quid faciet 23. q. 4. & *alia similia expenduntur.*
105 *Rationis forma in vi appetitiva solet imprimi ex actibus voluntariis.*
106 *Infideles gravioribus tributis*, & *pentionibus onerari possunt, ut ad Fidem alliciantur.*
107 *Conversio infidelium per vim causativam facta magnum fructum saltem in eorum filiis*, & *posteris operabitur, qui voluntariè Fidem recipient.*
108 *Constantinus*, & *alii Imperatores pluribus præmiis*, & *pœnis infideles ad Fidem profitendam adduxerunt.*
110 *Leges, quibus Imperatores Romani hæreticos*, & *infideles ad Fidem adigebant*, B. August. valdè commendat.
109 *Carolus Magnus plura bella movit adversus infideles idololatras, hortatu Hadriani R. Pontificis.*
111 *Julianus Imperator Paganos*, & *hæreticos, ex suo Imperio ejecit.*
112 *Judæos qualiter Sisebutus Rex Hispaniæ*, & *Dagobertus Galliæ*, & *plures alii Reges à suis regnis, si baptizari nollent, ejecerint.*
113 *Judæos à suis regnis non tantùm Reges Christiani, verùm* & *Tiberius Imper. exulare jussit.*
114 *Hispaniæ Reges olim peculiare juramentum præstabant, de Judæis in suis regnis non permittendis.*
115 *Concilium Toletanum, quod induxit juramentum de Judæis expellendis, à multis laudatur.*
116 *Reges Catholici Hispaniæ Ferdinandus* & *Elizabet*, & *Emmanuel Lusitaniæ, qualiter Judæos*, & *Mauros à suis regnis ejecerint.*

117 Ba-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
SECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

xiis, sicque boni sectando virtutem meliores effecti, non cogantur cum illis perire.

Quod qui facere differunt, ignoscendo malis bonos perditum eunt, ut docet Salust. *in Jugurt.* & nocentes absolvendo, innocentes exitio tradunt, juxta sententiam D. Ambros. *lib. 1. de offic.* & plura alia, quæ ad hoc expendunt Joan. Nevizan. *in Sylva nupt. lib. 1. à num. 71.* Guillelm. Benedict. *in c. Raymuntius de testament. verb. Mortuo, el 1.* & Ego *in meo tract. de crim. parvic. lib. 1. c. 1.* Ac præterea incidunt in suspicionem, quam Salvian. *lib. 7. de gubernat. Dei*, his verbis elegantèr exponit: *Potestas quippè magna, & potentissima, quæ inhibere scelus maximum potest, quasi probat, debere fieri, si scienti patitur perpetrari.* De qua etiam loquitur text. *in c. contentire 83. distinct. c. ult. 23. q. 3. cap. præterea 23. q. 8.* Casiodor. *lib. 5. var. epist. 39.* & Julius Cæsar. Roman. *in libello de regimine Princip. c. 7. pag. 61.*

CAPUT XVI.

De septimo titulo, qui ex causa prædicandæ, & propagandæ Christianæ Religionis desumitur, & de Auctoribus, & argumentis quibus Indorum, & aliorum infidelium debellatio hoc prætextu facta probatur.

SUMMARIUM.

1 *Fidei propagandæ causa infidelibus bellum indici posse multi opinantur; quorum dicta sigillatim expendantur.*
2 *Inde*, ex doctrina Joan. Majoris & aliorum, *prius comprimendi sunt, ut fides inter eos seminari possit.*
3 *Fidei*, & *Religionis introducendæ negotium non ubique eodem modo tractandum.*
4 *Barbari* ex sententia Alphonsi à Castro *juste bellum infertur, si sufficienter moniti suos errores non deponant.*
5 *Armis non debet sapiens uti, niti cum alia remedia non proficiunt.*
6 *Monitio*, & *suasio blanda punitionem præcedere debet.*
7 *Remediis reverioribus uti non debet Princeps, niti prius alia tentaverit*, ex Seneca, & aliis.
8 *Monitio canonica præcedent, justificat excomunicationem sequentem.*
9 *Reges Catholici summo studio curarunt*, & *curant ut Indi prius moneantur, quam puniantur.*
10 *Protestatio, seu requisitio, quæ ordinata fuit ad Indos ad fidem suadendos*, & *quòdejus auctor fuit Doct. de Palacios Rubios.*
11 *Ecclesia*, & *ejus alumni possunt*, & *debent fidem per totum orbem disseminare.*
12 *Christi præceptum*, de Fide ubique prædicanda, *quomodo implendum sit.*
13 *Verbum Domini non esse alligatum, quo tenta scribat D. Paulus.*
14 *Evangelii*, & *Ecclesiæ per omnem orbem dilatationem, multi ex Prophetis annuntiarunt.*
15 *Fidei ingens*, & *indesinens propagatio est unum ex signis veræ Ecclesiæ Dei.*
16 *Fidem inter Indos quantumvis barbaros*, & *remotos esse dilatandam, multis vaticiniis prædictum fuit.*
17 *Infideles non minus obligati sunt ad Fidem sibi propositam accipiendam, quam fideles ad eam prædicandam*, & *extendendam.*
18 *Fides est medium simpliciter necessarium ad salutem animarum.*
19 *Infidelitatis peccatum gravissimum est*, & *quare.*
20 *Fides non potest à Christianis extendi, nec ab infidelibus audiri, nisi plures Prædicatores ad hoc mittantur, sufficienti auxilio muniti.*
21 *D. Pauli locus* ad Rom. 10. *expenditur.*
22 *Infideles, qui nihil de vera fide audierunt, qualiter excusentur.*
23 *Reges Hispaniæ*, & *eorum vassalli magnam laudem merentur ob curam dilatandæ Fidei Catholicæ per Novum Orbem.*
24 *Principes sunt ministri*, & *vindices Dei contra eos, qui malè agunt, vel ejus nomen*, & *Fidem recipere nolunt.*
25 *Bellum juste moveri potest contra eos, qui suis Principibus non obediunt*, & *multò magis contra rebelles Deo.*
26 *Causa Dei non debet esse pejoris conditionis, quàm hominum.*
27 *Deo proximus ille habetur, qui ejus Majestatem vindicat.*
28 *Malos qui punit*, & *percutis in eo, quod mali sunt, Deo gratissimus est.*
29 Cap. si Ecclesia, cap. duo ista 23. q. 4. & cap. quod sicut de elect. *explicantur.*
30 *Caritas est proprium Christianorum bonum.*
31 *Animarum convertendarum zelus Deo gratissimus est*, & *in quibus potissimum eminere debet.*
32 *Isaiæ locus cap. 24. vers. 27. exponitur.*
33 *Deum in Doctrinis* & *in Insulis maris glorificat, qui Fidem per varias*, & *remotas Orbis plagas extendit.*
34 *D. Chrysostomi verba expenduntur, quibus super omnia curandam esse infidelium conversionem enixè suadet*, Et num. 36.
35 *Christus ascendens in cœlum, præceptum propagandi Evangelii tamquam ultimum*, & *omnino servandum*, & *implendum Apostolis injunxit.*
36 *Divi Chrysostomi confirmatio.*
37 *Testatorum morientium ultima verba, fideicomissa vocantur*, & *magis hæredes obligare videntur.*
38 *Fideicommissa, commendationesque morientium, naturali jure*, & *pudore implementum expostulant.*
39 *S. Franciscus Xaverius quam anxiè pro Fide propaganda*, & *animabus Indorum convertendis laboraverit*, & *laborari ab omnibus debere, censuerit.*
40 *Infideles convertendi cura præcipuè tangit Romanum Pontificem*, & *Christianos Reges ac Principes.*
41 *Regum Christianorum summam felicitatem in dilatatione*, & *exaltatione cultus divini collocat Div. Augustin.*
42 *Reges Catholici Hispaniæ non tantùm ex caritate, sed ex obligatione justitiæ tenentur fidem inter Indos pro viribus propagare*, & *conservare.*
43 *Fides*, & *Religio Christiana inter Indos, ob varias rationes, sine aliquo militari apparatu*, & *terrore, prædicari* & *conservari potuisse, non videtur.*
44 *Alexand. VI. R. P. Bulla concessionis Indiarum, earumdem debellationem*, & *conquistitionem permisit, ad meliorem Fidei prædicationem*, & *propagationem.*
45 *Indos non aliter potuisse ad Fidem converti, quàm ut priùs domarentur*, & *debellarentur*, multi auctores expressè testantur.
46 *Hispanos excusat Thomas Bocius*, & *Calistus Remirez, quòd aliquando in Indos sæviverint, quoniam ob feritatem eorum, aliter ad Fidem*, & *meliorem vivendi normam reduci non poterant.* Et num. 49.
47 *Religionis negotium non est omnibus temporibus*, & *locis eodem modo tractandum.*
48 *Joan. Boterus quid sentiat de ingenio Indorum*, & *de modo prædicationis*, & *conversionis eorum.*
49 *In eo, quod Novus Orbis fuerit sub unius principis potestate, divina dispositio agnoscitur.*
50 *Novi Orbis conquistitionem divina providentia per Hispaniæ Reges factam agnoscit Benzonius, quoniam Indi aliter ad Evangelii doctrinam disponi non possent.*

51 Cu-

51 *Cura cui competit de spiritualibus, temporalia, quæ ad ea ordinantur, disponere potest.*
52 *Potestas, ad quam pertinet finis, potest etiam curare*, & *disponere de mediis.*
53 *Consequenti concesso tam in spiritualibus, quàm in temporalibus actionibus, ea omnia concessa videntur, sine quibus ad illud perveniri non potest.*
54 *Finem ad aliquem, quæ sunt instituta, secundùm ea, quæ ille exigit, ordinari* & *extendi debent.*
55 *Finis prior est intentione, & intellectione, licèt posterior in executione.*
56 *Fine adepto non est multum curandum de mediis ad illum requisitis.*
57 *Architectus qualiter se habeat in domus dispositione*, & *constructione.*
58 *Reges nostri ad modum Architecti omnia necessaria ad Indorum meliorem conversionem disposuerunt.*
59 *Religionis observatio*, & *amplificatio est summum hominum bonum*, & *Regnorum fulcrum*, & *præcipua Regum*, & *Imperatorum cura*, Et numer. 61.
60 *Theodorius Imper. Religionis curam*, & *augmentum filiis suis moriens præ omnibus commendavit.*
61 *Novellæ Theod.* & *Valent. notabilia verba expenduntur.*
62 *Romani ob curam*, & *cultum religionis ad summum tanti Imperii fastigium pervenisse dicuntur.*
63 *Bella, quæ Reges religionis tuendæ, aut propagandæ causa suscipiunt, valdè pia*, & *laudabilia judicantur.*
64 *Guillelm. Benedict. notabilia verba referuntur de laude bellorum contra infideles*, & *idololatras.*
65 *Urbano II. R. P. orationem pro bello contra infideles habente, audita fuit vox de cœlo, quæ illud approbavit.*
66 *Reges potentes, potenter fidem introducere debent.*
67 *Bellum pro Fide, aut contra excommunicatos, qualiter fieri posse dicat* Franc. Arias.
68 *D. Joan. Bapt. Valenzuela in explicatione loci Ciceronis, de bello pro fide suscipiendo, notatur.*
69 *Fides solùm apud Christianos pro religione accipitur, propriè tamen fœdera, & dictorum, promissorumque constantiam significat.*
70 *Romani fœdera*, & *conventiones etiam cum hostibus initas religiosissimè observabant.*
71 *Justus Lipsius indistinctè probare videtur bellum, quod infertur Barbaris à nostra religione abhorrentur.*
72 *Reges divinæ potentiæ famulari debent ad Dei cultum maximè dilatandum*, ex Valerio, & D. Aug.
73 *Mæcenatis notabile consilium ad August. Cæsarem circa religionem extendendam*, & *peregrinarum religionum sectatores debellandos.*
74 *Religionem propriam defendere*, & *pro ea contra alias bella suscipere, communis omnium gentium natura, & conditio esse videtur Ciceroni, cujus verba referuntur.*
75 *D. Eulogii testimonium de pietate bellorum contra impios*, & *infidelet expenditur.*
76 *Justinianus Imperator se ipsum laudat ob bella, quæ pro religione ampliandâ suscepit.*
77 Lex 2. tit. 23. part. 2. *primam causam justi belli in eo constituit, quòd pro ampliandâ Fide*, & *religione suscipitur.*
78 Cap. si non ex fidei 23. q. 4. *expenditur, ubi Div. Gregor. valdè commendat bella à Gennadio pro religione dilatanda suscepta.*
79 *Gennadius Exarchus Africæ quis fuerit, quo tempore vixerit*, & *qualiter sæpius à D. Gregorio laudari meruerit.*
80 Cap. dispar. 23. q. 8. *inducitur*, & *expenditur pro justitia belli contra infideles, qui Fidem sibi prædicatam recipere nolunt.*
81 *Ecclesia hodiè, cùm majorem potestatem*, & *auctoritatem habeat, quàm olim, majori etiam vi contra infideles procedere potest*, Et num. 90.
82 *Finet seculorum, de quibus D. Paulus agit 1. Corinth. 10. jam devenerunt.*
83 *Prædicatores nostri temporis cur in virtutibus*, & *miraculis non sint pares potentiæ cum antiquis.*
84 Cap. si Ecclesia, cap. non invenitur, cap. displicet 23. quæst. 4. *in quibus D. Augustin. agit de differentia status* & *potestatis Ecclesiæ, ponderantur*, & *illustrantur*, & num. sequentibus.
85 *Nabuchodonosoris historia, duo tempora Ecclesiæ designat*, secundùm D. August.
87 *Ecclesia hodiè, quia majores vires habet, non tolerat ritus infidelium, quos olim tolerabat.*
88 *Apostolorum tempore sola patientia*, & *humilitate voluit Christus mundum convertere.*
89 *Pontifices Romani olim sub Ethnicis Imperatoribus constituti potestate sua plenè non utebantur.*
90 *Patris Suarez verba referuntur.*
91 *Hæreticos*, & *Schismaticos hodiè flammis*, & *aliis supplicijs punit Ecclesia, cùm olim communionem privaret.*
92 *Communionis Sacramentalis privatio, quæ pœna olim esse*, remissivè.
93 *Temporibus suis omnia conveniunt*, & *secundùm eorum varietatem statuta quoque humana variandâ*, & *accommodanda sunt.*
94 *Evangelium ipsum secundùm differentiam temporum varia præcepta dedit circa conversionem infidelium.*
95 *Parabola Evangelii Lucæ 14. de patre familiæ, non solùm vocantis, sed etiam compellentis, designat coactionem, quâ Ecclesia hodie uti potest in conversione infidelium.*
96 Cap. displicet 23. quæst. 4. & cap. 1. 23. quæst. 6. *expenduntur.*
97 *Gentes qualiter Deus vocaverit ad Ecclesiam, ex sententia Thom. Bocii*, & *aliorum.*
98 *Indorum*, & *aliorum Barbarorum conversio, quia aliqua coactione egèt, refertur ad tertiam legationem Parabolæ D. Lucæ*, Et num. 100.
99 *Mag. Fr. Lud. Legionens. qualiter exponat tres vocationes, seu legationes Parabolæ D. Lucæ.*
100 *Sequitur expositio.*
101 *D. Paul. ad Ecclesiam Dei venire coactus est, plus cæteri in ea profuit.*
102 Cap. quis nos 23. quæst. 4. cap. 1. 23. quæst. 6. cap. displicet 24. quæst. 4. *ubi D. Augustin. agit de coactione D. Paul. perpenduntur*, & *exornantur.*
103 *Conversio ad Fidem, sive Fidei receptio per aliquam vim indirectam, vel causativam elicita, non est reprobanda.*
104 Cap. vidos 23. q. 6. c. quid faciet 23. q. 4. & *alia similia expenduntur.*
105 *Rationis forma in vi appetitiva solet imprimi ex actibus voluntariis.*
106 *Infideles gravioribus tributis*, & *pentionibus onerari possunt, ut ad Fidem alliciantur.*
107 *Conversio infidelium per vim causativam facta magnum fructum saltem in eorum filiis*, & *posteris operabitur, qui voluntariè Fidem recipient.*
108 *Constantinus*, & *alii Imperatores pluribus præmiis*, & *pœnis infideles ad Fidem profitendam adduxerunt.*
110 *Leges, quibus Imperatores Romani hæreticos*, & *infideles ad Fidem adigebant*, B. August. valdè commendat.
109 *Carolus Magnus plura bella movit adversus infideles idololatras, hortatu Hadriani R. Pontificis.*
111 *Julianus Imperator Paganos*, & *hæreticos, ex suo Imperio ejecit.*
112 *Judæos qualiter Sisebutus Rex Hispaniæ*, & *Dagobertus Galliæ*, & *plures alii Reges à suis regnis, si baptizari nollent, ejecerint.*
113 *Judæos à suis regnis non tantùm Reges Christiani, verùm* & *Tiberius Imper. exulare jussit.*
114 *Hispaniæ Reges olim peculiare juramentum præstabant, de Judæis in suis regnis non permittendis.*
115 *Concilium Toletanum, quod induxit juramentum de Judæis expellendis, à multis laudatur.*
116 *Reges Catholici Hispaniæ Ferdinandus* & *Elizabet*, & *Emmanuel Lusitaniæ, qualiter Judæos*, & *Mauros à suis regnis ejecerint.*

117 Ba-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS
SECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

117 *Bajacetes Turcarum Imp. qualiter nuccentuerit expulsionem Judæorum per Reges Catholicos factam.*

SEptimum quidem titulum ad debellationem, & acquisitionem hujus Novi Orbis justius adhuc, & efficaciùs nostris Regibus asserendam, ex eo alii sumere solent, quòd ubi ejus notitiam habere cœperunt, & gentium, quæ ibidem sub dæmonis mancipio, & cæca tot errorum caligine pererrabant, debuerunt utique totis nervis intendere, ut Christiana, & Catholica fides, atque religio, ad eumdem Orbem, quamtumvis dissitum, & remotum, extenderetur; † quoslibet 1
barbaros infideles, qui illam recipere nollent, competenti severitate compescere, quosque ad Christi caulas adigerentur, & sacro baptismate perlustrati, sanctæ Romanæ Ecclesiæ dominium agnoscerent, summoque ejus Pontifici Christi in terris Vicario, debitam obedientiam præstarent.

Quam opinionem præter Hostiensem, & plurimos alios, quos *suprà c.*10. *n.*2. retulimus, qui generaliter docent, omnes infideles debellari, & bonis suis spoliari posse, ob id solùm, quòd infideles sint, & dominium, ac jurisdictionem Ecclesiæ Romanæ non recognoscant. Magis specificè in terminis nostræ quæstionis sequi videtur Lucas de Penna *in l. unica, C. ut armor. usus, vers. Est ergo justissima, lib.* 11. *& in l. devotissimos, C. de Metat. & Epidemit. lib.* 12. ubi inter septem causas justi belli, quas latè prosequitur, eam primo loco constituit, quæ propagandæ Fidei Christianæ zelo fundatur. Quod & tacit, & eximiè in Regibus Christianis commendat Gullel. Bened. *in c. Raynutius, verb. Duas habens filias, n.* 112. *fol.* 21. *de testam.*

Et idem † apertiùs & enixiùs, de nostris hisce 2
Indis specialiter agens, tuetur Joan. Major. *in* 2. *Sent. distinct.* 44. *q.* 3. docens, barbariem & feritatem eorum exigere, ut priùs aliquo modo comprimerentur, & Regibus, quibus antea patebant, privarentur, ut sic posteà Christianorum moribus assuescerent, & Verbi Divini prædicatores facilius ac securius inter eos versari possent, & comparatâ linguarum peritia suum munus implere.

Qua auctoritate, & ratione suffulti, eamdem sententiam probant Gines. Sepulveda *in Apolog. ad Episcop. Segoviens. fundam.* 3. *& in respons. ad Episcop. de Chiapa*: Pet. Malferit. *in* sæpè *allegato consil.* 769. apud Mandellum *lib.* 4. *ex numer.* 79. *usque ad* 92. Marquard. *in tract. de Jud. & Infidel.* 1. *p. c.* 14. *vers. Non obstat*; ubi exprese tradunt ultimis hisce Ecclesiæ temporibus licitum fuisse, & esse, ob Fidem prædicandam, & propagandam, Indis & aliis infidelibus bellum inferre, & regna ita debellata ab infidelibus occupari.

Neque abest Gregor. Lupus *in l.* 2. *tit.* 23. *part.* 2. gloss. magn. *col.* 1. *& sequentib.* ubi cum D. Thom. & aliis quæstionem ad partes examinans, in hanc ferè inclinare videtur; prout & facit Hieronim. Cevallos *in pract. comm.* 2. *p. quæst.* 735. *n.* 28. ubi relatis verbis Joan. Majoris, & aliis Josephi Anglesii, quæ ipse considerat, defendi posse inquit titulum, & dominium, quod ab antiquo obtinuerunt Reges nostri Hispaniæ in Regnis Indorum ex eò quod illos reduxerunt ad Fidem Catholicam. Et idem tradit *in* 4. *p. quæst. ultim. n.* 114. licèt posteà in id disputationem adducat, *ex n.* 168.

Possunt quoque pro ejusdem opinionis patrocinio laudari eruditissimus Thomas Bocius *de sig. Eccles. Dei, lib.* 7. *c.* 5. *& lib.* 10. *cap.* 13. *&* 14. Joseph. Acosta *lib.* 2. *de procur. Ind. salut. c.* 8. *&* 9. *&* 12. Ant. Posevin. 1. *tom. Biblioth. lib.* 9. *c.* 15. *&* 24. *pag.* 402. Fr. Lud. Legionens. *in comment. super Cantic. c.* 8. *pag.* 431. Joann. Botero *in relat. univers. p.* 4. *lib.* 3. *pag.* 55. 56. *&* 71. *cum sequentib.* Fr. Thom. à Jesu *lib.* 2. *de procur. omn. gent. salut. c.* 8. *pag.* 55. *& lib.* 4. *p.* 1. *c.* 1. Anton. de Herrera *in hist. gen. Ind. decad.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. Fr. Anton. de S. Roman. *in histor. Ind. Orient. lib.* 4. *c.* 16. Calist. Remirez *in tract. de lege Regia, §.* 32. *num.* 6. *pag.* 356. Ludovic. Cabrera *in vita Philippi II. lib.* 7. *c.* 8. *pag.* 420. Quibus in locis † seriò affirmant, Fidei & Religionis ampliandæ, & introducendæ negotium, non utique eodem modo tractandum, ac propterea cum Barbaris istis ferro, & virgis interdum agi potuisse, & debuisse, ut priùs se esse homines discerent, & posteà prædicatam sibi Evangelicæ veritatis lucem admitterent. 3

Eisdem etiam assentiri videtur Alphons. à Castro *lib.* 2. *de justa hæret. punit. c.* 14. *fol.* 127. Ubi ejusmodi † bellum justum esse tradit, si Barbari 4
isti, priùs moniti, ut falsorum Deorum cultum deserant, & Deum verum, qui est cunctorum creator & Rector, adorent, id facere noluerint, nec talibus monitionibus obtemperaverint, sed obstinati in suo errore perstiterint, & præsertim si Verbi Dei prædicationem impediant.

Sub qua cautione reliqui etiam Auctores *suprà* relati accipiendi sunt, ut & *sup. c. præced. ex n.* 13. tetigimus. Nam † ut rectè Terent. scripsit: *Omnia priùs expediri verbis, quam armis sapientem decet.* Et secundum Cicer. *lib.* 1. *de offic.* Cum sint duo genera decertandi unum per disceptationem, alterum per vim; cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Quod † respiciens Theodor. Rex apud Casiod. *lib.* 4. 6
epist. 29. ad nimiam districtionem Principes, & Magistratus processuros non esse dicebat. Quam legis patientia non præcedat, quia non habet veniæ locum, qui delinquit admonitus: & Senec. *lib.* 1. *de Clem. c.* 14. relatus ab Annæo Rober. *lib.* 2. *rer. judic. c.* 9. Principes, ut parentes, † non priùs ver- 7
beribus, quàm verbis, & blandis suasionibus uti debere, his elegantissimis verbis scribit: *Nunc numquid aliquis sanus filium à prima offensa exhæredat? Nisi magnæ, & multæ injuriæ patientiam evincerint: nisi plus est quod timet, quàm quod damnat, non accedit ad decretorium stylum. Multa ante tentat, quibus dubiam indolem, & pejori loco jam positam, revocet, simul deplorati est, ultima experitur. Nemo ad supplicia exigenda pervenit, nisi qui remedia consumpsit. Hoc quod parenti etiam Principi faciendum est, quem appellamus* patriæ patrem, *non adulatione vana adducti.*

Et inde dicimus, quòd Canonica monitio præ- 8
cedens, † justificat prolationem excommunicationis sequentis, *cap. omnes decimæ* 16. *q.* 8. *cap. de presbyterorum* 17. *q.* 3. *cap. illicita* 24. *q.* 3. *c. statutum de sentent. excommunic. in* 6. cum aliis, quæ

quæ latè adducit Joan. de Lign. *in tract. de censur. Eccles. §.* 24. *n.* 4. Covarr. *in cap. Alma mater,* 1. *part. relect. §.* 9. *num.* 4. *&* 7. Paul. Borgas. *in tract. de irregular. 6. p. q.* 8. *n.* 3. *&* 7. Gregor. Sayrus *de censur. lib.* 1. *c.* 12. *per totum.* Beltran. à Guevara *in propugnaculo contra Venet. assert.* 2. *§.* 3. *ex num.* 1. & Molin. *de just. & jur. disp.* 29. *col.* 147.

9 Neque hoc latuit † Piissimos, & Catholicissimos Hispaniæ nostræ Reges, qui semper summa cura, & studio Ducibus, quos ad has expeditiones mittebant, hunc modum procedendi in Indorum conversionibus injunxerunt, & specialem hujus monitionis, sive requisitionis formulam scri- 10
bi mandarunt; cujus † literam *infrà cap.* 24. subjungimus, & extat apud Ant. de Herrera *in hist. gen. Ind. decad.* 1. *lib.* 7. *c.* 14. *pag.* 249. qui refert, eam ab insigni illo sui temporis Doctore Joan. de Palac. Rubios ordinatam fuisse, *cad. decad.* 1. *lib.* 10. *c.* 17. *pag.* 348.

Pro qua sententia primò considerari potest, 11
certissimum, & vulgatissimum esse, † apud Ecclesiam, & ejus alumnos, non solùm jus, & potestatem esse, Fidei per universum orbem prædicandæ, & disseminandæ, verùm præcisam quoque hujus muneris obeundi necessitatem, & obli- 12
gationem reperiri, cum aliter † Christi verbum impleri non possit; qui omnes homines salvos fieri cupiens, & unum esse, atque in unum ovile reduci, ad omnes quoque, suæ lucis radios perventuros significavit, & ubique terrarum Evangelium suum prædicari mandavit, ut constat *Joan.* 7. *&* 10. *Matthei* 24. *& ult. Marci ult. Act.* 1. 2. *Petr.* 3. *Paul.* 1. *Corinth.* 5. *&* 9. *ad Ephes. & Thessal.* 4. 13
1. *ad Timot.* 2. *&* 2. 2. ubi inquit: † *Verbum Domini non esse alligatum.* Et 1. Corinth. 10. *Si non evangelizavero, væ mihi est, necessitas enim mihi incumbit*: ad hanc nimirum ejus extensionem, & 14
propagationem respiciens, quam Prophetæ † etiam innumeris pene locis prænuntiasse videntur, quorum aliqua retuli, *supr. lib.* 1. *c.* 15. & plurima alia usque ad satietatem congerunt, de hac potestate, & necessitate prædicationis, & di- 15
latationis Fidei latissimè disputantes, eamque † inter alia signa veræ Ecclesiæ Dei recensentes, D. Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. ubi Cajet. & alii, *& in* 2. *Sent. dist.* 41. Joan. Major *dist.* 44. *q.* 3. Ricard. & Durand. *in dist.* 4. Sot. *dist.* 5. *q. unic. artic.* 10. Victor. *in relect. de Indis,* 2. *p. n.* 9. Nicol. Sander. *de usib. Monarch. lib.* 4. *c.* 5. *ex pag.* 143. *& lib.* 8. *cap.* 50. *ex pag.* 795. Fr. Ludov. Granat. *in Symbol. Fidei* 1. *part. cap.* 36. *&* 2. *part. c.* 13. *&* 4. *p. cap.* 11. *&* 5. *part. cap.* 1. Pat. Joan. Pined. *de rebus Salomon. lib.* 6. *c.* 20. *§.* 8. *& seqq. &* §. 19. *pag.* 479. Maluend. *de Antichrist. lib.* 3. *cap.* 32. Rutil. Benz. *de anno Jubil. lib.* 2. *cap.* 4. Thom. Bocius *de sign. Eccles. lib.* 1. *cap.* 3. *&* 5. *lib.* 4. *cap.* 3. 5. 6. *&* 7. *lib.* 7. *cap.* 28. *lib.* 17. *cap.* 1. *& lib.* 20. *c.* 1. 3. *&* 6. Balth. Chavas. *de notis vera Religionis, pag.* 809. 825. *&* 858. & novissimè post hæc scripta eruditissimus Pat. Fran. Suar. *in tract. de Fide disp.* 18. *sect.* 1.

16 Et in nostris terminis † de prædicatione facta, & facienda Indis & aliis infidelibus, quantumvis barbaris, & remotis, Joseph. Acost. *lib.* 1. *de proc. Ind. salut. c.* 6. Ant. Possevin. *in Biblioth.* 1. *tom.* 8

lib. 9. *c.* 15. *& seqq. pag.* 398. Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. sal. in prolog. pag.* 1. *&* 2. *& lib.* 11. *in præfat. pag.* 750. & Fr. Joan. à Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 18. *c.* 4. *&* 5.

Cui necessitati, & obligationi, quæ fidelibus, ut diximus, injuncta conspicitur, alia, eadem ratione, ex parte infidelium respondet, nempe, † ut Catholicam nostram Fidem sibi suf- 17
ficienter annuntiatam, & prædicatam, sub peccato mortali admittere, & profiteri debeant, ut docet D. Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 1. Covar. *de regul. peccatum* 2. *p.* §. 10. *n.* 1. *vers. Tertiò licèt*; & Pat. Suar. *d. tract. de Fide, disp.* 16. *sect.* 1. *&* 2. Non est enim aliud nomen datum hominibus, in quo oportebat nos salvos fieri, ut habetur *Act.* 4. Et qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. *Marc. ultim.* Et qui non credit jam judicatus est, *Joan.* 3.

Est enim † Fides simpliciter medium necessa- 18
rium ad salutem, ut tradit D. Thom. 2. 2. *q.* 2. *art.* 3. & ibi omnes Expositores, scholastici cum Mag. *in* 3. *Sent. distinct.* 23. Sot. *in* 4. *distinct.* 5. *art.* 1. Fr. Lud. Granatens. *in d. Symb. Fidei* 2. *p. c.* 1. Suar. *disp.* 12. *sect.* 1. *n.* 2. Concil. Trid. *sess.* 6. *c.* 7. unde dicit Apostolus ad Hebr. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo*; & D. Thom. *d. art.* 3. † 19
Infidelitatis peccatum esse gravissimum inter alia, quæ contingunt in perversitate morum, quia directè Fidei opponitur, & tollit principium conversionis in Deum. De quo latiùs egimus *suprà hoc lib. cap.* 10. & plura tradit Suarez *dict. disputat.* 18. *sect.* 2.

Quæ cùm ita se habeant, & hæc fides † de- 20
qua agimus, neque à fidelibus extendi, & propagari, neque ab infidelibus recipi, & admitti posset, si ingens Prædicatorum copia, sufficientibus auxiliis fulcita ad has adeò populosas barbaras, & remotas nationes non mitteretur, † claman- 21
te Apostolo ad Roman. 10. *Quommodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt; aut quomodò credent ei, quem non audierunt? quomodò autem audient sine prædicante? quomodò verò prædicabunt, nisi mittantur, sicut scriptum est? Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi*; † junctis aliis, quæ de ex- 22
cusandis infidelibus, qui nullum omninò auditum sensibilem Fidei habuerunt, diximus *suprà hoc lib. c.* 10. *ex n.* 7. & novissimè tradit P. Suarez *d. tract. de Fide, disput.* 17. *sect.* 1. *n.* 7. Meritò laudandi, & extollendi videntur † Hispaniæ nostræ 23
Piissimi Reges, eorumque fidelissimi subditi, quatenus prædicationis & extensionis Fidei Catholicæ munus, & præceptum, tot curis, laboribus, & expensis in vastissimis hujus Novi Orbis regionibus implere curarunt, & interdum ultrò citròque armis contra eos usi sunt, qui propositam sibi Fidem audire, vel recipere contumaciter noluerunt.

Sunt † enim Principes Dei ministri, & vindi- 24
ces in iram eis, qui malè agunt, ut docet D. Paul. *ad Romanos* 13. Et ad eorum officium pertinet curare, & præstare, ut sicut unus est Regum & populi Rex Deus immortalis, ita nulla alia religio, & veneratio, nisi unius Dei tenenda sit, ut

præclarè scripsit Lactan. Firmian. *lib. 1. divin. justit. c. 20.*

25 Quod si licitum est bellum, † quod adversus aliquam nationem movetur: ut illis Principibus obediat, & pareat: etiam si is, qui bellum movet, extraneus sit, ut dixi *suprà hoc lib. c. 13. n. 42.* multo magis moveri potuisse videtur adversus barbaros, Deo vero sit annuntiato, credere & pa-
26 rere nolentes; cùm † pejores conditionis Dei, quàm hominum causa esse non debeat, ut dixi *suprà c. 9. n. 33.* & egregiè probat *l. 3. vers. Proinde* de ibi: *Præferenda humanitati religio est*, C. de his qui ad Eccles. confug. Auth. Gazaros, C. de hæret. c. urgentis eodem, ibi: *Gravius est æternam quam temporalem lædere Majestatem:* optimus textus *in auth. ut non luxur. contra nat. col. 6.* ibi: *Si enim contra homines factæ blasphemiæ impunitæ non relinquuntur, multò magis, qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere.* Et se-
27 cundum Justin. *histor. lib. 8.* Deo † proximus ille habeatur, qui ejus Majestatem vindicaverit. Quod & Pelagius Papa scriptum reliquit *in c. de Liguribus 23. quæs. 5.* & D. Hieronym. sup. Ezechiel. *lib. 3. c. 9.* relatus *in c. qui malos, eadem*
28 *causa, & quæstion.* inquiens, quòd † percutiens malos in eo quod mali sunt, & habens vasa interfectionis, ut occidat pessimos, minister est Domini: & D. August. *in Epistol. ad Bonifac.* dum ait: *Quomodò Reges servient Domino in timore, nisi ea, quæ contra jussum Domini fiunt, religiosa severitate puniendo: atque prædicendo:* Cujus dictum
29 refertur † *in 1. si Ecclesia, c. duo 1. 1a 23. quæst. 4. c. quod sicut de elect.* & pluribus illustrat Roland. à Valle *cons. 20. n. 2. vol. 2.* Joan. Nevizand. *lib. 1. Sylvæ nup. n. 97. & sequentibus:* Just. Lips. *lib. 4. civil. doctr. c. 2.* Elias Reuner. *lib. 1. strat. c. 10. pag. 37.* & Joan. Baptist. Valenzuela *in discurs. stat. & bell. 2. p. consid. 2. ex n. 100. & consider. 3. ex n. 40.*

30 Quibus accedit, † quòd caritas, quam *proprium Christianorum bonum* merito appellavit Clem. Alex. *lib. 2. Pædag. c. 1.* & Gentian. Hervet. *ibid. pag. 179.* & Pat. Suar. *in tract. de Carit. disput. 5. sect. 1. per totam.*

31 Nulla re melius, atque utilius † exerceri potest, quàm in hoc animarum infidelium convertendarum zelo, qui semper Deo gratissimus fuit, & præcipuè Summis Pontificibus, & Ecclesiæ Præsulibus, Christianis Principibus, religiosisque aliis, & Apostolicis viris, & reliquis præterea fidelibus, pro captu & statu cujusque, summopere commendatus, ut plurimis sacræ Scripturæ locis, & gravissimis Sanctorum Patrum testimoniis, & exemplis ostendunt Salmeron *tom. 12. super Act. Apostolorum tract. 38.* Suar. *de Fide, dict. disput. 18. sect. 1. num. 5. 6. & 7.* Joseph Acosta *de procuran. Ind. salut. lib. 1. cap. 3. & 4.* Balthasar Chavas. *de notit. veræ Relig. ex pag. 501.* Torquemad. *in Monarch. Ind. lib. 18. cap. 4. & 5.* & copiosè, & diligenter Fr. Thom. à Jesu omnino legendus *de procur. omn. gent. salut. lib. 1. c. 1. 2. 3. & 9. & lib. 2. per totum, & lib. 11. in præf.* ubi specialiter de zelo, & cura conversionum Indorum pertractat.

32 Quibus ego adjicio † illud *Isaiæ 24. vers. 27. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum, in insulis maris nomen Domini.* Quibus verbis Glossa Interlineal. D. Thom. Lyra. Dyonis. & alii, quos refert Gasp. Sanctius *ibid.* † admoneri viros Apos- 33
tolicos docent, ut glorificent Deum in doctrinis, id est, docendo gentes, percursando aridam, & insulas, cœlestem hanc lucem omnibus irradient.

Idque ipsum † D. Chrysost. *hom. 4. in cap. 1.* 34
epist. 1. ad Corinth. super omnia curari à nobis debere, his verbis strictè suadet: *Nos, Ethnicos, mulieres, vel etiam majori ululatu deploremus, quoniam communem salutem non intelligunt, neque enim adeò uxorem virum suum amare oportet, ut nos universum genus humanum, idque ad salutem allicere sive Ethnicus sit, sive quivis alius.*

Et D. Aug. *serm. 6. lib. 16.* egregiè considerat, 35
hoc † fuisse ultimum præceptum Christi ascendentis in cœlum, & velut testamentum scribentis, ut sic majori, & ardentiori desiderio hæredes ejus illud implere teneantur. Quod † D. etiam 36
Chrysost. *tom. 1. in 1. Canon. Joan.* eleganti prosopopœjà patris languentis, ac filiis ali quid commendantis exornat, & tandem ita concludit: *Fratres cogitate filiorum Christianis, si hæredibus sunt tam dulcia: tam grata, tam magni ponderis verba patris iturì in sepulchrum, hæredibus Christi, qualia debent esse verba novissima.*

Quæ suprema, † novissimaque verba fidei 37
commissa vocantur à Tertul. *lib. ad uxor. in princ.* & ad ea refert Plutarch. *in vita Homeri Andromachæ lacrymas*, quam Homerus ipse in fine Iliad. flentem super Hectoris cadaver inducit, quòd moriens manus ei è lecto non porrexerit, neque aliquod prudens verbum cujus recordaretur, dixerit. Cato item Stoicus ex naturali animorum affectione testamenta, commendationesque mortuorum natas, ait, apud Tullium 3. *de finibus.* Quarum implementum † vel solo naturali pudore eo- 38
rum, qui rogabantur, contineri, Justin. scribit *in princ. Inst. de fid. hared.* & Senec. *lib. 1. de tranquil. vitæ c. 11.* & alii, quos refert Claud. Chisler. *de jure fideicom. lib. 1. pag. 217.*

Sed non possum † circa piaculum præterire 39
verba illius viri Apostolic. etiam merito inter Divos relati, S. Francisc. Xaverii, qui, ut narrat Thom. à Jesu, ubi *suprà lib. 1. c. 1. pag. 4.* Hanc mortalium salutis universalem, ac incredibilem necessitatem magna ex parte non tam in tabulis depictam, quàm factis ipsis expressam, cùm cognovisset, ita ad suos in Europa commorantes scripsit: *Mihi verò persæpe venit in mentem circum Europæ Academias, ac præcipuè Parisiensium, cursare, ac insani ritu vociferari, eosque qui doctrinæ plus habent, quàm caritatis, his compellare verbis. Heu quam ingens animarum numerus, vestro vitio, exclusus cœlo, deturbatur ad inferos.*

Secundo facit, † quod cùm in reliquis Regibus, 40
& Principibus Christianis majora, ut diximus (post Romanum Pontificem) cura esse debeat, ut quoad possint Ecclesiæ Regnum amplificent, & non solum conatibus universis enitantur, ut Religionis cultus, ubi coaluit, altas mittat radices, sed ut protendatur eo quo fortè anteà numquam pertigerat, ac deinde, ut suo labore, & industria iis, qui jacent in tenebris, & in umbra mortis, candidissimum Fidei Catholicæ lumen perferatur, ut præ-

præclarè ostendit D. August. *lib. 5. de Civit. Dei,*
41 *c. 24.* ubi inquit, † eos demum Christianos Reges & Imperatores esse fœlices, qui justè imperant, & inter honores & obsequia non extolluntur, sed se homines esse meminerunt: *Quique suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum, majestati ejus famulam faciunt, &c.* & alia tradens Thomas à Jesu *d. lib. 2. c. 8. ex pag. 53.* In † nostris
42 tamen Catholicis Hispaniæ Regibus, ut idem Auctor ibidem observat, & P. Suar. *d. disp. 18. sect. 1. n. 7.* non caritatis tantum, sed & justitiæ obligatio concurrit, cogitque ut nihil prætermittere debeant, quod ad Indos Christi lucrandos, Fidemque in his vastissimis regionibus promulgandam pertineat, eo quod ab Alexandro VI. & aliis Romanæ Ecclesiæ Pastoribus, delatum eis, & commissum specialiter fuerit: ut hoc munus tamquam proprium & peculiare agnoscerent, & curarent, Indosque tuerentur, & de Fide per idoneos ministros instruerent, instructosque bonis, & po-
43 liticis moribus informarent. Quod † cùm non posset aliter effectum sortiri, quàm si creberis, & magnis classibus, ingentique apparatu, & terrestribus, ac navalibus expeditionibus uterentur: tum propter immensam Oceani navigationem terrarum intervalla, gentium, morum, & idiomatum varietates, provinciarum amplitudinem, & commerciorum difficultatem: tum etiam quia barbari, naturâ efferati, & insolentes, prædicatores parum tuto hospitio excipiebant, fœdera, atque amicitias nihil curantes, rationem quamlibet facilè contemnentes, sylvaticamque, & agrestem vitam ducentes, ut dixi *supra cap. 7. ex num. 27.*

Et similiter cùm Fides in tot populis recens, & tenera non posset aliter permanere, nisi nostrorum Principum patrocinio, fide potentia adversus Barbarorum & aliorum inimicorum Christi injurias defenderetur; permittendum illis utique fuit, quòd militaribus interdum copiis, conversionem eorumdem Infidelium disponerent, & supremam eorum tuitionem, & dominationem reciperent, ut sic ad politicam, & sociabilem vivendi formam redacti, melius, & faciliùs Fidem sibi prædicandam audire, prædicatam recipere, receptam retinere, & inter veros Christi cultores numerari possent.

Quæ argumentandi ratio † ipsâ Bullâ Alexan-
44 dri VI. efficaciter comprobatur, quæ prius expeditionem, & dominationem harum provinciarum Regibus Catholicis hac de causa concedit, & quidem repetitis, & geminatis verbis, & clausulis, quæ, ut vulgare est, majorem in qualiber re voluntatem, & deliberationem ostendunt, *l. Balista, ff. ad Trebellian.* cum latissimè adductis à Catel. Cota *in memorab. jur. verb. Geminatio*, & Cardinal. Tusco *in practicar. conclus. jur. eodem verb.* ut constat ex tota ejusdem Bullæ decisione, quæ incipit *in versic. Nos igitur*, & ex narratione, ibi: *Ac Barbaræ nationes deprimantur, & ad Fidem ipsam reducantur*, & ibi: *Aliquas insulas, & terras firmas remotas, & incognitas quærere, & invenire, ut illarum incolas, & habitatores ad colendum Redemptorem nostrum, & Fidem Catholicam profitendam reduceretis*: & ibi: *Terras firmas, & insulas prædictas, illarumque incolas, & habitatores, vobis divinâ favente clementia subjicere, & ad Fidem Catholicam reducere propositistis.* Et hanc fuisse potissimam causam bellorum, quæ in his Occidentalibus Indiis interv enerunt, rectè advertit Gregor. Lopez *in dict. l. 2. part.* gloss. *magn. col. 4. in princip. & in vers. Quid ergo.*

Et impossibile fuisse, † Indos ab Hispanis 45
converti, nisi prius fuissent debellati, aut aliqua vi, & terrore armorum perdomiti; quia eorum feritas, & occisiones prædicantium, & aliæ difficultates *suprà* relatæ, aliter superari non poterant; exprese affirmat Marquard. *dict. tract. at. de infidel. 1. p. c. 14. versic. Non obstat*, Malferit. *dict. consil. 769. ex n. 90.* Joseph. Acosta, Anton. Posev. Thom. à Jesu, & alii, quos *suprà num. 2. & c. 7. ex num. 27.* citavi, & *infrà c. 18. ex n. 2.* diligentiùs expendam. Inter quos † Thom. Bo- 46
cius *de sign. Eccles. Dei, lib. 7. cap. 5. infine*, agens de nimia caritate Catholicorum, apponit exemplum in iis, qui zelo convertendarum animarum ad has Occidentales Indias navigarunt. Et inquit, quòd licèt plures Indorum sint armis domiti, non tamen omnes, nam quidam Religione, & beneficiis nostrorum deliniti, ad meliorem vivendi normam concessere: *Ut mirum non sit, si cum belluis istis, humana effigie contectis, Hispani interdum asperius egerint.* Et *lib. 10. c. 13. versic. Hinc ut legimus*, agens de efferatis gentibus, per Catholicos ad humanitatem perductis, eorumdem Indorum exemplum adducit, docens, quòd belluinis factis belluas omnes superabant; & tanta erant immanitate, ut ad humanæ naturæ studia vix, & ne vix quidem ullo modo revocari possent, nisi aliquando Hispani aliqui eos suppliciis & terroribus cohibuissent, & ab hoc crimine nostram nationem excusat.

Joann. etiam Boter. *in relationibus univers. 4. part. lib. 3. ex pag. 65. ad 75.* latè in eodem argumento diffunditur, docens, † Religionis nego- 47
tium non esse omnibus temporibus, & locis, sive apud omnes gentes æqua lance tractandum, apponensque exemplum in Indis hujus Novi Orbis, contra quos, inquit, † quia barbari erant, 48
& interdum bestiales, non tam miraculis, aut rationibus, & argumentis utendum fuit, prout in conversione Judæorum, Græcorum, & Romanorum contigisse videmus: sed omninò curandum, ut prius rationis, & humanitatis capaces efficerentur, procedendumque contra eos tamquam contra furiosos: *E si debbono (inquit) render prima capaci di ragione e d' humanità, e poi à dottrinare, e instruire nella virtu, e nella via di Dio. Ne disconviene usare con esso loro de la forza e dell' arme, affinche si richiamino per huomini, e poi s' annontli loro l' Evangelio. Pone eis Domine Legislatorem, à ebe fineì ut sciant, quoniam homines sunt.*

Idem novissimè † tradit Calist. Remir. *in* 49
tract. de l. Regia, §. 32. n. 6. pag. 346. relatis verbis Thom. Bocii *ubi suprà* & adjiciens, initio efferas istas gentes, ferarum more viventes, instar ferarum fuisse interdum necessario tractandas: *Atque ita*, inquit, *fiebat, ut quos amor virtutis non poterat, saltem acerbioris suppliciì metus, intra cancellos humanitatis consistere, & cohibere valeret.*

Rutil. quoque † Benzon. *de anno Jubil. lib. 1.* 50

cap. 10. *pag.* 53. agnoscit divinam dispositionem in eo, quod Novus hic Orbis fuerit sub unius Principis potestate redactus, ut hoc modo, & majori pace, & idiomatum uniformitate populorumque hinc inde sparsim degentium coadunatione, & barbariei depositione aptiùs hæ gentes ad Evangelicam doctrinam disponerentur, & ut per Catholicos hîc Orbis acquisitus fuerit, ut evanescerent conatus hæreticorum, qui illum occupare tentarunt.

50 Et arridet valdè doctrina † D. Thom. *lib.* 3. *de regimin. Princip. cap.* 13. & *in* 2. 2. *q.* 40. *art.* 2. *ad* 3. & *in* 3. *part. quæst.* 2. *art.* 4. tradentes, eum, cui cura aliqua in rebus spiritualibus commendatur, temporalia quoque, quæ ad

51 illam ordinantur disponere posse, quia † potestas, ad quam pertinet finis, debet etiam de his, quæ ad finem pertinent, potestatem habere, & juxta provinciam sibi commissam idoneis mediis, & qualitatibus operari; ad quod probandum, allegat inter alia illud Divi Pauli 2. *Corinth.* 3. *Idoneos nos fecit ministros novi Testamenti:* & potuit allegare *l. officium* 12. *ff. de re militari*, & nobile consilium Oldrad. 161. *incip. Orta materia*, *n.* 2. *in fine*, ubi dicit, quod Architectus *de omnibus curat.*

Et idem D. Thom. *lib.* 4. *summæ contra Gent.*

53 *cap.* 74. addit, ad † Divinam liberalitatem pertinere, ut cui confertur potestas ad aliquid operandum, conferantur & ea, sine quibus hujusmodi operatio convenienter exerceri non potest.

Quod etiam nostri juris Auctores plurimis in locis constituerunt, ut constat, ex *l.* 2. *ff. de jurisd. omn. jud. l. ad rem nobilem*, *l. ad letatum. ff. de procur. l.* 3. *§. qui habet*, *ff. de servit. rustic. cap. prudentia*, *cap. præterea*, & *cap. suspicionis*, *de offic. delegat.* cum mille aliis latè congestis ab Everard. *de locis argument. cap. à concessione consequentis*, Claud. *Prato Gonicon. general. jur. lib.* 3. *titul.* 1. *cap.* 2. & 4. Cardinal. Tuscho *practicar. conclus. jur. verb. Consequens*, *conclusion* 757. Prosp. Farinac. *in fragm. 1. part. verbo*, *Extensio*, *num.* 229. & in nostris ferè terminis Ludov. Parano *de origin. Inquis. lib.* 3. *quæst.* 1. *opin.* 3. *ex num.* 35.

54 Et inde etiam dicimus, † quod ea, quæ ad aliquem finem sunt instituta, secundùm ea, quæ ille finis exigit, ordinantur, extenduntur, & contrahuntur, *cap. prodest.* 23. *quæst.* 5. quem ad hoc citat Archidiac. *in cap. si peccaverit* 2. *q.* 1. docet Bart. *in l. ambitiosa*, *num.* 17. & *sequentib. ff. de decretis ab ord. faciendis*, ubi ait, finem

55 † priorem esse in intentione, & intellectione, licèt sit posteriorin executione, & illud dici finem esse principaliter, ad quod consequendum intellectus finaliter tendit, atque adeo † fine adepto, non esse multum curandum de mediis, quæ requiruntur ad finem, *l.* 1. *§. fin. ff. de dot. prælegata*, junctâ *l. non cogendum Sabinus*, *de procurat. l. & hac stipulatio*, *§. Divus*, *ff. vel legat.*

Quam doctrinam ante Bartol. exposuit Philosoph. *lib.* 2. *Physic.* qui citatur in hanc rem à D. Thom. 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 1. *post.* 3. *argumen. & in sum. in.* 1. 2. *quæst.* 20. *art.* 1. *ad* 2. & 1. *part. quæst.* 77. *art.* 3. *ad* 1. *argumen.* Rodolph. Agricol. *lib.* 1. *invent. dialect. cap.* 4. & sequitur & exornat Aymon Craveta *cont.* 137. *num.* 14. & *cont.* 304. *num.* 3. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 20. Navart. *in cap. novit notab.* 3. *num.* 97. *de judiciis*, & *in tract. de finibus humanorum actuum*, *numer.* 27. Menchac. *lib.* 1. *controvers. illustr. capit.* 28. *num.* 7. Joan. Garcia *in tract. de nobilitat. in divisione*, *num.* 9. & eruditissimus Petr. Fab. *in l. nihil dolo* 122. *§. cum principalis*, & *in l. cùm principalis* 178. *ff. de regul. jur.* & *in libr.* 3. *Semestr. cap.* 9. *pag.* 120. & *sequenti*, ubi allegat. insignem locum Salvian. *lib.* 4. *de providen.* qui Aristotelis exemplum de † Architecto,

57 finem domus, quam construere parat, ante ipsius domus constructionem animo concipiente, ita eleganter expressit: *Et qui domum ædificat, vel fundamentum locat, etsi medium habitationem paratam habeat (quam scilicet animo percepit) jam tamen ipsa, quæ adhuc facere molitur, ipse futuræ habitationis amplectitur. Propter hanc autem qui parat cætera, ipsum construendi operis effectum, atque consummationem, ut animi effectu, & consideratione longè antea perceperit necesse est. Atque ita effectu affectum priorem esse convenit.* Quod idem

58 † nostri Reges mente etiam versare debuerunt, & ut finem conversionis Indorum, quem præcipuè intendebant, consequerentur, jam inde ab initio ea omnia (ut diximus) pensare, disponere, & ordinare, quæ illos pacatos, dociles, sociabiles, & in Fide semel recepta securos reddere possent.

Tertio † considero, nullum majus, & magis 59 desiderandum bonum in hominibus reperiri posse, quàm Religio, & exacta ejus observatio, & amplificatio, utpotè in qua præcipuum omnium Rerum publicarum, & Imperiorum fulcrum atque stabilimentum consistat: ut tetigi *suprà lib.* 1. *cap. ult. ex num.* 89. & latissimè prosequuntur Aristotel. *lib.* 7. *Polit. cap.* 8. Cicero *lib.* 1 *de nat. Deorum*, Plin. *lib.* 14. *nat. hist.* Valer. Maxim. *lib.* 1. & *lib.* 4. *cap.* 1. Lactan. Firmian. *lib.* 3. *Divin. in tit cap.* 10. & *de ira cap.* 12. & *de vera sapientia cap.* 28. D. August. *lib.* 19. *de Civit. Dei*, *capit.* 24. *epist.* 48. 50. & 165. *lib.* 3. *epistol.* 32. *lib.* 5. *epist.* 63. & *lib.* 7. *epist.* 5. Justinian. Imp. *in epist. inter claras, Cde summ. Trinitat. & in proœm. Digestorum*, Clemens Papa *lib.* 1. *const. Apost.* Constant. Magn. Imp. apud Sozomen. *lib.* 1. *hist. Eccles. cap.* 8. Theodos. † Imp. filiis suis 60 hoc præceptum in agone mortis reliquens apud Nicephor. *lib.* 13 *histor. Eccles. cap.* 1. & Evagrium *lib.* 1. *cap.* 1. idem Imp. Theodosius, & Valentinian. *in epist. ad Dioscorum*, & *in epistol.* 17. inter Cyrilli epistolas & melius *in Novellis tit.* 2. ubi † inquiunt: *Inter cæteras solicitudines, quas amor publicus pervigili cogitatione nobis indixit, præcipuam Imperatoriæ majestatis curam esse perspicimus, veræ Religionis indaginem, cujus si cultum tenere potuerimus, inter prosperitatis humanis aperimus inceptis.* Et plurimi alii, quos referunt Hieronym. Osor. *lib.* 1. & 4. *de Reg. instit.* Simanc. *lib.* 3. *de Repub. cap.* 8. Petr. Gregor. *lib.* 2. *Repub. cap.* 2. & *lib.* 8. *cap.* 2. *sect.* 1. Cardin. Bellarmin. *lib.* 1. *de Princip. Christ. cap.* 11. Just. Lips. *lib.* 1. & 4. *civil. doctrin. capit.* 2. & 3. & *adversus Dialogist. cap.* 2. & *in monitis*, & *exemp. Polit. lib.* 1. *cap.* 2. Hieron. Fracheta *lib.* 1. *de Principe*, *cap.* 3. *pag.* 24. Balduin.

duin. *in Prolegom. de jure civili*, *pag.* 75. & *sequenti*, Pat. Ribaden. *de Principe Christian. lib.* 1. *cap.* 16. & *lib.* 2. *cap.* 5. Tiber. Gamba *in discurs. Polit. cap. de Religione*, *pag.* 39. Cheric. *in Coronid. quæst. Polit.* §. 1. Joan. Boter. *de ratione status*, *lib.* 2. *penu. c. de Relig.* Pat. Lud. Torres *libr.* 4. *Philosoph. Moral. Princ. lib.* 7. *cap.* 2. Thomas Bocius *in integris tract. Imperia pendere à virtutibus & de antiquo*, & *novo Italiæ statu*, quos adversus Machiavel. scrip. Pet. An. Canonher. *in aphorism. Poli. Hippocratis*, *vol.* 1. *lib.* 5. *aphorism.* 25. *pag.* 799. & *seqq.* Pat. Fr. Joan. Marquez *in Gubernat. Christ. lib.* 2. *cap.* 34. Doctiss. Joan. Baptist. Valenzuela *in monitu contra Venetos*, *ex num.* 178. & novissimè *in discurs. stat. & belli*, 2. *p. consid.* 2. *ex num.* 89. & *consid.* 9. *ex num.* 34. & *consider.* 22. *per totam.* Francis. Torreblanca *lib.* 3. *de Magia*, *cap.* 2. & Rutil. Benzon. *lib.* 3. *de anno Jubil. cap.* 7. *pag.* 340. & *sequenti*, qui cum Tertulliano *in Apolog. cap.* 24. & Div. August. *lib.* 5. *de Civit. Dei*, *cap.* 15. & 16.

62 præsumptionem quorumdam refert, † dicentium, Romanos pro merito Religiositatis diligentissimæ, in tantum sublimitatis elatos, ut Orbem occuparint, & adeo gratos Deos habuisse, ut præter cæteros floreant, qui illis officium præ cæteris faciant, scilicet ista merces, Romanis à Diis pro gratia expensa est. Quemadmodum è contrario semper puniti, & perpetuo infelices fuisse videntur, qui Ecclesiam, & Religionem contemnunt, ut pluribus ostendit Palac. Rub. *de obtent.* Navarr. *part.* 1. §. 6. & Calist. Remirez *de lege Regia*, §. 8. *num.* 22.

3 Unde jure, ac meritò † pia, & laudabilis eorum Regum, & Principum cura videri debet, qui pro eadem vera Religione tuenda & propaganda, totius potentiæ suæ nervos intendunt, & armis, ac bellis, ubi ad id opus est, infidelium, & Barbarorum regiones, & falsas Religiones invadunt, ut colligitur ex doctrina Lucæ de Penna *sup. numer.* 1. relata; qui causas justi belli proponens, hanc quidem primo loco constituit, & ex Guillelm.

64 Bened. ibidem citato, qui ita scriptum † reliquit: *Inter laudabilia omnia Catholicæ Fidei opera, quæ Rex explere debet pro suæ dignitatis, ac totius Religionis Christianorum salute, nullum majus, nullum honorabilius, nullum denique gratius Deo offerri potest, quàm barbaras gentes, & Turcarum perfidiam, cæterosque populos, qui falsos, ritus, ac Deos colunt alienos, expugnare, atque in frana submittere sub Christi Fide, prout talia sancta exercitia apud Francos Reges semper floruerunt.*

Quod idem in nostris terminis docuit Pet. Malferit. *dict. consil.* 769. *num.* 15. ubi ait; hoc adeo verum esse, ut divino veluti testimonio confirmatum fuerit. Nam cùm † Urbanus II. P. Rom. in Claramontensi Conventu orationem habuisset pro bello infidelibus inferendo, audita fuit vox de cœlo, *Deus vult*, *Deus vult*; de qua historia latius agit Anton. Sabellic. *Enead.* 9. *lib.* 3. *pag. mihi* 354. Et consentit Tucc. Lucens. *in ann. stat. super Cantic. fol. vult.* relatus à Pat. Magist. Marquez *in Gubernat. Christ. lib.* 2. *cap.* 26. *pag.* 322.

66 dum tradit, † quod Reges potentes, potenter Fidem introducere debent. Et Franc. Arias *in tract. de bello*, & *ejus justitia*, *num.* 145. con-

67 cludens, Prælatorum † auctoritate posse fieri bellum, præcipuè pro Fide, vel contra eos, qui excommunicati pro mortali, parere nolunt, & pro subditorum suorum injuria.

Quem referens † Joan. Bapt. Valenzuela *in* 68 *dict. monit. contra Venet. part.* 7. *num.* 69. *pag* 448. ait, simile ei esse, quod Cicero tradit *lib.* 3. *de Repub.* dicens: *Nullum bellum à civitate optima suscipitur, nisi aut pro fide aut pro salute.* In quo tamen animadvertere debuit, Ciceronem ibi non de fide loqui, quatenus idem cum Religione sonat, hoc † enim sensu solum apud Christianos ac- 69 cipitur; sed fidem intelligere, ultimum cum sociis fœdus, cujus observatio plurimum † Romanis 70 commendabatur, *l. conventionum* 5. *ff. de pactis*; cum ibi præter alios notatis à Ferdinand. Mendoza *lib.* 2. *cap.* 9. Conan. *lib.* 5. *comment. cap.* 12. Guilbert. Costan. *quæst. jur. c.* 3. Rævard. *lib.* 4. *variar. c.* 1. & Vincent. Cabot. *lib.* 2. *disputation. c.* 10. & *sequentib.* & in specie advertit D. August. ita Ciceronem inrelligens *lib.* 22. *de Civit. Dei c.* 6. & Joseph. Acosta *lib.* 2. *de procur. Ind. salut. c.* 4. *pag.* 223.

Just. † etiam Lips. *lib.* 5. *Polit. c.* 4. ejusdem 71 sententiæ fuisse videtur, dum tradit, quod invasio quædam legitima est, etiam sine injuria: *Ut in Barbaros, & moribus, aut religione prorsùs à nobis abhorrentes, maximè si potentes ii, & aliena ipsi invaserunt, aut invadunt.*

Pro quibus ego expendere soleo verba Valerii Maximi *lib.* 4. *cap.* 1. §. *de Lucio Furio*, dum † 72 de cura extendendæ Religionis antiquorum Romanorum pertractans, scribit: *Non dubitaverunt sacris imperia servire, ita se rerum humanarum futura regimen existimantia, si divinæ potentia benè, & constanter fuissent famulata.* Quem loquendi modum sequi videtur D. August. *d. lib.* 5. *de Civit. Dei*, *capit.* 24. eos Reges, ut sup. diximus laudans, qui suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum, majestati ejus famulam faciunt.

Et conducit valdè, notabile † illud Mœcenatis prudentissimi viri consilium ad Octavian. Au- 73 gust. quod refert Dio Cassius *lib.* 52. *hist.* Simanc. *in Cathol. instit. titul.* 46. *num.* 21. & Petr. Greg. *lib.* 33. *Syntagm. cap.* 7. *num.* 8. & *lib.* 8. *de Repub. cap.* 2. *num.* 14. *Deum semper*, & *ubique cole*, *ut moribus patriis est receptum*, *ad eumdemque cultum alios compelle. Peregrinarum verò religionum auctores odio & suppliciis prosequere.*

Et hanc † esse veluti certam, & communem 74 omnium gentium naturam, & conditionem, apertè docere videtur Marcus Tullius in *Orat. pro M. Fontejo*, ubi ideò Gallos execratur, quòd ut cæteræ nationes bella pro religione sua non susciperent, dicens: *An istas nationes* (scilicet Gallorum *religione jurisjurandi, ac metu Deorum immortalium in testimoniis dicendis commoveri arbitramini, quæ tantum à cæterarum gentium more, ac natura dissentiunt, quòd cæteræ pro religionibus suis bella suscipiunt, istæ contra omnium religionem.*

Divus quoque † Eulogius, expressiùs adhuc, 75 ejusmodi belli justitiam comprobat, & commendat *in memorab. Sanct. lib.* 1. ita scribens: *Magni meriti esse credo, subvertere impios, & Ecclesiæ hostibus contraire, bellum parare in incredulos.*

Et Justin. Imp. idem † non obscurè demons- 76 trat,

trat, dum *in auth. ut liberti de caetero, §. hoc similiter, collat. 6.* scriptum reliquit, se desiderio augendæ Reipublicæ, & pro recta ad Deum religione, & subjectorum pariter libertate in Lybia, & in Hesperin multa bella suscepisse.

Eodem † etiam respicit nobilis illa Hispani
77 nostri Septempartiti juris, *l. 2. titul. 23. part. 2.* Scholiis quidem eruditissimi viri Gregor. Lopez nobilior reddita, quibus hanc quæstionem acquisitionis Novi Orbis cura, quâ potuit, maxima pertractavit. Quâ in lege Rex noster Alphonsus, cùm causas exponere vellet, ob quas bellum justum, & legitimum fiat, de quibus latè agunt Auctores quos *suprà hoc lib. 2. cap. 6. num. 51.* congessi, hanc, de qua agimus, primo loco proponit his verbis: *La primera, per acrecentar el pueblo su Fè, è para destruir los que la quisieren contraballar.*

Cui decisioni ansam fortè præbuit auctoritas Div. Gregor. Magn. *lib. 2. epist. 7. ad Gennadium*, quæ refertur à Gratiano *in cap. ii non ex Fidei* 29.
78 23. *quæst. 4.* Ubi † bella ab eo frequenter gesta, & divinis auxiliis prosperata; multis laudibus ornat, quin non desiderio fundendi sanguinis agebantur: *Sed dilatandæ causa Reipublicæ, in qua Deum coli conspicimus, quatenus Christi nomen per subditas gentes Fidei prædicatione, circumquaque*
79 *discurrat.* Fuit autem † iste Gennadius Exarchus Africæ anno Domini 591. quem alibi etiam laudat idem Gregor. *lib. 1. epist. 59. in dict. 9. dicens: Vos Dei præ oculis indesinenter habere timorem, ac sectari justitiam submissa hostium colla testantur, & epist. 72.* quæ habetur *in c. sicut excellentiam 23. quæst. 4.* & in pluribus aliis epistolis, de quibus plenam mentionem facit illustr. Cardin. Baron. in *Annal. Eccles. anno Christi 91. num. 9. 28. & 29. & annos 593. num. 30. & 596. n. 18.* & Bernard. Aldrete *de antiq. Hispan. libr. 4. capit. 25.*

Potestque in ejusdem doctrinæ confirmatio-
80 nem expedi celebris † text. *in cap dispar. 23. q. 8.* juxta inductionem Gregor. Lop. *in dict. l. 2.* gloss. mag. *col. 4. in princ.* Nam cùm ibi Alexand. II. omnibus Episcopis Hispaniæ rescribat: *Disparem esse Saracenorum, & Judæorum causam: in illos enim, qui Christianos persequuntur, & ex urbibus, & propriis sedibus pellunt, justè pugnatur. Hi verò ubique servire parati sunt.* A contrario indicare videtur, quod si Judæi, & quilibet alii infideles admoniti & requisiti Christi, & Ecclesiæ supremum dominium non agnoscerent, eique servire parati non essent, justè in eos sicut in Saracenos, bellum indiceretur.

Quartò, pro eodem titulo communiendo
81 multi ex Auctoribus suprà relatis perpendunt, † Ecclesiam olim, cum inermis esset, & auxilio Catholicorum Principum destituta, inermibus quoque prædicatoribus usam fuisse, qui verbis tantùm, & miraculis, Apostolico more, ac modo, Christi Fidem per diversas mundi regiones
82 disseminarunt. Hisce autem posterioribus † temporibus, cùm jam fines seculorum devenerit, ut inquit D. Paul. *1. Corinth. 10.* relatus à D. Hie-
83 ron. *in c. quis ignorat 32. quæst. 4.* & † Ecclesia Prædicatores non habeat, qui paris potentiæ esse possint in virtutibus, & miraculis cum antiquis Apostolis, & Martyribus ob defectum nostrorum temporum, in quibus corpora, & merita defecerunt, ut ait text. *in cap. fraternitas 34. distinct.* & Abb. *in cap. Deus qui, de vita & honest. cler.* habeat autem tùm in se, tùm in plurimis, & plissimis Imperatoribus, Regibus & Principibus ejus alumnis, plus roboris, & auctoritatis, quàm olim obtinuit, rectè potest utrumque gladium adversus infideles distringere, ut Evangelii legem audiant, & recipiant, & ipsi Romanæ Ecclesiæ debitum obsequium exhibeant.

Quo argumento, ex hac temporum distinc-
84 tione deducto, in simili specie usus est † D. Augustus. *in epist. 50. ad Bonifacium Comitem*, quæ habetur apud Grat. *in c. si Ecclesia 42. 23. q. 4.* docens, Ecclesiam hodiè benè posse à principibus Catholicis impetrare, ut ejus jura defendant, & impios, atque hæreticos persequantur, & statim subdens: *Quod autem dicunt, qui contra suas impietates leges justas institui nolunt, non petiisse à Regibus terræ Apostolos talia: non considerant, aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat Imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret, &c.* Quem text. omnes hujus articuli scrupulos tollere affirmat Malf. *d. cons. 769. num. 79.*

Et ei similis est text. *in cap. non invenitur 41. ead. causa & quæst.* ubi ipse D. August. idem argumentum aliis verbis prosequitur, & exemplo Nabuchodonosoris illustrat; in † quo utrumque
85 tempus figuratum esse inquit, & quod sub Apostolis habuit, & quod nunc habet Ecclesia: *Temporibus enim Apostolorum, & Martyrum illud implebatur, quod figuratum est, quando Rex memoratus pios, & justos cogebat adorare simulacrum, & recusantes in flammas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulò post in eodem Rege figuratum est, cùm conversus ad honorandum verum Deum, decrevit in Regno suo, ut quicumque blasphemaret Deum Sidrach, Misaac, & Abdenago, pœnis debitis subjaceret. Prius ergo tempus illius Regis significabat priora tempora Regum infidelium, quos patiebantur Christiani pro impiis. Posterius verò tempus ejusdem, significabat tempora posteriorum Regum jam fidelium, quos patiuntur impii pro Christianis, &c.*

Et rursus † *in cap. displicet 38. eadem caus. &*
86 *quæst.* ad Donatum presbyterum scribens, & multis rationibus probans, quòd hæretici ad salutem, etiam inviti, sunt trahendi: *Repetis*, inquit, *sicut audio, quod in Evangelio scriptum est recessisse à Domino LXX. discipulos, & arbitrio suæ malæ, atque impiæ discessionis fuisse permissos; cæterisque duodecim, qui remanserunt, fuisse responsum: Numquid & vos vultis ire? Et non attendis, quia tunc primum Ecclesia novello germine pullulabat, nondumque in illa fuerat completa illa prophetia*: Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes servient illi; *quod utique quanto magis impletur, tanto majore utitur Ecclesia potestate, ut non solùm invitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc Dominus significare volebat, qui quamvis haberet magnam potestatem: prius tamen elegit commendare humilitatem.*

Quam sententiam ultra D. August. probare videtur D. Thom. 2. 2. *quæst. 10. art. 8. & 11.* & Gabr. *in 4. dist. 4. quæst. 2.* quos in nostris ter-

terminis refert, & sequitur Palac. Rub. *de obtent. Regni Navarræ 2. part. §. 8. ad finem*, Cordub. *in*
87 *quæst. lib. 1. quæst. 57. dub. 5. pag. 503.* dum † docent, hodie ritus infidelium, & idololatrarum non esse aliqualiter tolerandos: *Quia si alicubi, & aliquando eos tolerabat Ecclesia, ideò est, quia tunc non habebat tantum robur, ut de facto prævalere posset tantæ multitudini infidelium, sine majori jactura, aut scandalo, aut quia habebat spem eos dulcius convertendi ad Fidem per prædicationem ejus.*

88 Et ad idem est † Abul. *Matt. 20. quæst. 96.* dicens, quod diversa est ratio potestatis quoad factum, vel exercitium in coërtione corporali per gladium materialem in hæreticos, & infideles tempore Apostolorum, à tempore præsenti. Nam tunc humilitas, & mansuetudo, & patientia Christi, atque fidelium ostendenda erat, dum implebatur illud principum Psalm. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania.* & illud *Psalm. 43. Roman. 8. Propter te mortificamur tota die &c.* Nunc autem non est prætermittendum, ut etiam impleatur, quod sequitur ibi: *Reges eos in virga ferrea, & Psalm. 17. Persequar inimicos meos, &c.*

Pater quoque Fran. Suar. eamdem temporum Ecclesiæ differentiam agnoscit in defensione Fidei contra sect. Anglican. *lib. 4. cap. 6. ex n. 4.*
89 *pag. 400.* † docens, olim Pontifices Romanos, cùm sub Ethnicis Imperatoribus constituti fuissent, suâ potestate, aut immunitate plenè usos non esse, & novissimè *in tr. de Fide disp. 18. sect. 1. num. 10. pag. 285.* tradens, aliquo modo infideles hodiè coërceri posse, si prædicationi Fi-
90 dei locum non dederint, hæc verba subnectit. † *Quod si in principio Ecclesiæ hic etiam modus coactionis non fuit usitatus, non ideò fuit quia non liceret: sed quia tunc Ecclesia non habebat temporales vires ad resistendum hostibus Fidei, voluit etiam Christus Dominus in principio vincere mundum efficacia verbi, & miraculorum, ut potentiam suam, & veritatem suæ doctrinæ magis ostenderet.*

91 Quo etiam ex fonte † descendere videmus, quod licèt Ecclesia olim adversus hæreticos, apostatas, aut schismaticos nullis pœnis, coercitionibus corporalibus uteretur, habitâ duntaxat ratione, qua potius admonerentur ab errore discedere, quàm pro scelere punirentur ut docet D. August. *in d. cap. non invenitur 23. q. 4. in fine*, & constat ex Concil. Arelatens. *cap. 23.* & Concil. Elibertin. *Can. 1. & 3.* ubi propter hæc delicta lapsis solum imponebatur perpetua Sacramentalis communionis privatio, ita ut etiam in articulo mortis eis non daretur, quamvis resipisce-
92 rent, junctis aliis, † quæ ad hujus pœnæ explicationem, & qualiter deinceps fuerit immutata; doctè congerit Ferd. Mend. in notis ad idem Concil. Eliber. & novissime Suarez *dict. tract. de Fide, disp. 21. sect. 4. ex num. 3.* Posteà tamen, ubi ejusdem Ecclesiæ auctoritas, & potestas magis aucta, & corroborata fuit, jure optimo potuit, & cœpit, prædicta crimina capitalibus supliciis, & ignis, atque flammarum combustione compescere, & adversus ejusmodi delinquentes, & eorum bona, possessiones, & regna bella movere, si moniti non resipiscerent, & ad Fidem, & Religionem non redirent, quam prius voluntariè professi fuerant, ut constat *ex toto tit. & de Decret. de hæretic. tota causa 23. & 24.* & ex aliis, quæ *cap. 19. ex num. 45.* trademus.

Nimirum, † quia, ut *suprà* diximus, omnia
93 suis conveniunt temporibus, & ex eorum distinctione Scripturæ, & jura ipsa concordari, *c. 1. 2. & 3. distinct. 29. cap. quod scripsi 35. quæst. 3. cap. si peccaverit. 1. quæst. 1.* & pro varietate temporum varia invenitur dispensatio Conditoris, & statuta mutantur humana, ut pluribus exemplis docemur *in cap. recurrat. 32. quæst. 4. cap. 1. & per totum, dist. 31. cap. fraternitatis, c. vidua, distinct. 34. Clement. 1. de judiciis, c. non debet, de consang. & affinit.* cum aliis traditis à Claudio Prato *lib. 3. Gnoseon*, sive *regul. gen. juris, tit. 2. cap. 3.* & Petr. Gregor. *de Repub. lib. 10. c. 5. numer. 10.* ubi singulariter inquit: *Unumquodque tempus suos mores adfert, quibus accommodandæ sunt leges, sicuti aliæ leges in antiquo Testamento, Divino, aliæ in Novo, aliæ priscæ Romanorum inter rudem populum, aliæ posterioribus seculi probatæ, rejectis vel emendatis primis, aliæ, quæ sint tenibus, quam fuerint juvenibus infantibus, & viris. Sic accidit in Rebus publicis, quibus non eadem est facies, non vigor, non Imp. nec alta plura, quæ his viguerunt.*

Quinto facit, † quod non solùm sanctorum
94 Patrum auctoritatibus hæc temporum differentia, & potestas Ecclesiæ ad reducendos infideles insinuata videtur, verùm & ipsa quoque sancti Evangelii doctrina. In quo videmus, quòd in prima missione Discipulorum à Christo, *Luc. 10.* quamvis dictum sit, ut irent sine baculo, & pera: postea tamen tempore persecutionis, ejusdem *Luc. 22.* dictum est eis, ut tollerent sacculum, & peram ad provisionem victus, & gladium ad defensionem, si expediret. Et prius *Matt. 26. & Luc. 10.* permissum est Apostolis, ut, si eos persequerentur, fugerent ut conservarentur, ad prædicandum gentibus post Passionem Christi. Posteà verò *Matt. 10. & 24.* dictum est ipsis jam factis Episcopis, quod tradendi essent ante Reges, & Præsides, &c. Et tunc certè non deberent fugere, si inde periculum Fidei in ovibus immineret, sed ut boni pastores persistere, & animam suam ponere pro ovibus suis, ut habetur *Joan. 10.* Quæ loca in hanc rem considerat Corduba *d. lib. 1 quæstion. quæst. 57. dub. 5. pag. 503. vers. Ad quod etiam.*

Sed longè commodior, atque expressior est
95 locus † alter D. Lucæ *cap. 14.* ubi sub parabola illa Patris familias ad magnam cœnam suam multos convivas convocari jubentis, mirabiliter triplex legatio Dei ad homines destinata videtur, ut ad Evangelii veritatem amplectendam adducerentur. Quatenus primò servis suis duntaxat mandavit, ut convivas vocarent. Secundò, ut eos introducerent. Tertiò, ut venire tardantes, & recusantes, intrare compellerent. Hoc enim significant illa verba: *Compelle eos intrare*, quæ absque dubio de compulsione intrandi ad Ecclesiam omnes S. Doctores accipiunt, ut constat ex D. Gregor. *homil. 39. in Evang.* Chrysost. *hom. 14. in Luc.* & ex aliis citatis à Franc. Luca; & Joan. Mal-

Maldonat. *ibidem*, & P. Franc. Suar. *d. disp.* 18. *sect.* 3. *num.* 1. Et ante omnes luculenter, & multum in nostræ quæstionis terminis exposuit D. Aug. *in epist.* 204. *ad Donatum Presbyterum*, quæ
96 refertur *in d.* † *cap. displicet* 23. *quæst.* 4. sic inquiens: *Hoc & in illa convivii similitudine satis evidenter ostendit, ubi misit ad invitatos, & venire noluerunt; & ait servo*: Exi in plateas, & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc. *Et ai servus Domino*: Factum est, ut imperasti, & adhuc locus est. *Et ait Domino servo*: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. *Vide nunc, quæ admodum de his, qui prius venerunt, dictum est*: Introduc eos: *nunc dictum est*: Compelle. *Ita significata sunt Ecclesiæ primordia adhuc crescentis, ut essent viræ etiam compellendi*: idem rursus expendit ipse D. Aug. *epist.* 50. *ad Bonif.* relatus *in cap.* 1. 23. *quæst.* 6. hæc in verba prorumpens: *Unde & ipse Dominus ad magnam cœnam suam prius adduci jubet convivas, postea cogi. Nam cum si servi sui respondissent*: Domine, factum est, quod jussisti, & adhuc locus est. Exite, inquit, in vias, & sepes & quoscumque inveneritis, cogite intrare. *In illis ergo, qui primò leniter adducti sunt, completa est prior obedientia: in istis autem, qui coguntur, inobedientia coercetur.*

97 Eamdem † prædicti loci expositionem facit, & specificè ad ipsos Indos, de quibus tractamus accommodat Thom. Bocius Eugub. *de signis Eccles. Dei, lib.* 4. *cap.* 7. & 8. & 9. quem transcribit Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. sal. lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 1. *pag.* 122. & sequit. Fr. Joan. à Torquem. *in Monarch. Ind. lib.* 16. *cap.* 4. Nam ad primum legationem pertinere, inquit, homines divites, qui in suis sedibus, & mediis civitatibus habitabant, ut subjungit D. Matth. *capit.* 22. eamdem parabolam referens, nuntios contemnebant, & occidebant, quales olim Romani fuerunt, dum Imperium eorum florebat, in quo tot Martyrum millia trucidata sunt: & hos tantum vocandos esse Evangelista testatur. Ad secundam verò spectant inopes, cæci, claudi, debiles, qui habitant in plateis, & vicis civitatum, quales fuisse, inquit Paganos & Gentes in Romani Imperii confinibus, quasi in suburbibus, plateis, & vicis apertis degentes, qui non solùm vocari, verùm etiam ad convivium
98 adduci jussi sunt. Ad tertiam denique † legationem referendos esse construit populos maximè omnium barbaros & efferos, qui ad Christum cultumque divinum non solùm vocati sunt, & beneficiis adducti, sed quibusdam etiam licitis modis veluti compulsi, & coacti. Quales fuisse videmus hos barbaros, rudes, & incultos Indorum populos, in sylvis, & horridis locis habitantes, apud quos Evangelicæ prædicationis munus absque vi aliqua, & humanis præsidiis exerceri non potuit.

99 Invenio quoque † eruditissimum Mag. Fr. Lud. Legionens. Augustinian. sacræ Scripturæ apud Salmanticenses olim professorem Primarium, melius adhuc & expressiùs in favorem prædictæ opinionis eamdem parabolam explicuisse. Nam *in commentariis ad Abadiam cap. ult. pagin.* 661. omnem cursum divulgationis Evangelii in illa comprehendi docet, & res esse vocationes, sive tria hominum genera, qui ad nuptiale illud convivium invitati, atque vocati sunt. Primò enim inquit, vocati dicuntur ii, quibus jam antèà per servos suos triclinii magister fore ut vocarentur, prædixerat. Qua vocatione Judæos intelligi tradit. Secundo loco his vocati sunt, & in triclinium introducti, quos per urbis vias, atque plateas vagos atque palantes iidem servi invenerunt; quod de Romanis, & aliis Romano Imperio subditis Gentibus accipiendum notat. Tertio, & ultimo loco, non vocati modò, sed † ut in triclinium etiam ingrederentur, coac- 100
ti sunt hii qui extra urbem per agros vagabantur, quique ruri vitam degebant. Quo inquit, declarabit Christus, futurum ut ultimo mundi tempore, quidam extra Orbem Romanum egressi, progressique ultra notas, & semper pro ultimis habitatas mundi metas, alium Orbem invenirent, agrestibus cultum, & planè feris hominibus. Quos ipsi homines, partim vi, partim doctrina ingredi in Ecclesiam facerent, & à feritate, & immanitate, cultuque idolorum vanissimo, ad mansuetudinem paulatim, & ad vitæ magis humanum cultum emollirent, denique efficerent hujus ut convivii cœlestis participes esse vellent, prout his postremis temporibus in istorum Occidentalium Indorum ad Christum conversione contigisse videmus: in qua, vis quædam est adhibita, non enim Evangelium illis annuntiatum est, ut olim annuntiabatur, per inermes homines, sed armati, aut certè hii, quibus armati præsidio erant, pietatis doctrinam ipsis tradiderunt.

Hactenus Legionensis, qui rursus eamdem alicujus violentiæ necessitatem in hac conversione cognoscit, *in comment. super Cantic. cap.* 8. *pag.* 435. in differentia illarum duarum sororum, quæ ibi proponitur, de qua Ego etiam aliqua dixi *sup. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 39. & idem probat Acosta *de procur. Ind. salut. lib.* 3. *cap.* 13. *pag.* 329. docens, quòd hi barbari, quia imperu magis, quàm judicio feruntur, severitate quadam salutari in Ecclesiam intrare compellendi sunt.

Quibus auctoritatibus congruentissimè & urgentissimè addere possumus aliam, † ex Di- 101
vi Pauli exemplo petitam, qui ut habetur *Act.* 9. cùm Ecclesiam Dei persequeretur, in itinere exæcatus, tremens, atque stupens, dixit: Domine, quid me vis facere? & ad Deum converti coactus est. Unde rectè argumentatur Divus Augustin. † *in dict. capite quis nos* 23. *q.* 4. 102
& in dict. cap. sublimatis. 1. 23. *quæst.* 6. quòd cùm legamus à Christo Paulum esse coactum; benè potest, & debet Ecclesia malos, & infideles sub hac imitatione Domini sui ad bonum, & Fidem adigere. Et quod mirandum est, quomodo ille, qui pœnâ corporis ad Evangelium coactus intravit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Evangelio laboravit. Et quem major timor compulit ad caritatem, ejus perfecta caritas foras misit timorem.

Eamdem argumentationem urget idem August. *dict. cap. displicet.* 24. *quæst.* 3. docens, quod etsi homines liberum arbitrium habeant, non tamen ideò malæ suæ voluntati impune, & crudeliter permittendi sunt; sed ubi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi.

Quare enim Paulus non est permissus uti pessima voluntate, qua persequebatur Ecclesiam; sed prostratus est, ut excæcatus mutaretur: mutatus ut mitteretur: missus, ut qualia facerat in errore, talia pro veritate pateretur. Et hoc etiam sequitur D. Gregor. *homil.* 16. *sup. dict. cap.* 14. D. Lucæ: *Compelle eos intrare.*

Sextò, & ultimò, in favorem ejusdem tituli & sententiæ considero, quod ersi coactione absoluta, & præcisa nullus ad Fidem recipiendam
103 compelli possit, ut infrà dicamus † non ideò tamen improbanda videtur illa receptio Fidei, quæ tamdem voluntariè, suscipitur quamvis metus, & timor belli præcedentis, aut imminentis, vel quælibet alia vis indirecta, & causativa ei forsitan occasionem præbuerit, ut notanter insinuat D.
104 Augustin. *in epistol.* 48. *ad Vincent.* relatus *in* † *cap. vides* 23. *quæst.* 6. ubi concludit, ejusmodi coactiones licitas esse, & interdum efficere, ut *quis timendo, quod non vult pati, vel relinquat impedientem animositatem, vel ignoratam agnoscat veritatem: ut timens, vel respuat falsum, de quo contendebat, vel quærat verum, quod nesciebat, & volens jam teneat, quod nolebat.*

Idem docet *in epist.* 167. *ad Festum*, quæ refertur *in cap. quid faciet* 23. *quæst.* 4. docens, Ecclesiam, *quæ salutem omnium maternam caritate conquirit, tamquam inter phreneticos, & lethargicos æstuans*, medicinali semper severitate curare, ut mali, quamvis inviti, ad bonum cogantur; quia licèt illis, quamdiu ægri sunt, medicina molesta sit, posteà tamen sanati gratulantur.

Et melius *in epist.* 48. ubi prædictos terrores probat, si ad melioris disciplinæ viam aperiendam dirigantur, sic inquiens. *Si terreantur, & non docerentur improba quasi dominatio videretur: & rursus si docerentur, & non terrerentur, vetustate consuetudinis obdurarentur, & ad capessendam viam salutis prius moverentur.*

Quibus similis est text. *in dict. cap. displicet, cap. quis nos cap. non invenitur* 23. *quæst.* 4. & *cap. Sublimatiei* 23. *quæst.* 6. in quorum specie resolvit Archidiac. *ibidem*, Joan. Andr. *in cap.* 2. *de hæret. in* 6. & Marquard. *dict. tractat. de infidel. cap.* 14. *num.* 1. *pag.* 57. vim talem non esse
105 vitio vertendam, quia † ex eo quòd multoties agitur secundùm rationem, etiam contra nolentes, imprimitur forma rationis in vi appetitiva, quæ impressio nihil aliud est, quam virtus moralis. Et ad eam respiciens D. Greg. Mag. *lib.* 3. *epistol.* 26. *ad Januar. Episcop.* Caralitan. quæ habetur *in*
106 † *cap. jam verò* 23. *quæst.* 6. docet, homines rusticos, & ignaros, *qui, tantæ perfidiæ, & obstinationis sunt, ut ad Deum minimè venire consentiant, tanto pœnitentiæ onere grabandos esse, ut ipsa exactionis suæ pœna compellantur ad rectitudinem festinare.* Et *lib.* 4. *epist.* 6. inquit, † ex ta-
107 li coactione magnum commodum sperari posse. Nam, licet fortasse illi qui coguntur, minus fideliter, aut fictè convertantur: eorum successores, qui multo plures erunt, facilius credent, & multi parvuli innocentes per Baptismum salvabuntur. Quod etiam considerat Joseph. Acosta *de procur. Ind. sal. lib.* 1. *cap.* & Pat. Suar. *dict. tract. de Fide, disp.* 18. *sect.* 3. *num.* 1. & 2. *in fine.*

Neque deficiunt exempla, quibus hoc satis
108 commodè comprobatur. Nam de † Constantino

Cæsare, Theodosio Magno, & aliis Romanis Imperatoribus legimus, plurima bella adversus Paganos, hæreticos, apostatas, Judæos, Cœlicolas & alios infideles suscepisse, ut Romanum Imperium à perversis erroribus, & idolorum cultibus liberarent, & Domino nostro Jesu Christo, ejusque sanctæ & Apostolicæ Ejdei, omnes sub eo degentes adjicerent. Quæ bella plenè commemorat hist. Eccles. *lib.* 10. *ex cap.* 9. & Illustr. Cardin. Baron. *in Annal. Eccles. anno Christi* 326. & *seq.*

Et similiter iidem imperatores plures leges tulerunt, ut prædicti errores cessarent, & subditi sui, pœnis, & præmiis propositis, ore, atque humero uno, Dei veri veram, & puram Religionem, piè, purè, & verè, ut oportebat, ubique profiterentur. De quibus legibus agitur, *in titulis C. de sum. Trinit. & Fide Cathol.* de *Hæreticis*, & *Manichæis*, & *Samaritis*: de *Apostatis*, de *Judæis* & *Cœlicolis*, de *Paganis*, & *sacrificiis* & *templis* & *in l.* 2. 4. 6. & 7. *eodem tit. de Paganis in C. Theodosian.* Quas † leges eximiè laudat, & ex- 109
tolit. D. August. *in dict. cap. non invenitur, vers. Quis enim nostum, & in cap. ad Fidem* 23. *quæst.* 5. & *in dict. cap. vides* 23. *quæst.* 6. ibi: *Ad unitatem Catholicam timore legum Imperialium conversa est*, D. Amb. *epist.* 30. & Joan. Azor. 1. *tit. instit. Moral. lib.* 8. *c.* 24. *quæst.* 5.

Et *in cap. hortatu.* 23. *quæst.* 8. legimus, hortatu, & precibus Adriani Romanæ urbis Episcopi, Carolum † Magnum Francorum Regem, bel- 110
lum contra Longobardos suscepisse, ut eorum impietates, & idololatrias cohiberet; cujus text. meminit D. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 2. *vers. Tertiò pretera.* Eademque de causa Saxones etiam debellavit, ut tradit Marquar. *dict. cap.* 14. *vers. Non obstat*, & Eguinar. Paul. Æmil. Almoin. Gaguin. & Mason. in ejus vita.

Hinc † & Justinianus Imperator, ut Paulus 111
Diaconus in ejus vita recenset, tertio sui Imperii anno legem tulit, qua ex suæ ditionis terris Paganos, & hæreticos exclusit, datis induciis trium mensium, ut si vellent, ad Christum converterentur.

Siseburtus † quoque Hispaniæ Rex anno Do- 112
mini circiter 616. Judæos omnes in Hispania degentes, ad suscipiendum Baptismum, sub gravissimarum pœnarum interminatione, coegit, eaque re nonaginta millia hominum aversa à pestifera illa secta referuntur, ut constat ex Concil. Toler. 4. *cap.* 56. relato *in cap. de Judæis* 45. *distinct. & in cap. maiores, vers. Item quæritur, de Baptismo*: ubi tamen nihilominus Rex idem *Religiosissimus* appellatur.

Cujus actionem imitati Dagobertus Philippus Pulcher, & alii Galliæ, & Angliæ Reges, & Sabaudiæ, & Mediolani Duces, idem in suis Regnis, & dominiis jusserunt, ut scribunt Jacob. Meyer. *histor. Oland. lib.* 1. Camill. Borrell. *de præstan. Reg. Cathol. cap.* 96. *num.* 43. Just. Lips. *in lib. de una Relig. adversus Dialogist. versic. Divinum illud*, Guillelm. Bened. *in c. Raynuntius de testam. verbo. Duas habens filias, n.* 97. Majol. *in colloq. de perfid. Jud. pag.* 33. & 60. Vicent. *in speculo historiali, lib.* 2. *cap.* 25. Abexea *in repetit. cap. Canonum. statuta, de constit. num.* 254. & *sequenti*, Carol. Tapia *in* 1. *lib. jur. Regni sup. prag.* 2. *de Judæis, num.* 1. & *sequent.* Stephan. Gratian. qui de his, & aliis Judæorum ex variis provinciis ex-

pulsionibus agit *in* 4. *part. discept. forens. c.* 658. & alii, quos citabimus *infrà cap.* 18. *num.* 51. & novissime Ant. Mornac. *in notis ad leg.* 4. *ff. de feriis & ad l.* 33. *C. de Episcop. & Cler. pag.* 94. & Fr. Jacob. Bleda *in histor. Mauror. lib.* 1. *capit.* 12.

Quod non est mirandum à Christianis Princi-
113 pibus factum, † cùm de Tiberio Cæsare memoret Tacitus *lib.* 2. *Annal.* eosdem Judæos Urbe Roma expulisse, istorumque sacrificia interdixisse.

Sed hæc tamen cura, Hispanorum Regum
114 magis propria fuisse † videtur, cùm sub ipsis regnandi auspiciis, hac de re Sacramentum præstarent, ut patet ex Concil. Tolet. 6. *c.* 8. cui S. Eugenius Toletan. Archiepiscop. præfuit, ubi hoc ita constitutum reperitur *Inspiramine summi Dei, excellentissimus, & Christianissimus Princeps, ardore Fidei inflammatus, cum Regni sui Sacerdotibus, prævaricationes, & superstitiones Judæorum eradicare voluit funditus, nec sivit degere in Regno suo eum, qui non sit Catholicus: & ut quisquis successentium temporum Regni sortitus fuerit apicem non antè conscendat Regiam sedem, quam inter reliqua conditionum Sacramenta politicus fuerit, nullam non Catholicam in Regno suo*
115 *se permissurum.* Cujus † Canonis, cùm summa ejus laude, & commendatione meminerunt Albertin. *in rubr. de hæret. in* 6. *q.* 3. *n.* 6. *& seq.* Luc. Marin. Sicul. *de reb. Hispan. l.* 19. Simanc. *in Cathol. instit. tit.* 35. *num.* 9. Azor. *d. c.* 24. *q.* 4. & Illustr. Garsias à Loaisa in notis eruditissimis, quas ad Hispaniæ Concilia vulgavit, Bleda *in d. hist. Maur. lib.* 8. *cap.* 2. *pag.* 973. & novissimè atque elegantissimè Pet. Fern. Navarret. *in dictert. Politicis, c.* 7. Et cùm illis implementum lapsu, & malitia temporum obliteraretur cœpisset, tandem renovatum fuit per cele-
116 bratissimum illud † edictum Regum Catholicorum Ferdinandi, & Elisabeth. qui ut habetur *in l.* 2. 3. *&* 4. *tit.* 2. *lib.* 8. *Recopil.* plus quàm octoginta Judæorum & Maurorum millia è toto suo Regno intra quadrimestre exulare jusserunt, quia Baptismi optionem sibi oblatam recipere recusarunt, & ut Emmanuel Lusitaniæ Rex, eorum gener, idem faceret obtinuerunt. Quod factum referunt, & tamquam sapientissimum laudant plurimi auctores, quos *infrà c.* 18. *num.* 51. reperies, Picus Mirandulan. *lib.* 5. *adversus Astronom.* Valera, Nebrissens. Tarapha, Mariana, & alii *in vita Regum Cathol.* Zurita *ibidem lib.* 1. *c.* 6. idem Zurita *lib.* 2. *Annal. cap.* 2. *anno* 1492. Albertin. & Simancas *ubi suprà, n.* 8. Illesc. *in histor. Pontif.* 2. *part. lib.* 6. *c.* 20. §. 2. & plurimi alii congesti per Cenedum in *collectan.* 15. *ad Decretal. n.* 2. Didac. Valdes *de Dignitate Reg. Hispaniarum, cap.* 19. *n.* 68. *fol.* 171. eruditissimo Dom. Greg. Lopez Madera *in Monarchia Hisp. c.* 6. *fol.* 41. Simon Majol. *in colloq. de perfidia Judæorum, pag. mihi* 188. Pat. Gordon. *in Chronograph. anno* 1492. *pag.* 441. Fr. Joan. à Ponte *In conven. utriusque Monarch. lib.* 1. *c.* 8. *p.* 47. *&* 50. *& lib.* 3. *c.* 3. *pag.* 21. *&* 22. Fr. Jacob. Bleda *in histor. Mauror. lib.* 5. *cap.* 27. Pet. Aznar. *in histor. expuls. Morisc.* 2. *part. cap.* 5. *&* 6. Bernard. de Aldrete *de antiq. Hispan. lib.* 3. *cap.* 28. *pag.* 464. & Camill. Borrel. *d. c.* 69. *per totum*, & præcipuè *n.* 44. & Petr. Ferdin. Navarrete *dict. discurs.* 2. ubi referunt † Bajacetem Turcarum Imperatorem, Ju-117 dæos à Regibus Catholicis, & Emmanuele expulsos, in suo Imperio alacriter recepisse, & barbaro ingenio suo, præclarum illud facinus succensentem, eorum stoliditatem, sive imprudentiam mirari dixisse, quod se tantis viribus voluntariè privaverint. Quod longè magis mirari potuisset in novissima Maurorum expulsione anni 1610. de qua *infrà cap.* 19. *num.* 92. sermonem habebimus.

CAPUT XVII.

De Auctoritatibus, & argumentis, quibus præcedens titulus debellationis Indorum ob solam cautam Fidei, & Ecclesiæ propagandæ, reprobari, & infirmari videtur.

SUMMARIUM.

1 *Infideles nullo modo, ob fidem propagandam, & recipiendam, debellari, aut compelli posse, plurimi Auctores sentiunt, quorum dicta latè expenduntur.*
2 *Indos Occidentales causa Fidei introducendæ, & propagandæ, debellari non posse qui specialiter tractent.*
3 *Judæi etiam ubi tolerantur, non sunt per vim ad Fidem cogendi, imò neque facilè admittendi.*
4 *Baptismi Character non imprimitur, ubi quis ad illum recipiendum per vim, & metum absolutè compellitur.*
5 *Vim & metum longè abesse debere à conversione Judæorum, & aliorum infidelium etiam Christianis subditorum, passim admonent sancti Patres.*
6 Cap. ad Fidem 23. q. 1. cap. qui sincera, dist. 46. & cap. sicut, de Judæis perpenduntur, & illustrantur.
7 *D. Gregor. qualiter aliquos Prælatos monuerit, & reprehenderit, qui Judæos etiam Christianis contumeliosos, puniebant, & Fidem profiteri cogebant.*
8 Cap. de Judæis 45. dist. & alia Conciliorum decreta, quæ Judæos invitos baptizari vetant commemorantur.
9 *Conversionem, sive receptionem Fidei per vim extortam damnosam, & illicitam esse, plurimi Auctores tradunt, qui recenseantur.*
10 *Vocationibus divinis parere, aut non parere, Deus in nostra voluntate reliquit.*
11 *Velle credere est munus animæ, & ad id nemo cogi potest, nec debet.*
12 *Homo cætera potest nollens, credere non nisi volens*, proverbialis sententia D. Augustin.
13 *Religio imperari non potest, quia voluntaria esse debet, & nemo cogitur, ut credat invitus*, ex Lactant. Casiod. & aliis.
14 *Fides suadenda est, non imperanda* ex Div. Bernard. Athanas. Ambros. & Chrisost.
15 Psalm. 33. vers. 12. *exponitur.*
16 *Milites voluntarios vult Deus.*
17 *Nemo potest venire ad Fidem, nisi Deus traxerit eum*, Joan. 6.
18 *Fides ratione naturali non est demonstrabilis, & requirit spontaneam voluntatem divinitus per gratiam motam.*
19 D. Paul. ad Galat. 4. *dum inquit, eos, qui adnovam legem pertinent, filios liberæ esse, qualiter accipiatur.*
20 *Liberum arbitrium Deus hominibus dedit, & in eo ipsorum convertionem, vel damnationem reliquit.*
21 *Amicus nemo invitus fieri debet.*
22 *Victimam involuntariam, vel reluctantem à sacrificiis rejiciebant Romani.*

Fi-

23 *Filii parvuli Judæorum, & aliorum infidelium, etiam nobis subditorum, invitis parentibus, baptizari non debent. Et quare.*
24 *Auctores plurimi ex Theologis, & Juristis recensentur, qui indistinctè tenent, filios parvulos infidelium, invitis parentibus baptizari non debere.*
25 *Ecclesia numquam consuevit, parvulos infidelium, parentibus invitis, baptizare.*
26 *Julius III. speciatiter sanxit, ne parvuli infidelium à parentibus auferrentur, vel eis invitis baptizarentur.*
27 *Infideles secundùm veriorem, & communionem opinionem habent jura, & effectus patriæ potestatis.*
28 *Filii familiæ* ex lege duodecim tab. *sacra, & religionem parentum sequi debebant.*
29 *Filii sub patria potestate constituti, cur in sacris paternis esse dicerentur.*
30 *Pater filio venerandum quoddam simulacrum videri debet.*
31 *Matres non habent filios in potestate.*
32 *Pater infidelis, si moriatur an possit ejus filius parvulus baptizari, invita matre, vel invitis tutoribus, & quid si adsit avus paternus.*
33 *Filii parvuli Judæorum, ubi parentes longè ab eis absunt, benè possunt citra eorum voluntatem baptizari.*
34 *Filii parvuli servorum nostrorum an parentibus invitis baptizari possint.*
35 *Concilium Toletanum* 17. cap. 8. *agens de baptismo parvulorum ex nostris servis vel ancillis natorum, expenditur.*
36 *Filios parvulos servorum nostrorum an liceat alienare, ut fiant Christiani*, remissivè.
37 *Filii infidelium mentis capaces benè possunt, si ipsi velint, invitis parentibus baptizari.*
38 *Mater si fidelis sit, & pater infidelis, sufficit consensus matris, ut filius, etiam invito patre, baptizari possit.*
39 *Filii parvuli hæreticorum, vel in extremo vitæ periculo constituti, benè possunt invitis parentibus baptizari.*
40 *Baptismus, licèt parvulis infidelium parentibus invitis conferri non debeat, semel tamen collatus valet, & tenet, & amplius parentibus tradendi non sunt.*
41 *Multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur.*
42 *Infideles, qui ipsi baptizari nolunt, an suaderi possint, ut filios suos efferant baptizandos.*
43 *Ecclesia numquam videtur concessisse fidelibus potestatem cogendi infideles ad Fidem, aut eos propter Fidem debellandi.*
44 *D. Paul.* 1. Corinth. 5. & ad Thessal. 4. *de his qui foris sunt, id est, infidelibus, judicare vetat.*
45 *Christi omnis actio nostra est institutio.*
46 *Apostoli, in quorum locum Prædicatores succedunt, qualiter à Christo missi, ac instructi fuerint ad prædicandum.*
47 *Evangelistarum loca de missione Apostolorum loquentia* cum D. Hieronym. Ambros. & aliis *explicantur.*
48 *Coactio infidelium ad Fidem, Christianæ religioni adversatur.*
49 Cap. quid autem 5. distinct. *explicatur.*
50 *Prædicationem, quæ minis, & verberibus fit, novam & inauditam vocat Divus Gregorius.*
51 *Prædicatores, qui non procedunt more, mansuetudine, & humilitate Apostolorum qualiter reprehendant D. Chrysostom. & Ambros.*
52 *Apostoli non cogendo, sed docendo, non terrendo, sed patiendo Ecclesiam plantarunt, & dilatarunt.*
53 *Martyrum sanguinis, & Sanctorum patientia, & afflictiones Ecclesiæ Dei semina fuerunt.*
54 *D. Petrus qualiter miserit Marcialem, & socios ad prædicandum in* Germaniam, *& D. Gregorius* Melitum, *Augustinum, & Joannem* in Angliam.
55 *Angli in Fidei Catholicæ receptione, Hispanis, & Gallis se antiquiores esse contendunt.*
56 *Argumentum, quod sumitur ex actionibus, & exemplis Christi, vel Apostolorum, aut ex antiqua Ecclesiæ usu, & traditione urgentissimum est.*
57 *Ecclesia numquam reperitur, infideles nolentes per vim tibi subjecisse, vel ad Fidem coegisse.*
58 *Deus fuisse mutatum, aut aliam nunc formam prædicationis, quàm olim, exerceri velle, credendum non est.*
59 *Schedulæ aliquæ Regiæ expenduntur, quibus jubetur, ut in prædicatione, & conversione Indorum Apostolico more procedatur.*
60 *Fidem per metum armorum & terrorem inducere, & propagare, quamvis licitum esset, adhuc tamen his meditis uti non expediret.*
61 *Infideles, qui nihil de Fide audierunt, infidelitatem negativam* inculpabilem *habent.*
62 *Scandala maxima ex bellis, ratione Fidei suscipiendæ illatis oriuntur.*
63 *Scandali vitandi ratione, plura excutari debent, quæ alioquì legitimè fierent.*
64 *Princeps non punitur, ubi timetur de scandalo.*
65 *Excommunicandus aliàs excommunicari non debet, si de scandalo timeatur.*
66 *Ritus infidelium aliquando tolerat Ecclesia, majoris mali, vel scandali vitandi causa.*
67 *Fidei prædicationi, & suasioni nihil magis officere potest, quàm bellum, & violentia.*
68 *Christi legem annuntiantes caritate niti debent.*
69 *Caritas perfecta foras mittit timorem.*
70 *Indi, & alii infideles, Christi legem odio habebunt, & blasphemabunt, & apostatabunt, si violenter prædicetur & introducatur.*
71 *Indi Novæ Hispaniæ exosum habuerunt nomen Christianorum, propter damna, quæ ab aliquibus eorum acceperant.*
72 *Matrimonia coacta difficiles exitus generare solent.*
73 *Fidem qui simulant, cùm eam verè non receperint, immane sacrilegium admittunt, & qui eos ad id compellunt.*
74 *Christi lex, & Fides, in mansuetudine, & suavitate prædicationis, differt à lege Mahometi.*
75 *Fides Catholica, sola mansuetudine, & veritatis energia vicit mundum.*
76 *Fides nostra, quia in aliquibus Indiarum partibus more Apostolico prædicata non fuit, plura mala contigerunt, & Hispani ab exteris notati sunt.*
77 B. Fr. Michael Benavides *Archiepiscopus de Manila qualiter doleret de modo conversionis Indorum.*
78 *Verba D. Vincentii circa differentiam evangelicæ legis, & Mahometi.*
79 *Deus semper ubi Fidem suam propagari voluit, media, & tempora pacifica elegit.*
80 *Pax summa erat in toto Orbe tempore Nativitatis Christi, & ad hoc Prophetiæ aliquæ Oseæ, Michææ, & Isaiæ expenduntur.*
81 *Jani templum clausum fuit tempore Nativitatis Christi, quod non nisi in summa pace claudi solebat.*
82 *Virgilii carmina de templo Jani claudendo illustrantur.*
83 *Pacis descriptio ab Isaia tradita de gladiis, & lanceis in vomeres, & falces conversis elegantissima est, & aliis locis similibus exornatur.*
84 *Martialis* epig. 34. lib. 14. *cui titulus*, Falx ex ense, *explicatur.*
85 *Evangelii lex hominem non ad bellum & sanguinis effusionem inflammat, sed potius ad pacem adducit.*
86 *Arnobii elegans locus de suavitate legis Christi, & pace per illam in Orbem allata, perpenditur.*
87 *Zachariæ locus cap.* 14. Quod super frænum equi est Sanctum Domino, *explicatur.*
88 *Constantinus Magnus unum ex clavis Crucis Christi in freno equi sui posuit.*
89 *Ingenia hominum melius suavi, & facili fræno reguntur*, ex Seneca.
90 *Lex Christi maximam libertatem, & suavitatem in sui introductione requirit.*
91 *Vis, & metus multum minuunt de voluntario, imò consensum excludunt.*
92 *Fidei in propagatione, qui se plus vi, & armis, quàm suavitate, & patientia profuturos putant, graviter errant.*
93 *Infidelibus ut ad Fidem alliciantur, blandiendum, non ira-*

pulsionibus agit *in* 4. *part. discept. forens. c.* 658. & alii, quos citabimus *infrà cap.* 18. *num.* 51. & novissime Ant. Mornac. *in notis ad leg.* 4. *ff. de feriis & ad l.* 33. *C. de Episcop. & Cler. pag.* 94. & Fr. Jacob. Bleda *in histor. Mauror. lib.* 1. *capit.* 12.

Quod non est mirandum à Christianis Princi-
113 pibus factum, † cùm de Tiberio Cæsare memoret Tacitus *lib.* 2. *Annal.* eosdem Judæos Urbe Roma expulisse, istorumque sacrificia interdixisse.

Sed hæc tamen cura, Hispanorum Regum
114 magis propria fuisse † videtur, cùm sub ipsis regnandi auspiciis, hac de re Sacramentum præstarent, ut patet ex Concil. Tolet. 6. *c.* 8. cui S. Eugenius Toletan. Archiepiscop. præfuit, ubi hoc ita constitutum reperitur *Inspiramine summi Dei, excellentissimus, & Christianissimus Princeps, ardore Fidei inflammatus, cum Regni sui Sacerdotibus, prævaricationes, & superstitiones Judæorum eradicare voluit funditus, nec sivit degere in Regno suo eum, qui non sit Catholicus: & ut quisquis successentium temporum Regni sortitus fuerit apicem non antè conscendat Regiam sedem, quam inter reliqua conditionum Sacramenta politicus fuerit, nullam non Catholicam in Regno suo*
115 *se permissurum.* Cujus † Canonis, cùm summa ejus laude, & commendatione meminerunt Albertin. *in rubr. de hæret. in* 6. *q.* 3. *n.* 6. *& seq.* Luc. Marin. Sicul. *de reb. Hispan. l.* 19. Simanc. *in Cathol. instit. tit.* 35. *num.* 9. Azor. *d. c.* 24. *q.* 4. & Illustr. Garsias à Loaisa in notis eruditissimis, quas ad Hispaniæ Concilia vulgavit, Bleda *in d. hist. Maur. lib.* 8. *cap.* 2. *pag.* 973. & novissimè atque elegantissimè Pet. Fern. Navarret. *in dictert. Politicis, c.* 7. Et cùm illis implementum lapsu, & malitia temporum obliteraretur cœpisset, tandem renovatum fuit per cele-
116 bratissimum illud † edictum Regum Catholicorum Ferdinandi, & Elisabeth. qui ut habetur *in l.* 2. 3. *&* 4. *tit.* 2. *lib.* 8. *Recopil.* plus quàm octoginta Judæorum & Maurorum millia è toto suo Regno intra quadrimestre exulare jusserunt, quia Baptismi optionem sibi oblatam recipere recusarunt, & ut Emmanuel Lusitaniæ Rex, eorum gener, idem faceret obtinuerunt. Quod factum referunt, & tamquam sapientissimum laudant plurimi auctores, quos *infrà c.* 18. *num.* 51. reperies, Picus Mirandulan. *lib.* 5. *adversus Astronom.* Valera, Nebrissens. Tarapha, Mariana, & alii *in vita Regum Cathol.* Zurita *ibidem lib.* 1. *c.* 6. idem Zurita *lib.* 2. *Annal. cap.* 2. *anno* 1492. Albertin. & Simancas *ubi suprà, n.* 8. Illesc. *in histor. Pontif.* 2. *part. lib.* 6. *c.* 20. §. 2. & plurimi alii congesti per Cenedum in *collectan.* 15. *ad Decretal. n.* 2. Didac. Valdes *de Dignitate Reg. Hispaniarum, cap.* 19. *n.* 68. *fol.* 171. eruditissimo Dom. Greg. Lopez Madera *in Monarchia Hisp. c.* 6. *fol.* 41. Simon Majol. *in colloq. de perfidia Judæorum, pag. mihi* 188. Pat. Gordon. *in Chronograph. anno* 1492. *pag.* 441. Fr. Joan. à Ponte *In conven. utriusque Monarch. lib.* 1. *c.* 8. *p.* 47. *&* 50. *& lib.* 3. *c.* 3. *pag.* 21. *&* 22. Fr. Jacob. Bleda *in histor. Mauror. lib.* 5. *cap.* 27. Pet. Aznar. *in histor. expuls. Morisc.* 2. *part. cap.* 5. *&* 6. Bernard. de Aldrete *de antiq. Hispan. lib.* 3. *cap.* 28. *pag.* 464. & Camill. Borrel. *d. c.* 69. *per totum*, & præcipuè *n.* 44. & Petr. Ferdin. Navarrete *dict. discurs.* 2. ubi referunt † Bajacetem Turcarum Imperatorem, Ju-117 dæos à Regibus Catholicis, & Emmanuele expulsos, in suo Imperio alacriter recepisse, & barbaro ingenio suo, præclarum illud facinus succensentem, eorum stoliditatem, sive imprudentiam mirari dixisse, quod se tantis viribus voluntariè privaverint. Quod longè magis mirari potuisset in novissima Maurorum expulsione anni 1610. de qua *infrà cap.* 19. *num.* 92. sermonem habebimus.

CAPUT XVII.

De Auctoritatibus, & argumentis, quibus præcedens titulus debellationis Indorum ob solam cautam Fidei, & Ecclesiæ propagandæ, reprobari, & infirmari videtur.

SUMMARIUM.

1 *Infideles nullo modo, ob fidem propagandam, & recipiendam, debellari, aut compelli posse, plurimi Auctores sentiunt, quorum dicta latè expenduntur.*
2 *Indos Occidentales causa Fidei introducendæ, & propagandæ, debellari non posse qui specialiter tractent.*
3 *Judæi etiam ubi tolerantur, non sunt per vim ad Fidem cogendi, imò neque facilè admittendi.*
4 *Baptismi Character non imprimitur, ubi quis ad illum recipiendum per vim, & metum absolutè compellitur.*
5 *Vim & metum longè abesse debere à conversione Judæorum, & aliorum infidelium etiam Christianis subditorum, passim admonent sancti Patres.*
6 Cap. ad Fidem 23. q. 1. cap. qui sincera, dist. 46. & cap. sicut, de Judæis perpenduntur, & illustrantur.
7 *D. Gregor. qualiter aliquos Prælatos monuerit, & reprehenderit, qui Judæos etiam Christianis contumeliosos, puniebant, & Fidem profiteri cogebant.*
8 Cap. de Judæis 45. dist. & alia Conciliorum decreta, quæ Judæos invitos baptizari vetant commemorantur.
9 *Conversionem, sive receptionem Fidei per vim extortam damnosam, & illicitam esse, plurimi Auctores tradunt, qui recenseantur.*
10 *Vocationibus divinis parere, aut non parere, Deus in nostra voluntate reliquit.*
11 *Velle credere est munus animæ, & ad id nemo cogi potest, nec debet.*
12 *Homo cætera potest nollens, credere non nisi volens*, proverbialis sententia D. Augustin.
13 *Religio imperari non potest, quia voluntaria esse debet, & nemo cogitur, ut credat invitus*, ex Lactant. Casiod. & aliis.
14 *Fides suadenda est, non imperanda* ex Div. Bernard. Athanas. Ambros. & Chrisost.
15 Psalm. 33. vers. 12. *exponitur.*
16 *Milites voluntarios vult Deus.*
17 *Nemo potest venire ad Fidem, nisi Deus traxerit eum*, Joan. 6.
18 *Fides ratione naturali non est demonstrabilis, & requirit spontaneam voluntatem divinitus per gratiam motam.*
19 D. Paul. ad Galat. 4. *dum inquit, eos, qui adnovam legem pertinent, filios liberæ esse, qualiter accipiatur.*
20 *Liberum arbitrium Deus hominibus dedit, & in eo ipsorum convertionem, vel damnationem reliquit.*
21 *Amicus nemo invitus fieri debet.*
22 *Victimam involuntariam, vel reluctantem à sacrificiis rejiciebant Romani.*

Fi-

23 *Filii parvuli Judæorum, & aliorum infidelium, etiam nobis subditorum, invitis parentibus, baptizari non debent. Et quare.*
24 *Auctores plurimi ex Theologis, & Juristis recensentur, qui indistinctè tenent, filios parvulos infidelium, invitis parentibus baptizari non debere.*
25 *Ecclesia numquam consuevit, parvulos infidelium, parentibus invitis, baptizare.*
26 *Julius III. speciatiter sanxit, ne parvuli infidelium à parentibus auferrentur, vel eis invitis baptizarentur.*
27 *Infideles secundùm veriorem, & communionem opinionem habent jura, & effectus patriæ potestatis.*
28 *Filii familiæ* ex lege duodecim tab. *sacra, & religionem parentum sequi debebant.*
29 *Filii sub patria potestate constituti, cur in sacris paternis esse dicerentur.*
30 *Pater filio venerandum quoddam simulacrum videri debet.*
31 *Matres non habent filios in potestate.*
32 *Pater infidelis, si moriatur an possit ejus filius parvulus baptizari, invita matre, vel invitis tutoribus, & quid si adsit avus paternus.*
33 *Filii parvuli Judæorum, ubi parentes longè ab eis absunt, benè possunt citra eorum voluntatem baptizari.*
34 *Filii parvuli servorum nostrorum an parentibus invitis baptizari possint.*
35 *Concilium Toletanum* 17. cap. 8. *agens de baptismo parvulorum ex nostris servis vel ancillis natorum, expenditur.*
36 *Filios parvulos servorum nostrorum an liceat alienare, ut fiant Christiani*, remissivè.
37 *Filii infidelium mentis capaces benè possunt, si ipsi velint, invitis parentibus baptizari.*
38 *Mater si fidelis sit, & pater infidelis, sufficit consensus matris, ut filius, etiam invito patre, baptizari possit.*
39 *Filii parvuli hæreticorum, vel in extremo vitæ periculo constituti, benè possunt invitis parentibus baptizari.*
40 *Baptismus, licèt parvulis infidelium parentibus invitis conferri non debeat, semel tamen collatus valet, & tenet, & amplius parentibus tradendi non sunt.*
41 *Multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur.*
42 *Infideles, qui ipsi baptizari nolunt, an suaderi possint, ut filios suos efferant baptizandos.*
43 *Ecclesia numquam videtur concessisse fidelibus potestatem cogendi infideles ad Fidem, aut eos propter Fidem debellandi.*
44 *D. Paul.* 1. Corinth. 5. & ad Thessal. 4. *de his qui foris sunt, id est, infidelibus, judicare vetat.*
45 *Christi omnis actio nostra est institutio.*
46 *Apostoli, in quorum locum Prædicatores succedunt, qualiter à Christo missi, ac instructi fuerint ad prædicandum.*
47 *Evangelistarum loca de missione Apostolorum loquentia* cum D. Hieronym. Ambros. & aliis *explicantur.*
48 *Coactio infidelium ad Fidem, Christianæ religioni adversatur.*
49 Cap. quid autem 5. distinct. *explicatur.*
50 *Prædicationem, quæ minis, & verberibus fit, novam & inauditam vocat Divus Gregorius.*
51 *Prædicatores, qui non procedunt more, mansuetudine, & humilitate Apostolorum qualiter reprehendant D. Chrysostom. & Ambros.*
52 *Apostoli non cogendo, sed docendo, non terrendo, sed patiendo Ecclesiam plantarunt, & dilatarunt.*
53 *Martyrum sanguinis, & Sanctorum patientia, & afflictiones Ecclesiæ Dei semina fuerunt.*
54 *D. Petrus qualiter miserit Marcialem, & socios ad prædicandum in* Germaniam, *& D. Gregorius* Melitum, *Augustinum, & Joannem* in Angliam.
55 *Angli in Fidei Catholicæ receptione, Hispanis, & Gallis se antiquiores esse contendunt.*
56 *Argumentum, quod sumitur ex actionibus, & exemplis Christi, vel Apostolorum, aut ex antiqua Ecclesiæ usu, & traditione urgentissimum est.*
57 *Ecclesia numquam reperitur, infideles nolentes per vim tibi subjecisse, vel ad Fidem coegisse.*
58 *Deus fuisse mutatum, aut aliam nunc formam prædicationis, quàm olim, exerceri velle, credendum non est.*
59 *Schedulæ aliquæ Regiæ expenduntur, quibus jubetur, ut in prædicatione, & conversione Indorum Apostolico more procedatur.*
60 *Fidem per metum armorum & terrorem inducere, & propagare, quamvis licitum esset, adhuc tamen his meditis uti non expediret.*
61 *Infideles, qui nihil de Fide audierunt, infidelitatem negativam* inculpabilem *habent.*
62 *Scandala maxima ex bellis, ratione Fidei suscipiendæ illatis oriuntur.*
63 *Scandali vitandi ratione, plura excutari debent, quæ alioquì legitimè fierent.*
64 *Princeps non punitur, ubi timetur de scandalo.*
65 *Excommunicandus aliàs excommunicari non debet, si de scandalo timeatur.*
66 *Ritus infidelium aliquando tolerat Ecclesia, majoris mali, vel scandali vitandi causa.*
67 *Fidei prædicationi, & suasioni nihil magis officere potest, quàm bellum, & violentia.*
68 *Christi legem annuntiantes caritate niti debent.*
69 *Caritas perfecta foras mittit timorem.*
70 *Indi, & alii infideles, Christi legem odio habebunt, & blasphemabunt, & apostatabunt, si violenter prædicetur & introducatur.*
71 *Indi Novæ Hispaniæ exosum habuerunt nomen Christianorum, propter damna, quæ ab aliquibus eorum acceperant.*
72 *Matrimonia coacta difficiles exitus generare solent.*
73 *Fidem qui simulant, cùm eam verè non receperint, immane sacrilegium admittunt, & qui eos ad id compellunt.*
74 *Christi lex, & Fides, in mansuetudine, & suavitate prædicationis, differt à lege Mahometi.*
75 *Fides Catholica, sola mansuetudine, & veritatis energia vicit mundum.*
76 *Fides nostra, quia in aliquibus Indiarum partibus more Apostolico prædicata non fuit, plura mala contigerunt, & Hispani ab exteris notati sunt.*
77 B. Fr. Michael Benavides *Archiepiscopus de Manila qualiter doleret de modo conversionis Indorum.*
78 *Verba D. Vincentii circa differentiam evangelicæ legis, & Mahometi.*
79 *Deus semper ubi Fidem suam propagari voluit, media, & tempora pacifica elegit.*
80 *Pax summa erat in toto Orbe tempore Nativitatis Christi, & ad hoc Prophetiæ aliquæ Oseæ, Michææ, & Isaiæ expenduntur.*
81 *Jani templum clausum fuit tempore Nativitatis Christi, quod non nisi in summa pace claudi solebat.*
82 *Virgilii carmina de templo Jani claudendo illustrantur.*
83 *Pacis descriptio ab Isaia tradita de gladiis, & lanceis in vomeres, & falces conversis elegantissima est, & aliis locis similibus exornatur.*
84 *Martialis* epig. 34. lib. 14. *cui titulus*, Falx ex ense, *explicatur.*
85 *Evangelii lex hominem non ad bellum & sanguinis effusionem inflammat, sed potius ad pacem adducit.*
86 *Arnobii elegans locus de suavitate legis Christi, & pace per illam in Orbem allata, perpenditur.*
87 *Zachariæ locus cap.* 14. Quod super frænum equi est Sanctum Domino, *explicatur.*
88 *Constantinus Magnus unum ex clavis Crucis Christi in freno equi sui posuit.*
89 *Ingenia hominum melius suavi, & facili fræno reguntur*, ex Seneca.
90 *Lex Christi maximam libertatem, & suavitatem in sui introductione requirit.*
91 *Vis, & metus multum minuunt de voluntario, imò consensum excludunt.*
92 *Fidei in propagatione, qui se plus vi, & armis, quàm suavitate, & patientia profuturos putant, graviter errant.*
93 *Infidelibus ut ad Fidem alliciantur, blandiendum, non ira-*

irarcendum, multis Sanctorum Patrum testimoniis probatur.

94 *Prædicatorum bona, & exemplaris vita plus movet infideles ad Fidem amplectendam, quàm vis, & metus armorum.*

95 *Gentiles veritatem dogmatum Fidei magis ex rebus, & exemplis, quàm ex verbis judicare solent.*

96 *Prædicatores Fidei quantum moveant ad benè vivendum D. Petr. Paul. Hieron. Chrysost. & alii, qui referuntur.*

97 *Prædicatores Apostolici quibus virtutibus eminere debeant, remissivè.*

98 *D. Chrysostom. locus de signis boni Prædicatoris.*

PRædictis quidem argumentis, & auctoritatibus superior titulus ita probatus, & fulcitus relinquitur, ut vix contrariæ sententiæ aditus patere videatur. Sed nihilominus, sunt etiam in hoc, ut & in aliis, plurimi, & gravissimi viri, qui longè verius & Catholicæ Fidei, quam profitemur, congruentiùs esse contendunt, † etiam ob prædicandam, & propagandam Christi Fidem, nullos omninò infideles, quamvis Principibus Christianis subditi sint, bello, & armis lacessiri posse, aut suarum rerum & provinciarum dominio ac jurisdictione privari. Nec sufficere ad hoc belli genus justificandum, quòd prius blandis verbis, monitionibus, & ostentationibus suasi, & requisiti fuerint, ut eamdem Fidem sibi oblatam, & seriò prædicatam recipiant, & sanctæ Apostolicæ Ecclesiæ dominium, & jurisdictionem agnoscant, cùm ad hæc ipsi inviti, & reluctantes, nulla humana potestate, & auctoritate cogi, ac compelli possint.

Quam opinionem post Div. Thom. *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. & 12. expressè sequitur communis Theologorum, quam resolvit Cajetan. *ibid.* & Gabriel *in* 4. *Sent. distinct.* 4. *q. ult.* idem Cajetan. *quæst.* 66. *art.* 8. *vers. Circa primum.* Div. Anton. 2. *part. tit.* 12. *c.* 12. Ricard. *in* 4. *distinct.* 6. *art.* 3. *quæst.* 3. Durand. *eadem distinct. q.* 6. Paludan. *q.* 4. *à num.* 3. Alphons. à Castro *lib.* 2. *de justa hæret. punit. c.* 14. Sotus *distinct.* 5. *q. unic. art.* 10. *p.* 266. & *seqq.* & *distinct.* 9. *quæst.* 1. *art.* 3. Abulens. *lib.* 1. *Reg. c.* 8. *q.* 34. 182. & 183. Sylvest. *verb. Baptismus*, 4. *q.* 6. Salmer. *tom.* 12. *tract.* 37. Henriq. *lib.* 2. *de Baptismo, cap.* 4. *num* 8. Et de Indis nostris specialiter disputantes Episcopus de Chiapa *in Apolog. advers. Sepulved. fundam.* 3. & *in replicat.* 9. *ad objecti. ejusdem, fol.* 42. & *sequentib.* Victor. *in relect. de Indis,* 1. *part. num.* 31. *versic. Et ideò quartus titulus, & de jure belli, q.* 3. Bañ. *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 10. *col.* 526. *versic. Est ergo quarta dubitatio*: Aragon ibid. *ex pag.* 287. Joseph. Acosta *lib.* 2. *de procur. Ind. salut. cap.* 2. & 3. Joan. Arbor. *lib.* 1. *Theotoph. cap.* 36. Gregor. de Valent. 3. *tom. disp.* 1. *q.* 10. *punct.* 6. *versic. Tertiò certum est, & q.* 16. ubi affirmat, hanc opinionem non habere contradictorem, & adeò certam esse, ut videatur inniti Ecclesiastica traditione. Molina *de justitia & jure, tract.* 2. *disputat.* 105. *versic. Cum suprà*: Cardin. Bellarmin. *lib.* 5. *de Roman. Pontif. cap.* 2. *in fine*: Beccan. *in sum. Theolog.* 2. *tom. c.* 13. *quæst.* 4 Fr. Emman. Roderic. *in qq. regul.* 3. *tom. quæst.* 32. *art.* 4. Ubi ne admittit quidem, ut in tuitionem Prædicatorum milites associentur. Par. Ludovic. de Torres *de Fide, disputat.* 51. *dub.* 1. *col.* 638. Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib.* 4. 1. *part. cap.* 1. *pag.* 123. *versic. At hisce*: Joan. Azor. 1. *part. instit. Moral. lib.* 8. *c.* 26. *versic. Secundò quæritur*; & Pat. Mag. Lorca *in* 2. 2. *sect.* 3. *disputat.* 52. *num.* 10. ubi intrepidè tradit, Fidei receptionem, vel observantiam, solùm contra hæreticos justam causam belli præstare, & *sect.* 1. *disput.* 36. *num.* 5. & 6. ubi ait, nullo modo licere suscipiendæ Fidei ratione, infidelibus bellum inferre, & contrarium juri naturali adversari. Et novissimè, post hæc scripta eamdem sententiam tuetur eruditiss. Pat. Franc. Suarez *in tract. de Fide, disput.* 18. *sect.* 1. *n.* 9. & *sect.* 3. *ex n.* 4.

Et ex nostris juris Interpretibus, idem docet celebris glossa *in cap. debet* 53. 23. *q.* 4. & *in c. de Judæis, verbo, Coactis*, 45. *distinct.* Innocent. *in c. majores de Baptism.* ubi ait, nullum compellendum esse, ut fiat Christianus: Marquard. sibi contrarius *d. tract. de infidelib.* 1. *part. cap.* 6. *num.* 10. Ubi etsi adversus Saracenos, & alios Fidei hostes bellum indistinctè concedat; notandum tamen esse inquit, non posse simpliciter indici contra infideles, quia sint infideles, vel ut fiant Christiani. Quod etiam post alios, quos refert, sequitur Covarr. *in reg. peccatum,* 2. *part.* §. 10. *n.* 1. *vers. Tertiò licèt infideles*; latè Menchaca *lib.* 1. *controvers. illustr. cap.* 21. & *c.* 22. *num.* 5. Ayala *de jure belli, lib.* 1. *c.* 2. *n.* 28. & plurimi alii relati à Petro Cenedo *in collect.* 59. *ad Decretal.*

Et tamdem † in nostrorum Indorum quæstione magis in hanc partem inclinare videntur, Chiapa, Victor. & Acost. & alii ex *suprà* relatis: Gregor. Lopez *in dict. leg.* 2. *tit.* 23. *part.* 2. *colum.* 20. & novissimè Hieronym. Cevallos *in pract. comm. tom.* 4. *quæst. fin. ex num.* 184. *cum multis sequentibus*: & Seraphin. Freit. *de justo Imp. Asiatico, c.* 9. *num.* 5. & 6. & *c.* 12. *per totum.* Et est omninò videndus Paul. Paris. *cons.* 2. *ex num.* 17. *lib.* 4. & Stephan. de Gaëta *in repet. cap. ad limina* 30. *q.* 1. §. 1. *n.* 63. & 67. † ubi plenissimè, quod in locis, ubi Judæi tolerantur, nullo modo cogi debent ad Fidem suscipiendam per vim: quin potiùs, etiam volentes, non statim sunt baptizandi, sed per aliquod tempus sunt benè instruendi, ne facilè ad vomitum perfidiæ revertantur. De quo etiam novissimè, & latissimè integrum caput scripsit Ant. Ricciul. *in tract. de jure person. extra Eccl. const. lib.* 1. *c.* 31. ubi probat hac de causa non esse bonis, neque jure succedendi, aut dote privandos, neque gabellis extraordinariis gravandos.

Pro cujus sententiæ confirmatione primò considerari potest, vim, metum, armorum terrorem, & quamlibet aliam violentiam, adeò à Christianæ Fidei receptione abesse debere, ut certissimum sit, † eos, qui his mediis, ac modis absoluti coguntur, characterem Baptismi nequaquam accipere, ut pro regula traditur *in cap. majores,* §. *item quæritur de Baptismo, capite in sacris de his quæ vi, capite ubi, & capite final.* juncta glossa *verbo, Coactio*, 74. *distinct. cap. gratia de consecrat. distinct.* 4. cum aliis, quæ congerit glossa *in cap. contra Christianos, verbo, Absoluti, de hæret. in* 6. Innocent. & Anton de Butrio *in dict. cap. majores. in cap. quod super his, de voto*: Malferitus *dict. cons.* 769. *num.* 8. Paulus Parisiens. *dict. cons.* 2. *num.* 21. & *sequentibus, lib.* 4. optimè Lofred. *cons.* 48. Aragon *in* 2. 2. *pag.* 287. & *sequentibus*: Cened. qui plurimos refert, *dict. collectan.* 59. *ad Decretal. num.* 1. Joseph. Acosta *lib.* 6. *de procur. Indorum salut. cap.* 3. & novissimè Simon Majol. 3. *tom. dier. Canic. in colloq. de perfid. Judæor. pag.* 185. & Pat. Suar. *d. tract. de fide, disp.* 18 *sect.* 3. *n.* 5. & 7.

Unde meritò, ac passim à sanctis Patribus Christianos Principes admoneri videmus, † ne in Judæorum, vel aliorum infidelium conversione, etiam si suis imperiis temporalibus subsint, vim aliquam interponant, cùm ad Fidem nullus sit cogendus invitus, sed per severitatem, imò per misericordiam Dei, tribulationum flagellis soleat perfidia castigari, ut constat ex doctrina D. Augustini relata *in cap. ad Fidem* 32. *quæst.* 1. & D. Gregor. *in c. qui sincera* 3. *dist.* 45. ubi ait: *Qui sincera intentione extraneos à Christiana Religione ad Fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis, non asperitatibus debent studere; ne quorum mentem reddita ad planum ratio poterat revocare, pellat procul adversitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine à consueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis, quàm Dei causas probantur attendere.*

Quibus adsentiens Clemens III. *in c. sicut* 9. *de Judæis*: *Statuimus*, inquit, *ut nullus invitos, vel nolentes Judæos ad Baptismum venire compellat, quippe Christi fidem habere non creditur, qui ad Christianorum Baptismum non spontaneus, sed invitus cogitur pervenire.*

7 Et † ipse D. Greg. *lib.* 1. *epist.* 34. & 45. ubi Petrum Terracinensem, Vigiliumque, & Theodorum Episcopos Massilienses, qui Judæorum Synagogas disturbarant, graviter reprehendit, jubetque, ut admonendo, & suadendo, potiùs quàm persequendo, & cogendo, ad Fidem eos deinceps traducere laborent; quoniam inviti ad Baptismum perrahendi non sunt. Et *lib.* 7. *epist.* 5. ubi refertur, Petrum quemdam Judæum, ad Christianismum conversum, sequenti die baptismi sui, ipso Paschate, imaginem Christi, & Virginis una cum cruce, & birro albo, quo de fonte surgens, indutus fuerat, quorumdam petulantium caterva stipatum, in Synagogam Judæorum, quæ Caralis sita erat, intulisse. Quod punire volens Januarius ejusdem civitatis Episcopus, graviter in Judæos, & eorum Synagogam animadvertere cœperat. De quo à Judæis monitus D. Gregorius eidem Episcopo scripsit, zelum hunc sine scientia esse, in eo potius elaborandum, ut à Judæis obtineatur velle non reniti, quàm ut adducantur inviti: quia scriptum sit, Psalm. 53. *Voluntariè sacrificabo tibi*, id est, ex voluntate mea confitebor tibi. Proinde juber, ut sublatis imaginibus, & Cruce, Synagoga libera Judæis restituatur. Cujus loci meminit Theatr. vitæ humanæ, *vol.* 17. *lib.* 5. *pag.* 3093.

Et idem statutum fuit in Concil. Tolet. 4. 8 *c.* 56. cujus verba † habentur *in c. de Judæis, d. distin.* 45. generaliter præcipientia: *Nemini deinceps ad credendum vim inferri; cui enim vult Deus, miseretur, & quem vult, indurat, & inviti salvandi non sunt, sed volentes, ut integra sit forma justitiæ.*

Concilium quoque Chalcedonense quartum actione prima, eamdem assertionem defendit, ut bis repetitur in Concilio Constantinopolitano sub Flaviano, *actione* 7. & tradit Petr. Cresper. *in sum. Eccl. discip. verb. Fides*, *p.* 409 illamque latè † illustrant, & prosequuntur Alvar. Pelagius *lib.* 1. *de planct. Eccles. cap.* 37. *vers. Licet enim*: Parisius *d. cons.* 2. Petr. Gregor. *lib.* 12. *de Repub. cap.* 4. *num.* 11. Tiber. Decian. *lib.* 5. *crimin. cap.* 11. *num. ult.* Anastas. Germon *lib.* 3. *de sacror. immunit. cap.* 12. *num.* 33. Just. Lips. *lib.* 4. *Polit. cap.* 4. Didac. Valdes *de dignit. Reg. Hisp. c.* 19. *num.* 5. & 6. Simon Majolus 3. *tom. colloq. de perfid. Judæor. ex pag.* 185. & Valenzuela *in monit. contra Venet. part.* 4. *num.* 181. 9

Et ea ratione subnititur, † quòd Deus, ut præclarè docet Clemens Alexand. *lib.* 2. *Stromatum, cap.* 3. *pag.* 399. vocationibus divinis parere, & non parere, in nostra voluntate reliquit. Est autem 10
velle † quidem munus animæ, cui ad hoc nulla 11
unquam vis inferri potest, nec debet. Quod insinuavit D. August. *in lib. de utilit. credend. & in tract.* 16. *in Joan.* dum dixit: † *Catera posse homines etiam nolentem, credere non nisi volentem,* 12
quæ verba proverbii loco usurpari posse; alia ad hoc considerans, tradit Joseph. Acosta *de procurand. Ind. salut. lib.* 1. *cap.* 13. & luculentiùs expressit Lactan. Firmian. *l.* 5. *divin. instit c.* 14. sic inquiens: *Quis enim imponat mihi necessitatem, vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi? Nihil tam voluntarium, quàm Religio est, in qua si animus aversus est, jam sublata, jam nulla est.* Conducitque † illud Quinti Curtii *l.* 8. 13
Nemo Rex perinde animis potest imperare, ac linguis; & quod multum in nostris terminis, dixit Theodoricus Rex apud Casiodor. *lib.* 2. *var. epist.* 27. *Religionem imperare non possumus, quia nemo cogitur ut credat invitus*; & iterum Theod. Rex *lib.* 10. *epist.* 26. *Nam cum Divinitas patiatur multas Religiones esse, nos unam non audemus imponere: Retinemus enim legisse, voluntariè sacrificandum esse Domino non cujusquam cogentis imperio.* Et Div. Bernard. *serm.* 66. *in Cantic.* † *Fides suadenda est, non imperanda.* Cui con- 14
veniunt alia similia verba D. Athanasii *in Epistol. ad tolit. vit. agentes: Pia Religionis proprium est, non cogere, sed suadere.* Et D. Ambrosius *in* 2. *ad Corinth. cap.* 1. *ad calcem*, ubi exponens illud: *Non quia dominamur fidei vestræ*, ait: *Quoniam fides non necessitatis, sed voluntatis res est, idcò dicit: Non quia dominamur fidei vestræ, dominatus enim necessitatis causa est.* Et Joann. Chrysostom. *opere* 2. *in Matth. homil.* 30. *Neque enim est Fides, quæ ex necessitate timoris procedit, aut desiderio muneris terreni.* Atque hoc † est, 15
quod Regius Psaltes enuntiat, *Psalm.* 33. dum inquit: *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos. Quis est homo, qui vult vitam, &c.* Quasi ostendat, ab ipso Deo hanc vocationem fidelium ordinari, † illumque voluntarios tan- 16
tùm, & spontaneus milites cupere, ut ait Divus Ambros, *lib.* 1. *de Jacob, & vita beata, cap.* 3. relatus *in cap. non est, quod cuiquam* 15. *quæst.* 1. Unde † *Joan.* 6. docemur: *Nemo potest venire ad* 17
me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Quem locum exponens D. Augustinus *tract.* 26. rectissimè subdit: *Neminem à Deo invitum trahi, sed spon-*

spontaneo amore. Et D. Thomas 2. 2. *quæst.* 2. *art.* 9. *& quæst.* 4. *art.* 1. quem refert, & sequitur Sotus *in* 4. *distinct.* 5. *quæst. unic. artic.* 10. *pag.* 267. *versis. Tertia conclusio*; ex eodem prin-
18 cipio deducit, Fidem suapte † natura ob id, quod supra naturalis existit, non esse hominibus in hoc seculo demonstrabilem, ut possit intellectus ad ipsam amplectendam convinci, juxta illiud Eccles. 3. *Altiora te ne quæsieris*, id est, ratione naturali ne Fidei mysteria perscrutaris, atque inde consequi, nonnisi per spontaneum voluntatis obsequium, divinitus per gratiam motæ, adquisibilem esse, juxta verba Pauli 2. Corinth. 10. *In captivitatem reducentes omnem intellectum in obsequium Fidei.*

19 Et secundùm testimonium † ejusdem Paul. ad Galat. 4. *Hi, qui ad novam legem pertinent, filii liberæ sunt*, id est, ut ibi Sancti Patres exponunt, nullo servitutis, aut timoris spiritu ad Fidem, & Religionem Christianam compellendi sunt, sed grata, recta, & libera voluntate ducendi, & amore, ut dicitur filiali: Quo enim modo placere po-
20 terit Deo, infidelis coacti conversio. † Cùm ipse omnes homines in hoc, ut in aliis, sub suo libero arbitrio relinqui voluerit, & per suam solam gratiam ad Fidem revocari desideret. Atque ut homo ex suo libero arbitrio periit, ita etiam ex libero arbitrio convertatur, ut benè considerat text. *in d. c. de Judæis, d. cap. gratia, & d. c. ad Fidem*; & Div. Thom. Alvar. Pelag. & Decian.
21 *ubi suprà.* Maximè, si animadvertamus, † quòd vel in amicis requirit Aristot. *lib.* 8. *Ethicor.* Tertul. *in lib. ad Scapul.* & D. Isidor. *lib.* 2. *de sum. bono, cap.* 2. ut nemo invitus amicus fiat.
22 Necnon etiam, † quod victima, quæ aliquo modo se invitam ad aram, & cultum trahi significabat, ut si ab ara profugisset, aut nimis esse reluctara, aut perculsa mugitus ederet, à Romanorum, & aliarum gentium sacrificiis rejiciebatur, quia putabatur ingrata esse Deo, ut tradit Macrob. *lib.* 3. *Saturn. cap.* 5. Plin. *lib.* 8. *cap.* 45. *lib.* 8. *Sympos. cap.* 8. Tiraquel. in notis ad Alex. ab Alex. Plato *lib.* 3. *Genial. cap.* 16. Brisson. *lib.* 1. *de formul. pag.* 17. & Gasp. Sanctius *in Isaiam, c.* 53. Unde illud *n.* 37. Virgil. 2. *Georg.*

Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.

Ubi Servius, Pontanus, & Cerda plura alia notarunt.

Secundò, pro eadem sententia perpendo, adeò verum esse, Judæos, & alios quoslibet infideles natu majores, & intellectu aliquali pollentes, per vim, & metum ad Fidem compelli non posse, ut Ecclesiasticis etiam præceptis, traditionibusque
23 repugnet, † parvulos ipsorum filios per Principes seculares, aut Ecclesiasticos ab illis abducere, ut ipsis parentibus invitis Baptismum recipiant, quamvis tales parentes eisdem Principibus subditi sint, imò & sub nostra privata servitute, & manciplo constituti. Nam cùm voluntarios milites, ut *suprà* diximus, eligat Christus, & parvuli isti intellectum non habeant, ut ea, quæ sibi utilia sunt, prospicere, & eligere possint, in ipsorum parentum voluntate, & fide persistere creduntur, argum. text. & eorum, quæ ibi notantur *in dict. cap. majores, versic. Item quæritur, de baptism. cap. quæris, cap. parvuli, de consecrat. distinct.* 4. *cap. quanto de divortio.*

Qua ratione, † & aliis, hanc sententiam ex- 24
pressè defendit D. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 10 *art. ultim. & 3. part. quæst.* 68. *art.* 10. & communis Theolog. quod resolvit Cajetan. *ibidem*, Bañez 2. 2. *q.* 10. *art.* 11. Aragon. *pag.* 312. Duran. Ricar. Palud. & alii *in* 4. *distinct.* 5. *& 6.* Sot. *ead. distinct.* 5. *quæst. unic. art.* 10. Acost. *d. lib.* 6. *de procur. Ind. sal. c.* 3. *pag.* 574. Henriq. *de baptismo lib.* 2. *cap.* 25. Ant. Possevin. *in Biblioth.* 1. *tom. lib.* 9. *c.* 7. *pag.* 392. Card. Tolet. *in sum. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. doctè, & eleganter Pat. Suar. *in* 3. *tom.* 3. *part. disp.* 25. *sect.* 3. 4. 5. *& 6.* ad quas se remittit, novissimè *in tract. de Fide, disp.* 18. *sect.* 5. *num.* 11. *&* 15. Gabr. Vazquez *t.* 2. 3. *part. disp.* 155. *c.* 5. Azorius *dict.* 1. *tom. instit. Moral. lib.* 8. *c.* 25. *quæst.* 11. Ludovic. de Torres *de Fide, art.* 12. *disput.* 53. *dub.* 1. *col.* 648. Mag. Lorca *in* 2. 2. *sect.* 1. *disputat.* 37. Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib.* 5. *part.* 1. *dub.* 6. *pag.* 210. Mag. Marquez *in Gubernat. Christ. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 8. Ant. Nald. *in quæst. pract. verb. Baptismus, quæst.* 6.

Et ex nostris juris Interpretibus idem docent gloss. *in cap. Judæorum* 28. *quæst.* 1. dum tradit, quòd sicut adulti, ita nec parvuli ad Fidem sunt trahendi per vim, Joan. Andr. Abb. Anan. & Felin. *in d. cap. sicut, de Judæis*: Cardin. *clem.* 1. *eod. tit.* Calderin. *cons.* 3. *in fine, sub eod. tit.* Marquard. *de Susanis in tract. de Jud. & infidel.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 6. Paris. *cons.* 2. *num* 17. & 34. Natta *cons.* 434. *per totum, lib.* 2. plenè Bursat. *cons.* 152. *num.* 11. *vol* 2. *& cons.* 231. *per totum, lib.* 1. Lælius de Zanchis *de privil. Eccles. privil.* 142. *n.* 10. *&* 13. Borgn. Cavalcan. *decis.* 21. *num.* 14. *part.* 2. Simancas *de Cathol. instit. tit.* 29. *num.* 51. *& sequentib.* Did. Perez *in l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 8. *ordin.* & plurimi alii relati à Matth. de Afflict. *decis. Neapol.* 151. Emmanuel Suarez *in Thesaur. commun. opin. verb. Judæorum liberi*: Vivio *lib.* 2. *opin.* 151. & Petro Cenedo *in collectan.* 59. *ad Decretal. n.* 1. & ultra eos Menchaca *lib.* 1. *controvers. illustr. cap.* 8. *num.* 12. Sebastian. Ximenez *in collectan. ad dict. cap. Judæorum*; ubi refert hanc opinionem Salmanticæ publicè disputasse, & probasse, insignem illum Doctorem Decretorum, & juris Canonici primarium, Didacum à Vera, Hieronym. Cevall. *in pract. comm. tom.* 2. *quæst.* 753. *num.* 1. *&* 7. *&* 4. *tom. quæst. fin. n.* 188. Anton. Cardos. *in Repert. Advocat. verb. Sacramentum, n.* 22. Stephan. Gratian. 4. *part. discept. forens. cap.* 114. & Philip. Paschal. *in novissimo tract. de virib. patr. potest. cap.* 7. *per totum*; & plenè Anton. Ricciul. *in d. tract. de jur. pers. extra Eccles. grem. const. lib.* 2. *c.* 32. *per totum*; ubi plures ampliationes, & declarationes adducit.

Pro quibus facit generalis † Ecclesiæ usus, 25
& consuetudo, quæ numquam talem vim parentibus intulit, & specialis constitutio † Ju- 26
lii III. data die 9. Junii anno 1551. incipit, *Cum sicut accepimus*, quam adducit Naldus *ubi suprà, num.* 20. ubi expressè inhibet sub pœna suspensionis à divinis, & mille ducatorum auri, ipso facto incurrenda, ne quælibet persona Ecclesiasti-
ca,

ca, aut secularis, filios Judæorum in locis status Ecclesiastici habitantium, tam masculos, quàm fœminas, invitis parentibus violenter auferre seu subducere, nec præter formam sacrorum Canonum quomodolibet baptizare debeat, vel præsumat, &c.

Est namque verior, & receptior opinio, infide-
27 les † juribus, & effectibus patriæ potestatis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus gaudere, ut probat text. *in cap.* 2. *de convers. infidel.* & contra Afflict. *d. decis.* 151. *num.* 8. & alios, quos refert, & sequitur Emil. Ferror. *cons.* 76. & Cevallos *dict. quæst.* 735. *n.* 12. optimè docent reliqui omnes Auctores *suprà* citati, præcipuè Vasquez, Torres, & Marquez, Lorca *d. disp.* 37. *n.* 13. *&* 18. & plurimi alii congesti per Ascanium Clementin. *in tract de patria potest. effectu* 7. *n.* 6. Paris. *dict. cons.* 4. *n.* 4. *lib.* 4. Tiraq. *de primog. q.* 66. *n.* 2. Chasan. *in consuet. Burgund. rub.* 6. §. 3. *n.* 22. Palac. Rub. *in repert. rubr. de donat. inter.* §. 35. *num.* 6. Vivium *d. lib.* 2. *commun. opin.* 150. Bursat. *cons.* 21. *vol.* 1. *num.* 5. *& cons.* 152. *volum.* 2. *n.* 7. Roland. *cons.* 35. *n.* 28. *vol.* 2. Ursill. *in addit. ad Afflict. dict. decis.* 151. *n.* 6. Riminald. jun. *cons.* 275. *n.* 24. & Petr. Cened. *in collect.* 72. *sup. Decretales num.* 2.

Inter quos effectus, ille unus esse videtur, jam
28 inde à duodecim tabularum legibus ductus, † ne filii familias aliam religionem, aliave sacra colerent, quàm eorum parentes. Unde & ipsi filii sub
29 patria potestate constituti in † sacris paternis esse dicebantur, *l. si vivâ matre. C. de bonis quæ liber. l. cùm oportet in princip. C. eod. tit. l. filiæ licet in sacris, C. de collation.* cum aliis, quæ late observat Duaren. *ad tit. solut. matrimon. cap. de nuptiis in principio*, Alciat. *lib.* 1. *prætermiss. verb. Sacra*, Balduin. *in rub. inst. de patr. potest.* Silvest. Aldobrandin. *in* §. 1. *inst. eod. num.* 33. Brison. & Calin. *de verb. juris, verb. In sacris*, Revard. *lib.* 2. *conject. cap.* 11. Arias Pinel. *in rub. C. de bon. matern.* 2. *part. num.* 4. & in nostris terminis Ascan. Clementin. & Philipp. Paschalis *ubi supra num.* 1. Quamvis Fran. Connan. *lib.* 2. *com-*
30 *ment. cap.* 13. *num. fin.* Inde indictum putet, † quòd filio pater, in cujus potestate est, sacrum quoddam, & venerandum simulacrum videri & judicari debeat; quod ego pluribus ornavi *in meo tract. de crimine parric. lib.* 2. *cap.* 2. *pag.* 109. Et sentire etiam videtur Forcat. *in Necioman dial.* 15. *num.* 1.

Quinimo, etiam semotâ patriæ potestatis con-
31 sideratione, † quæ in matribus, & in servis non reperitur, *l. illud* §. *ad testamenta. ff. de bon. poss. contra tabul. l. nulla fœmina, ff. de suis & legit.* §. *fœminæ, inst. de adoption.* §. 1. *inst de pat. potes. princip. inst. de nup.* adeò parentum voluntati in parvulorum baptismate standum esse, tradit doctis. Navarr. *in cons.* 4. *sub tit. de convers.*
32 *infidel. in part.* 1. *lib.* 3. † ut si partem infidelem mori contingat non possit infans ejus filius baptizari, reluctante matre quamvis supersit ejus avus paternus ad Christianam Fidem conversus, qui instet, nepotem penes eum educari, & baptizari debere.

Idemque observandum esse docet *eod. cons. num.* 17. *&* 18. utroque parente defuncto, ut non possit parvulus Judæus baptizari invitis tutoribus, etiam si sit spurius ancillæ filius: quia tales pueri, inquit, divinæ providentiæ relinquendi sunt, argument. text *in d. cap. Judæis*, 45. *distinct.*

Quæ tamen opinio Navarr. in utroque casu difficultate non caret. Nam in primo, ipse in calce ejusdem consilii fatetur, contra suam opinionem latam fuisse sententiam, & infantem avo Christiano traditum, & baptizatum. In secundo verò, † quia communis est Theologorum sententia 33
quòd ubi parentes infideles longè à suis filiis parvulis absunt, benè tales filii à Christianis baptizari possunt, ut resolvit Azor. *d. lib.* 8. *cap.* 25. *quæst.* 11. & Fr. Thom. à Jesu *d. lib.* 5. *d. b.* 6. *pag.* 211. Unde multò magis parentibus mortuis idem fieri poterit, etiam spreta tutorum contradictione. Nam licèt Paludan. *in* 4. *distinct.* 4. *q.* 4. *articul.* 3. doceat ad eos parentum officium, & curam transire: Sot. tamen *in eod.* 4. *distinct.* 5. *quæst.* 1. *articul.* 10. benè concludit, non esse ita magnam injuriam, si invitis tutoribus, filii infidelium baptismate donarentur. Et rursus, quia
† quod Navarr. de filiis ancillarum adjecit, suppo- 34
nens, eos invitis parentibus, baptizari non posse: etsi conveniat cum opinione D. Th. & aliorum, quos *sup.* citavimus, plures tamen opposiram sententiam in hoc casu magis admittunt, affirmantes, filios parvulos Judæorum, & aliorum infidelium, qui in servitutem Christianorum redacti sunt, posse à parentibus auferri, & eis invitis baptizari, ut constat ex Soto *in* 4. *distinct.* 4. *q.* 9. & ex multis aliis citatis à Simanc. *d. titul.* 29. *num.* 51. Pat. Lud. de Torres *dict. disp.* 52. *dub.* 2. *colum.* 652. Ricciul. *d. n.* 29. & Paschali *d. c.* 7. *num.* 12. ubi ad hoc considerant patriæ potestatis in servis defectum, & expressum decretum † Con- 35
cilii Tolet. 17. *cap.* 2. ubi ita cavetur: *Qui Judæos in servitutem acceperint, in nullo eos permittant rituum suorum cæremonias celebrare aut colere. & filios eorum à septimo anno, nullam cum parentibus suis habitationem, aut societatem habere permittant? sed fidelissimis Christianis nutriendos tradant, & filios eorum, & filias christiani in matrimonium tradant, ne infidelium patrum suorum semitas quibuslibet occasionibus iterare possint.*

Juxta quam sententiam, si vera est, inutilis erit labor Pet. Aragon. *in dict.* 2. 2. *pag.* 309. † 36
dum in quæstionem adducit, an homini christiano liceat, aliis suorum mancipiorum parvulos dare, ut alienati à parentibus, fiant Christiani: Cùm domini ipsi, ut diximus, id suo jure facere possint.

Planè, secundùm omnes prædictæ patriæ potestatis effectus, & parentum reluctatio, & contradictio nullatenus attendetur, † ubi filii Ju- 37
dæorum, vel aliorum infidelium mentis compotes, & pubertati proximi, sacri baptismatis lavacrum sponte petierint, & Christianam Fidem amplecti velint; quia eo ipso quòd rationis usum attingunt, sui juris effecti sunt, in his, quæ ad suam salutem spiritualem spectant, ex doctrina D. Thom. 3. *part. quæst.* 108. *articul.* 10. & ad hoc decem annos cum dimidio ad minus requiri: benè observat Bursat. *d. cons.* 231. *num.* 4. *& seq.* & Natta *d. cons.* 434. *num.* 16

Idemque erit, † si mater ad Fidem conversa, 38
voluntariè filium parvulum baptizandum obtulerit. Hoc etenim casu, favore Religionis, potiùs
ma-

matri fideli quàm patri infideli defertur, argum. tex. & eorum quæ ibi glossa, & DD. adducunt tex. & eorum quæ ibi glossa, & DD. adducunt *in d. cap. 2. de convers. infidel. & in cap. Judæorum 28. quæst. 1.* & est elegans *cons. 57. Barbatiæ, volum. 3.* ubi plenè hanc quæstionem examinat, quem refert & sequitur Ursil. *d. decis. 151.* *num.* 8. Bertazol. *cons. 250. num.* 8. Paschal. *d. num.* 8. Bertazol. *cons. 250. num.* 8. Paschal. *d. cap. 7. num. 8. & sequentibus*, & Ant. Ricciul. *d. cap. 132. num. 14.* ubi sufficere docet, quòd unus tantùm parens consentiat, & *num. 29.* ubi probat, quòd si unus parens est fidelis, poterit filius ejus parvulus baptizari, etiamsi dissentiat tam pater fidelis, quàm infidelis.

39 Limitatur etiam prædicta conclusio † in filiis hæreticorum, & ubi parvuli in extremo vitæ periculo reperiuntur, ut præter alios observat Suar. *d. 3. tom. 3. partis, q. 68. articul. 10. disputt. 25. sect. 3.* Azor. *d. cap. 25. quæst. 11.* & Fr. Tom. à Jesu *d. dub. 6. pag. 211. & 33.* Et generaliter sub ea cautione accipienda est, ut quamvis baptismum parvulis infidelium parentibus invitis, conferendum non esse, dicamus; valent † tamen, & teneat si de facto collatus fuerit, neque amplius suis parentibus sint tradendi, ut argum. text. *in d. cap. Judæorum 28. quæst 1. & cap. 2. de convers. infidel.* docet Cajeta. *d. 3. part. quæst. 68. articul. 10.* Sylvest. *verb. Baptismus, 4. quæst. 7.* Angles, Scotus *in 4. distinct. 3. quæst. 1. articul. 10.* & communis Theologorum, quam resolvit Thom. à Jesu *ubi supra vers. An filii, conclus. 6.* & ex nostris Æmil. Ferret. *d. cons. 76. num. 6.* Cevall. *d. quæst. 735. num. 2. & 22.* Paschalis *d. cap. 7. num. 11.* & Ricciul. *dict. tract. lib. 2. cap. 34.* Quia † multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent; *leg. patre furioso*, ubi Jas. *ff. de his qui sunt sui d. l. 9. quamvis, & postulanto, cap. si vir, distinct. 23. cap. ad Apostolicam de regularib. cap. 2. de verbor. sign.* cum latè traditis à Jason. *ibidem num. 11.* Lud. Gomezio *in cap. 1. de judiciis ex num. 88.* Niconic. *in rub. sol. matrim. num. 11.* & Claud. Prato *lib. 4. Gnoicon. gener. jur. titul. 8. cap. 4. pag. 195.* & à nobis *infrà lib. 3. capit. 1.*

Quibus addere licet quæstionem à prædictis non valdè distantem, & in his Indiarum partibus sæpè contingentem, quam movet Ferdinan. Zurita *in suis quæst. Theolog. quæst. 17.* An scilicet 42 † suaderi licitè possint infideles, qui ipsi baptizari nolunt, ut saltem filios suos offerant baptizandos? In qua ipse bene respondet, pium hoc, & licitum esse; quia quamvis filium legi, cui non adhæreat; benè tamen exhortari potest, ut filium suum baptizari permittat, & cum Christianis educari; in hoc etenim illi non tam peccatum suadetur, quàm pium opus erga infantem exercetur, ex traditis à D. Thom. *in 2. 2. q. 10. art. 12. & quæst. 78. art. 4. & in 3. part. q. 64. art. 6. & quæst. 68. art. 10.* Et an oblati baptismo à parentibus infidelibus sanitatis causa, sint cogendi ad fidem? plenè post alios disputat, & affirmativè resolvit Ricciul. *d. cap. 32. num. 32.*

43 Tertio, † ejusmodi bellorum, quæ Fidei, & Religionis propagandæ causa inferri dicuntur, justificationem impugnat, quòd sine sacræ Scripturæ testimonia, sive Ecclesiæ traditiones, vel antiquum usum, & observationem considere-

mus, numquam inveniemus potestatem cogendi infideles ad Fidem, aut belli sub hac occasione illis infligendi, fidelibus concessam fuisse. Cùm potius † D. Paul. dicat *1. Corinth. 5. Quid* 44 *mihi de his, qui foris sunt? nam eos Dominus judicabit*; de quo loco, & aliis similibus plura diximus *suprà hoc lib. cap. 14. ex num. 21.* Et ad *Thessal. 4. Rogamus vos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.*

Et Christus ipse, † cujus omnis actio, nos- 45 tra debet esse institutio, *cap. significasti*, ubi Abb. *de electione. cap. qualiter & quando el 2. de accusationib.* † Apostolis per universum mundum 46 ad Evangelium prædicandum dimissis, in quorum locum hodie Prædicatores succedunt, *cap. in novo 21. distinct.* se eos tamquam oves, aut agnos in medio luporum mittere dixit, & pacem tantùm, humilitatem, mansuetudinem, prudentiam serpentem & simplicitatem columbarum commendaverit, & ut baculum, virgam, aut gladium non ferrent, sed incredulorum, fidem non recipientium, pœnas divino judicio reservarent, pulveremque de pedibus excutientes, ab illorum domibus & civitatibus exirent, ut constat *Matth. 10. Marc. 16. Luca 9. & 10. & Joan. 3.*

Quæ † verba exponens ibidem D. Hieron. no- 47 tat, omnia instrumenta coactionis Dominum prohibuisse, & pacem docuisse, & melius D. Ambros. *lib. 6. in Lucam, Qualis* (ait) *debeat esse, qui Evangelizat Regnum Dei præceptis Evangelicis designat, ut sine virga, sine pera, sine calceamentis, sine pane, sine pecunia, hoc est subsidii secularis adminicula non requirens fideque tutus, putet sibi quominus, ea requirat, magis posse suppetere.*

Unde *in d. cap. majores, de baptism.* dicitur † 48 ejusmodi coactiones Christianæ Religioni adversari, quod etiam sentit Gregor. Papa *lib. 1. epistol. 91. & lib. 1. epist. 15.* & melius *lib. 2. epist. 52.* relatus † *in cap. quid autem 45. distinct.* ubi simi- 49 lia bella damnans, quæ sub Religionis prætextu suo tempore adversus infideles peragebantur, sic inquit: † *Nova verò, & inaudita est ista prædica-* 50 *tio, quæ verberibus exigit fidem, cùm Christus id primum dicere Apostolis jusserit, ubicunque ingressi fuissent, Pax vestra revertetur ad vos.*

D. quoque Chrisost. *homil. 34. supra d. cap. 10. Matth.* ita eamdem † Apostolorum mis- 51 sionem exponit: *Omnem mansuetudinem eos habere jubet, nec id totùm, sed columbæ quoque simplicitatem. Magis certè, atque mirabilius est mentem, atque omnium adversariorum commutare, quam gladios ipsos superare. Erubescant igitur qui contra facientes, quasi lupi adversarios suos persequuntur, cùm videant innumeros lupos, hoc est Gentiles ab ovibus vinci paucissimis, videlicet à discipulis. Et certè quousque sumus oves, facilè hostes vincimus: cùm verò in naturam luporum transimus, tunc superamur: tunc enim nullum à pastore nobis patrocinium adest, qui non lupos, sed oves posuit habere.*

Et D. Ambros. *lib. 2. sup. Luc. cap. 54. Humilis*, inquit, *magistri officium exequantur, eos enim mistè ad seminandam Fidem, qui non cogerent sed docerent, nec vim potestatis exercerent, sed doctrinam humilitatis attollerent. Quo loco humilitati*

tati putavit etiam patientiam copulandam, quia ipse juxta testimonium Petri, cùm malediceretur, non maledicebat, cùm percuteretur, non percutiebat. Et cùm Apostoli ignem de cœlo petere vellent, ut consumeret Samaritanos, qui Jesum intra civitatem suam recipere noluerunt, conversus, increpans illos ait; Nescitis cujus spiritus estis: filius hominis non venit animas perdere, sed salvas facere.

Quibus arridens D. Paul. *1. Corinth. 1. & 2. 10.* 52 † non in nobilitate sapientia aut potentia fundamentum Apostolicæ vocationis, & prædicationis constituit, neque in armis carnalibus, & temporalibus, sed in sola Fide, & verbo Dei. Cujus scuto muniti Apostoli, & eorum successores totius Orbis conversionem tentarunt, & non inferendo Regibus bella, non præsidiis militaribus stipati, non invadendo Principorum civitates, non occupando per vim alienas terras, non mortem minitando, non tormenta inferendo, Ecclesiam plantarunt, ac per Orbem terrarum longe, latèque propagarunt: sed obediendo, patiendo supplicia, martyria, mortes tolerando, & sanguinem suum fundendo, sanctà, stabilisque Eccle- 53 siæ Christi initia dederunt. † Qui hanc vim, & efficaciam sanguini Martyrum, Sanctorumque afflictionibus dedit, ut multorum bonorum semina essent, & sicut ex grano frumenti, quod in terram cadit & mortuum est, multus fructus consequitur: ita ex morte Martyrum magna sementis novorum Christianorum copia succresceret.

De quo, historiæ plenissimæ sunt, & plurima tradit Thom. Boc. *de sign. Eccles. lib. 2. cap. 11. & lib. 7. cap. 3.* & in nostris terminis Thom. à Jesu *d. lib. 4. pag. 123.* & habetur *in cap. 1. de reliq. & vener. Sanct. & cap. 1.* junctà gloss. penult. *de* 54 *sacra unct.* ubi refertur, qualiter D. † Petrus, Christum Dominum imitatus, Martialem & socios in Germaniam misit, ut Evangelium prædicarent: & extat simile exemplum D. Gregorii, Melitum, Augustinum & Joannem ad Britannorum, sive Anglorum conversionem mittentis, *in cap. si gens Anglorum 56. distinct.* & apud Bedam *in hist. Anglic. lib. 1. cap. 25.* Polid. Virgil. *in eadem hist. lib. 4. ex pag. 63.* & Thom. Bocium *de sign. Eccles. Dei, lib. 4. cap. 1. vers. Gal-* 55 *lis adjacet.* Qui etiam † antiquorem aliàm in eadem Anglia prædicationem commemorant, quam indigenæ ab Arimathia, temporibus Regis Lucii, factam affirmant, adeo ut se priùs, quam Hispania & Gallia Fidem suscepisse contendere velint; quorum tamen errorem convincit Valdes *de dignit. Reg. Hisp. cap. 7. num. 15.*

Quæ cùm ita se habeant, parum tuta, & secura videtur prædicatio, & conversio, quæ minis & 56 terroribus Fidem inducit. Nam apud omnes † constat, urgentissimum, & efficacissimum esse illud argumentum, quod ex divinis actionibus, atque Scripturis, Sanctorum Patrum testimoniis, & exemplis, vel ex longævo Ecclesiæ usu auctoritate, aut traditione deducitur, sive affirmativè, sive negativè sumatur, ut patet *Matth. 12. Joan. 8. Paul. ad Ephes. 5. & ad Philip. 3. cap. consuetudinem, cap. ridiculum, cap. Ecclesiasticarum, distinct. 12.* cum aliis, quæ late adducit D. Thom. *2. 2. q. 10. art. 12.* Can. *de Locis Theologicis, lib. 3. & 7.* Simanc. *de Cathol. inst. tit. 22.*

& tit. 24. n. 16. & 26. Vald. *ubi sup. cap. 2. in prin.* eruditiss. Senator, Mad. *in dis. mont. Sanct.* Granat. *cap. 22. & 38.* Pin. *in Ecel. c. 12. vers. 11. pag. 1204.* Valen. *in monit.* contr. Venetos *6. part. num. 240. & seqq. & in discurs. status, & belli, 2. part. consider. 12. per totam,* & alia in nostræ quæstionis speciæ adjiciens Episcopus Chiapens. in Apolog. contra Sepulved. *fol. 12. 13. & 42.* Sot. *in 4. distinct. 5. quæst. unica, art. 10. vers. Quarto id evidentissimè,* Malferit. *d. cons. 769. num. 8.* & Joseph. Acosta *d. lib. 2. de procur. Ind. sal. cap. 2. & 3.* ubi inquit, † quod Ecclesia per mille & quingentos annos 57 nullum jurisdictionis actum exercuit in infideles, nec eos bonis spoliavit, vel sibi subjici nolentes coëgit, & idem novissimè concludit, eodem argumentationis genere usus, Par. Suarez *dict. tract. de Fide disp. 18. sect. 1. num. 9.* & iterum *sect. 3. num. 5. Quia in traditione,* inquit, *Ecclesiæ nullum est talis potestatis indicium, neque in usu ejus, neque in Scriptura: imò est contra morem, & praxim Ecclesiæ. Nam Apostoli, & successores eorum profectò non illo modo prædicarunt Evangelium,* & Fr. Thomas à Jesu *ubi supra* qui addit, † existimandum non esse, Deum esse mutatum, 58 ejusque sapientiam aliam nunc formam in hominum conversione sequi, quam antea sequi solita fuerit, & prædicationem Evangelii militari custodiâ, & strepitu armorum munitam à Christi schola ita discrepare, ut incredibile appareat, eo prædicationis genere insignem aliquem proventum expectari posse, licet fortuitò aliqui per insinuationem convertantur.

Extarque sæpe sæpius † Regiis schedulis & 59 instructionibus cautum, ut expeditiones, quæ in his Indiarum partibus ad Fidem propagandam, & spiritualem Indorum salutem curandam, aguntur, Apostolico more ac modo omninò procedant, & ab eis militum, atque armorum manus, & terror longissimè absint, ut præcipuè constat ex quadam schedula, data *en el Pardo* 20. die Februar. anno 1609. ad Excellentiss. Marchionem Montesclarium directa, quæ de conversione Indorum Chiriguanensium agens, ita habet: *Y qui estas entradas se hagan sin intervencion de armas, y soldados, como lo tengo ordenado.* Et postea, *Y no consentireis, que estos descubrimientos, y conversiones intervenga gente de guerra*: Idem disponitur in alia schedula, Matrit. 30. Januar. anno 1607. ad eumdem Marchionem missa: & in alia 2. Octobr. ejusdem. anni, ibi: *Porque aunque en la instruccion de nuevos descubrimientos se previno todo lo necesario para que esto se haga por el orden que conviene, y está determinado, entrando por medio de la doctrina, y suavidad del Evangelio sin ruido, ni estrepito de armas,* &c. Quod idem reperitur, & præcipitur in alia epist. Matrit. 5. Decembr. & schedul. ult. ejusdem mensis ann. 1608. ad eumdem Marchionem directa, de quibus *infrà lib. 3. cap. 5. num. 33.*

Quarto adversus superiorem titulum facit, 60 quòd ersi licitum esse concederemus, infidelibus & barbaris gentibus ea de causa bellum movere, ut Christi Fidem eis prædicatam vel prædicandam reciperent: adhuc tamen Christianos Principes hoc jure uti non expediret. Tum quia † infi- 61 deles, quibus ante à Fides sufficienter annuncia-

ta non fuit, infidelitatem negativam inculpabilem habent, atque ita sine aliquo suo crimine puniretur, ut diximus *sup. hoc lib. 2. cap. 10. ex*
62 *num. 76.* Tum etiam, † quia gravia, & ingentia scandala ejusmodi bellorum ratione inter ipsos infideles generarentur, quæ Fidei nostræ receptioni magnum impedimentum afferrent; cùm notissimum sit, nullam in bellis clementiam reperiri, sed potius omnia damnis, injuriis, & calamitatibus subjacere: quæ latè enumerat D. Augustin. *epist. 186. & lib. 3. de civit. Dei cap. 24. & cap. 30.* D. Hieronym. *lib. 1. epist. 3.* & *Nos infra lib. 3. cap. 5. num. 48.* prosequemur.

63 Scandali † autem vitandi ratione, plura excusanda esse, quæ alioqui legitimè fierent, multis exemplis, & argumentis probatur *in cap. 1. & 2. de noui oper. nunt. cap. 3. de jure patron. cap. quia circa de consang. & affinitate, cap. 1. de offic. delegat. lib. 6. cap. unusquisque 22. quæst. 4. cap. si ergo*, ubi glossa *verb. Clamoribus 8. q. 1. lib. qui eadem, ff. ad leg. Cornel. de sicariis*, D.
64 Thom. 2. 2. *quæst. 8. art. 1. in fine*, ubi dicit † quod Princeps non punitur, ubi timetur de scandalo glos. ult. *in cap. si quis ordinatus 50. distinct.*
65 ubi inquit, † quod alias excomunicandus excommunicari non debet, si scandalum timeatur, junctis aliis, quæ latissimè adducit Abbas, & notanter ejus addit. *in cap. consideravimus, in fine, de electione* Roman. *in repet. l. si verò, §. de viro, fallen. 7. ff. solut. matrim.* Barbat. *cons. 11. lib. 1. & con. 20. lib. 2.* Felin. *in cap. 2. de præscript.* Dec. *cons. 151. col. 3.* Tiraquel. *de pœn. tempor. causa 46. per totam, & de primog. quæst. 4. in fine*, Paris. *cons. 68. num. 132. vol. 4.* Mar. Mantua *cons. 121. num. 64.* Quintil. Mandos. *in tract. de signat. gratiæ, rit. dispensatio. matrim. vers. Ad evitandum, pag. 88.* Covarr. *in Reg. peccatum, 1. part. ex num. 1. & 6.* Sebastian. à Gimenez *in remission. ad cap. qui scandalizaverit, de regul. juris*, Bobadill. *in Politica lib. 3. cap. 7. num. 55.* & novissimè Cardin. Tusch. *pract. conclus. jur. lit. S. conclus. 51. & 52.* Gabriel Bazq. *in opusculo de scandalo*, & Pat. Suar. *in tract. de charit. disp. 10. sect. 1. & 2.*

Et hoc nimirum est, quod in simili quæstione tradit D. Thom. 2. 2. *quæst. 10. art. 11.* do-
66 cens, † ritus infidelium, etiam nobis subditorum, tunc tolerandos esse, quando, si de eis auferendis ageretur, aliquod scandalum, vel desidium provenire posset, vel aliquod impedimentum salutis eorum, qui paulatim sic tolerati, converterentur ad Fidem. Propter quod, inquit, etiam hæreticorum, & paganorum ritus aliquando Ecclesia toleravit, quando erat magna fidelium multitudo.

Unde in nostra eadem quæstione concludit Azor. *d. lib. 8. inst. Moral. cap. 26. quæst. 11.* multo majori ratione adversus infideles non subditos, bella ob solam Fidei receptionem inferenda non esse, quia esse potius illam impedire, & retardare, quàm promovere.

Quod etiam probant, & latiùs prosequuntur Sot. *in 4. distinct. 5. quæst. unica, art. 10. p. 267.* Victor. *in 1. relect. de Indis, num. 39.* Chiapa *in Apolog. contra Sepulved. fol. 12. 13. & 42.* Acost. *de procur. Ind. salut. lib. 2. cap. 13.* Fr. August. Davila in histor. Mexicana Ord. Prædicat. *lib. 2. cap. 53. & 54.* Tom. à Jesu *d. lib. 4. pag. 123. & 124.* Pat. Suar. *d. tract. de Fide disput. 18. sect. 1. num. 9. & sect. 3. num. 6.* pluribus demonstrantes, † damna, strepitus, & scandala, quæ 67 ex bellis oriuntur, omnino Evangelii prædicationi, & introductioni adversari, & nihil Fidei magis, quàm violentiam officere.

Nam, † cùm ii, qui Christi legem annun- 68 tiant, & in ea proficere student, in caritate vivere debeant, finis enim omnium præceptorum est caritas, ut inquit D. Paul. *in epist. ad Titum c. 1.* Perfecta † autem caritatis foras mittat timorem 69 ut habetur 1. *Joan. 4.* non poterunt infideles utilissima hæc caritatis rudimenta percipere, si ab aliis, qui ea prædicant, primo ingressu terrentur, & se debellari, bonis spoliari, & occidi conspiciunt. Neque ullo modo ejusdem legis mansuetudinem, suavitatem, & æquitatem agnoscent, si illius professores ac magistros omnia per sævitiam, duritiem, avaritiam, & iniquitatem facere vident. Quin potiùs † illam blasphemabunt, & de- 70 testabuntur, existimantes, nostram legem dare licentiam violandi jura gentium, imò & ejus naturæ, occupando res alienas invitis dominis, & inferendo bellum sine titulo justo. Unde duriores etiam fient, & magis indispositi ad Fidem suscipiendam, & Christiani infesti infestissimis hostes Barbaris, ipsis reddentur, atque de eorum numero erunt de quibus Michæas Propheta *cap. 2.* prædixit: *Et eos, qui transibant, simpliciter convertistis in bellum.*

Prout † re ipsa contigisse tradit Fr. August. 71 Davila *dict. cap. 54. pag. 219.* narrans, Indos aliquos Novæ Hispaniæ, ob militum nostrorum scelera, & sævitiam, ira nomen Christi, & Christianorum exosum habuisse, ut Religiosis viris, qui postea ad eos convertendos, puriori, & ardentiori Fidei zelo accesserunt, necessarium fuerit illis suadere, se non Christianos, ut illos milites, sed patres Christianorum esse, & licet sub eadem Fide, aliud tamen vitæ institutum, & veræ christianæ religionis officium profiteri.

Et ut daremus hujus timoris ratione infideles ad Fidem devinctis manibus pervenire: adhuc tamen postea ex hac conversione plura quidem damna & scandala nasci, & timeri potuissent, prout advertit, & exemplis ostendit Episcop. Chiapens. ubi sup. & Marq. *in tract. de Judæis, & infidel. 3. part. cap. 2. num. 5.* Nam † quemad- 72 modum coacta matrimonia difficiles solent exitus generare, ut alias dicitur *in cap. requisivit 17. de sponsal.* ita & spiritualem connubium, quod in baptismatis susceptione contrahitur, si metu, vel terrore fiat, aut quavis alia animi concussione, in blasphemiam, apostasiam, & alios errores degenerat, & frequentiùs, non tam infideles ad credendum movet, quàm ad fingendum se credere, & Fidem christianam recipere, ut multis exemplis ex historiis petitis cum Sigiberto, Cranzio, & aliis probat Majol. *de perfid. Judæor. pag. 186. & seqq.* quod † immane sacrilegium est, ut rectè docet 73 Victor. *supra d. num. 39.* Et ante eum Cajet. 2. 2. *quæst. 10. art. 8.* qui hoc argumento convincit eos, qui metu pœnæ ad Fidei profesionem infideles inducunt, qui illam priùs voluntariè, saltem indirectè non susceperunt, & ad sacrilegium concurrere docet, & sequitur Gregor. de Valentia

d. punct. 6. volum. 409. rectiùs agitur, & Sotus
74 *d. quæst. unic. artic. 10. pag. 269.* ubi refert, † quod in hac mansuetudine, & suavitate prædicationis Fides nostra differt à perfidia Mahometi: nam illa tamquam quæ ulla ratione persuaderi poterat, vi, & armis in mundum obtrusa est; nos-
75 tra † verò per homines inermes, & mites, sola veritatis energia mundum vicit, juxta illud *Joan. 1. 5. Hæc est victoria, qua vicit mundum fides nostra.*

Quod quia exactè aliquando servatum non
76 est, † plura mala contigerunt, quæ referunt Chiap. Acost. & Avil. ubi supra & Hispani homines, qui primis illis harum Indiarum expeditionibus militarunt, malè apud nostros, & exteros audire cœperunt, quod hoc Religionis prætextu, magis tamen divitiarum, quàm animarum lucro inhiantes, plures Indos deleverint, quam converterint, ut ex Petro Cieza, Joan. Metello, & aliis narrat Theatr. vitæ hum. *vol. 12. lib. 3. pag. 2739. & 2753.* & diximus *supra lib. 1. c. 16. ex num. 94. & lib. 2. cap. 3. num. 60. &* repetimus *infrà lib. 3. cap. 5.*

Et hoc dolens Fr. Joan. à Ponte *in conven. utriusque Monarch. lib. 2. cap. 5. §. 2. pag. 108.*
77 *in margine*, refert se audiisse † à B. Fr. Michaele de Benavides Archiepiscopo de Manila, quòd in aliquibus partibus Indiarum Mahometani suam sectam Indis juxta legem, & normam Evangelicam proponebant, & prædicabant: at Catholici nostram, juxta regulas, & præcepta Mahometis: væ autem, inquit, Theologis, qui talia consulunt.

78 Et † conducunt verba D. Vicentii *lib. 1.* quam refert Chiapensis *ubi supra fol. 13.* ubi illud Mahometis reprehendens qui dicebat, se in terrore gladii, & vi armorum missum fuisse: *Advertite* (inquit) *si hujusmodi prædicatio ad Dei Prophetam debeat pertinere, in quibus nihil est aliud, quàm fraus & violentia, & humani sanguinis effusio, & quidquid prorsus latrones, & viarum insidiatores faciunt, agebatur.*

Quibus addere licet cum Rutil. Benzon. *lib. 5. de ann. Jubil. c. 10. pag. 131. & seqq.* Tan-
79 tum abesse, † ut Deus mediantibus bellis fidem suam extendi desideret, quòd pacem potiùs sæpè, tamquam medium opportunum elegerit, vel ad Evangelium prædicandum, vel ad divinas, canonicasque leges promulgandas, vel denique
80 ad Religionem tuendam. Sic † enim *Oseæ 2.* dicitur: *Et arcum, & gladium, & bellum conteram de terra.* Et *Michææ 4.* atque etiam *Isaiæ 2. Concidens gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebunt ultra ad prælium.* Quæ loca ad literam intelliguntur de summa pace temporali, quæ in universo Orbe tempore Nativitatis Christi vigebat, ut commodiùs via Evangelio per totum illum prædicando pateret, ut constat ex D. Hieron. ibidem, qui adnectit, tunc impletum esse illum Angelorum concentum. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: & in diebus ejus orta est justitia, & multi-*
81 *tudo pacis.* Tunc etiam † Templum Jani Quirini clausum fuit, quòd non nisi in suma tranquillitate fiebat, ut prodit Sueton. *in August. cap. 22. & in Nerone cap. 14.* Oros. *lib. 6. c. 22.* Eutrop.

lib. 9. in Gordiano, Euseb. *lib. 9. demonstr. Evang. cap. 17.* Cardin. Baro. *tom. 1. annal.* Martyrol. Roman. *in die Natalitio Domini*, ibi: *Toto Orbe in pace composito.* Et † Virgil. ita de Augusti tempo- 82
re canens, *lib. 1. Æneid.*

Aspera tunc positis mitescent sæcula bellis.
—Diræ ferro compagibus arctis,
Claudentur belli portæ furor impius intus,
Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis,
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

Est † autem elegans descriptio pacis, quam 83
Isaias proponit, ab eventu nimirum sumpta. Nam ut belli tempore agri vastantur, agricultura cessat, & rustica instrumenta in arma bellica convertuntur, ut belle ostendit Virgil. 1. *Georg. & 7. Æneid.* Ovid. 1. *Fast.* & habetur *Joelis 3.* Sic regnante pace contraria vigent studia, & quæ Martis antea, Ceteris postea ministeriis arma deserviunt, juxtà illud † Martialis *lib. 14. epi-* 84
gram. 34. cujus titulus:

Falx ex ense.
Pax me certæ dicis placidos conflavit in enses.
Agricolæ nunc sum, militis ante fui.

Neque minus apposita nostro instituto favet alia expositio, quam ad prædicta loca tradit post alios Gasp. Sanctius *sup. d. c. 2. Isaiæ n. 9. vers.* 85
Sed ego; † nempè Prophetarum sensum esse illam futuram esse Christi œconomiam, & illam Evangelii legem, ut homines non ad bellum inflamment, sed ad pacem adducant. Pro qua Ego ultra illum expendo † insignem locum Arnobii 86
lib. 1. contra Gentes, ubi ostendens, quantum mundus hac in parte legi Evangelicæ debeat, sic eleganter scribit: *Cùm magisteriis Christi acceperimus, ac legimus, malum malo rependi non oportere, injuriam perpeti, quàm irrogare posse præstantius suum potius fundere, quàm alieno polluere manus, & conscientiam cruore. Habet à Christo beneficium jamdudum Orbis ingratus per quem feritatis mollita est rabies, atque hostiles manus cohibere à sanguine cognati animantes accepit.*

Et utramque etiam interpretationem accipere potest † illud Zachariæ *cap. 14. In die illa erit,* 87
quod super frænum equi est Sanctum Domino, id est, ut D. Hieron. & Cyrillus exponunt, tunc summa pax erit (scilicet nascentis Christi, vel legis gratiæ temporibus) nec indigebunt equis qui ad pugnam apti sunt, *Proverb. 12.* ac propterea omnia eorum ornamenta Domino consecrabuntur. Quamvis D. Ambros. *in Oratione de obitu Theodos. Imperatoris*, Theodor. *lib. 1. historiæ Ecclesiast. cap. 18.* Sozomen. *lib. 2. c. 1.* Nicephor. *lib. 8. c. 29.* & idem D. Cyrillus in eumdem locum Zachariæ supradictum, ejus verba interpretentur † de fræno Constantini Magni, in quo unus ex 88
clavis Crucis Christi ab eo positus fuit, ut per sacrarum rerum venerationem victoriam in prælis obtinerent, atque ejusd. clavi præsidio, pericula belli evitaret; licet hæc expositio ridicula D. Hieron. videatur.

Quinto & ultimò, superioribus inhærendo, considero, quòd si, ut assertores contrariæ sententiæ perpendunt, ideo armaris militum manibus, & bellorum concussionibus, in conversione Indorum utendum fuit, quoniam media suis finibus convenire debent, & potestati, cui compe-

tit finis comperit etiam cura de mediis: longè majori ratione affirmare debemus hæc omnia, fidem prædicare, suadere, & propagare volentibus, summoperè fugienda esse. Nam cùm in omnibus multum valeat † illud Senecæ dictum *lib. 1. de Clementia*: *Ingenia nostra, ut nobiles & generosi equi, melius facili fræno reguntur.* In hac tamen munere animarum ad Fidem convertendarum, plurimum quidem id observari debebit: † quoniam lex Christi maximam libertatem, voluntatem, & suavitatem in sui introductione, & suasione requirit, ut docet D. Tom. 2. 2. *quæst.* 10. *articul.* 8. Rainer. *in Panteologia* 1. *part. cap. de infidelibus*, & Nos supra ut primo, & tertio hujus capitis argumento latissimè probatum reliquimus. Vis † autem, timor, aut metus multum minuit de voluntario, ut docet Aris. *lib. 5. Ethic. ad Nichom.* immo nihil voluntati, & consensui tam contrarium est, quam vis, atque metus ut ait Ulpian. *in l. nihil consensui 116. ff. de reg. juris*, ubi Pet. Faber. & Rævard. plura alia in ejusdem sententiæ comprobationem adducunt. Atque adeo in mediis † errare videntur & igniculos fidei opprimere, quos fovere desiderant, qui verberibus loco verborum utuntur, & dum voluntatem quærunt, voluntarium excludunt, & Apostolorum officium contra morem Apostolicum exercentes, plus se per minas, bella, & armorum terrorem prefuturos sperant, quam per pacem, mansuetudinem & prudentiam, ita enixè à Christo Domino commendatam, & per exemplum puritatis, & sanctitatis vitæ ab omni avaritia, & turpitudine liberæ. Quibus dumtaxat armis in hac militia procedendum esse, Christus ipse *Joan. 6.* & D. Paul. 1. *Chorint.* 1. & 2. 10. † & omnes Ecclesiæ Patres passim scribunt.

Inter quos Greg. relatus *in d. c. quid autem, & cap. qui tincera 45. distinct.* novam, & inauditam illam prædicationem appellat, quæ verberibus exigit fidem, & blandimentis, non asperitatibus prædicandam animadvertit: Et iterum *lib. 1. epist. 34.* sic ait: *Eos enim, qui à Religione Christiana discordant, mansuetudine, benignitate admonendo suadendo ad unitatem Fidei, necesse est congregare. Ne quos dulcedo prædicationis, & pretentus futuri judicii terror ad credendum invitare poterat, minis, & terroribus repellantur. Oportet ergo, ut ad audiendum de vobis verbum Dei benignè conveniant, antequam austeritatem, quæ supra malum extenditur, expavescant.*

Et Div. Athanas. *in epist. ad solitariam vitam agentes*, quem refert Balthas. Chavas. *de notis veræ religionis, pag. 845.* hoc veluti signo religionem nostram ab hæreticorum perfidia distinguit, sic inquiens: *Nova ista, & execrabilis hæresis, quos non potuit verbis inducere, eos vi, plagis, carceribusque ad se pertrahere annititur; atque ita vel se ipsam, quàm non sit pia, & Dei cultrix manifestat. Placenim religionis proprium est, non cogere, sed suadere, siquidem Dominus non cogens, sed libertatem voluntati permittens dicebat: Si quis vult venire post me, &c.*

Chrysost. quoque & Ambros. quorum verba retulimus *suprà hoc cap. n. 14.* mansuetudine, exemplo, & doctrina, non coactione, aut terrore ministerium istud peragendum esse testantur; & tunc in eo Prædicatores proficere, cùm oves sunt; tunc verò retrocedere, & superari, cùm in naturam luporum transierint.

Et hoc etiam est, quod docuit Div. Augustin. *in sermon. de puero Centurion. Infidelibus blandiendum est, non irascendum, ut per amorem, & dulcedinem possint Christo lucrari.* Et D. Dionys. in epistol. ad Denophil. in fine, ita scribens: *Doceri quippe ignaros decet, non suppliciis affici, sicut & cæcos non cruciamus, sed ad manum ducimus. Ingentis enim horroris est, quòd is, quem Christus summè bonus errantem in montibus requirit, fugientemque revocat, & vix repertum sacris humeris revehit, abs te affligitur, repudiatur, abjicitur.*

Planè enim qui † his passibus ambulant, & quæ verbis suaviter docent, factis ipsis exemplariter implent, faciliùs, & securius infideles, quantumvis barbaros, movent, & sibi, & Deo, quem prædicant majorem Fidem, amorem, & auctoritatem conciliant: cujus è contrario blasphemiam, aut vilipendium illi, ut *suprà* diximus, suscitare noscuntur, qui armis, & terroribus Evangelii legem extendere volunt, & adversam disciplinæ suæ vitam agere non verentur. Etenim, ut præclarè inquit D. Chrysostom. *In homil. 4. sup. 2. ad Titum*, non † ex verbis dogma verum, sed ex ipsis rebus, atque vita Gentiles judicare consueverunt. Et Leo serm. de S. Laurentio: *Facilis ad cohortandum sit oratio, efficax ad suadendum: validiora tamen sunt exempla, quam verba, & plenius est opere docere, quam voce.*

Et ita Paul. *ad Philip. 2.* † Prædicatores commonefacit, ut sine reprehensione vivant in medio nationis pravæ atque perversæ, & modestia eorum nota sit omnibus hominibus, & 1. *Petr. 2. Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, & in eo quod detrectant de vobis, tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.* Idem etiam diserte docet D. Hieron. *sup. cap. 5. Matth.* inquiens, Prædicatores verbi, auri, & argenti cupidos esse non debere, ne infideles existiment, ea de causa prædicare, & ne incurramus in illud Pauli, qui prædicas non furandum, furaris, qui prædicas non mœchandum, mœcharis, execraris idola, & sacrilegium facis.

Et non minus aptè, & eleganter D. Chrysostom. *in homil. 1. Imperfect. super idem c. Matthæi: Per illos quidem* (inquit) *qui dicunt, & non faciunt, blasphematur Deus, utpotè, si benè docent, & melius vivant, videntes Gentiles dicunt: Beatus Deus, qui tales habet servos. Verè illorum est Deus verus: nisi enim ipse esset justus, numquam populum suum circa justitiam sic teneret. Nam scientia Domini ex moribus familiæ demonstratur. Si autem benè docent, & male conversentur, videntes Gentiles dicunt. Qualis est Deus eorum, qui talia agunt? Numquid sustineret eos talia facientes, nisi consentiret operibus eorum? Vide quomodo Deus per malos Christianos blasphematur, nec potest dominus bonam opinionem habere, qui malam familiam habet. Unde Paul. ad Roman. 2. unum dictum est ad populum Dei: Nomen enim Dei per vos blaphematur inter gentes.* His concordat, D. Augustin. *in lib. de vita Christi*, dum inquit: Sanctum esse populum suum Deus voluit, & ab omni contagione injustitiæ & iniquitatis alienum

num, ut nihil in eo gentes quod redarguerentur, invenirent, sed quod admirarentur, & dicerent: Beata gens, cujus Dominus Deus eorum, populus, quem elegit hæreditatem sibi. Et D. Polycarp. Marr. unus ex S. Joan. Discipulis *in epistola quam ad Philip. scripsit*: ita ait, Omnes vos invicem subjecti estote, conversationem vestram considerantes irreprehensibilem in gentibus, ut ex bonis operibus vestris, & vos laudem accipiatis, & Dominus in vobis non blasphemetur. Væ autem illi, per quem nomen Domini blasphematur. Sobrietatem ergo docete omnes, in qua & vos conversamini.

97 De quo argumento, † & vitæ eorum, qui inter infideles Evangelium propagare desiderant, integritate, oratione, fiducia in Deum, ferventi caritate, beneficentia, prudentia, castitate, paupertate, patientia, labore, longanimitate, scientia, exemplo, & aliis, quæ in operariis Evangelicis requiruntur, plura quidem dicere possem, nisi ea alii multis in locis sigillatim proposuissent, & illustrassent: & præcipuè, de Indis nostris loquens Joseph. Acosta *de procur. Ind. salute, sub. 1. cap. 14. lib. 2. cap. 16. & sequent. & lib. 4. c. 5.* Anton. Possevin. *in Biblioth. 1. tomo, lib. 9. c. 19. & sequentibus* Thom. à Jesu *de procurandâ omn. gent. salute lib. 4. parte 2. per totum*, & Pat. Joan. Pineda *de reb. Salom. lib. 5. c. 4. §. 6. n. 5. pag. 283.* ubi inquit Verbi Dei ministrum instar politæ, & acutæ sagittæ instructum esse debere doctrinæ, splendore, acuminis subtilitate velocitatis pennis, & furore discurrendi, neque in alium scopum ferri debere, quam in corda mortalium collimanda.

Sed omittere nolo alia verba Divi Chrysostom. *homil. 44. in Matth.* ubi ex vita, & moribus Evangelizantium sumi posse, inquit, argumentum an virtutis zelo, vel avaritiæ, aut inanis gloriæcupiditate ducantur: *Si Magister, aut Doctor in anêlitate versatur, cognosce, quòd propter Deum errantem corrigere vult. Si autem in malis versatur, quomodo alium propter Deum corrigere valet ad bonum? Numquid enim aliquis magis miseriors potest esse alteri, quam sibi.*

CAPUT XVIII.

De idearum opinionum concordia, & explicatio. Et qualis demum vis aut coactio Fidei propagandæ causâ infidelibus licitè inferri possit?

SUMMARIUM.

1 *Idolorum, & aliorum infidelium conversio ti more, & modo Apostolico fieri potest, absque dubio utilior, & laudabilior erit.*

2 *Asserit, & experientia quotidiana ostendit, Apostolicum prædicandi modum inter Indos exactè servari non posse.* Et num. sequent.

3 *Acceptum annuntiandi, & propagandi Evangelii semper, & ubique pro viribus impleri debet.*

4 *Quam tentare, vel miracula expectare nemo debet, dum humana, & rationabili via incedere potest.*

5 *Et quæritur 22. q. 2. & cap. si nulla 23. q. 8. expenduntur.*

6 *Jones Metellus deridet eos, qui volunt inter Indos sine armis prædicare, & historiam circa hoc narrat.*

7 *Josephi Acostæ elegans testimonium expenditur de causis difficultatis, aut impossibilitatis prædicandi Apostolico modo inter Indos.*

8 *Indi, qui barbari sunt, & agrestes, severitate salutari compelli possunt, in Ecclesiæ gremium intrare.*

9 *Anton. Possevin. apertè sentit, hodiè inter Indos, considerata eorum feritate, varietate, & distantia Apostolicum prædicandi modum servari non posse.*

10 *Antonii Cordubensis sententia de modo conversionis Indorum.*

11 *Prædicatores ut sint tuti inter Barbaros de quorum conversione agunt, bene possunt secum aliquos milites ducere, & arces munitas extruere, ex sententia Joannis Majoris, & aliorum.*

12 *Joseph. Acosta quæ auxilia, quasve militares expeditiones admittat, ut Fides tuto inter Barbaros prædicari possit.*

13 *Fr. Thom. à Jesu prædia militaria concedit ad frænandos Indos, & prædicatores tuendos.*

14 *Pat. Franc. Suar. Prædicatores Indorum cum præsidio, & exercitu sufficienti mitti posse, resolvit.*

15 *Schedulæ plures Regiæ expenduntur, quibus opinio Joan. Major. in modo prædicationis Indorum probatur.*

16 *Indos infideles vi præcisa, & absoluta per bellum, aut alio modo ad Fidem convertere, numquam Hispani voluerunt nec cogitarunt.*

17 *Schedulis, & instructionibus Regiis semper cautum fuit, ut Indi, qua maxima fieri posset suavitate, & humanitate, ad Fidem allicerentur.*

18 *Indis, ob Fidem recipiendam, vel ex aliis causis, quæ gravissimæ & urgentissimæ non essent, numquam Reges nostri bellum fieri permiserunt.*

19 *Schedulæ, & instructiones plures referuntur, quæ violentias, & injurias, Indis illatas, graviter punire jusserunt.*

20 *Bella per Hispanos Indis illata, & plurimum, legitima fuerunt.*

21 *Fidei receptio voluntariè facta, post bella, quæ ad eam directo ordinata non sunt, violenta appellari non potest.*

22 *Coactio indirectè ad Fidem non est per se, & intrinsecè mala.*

23 *Infideles licèt expugnari non possint, ut credere compellantur, expugnari tamen, bene hortari possunt ad credendum.*

24 *Bellum & armorum terrorem inter Indos Fidem introduxisse, qualiter intelligendum sit.*

25 *Fidei, & Ecclesiæ propagationem multoties Deus bellis & aliis ærumnis mediantibus, ordinavit.*

26 *Persecutio Christianorum Jerosolymis facta, causa fuit ut faciliùs per totum Orbem Evangelium diffunderetur.*

27 *Gothorum, & aliarum nationum barbararum bella, & incursiones, eisdem, & aliis multis gentibus additum ad Fidem disposuerunt.*

28 *Armenii à Tiridate rubacti ad Christi fidem devenerunt.*

29 *Burgundiones propter Hunnorum incursiones Christo se devoverunt.*

30 *Franci cum Alemannis bella susceperunt, Religionem Christianam profiteri cœperunt.*

31 *Constantini Magni Imperatoris conversio, ob belli cautam facta fuit.*

32 *Saxones, Bohemi, Slavini, & Rugiani, qualiter occasione bellorum ad Fidem pervenerint.*

33 *Prussiis Boleslaus pepercit, sub conditione, ut Fidem acciperent.*

34 *Heraclius, Sisebutus, & Dagobertus Judæos omnes in suis Regnis degentes baptismum recipere coegerunt.*

35 *D. Isidorus quid senserit de facto Sisebuti, Judæos sui Regni baptizari cogentis.*

36 *D. Pauli ad Philip. 1. vers. 18. quid senserit, dum ait, se gaudere, sive per veritatem, sive per occasionem Christus annuntietur.*

37 *Infideles degentes in terris Christianorum licite possunt re-*

tit finis comperit etiam cura de mediis: longè majori ratione affirmare debemus hæc omnia, fidem prædicare, suadere, & propagare volentibus, summoperè fugienda esse. Nam cùm in omnibus multum valeat † illud Senecæ dictum *lib. 1. de Clementia*: *Ingenia nostra, ut nobiles & generosi equi, melius facili fræno reguntur.* In hac tamen munere animarum ad Fidem convertendarum, plurimum quidem id observari debebit: † quoniam lex Christi maximam libertatem, voluntatem, & suavitatem in sui introductione, & suasione requirit, ut docet D. Tom. 2. 2. *quæst.* 10. *articul.* 8. Rainer. *in Panteologia* 1. *part. cap. de infidelibus*, & Nos supra ut primo, & tertio hujus capitis argumento latissimè probatum reliquimus. Vis † autem, timor, aut metus multum minuit de voluntario, ut docet Aris. *lib. 5. Ethic. ad Nichom.* immo nihil voluntati, & consensui tam contrarium est, quam vis, atque metus ut ait Ulpian. *in l. nihil consensui 116. ff. de reg. juris*, ubi Pet. Faber. & Rævard. plura alia in ejusdem sententiæ comprobationem adducunt. Atque adeo in mediis † errare videntur & igniculos fidei opprimere, quos fovere desiderant, qui verberibus loco verborum utuntur, & dum voluntatem quærunt, voluntarium excludunt, & Apostolorum officium contra morem Apostolicum exercentes, plus se per minas, bella, & armorum terrorem prefuturos sperant, quam per pacem, mansuetudinem & prudentiam, ita enixè à Christo Domino commendatam, & per exemplum puritatis, & sanctitatis vitæ ab omni avaritia, & turpitudine liberæ. Quibus dumtaxat armis in hac militia procedendum esse, Christus ipse *Joan. 6.* & D. Paul. 1. *Chorint.* 1. & 2. 10. † & omnes Ecclesiæ Patres passim scribunt.

Inter quos Greg. relatus *in d. c. quid autem, & cap. qui tincera 45. distinct.* novam, & inauditam illam prædicationem appellat, quæ verberibus exigit fidem, & blandimentis, non asperitatibus prædicandam animadvertit: Et iterum *lib. 1. epist. 34.* sic ait: *Eos enim, qui à Religione Christiana discordant, mansuetudine, benignitate admonendo suadendo ad unitatem Fidei, necesse est congregare. Ne quos dulcedo prædicationis, & pretentus futuri judicii terror ad credendum invitare poterat, minis, & terroribus repellantur. Oportet ergo, ut ad audiendum de vobis verbum Dei benignè conveniant, antequam austeritatem, quæ supra malum extenditur, expavescant.*

Et Div. Athanas. *in epist. ad solitariam vitam agentes*, quem refert Balthas. Chavas. *de notis veræ religionis, pag. 845.* hoc veluti signo religionem nostram ab hæreticorum perfidia distinguit, sic inquiens: *Nova ista, & execrabilis hæresis, quos non potuit verbis inducere, eos vi, plagis, carceribusque ad se pertrahere annititur; atque ita vel se ipsam, quàm non sit pia, & Dei cultrix manifestat. Placenim religionis proprium est, non cogere, sed suadere, siquidem Dominus non cogens, sed libertatem voluntati permittens dicebat: Si quis vult venire post me, &c.*

Chrysost. quoque & Ambros. quorum verba retulimus *suprà hoc cap. n. 14.* mansuetudine, exemplo, & doctrina, non coactione, aut terrore ministerium istud peragendum esse testantur; & tunc in eo Prædicatores proficere, cùm oves sunt; tunc verò retrocedere, & superari, cùm in naturam luporum transierint.

Et hoc etiam est, quod docuit Div. Augustin. *in sermon. de puero Centurion. Infidelibus blandiendum est, non irascendum, ut per amorem, & dulcedinem possint Christo lucrari.* Et D. Dionys. in epistol. ad Denophil. in fine, ita scribens: *Doceri quippe ignaros decet, non suppliciis affici, sicut & cæcos non cruciamus, sed ad manum ducimus. Ingentis enim horroris est, quòd is, quem Christus summè bonus errantem in montibus requirit, fugientemque revocat, & vix repertum sacris humeris revehit, abs te affligitur, repudiatur, abjicitur.*

Planè enim qui † his passibus ambulant, & quæ verbis suaviter docent, factis ipsis exemplariter implent, faciliùs, & securius infideles, quantumvis barbaros, movent, & sibi, & Deo, quem prædicant majorem Fidem, amorem, & auctoritatem conciliant: cujus è contrario blasphemiam, aut vilipendium illi, ut *suprà* diximus, suscitare noscuntur, qui armis, & terroribus Evangelii legem extendere volunt, & adversam disciplinæ suæ vitam agere non verentur. Etenim, ut præclarè inquit D. Chrysostom. *In homil. 4. sup. 2. ad Titum*, non † ex verbis dogma verum, sed ex ipsis rebus, atque vita Gentiles judicare consueverunt. Et Leo serm. de S. Laurentio: *Facilis ad cohortandum sit oratio, efficax ad suadendum: validiora tamen sunt exempla, quam verba, & plenius est opere docere, quam voce.*

Et ita Paul. *ad Philip. 2.* † Prædicatores commonefacit, ut sine reprehensione vivant in medio nationis pravæ atque perversæ, & modestia eorum nota sit omnibus hominibus, & 1. *Petr. 2. Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, & in eo quod detrectant de vobis, tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.* Idem etiam diserte docet D. Hieron. *sup. cap. 5. Matth.* inquiens, Prædicatores verbi, auri, & argenti cupidos esse non debere, ne infideles existiment, ea de causa prædicare, & ne incurramus in illud Pauli, qui prædicas non furandum, furaris, qui prædicas non mœchandum, mœcharis, execraris idola, & sacrilegium facis.

Et non minus aptè, & eleganter D. Chrysostom. *in homil. 1. Imperfect. super idem c. Matthæi: Per illos quidem* (inquit) *qui dicunt, & non faciunt, blasphematur Deus, utpotè, si benè docent, & melius vivant, videntes Gentiles dicunt: Beatus Deus, qui tales habet servos. Verè illorum est Deus verus: nisi enim ipse esset justus, numquam populum suum circa justitiam sic teneret. Nam scientia Domini ex moribus familiæ demonstratur. Si autem benè docent, & male conversentur, videntes Gentiles dicunt. Qualis est Deus eorum, qui talia agunt? Numquid sustineret eos talia facientes, nisi consentiret operibus eorum? Vide quomodo Deus per malos Christianos blasphematur, nec potest dominus bonam opinionem habere, qui malam familiam habet. Unde Paul. ad Roman. 2. unum dictum est ad populum Dei: Nomen enim Dei per vos blaphematur inter gentes.* His concordat, D. Augustin. *in lib. de vita Christi*, dum inquit: Sanctum esse populum suum Deus voluit, & ab omni contagione injustitiæ & iniquitatis alienum

num, ut nihil in eo gentes quod redarguerentur, invenirent, sed quod admirarentur, & dicerent: Beata gens, cujus Dominus Deus eorum, populus, quem elegit hæreditatem sibi. Et D. Polycarp. Marr. unus ex S. Joan. Discipulis *in epistola quam ad Philip. scripsit*: ita ait, Omnes vos invicem subjecti estote, conversationem vestram considerantes irreprehensibilem in gentibus, ut ex bonis operibus vestris, & vos laudem accipiatis, & Dominus in vobis non blasphemetur. Væ autem illi, per quem nomen Domini blasphematur. Sobrietatem ergo docete omnes, in qua & vos conversamini.

97 De quo argumento, † & vitæ eorum, qui inter infideles Evangelium propagare desiderant, integritate, oratione, fiducia in Deum, ferventi caritate, beneficentia, prudentia, castitate, paupertate, patientia, labore, longanimitate, scientia, exemplo, & aliis, quæ in operariis Evangelicis requiruntur, plura quidem dicere possem, nisi ea alii multis in locis sigillatim proposuissent, & illustrassent: & præcipuè, de Indis nostris loquens Joseph. Acosta *de procur. Ind. salute, sub. 1. cap. 14. lib. 2. cap. 16. & sequent. & lib. 4. c. 5.* Anton. Possevin. *in Biblioth. 1. tomo, lib. 9. c. 19. & sequentibus* Thom. à Jesu *de procurandâ omn. gent. salute lib. 4. parte 2. per totum*, & Pat. Joan. Pineda *de reb. Salom. lib. 5. c. 4. §. 6. n. 5. pag. 283.* ubi inquit Verbi Dei ministrum instar politæ, & acutæ sagittæ instructum esse debere doctrinæ, splendore, acuminis subtilitate velocitatis pennis, & furore discurrendi, neque in alium scopum ferri debere, quam in corda mortalium collimanda.

Sed omittere nolo alia verba Divi Chrysostom. *homil. 44. in Matth.* ubi ex vita, & moribus Evangelizantium sumi posse, inquit, argumentum an virtutis zelo, vel avaritiæ, aut inanis gloriæcupiditate ducantur: *Si Magister, aut Doctor in anêlitate versatur, cognosce, quòd propter Deum errantem corrigere vult. Si autem in malis versatur, quomodo alium propter Deum corrigere valet ad bonum? Numquid enim aliquis magis miseriors potest esse alteri, quam sibi.*

CAPUT XVIII.

De idearum opinionum concordia, & explicatio. Et qualis demum vis aut coactio Fidei propagandæ causâ infidelibus licitè inferri possit?

SUMMARIUM.

1 *Idolorum, & aliorum infidelium conversio ti more, & modo Apostolico fieri potest, absque dubio utilior, & laudabilior erit.*

2 *Asserit, & experientia quotidiana ostendit, Apostolicum prædicandi modum inter Indos exactè servari non posse.* Et num. sequent.

3 *Acceptum annuntiandi, & propagandi Evangelii semper, & ubique pro viribus impleri debet.*

4 *Quam tentare, vel miracula expectare nemo debet, dum humana, & rationabili via incedere potest.*

5 *Et quæritur 22. q. 2. & cap. si nulla 23. q. 8. expenduntur.*

6 *Jones Metellus deridet eos, qui volunt inter Indos sine armis prædicare, & historiam circa hoc narrat.*

7 *Josephi Acostæ elegans testimonium expenditur de causis difficultatis, aut impossibilitatis prædicandi Apostolico modo inter Indos.*

8 *Indi, qui barbari sunt, & agrestes, severitate salutari compelli possunt, in Ecclesiæ gremium intrare.*

9 *Anton. Possevin. apertè sentit, hodiè inter Indos, considerata eorum feritate, varietate, & distantia Apostolicum prædicandi modum servari non posse.*

10 *Antonii Cordubensis sententia de modo conversionis Indorum.*

11 *Prædicatores ut sint tuti inter Barbaros de quorum conversione agunt, bene possunt secum aliquos milites ducere, & arces munitas extruere, ex sententia Joannis Majoris, & aliorum.*

12 *Joseph. Acosta quæ auxilia, quasve militares expeditiones admittat, ut Fides tuto inter Barbaros prædicari possit.*

13 *Fr. Thom. à Jesu prædia militaria concedit ad frænandos Indos, & prædicatores tuendos.*

14 *Pat. Franc. Suar. Prædicatores Indorum cum præsidio, & exercitu sufficienti mitti posse, resolvit.*

15 *Schedulæ plures Regiæ expenduntur, quibus opinio Joan. Major. in modo prædicationis Indorum probatur.*

16 *Indos infideles vi præcisa, & absoluta per bellum, aut alio modo ad Fidem convertere, numquam Hispani voluerunt nec cogitarunt.*

17 *Schedulis, & instructionibus Regiis semper cautum fuit, ut Indi, qua maxima fieri posset suavitate, & humanitate, ad Fidem allicerentur.*

18 *Indis, ob Fidem recipiendam, vel ex aliis causis, quæ gravissimæ & urgentissimæ non essent, numquam Reges nostri bellum fieri permiserunt.*

19 *Schedulæ, & instructiones plures referuntur, quæ violentias, & injurias, Indis illatas, graviter punire jusserunt.*

20 *Bella per Hispanos Indis illata, & plurimum, legitima fuerunt.*

21 *Fidei receptio voluntariè facta, post bella, quæ ad eam directo ordinata non sunt, violenta appellari non potest.*

22 *Coactio indirectè ad Fidem non est per se, & intrinsecè mala.*

23 *Infideles licèt expugnari non possint, ut credere compellantur, expugnari tamen, bene hortari possunt ad credendum.*

24 *Bellum & armorum terrorem inter Indos Fidem introduxisse, qualiter intelligendum sit.*

25 *Fidei, & Ecclesiæ propagationem multoties Deus bellis & aliis ærumnis mediantibus, ordinavit.*

26 *Persecutio Christianorum Jerosolymis facta, causa fuit ut faciliùs per totum Orbem Evangelium diffunderetur.*

27 *Gothorum, & aliarum nationum barbararum bella, & incursiones, eisdem, & aliis multis gentibus additum ad Fidem disposuerunt.*

28 *Armenii à Tiridate rubacti ad Christi fidem devenerunt.*

29 *Burgundiones propter Hunnorum incursiones Christo se devoverunt.*

30 *Franci cum Alemannis bella susceperunt, Religionem Christianam profiteri cœperunt.*

31 *Constantini Magni Imperatoris conversio, ob belli cautam facta fuit.*

32 *Saxones, Bohemi, Slavini, & Rugiani, qualiter occasione bellorum ad Fidem pervenerint.*

33 *Prussiis Boleslaus pepercit, sub conditione, ut Fidem acciperent.*

34 *Heraclius, Sisebutus, & Dagobertus Judæos omnes in suis Regnis degentes baptismum recipere coegerunt.*

35 *D. Isidorus quid senserit de facto Sisebuti, Judæos sui Regni baptizari cogentis.*

36 *D. Pauli ad Philip. 1. vers. 18. quid senserit, dum ait, se gaudere, sive per veritatem, sive per occasionem Christus annuntietur.*

37 *Infideles degentes in terris Christianorum licite possunt re-*

secundùm tententiam aliquorum directò ad Fidem Christianam compelli, quæ tamen non probatur.

38 *Infideles subditi, vi indirecta & causativa benè possunt ad Fidem deduci.*

39 Cap. debet & cap. ultim. 23. quæst. 4. *ubi D. August. docet, malos esse prohibendos à malo, & cogendos ad bonum, qualiter sit explicandum.*

40 *Infideles possunt pecuniis, donis, & muneribus ad Fidem allici.*

41 *Simonia est aliquid dare, vel pacisci expressè pro rebus spiritualibus, vel ut quis ingrediatur religionem, aut si detur in eum modi vel conditionis.*

42 *Deus sæpe promittit bona temporalia servientibus eum.*

43 *Fœminæ legatum licitè relinqui potest, sub conditione, si ingrediatur religionem.*

44 *Infidelibus vitam donare ea conditione, si baptizentur, usu receptum est.*

45 *Fidelis fœmina licitè convenit de matrimonio contrahendo cum infideli, ea conditione, si fiat Christianus.*

46 *Infidelis licet peccet, baptismum, ob pretium sibi datum recipiens: non tamen peccat ille, qui eum invitat.*

47 Cap. jam verò 23. quæst. 6. *illustratur.*

48 *Judæi, & alii infidelet subditi, possunt tributis, oneribus, & aliis servitiis gravioribus, non tamen insolitis premi, & honoribus & privilegiis privari, ut ad baptismum recipiendum alliciantur.*

49 Psalm. 32. & Isaias cap. 26. *ad ignominiam, & angustias, quas Judæi hodie ubique patiuntur, recipiunt.*

50 *Judæis non debet servari æquitas.*

51 *Judæi à Christianis habitu distingui debent.*

52 *Judæi, & alii infideles an, & quando bonis privari, & à terris Christianorum licitè expelli possint, si baptismum non receperint.*

53 *Fidem semel etiam minus religiosè, & voluntariè receptam & professam, deserere non licet.*

54 Cap. de Judæis 45. distinct. *perpenditur, & illustratur.*

55 Cap. contra Christianos, de hæretic. lib. 6. *expenditur, & illustratur.*

56 *Infidelis, qui amore alicujus puellæ fidelis ductus simulatè se baptizari permisit, & cum ea matrimonium contraxit, in baptismo, & matrimonio perseverare in foro contentioso cogendus erit.*

57 *Baptismus à parvulis Judæorum, vel aliorum infidelium inter se invicem factus, validus erit, etiam si per ludum fiat, cum intentione tamen baptizandi.*

58 *Athanasii baptismus qualiter factus fuerit.*

59 *Baptismum si quis omnino invitus, & coactus recipiat, an si postea metu cessante, per longum tempus non contradicat, verè Christianus, & baptizatus censeri debeat.*

60 *Indi, qui ob eam tantùm causam baptismum recipiunt ut suis Regibus placeant, vel eos imitentur, an sint verè Christiani.*

61 *Principum auctoritas, & exemplum multum inter infideles barbaros prodest, ad eorum faciliorem conversionem.*

62 *Schedulis pluribus cautum est, ut Prædicatores Indorum, eorum Principes, & Gubernatores ante omnia sibi gratos reddere curent.*

63 *Media omnia licita excogitare, & exequi oportet, per quæ Barbari facilius ad Fidem deveniant.*

64 *Prædicatores Indorum, ut ornatiori cultu incedant, & musicis instrumentis utantur, Regiæ schedulæ monent.*

65 *Indorum Prædicatores non peccant, si vestibus ornatioribus, & cibis lautioribus utantur, ut eos pluris Barbari æstiment, & sic meliùs ad Fidem alliciant.*

66 *S. Franc. Xaverius qualiter, & quare vestem mutaverit in Christiana apud Japonios expeditione.*

67 *B. Pat. Matth. Ricchus vestem ornatiorem sumpsit, cùm inter Sinas prædicare voluit.*
Vestibus ornatioribus semper honos habitus fuit, ibidem.

68 *Prædicator Indorum an licitè possit majorem sanctimoniam, quam revera habeat simulare, ut eos meliùs convertat.*

69 *Fidem, & ejus mysteria levioribus, & futilibus argumentis etiam inter Barbaros prædicare, & suadere non licet, aliis solidioribus omissis.*

70 *Barbarus ita nemo est, ut quædam evidenter de Fide credenda persuasionis percipere nequeat.*

71 *Fides Christi, sicut neque per vim, ita nec per mendacium, aut fallaciam introducenda, & suadenda est.*

72 *Deus non indiget mendaciis hominum ex Job, & D. Paulo.*

His argumentis, & considerationibus affirmativa, & negativa supra dictæ quæstionis, sive tituli pars, ita muniri, & corroborari videtur, ut mirum non sit, utramque tot, ac tantis sectatoribus placuisse. Sed ego, ut eas quatenus fieri possit, ad concordiam redigam, & certa ab incertis separem. Primo constituo, posteriorem istam, quæ nullo modo coactam, & violentam Fidei prædicationem, & propagationem admittit, in puncto quidem juris veriorem, & securiorem videri, solidioribusque rationibus niti. Quis † enim negare poterit, conversionem Gentium omni militari apparatu remoto, & more & instituto Apostolico factam, magis laudabilem esse? Et officii, atque æquitatis plenam, cum exemplo, & doctrina ipsius Christi Domini, & Discipulorum ejus confirmata reperiatur, qui pace, ac patientia sua, & eximia paupertate & humilitate potentiam mundi vicerunt, ut concludunt rationes, & auctoritates pro eâdem opinione toto capite præcedenti perpensæ, & Joseph. Acost. *lib. 3. de procur. Ind. salut. c. 8. pag. 236.* In actu tamen † 2 practico, supposita omnium fermè Indorum, cui olim reperti sunt, & hodie etiam reperiuntur, feritate, & stoliditate, & innumeris aliis difficultatibus, quas *supra cap. 16. ex n. 43.* consideravimus, vix quidem esset arbitror, ut progressus aliqus in Fide apud eosdem seminanda, & promovndâ fieri potuerit, aut possit, si vis aliqua non miceatur, quâ & Barbari ipsi ad humanitatis officia priùs redigi valeant, & Divini Verbi prædicatores securè inter eos versari, atque injunctum sibi Evangelizandi munus explere.

Et hoc sensu acceptæ prioris opinionis auctoritates, & argumentationes, non usquequaque rejiciendæ, aut contemnendæ videntur. Nam cùm 3 præceptum annuntiandi, & propagandi Evangelium, omnibus temporibus, & in omnibus actionibus vigeat, his se accommodare Catolici nostri Reges, & Prædicatores ab illis miss, debuerunt, & non † Deum tentare, vel mácula 4 expectare, aut sub specie perfectionis evangelicæ, temerè se Barbarorum arbitrio committere; sed via potius humana incedentes, rationibili consilio id facere, quod tempus, occasio, convertendorum conditio, & intentio suscepti meris exigebat, argument. text *in † cap. queriti 22. quæst. 2.* ibi: *Et in hoc ostenditur, quòd nendebet tentare Deum suum, dum habet, quod rationabili consilio faciat: & in c. si nulla 23. q. 8.* ibi: *Ie videlicet Deum videatur homo tentare, habet, quod faciat, & suæ, ac aliorum saluti insulere non procurat, & sanctæ Religionis documenta non præcavet.* 5

Quorum jurium, in specie nostra, eminit Ma-

Malferit. *dict. cons. 76.* apud Mandellum, *n. 14. & seq.* & Gregor. Lop. *in d. l. 2. partita, col. 4. vers. Et id quod Cajetanus.*

Quam sententiam, ultra Auctores quos retu- 6
limus *d. c. 26. n. 2. & seqq.* expressè agnoscit † Joan. Metell. *in epist. proœmiali*, quam ad historiam Hieron. Ossorii Episcop. Silvens. scripsit, & ex eo resolvit Theatr. vitæ humanæ, *volum. 27. lib. 3. pag. 4090.* tradens, diu quidem in Hispania disceptatum, num Indi bello, an solâ Divini Verbi Christiani promulgatione, prædicationeve ad nostra sacra, & ritus traducendi forent, obtinuisseque (reclamantibus tamen multis) aliquorum Dominicarum sententiam, qui benevolentiâ potiùs, & persuasione, quàm ferro, ad Christianam Religionem convertendos esse putarent. Cùm autem ex iis quidam sese inermes in Floridam hoc nomine contulissent, statim à Barbaris fuisse trucidatos, stultitiæque suæ pœnas dedisse. Atabalibamque Peruanorum Regem fidei notitiam, & librum sibi à nostris ante bellum oblatum, in terram tamquam ridiculum projecisse: *Necessariò igitur* (inquit prædictus Auctor) *ujus alteram sententiam, nimirum vi, armisque Indos ad Christianam Fidem esse deducendos, compellendosque comprobavit.*

Idem quoque plus, & † elegantiùs tradit Jo- 7
seph. Acosta *d. lib. 2. c. 8. pag. 238.* ubi ait, quod si veterem illam, & Apostolicam evangelizandi rationem in plerisque hujus Occidentalis Orbis gentibus adamussim tenere quis pergat, nihil aliud, quam amentiæ extremæ damnandus erit; neque immeritò, cum experientia ipsa, omni exceptione superior testis, rem abundè monstraverit. Nam in multis expeditionibus, & præcipuè in illis, quæ semel, atque iterum, & tertio ad Floridam factæ sunt, prædicatores, qui pacificè, & Evangelico modo ad Indos ingressi sunt, inauditi indicta causa miserè, & absque ullo animarum fructu trucidati fuerunt; quod & Dominicani probarunt, & alii Religiosi viri plus satis experti sunt. Propterea quod hæ gentes sicut bestiarum moribus utuntur, ità humanitatis parum permittat, sine fœdere, sine misericordia, prout quidvis collibitum est, ita temerè agentes in hospites, & externos nullum gentium jus observantes, cum ne inter se quidem naturæ leges sciant. Quamobrem qui horum se ratione, & arbitrio commiserit, poterit is cum apris, & crocodillis amicitiam inire. Neque verò ab istis martyrium expectandum est, qua fortassis spes tantum discrimen levaret; non enim pro Fide, pro Christo, pro Religione moriendum est, sed velut suaviores epulas de re præbeas, quod Brasiliensibus, & toti Septemtrionali oræ hujus Orbis vulgare est, vel spolium præbeas barbaris elegans, vel denique quia visus es nunquam, & quia in te sibi liceat, experiri inuat. Unde non est prudentiæ, specie justitiæ sanctioris committere, ut salutem ipse abjicias, & alienam nihilo amplius compares.

Hactenus Joseph. Acosta, qui iterum *lib. 3.* 8
cap. 13. pag. 329. docet, † infideles, qui se in recipienda fide duriores præbent, rusticitate magis animi, quàm electione rationis, cujusmodi barbari penè omnes sunt, judicii vix sententiam sequentes, sed impetu, aut consuetudine impulsi, hos certè severitate quadam salutari in Ecclesiæ gremium intrare, impellendos esse.

Acostæ vestigia † premens Anton. Possevin. 9
in Biblioth. 1. tom. lib. 9. c. 24. pag. 402. ita non minus eleganter scribit. Verumtamen, quoniam non desunt qui specie perfectioris boni cogitent, nihil aliud esse curandum iis, qui ad Indias pro Evangelio navigant, & adeò reliquis, qui Christiani sunt, quàm ut illud in baculo, & pera proficiscantur; uni Deo absque aliis præsidiis innixi. Certè non omnino omnibus in locis ita pensanda res est: quin secundo addendum, non solum destrui finem, cum media tolluntur, sed diversa quædam pro diversis mundi quasi ætatibus requiri. Potuisse quidem illud ab Apostolis præstari, quibus varia charismata, linguarum donum, & peculiaris à Deo concessa facultas fuerat, donec grandesceret, quæ plantabatur Ecclesia. At irrigatio cessat, (inquit Gregorius Magnus) ubi arbor egit radices. Et quod non valet Sacerdos efficere per Doctorum sermonem (ait Isidorus) jam potestas hoc debet implere per disciplinæ terrorem. Sanè verò plurimis, qui sub Regum patrocinio, atque imprimis à Sede Apostolica ad Indias transmiserunt, si naucleri naves, remiges, milites, commeatus, vestes, libri, portus, domicilia defuissent, ecquid inter illas truces gentes sine miraculorum & linguarum dono efficere potuissent? Aut quomodo sine magistratu, præsidiisve ullis salvi fuissent? Et vero qui absque his mediis, specie quidem zeli, sed non integra forsasse scientia impulsi, in easdem gentes aliquando procurrerunt, paucissimi fuere, qui aut re infecta, aut omninò non redierint, non perseveraverint, aut denique miserè trucidari non sint in *Florida*, in *Nova Hispania*, in *Brasilia*, in *Peruano tractu*, in *Philippinis*, in *Malucis*, in *Macano*, *Malaca*, & in reliqua India. At contra reliqui divinum negotium bene gessere, qui pristinam viam instituerunt in *eadem Florida*, *Cibolensi*, *California*, *Nova Mexico*, *multis tractibus Peru*, *Brasiliæ*, in plurimis item insulis *Archipelagi Philippinarum*, *Bahuyanæ*, *Lequiis*, *China*, *Cochinchina*, *Camboxa*, *Ciana*, *Java*, *Burnejo*, & plerisque aliis insulis. *Hæc est Possevinus.*

Cui arridenti verba Anton. Cordubens. *in quæst. lib. 1. q. 57. dub. 5. pag. 503. vers. Non est ergo*, ex eisdem rationibus concludentis; non † esse 10
nunc fidem prædicandam, neque gentes, & idololatras ad fidem convertendos omninò eodem modo sicut in Eccles. prisnitiva, ubi sæpè miracula fiebant, quando paucissimi fideles Christ. erant, quia non est eadem ratio: & causa, ut dictum est.

Et juxta hanc sententiam benè potest admitti, & securè defendi doctrina Joannis Majoris *in 2. Sentent. dist. 44. quæst. 2.* dum ait, † posse ho- 11
die Principes Christianos ad convertendos Barbaros mittere Prædicatores cum sufficienti exercitu, non ut bellum inferant, sed ut Prædicatores securi incedant, turresque & arces munitas in terminis provinciarum infidelium construere, ut facilior, & securior aditus, & exitus fidelibus pateat; quod licèt rejiciant, imò & irrideant Victoria, Bañez, Emmanel Rodericus, & P. Ludovic. de Torres *in locis supr. c. prox. n. 1.* refatis; rectè tamen & prudenter probat, & laudat Greg. Lop. *in d. l. 2. partitæ, glossa magn. col. 2. & 16. vers. Tertia conclusio*: Et Joseph. Acosta istarum Indicarum rerum, & expeditionum oculatissimus,

&

& expertissimus testis *d. lib. 2. c. 11. 12. & 13.*
12 docens, quod † ut in militari disciplina non rectè provincia aliqua expugnatur, & in ditionem redigitur, nisi deducta colonia, & præsidio imposito, gradus figatur, ita profecto in horum infidelium conversione nihil sperandum est luci, nisi obfirmato animo, iis corripiendis, instruendis, atque ad profectum usque promovendis, consilio, curæ, conatusque omnes admoveantur. Neque enim repentè quicquam legitima incrementa suscipit. Et ad hoc commodè faciendum, simul proficisci oportere viros militares, necessaria humanæ vitæ præsidia in tam longa, tamque periculosa peregrinatione ferentes, simul vitæ æternæ præcones castris Christi militantes, ut diabolica tyrannide captas animas Deo expugnent. Hocque ita conjuncto officio fieri oportere, non solùm rationem docuisse, verum ipsam longo usu comparatam experientiam. Et quod si qua spes est salutis Barbarorum, in his certè expeditionibus posita est. Nam si prædicatione Evangelii commonendi, excitandique sunt, neque id fieri unius, & alterius Sacerdotis peregrinatione permittit, vel ipsorum ingenium ferox, vel regionum immensa distantia, necessario præsidio destituta, perspicuum est complurium hominum cœtu, & rerum opportunarum apparatu opus esse, quæ sanè duo in harum expeditionum ratione continentur.

13 Idem disertè docet Posevinus *ubi suprà*, † & Fr. Thom. à Jesu *lib. 2. de procur. Ind. salut. c. 8. pag. 55.* ubi ait, ad propagandam, & defendendam fidem, quæ inter hos Barbaros prædicatur, necessarium esse Christianorum Principum patrocinium, & potentiam, & ut Barbari ipsi, natura efferati, vim nostrorum pertimescant, & aliquo fræno fœdera, & amicitias, quas parum curare solent, observare cogantur. Et iterum, *lib. 4. part. 1. cap. 1. pag. 120.* ubi item ait: *Et quod sine controversia esse videtur, possunt ministri, qui inter Barbaros versantur, suæ vitæ indemnitati consulere, & præsidiis illis, quæ defensionis sunt propria, ut sunt præsidia militaria, & alia, quæ Barbaros ipsos, quorum natura est maximè constans, & infida, in officio terrore, ac metu contineat, muniri.*

14 Eruditissimus quoque P. Franc. Suar. *in tract. de Fide, disp. 18. sect. 1. num. 10.* mitti † posse Prædicatores cum præsidio, & exercitu sufficienti propter rationes suprà factas admittit; requirit tamen, ut prius infideles blandè & pacificè de audienda & recipienda prædicatione moneantur.

15 Quibus conveniunt † plurimæ nostrorum Regum schedulæ, & Instructiones, curam istam Ducibus ad has expeditiones missis præcisè injungentes. Et præcipuè cavetur in provisione Caroli V. Imp. data Granat. 17. Novembr. anno 1526. quæ extat *in 4. tom. sched. impr. pag. 224.* ibi: *Otrosí mandamos, que despues de hecha, é dada á entender la dicha amonestacion, y requirimiento á los dichos Indios, si vieredes que conviene, y es necesario para servicio de Dios nuestro Señor, y nuestro, y seguridad vuestra, y de los que adelante huvieren de vivir, y morar en las dichas Islas, y Tierra firme, de hacer algunas fortalezas, ó casas fuertes, ó llanas para vuestras moradas, procurarás con mucha diligencia, y cuidado de las hacer en las partes, y lugares donde estén mejor, y se puedan conservar, y perpetuar, procurando que se hagan con el menos daño, y perjuicio que ser pueda, sin los herir, y matar por cosa de las hacer, y sin les tomar por fuerza sus bienes, y hacienda; antes mandamos, que les hagan buen tratamiento, é buenas obras, y les animen, y alaguen, y traten como á Christianos, y próximos: demanera, que por ello, é por exemplo de sus vidas de los dichos Religiosos, ó Clerigos, é por su doctrina, predicacion, é instruccion vengan en conocimiento de nuestra Fé, y en amor, y gana de ser nuestros vasallos, &c.*

Et novissimè idem expressius disponitur, in alia epistola data Matrit. 17. Martii anno 1619. ad Excellentissim. Proregem Principem Esquilacensem scripta, cui cùm ibidem injungeretur, ut pro viribus faveret expeditionem, & prædicationem, quam Gundisalvus de Solis ad Indos Toxococies noviter repertos, facere destinabat, statim præcipitur: *Y pues el principal intento es la predicacion del Evangelio, y los demás secundario, os encargo con particulares veras, é instancia, que procureis con buen consejo, y medios á proposito, proseguilla, y fenecella, pues será obra de tanta estima, y porque será caso feo entrar en tierra tan populosa sin las fuerzas necesarias, procurareis autorizarlas: demanera, que la gente se acredite, y no se aventure, y que se vayan siempre asegurando las espaldas con buenos bastimentos, y algunos abrigos, ó fuertes, demanera que en caso repentino, y de ímpetu de gente, tengan abrigo y reparo, procurando que pues en aquella tierra no se ha visto gente de acavallo, ni armas de fuego, que de esto haya el mejor recaudo que se pueda. Y sobre todo os encargo afectuosamente el buen tratamiento de los Indios, y el regalo, y caricias con que es justo atraerlos, conservando la autoridad que conviene entre barbaros, pues sabeis, que la conquista de las voluntades es la victoria preciosa en el acatamiento de Dios, y la mas acepta al bien público, y á mi servicio.*

Secundò constituo, † nostram quæstionem in 16
eo non versari, an vi præcisa per bellum, aut alio modo, infideles ad Fidem, & Baptismum recipiendum, compelli possint? Certissimum namque est, hoc casu characterem Baptismi non imprimi, & reliquas rationes, & auctoritates militare, de quibus *in 1. argumento capitis præced.* meminimus. Neque existimari debet, Hispanos aliquo modo id ullibi tentasse, vel ignorasse, cùm viros pios & religiosos secum semper in omnibus expeditionibus ducerent, quos hoc vulgatissimum Christiani juris, & institutionis principium latere non potuit. Præsertim, † cum id 17
satis animadversum in Regiis codicillis, & instructionibus reperirent, quibus seriò & graviter cavebatur, qualiter se cum Indis in fidei prædicatione, & introductione habere deberent. In omnibus expeditionibus, quæ factæ, faciendæve sunt, sive ad novas gentes quærendas, sive ad jam quæsitas pervestigandas, districtè præcipiendo, ut Barbari humanissimè, quantùm fieri posset, & suavissimè tractarentur, blandisque verbis, assiduis prædicationibus, & christianæ vitæ exemplo, commerciis quoque, donis, & munerib-

ribus ad fidem suaderentur, & allicerentur, non
18 autem vi, & armorum, ac bellorum terrore; † ad quæ numquam nostris pervenire, concessum fuit, nisi prius graviter ab Indis aggressi, & lacessiti fuissent, & omnibus aliis mediis, requisitionibusque tentatis, vitæ, & incolumitati suæ aliter consulere non valerent.

Quod optimè in nostræ quæstionis terminis advertit Gregor. Lop. *in d. l. 2. tit. 23. p. 2. glossa mag. col. 4. versic. In modo tamen bellandi:* Acost. *lib. 2. de prot. Ind. sal. c. 7.* & manifestè colligitur
19 ex † schedulis *suprà* relatis, & ex prima, & piissima illa instructione Christophoro Columbo à Regibus Catholicis data, quam refert Episcop. Chiapens. *in replic. ult. ad object. Sepulvedæ fol. 52.* Anton. de Herrer. *in hist. gen. Ind. decad. 1. lib. 1. & 3.* & ex aliis, quæ postea à Nicolao de Ovando, Licentiato Figueroa, Ferdinando Cortesio, & aliis Ducibus successivè traditæ sunt, quarum passim meminit idem Herrer. *in d. hist. gen. Ind.* præcipuè *decad. 1. lib. 4. cap. 11. & 12. lib. 5. cap. 11. lib. 6. cap. 19. lib. 9. c. 5. & 14. & decad. 2. lib. 3. c. 8. decad. 3. lib. 5. c. 1. lib. 9. c. 2. lib. 10. c. 9. & 10. & decad. 4. lib. 1. c. 8. lib. 2. c. 3. & lib. 4. c. 10. & lib. 6. c. 11.*

Et ad idem tendunt plures aliæ schedulæ, & instructiones, quæ extant inter impressas *4. tom. pag. 221. & multis sequentibus.* Præsertim nobilis illa provisio Philippi II. quæ vocatur. *Del Bosque de Segovia*, 13. Julii anno 1573. & reperitur *d. 4. tom. pag.* 245. in qua hoc gravissimis verbis, & pœnis cautum fuit. Et in alia schedula, data Guadalupi 4. Aprilis anno 1580. *dict. 4. tom. pag. 246.* Gubernatori Philippinarum præcipitur: *Que proceda severamente contra los descubridores que no guardan las instrucciones, porque hay algunos que piensan que por ser los Indios infieles suelen ser conquistados, y sujetados por fuerza de armas, &c.*

Quod igitur nostri fecerunt, fuit, post bella variis de causis, & plerumque legitimis, & aliquibus Indiarum regionibus exantlata, & aliis provinciis, diversis rationibus, & eventibus in nostrorum Regum supremum dominium, & gubernationem redactis; ut ex serie historiarum apparet per religiosos viros, & prædicatores enixè curare, ut Indi Christianam fidem, & religionem agnoscerent, & ad eam recipiendam blandis, & suavibus mediis adducerentur. Quod cùm innumeri eorum libentissimè, & cùm maxima animi
21 alacritate fecissent, juxta ea, quæ *supr. c. 4. ex num. 20.* tradidimus, non † potest ullo modo hæc fidei receptio violenta appellari, ad quam bella, & armorum strepitus directo ordinata non sunt, licèt per indirectum videri posit, ipsis bellis mediantibus, prædicationi, & receptioni ejusdem fidei faciliorem viam, atque aditum præparatum fuisse. Constans quippè apud omnes Theologos opinio
22 est, † coactionem indirectam non esse per se, & intrinsecè malam, si debitis circumstantiis fiat, & finis conversionis prudenter, & cùm spe perseverantiæ intendatur, ut tetigimus *supr. cap. 16. ex num. 103.* & egregiè docet Gloss. *in cap. debet 53. 23. quæst. 4.* D. Anton. *2. part. tit. 12. cap. 2.* Gabr. Angelus, & plurimi alii, quos refert, & sequitur Greg. de Valent. *tom. 3. disp. 1. punct. 6.* Thom. Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 136.* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 14. n. 1.* Azor. *tom. 1. inst. Moral. lib. 8. c. 24.* Fr. Thom. à Jesu *de Procur. omn. gent. salut. lib. 5. p. 1. dub. 2. pag. 204.* & novissimè P. Suar. *in d. tract. de Fide, disp. 18. sect. 3. ex n. 8.* & Didac. Valdes. *de dignit. Reg. Hispan. c. 10. n. 6.* ubi ita † ait: *Igitur infideles* 23
hi non baptizati expugnandi sunt, non ut credere compellantur, sed ut hortentur, ad verè credendum; & allegat illud Tacit. *lib. 3. Annal. Ut rei agi possint, acie vincendi sunt.*

Et hoc sensu † accipiendum est, quod tradit 24
Thom. Boc. statim citandus, *cap. 9. in fin.* Joan. Boter. *in rel. at. univers. p. 4. lib. 3. pag. 55. & 56.* Ant. Herrer. *in d. hist. gen. Ind. decad. 2. lib. 5. c. 4. pag. 167.* & Fr. Joan. à Ponte *in conven. utriusque Monarch. lib. 3. cap. 3. §. 3. pag. 19. in margine;* bellum scilicèt, & armorum favorem Christianam Religionem inter Indos Occidentales introduxisse. Non enim loquuntur de coactione præcisa, & directa, sed de indirecta, & causativa, quæ, ut diximus, licita est, & permissa, & in Dei Ecclesia multoties visa, & observata. Cujus propagatio-
nem, † & dilatationem per omnia fere sæcula in 25
plurimis gentibus, & nationibus, Deus ipse non sola Evangelii voce disposuit, sed plerumque mediantibus bellis, & aliis persecutionibus, vel rerum præsentium beneficiis, aut depulsione malorum, quæ Christi fide non recepta timeri potuissent: ut latè, & copiosè prosequitur Thomas Boc. *lib. 4. de sign. Eccl. Dei, fere per tot.* & præcipuè *c. 8. & 9.* Theatr. vitæ hum. omninò legendum *vol. 16. lib. 1. pag. 3004. & seq.* & Medina *in c. de vestit. q. 27.*

Ecce enim † persecutio illa Jerosolymis Chris- 26
ti, & Apostolorum ejus discipulis facta, causam præbuit, ut quindecim & plus Christianorum millia per omnem orbem spargerentur, & omnia regna ad fidem traducerent, ut ait D. Luc. *in Acta Apost. c. 8. & 11.* & prosequitur Card. Baron. *in Annal. Eccl. 1. tom. anno 53. ex n. 1.*

Gothi † quoque, Hunni, Suevi, Vandali, Ala- 27
ni, in Occidentales Europæ partes glomeraris examinibus irruentes, eas gravissimis bellis, & calamitatibus affecerunt, & labefactarunt. In quo tamen Paul. Orosius scribit *lib. 7. c. 14.* laudandum, & attollendam Dei misericordiam videri, quando-quidem hoc modo, per Orientem, & Occidentem, Ecclesiæ Christi, innumeris eorumdem Barbarorum credentium populis repletæ fuerunt, & tantæ gentes agnitionem veritatis acceperunt, quam invenire antèà illæ nisi hac occasione non possent.

Quibus exemplis, adhuc magis in specie, cum Bocio *ubi suprà*, Armeniorum † historiam 28
subjicere possumus, qui à Tiridate subacti, edicto ad Christum aditi sunt. Et † Burgundiorum, quo- 29
rum gens, cùm incursionem Hunnorum timeret, Christo se devovit, si profligaret hostes; quod illi divinitus est concessum. Idem contingit multò post † Francis, qui Gallias occuparant, & eo- 30
rum Regi Clodoveo, cùm prælium commissurus esset adversus Alemannos, & eorum robur, & innumeram multitudinem maximè formidarent.

Constantinus † quoque Magnus Christo se 31
adjunxit ob victoriam, quam retulit de Maxentio per Crucis signum, aliaque beneficia cœlitus illi concessa, ut post alios enatrat Baron *tom. 3. anno 312. ex n. 56.*

32 Saxoniæ † etiam incolas Carolus Mag. undecim præliis diverso tempore domitos, Christianæ Religioni, quàm se ultro accipere professi fuerant, & decies abjicerant, integrè adjecit anno 785. ut Rheginus, Eguinart. & Aimoinus scribunt. Borivorius item, & Otho Magnus armorum vi inter Bohemos fidem instituerunt, & restituerunt, testatur Dubrau. *lib.* 5. *&* 6. Et Salvin. ut refert Helmodius *lib.* 6. *cap.* 9. 16. 19. *&* 24. cum Othonis Magni punitionem timerent, qui eos bello delere volebat ob quædam latrocinia, & incursiones in Christianos factas, illam Christi cultum complectendo redemerunt: à quo cum postea perfidè discessissent, ab Henrico I. & Conrado ejus successore præliis fracti, ad fidem redire coacti sunt.

Rugiani quoque, eodem Helmod. teste, *lib.* 1. *cap.* 43. *&* *lib.* 2. *c.* 12. *&* 13. Ludovico imperante, Christo nomen dare cœperunt, mox ab eo defecerunt, donec Waldemarus Danorum Rex, exercitu ducto, illos devicit, & gentem rudem, & belluina rabie sævientem, partim prædicatione assidua partim minis ab inata sibi feritate ad novæ religionis conversionem perduxit, anno 1186.

33 Boleslaus † item Polonorum Rex, ut tradit Arnold. *lib.* 7. *c.* 9. Prusos, qui ob plurimas Christianorum cædes erant pœnæ capitali obnoxii, bello, ferro, & incendiis punire decreverat, illi supplices pacem postularunt, & ea conditione obtinuerunt, si Christi legem admitterent: quod statim, ut sibi erat imperatum, fecerunt, demolitique sunt fana, & simulacra falsæ superstionis.

34 Heraclius † etiam Imperator, & Sisebutus Hispaniæ, & Dagobertus Galliæ Reges, Judæos omnes in suis ditionibus degentes, Baptismum recipere coegerunt, ut latius patebit *infra c.* 19.

35 *n.* 38. Quod factum † licèt non valde probet D. Isidor. *in histor. Goth. Æra.* 650. inquit tamen, scriptum esse, Christum, sive per occasionem, sive per veritatem anunciandum, alludens nimi-

36 rum ad illud † D. Paul. *ad Philip. cap.* 1. *vers.* 18. *Dum omni modo sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.*

Quem locum exponens D. Thom. ibidem, docet, per occasionem annuntiare Christum, qui non intendit hoc principaliter, sed propter aliud, puta lucrum, vel gloriam. Per veritatem autem quando ex recta intentione, Utroque autem modo hoc fieri ad utilitatem Ecclesiæ, dummodo verè Christus annuntietur, & falsa doctrina non misceatur. Quia, *ut ait D. August.* Pastor, qui propter veritatem annuntiat, est amandus, mercenarius, qui propter lucrum, est tolerandus, qui falsus, expellendus. Et eodem tendit Tertul. qui 5. *contra Marcionem* sic vertit: *Nihil mea sive causatione, sive veritate Christus annuntietur, quia unus annuntiabatur, sive ex causatione, sive ex veritate Fidei.* Glossa quoque ordinaria, & D. Anselmus ibidem, eos ab Apostolo notati traduat, qui temporalibus lucris, & commodis inhiantes, prædicationem suscipiunt, quos, quamvis mercenarios, non prohibet Apostolus, sed permittit, quia & ipsi utiles sunt ad aliqua. Neque abest D. August. *in serm.* 49. *in Joan.* ubi cum hunc locum per transennam incidisset, sic ait: Sunt homines in Ecclesia, de quibus dicit Apostolus *ad Philip.* 1. Qui ex occasione evangelizant, quærentes ab hominibus commoda sua, sive pecuniaria, sive honorum, vel laudis humanæ, quomodolibet volentes accipere munera, evangelizant, & non tam salutem ejus quærunt, cui annuntiant, quàm commodum suum: *Brevius Oecumenius.* Quid mihi curæ est, quo quis scopo prædicet, qui interim rectè prædicet, sive per occasionem propter invidiam adversum me sive per veritatem Christus annuntietur. Dionys. verò Carthusianus, & Cajetan. ut alios recentiores omittam, verba illa: *Sive per occasionem*, interpretantur, id est, *Incidentaliter*, scilicet, ex invidia, seu contentione, seu alio quovis prætextu. Pro quibus Græca versio stare videtur, quæ ubi Vulgata dixit, *Occasionem*, apponit, *Prophasim*, quod idem est ac prætextus, occasio, excusatio, vel simulatio, quasi sensus sit, prædicationem veram quolibet colore, aut intentione operam iis quidem utilem esse, qui ejus occasione conversi sunt, quamvis prædicantibus potius noceat, quàm prosit.

Ut tandem D. August. non minus eleganter expressit *Psal.* 115. sic inquiens: *Qui ex non caritate, sed ex occasione prædicabant Verbum Dei, aliud sentiebant, quod in eorum moribus apparebat: & aliud prædicabant, ut sancto nomine placerent hominibus. Quos tamen Christum annuntiare permittit, quamvis enim ea potius crederent, quæ ipsi faciebant, ut morerentur, tamen prædicabant, quæ si alii credentes facerent, salvarentur. Terrenis namque cupiditatibus consulentes, regnum cœlorum annuntiabant, habentes in pectore falsitatem, in lingua veritatem.*

Tertio constituo, quòd † si de illis infideli- 37
bus loquamur, qui Principibus Christianis subditi sunt, in eorum terris, & imperiis habitant, plures Auctores reperiemus, qui gravibus argumentis & rationibus ducti, affirmare audent, religiosè, & utiliter eosdem Christianos Principes facere, ubi ejusmodi sibi subditos infideles, etiam invitos, & reluctantes compellunt, ut Fidem, & Religionem Christianam suscipiant, postquam sufficientem illius propositionem habuerint. Hanc enim sententiam expressè tenuit, & probavit Scotus *in* 4. *dist.* 4. *quæst. ult.* & sequitur Gabr. *ibidem quæst.* 2. *dub.* 5. *circa finem*: Alphons. à Castro *de just. hæret. punit. lib.* 2. *c.* 14. & non esse improbabilem tradit Mag. Lorca *in* 2. 2. *sect.* 1. *disp.* 36. *num.* 7.

Et licet contraria verior sit, ex rationibus, & auctoritatibus *cap. præced.* relatis, quæ non minus in subditis quàm in non subditis militant, & ex aliis, quæ contra Scotum cum magis communi Theologorum Schola post D. Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. *&* 11. docet Cajet. *ibid.* D. Antonin. *in sum.* 2. *p. tit.* 12. *c.* 2. Palud. *in* 4. *dist.* 4. *q.* 4. Durand. *q.* 6. Soto *dist.* 9. *q.* 1. *art.* 3. Victor. *in relect.* 1. *de Indis* Henric. *lib.* 2. *de Baptism. c.* 4. *n.* 8. Gregor. de Valent. *d.* 3. *tom. disp.* 1. *punct.* 6. Torres *de Fide, art.* 7. *disp.* 51. *dub.* 1. *col.* 638. Thomas à Jesu *de proc. omn. gent. salut. lib.* 5. *in princ. pagin.* 204. & doctiss. P. Suar. qui alios allegat, *in eod. tract. disp.* 18. *sect.* 3. *ex n.* 4.

Ubi tamen † non agitur de coactione directa, 38
& præcisa, sed de indirecta, & causativa, iidem

Auc-

Auctores resolvunt, licitum esse, omnia media quærere, & tentare, per quæ ad Fidem suscipiendam, & capessendam alliciantur. Atque ita Div. August. *in epist.* 204. *ad Donatum.* quæ refertur à

39 Gratian. † *in cap. ult.* 23. *q.* 4. meritò docet, malos esse prohibendos à malo, & cogendos ad bonum, nimirum per hanc coactionem, quæ justis, & opportunis mediis irrogatur, ut ibi explicant Gloss. & Doct. & idem Aug. *in epist.* 52. *ad Macedon.* relatus *in c. debet* 53. *caus. & q.* ubi inquit: *Debet homo diligere proximum tamquam se ipsum, ut quem potuerit hominem, vel beneficientiæ consolatione, vel reformatione doctrinæ, vel disciplinæ coercitione adducat ad colendum Deum.*

Ex quo text. Gloss. argumentum deducit,

40 quòd pecuniis, donis, & muneribus † rectè possumus infideles ad Fidem allicere: prout eos invitat August. *in c. quod autem* 23. *q.* 7. ibi: *Utinam Catholici fiant, & non solum quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum, & Caritate possideant,* & sequuntur Archid. *in d. c. debet homo, & in c. qui sincera* 45. *dist.* Gloss. *in c. quam pio, verb. Interventu, & ibi* Turrecrem. *col.* 21. *quæst.* 2. Aloisius Leo *in l.* 1. *n.* 57. *C. de Judæis;* & noviss. Anton. Ricciul. *in tract. de jur. pers. lib.* 2. *c.* 36. *n.* 5. *&* 6.

41 Nam quamvis † alioqui omnes pactiones, & nundinationes, quæ in rebus spiritualibus fiunt, prohibitæ sint, & simoniæ labem videantur habere, *cap. quàm pio* 1. *quæst.* 2. *cap. primùm* 22. *quæst.* 2. *cap. ultim. de transact.* cum notatis à D. Thom. 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 9. ubi ex eo, inquit, simoniam contrahi, si detur aliquid pretio æstimabile alicui sub pacto expresso, ut ingrediatur religionem. Attamen ubi pecunia non datur sub tali pacto, neque in vim pretii, & emptionis rei spiritualis, sed in modum conditionis, si infidelis voluerit ad fidem converti, nulla simonia committitur, quoniam temporale commodum pro re spirituali non datur, sed muneribus, blandimentis, & officiis pagani voluntatem, & animum conciliamus, ut consulat suæ saluti, & ad id, quòd alioqui jure divino præstare deberet, nobis devinciamus. Quod nullam in se turpidinem habet, sed potius magnum caritatis, & pietatis officium.

42 Cum † Deus ipse sæpè promittat bona temporalia sub conditione, si benè operentur illi, quibus fit promissio, ut videre est *Genes.* 17. & ut

43 omnes fatentur, licitum † sit legatum fœminæ relictum sub conditione, si ingrediatur religionem, ex notatis à Th. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 33. *& sequentibus,* & Per. de Lara, qui alios plurimos refert, *de anniversar. lib.* 1. *cap.* 21. *ex n.* 24.

44 Et † quod magis est, vitam infidelibus donare cà conditione, ut baptizentur, quod esse usu receptum, testatur Medina *in C. de restitut. q.* 27. & Azor. statim citandus.

45 Et similiter possit † fidelis fœmina, remoto quolibet jure humano, cum infideli de matrimonio contrahendo convenire, eà conditione, si fiat Christianus, *cap. cave, &c. non oportet.* 28. *q.* 1. & Gloss. *in d. c. debet, & in c. qui sincera, verb. Blandimentis,* 45. *distinct.* cum qua post alios, quos referunt, ita optimè distinguunt, & resolvunt Sylvest. *verb. Judæus, quæst.* 6. Thom. Sanchez *lib.* 1. *de matrimon. disput.* 36.

Joan. Azor. *dict. tom.* 1. *institut. Moral. lib.* 8. *cap.* 24. *versic. Quæres, colum.* 2274. & Fr. Thom. à Jesu *dict. lib.* 5. *de procur. omn. gent. sal. p.* 1. *dub.* 2. *pag.* 205.

Quibus Ego adjicio, quòd etsi revera daremus, infideles † ad baptismum suscipiendum pri- 46
mò, & principaliter ob temporale commodum, vel excusandam pœnam mortis adductos fuisse, ipsi quidem sic suscipiendo peccarent, licèt non tantùm, quantùm si prorsus baptismum renuerent; invitantes tamen non ita: cum licitum sit invitare ad minus peccatum, ut singulariter sentit D. Augustin. *lib.* 2. *de adulter. conjug.* 15. & habetur *in cap. si quod verius* 33. *quæst.* 2. & sequuntur Adrian. *quodlibeto* 9. *lit. E.* Cajetan. *in* 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 8. Navarr. *in Manual. cap.* 17. *num.* 253. *& in cap. inter verba* 11. *quæst.* 3. *conclus.* 5. *num.* 14. & Ant. Naldi. *in quæst. pract. verb. Baptismus, num.* 8. *& verb. Infidel. num.* 6.

Qua etiam ratione subsistit † doctrina D. Gre- 47
gor. relata *in dict. cap. jam verò* 23. *quæst.* 6. & probata post Gloss. *in dict. cap. debet*; quæ habet, posse Christianos † Principes, Judæos, 48
& alios infideles sibi subditos ad Fidem inducere, eos à tributis & oneribus aliquatenus relevando, si converti voluerint, vel majora eis tributa, & servitia imperando, atque injungendo, si in sua perfidia pertinaciter maneant: quod sequuntur, & ad privationem etiam honorum & aliorum favorum & privilegiorum, extendunt Gloss. & Præpositi. *in dict. cap. de Judæis,* 45. *distinct.* Abbas *in dict. cap. majores, 9. item quæritur, de Baptismo*: Marquard. *in tract. de Jud. & Infidel.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 8. *&* 1. *part. cap.* 14. *pag.* 57. Acosta *de procur. Ind. salut. lib.* 3. *cap.* 13. Gregor. de Valencia *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 10. *art.* 6. *columna* 410. Azor. *d. vers. Quæres*, Ricciullus *dict. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 7. *&* 8. & Suar. *d. disp.* 18. *sect.* 3. *num.* 8. *&* 9. Ubi tamen advertit, in hujusmodi servitiorum, vel tributorum impositione justitiam, & terminum, quem vocant *rigorosum*, excedi non posse. Nam servitiis, vel exactionibus insoliris gravari non debent, ex doctrina text. *in cap. sicut, de Judæis*, D. Thom. *in epist. ad Ducissam Lotharingiæ*, Joan. Andr. *in addition. ad Specul. tit. de Judæis, supra rubr.* & Innocent. & Panormit. *in d. cap. quod super his, de voto.*

Et est videndus Simon Majol. *dict. colloq. de perfid. Jud. pag.* 256. *&. seqq.* ubi addit Judæos in vilioribus, & sordidioribus officiis, & laboribus occupari posse & debere, cum sint veluti servi Christianorum, & hoc multum ad eorum conversionem proficiat. Quod Regius Vates orasse videtur † *Psalm.* 32. dicens: *Im-* 49
ple facies eorum ignominia, ut humilientur, & tunc requirant nomen tuum, Domine. Et Isaias *capit.* 26. *Domine, in angustia requisierunt te, & in tribulatione murmuris doctrina tua eis.*

Idem novissimè tradit Steph. Gratian. *in dis-* 50
cept. forens. tom. 4. *cap.* 658. *pag.* 114. pluribus probans, † Judæis, ob prædictam rationem, non debere servari æquitatem; de quo etiam agit Ricciull. *dict. lib.* 2. *cap.* 20. & Petr. Cened. *in*

collect. sect. 59. ad Decretales: pag. 198. num. 3.

51 ubi † ait, Judæos à Christianis habitu distingui debere, per text. *in cap. nonnullis 15. de Judæis*, & alia, quæ tradit Guillel. Bened. *in cap. Raynutius, verb. Raynutius de Clara, num. 64.* Palac. Rub. *in repet. rub. §. 70. num. 19.* & Did. Perez. *in l. 8. 37. & 38. tit. 3. lib. 8. ordin.* & Tiber. Decian. *dict. lib. 5. criminal. cap. 12. numer. 16.* Ricciull. *ubi sup. cap. 43.*

52 Utrum autem † prædicti Judæi, vel infideles, Christianis Principibus subditi, ab eorum Regnis expelli, & bonis spoliari possint, si Evangelii Fidem amplexari noluerint, majorem quidem difficultatem habet, propter ajentes, & negantes Doctor. sententias, quæ in hoc articulo reperiuntur: quarum Auctores, & argumenta latè adducit Camill. Borell. *de præstan. Reg. Cathol. cap. 69. per totum*, Cened. *in collect. 15. ad Decretal. num. 2. pag. 122.* Decian. *ubi sup. cap. 11. num. 1. & seqq. & cap. 13. num. 2.* & Simon Majol. *in dict. tr. de perfid. Jud. ex pagin. 40.* ubi inserit consilium circa hoc à Doctoribus Mediolanensibus factum, quando Judæi ab illo Ducatu expulsi fuerunt & novissimè Ricciull. *dict. lib. 2. cap. 51. per totum.*

Sed verior, & communior opinio est qua etiam contrariæ ad concordiam redigi possunt, ut regulariter, si quietè, & pacificè inter Christianos degant, nullumque ab eis incommodum religioni, & saluti publicæ timeatur, tolerari debeant, & ab omnibus injuriis defendi, & sic resipiscere possint, & voluntariè ad Fidem converti, *dict. cap. dispar. 23. quæst. 8. cap. Judæi de testibus, dict. cap. qui sincera 45. distinct. cap. quæstamus 42. distinct. cap. non satis 86. dist. cap. si cupis 16. quæst. 1. l. nullus, C. de Judæis, cap. etsi Judæos, cap. sicut, eod. tit.* Gloss. Bart. & Doct. *in l. multum interest, ff. de verbor. obligat.* Præposit. *in dict. cap. qui sincera, colum. 2.* Oldrad. *consil. 87. & 264.* Alex. *cons. 71. volum. 2. & cons. 90. vol. 6.* Paris. *cons. 11. volum. 4.* Marquard. de Susanis *dict. tractat. de Judæis & Infidel. 1. part. cap. 7.* Roland. *cons. 25. volum. 3.* & Joan. Bapt. Ferret. *cons. 37. & con. 381. per tot.* Ubi tamen protervia, & ingratitudine sua Christianorum gratiam, & caritatem demeruerint, vel aliquid in eos moliti sint, aut pravo suo exemplo, & superstitiosis ritibus Christianum populum turbare, aut fœdare potuerint, aut aliæ similes causæ intervenerint, quæ justum religiosi Principis animum moveant, tunc rectè expelli, & bonis privari possint, ut sæpe sæpius cum magno consilio, & Catholicæ pietatis, & Religionis exemplo factum videmus *in casibus supra cap. 16. ex numer. 113.* relatis, & in plurimis aliis, quos, hanc sententiam sub hac distinctione sequentes, commemorant Oldrad. Alexand. Paris. Roland. Decian. Borrell. & reliqui *ubi supra*, Socin. *cons. 86. lib. 4.* Cost. *t. de potestat. Regia, quæst. 81.* Petr. Malferit. *cons. 769. num. 90.* apud Mandel. *volum. 4.* Albertin. *de hæretic. lib. 6. quæst. 7.* Hermes Lethmat. de instaurata relig. *lib. 2. cap. 12.* Conrad. *in templo omn. Jud. lib. 1. cap. 1. §. 3. verb. Usuræ, ex num. 12.* Didac. Perez *in l. 2. tit. 3. lib. 8. ordin.* Simanc. *in Cathol. institut. titul. 35. num. 5. & sequentibus.* Andr. ab Egea *in cap. Canonum statuta, num. 254. & seq. de convit.* Avil. *in cap. Prætor. verb. Servitio, num. 5.* Rojas *de hæret. 1. part. ex num. 565. & singular. 37. vers. Et ita*, Simon. Majol. *dict. colloq. de perfid. Judæ. ex pag. 48. & 188. & 203.* ubi agit de Judæis juste spoliandis, Carol. Tapia *in 1. lib. jur. Regn. Neapol. sup. prag. 2. de Judæis, num. 1. & sequenti*, Philipp. Paschal. *de viribus patriæ potestat. 1. part. cap. 7. num. 14. & 15.* Thom. à Jesu *dict. lib. 5. de procur. omn. gent. salut. dub. 5. pag. 209.* Ricciull. *dict. cap. 51. numer. 11. & seqq.* & alii, quos *cap. sequentibus, numer. 89.* citabimus. Pro quibus facit Motus proprius Pii V. incip. *Hebræorum gens*, dat. ann. 1568. 4. Kalend. Martii, & alia plura, quæ novissimè congerit Fr. Jacob. Bleda *in defensione Fidei pro expulsione Moriscorum, tr. 2. c. 1. §. 2. & in hist. Maurorum. lib. 1. cap. 12. pag. 37.*

Quarto constituo, quod † etsi in ejusmodi in 53
directa, & causativa Fidei introductione & receptione aliquis fortè excessus intervenerit, cujus prætextu infideles ipsi magis coacti, quàm suasi, aut verius compulsi, quàm impulsi videri possint; ad huc tamen illis permitti non debet Fide semel ita recepta deseiscere. Quia quamvis disciplina christiana hunc modum conversionis graviter prohibeat, & detestetur: eadem tamen Religionem ipsam semel sive jure, sive injuria susceptam nullo modo deserendam esse decernit, ex rationibus, de quibus in Concilio Tolet. IV. cap. 56. † relato 54
in cap. de Judæis 45. distinct. ubi ita habetur. *Qui autem jam pridem ad Christianitatem coacti sunt venire (sicut factum est temporibus religiosissimi Principis Sisebuti) quia jam constat eos, Sacramentis Divinis sociatos, baptismi gratiam suscepisse, & chrismate unctos esse, & corporis, & sanguinis Domini extitisse participes, oportet, ut Fidem quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & Fides, quam susceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur.* Quod latè probat Lofred. *consil. 48. sub. num. 3. versic. Alia verò.* Hentic. de Boic. *in cap. 1. num. 7. de baptismo*, Stephan. de Gaeta *in repet. cap. ad limina 30. quæst. 1. §. 1. num. 15.* Philip. Paschal. *de viribus patr. potest. 1. part. capit. 7. num. 20.* Ricciull. *dict. lib. 2. de jure person. cap. 35. per totum.*

Et in nostris terminis considerat Joseph. Acost. *dict. lib. 2. de procur. Ind. salut. cap. 11. pag. 252.* ubi allegat Div. Augustin. *epist. 50. ad Bonifac.* dicentem: *Plus enim habet juris, quòd in eis Dominicus character agnoscitur:* & potuit allegare id, quod in simili de filiis parvulis infidelium, de facto contra parentum voluntatem baptizatis, diximus *sup. c. præcedenti num. 40.* & Ricciull. *ubi supra cap. 34.* Et spem integrioris, & purioris Fidei in filiis, & successoribus infidelium prædicto modo conversorum, quam etiam cum D. Gregor. & aliis consideravimus *capit. 16. numer. 108.*

Et facit † text. *in cap. contra Christianos, de* 55
hæret. lib. 6. ubi hoc procedere dicitur, etiam si infideles metu mortis, aut corporis cruciatus, baptizari se permiserint, modò absolutè non fuerint coacti, puta ligati, vel vi aqua baptismali abluti, & chrismate illiniti.

Quorum jurium argumento rectè resolvit Tiber. Decian. *lib. 5. crimin. cap. 10. num. 21.* quòd si

56 si † infidelis philocaptus amore alicujus puellæ christianæ, simulatè factus sit Christianus, ut illam sibi copularet, & baptismum receperit: si posteà reversus sit ad pestem infidelitatis, cogendus est in Fide perseverare, & uti Christianus Apostata punietur, & valebit matrimonium, neque illa mulier poterit alteri nubere, & verè dicetur character baptismi impressus, *cap. sicut ficti 1. quæst. 1. c. solet, & capite quamvis, de consecrat. distinct. 4.* Quæ tamen, *ut idem Decianus advertit*, intelligenda sunt quoad forum contentiosum, secus in foro conscientiæ, ut per Innocent. *in c. 1. circa finem, de baptismo*, & Abb. *in capite ultimo eodem*; quia cùm Ecclesia ignoret intentionem, & quilibet præsumatur bonus, poterit illum cogere, ut perseveret, & punire nolentem: & ita etiam in terminis tenuit Marquar. *de Judæis, 3. part. cap. 2. num. 8.* Berol. *lib. 2.* incip. *Ex facto quærebatur*, Paschal. *dict. cap. 7. num. 21.* Ricciull. *dict. lib. 2. cap. 31. num. ult.*

Quinimò, † etsi per ludum, cum intentione 57
tamen baptizandi, pueri Judæorum, vel infidelium se ipsos invicem baptizarent, servatis verbis, & forma baptismi, dicerentur verè baptizati, & cogerentur perseverare, prout factum fuit ab
58 † Alexandro Alexandrino Episcopo, qui cum per viam incedens, vidisset puerum Judæum, *Athanasium* nomine, in ludo puerorum se pro Episcopo gerentem, & baptizantem alios pueros, coegit omnes perseverare in Fide Christiana. Quo factum fuit, ut Athanasius maximus evaderet Fidei propugnator, ut refert hist. Eccles. *lib. 10.* & Tiber. Decian. *dict. lib. 5. cap. 12. num. 28.*

Et, quod plus est, sufficere, quod infidelis sua sponte petierit baptizari, ad hoc ut ad baptismum suscipiendum compelli possit, licèt posteà pœniteat, & reluctetur, tenet Marquard. *dict. 3. part. cap. 3. num. 1.* quem refert & sequitur Ricciull. *dict. cap. 31. num. 26.*

59 Quinimò, † si Judæos, vel Saracenus ætate major per vim præcisam coactus sit sacrum baptisma recipere, & per longum temporis spatium nihil in contrarium dixisset, sed per aliquos actus illum baptismum tacitè approbasset; tunc characterem impressum remanere, absque dubio existimat Marquar *dict. cap. 2. num. 9.* Paul. Paris. *cons. 2. num. 26. lib. 4.* & Ricciull. *dict. lib. 2. cap. 34. num. 3.* cum illa præcisa coactio per actus sequentes videretur purgata, præterquam si perpetuò durasset eadem causa coactionis, juxta ea, quæ in simili tradit Dec. *consil. 219. num. 7. & sequent.* & in propriis terminis allegant Henric. Boic. *in cap. majores, de baptismo.* Qui tamen re verâ hoc non dicit, sed potiùs contrarium; quia cùm nihil receptum sit, non invenitur, quod ratificetur, & ita adversus Paris. benè resolvit Paschalis *ubi sup. num. 19.*

Idem etiam erit dicendum in quæstione, quam movet Licentiatus Zurita *in suis quæst. Theolog. cap. 40. de Indis*, nimirum, † qui ob eam causam
60 Christianam Religionem suscipiunt, ut suum Regem imitentur, alioqui ipsam non susceperuri. Nam etsi verum sit, quod qui hac tantum sui Principis auctoritate, & exemplo ducti ad Fidem, & baptismum accedunt; admitti non deberent, ex doctrina D. Thom. *1. 2. quæst. 109. art. 6.* quia id facientes, non modò irreligiosi, verum & impii sunt, ut docet idem D. Thom. *2. 2. quæst. 5. art. 2.* semel tamen admissi, disciplinam christianam servare compellentur *ex dict. capite de Judæis.*

Imò nullatenus sperni debebit in hac conversionis infidelium, præsertim Barbarorum, expeditione, Principum eorum auctoritas, † quæ ubi 61
Indis tantum servit in modum præviæ dispositionis, licita est, & admodum necessaria, ut facilius ad Fidem alliciantur, juxta doctrinam ejusdem D. Thom. *2. 2. quæst. 174. art. 3. & q. 100. articul. 3.* Nam ut Cicero *in epist.* inquit, quales in Republica Principes sunt, tales reliqui cives esse solent, & cum Claudi reste, totus componatur Orbis Regis ad exemplum, ubi Rex boni, & honesti curam habuerit, subjectos sibi cives eamdem viam amplecti docebit, ut Vellejus Paterc. *lib. 2.* & Seneca *in Thyeste* dixerunt.

Et in specie receptionis Fidei ostendunt † 62
plures Regiæ schedulæ, quæ hanc curam conquisitoribus, & Prædicatoribus Indorum injungunt, ut eorum Regulos, Tecles, sive Caciques, primùm ad Fidem alliciere studeant, ut deinceps promptiori, & facilliori aditus reliquis aperiatur, quæ extant *in tom. 4. impress. ex pag. 221.* & præsertim in instructione data Ferdin. Cortesio Vallisoleti *26.* Junii an. *1523. pag. 248.* ibi *Y porque como sabeis de causa de ser los dichos Indios tan sujetos à sus Tecles, y señores, y tan amigos de seguirlos en todo, parece, que seria el principal camino para esto commenzar à instruir à los dichos señores principales, &c.*

Quibus etiam cavetur, † ut omnia alia media 63
excogitentur, & exequantur, per quæ Fides, & Religio Catholica facilius, & commodius Barbaris suaderi posse videatur. Et inter cætera animadvertitur in instructione *Del Bosque de Segovia*, anno *1573. dict. tomo pag. 245. vers. Aunque de paz*, ut † Prædicatores ornatiori, quantum fieri 64
possit, cultu, in primis ad Indos concionibus incedant, albis saltem stolis, & superpelliceis induti, & ut musicis etiam instrumentis, atque concentibus, ubi oportuerit, utantur, quo majorem in animos Indorum venerationem, & admirationem inducant. Quod mirè convenit cum quæstione, quam proponit Zurita ubi *suprà capit. 32.* † an scilicet, si qua Indorum gens minus 65
ædificaretur paupere Evangelizantium cultu, & tenui victu; propterea Prædicatores splendidiorem ornatum assumere, lautioremque mensam instruere deberent? Et resolvit, quod potuerunt, si id tendit ad dignitatem religionis inducendam, vel augendam ex doctrina D. Thom. *2. 2. q. 129. art. 8. quæst. 87. art. 1. & quæst. 86. art. 3.* dum hic ornatior splendidiorque cultus, cum gravi pauperum vexatione, & eleemosyniæ detractione non fieret, ut idem D. Doctor insinuat *in eadem 2. 2. quæst. 30. art. 4. & quæst. 185. art. 7.*

Et † à sanctissimo illo Indiarum Orientalium 66
Apostolo B. Francisco Xaverio factum videmus, qui cùm aliàs, paupertatis, & humilitatis observantissimus fuisset, ubi tamen prædicando ad Japonios pervenit, cultiorem vestem assumpsit, & majori comitatu, atque exteriori ornatu usus est, quia id, juxta illarum gentium mores, necessarium esse cognovit, ut referunt Horat. Turselin.

&

& Joan. Lucena *in ejus vita*, Joan. Maffei. histor. Indic. *lib.* 14. *pag.* 535. Fr. Ant. de San-Roman. *in histor Ind. Orien. lib.* 4. *cap.* 10. *pag.* 664. & melius Ferdin. Mendez Pintus, qui se oculatum testem fuisse affirmat, *in sui peregrin. cap.* 109.

67 Et idem fecit † B. Par. Matthæus Riccius in suis christianis inter Sinas expeditionibus, ut narrat Nicol. Trigaultius in historia, quam de eis elegan-

68 ti stylo composuit, *lib.* 3. *cap.* 11. Novum † quippe non est, sed multis retrò exemplis, & seculis comprobatum, ut honor vestibus pretiosioribus, vel ornatioribus adhibeatur, atque eapropter illis quilibet citra vanitatis, & luxus notam secundùm dignitatem, quam gerit, vel officium & legationem, quam exercere studet, uti potest, & debet, ut late probat Chassan. *in Catal. glor. mundi* 1. *part. consid.* 23. *in princip. & part.* 7. *consid.* 44. *& part.* 12. *consid.* 96. Speculat. loquens de judicibus, & advocatis, *tit. de advocat. §. Sequitur videndum de vestibus, colum.* 2. & Stephan. Gratian. *discep. forens. cap.* 284. *numer.* 39. *& seq.*

Quinimò licitum etiam esse, infideles, exemplo & sanctimonia Prædicatorum inducere, quamvis aliquando in his falli auditores contingat, idem Zurita docet *cap.* 8. motus auctoritate, & argumentis D. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 2. *& in* 1. 2. *quæst.* 54. *&* 57. *art.* 2.

69 Et ibidem in quæstionem deducit, utrum † si Indus non intelligat graviora, & firmiora argumenta, quibus ad Fidem adduci posset, liceat levibus aliis & imbecillis rationibus illum attraheres Et non licere resolvit, quin potius graviter peccare, qui solidas rationes omittit, & falsis, levibus, aut sophisticis rem adeò gravem pertractat, & in qua vix quisquam prudenter credere possit, qui causas credendi sufficientes non habuerit, secundùm D. Thom. 1. 2. *quæst.* 100. *art.* 5. *&* 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 9. *& quæst.* 4. *art.* 1. Ma-

70 ximè cum † nemo ita rudi, & barbaro ingenio esse possit, ut capere non valeat evidentes quasdam de Fide credenda persuasiones, ex traditis ab eodem D. Thom. 1. 2. *quæst.* 58. *art.* 4. *& quæst.* 65. *art.* 3. *& in* 2. 2. *quæst.* 45. *art.* 5.

Et faciunt, quæ in simili tradit Tiber. De-

71 cian. *lib.* 5. *crimin. cap.* 10. *num.* 18. docens, † quod quemadmodum minis, & timore infideles ad Fidem allicere non permittitur, ita nec fallaciis aut deceptionibus, ex *dict. cap. qui sincera*, cum aliis sup. relatis. Et Simon Majol. *dict. tract. de perfidia Judæorum, pag.* 220. ubi resolvit, nemini permissum esse, se defendere, aut Fidem suam adstruere cum injuria Christi, & contume-

72 lia Ecclesiæ. Unde † *Job.* 13. *dicitur: Numquid Deus indiget vestra mendacio?* Et D. Paul. *ad Roman.* 3. *Si enim veritas Dei in meo mendacio abundat in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tamquam peccator judicor, & non sicut blasphemator, & sicut ajunt quidam, nos dicere, faciamus mala, ut inde eveniant bona quorum damnatio justa est?*

CAPUT XIX.

In quo de Solutione argumentorum, quæ in prædicta quæstione ad utramque partem expensa sunt, specialiter agitur.

SUMMARIUM.

1 *Auctores, qui ad Fidem introducendam vim aliquam permittunt, qualiter sunt accipiendi, & defendendi.*
2 *Apostolicum modum in prædicando observare, ubi illud commodè fieri potest, congruentissimum est.*
3 *Indorum Novi Orbis conversio media quadam via evanda fuit.*
4 *Fidei in negotio, inter Barbaros & protervos, levem aliquam compulsionem & reverentiam salutarem admittit D. Aug. & alii, quorum verba referuntur.*
5 *Auctores, qui nullam omnino vim nec armorum terrorem in conversione infidelium admittunt, securiorem opinionem sequuntur, & qualiter argumentis contrariis respondeant.*
6 *Fidei prædicationem, & propagationem quamvis Christiani curare tentantur, non tamen debent hac causa Apostolicos prædicandi canones transilire.*
7 *Sancta quæ sunt, sanctè tractari debent.*
8 *Finis bonus non justificat actum, nisi per justa media exequatur.*
9 *Intentio bona non excusat eum, qui illicita facit.*
10 *Infideles quamvis peccent non recipiendo Fidem, non tamen possunt à fidelibus hoc prætextu puniri.*
11 *Præceptum de prædicanda Fide non obligat ad transgrediendum aliud, quo insontes puniri, & debellari vetantur.*
12 *Conversionem aliorum nemo curare debet, si se exponat periculo peccandi.*
13 *Peccatum quantumvis veniale quis committere non debet, etiam propter lucrandas omnes animas mundi.*
14 *Principes licèt sint Divinæ legis, & Fidei custodes, illam tamen debitis modis fieri debent, non autem illicitis & violentis.*
15 *Natio nulla est, ex qua aliqui non sint prædestinati.*
16 *Ecclesiæ Dei omnes gentes promissæ sunt, non tamen omnes homines omnium gentium.*
17 *Reges Hispaniæ curam conversionis Indorum sibi à Sede Apostolica demandatam; qualiter exercere debeant.*
18 *Finis curam qui habet, licèt possit disponere media, intelligitur de mediis permissis, & ad illum finem proportionatis.*
19 *Arma, quibus Christiani inlites, & Prædicatores in conversione Indorum uti debent, qualia sint.*
20 *Minitteri, si idonei fuerint etiam bodiè, Apostolico more prædicando, multum inter barbaras nationes proficient.*
21 *Apostoli olim inter nationes non minus feras, & barbaras, quam Indorum, soli, & inermes prædicarunt.*
22 *S. Fran. Xaver. modo, & fructu suæ prædicationis utile, & recens dedit nostris temporibus Apostolicæ imitationis exemplar.*
23 *Indorum salus desperanda non est, quos jam Deus ad Evangelium vocare, videtur.*
24 *Prædicatoribus Fidei certissimum auxilium Deus, Isaiæ* 55. & Psal. 67. *promittit.*
25 *Linguarum varietas, & ignorantia veros prædicatores Fidei à conversione Indorum terrere non debet.*
26 *Prudentia caret, qui quod cœlesti virtute vacuum est, humanis consiliis explere intendit.*
27 *Apostoli magis virtutibus, quàm miraculis, Orbem converterunt.*
28 *Infideles bodiè etiam magis virtutibus, quàm signis Prædicatorum movebuntur, & quare*, cum D. Chrisost.
29 *Miracula non defuerunt hoc seculo prædicantibus inter Indos.*

30 *Re-*

30 *Regula de concessione antecedentis ad positionem consequentis, fallit, quando hoc sine illo exerceri potest.*
31 *Zelus extendendæ christianæ religionis tunc laudari debet, cùm ejusdem Religionis præcepta non frangit.*
32 Cap. si non ex Fidei 23. quæst. 4. *vera explicatione donatur.*
33 *Intentio recta in bellis semper requiritur, & laudatur.*
34 *Infidelibus, quando bellum licite inferri possit.*
35 Cap. dispar. 23. quæst. 8. *explicatur.* Et num. 38. & 41.
36 *Saraceni, & alii infideles, qui sunt hostes Fidei, & occupant Provincias Christianorum semper debellari possunt.*
37 *Bellum à Christianis contra Turcas licitè moveri non posse, fuit hæresis Lutheri & Erasmi, quæ reprobatur.*
38 *Argumentum à contrario sensu non valet, quando ex eo resultat absonus intellectus, vel aliorum jurium correctio.*
39 *Relativum* quis *vel* qui *aliquando restrictivè aliquando declarativè, & generaliter ponitur.*
40 Lex 2. tit. 23. part. 2. *explicatur.*
41 *Infideles ad fidem bellorum terrore non cogendi.*
42 *Ecclesia licèt bodiè majorem auctoritatem, & potestatem habeat, quàm antèa, non tamen ea utitur adversus simplices infideles quietè & pacificè degentes.*
43 Cap. si Ecclesia, cap. non invenitur, cap. displicet 23. quæst. 4. *vera expositione donantur*, Et num. 53.
44 *Deus semper vult, ut infidelium conversio suæ divinæ dispositioni, & non humanis meditis tribuatur.*
45 *Fides semper sponsanea esse debet.*
46 *Deo non placent servitia coacta, & bilarem datorem diligit.*
47 *Hæreticos, Schismaticos, & Apostatat non posse ab Ecclesia puniri, aliqui censuerunt, quorum error convincitur, & damnatur, Et numeris sequentibus.*
48 *Infideles quamvis Ecclesia non puniat, benè tamen punire potest, & debet, Hæreticos, Schismaticos, & Apostatas, & quare.*
49 *Inquisitores causarum Fidei non puniunt infideles non baptizatos, sed eos tantùm, qui à Fide semel professa recesserunt.*
50 *Hæretici non tolùm puniri, verùm ri opus fuerit, aperto Marte ab Ecclesia debellari, & funditus deleri possunt.*
51 *Auctores plurimi recententur, qui de justitia punitionis, & debellationis Hæreticorum, latissimè disputunt.*
52 *Hæretici, & Schismatici, Saracenis, & cæteris infidelibus, imò & lupis deteriores sunt, & magis puniendi.*
53 *Ecclesiæ auctoritas & potestas post Constantinum major esse cœpit, & magis publica, ac liberè exerceri.*
54 *Parabola Patris familiæ invitantis ad nuptias, & intrare compellentis, quos ultimò loco vocaverat, multifariè cum SS. Patribus explicatur.*
55 Cap. Schismatici 23. quæst. 6. *explicatur.*
56 *Cogi quodammodo dicitur, qui importunis precibus tunditur.*
57 *Infideles licitè possunt ad fidem per efficacem & importunam etiam suasionem compelli.*
58 D. Pauli locus 2. ad Timoth. & Jerem. 1. 24. *de instantia prædicationis Fidei expenditur.*
59 Cap. Majores, de baptismo ponderatur, & illustratur.
60 *Conversio coacta D. Pauli humanis regulis metiri non debet.*
Miraculosè quæ à Deo facta sunt, in exemplum vel consequentiam adduci non debent, ibidem.
61 *Deus res, quas condidit, suos cursus agere sinit.*
62 *Sacræ Scripturæ exempla, quæ à communibus Theologiæ regulis exorbitant, veneranda sunt, non imitanda.*
63 *Deus animas hominum multis modis invitat, etiam stupefaciendo*, ex D. Thom.
64 Cap. vides 23. quæst. 6. & cap. quid faciet 23. quæst. 4. *explicantur.*
65 *Coactio infidelium ad Fidem etiam si vi indirecta fiat, reprobata est.*
66 *Voluntas prorsus libera non reperitur in eo, qui etiam causativè, aut conditionatè ad baptismum compellitur, Et quatenus voluntas coacta, voluntas sit.*
67 *Velle ejus est, qui potest & nolle, & aliorum imperio non obsequitur.*
68 *Res imperiosa est timor.*
69 *Voluntatem liberam qualiter diffiniat D. Augustin.*
70 *Bella per Constantinum, & alios Christianos Principes adversus infideles non ob id tolum gesta fuerunt, ut Fidem reciperent, sed ex aliis causis, quæ referuntur.*
71 *Carolus Magnus* qua de causa *Longobardis bellum intulerit.*
72 *Leges, quas Constant. Theodor. & alii Imp. contra Paganos, & eorum sacrificia tulerunt, de infidelibus, eisdem Imperatoribus subditis, accipiendæ sunt.*
73 *Princeps quilibet potestatem habet in eos, qui sibi politicè subsunt, ut quæ sibi expedire videbitur, curabit, etiam si diversæ religionis sint.*
74 *Athanasii notabilis historia, & prophetia de templi Paganorum lege Constantini claudendis.*
75 Lex 1. C. de Paganis *illustratur.*
76 Paganorum nomen unde, & quare olim Gentilibus datum fuerit, late discutitur.
77 *Pagani in jure dicuntur, quotquot à militia erant immunes, & liberi.*
78 *Infideles, tibi subditos, à suis Regnis Princeps Christianus ex justis tantùm causis expellere potest.*
79 *Sisebutus Hispaniæ Rex, & Dagobertus Galliæ, an præcise, vel causative Judæos sui Regni ad baptismum recipiendum coegerint.*
80 *Heraclii Imperatoris Constantinopolitani notabilis historia refertur, ob quam omnes Judæos sui Imperii baptizari coegit, & ut in Hispania & Gallia cogerentur, curavit.*
81 *Sisebuti actionem tamquam injustam Concilium Tolet. IV. pro parte rescidit. Et plures alii Auctores apertè damnat*, Et num. 83. & 85.
82 *Concilio Tolet. IV. factum Sisebuti circa conversionem Judæorum reprobanti ipsum Sisebutum interfuisse, docet Episcopus Paletin. Qui reprobatur.*
84 *D. Isidorus Hispalens. qui floruit temporibus Sisebuti, ejus factum etiam tunc prudentioribus non fuisse probatum, affirmat.*
86 *Reges Catholici Ferdinan. & Elizabeth, Judæos, & Mauros ab Hispania expellentes, justissimis rationibus moti sunt, & eis vim directam non intulerunt*, Et num. 90.
87 *Judæos, & infideles inter Christianos morari periculosum*, Et num. 94.
88 *Oculi dum spectant læsos, lædunturque & ipsi*, ex Ovidio.
89 *Dissimilibus non conversari salutare est.*
90 *Disparitas inter infideles subditos, & non subditos.*
91 *Status, & Religionis tuendæ ratio, efficit, ut infideles jam baptizatos à suis Regnis Princeps expellere possit.*
92 *Philippus III. Rex noster pientissimus, & invictissimus laudatur, ob expulsas à suis Regnis Maurorum reliquias.*
93 *Mauri, sive Moriscì ultimò ab Hispania per Philippum III. expulsi, quot fuerint, & historia hujus expulsionis remittitur.*
Dom. Petrus Fernandez Navarrete Regius Secretarius citatur & laudatur ibidem.
94 *Et consortio Judæorum imminens periculum.*
95 *Papecornus Judæus convertus multa flagitia admisit, & carmina de eo Ulrichi ab Huten.*

QUibus ita præhabitis, & constitutis, priùs opinio in quæstione, sive titulo, de quo agimus, juxta modum suprà dictum accep-

ta,

& Joan. Lucena *in ejus vita*, Joan. Maffei. histor. Indic. *lib.* 14. *pag.* 535. Fr. Ant. de San-Roman. *in histor Ind. Orien. lib.* 4. *cap.* 10. *pag.* 664. & melius Ferdin. Mendez Pintus, qui se oculatum testem fuisse affirmat, *in sui peregrin. cap.* 109.

67 Et idem fecit † B. Par. Matthæus Riccius in suis christianis inter Sinas expeditionibus, ut narrat Nicol. Trigaultius in historia, quam de eis elegan-

68 ti stylo composuit, *lib.* 3. *cap.* 11. Novum † quippe non est, sed multis retrò exemplis, & seculis comprobatum, ut honor vestibus pretiosioribus, vel ornatioribus adhibeatur, atque eapropter illis quilibet citra vanitatis, & luxus notam secundùm dignitatem, quam gerit, vel officium & legationem, quam exercere studet, uti potest, & debet, ut late probat Chassan. *in Catal. glor. mundi* 1. *part. consid.* 23. *in princip. & part.* 7. *consid.* 44. *& part.* 12. *consid.* 96. Speculat. loquens de judicibus, & advocatis, *tit. de advocat. §. Sequitur videndum de vestibus, colum.* 2. & Stephan. Gratian. *discep. forens. cap.* 284. *numer.* 39. *& seq.*

Quinimò licitum etiam esse, infideles, exemplo & sanctimonia Prædicatorum inducere, quamvis aliquando in his falli auditores contingat, idem Zurita docet *cap.* 8. motus auctoritate, & argumentis D. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 2. *& in* 1. 2. *quæst.* 54. *&* 57. *art.* 2.

69 Et ibidem in quæstionem deducit, utrum † si Indus non intelligat graviora, & firmiora argumenta, quibus ad Fidem adduci posset, liceat levibus aliis & imbecillis rationibus illum attraheres Et non licere resolvit, quin potius graviter peccare, qui solidas rationes omittit, & falsis, levibus, aut sophisticis rem adeò gravem pertractat, & in qua vix quisquam prudenter credere possit, qui causas credendi sufficientes non habuerit, secundùm D. Thom. 1. 2. *quæst.* 100. *art.* 5. *&* 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 9. *& quæst.* 4. *art.* 1. Ma-

70 ximè cum † nemo ita rudi, & barbaro ingenio esse possit, ut capere non valeat evidentes quasdam de Fide credenda persuasiones, ex traditis ab eodem D. Thom. 1. 2. *quæst.* 58. *art.* 4. *& quæst.* 65. *art.* 3. *& in* 2. 2. *quæst.* 45. *art.* 5.

Et faciunt, quæ in simili tradit Tiber. De-

71 cian. *lib.* 5. *crimin. cap.* 10. *num.* 18. docens, † quod quemadmodum minis, & timore infideles ad Fidem allicere non permittitur, ita nec fallaciis aut deceptionibus, ex *dict. cap. qui sincera*, cum aliis sup. relatis. Et Simon Majol. *dict. tract. de perfidia Judæorum, pag.* 220. ubi resolvit, nemini permissum esse, se defendere, aut Fidem suam adstruere cum injuria Christi, & contume-

72 lia Ecclesiæ. Unde † *Job.* 13. *dicitur: Numquid Deus indiget vestra mendacio?* Et D. Paul. *ad Roman.* 3. *Si enim veritas Dei in meo mendacio abundat in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tamquam peccator judicor, & non sicut blasphemator, & sicut ajunt quidam, nos dicere, faciamus mala, ut inde eveniant bona quorum damnatio justa est?*

CAPUT XIX.

In quo de Solutione argumentorum, quæ in prædicta quæstione ad utramque partem expensa sunt, specialiter agitur.

SUMMARIUM.

1 *Auctores, qui ad Fidem introducendam vim aliquam permittunt, qualiter sunt accipiendi, & defendendi.*
2 *Apostolicum modum in prædicando observare, ubi illud commodè fieri potest, congruentissimum est.*
3 *Indorum Novi Orbis conversio media quadam via evanda fuit.*
4 *Fidei in negotio, inter Barbaros & protervos, levem aliquam compulsionem & reverentiam salutarem admittit D. Aug. & alii, quorum verba referuntur.*
5 *Auctores, qui nullam omnino vim nec armorum terrorem in conversione infidelium admittunt, securiorem opinionem sequuntur, & qualiter argumentis contrariis respondeant.*
6 *Fidei prædicationem, & propagationem quamvis Christiani curare tentantur, non tamen debent hac causa Apostolicos prædicandi canones transilire.*
7 *Sancta quæ sunt, sanctè tractari debent.*
8 *Finis bonus non justificat actum, nisi per justa media exequatur.*
9 *Intentio bona non excusat eum, qui illicita facit.*
10 *Infideles quamvis peccent non recipiendo Fidem, non tamen possunt à fidelibus hoc prætextu puniri.*
11 *Præceptum de prædicanda Fide non obligat ad transgrediendum aliud, quo insontes puniri, & debellari vetantur.*
12 *Conversionem aliorum nemo curare debet, si se exponat periculo peccandi.*
13 *Peccatum quantumvis veniale quis committere non debet, etiam propter lucrandas omnes animas mundi.*
14 *Principes licèt sint Divinæ legis, & Fidei custodes, illam tamen debitis modis fieri debent, non autem illicitis & violentis.*
15 *Natio nulla est, ex qua aliqui non sint prædestinati.*
16 *Ecclesiæ Dei omnes gentes promissæ sunt, non tamen omnes homines omnium gentium.*
17 *Reges Hispaniæ curam conversionis Indorum sibi à Sede Apostolica demandatam; qualiter exercere debeant.*
18 *Finis curam qui habet, licèt possit disponere media, intelligitur de mediis permissis, & ad illum finem proportionatis.*
19 *Arma, quibus Christiani inlites, & Prædicatores in conversione Indorum uti debent, qualia sint.*
20 *Minitteri, si idonei fuerint etiam bodiè, Apostolico more prædicando, multum inter barbaras nationes proficient.*
21 *Apostoli olim inter nationes non minus feras, & barbaras, quam Indorum, soli, & inermes prædicarunt.*
22 *S. Fran. Xaver. modo, & fructu suæ prædicationis utile, & recens dedit nostris temporibus Apostolicæ imitationis exemplar.*
23 *Indorum salus desperanda non est, quos jam Deus ad Evangelium vocare, videtur.*
24 *Prædicatoribus Fidei certissimum auxilium Deus, Isaiæ* 55. & Psal. 67. *promittit.*
25 *Linguarum varietas, & ignorantia veros prædicatores Fidei à conversione Indorum terrere non debet.*
26 *Prudentia caret, qui quod cœlesti virtute vacuum est, humanis consiliis explere intendit.*
27 *Apostoli magis virtutibus, quàm miraculis, Orbem converterunt.*
28 *Infideles bodiè etiam magis virtutibus, quàm signis Prædicatorum movebuntur, & quare*, cum D. Chrisost.
29 *Miracula non defuerunt hoc seculo prædicantibus inter Indos.*

30 *Re-*

30 *Regula de concessione antecedentis ad positionem consequentis, fallit, quando hoc sine illo exerceri potest.*
31 *Zelus extendendæ christianæ religionis tunc laudari debet, cùm ejusdem Religionis præcepta non frangit.*
32 Cap. si non ex Fidei 23. quæst. 4. *vera explicatione donatur.*
33 *Intentio recta in bellis semper requiritur, & laudatur.*
34 *Infidelibus, quando bellum licite inferri possit.*
35 Cap. dispar. 23. quæst. 8. *explicatur.* Et num. 38. & 41.
36 *Saraceni, & alii infideles, qui sunt hostes Fidei, & occupant Provincias Christianorum semper debellari possunt.*
37 *Bellum à Christianis contra Turcas licitè moveri non posse, fuit hæresis Lutheri & Erasmi, quæ reprobatur.*
38 *Argumentum à contrario sensu non valet, quando ex eo resultat absonus intellectus, vel aliorum jurium correctio.*
39 *Relativum* quis *vel* qui *aliquando restrictivè aliquando declarativè, & generaliter ponitur.*
40 Lex 2. tit. 23. part. 2. *explicatur.*
41 *Infideles ad fidem bellorum terrore non cogendi.*
42 *Ecclesia licèt bodiè majorem auctoritatem, & potestatem habeat, quàm antèa, non tamen ea utitur adversus simplices infideles quietè & pacificè degentes.*
43 Cap. si Ecclesia, cap. non invenitur, cap. displicet 23. quæst. 4. *vera expositione donantur*, Et num. 53.
44 *Deus semper vult, ut infidelium conversio suæ divinæ dispositioni, & non humanis meditis tribuatur.*
45 *Fides semper sponsanea esse debet.*
46 *Deo non placent servitia coacta, & bilarem datorem diligit.*
47 *Hæreticos, Schismaticos, & Apostatat non posse ab Ecclesia puniri, aliqui censuerunt, quorum error convincitur, & damnatur, Et numeris sequentibus.*
48 *Infideles quamvis Ecclesia non puniat, benè tamen punire potest, & debet, Hæreticos, Schismaticos, & Apostatas, & quare.*
49 *Inquisitores causarum Fidei non puniunt infideles non baptizatos, sed eos tantùm, qui à Fide semel professa recesserunt.*
50 *Hæretici non tolùm puniri, verùm ri opus fuerit, aperto Marte ab Ecclesia debellari, & funditus deleri possunt.*
51 *Auctores plurimi recententur, qui de justitia punitionis, & debellationis Hæreticorum, latissimè disputunt.*
52 *Hæretici, & Schismatici, Saracenis, & cæteris infidelibus, imò & lupis deteriores sunt, & magis puniendi.*
53 *Ecclesiæ auctoritas & potestas post Constantinum major esse cœpit, & magis publica, ac liberè exerceri.*
54 *Parabola Patris familiæ invitantis ad nuptias, & intrare compellentis, quos ultimò loco vocaverat, multifariè cum SS. Patribus explicatur.*
55 Cap. Schismatici 23. quæst. 6. *explicatur.*
56 *Cogi quodammodo dicitur, qui importunis precibus tunditur.*
57 *Infideles licitè possunt ad fidem per efficacem & importunam etiam suasionem compelli.*
58 D. Pauli locus 2. ad Timoth. & Jerem. 1. 24. *de instantia prædicationis Fidei expenditur.*
59 Cap. Majores, de baptismo ponderatur, & illustratur.
60 *Conversio coacta D. Pauli humanis regulis metiri non debet.*
Miraculosè quæ à Deo facta sunt, in exemplum vel consequentiam adduci non debent, ibidem.
61 *Deus res, quas condidit, suos cursus agere sinit.*
62 *Sacræ Scripturæ exempla, quæ à communibus Theologiæ regulis exorbitant, veneranda sunt, non imitanda.*
63 *Deus animas hominum multis modis invitat, etiam stupefaciendo*, ex D. Thom.
64 Cap. vides 23. quæst. 6. & cap. quid faciet 23. quæst. 4. *explicantur.*
65 *Coactio infidelium ad Fidem etiam si vi indirecta fiat, reprobata est.*
66 *Voluntas prorsus libera non reperitur in eo, qui etiam causativè, aut conditionatè ad baptismum compellitur, Et quatenus voluntas coacta, voluntas sit.*
67 *Velle ejus est, qui potest & nolle, & aliorum imperio non obsequitur.*
68 *Res imperiosa est timor.*
69 *Voluntatem liberam qualiter diffiniat D. Augustin.*
70 *Bella per Constantinum, & alios Christianos Principes adversus infideles non ob id tolum gesta fuerunt, ut Fidem reciperent, sed ex aliis causis, quæ referuntur.*
71 *Carolus Magnus* qua de causa *Longobardis bellum intulerit.*
72 *Leges, quas Constant. Theodor. & alii Imp. contra Paganos, & eorum sacrificia tulerunt, de infidelibus, eisdem Imperatoribus subditis, accipiendæ sunt.*
73 *Princeps quilibet potestatem habet in eos, qui sibi politicè subsunt, ut quæ sibi expedire videbitur, curabit, etiam si diversæ religionis sint.*
74 *Athanasii notabilis historia, & prophetia de templi Paganorum lege Constantini claudendis.*
75 Lex 1. C. de Paganis *illustratur.*
76 Paganorum nomen unde, & quare olim Gentilibus datum fuerit, late discutitur.
77 *Pagani in jure dicuntur, quotquot à militia erant immunes, & liberi.*
78 *Infideles, tibi subditos, à suis Regnis Princeps Christianus ex justis tantùm causis expellere potest.*
79 *Sisebutus Hispaniæ Rex, & Dagobertus Galliæ, an præcise, vel causative Judæos sui Regni ad baptismum recipiendum coegerint.*
80 *Heraclii Imperatoris Constantinopolitani notabilis historia refertur, ob quam omnes Judæos sui Imperii baptizari coegit, & ut in Hispania & Gallia cogerentur, curavit.*
81 *Sisebuti actionem tamquam injustam Concilium Tolet. IV. pro parte rescidit. Et plures alii Auctores apertè damnat*, Et num. 83. & 85.
82 *Concilio Tolet. IV. factum Sisebuti circa conversionem Judæorum reprobanti ipsum Sisebutum interfuisse, docet Episcopus Paletin. Qui reprobatur.*
84 *D. Isidorus Hispalens. qui floruit temporibus Sisebuti, ejus factum etiam tunc prudentioribus non fuisse probatum, affirmat.*
86 *Reges Catholici Ferdinan. & Elizabeth, Judæos, & Mauros ab Hispania expellentes, justissimis rationibus moti sunt, & eis vim directam non intulerunt*, Et num. 90.
87 *Judæos, & infideles inter Christianos morari periculosum*, Et num. 94.
88 *Oculi dum spectant læsos, lædunturque & ipsi*, ex Ovidio.
89 *Dissimilibus non conversari salutare est.*
90 *Disparitas inter infideles subditos, & non subditos.*
91 *Status, & Religionis tuendæ ratio, efficit, ut infideles jam baptizatos à suis Regnis Princeps expellere possit.*
92 *Philippus III. Rex noster pientissimus, & invictissimus laudatur, ob expulsas à suis Regnis Maurorum reliquias.*
93 *Mauri, sive Moriscì ultimò ab Hispania per Philippum III. expulsi, quot fuerint, & historia hujus expulsionis remittitur.*
Dom. Petrus Fernandez Navarrete Regius Secretarius citatur & laudatur ibidem.
94 *Et consortio Judæorum imminens periculum.*
95 *Papecornus Judæus convertus multa flagitia admisit, & carmina de eo Ulrichi ab Huten.*

QUibus ita præhabitis, & constitutis, priùs opinio in quæstione, sive titulo, de quo agimus, juxta modum suprà dictum accep-

ta,

ta, non ineptè defendi poterit, cùm pro ea mi-
litent rationes, & auctoritates adeò lato calamo
1 peroratæ. Et † ad contrarias responderi potest.
Primum, & secudum argumentum non obstare,
quia loquuntur de vi directa, & absoluta, qua
verum est, neminem ad Fidem compellendum
esse, cùm hæc sit suadenda, non imperanda,
aut cogenda: Nos tamen, non de ejusmodi
vi, sed de indirecta, & causativa tractare, quæ,
ut diximus, non reprobatur, & sæpe per me-
dium bellorum, & comminationum inducitur.

Ad tertium verò, quartum, & quintum
2 respondemus, † fatendo, verissimum quidem, &
certissimum esse, Christi Fidem suaviter, & pa-
cificè, atque Apostolico more, & instituto con-
gruentiùs, & citra aliquod damnum, & scan-
dalum prædicari, & ubi illud teneri commodè
potest, nihil prius, neque melius reperiri ut
sæpè retulimus. In istis autem Novi Orbis re-
gionibus ob rationes suprà consideratas, exac-
3 tè observari non posse, nec potuisse, † ac propte-
rea aliâ media viâ, horum barbarorum con-
versionem curandam fuisse, qui in sua infidelli-
tate relinqui non debuerunt.

Quam solutionem, ultra Auctores *supra capitæ præced. ex num.* 5. allegatos, expressis, & elegantibus verbis tradidisse videtur D. Augus-
4 tin. *epist.* 1. *ad Bonifacium* ita inquiens: † *Melius quidem esse quis dubitaverit, ad Deum colendum homines doctrina duci, quàm timore pœnæ, vel dolore compelli? Sed non quia isti meliores sunt, ideo illi, qui tales non sunt, negligendi sunt. Multi enim profuit, prius timore, vel dolore cogi, ut possint postea doceri, aut quod jam verbis audierunt, opere sectari.* Cujus loci mentionem faciens Just. Lipsius *advers. Dialog. vers. Divinum illud, in fine*, se non vereri, ait, in Fidei negotio, *Levem aliquam, & cùm spe fructus compulsionem admittere, minantem tamen magis, quàm cogentem.*

Nec dissentit Joseph. Acosta, qui ultra ea,
quæ ab ipso mutuavimus *supra prox. cap. nu-*
mer. 7. iterum *lib.* 3. *cap.* 13. *pag.* 229. docet,
infideles, qui se in recipienda Fide duriores
præbent, rusticitate magis animi, quàm electio-
ne rationis, cujusmodi Barbari plenè omnes
sunt, judicii vix sententiam sequentes, sed im-
petu, aut consuetudine impulsi, hos certè se-
veritate quâdam salutari in Ecclesiæ gremium
intrare compellendos esse.

Si quis autem adhuc posteriorem † opinio-
5 nem defendere voluerit, quæ nullam coactionem,
nec armorum interventionem in Fidei prædica-
tione, & propagatione permittit, quamque in
puncto juris veriorem & securiorem esse tradi-
dimus & novissimè probat Seraph. Freitas *de*
justo Imperat. Asiat. cap. 9. *num.* 5. argumentis
contrariis ita suo ordine satisfacere poterit.

Non obstare primum, inde constructum,
quòd Ecclesia, & ejus alumni non solùm ha-
beant potestatem verùm & præcisam necessitatem
Fidei per Orbem universum disseminandæ, pro-
ut & infideles illam recipiendi: & in hoc ma-
gis, quam in cæteris omnibus rebus caritatis
6 officium ac præceptum impleri. Nam † respon-
detur, hæc quidem omnia verissima esse; ita
tamen infidelium conversionem disponi debere
ut nulla violentia eis hac de causa inferatur,
nec doctrinæ Apostolicæ limites excedantur, sed
potius res adeò pia, † & sancta, piè quoque, & 7
sanctè tractetur, ut alias dicitur de matrimo-
nio in, Concilio Trident. *sess.* 24. *de reformat.*
mat. cap. 10.

Finis † quippe bonus alicujus actionis non 8
facit eam bonam, aut legitimam nisi per justos,
& legitimos tramites fiat, *princip. procem. inst.*
ibi: *Et per legitimos tramites*, D. Pauli. *ad Rom.*
3. *vers.* 8. *c. qui sine Salvatore* 26. *q.* 2. *c. admo-*
neat, *c. non obtervetis* 26. *q.* 7. Navarr. *in trac-*
tat. de finib. human. act. num. 8. Quemadmo-
dum neque † bona intentio, etiam cum vincibili 9
ignorantia conjuncta, eum à peccato excusat,
qui facit, quod scire debuit sibi non licere,
ut probatur *Act.* 3. *vers.* 7. & per D. Thom.
Medinam, & alios *in* 1. 2. *quæst.* 74. *art.* 5.
& *quæst.* 76. *art.* 2. communi Theolog. *in* 2. *dis-*
tinct. 22. & ex allis relatis à Gregor. de Valen-
tia *disp.* 2. *quæst.* 3. *punct.* 6. & *quæst.* 5. & Mart.
Delrio *in disquis. Magic. lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 5.
sect. 2. *pag.* 334. & *lib.* 6. *cap.* 2. & *sect.* 1. *q.* 2.
pag. 485. ubi tractat, an liceat remedium pe-
tere à maleficis?

Et quamvis † infideles, prædicatam sibi, & 10
sufficienter propositam Christi Fidem non reci-
pientes, graviter peccent: non tamen possunt
Christiani, eos sub hoc prætextu punire, aut
debellare, cùm id sibi nequaquam permissum,
sed potius prohibitum reperiatur *Matth.* 10.
Marc. 6. & *Lucæ* 9. Quia † præceptum illud af- 11
firmativum de Fide prædicanda, & disseminan-
da, & de idololatria vitanda, nequaquam fideles
constringit, ut ad illud implendum alterum for-
tius, & potentius præceptum, negativè con-
ceptum, transgrediantur, quo insontes, & in-
nocentes non esse occidendos, nec bello, &
injuriis lacessendos docemur, ut habetur *Exodi*
capite 23. & *Matth. cap.* 19. Cùm † nemo te- 12
neatur aliorum conversionem curare, si se ex-
ponat periculo peccandi. Quia non sunt facienda
mala, ut inde eveniant bona, & † etiam ob lu- 13
crandas omnes animas mundi, non potest quis
peccatum, quamtumvis veniale, committere, ut
in nostræ quæstionis terminis benè observat, &
probant Joan. Andr. *in reg. peccatum in Mercu-*
rialibus, Ant. à Corduba *disc. lib.* 1. *quæstiona-*
rii, *quæst.* 57. Emman. Roder. *in quæst. regular.*
3. *tom. quæst.* 32. Ferdin. Rebell. *de oblig. just.*
lib. 1. *quæst.* 14. *sect.* 8. *num.* 58. *pag.* 123. Bec-
can. *in sum.* 2. *tom. cap.* 13. *quæst.* 4. Simon. Ma-
jol. *de perfid. Judæor. pag.* 103. Pat. Franc. Sua-
rez *in tract. de Caritate, disput.* 9. *sect.* 1. *ex num.* 2.
& alia adducens Joan. Bapt. Valenzuela *in monit.*
contra Venetos, 5. *part. num.* 200. & Mag. Mar-
quez *in Gubernat. Christian. lib.* 2. *c.* 25. *pag.* 132.
& *seqq.* & *cap.* 28. *pag.* 171.

Neque hoc excusat, † quòd Christiani Prin- 14
cipes, ut in argumento subjecimus, esse debeant
divinæ legis custodes, & vindices: nam ut rectè
advertit Gregor de Valentia 3. *tom. disput.* 1.
quæst. 10. *punct.* 6. *col.* 407. *vers. Ad secundum*,
id sic intelligendum est, ut debeant rectâ ratio-
ne, modoque consentaneo illius observationem
tueri, ac promovere. Non est autem in proposito
rectâ ratio ea, quæ est per vim, cùm potius hoc
alie-

alienum sit ab ipsa lege divina, & modo quo
Christus Evangelium suum prædicari voluit; qui
ubi sibi visum fuerit oportere, illorum conver-
15 sionem disponet. Cùm † nulla natio sit, ex qua
non sint aliqui prædestinati. *Apocal.* 7. Et secun-
16 dum doctrinam D. Augustini *epist.* 80. † in omni-
bus gentibus, ubi nondum est Ecclesia, oportet,
ut aliquando sit, licèt non oporteat, vel necessa-
rium sit, ut omnes, qui ibi fuerint, credant:
quia omnes gentes promissæ sunt, non omnes
homines omnium gentium: non enim omnium est
fides. Quod, Augustino non citato, cum Lyra-
no, & Hadriano Fino rectè advertit P. Ribera *in*
Michæam. cap. 4. *num.* 23. docens, non omnes
omnium gentium homines venturos esse ad Chris-
tum, & ad Ecclesiam: venturos tamen esse mul-
tos ex singulis nationibus, & optimè probat, &
prosequitur Pat. Fran. Suar. *in* 3. *part.* D. Thom.
tom. 4. *quæst.* 59. *articul.* 6. *disp.* 56. *sect.* 1.
pag. 661.

17 Secundo verò † argumento responderi potest
cum Episcopo Chiapense, *in replicat.* 5. & 12. *ab*
objct. Sepulvedæ, & Domin. Soto *in* 4. *distinct.* 5.
quæst. unic. art. 10. *pag.* 270. *vers. Alii verò.*
Quod, etsi Reges nostri non solùm ex communi
caritatis præcepto, verùm & ex præcisa obligatione, sibi per Bullam Alexan. VI. injuncta, con-
versionem Indorum curare debuerint; & sic etiam
ad eos pertinere videatur cura de mediis ad eam-
dem conversionem tendentibus, cùm ordinaria
non sufficiant propter difficultates, feritatem, &
barbariem Indorum, & alia impedimenta, quæ
18 *in eodem argumento & suprà cap. proximo ex n.* 2.
consideravimus; Hoc tamen † intelligi debet,
quatenus ea, quæ sunt ad finem, eidem fini pro-
portionantur, & ad ejus consecutionem permissa,
utilia, & conducibilia censentur, argumento *leg.*
legata inutiliter, ff. de admend. legat. Et eorum,
quæ tradit Covarrub. *lib.* 1. *variar. cap.* 1. *vers.*
Medium autem. Secus verò contingit, quando ta-
lia media prohibita sunt, & finem, ad quem diri-
guntur, potius impediunt, retardant, aut des-
truunt; qualia ea omnia esse dicunt, quæ violen-
tiam aliquam & bellorum, atque armorum terro-
rem includunt, & ab antiquo Apostolorum insti-
tuto discedunt, ex rationibus & auctoritatib. *toto*
cap. 17. perpensis. Tunc enim melius esse in-
quiunt, à prædicatione & conversione desistere,
quam lege Dei perfractâ, ejusdem legis observa-
tione prohibitis, & repugnantibus mediis, induce-
re velle.

19 Arma † etenim, quibus christiani milites in
hac expeditione uti debent, ut sæpè consideravi-
mus, & benè advertit Hieron. Cevallos *dict.* 4. *to-*
mo pract. commun. quæst. ult. num. 200. & *seqq.*
illa dumtaxat sunt, de quibus D. Paul. loquitur 6.
ad Ephes. Estote succincti lumbis mentis vestræ in
veritate, & induite loricam justitiæ, & calceate
pedes in præparatione Evangelii pacis. Quibus me-
diantibus, si parum, aut nihil profecerint, &
exitus votis non responderit, omni prorsus culpâ
vacabunt.

20 Præterquàm † quòd absurdum esse putant,
existimare, ob difficultates & impedimenta suprà
relata, Evangelii cursum, more, & exemplo
Apostolorum servato, hodiernis, ut antiquis tem-
poribus, etiam inter feras, & barbaras nationes,
ingentem progressum non habiturum, si idonei
ministri eligantur qui Dei causam magis quàm
suam agere curent, & patientia, labore, ac vitæ
puritate susceptum ministerium, prout rei gravi-
tas ac dignitas postulat, exequantur. Nam † ipsi 21
Apostoli olim ad alias gentes non minus barbaras
promulgandi Evangelii causa, humanis prorsus
supperiis destituti, destinati sunt ut latè memo-
rant Auctores, quos citavimus *suprà libr.* 1.
capit. 14. *num.* 81. & Thom. à Jesu statim alle-
gandus.

Et tempestate nostra † sanctus Fran. Xaverius, 22
& alii ejus socii Evangelium Evangelicè cùm
magno fructu in India Orientali prædicasse legun-
tur Indis, Persis, Arabibus, Æthiopibus, Malaba-
ribus, Japponensibus, Sinensibus, & infinitis
aliis. De quo, ultra alios, solita eloquentia plura
scribit Maffæj. *in sua Ind. Orient. hist. lib.* 12.
& 14. ubi inter alia ait: *Hujus mihi profectionem*
viri paulò fusius persequi est animus: ut promul-
gandi Evangelii studiosis hominibus recens propo-
situm sit Apostolicæ peregrinationis exemplar.

In qua sententia exornanda, & comprobanda
plura eleganter expendunt Joseph. Acosta *dict.*
lib. 1. & 2. *de procur. Ind. salu. per totum*, Cor-
duba *dict. lib.* 1. *quæstionar. quæst.* 57. *dub.* 6.
col. 507. & Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent.*
salut. lib. 4. 1. *part. cap.* 1. *ex pag.* 123. dicentes,
† nullo modo spiritualem Indorum salutem des- 23
perandam esse, aut ab ejus cura à viris Apostoli-
cis desistendum, cùm Indos jam Deus ad Evange-
lium vocare videatur, sperandumque quòd pau-
latim, successivè convertentur; tum ex eorum
docilitate, tùm etiam † ex auxilio divino Prædi- 24
catoribus Fidei promisso *Isiæ* 55. *Quomodo de-*
scendit imber, & nix de cælo, & inebriat terram,
& germinare eam facit; sic erit verbum meum,
quod egredietur de ore meo, paulatim producet
fructum suum. Et *Psalm.* 67. *Dominus dabit voci*
suæ vocem virtutis: Dominus dabit verbum Evan-
gelizantibus virtute multa.

Quod efficit, † ut nec propter linguarum va- 25
rietates diffidere oporteat; scriptum est enim
Matth. & Lucæ 10. *Nolite cogitare, quomodo,*
aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa ho-
ra quid loquamini: non enim estis vos, qui loqui-
mini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in
vobis. Neque obstare, quod Christus, Apostoli-
que omnes miraculis Orbem flexerint, vel subju-
garint, ætasque nostra ejusmodi viros non sit
adepta, † quia non est prudentiæ genus, quod 26
cœlestis virtute vacuum est, humanis consiliis
explere: † & quia major veratum virtutum, quàm 27
miraculorum gloria in Orbis conversione resplen-
duit. Etenim, ut præclarè docet D. Chrysost. *ho-*
mil. 46. *super Matth.* † *Non ita signis adducuntur* 28
Gentiles ad Fidem, ut bona vita, & exemplo Præ-
dicatorum: qui enim miracula faciunt sine vita
studiosa sæpè deceptores ab eis æstimantur. Et *ho-*
mil. 6. *in* 1. *epist. ad Corinth.* de eadem re agens,
inquit: *Quod etsi in præsentia signa viderentur,*
quis tamen persuaderet? quis externorum aures no-
bis accomodaret, cùm tantopere increbrescat mali-
tia? Etenim probata Christianorum vita, majorem
apud multos auctoritatem sibi vindicabit, quàm
signa: siquidem hæc apud impudentes, & malos
homines malam concitant opinionem. Vita autem

pura etiam ipsum diaboli os majorem in modum oostruere poterit.

Ut omittam, compertum etiam hoc ipso se-
29 culo esse, † apertis miraculis Deum præsentissimum non modò viris Apostolicis verum & militibus, Fidei Catholicæ causam, utcumque agentibus, affuisse, quemadmodum considerat Thom. à Jesu *dict. lib. 4. pag.* 125. Et Ego latissimè ostendi *supra hoc libr. capit. 4. & sequent.* Quo
30 supposito † cessat regula illa, quam pro contraria sententia perpendimus, de concessione antecedentis consequenti concesso; non enim procedit, ubi consequens sine tali antecedenti exerceri, & subsistere potest, ut patet ex exemplo *l. 1. §. igitur, ff. de exerc. act.* & eruditè ostendit Roman. *cons. 451. num.* 1. & cum eo Felin. *in c. præterea num. 4. de offic. delegat.* Everard. *in loco à concessione consequentis, limit.* 2. Didac. Perez nihil allegans *in l. 1. tit. 5. lib.* 8. *ordin. fol.* 177. *col.* 2. & Tusch. *pract. conc. jur. verb. Consequens, conclus.* 757. *ex num.* 71.

Ad tertium argumentum, dum generaliter
31 laudat curam, & zelum defendendæ, & extendendæ, Christianæ Religionis, respondetur, † id quidem certissimum, & sanctissimum esse, dummodo, ut diximus, legitimè fiat, & juxta ejusdem Religionis præcepta. Quod supponendum, sive supplendum est in omnibus locis, & auctori-
32 tatibus in argumento relatis. Et præcipuè † *in d. cap. si non ex Fidei* 23. *quæst.* 4. in quo major vis argumenti consistit. Nam, ut benè advertunt Sotus *in* 4. *distinct.* 5. *quæst. uni. art.* 10. *pagin.* 271. *vers. Quartum argumentum*, Episcop. Chilapens. *in dict. Apolog. contra Sepulvedam*, & *in* 3. *replicat ad object. ejusdem*, Covarr. *in Reg. peccatum* 2. *part.* §. 10. *num.* 2. *vers. Quartum*, Bannez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *vers. Jam verò*, *col.* 529. Gregor. de Valentia *dict.* 3. *tom. disp.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 6. *vers. Secundò certum est.* Cevallos *d. quæst. fin. ex num.* 170. Torres *dict. disput.* 51. *dub.* 11. & novissimè Pat. Suarez *dict. tract. de Fide, disp.* 18. *sect.* 3. *num.* 5. D. Gregor. ibi intelligendus est de bello, quod Gennadius, Africæ Exarchus, Fidei causa adversus Hæreticos, & Apostatas gessit, qui, ut statim trademus, non ferendi, sed feriendi sunt, ubi adversus Ecclesiam, cui semel nomen dederunt, colla subrigere audent, veramque Evangelicæ legis doctrinam prædicari impediunt, aut Fidem volunt christiani nominis inclinare.

Quæ solutio colligitur *ex epist.* 72. ejusdem D. Gregor. ad eumdem Gennadium scripta, cujus etiam meminit Gratianus *in cap. sicut. 23. quæst. ead. causa, & quæst.* Et si cui fortè non probetur propter generalitatem verborum D. Gregor. *in d. cap.* si non ex Fidei, quæ de aliis bellis agere insinuant, quæ Gennadius adversus infideles nondum Ecclesiæ, & Romano Imperio subditos gerebat, dilatandæ Fidei causa, & ut Christi nomen per subditas gentes, Fidei prædicatione circumquaque discurreret. Omissa, aut si mavis rejecta, aliâ solutione Gregor. Lop. *in dict. l. 2. part. glor. mag. col.* 6. dicentis, Divum Gregorium ibi, bella, quæ Gennadius gerebat, non appro-
33 bare, † sed tantum rectam ejus intentionem laudare, quæ semper in bellis plurimum commendatur, juxta doctrinam Div. Thom. 2. 2. *quæst.* 40. *artic.* 1. & alia, quæ tradit Covarr. *dict. reg. peccatum*, 2. *part.* §. 9. *num.* 1. & 2. Possumus quidem secundo modo cum eisdem Auctoribus respondere; de illis Infidelibus loqui, qui ditiones, & provincias Christianorum infestabant, aut occupabant, aut Fidei prædicationem suis blasphemiis, pravisque persuasionibus impediebant, ut colligitur ex illis verbis: *Plurima enim pro patiendis ovibus Beati Petri Apostolorum Principis excellentiam vestram præstitisse didicimus, ita ut non parva loca patrimonii ejus, propriis nudata cultoribus, largitis Dacorum habitationibus restauraverit* Quibus, † & similibus casibus, Infidelibus 34
justè bellum inferri potest, cùm non sint solum infideles, verùm & Fidei, & Christianorum hostes, juxta differentiam, quam inter eos facit Marquard. *in tract. de Jud. & Infid. part.* 1. *cap.* 5. *fol.* 21. atque ita militent adversus illos omnes rationes justi belli, defensivi, & vindicativi, de quibus egimus *supra hoc lib. cap. 6. ex num.* 49. & doctrina Bald. *cons.* 140. *in fine lib.* 4. quem refert Cardinalis Tusch. *in pract. conclus. verb. Hostes Fidei, conclus.* 173. ubi tradit, quòd hostes Fidei impunè possunt prædari à fidelibus. Et Michael. Salon. *in* 2. 2. *tom.* 1. *quæst. 66. art.* 8. ubi probat, quòd infidelium bona, personæ subditæ sunt Christianis de jure, quando occupant ea, quæ aliquando fuerunt Christianorum.

Aliòqui autem, si infideles quietè, & pacificè viverent, & nihil occuparent, quod aliquando Christianorum fuisset, non posset eis justè bellum ob solam infidelitatis causam moveri, juxta ea, quæ latè disputavimus *supra cap.* 15. etiamsi Saraceni essent, ut per argumentum à contrario sensu probare videtur Alex. P. II. † *in* 35
cap. dispar. 23. *quæst.* 8. dum docet, justè pugnari adversus Saracenos, qui Christianos persequuntur, & ex urbibus, & propriis sedibus pellunt: cujus text. auctoritate idem expressè probavit glos. *ibidem*, & consuluit Oldrad. *cons.* 264. incip. *Illa videtur probabilior.*

Quamvis in hoc contraria sententia verior videatur, † scilicet adversus Saracenos, quamtum- 36
vis in pace degentes, semper, & quolibet modo, sine aliqua nova causa jure optimo bellum indici, quoniam sunt perpetui, & infesti christiani nominis hostes, & detinent provincias, quæ olim Christianorum fuerunt, & præcipuè terram Jerusalem, & terram Promissionis, quam Dominus Abrahæ & semini ejus promisit, & Catholicis debetur, quia semen Abrahæ sunt, secundùm Apostolum *ad Rom. 9. vers.* 7. & *ad Corinth.* 11. *vers.* 22. quod tenet idem Oldrad. sibi contrarius *cons.* 72. incip. *Contra Saracenos*, & sequitur Calderin. *cons. 95. num.* 2. aliàs 1. *de treuga, & pace*, Geminian. *cons. 96.* incip. *Pro bujus dubii, num.* 5. & *seqq.* Alex. *cons.* 130. incip. *Super eo, num.* 4. & 5. *lib.* 7. & eos referens Cardin. Tusch. *pract. conclus. jur. verb. Infidelibus, conclus.* 124. & *verb. Bellum, conclus.* 36. *num.* 14. latissimè Marquard. *ubi sup. cap. 6. ex n.* 10. *fol.* 30. Victor. *in relect. de Indis*, 1. *part. num.* 7. *in fine*, Gregor. Lop. *in l. ult. tit.* 18. *part.* 2. *verb. En la conquista*, ubi dicit, quod Papa apponat hæc bella, & quotidie dat indulgentias, & Cruciatam contra illos Saracenos Africæ in favorem Regis Hispaniæ, Anton. Gam. *decis. Lusit.* 335. Boer. *de-*

cis. 178. *n.* 10. Catheran. *in disput. inserta post decis. Pedemont. num.* 19. Gail. *lib.* 1. *de pace pub. cap.* 2. *n.* 40. Molin. *de just. & jur. tract.* 2. *disput.* 99. *& disput.* 105. Bellarmin. *lib.* 3. *de laicis, cap.* 16. Cevallos *dict. quæst. fin. ex num.* 210. Marta *de juris, 1. part. cap.* 24. *ex num.* 22. Pat. Mag. Lorca *in* 2. 2. *sect.* 3. *dis.* 52. *n.* 8. & Fr. Jacob. Bleda *in hist. Maur. lib.* 8. & novissimè Seraph. Freit. *de just. Imp. Asiat. c.* 9. *n.* 10. & 11. ubi plures alias causas recensent, ob quas bellum contra Saracenos justificatur.

37 Et † hæresim Lutheri notantes, qui asserit, non licere Christianis bellare in Turcas, optimè prosequuntur Alphons. à Castro, & Sebast. Medices *adversus hæreses, verbo Bell.* Covarr. *dict. reg. peccatum*, 2. *part.* §. 10. *ex princ.* Lancellot. Conrad. *in temp. omn. jud. lib.* 1. §. 3. *verb. Infidelibus in auxilium*, quos citat Petr. Cened. *in collect.* 59. *ad Decretum, pag.* 84. *num.* 1. *in fine*, & contra Erasmum idem advertit Anton. Rub. *in assertion. Cathol. lib.* 2. *err.* 2. & Nos *supra c.* 6. *n.* 49. & Mag. Lorca *super D. Thom. sect.* 3. *disp.* 49. *n.* 1.

38 Neque his refragatur † *d. c. dispar*, quoniam argumentum à contrario sensu non valet, quando ex eo absurdus, vel absonus intellectus resultat, aut aliorum jurium correctio; *l. nemo, ff. de jurisd. omn. jud.* glos. celebris *in l. conventicula, C. de sacros. Eccl.* cum notatis ab Everardo *loco* 4. *pag.* 58. Canciuncula *loco* 13. Bellon. *de argum. leg. cap.* 11. Mantua *singul.* 541. Corras. *lib.* 5. *Miscel. cap.* 9. *num.* 9. & Joan. Gutierr. *in repet. lib. nemo potest. n.* 288. *de legat.* 1. Et Pontifex ibi nullo modo voluit aliquam differentiam Saracenorum facere, quoad hoc, ut his magis, quam illis bellum justè inferri posset, sed illa verba: *Qui Christianos persequuntur, &c.* generaliter, vel causativè apposuit, quasi diceret omnes Saracenos esse, & fuisse perpetuos Christianorum hostes, persecutores, & spoliatores, &
39 ideo in eos justè pugnari. Nam † relativum *quis* vel *qui*, non ponitur ibi restrictivè, sed generaliter, & declarativè, cùm qualitas, quæ per illum explicatur, cuilibet de genere competat, juxta doctrinam Bart. per text. ibi *in lib. omnes populi, ff. de just. & jur. lib.* 1. *C. de sum. Trinit. l. jubemus, C. ad Trebel.* quam sequuntur communiter Doctor. in eisdem juribus, Paul. Castrens. *cons.* 84. *num.* 3. *& cons.* 418. *lib.* 1. & Cardin. Thusc. *pract. conclus. jur. litt. R. conclus.* 127. *num.* 28. & 38.

Et juxta hanc expositionem textus *in d. cap.*
40 *si non ex Fidei*, possumus etiam accipere † text. *in dict. lib.* 2. *tit.* 23. *part.* 2. dum probat justam causam bellandi esse: *Por acrecentar el pueblo su Fe.* Non enim simpliciter loquitur de bello quibuslibet infidelibus ob solam infidelitatem, vel diversitatem Religionis illato, sed de eo, quod augendæ & defendendæ Fidei ratione legitimè infertur, nimirum contra Saracenos, Hæreticos, Apostatas, & alios ejusdem Fidei hostes, qui eam impedire, aut impugnare conantur, & ideo cum mysterio adjecit illa verba: *E para destruirlos que la quisieren contrallar*, ut benè advertit Cevallos *ubi supra num.* 171.

41 Ad ponderationem autem † *dict. cap. dispar, in finalib. verbis*, quam cùm Gregor. Lop. feci-

mus *supra c.* 16. *num.* 80. potest etiam ex suprà dictis facilè responderi. Quoniam illatio, quæ ex eo per argumentum à contrario desumitur, vincere non debet tot, & tam apertas decisiones & Sanctorum auctoritates, quibus probatur, neque Judæos, neque alios Infideles bellorum terroribus ad Ecclesiæ fidem, & obedientiam cogendos. Et Pontifex ibi de Judæis tantum, inter Christianos degentibus, sermonem habuit, eosque bello lacessendos non esse, inquit, quia ubique servire parati sunt, id est, non audent contra nos bellare, aut expressè, & apertè, sicut Saraceni, & alii Infideles, Ecclesiæ adversarii. Cæterùm si hi contra Ecclesiæ, & Christianorum quietem, & servitium aliquid molirentur, justè bello compesci possent, sicut & Saraceni. De aliis verò infidellbus Ecclesiæ in temporalibus non subjectis, nihil disposuit; nec utrum ii ad ejus obsequium, & servitium inviti adducendi essent? sed aliorum Canonum auctoritate definiendum reliquit, ut constat ex his, quæ tradunt Archidiac. Turrecrem. & alii *ibid.* & Simon Majol. *d. colloq. de perfid. Judæor. pag.* 221.

Ad quartum argumentum, † quod sumpsimus 42
ex majori auctoritate, & potestate, quàm Ecclesia hodiernis temporibus habet, quâ mediante ad debellationem, punitionem, & coactionem, quorumliber impiorum procedere potest, ut † habe- 43
tur *in d. cap. si Ecclesia, cap. non invenitur, cap. displicet* 23. *quæst.* 4. & in aliis locis, & exemplis in argumento relatis, facilè respondetur, jura illa de Hæreticis, Apostatis, Schismaticis, & aliis impiis hominibus agere, qui Ecclesiæ fidem semel promissam, & obsequium debitum negant, aut alio modo ei adversantur; non autem de simpliciter infidelibus quietè & pacificè degentibus, in quorum prædicatione, & conversione Ecclesia ipsa tam hodie, quàm olim nulla potestate, aut coactione uti vult, ut sæpè probavimus, *Deo Opt. Max.* eorum vocationem relinquens, † qui semper desiderasse videtur, ne- 44
rei adeò perfectæ laus, in homines, aut hominum vires, præsidiaque transferatur, sed quod omnino Divinum est, ipsi Deo cum gloria tribuatur, juxta illud Apost. 1. Corinth. 2. *Ne glorietur omnis caro, & sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis*; cum aliis, quæ adducit Fr. Thom. à Jesu, *d. lib.* 4. *de proc. ind. sal.* 1. *part. cap.* 1. *pag.* 123.

Neque refragatur, quod idem de Hæreticis, & Apostatis dici deberet, † cum fides ex sponta- 45
nea esse debeat, non solum quando à principio credit homo, sed etiam quotiescumque credit, † quia servitia coacta Deo non placent, qui hi 46
larem datorem diligit; & ex necessitate evangelizantibus gloriam non tribuit, 2. *Corinth.* 9. Nam licet non defuerint, qui hoc argumento moti, malè putarunt, Hæreticis, Schismaticis, & Apostatis, † sicut neque Infidelibus, vim infer- 47
ri non posse, à quibus non multum distare videretur opinio Marsilii Paduani relata, & meritò rejecta à Navar. *in cap. novit, notab.* 3. *p.* 106. *n.* 98. *de judiciis*: & Valenzuela *in mon. t. contra Venetos, part.* 7. Qui in suo pacis defensorio omnem coercitionem, & jurisdictionem Ecclesiæ auferebat. Hic tamen error ab omnibus Catholicis Doctoribus plurimis rationibus damnari, &

48 convinci solet, † quia Infideles, cum nusquam Baptismum receperint, neque Ecclesiæ fidem de servandis præceptis Evangelicis dederint, ab eadem Ecclesia, & Christianis Principibus puniri, aut debellari hac de causa non possunt, quod in Hæreticis, Apostatis, & Schismaticis contra observatur, qui cum semel voluntariè credidérint, eo ipso quod baptizantur, Ecclesiæ subjiciuntur, quæ custos est Religionis Christianæ, ac proinde potest pœnis spiritualibus, & corporalibus usque ad pœnam ignis, & confiscationem bonorum, eos ad Dei legem servandam compellere, & ut fidem impleant semel in Baptismo promissam, atque professam, quia nisi hanc jurisdictionem, & potestatem haberet, parum potens esset ad inducendum finem, quem ipsius sponsus Christus Opt. Max. prætendit, *arg. c.* 1. 2. & 3. 24. *q.* 3. & eorum, quæ tradit Navar. *d. num.* 98. Valenzuela *dict. part.* 7. *num* 56. & *seqq.*

49 Unde † in sacris fidei apud Hispanos prætoriis non puniuntur infideles non baptizati, sed solùm Apostatæ, & Hæretici baptizati, qui negant, & deficiunt in fide, quam semel professi sunt, ut præter alios observat Didac. Vald. *de dignit. Reg. Hispan. c.* 19. *n.* 6. *pag.* 162.

50 Quinimo † si numerus, & potentia hæreticorum id expostuler, poterit quoque adversus illos bellum indicere, ut funditus extirpentur, & ne eorum pessimo exemplo, pravisque suasionibus Christiana Respublica majus in dies nocumentum accipiat.

Quam sententiam expressè definire videtur August. *in d. cap. si Ecclesia, & simil.* D. Hieronym. à Gratiano relatus *in cap. resecandæ* 24. *quæst.* 3. & text. *in l.* 4. *C. de hæret. cap. ferrum, cap. cùm secundùm leges eod. tit. lib.* 6. *l.* 1. & *per tot. C. de Apostat. & Schismat. l.* 1. *tit.* 26. *part.* 7. *lib.* 1. & 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *fori, lib.* 1. & *per tot, tit.* 4. *l.* 8. *ordin.* Tertul. adversus Gnosticos *c.* 11. dum ait: *Ad officium Hæreticos compelli, non allici dignum est, duritia vincenda est, non suadenda hæresis.*

51 Et latissimè † probant, & ab hæreticorum argumentis & calumniis defendunt Theologi omnes post D. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 12. Alphons. à Castro *de justa hæret. punit. cap.* 12. & 14. Victoria *d. relect. de Indis,* 1. *part. num.* 8. & *seq.* Conrad. *de contract. lib.* 1. *quæst.* 7. *concl.* 2. & 3. Director. Inquisit. *lib.* 3. *tit.* 9. Bod. *in collect. tit. de Hæreticis*: Didac. Perez *in lib.* 3. *d. tit.* 4. *lib.* 8. *ordin. col.* 115. Palac. Rub. *in allegat. in mat. hæresis, & in tract. de obten. Reg.*

52 *Navarræ, part.* 4. §. 4. † ubi probat, magis damnandos esse Hæreticos, & Schismaticos, quàm Saracenos. Villadieg. *in tract. de hæret. q.* 6. Albert. Brun. *in eod. tract. l.* 3. *c.* 3. Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *num. fin.* Petr. Gregor. *lib.* 33. *Symag. cap.* 6. *n.* 4. Decian. *lib.* 5. *crim. cap.* 11. *num.* 16. Simon Majol. *in diebus Canicul. t. tom. colloq.* 20. *pag.* 449. & *seqq.* ubi ajunt, quod sunt deteriores cæteris infidelibus, & *colloq.* 7. *pag.* 191. ubi quod sunt deteriores lupis: Simanc. *in Cathol. instit. tit.* 45. & 46. & plures alii relati à Petr. Cenedo *in collect.* 55. *ad Decret. n.* 3. & ultra eos Navar. & Vald. *ubi suprà*: Joan. Azor. 1. *tom. inst. moral. lib.* 8. *c.* 13. *quæst.* 8. Bañ. *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *col.* 525. Aragon *ibidem, pag.* 294. & 297. Gregor. de Valentia 3. *tom. disput.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 6. *in princip. & vers. ad* 4. *col.* 407. D. Joan. Vela *de delictis cap.* 2. *de Apostatis, & cap.* 14. *de Hæreticis*: Lorca 2. 2. *sect.* 3. *disput.* 52. *ex num.* 10. Just. Lips. *lib.* 4. *civil. doct. cap.* 4. *& advers. Dialogist. c.* 2. Petr. Herod. *lib.* 1. *rerum judicat. t.* 6. *c.* 13. Simon Majol. *de perfid. Judæorum, p.* 186. Petr. Cened. qui alios refert *in collect.* 59. *ad Decretal. pag.* 198. *num.* 2. Mag. Marquez *in Gubernat. Christ. lib.* 2. *cap.* 33. ubi ait Hæreticos puniri posse, etiam si ad id nulla ipsorum fraterna correctio præcesserit. Petr. Andr. Cannonher. *in Aphorismis polit. & moral. Hippocratis vol.* 2. *ex pag.* 248. Farinac. plurimos congerens *in tract. de hæret. quæst.* 198. Martin Delrio *l.* 6. *disquisit. magic. cap.* 2. *sect.* 3. *q.* 3. *pag.* 509. & iterum *pag.* 537. Et novissimè, & eruditissimè P. Franc. Suarez *in tract. de Fide, disput.* 20. *sect.* 3. *ex num.* 9. ubi loquitur de Hæreticis, & *disput.* 16. *sect.* 5. *ex num.* 1. ubi de Apostatis, Joan. Bapt. Valenzuela *in dict. monit. contra Venetos, part.* 7. *per totam, & in discursu status, & belli, part.* 2. *considerat.* 6. *num.* 17. & *consid.* 9. *ex num.* 23. & novissimè Anton. Ricciul. *in tract. de jur. person. extra Eccl. grem. existent. lib.* 5. *cap.* 12. ubi enim veriori Bellarm. opinione adversus Alph. à Castro defendit, Hæreticos non esse in Ecclesia, quia ad eam nemo pertinet nisi per Fidem, licèt ejus jurisdictioni, & punitioni subjaceant, ex rationibus *suprà* citatis.

Quibus congruenter addere possumus, † id, 53 quod Augustinus in prædictis locis commemorat de majore vi, & auctoritate, quam Ecclesia suis temporibus habebat, eo fine dici, ut probet, post Constantini, & aliorum Principum Christianorum favorem, Christi fidem prævaluisse, & non in occulto, ut antea, sed publicè doceri, coli, & defendi cœpisse, ut ex multis locis ejusdem Augustini, quà solet eruditione, ostendit Pat. Francisc. Suar. *in defens. Fidei contra sect. Anglican. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 11. & *seqq.*

Ad quintum argumentum ex parabola Patris familias invitantis ad nuptias, & compellentis intrare eos, quos ultimo loco vocaverat, multi 54 fariè responderi potest cum D. Thom. & reliquis Theologis *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. Soto *in* 4. *distinct.* 5. *quæst. unic. art.* 10. *pag.* 270. *vers. Tertiò argumentantur.* Covar. *in dict. reg. peccatum,* 2. *par.* §. 10. *num.* 1. Gregor. de Valent. *dict. disp.* 1. *quæst.* 10. *punct.* 6. *vers. Ad primum, col.* 407. & aliis relatis à Suar. *dict. disput.* 18. *sect.* 3. *num.* 12.

Primò, locum illum, & coactionem, quæ in eo permittitur, non esse intelligendam de his, qui numquam fidem susceperunt, quales sunt Indi, de quibus tractamus. Sed de illis, qui semel christianam fidem professi, ab ea divertunt, quales sunt Hæretici, Apostatæ, & Schismatici, ut *suprà* retulimus; quemadmodum expressis verbis ostendit D. August. *in epist.* 50. *ad Bonifac.* de qua † *in d. cap. Schismatici* 23. *quæst.* 6. 55 *Si per potestatem, quam per religionem, ac fidem, Regum tempore, quo debuit, divino munere, accepit Ecclesia, ii, qui inveniuntur in vilis, & sapibus, id est, in Hæresibus, & Schismatibus cogun-*

tur intrare; non quia coguntur reprehendant, sed quo cogantur attendant.

Secundò, quòd, ut demus, sub parabola illa etiam vocationem, & compulsionem infidelium designari, nullo modo debemus de ea coactione intelligere, quæ vi & metu armorum fit, sed de ea tantum, quæ blandis verbis, ac suasionibus, & argumentorum, & rationum pondere fit, docendo magis, quàm jubendo, monendo, quàm minando, ut utar verbis D. August. *epist.* 65.

56 Nam, † & hoc modo aliquando quis cogi, & compelli dicitur, *l. fin. ff. & C. si quis aliquem testari prob. l.* 26. & 27. *tit.* 1. *part.* 6. cum aliis latè traditis ab Hippol. de Marsil. *singul.* 526. Palac. Rub. *in repet. rub. de donat. inter.* §. 81. *num.* 11. Menchac. *de succes. creat. lib.* 2. §. 17. *ex num.* 4. Menoch. *de arbitrariis, casu* 295. *n.* 42. Vincent. Carroc. *dec.* 15. *n.* 23. & Hartman. Pistor, 1. *part. Miscell. q.* 29. Quæ tamen

57 coactio † in re, de qua agimus, sancta, & licita est, ut pluribus probat Joan. Arbor. *lib.* 1. *Theosoph. cap.* 36. & ad expositionem directæ parabolæ Div. Chrisost. *in perfect. homil.* 41. Div. Thom. *in disput. de verit. quæst.* 22. *art.* 9. ubi inquit, ibi mentionem fieri de compulsione, non quæ est coactionis, sed efficacis persuasionis,

58 vel per asperà, vel per lenia; † prout, & D. Paulus insinuat *l.* 2. *ad Timoth.* 4. *Prædica verbum, insta opportunè, importunè argue, obsecra, increpa.* Et ad Tit. 2. & Jerem. 1. 24. *Numquid non verba mea sunt sicut ignis, & malleus conterens petram.* Et idem dicit Deus Angelis custodibus, & Prælatis, ut per Dionysium *Eccles. Hierarch. cap.* 9. Eamdemque solutionem tenuit Innocent.

59 † *in cap. majores de Baptism.* ubi ita inquit: *Nec obstat, quòd servo dicitur, ut ad nuptias invitatos compellat intrare; quia intelligitur de compulsione facta per instantiam rationis non per severitatem gladii materialis, vel violentiam temporalem, quia executio materialis gladii, est isti servo, id est ordini Prædicatorum, vel Apostolis in persona Petri, & Domini interdicta.*

60 Ad exemplum autem † de conversione D. Pauli, responderi potest cum Hostien. & Zabarell. *in cap. quod super his, de voto*: Azon. *in summa, C. de Judæis in fine*: Marquard. *d. tract. de Judæis, & Infidel.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 5. Sot. *ubi suprà pag.* 271. Suar. *d. sect.* 3. *num.* 12. Ea, quæ Deus per miraculum facit, suam voluntatem apertè significans, humanis nostris legibus, ac regulis obnoxia non esse, neque in consequentiam adduci debere, ut ait gloss. *in cap. majores de Baptism. l.* 1. *ff. de constit. Princip. cap. quæ exorbitant. de regul. juris in* 6. Etenim ut habetur ad Roman. 9. *Cujus vult miseretur, & quem vult indurat, & voluntati ejus quis resistit? aut quis tu es homo, qui respondeas Deo?* Atque ita cum D. Paulus, juxta hanc divinam voluntatem inter ipsa flagella mutatus fuerit, & de nolente factus sit volens, ut Ecclesiam juvaret, quam antea persequebatur, felix illa necessitas appellanda fuit, quæ ad meliora compellit, ut inquit D. August. *in d. c. displicet* 23. *q.* 4. Sed non in exemplum ad alios trahenda, quos, ut ait Sot. *ubi suprà*, non licet sic ad fidem compellere, nisi quatenus disciplinæ norma permittit; cùm regulariter divina providentia, quæ in sui dispositione non fallitur, arbitrium nostrum in fide recipienda, sua semper, ut diximus, libertate potiri decreverit.

Undè † præclarè dixit idem August. *lib.* 10. 61 *de Civit. Dei, cap.* 30. *Sic Deus res quas condidit, administrat, ut suos cursus agere sinat.* Et Simon Majol. *in dieb. Canicul.* 1. *tom. colloq.* 8. *p.* 211. † Sacræ Scripturæ exempla, quæ à communibus 62 & receptis Theologiæ regulis deviant, venerandæ esse, non imitanda. A quibus non abest D. Thom. 3. *part. q.* 44. *art.* 3. ubi exemplum hujus conversionis Div. Pauli, & Magdalenæ, & Matthæi adducens, concludit, Deum † divina 63 virtute animas hominum invitare, non solùm justificando, sed sapientiam infundendo, vel stupefaciendo. Cui bene addit Greg. de Valent. *ubi suprà, vers. Ad tertium*, quod si Deus metum incutiat, ipse quoque simul potest inclinare cor hominis ad fidem, ut voluntariè prorsus eam suscipiat, tametsi à metu excitatus; nec verò non perinde sperare possumus, si metus ab hominibus incutiatur, cum potius infideles eo ducti magis durè, & difficulter credere soleant, ut *suprà* retulimus.

Denique ad sextum argumentum de coactione causariva, & legibus, & edictis aliquorum Imperatorum & Regum, qui infideles à suis regnis exire jusserunt, vel aliis modis gravarunt, si ad Fidem Catholicam non converterentur. Respon- deri potest, † D. Augustini auctoritates relatas 64 *in d. c. vides* 23. *quæst.* 6. *& in d. cap. quid faciet* 23. *quæst.* 4. loqui de Hæreticis puniendis, & mediante pœnarum terrore, ad fidem Catholicam revocandis. Quorum jam diximus longè aliam esse rationem, quàm infidelium, † in qui- 65 bus quidem convertendis, licèt in ratione baptismalis characteris aliquod possit esse discrimen inter vim præcisam, & eam, quam vocant causativam, sive conditionatam, ut probat text. *in d. cap. majores*, §. *item quæritur, de baptismo*, & alia jura, & auctores, de quibus *suprà cap.* 17. *num.* 4. & *cap.* 18. *num.* 16. Quod tamen attinet ad injustitiam sive injuriam bellorum, & damnorum, quæ eis ob prætextum seminandæ, & introducendæ christianæ religionis inferuntur; nihil planè inter utramque referre videtur, cum blandè, & suaviter prædicari, & suaderi jubeatur, ut sæpè retulimus. Et secundùm doctrinam Dominici *in c. de Judæis* 45. *dist. num.* 2. & *in dict. cap. qui sincera, num* 1. & 2. Abb. *in cap. sicut de Judæis, n.* 3. quam refert, & sequitur Marquard. *dict. tract. de Jud. & Infid.* 3. *part. c.* 2. *num.* 8. & Cavalcan. *decis.* 21. *num.* 16. 2. *part.* prohibita sit in fidei materia omnis illa coactio, quæ fit per violentiam illatam personæ, vel per ablationem rerum suarum, ut per indirectum baptizari, & ad fidem converti cogantur. Quoniam ut in nostra eadem quæstione egregiè considerant Dom. Sot. *in* 4. *dist.* 5. *q. unic. art.* 10. *pag.* 270. & Emmanuel Roder. *lib.* 3. *quæst. Regul. quæst.* 32. *art.* 4. si nativa fidei conditio admonet, nullam coactionem esse medium licitum ad ejus persuasionem, nulla quoque coactio adhiberi, neque ramquam necessaria probari debebit. Mirabile enim est, quod mihi non liceat, Ethnicum cogere, ut sit Christianus, & tamen ad eum finem liceat illud cogere, ut mihi sit subditus.

Qui-

66 Quibus ego addo, † liberam illam voluntatem, quam Ecclesia in Fidei receptione desiderat, in hac, quæ bellorum, & armorum interventione, atque subactione extorquetur, minimè reperiri videri. Nam etsi voluntas, quæ causativè, aut conditionaliter cogitur, voluntas dicatur, ut vulgò circumferri solet, quia maluit quis facere, quam talia pati, ut tradit Aristot. *lib. 3. Ethic. c. 1. l. si mulier, §. si metu, ff. quod met. causa, l. patre cogente, ff. de ritu nupt. c. merito 15. quæst. 1.* cum aliis latè congestis à Tiraquel. *de pœn. temper. causa 36.* Simancas *in Cathol. instit. tit. 27. n. 30.* & Cujac. *lib. 16. observat. c. ult.* Eadem tamen jura testantur, quod, qui ita consentit, si liberum esset, noluisset, ut
67 *in dict. §. si metu.* † Et sic, ejus est velle, qui potest nolle, & velle non creditur, qui aliorum imperio obsequitur, sub quorum potestate constitutus est, ut disertè scribit Ulpian. *in l. 3. & 4. de regul. jur.* Aristot. *l. 3. Ethic. ad Nicomch. c. 5.* Seneca *lib. 2. de benef. cap. 18. ad fin. Si vis an velim, effice, ut possim nolle; & lib. 3. c. 19.* Ubi de illo agens, possit, necne servus domino beneficium dare? multum ad rem, de qua agimus, inquit: *Omnia tamen ista, quæ alio præstante beneficia dicerentur, præstante servo ministeria sunt. Beneficium enim est, quod quis dedit, cum illi liceret, & non dare: servus autem non habet negandi potestatem: ita non præstat, sed paret, neque id se fecisse jactat, quod non facere non potuit.* Idem docet idem Senec. *epist. 97. lib. 10. Paret potius quam assentitur, qui alieno subest imperio, nec tam illum ex animo, quam quia necesse est, sequitur*: Cornel. Tacit. *lib. 14. annal. de Nerone*, scribens: *Suasio, imò donum, & merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis affert.*
68 Res quippe † imperiosa est timor, secundùm Martial. *lib. 2. epigr.* cui consonat illud Quintil. *declam. 181. Abdicatus*, inquit, *in solicitudine est, locus opportunus insidiis, habet gladium instrumentum parricidii, accedit ad patrem, manuque sublata, rogo dicit, imò jubet: non sunt enim preces, ubi negandi libertas non est.* Et mellus D.
69 Aug. *in lib. de duab. animab.* qui † voluntatem ita definit: *Voluntas esse animi motus cogente nullo, ad aliquid vel non amittendum, vel adipiscendum. Unde omnis, qui volens facit, non cogitur. Et ideò qui metu illato rogat, quàm imperat, non tam rogat, qui metu periculus promittit, non intelligitur voluisse obligari, cum id sponte non fecerit.*

Neque his adversatur, quod in eodem argumento consideravimus, de bellis à Constantino Magno, Theodosio, & aliis Imperatoribus Romanis adversus Paganos, & Infideles illatis, ut tam-
70 dem Christianam religionem admitterent. † Nam etsi hoc, ut certum, affirmet Sepulved. *in dict. Apolog.* & Marquard. *dict. tract. de Infidel. 1. p. c. 14.* nulla tamen secura auctoritate subnititur, & potius contrarium apparet ex traditis à Dom. Sot. *d. art. 10. pag. 270. & ex cap. quam pio 10. quæst. 1.* ubi constat, multa potius temporalia commoda infidelibus contulisse, ut sic facilius, & suavius ad fidem adducerentur. Et bella, quæ narrat *histor. Tripart. lib. 10. ex c. 6.* aliam quidem considerationem habebant, nempè quòd Gothi, Sarmatæ, & aliæ gentes, contra quas gesta sunt, totum Orbem latrociniis, & invasionibus infestabant, & sæpius ipsos etiam Romanos aggredi ausæ, atque Arriana item labe maculatæ fuerant, ut scribit Paul. Oros. *lib. 7.* & Div. August. ad Heliodor. Et *eadem hist. Trip. lib. 8. cap. 13.* Unde justa utique, & sancta censeri debuerunt; & ubi à prædictis damnis inferendis Barbari illi cessabant, à bello quoque Romani abstinebant, quamvis in sua idololatria manerent, ut paulò ante eadem historia Ecclesiastica tradit. Idemque de bello † gesto per Carolum Magnum / 1
adversus Longobardos affirmare debemus, quod suadente Adriano Pontif. illatum dicitur *in dict. cap. hortatu 23. quæst. 8.* Erant quippè hi etiam acerrimi hostes Ecclesiæ, & in Arrianam hæresim declinaverant, & multa damna Christianis intulerant, ut ex Paulo Diacono *lib. 2. c. 1. hist. Longobard.* & ex aliis scriptoribus constat.

Neque magis urget quod diximus de † legibus 72
Constantini, Theodosii, & aliorum Cæsarum adversus Paganos, & alios Infideles, & eorum sacrificia severiter latis, quas tantopere laudat D. August. *in dict. cap. non invenitur 23. q. 4. c. ad fidem 23. q. 5. c. vides 23. q. 6.* & D. Ambros. *epist. 30.* Nam leges illæ non sunt simpliciter, & absolutè de omnibus infidelibus accipiendæ, sed dumtaxat de Paganis, qui Romanorum Imperio subditi erant, & inter Infideles commorantes, eis scandalum movebant, vanisque ritibus, & sacrificiis turbabant, & idololatriæ dediti leges, & præcepta juris naturalis transgrediebantur. Quos meritò Imperatores suis legibus compescere potuerunt, & sub illarum prohibitionibus, comminationibus, & interdictis saltem causativè ad Fidem amplectendam, & idola, & templa sua deserenda perducere. Nam ut
† præter alios observat Gregor. de Valentia *ubi* 73
suprà vers. Ad quartam: P. Torres *in tract. de Fide, art. 11. disp. 3. dub. 2.* Joan. Azor. *instit. Moral. lib. 8. cap. 24. q. 5. col. 1275. & lib. 1.* Thom. à Jesu *de proc. omn. gent. salut. lib. 4. dub. 4. pag. 209.* quilibet Princeps potestatem habet erga eos, qui sibi politicè subsunt, ut quæ sibi expedire visa fuerint ad Reipublicæ bonum custodiat, ac proinde in primis unius ac veri Dei cultum, & leges naturæ, quarum præcipuus custos, & vindex esse debet, ut latè diximus *suprà c. 16. n. 24.* & hoc præcipuè legibus illis curatum fuisse passim ostendit D. August. *in dictis locis*, & præcipuè *epist. 48.* ubi sic ait: *Pagani magis non blasphemare possunt de legibus, quas contra idolorum cultores Christiani Imperatores tulerunt. Et tamen ex eis multi correcti, & ad Deum vivum, verumque conversi sunt, & quotidie convertuntur.*

Neque omitti potest † notabilis historia, quam 74
Cassiodor. & Sozomen. *in hist. Tripar. l. 5. c. 27.* & Alciat. *lib. 1. Parerg. c. 13.* contigisse † narrant circa *d. l. 1. C. de Paganis*, quæ eorum templa concindi jubet, & sub capitali supplicio, & 75
bonorum publicatione à sacrificiis abstinere. Nam cum Athanasius ob multa mira, quæ fecerat, & prædixerat, à Paganis, & Hæreticis *magus, & aruspex* crederetur; qua de causa à Synodo Antistitum aliquando condemnatum fuisse scribit Ammian. Marcellin. *lib. 15.* inter jurgandum quadam die supervolitavit cornix, quæ cùm

cùm clarius crocitaret, adstans multitudo Paganorum, velut mago derogantes, ab Athanasio perebant, ut eis aperiret quid cornicula illa significaret. Ille verò fertur ad eos dixisse subridens: Scitis, quid vox oscinis prædicat? Cras Latina lingua dies ventura significatur, hoc ergo clamans cornicula, tristem vobis crastinum diem portendit Imperatoris Romani jussione, ut de vestris templis ejiciamini. Nec fefellit divinum hominem expectatio, sed potiùs ita contigit, ut ejus sermo, licèt derisus, venerit ad effectum: sequenti namque die allatæ sunt ad Judices Constantini Imperatoris literæ, jubentes, ut Pagani sua ingredi non permitterentur ad templa, neque solemnes superstitiones, festivitatesque celebrare, sed sub gladii pœna universos Gentilium sacrificiis abstinere.

76 Paganorum † autem nomen, ut hoc obiter advertamus, à pagis originem traxi, quæ Græcis villæ sunt, ita à montibus dictæ, circa quos semper villæ condi consueverunt, ut ex Servio, & aliis tradunt Prætejus, Brisson. Berruc. Horman. & Calin. *de ver. jur. verb. Paganus*: Beda *in Cantic. lib. 6. c. 30. & in Marc. cap. 15. & in Luc. dict. lib. 6. c. 23. & homil. in Festum 3. Psal.* Joan. Fung. *in Etymol. sub eodem verb.* Stephan. *de urbib.* Lorin. *in Acta, c. 17. versic. 19.* & Gasp. Sanct. *in Isai. cap. 42. num. 45. pag. 445.* Quamvis Philaster *lib. de hæresib. cap. 3.* eos dictos fuisse putet à Pagano quodam hujus nominis, quem, ait, fuisse filium Deucalionis & Pyrrhæ, Regemque potentem & inclytum, & proinde tamquam Deum habitum.

Sed cum Deorum falsorum cultores hoc nomine vocare usitatum fuerit, secundùm Div. August. *lib. 2. retract. cap. 43.* difficilioris quidem indagationis esse videtur. Cùm in hoc ioi, & tam variæ Scriptorum sententiæ, reperiantur. Nam D. Isid. *lib. 8. Etymolog. c. 70.* eos ita dictos existimat ex pagis Atheniensibus, ex quibus orti. Ibi enim in locis agrestibus, & villis, gentiles lucos, idolaque sua, & delubra constituerunt, & ideò idolorum cultor cœpit appellari *Paganus.* Alciat. autem *d. lib. 1. Parerg. cap. 13.* & Connan. *lib. 9. commentar. c. 13.* eam rationem comminiscuntur, quia Christi milites non sint, neque ejus Ecclesiæ Militanti nomina de-
77 derint. Scimus † enim in jure dictos esse *Paganos* quotquot à militia erant immunes, & liberi *lib. quædam, ff. de pœn. lib. jus nostrum, de reg. jur. l. 1. C. de militari testam.* cum aliis. Paulus autem Oros. & Beda *ubi suprà*, quos refert, & sequitur Cujac. *in Parat. C. de Paganis*, quasi ex agrestium locorum compositis, & pagis longè distent à superna, & cœlesti civitate, ab eaque sint alieni, sive *ut ait Dionysius Gotthofr.* in notis ibidem, in contemptum, quasi diversos à Christianis, & eis ignobiliores, sicut & Ethnici, Gentiles, & nationes dicti sunt, comparatione habita ad Christianos, qui eo tempore paucissimi erant. Wesemb. autem *in cad. Parat.* tradit Gentiles, & Infideles Paganorum nomen sortitos, quia diutius gentilica superstitio in pagis, quam in civitatibus perduraverit, propter rudiora Paganorum ingenia. Petrus Opmeer. *in Chronol. anno Christi 411. pag. 307.* quia Gentiles, & illa hominum colluvies, qui cùm non mererent stipendia, sumptis armis, Romæ restaurari Gentilium sacra volebant, ex pagis, cæterisque agrestibus locis exurrexerunt. Gaspar Sanct. *ubi suprà*, quia qui Evangelicis legibus exculti non sunt, extra Evangelium tamquam in pagis, & desertis habitant, & variis abducti erroribus incerti vagantur.

Mihi verò, his rejectis, magis probatur sententia Illustrissim. Cardin. Baronii *in notis ad Martyrolog. Roman. ad diem 11. Januarii*, qui putat, à temporibus Christianorum Imperatorum, Gentiles *Paganos* vocari cœpisse, eò quòd, ut proximè diximus, Imperatoriis legibus claudi cœperant idolorum fana, & delubra, & sacra Gentilium prohiberi in oppidis; quare urbibus exclusi, pagos, villas, & agros adire cogebantur, & illic suos inanes Deos colere, & superstitiosa sua sacra facere, unde & *Pagani* dicti sunt. In pagis autem & villis superstitionum cultum frequenter usitatum fuisse, jam olim ostendit Cicero *lib. 2. de legibus*, & usque ad tempora Honorii Imperatoris, quæ erat Idololatria in pagis residua fuisse videtur. Unde S. Augustr. qui iisdem temporibus vixit, *serm. de verb. Domin.* inquit: *Multi Pagani habent istas abominationes in fundis, &c.*

Quam rationem luculenter idem Auctor prosequitur, & eo non citato Joan. Azorius *dict. lib. 8. c. 24. quæst. 1. col. 1273* & multum probat, & laudat Ant. Mornac. *in observat. ad l. 1. C. sub d. tit. de Paganis, pag. 95.*

Denique non obstant exempla in eodem sexto argumento perpensa, de Regibus, qui Judæos & alios Infideles, si intra præfixum tempus baptizari nollent, morte mulctari, vel à suis Regnis exulare jusserunt. † Quoniam hoc procedit 78
in infidelibus, qui Christianis Principibus subditi sunt, quos justis, ac magnis causis suadentibus, prædicto modo punire possunt, ut latiùs diximus *suprà cap. præced. ex num. 37.*

Et quidem factum illud † Sisebuti non ad vim 79
præcisam, sed ad conditionalem referre videtur text. *in d. c. majores, vers. Item quæritur. de Baptismo*; & Genebrard. *in Chronolog. anno 623.* à quo non abest Joan. Gothus *in hist. Gotth. l. 16. cap. 14.* tradens, ob ardentem Fidei zelum Sisebuti, pia ejus exhortatione, nonaginta Judæorum millia in Hispania conversa fuisse. Quod si ita contigit, nihil in eo est, quod notare possimus.

Sed verior opinio est, Regem illum nulla conditione, aut oportune oblata, Judæos ad baptismum recipiendum metu, & pœnis propositis, coegisse ann. 616. Cujus factum posteà sequutus fuit Dagobertus in Gallia ann. 631. diem Judæis præstituens, intra quam, nisi Religionem nostram susciperent, hostes judicarentur, pertinaciamque cap. luerent. Uterque † autem id preci- 80
bus, & hortatu Heraclii Imperatoris fecisse narratur. Qui item omnes sui Imperii Judæos baptizari coegit, quoniam à circumcisis hominibus ei excidium imminere vana astrorum observatione compererat: quod posteà in Saracenis, sivè Mahometanis impletum fuit, ut latiùs produnt Aimon. *lib. 4. histor. Francor. c. 22.* Platin. *de vitis Pontif. in Adeodato.* Joan. Marian.

lib.

lib. 6. de reb. Hisp. c. 3. Zamal. *in compend. hist. Hisp. lib. 25. cap. 25.* & Jacob. Bled. *in histor. Mauror. lib. 1. cap. 12. pag. 36.*

81 Undè respondendum est, † Sisebuti actionem tamquam injustam, & Ecclesiæ disciplinæ contrariam, Concilium Tolet. IV. *Can. 56.* relatum, *in dict. cap. majores, & dict. capit. de Judæis 45. distinct.* pro parte rescidisse, decernens, ut qui jam sacro lavacro tincti essent, cogerentur ad servandam Fidem, quam acceperant, sed ne posteriùs Judæi ad baptismum compellerentur. Cui
82 Concilio, † eumdem Sisebutum assensisse, tradit Roder. Sanctus Episcopus Palentinus *in ejus vita*, eo quod cerneret, multos ex Judæis, à se per vim compulsos, recidivisse, & Judaizasse. Sed mihi hoc falsum videtur, quoniam Concilium, *ut ex ejus initio apparet*, anno III. Regni Sisenandi. Era 681. celebratum fuit circa Pontificatum Honorii I. atque adeò Sisebuti religiosissimi Principis tempora, tamquam jam longè præterita, nominat.

83 Joannes etiam † Mariana ubi suprà, & ante eum Episcop. Tudens. Tarapha, & alii rerum Hispaniarum Auctores, coactionem illam succensent, quod in Christianorum moribus nefas est, quemquam malo cogi ad professionem veræ pie-
84 tatis. Neque † tunc quoque Sisebutus factum illud temere usurpatum, prudentioribus illius seculi viris probavit, & præsertim D. Isidoro, qui *in histor. Gotthor. pag. 161.* sic scriptum reliquit: *Æra Dei anno Imp. Heraclii II. Sisebutus Christianissimus post Gundemarum ad Regale fastigium evocatur. Reg. nat. ann. VIII. menses VI. qui Initio Regni Judæos ad Fidem Christianam permovens æmulationem quidem habuit, sed non secundum scientiam, potestate enim compulit, quos provocare Fidei ratione oportuit.*

85 Idem † quoque in terminis nostræ quæstionis tradunt communiter Theologi omnes, & præcipuè Cajet. post D. Thom. 2. 2. *quæst. 10. art. 8.* dicentes, factum illud Sisebuti, & Dagoberti, fervent ioris quidem fidei, & animi, quam justitiæ exemplum præstare posse, & zelum ejus, bonamque intentionem in dicto Concilio laudari, factum autem non laudari. Quod etiam probat, & sequitur Gregor. de Valent. *dict. tom. 3. disp. 1. q. 10. punct. 6. col. 410.* Just. Lips. *in lib. de una Relig. sive adversus Dialogist. vers. Divinum illud*, & Madera *in Monarch. Hispan. capit. 6. fol. 41.*

86 Expulsio † autem Judæorum, & Maurorum à Ferdinando, & Elisabetha Catholicis, Hispaniæ Regibus facta, longè minorem, aut planè nullam difficultatem habet, cum in subditis infidelibus; & ex rationibus suprà relatis processerit. Et ne in Regnis adeò Catholicis, alia Religio, quàm una fides, & unum baptisma haberetur,
87 aut ex † fæce, & sentina eorum, aliqua labe Christiani macularentur. Quod semper summo studio curandum & vitandum esse jura testantur, *c. omnes, c. sapè, & c. nullus, cum aliis 28. q. 1. c. etsi Judæos 13.* ibi: *Mas in pera*, de Judæis. Nam, ut inquit Ovid. *lib. 2. de remed. amor.*

88 *Dum † spectant oculi læsos, lædantur & ipsi.*
Multaque corporibus transitione nocent.

89 Et Senec. *ad Lucill. † epist. 82. Salutare est, non conversari dissimilibus.*

Quibus alia addit (de eisdem expulsionibus agens) Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 69. ex num. 21.* & in addition. ad Bellug. *cap. 69. ex num. 21.* & in addition. ad Bellug. *rub. 11. in prin. liter. C.* & relati à Cenedo *dict. collectan. 15. n. 1.* & Mader. *dict. c. 6. fol. 45.*

Neque in hoc facto † vis simpliciter infideli- 90
bus inferri videtur, sed libera optio datur, ut vel Christianorum provincias deserant intra certum tempus vel Christiani fiant. Quod sanè non esse prohibitum constat *ex d. cap. majores, vers. Item quæritur*, & alios infideles non subditos (quales erant Indi, de quibus tractamus) tam ex disparitate rationis quam ex causæ, & potestatis defectu, applicari non potest, ut in specie nostræ quæstionis ad prædicti argumenti solutionem benè considerant Dom. Bañez *in 2. 2. quæst. 10. artic. 10. col. 525. vers. Ad secundum respondetur*, Arag. *ibidem artic. 8. pag. 290. vers. Ad aliud de Regibus*, Gregor. de Valent. *ubi suprà, vers. Ferdinandus*, Azor. *dict. lib. 8. institut. c. 26. vers. Quartò quæritur*, Torr. *de Fide, disp. 51. dub. 1.* & novissimè Suar. *in eod. tract. d. sect. 3. num. 5.* & plures alii, quos refert Petr. Cened. *in d. collectan. 15. ad Decretal. num. 2.*

Estque adeò potens prædicta † status, & re- 91
ligionis tuendæ ratio, ut non solùm Judæos, & infideles subditos non baptizatos expellere liceat, verùm etiam baptizatos, si de illorum moribus, perfidia, aut proditione, aliqua incommoda, vel pericula Christianis immineant † ut Pio 92
patriter ac Magnanimo, & omnibus seculis admirando exemplo nobis ostendit Catholicus, & ardens Fidei zelus amantissimi, & desideratissimi Regis nostri Philippi III. qui prædictis rationibus motus, & re (ut oportebat) maturè consulta, ac perpensa, *anno 1610.* ex tota Hispania, quamvis summâ hominum inopiâ laborante, exire, & in perpetuum exulare jussit spurcas, & numquam satis quietas, vel à suis erroribus defæcatas Maurorum reliquias, licèt omnes jam baptismali inundatione lustratas, quarum † nu- 93
merus ad quingenta, vel sexcenta, sive (ut alii tradunt) ad novies centena millia pervenisse narratur, ut constat ex peculiaribus commentariis, quos de historia, justitia, & laudibus hujus expulsionis scripserunt Fr. Jacob. Bleda, Marc. Guadalajara, & Petr. Aznar. & ex Mercurio Gallo *in hist. sui temporis, tom. 2.* Philip. Paschali *in tract. de virib. patr. potest. 1. part. cap. 7. n. 25.* qui edita Regia in hanc rem profata ad literam referunt, Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib. 10. in præfatione, pag. 643.* ubi discrimen in quo Hispania versabatur ob has reliquias Arabum narrat Jacob. Gordon. *in sua Chronolog. ann. 1610. pag. 494.* Magist. Marq. *in Gubernat. Christ. lib. 1. capit. 3. pag. 16.* Calist. Remir. *de lege Regia, §. 32. n. 12. & 13.* Bernard. Aldret. *de antiquit. Hispan. lib. 4. cap. 18. pag. 570.* D. Didac. Guzman *in lib. de vita, & exitu Margaritæ Reginæ Cathol. 2. part. cap. 20.* Salaz. de Mend. *de orig. dignit. Hispan. lib. 4. cap. ult. §. 6. fol. 183.* & novissim. Dom. Mart. Carrillo *in suis elaboratissimis annalib. Chronol. anno 1610. fol. 419.* Fr. Joan. de Salaz. *in politica Hispana, proposit. 2. §. 2. pag. 32.* eruditissimus omnique laude ob prudentiam, & morum suavitatem dignissimus D. Petr. Fernand. Navarrete Regum nostrorum Secretarius *in suis Politicis*, & eximiè *politicis Discursib. de conserv. Monarchiarum, cap. 7.*

94 Undè † recenti hoc exemplo admoneri possumus, quantum damni nobis à consortio Judæorum, vel Saracenorum immineat, licèt fidem nostram profiteri videantur, & aprè hic
95 acommodari possunt carmina Ulrichi ab Huttende † quodam Pepecorno Judæo, qui postquam baptismum accepit, in omne flagitiorum genus portentosè prorupit, quæ refert Simon Majol. *in colloq. de perfid. Judæor. pag. 30.* & inter alia sic habent:

Merserat indignum Christi baptismate corpus,
Dissimulato errore patrum. Ne tingite civer,
Si tinxisse nocet, ac nostro adscite periclo,
Stirpis in humanæ sobolem, tinite esse repultam.
Note tua, diramque iterum ne admittite gentem
In patrios ritus: Poterit sejuncta caveri,
Quæ conjuncta nequit.

CAPUT XX.

De octavo titulo, qui ex obligatione deducitur, qua Indi, & reliqui infideles ad Fidem audiendam, & Prædicatores tuto hospitio excipiendos, tenentur, & ad concedendum liberum transitum in alias provincias, in quibus Evangelium annuntiare voluerint. Et an, & quatenus contra eos, qui hæc negant, vel impediunt, justè pugnetur.

SUMMARIUM.

1 *Infideles quamvis cogi non possint ad Fidem recipiendam, cogi tamen possunt ad eam audiendam, & ejus prædicationem, & propagationem non impediendum.*
2 *Judæis in provinciis Christianorum habitantibus, licitè mandari potest, ut Prædicatores Fidei admittant, & audiant.*
3 *Auctores plurimi referuntur, qui bellum permittunt contra Indos, & alios infideles, Prædicatores recipere, & Fidem audire nolentes, & maximè ubi eam impediunt.*
4 *Ecclesia jus habet ubique prædicandi, & impedientes removendi, & puniendi.*
5 *Constitutiones Nicol. III. & Gregor. XIII. expenduntur, quæ certis diebus, Judæos ad Fidei prædicationem audiendam, convenire præcipiunt.*
6 Cap. Episcopus nullum, de consecrat. distinct. 1. *illustratur.*
7 *Concilium Basiliense quid statuit circa Judæos cogendos ad audiendam prædicationem Fidei.*
8 *Concilium Basiliense an fuerit approbatum.*
9 *Prædicandi per totum Orbem præceptum, quod Ecclesiæ Christus injunxit, inutile esset, si non posset ad audiendum Evangelium infideles compellere.*
10 *Fidei doctrina sine auditu esse non potest ex D. Paul.* ad Rom. 10.
11 *Fidem definunt B. Basil. & Clem. Alexand. ut sit assensio indubitata ad ea, quæ audiuntur.*
12 *Doctrina Dei, Verbum Divinum, Evangelium appellatur, quia ex annuntiatione, & auditione dependet.*
13 *Consequens qui vult, vult & antecedens. Correlativorum unus concesso, alterum concedi necesse est*, ibidem.
14 *Confessionis peccatorum præceptum ex eo colligit Ecclesia, quod Christus potestatem ea remittendi Apostolis dedit.*
15 *Fidei prædicationem qui audire nolunt, ei resistere videntur.*
16 *Infideles ad Fidem audiendam compelli posse negat Soto, Valentia, & alii, ex eo quòd ad illam recipiendam compelli non possunt.*
17 *Apostoli ex præcepto Domini*, Luc. 3. & Matth. 10. *solùm sponte audire volentibus Fidem annuntiasse videntur.*
18 *Fidem audire qui cogitur, non ob hoc ad eam credendam, & recipiendam compellitur.*
19 *Ecclesia licet potest cogere infideles tibi subditos ad audiendam Fidem, ita & non subditos.*
20 *Apostolorum tempore Ecclesia in multis suo jure non utebatur.*
21 *Matth. verba* cap. 10. Neque audierit sermones vestros, *qualiter exponantur.*
22 *Apostoli pulverem excutiendo de pedibus, ubi ab aliqua rebelli civitate exibant eam anathematizabant.*
23 *Pulveris pedum jactatio adversus aliquam civitatem erant signum bellum indicentis, & ejus eversionem minantis.*
24 *Prædicatores sunt legati Christi Domini ex Dio. Paul.* 2. Corinth. 5. & ad Ephes. 6.
25 *Legator etiam ab hostibus missos audire, & benevolè tractare omnes gentes naturali jure tenentur.*
26 *Legati cur Sancti dicerentur.*
27 Lex vult. D. de legation. & lex sanctum 7. de rerum divis. *explicantur.*
28 *Dionysii Christoph. elegantia verba circa immunitatem legatorum expenduntur.*
29 *David ob derisos legatos intulit bellum Ammonitis.*
30 *Legatis injuria facta, censetur fieri Principibus, à quibus mittuntur.*
31 *Ecclesia jus habet tuendi, & defendendi suos Prædicatores.*
32 *Indi nulla ignorantia excusari possunt, si Prædicatores, & legatos ad se pacificè missos interficiant.*
33 *Schedulæ plures citantur, & expenduntur, quæ Indorum debellationem permittunt, si Prædicatores non recipiant, aut aliis modis malitiosè Fidei propagationem impediant.*
34 *Commercia innoxia qui negant, jure gentium inspecto, puniri possunt.*
35 *Litorum appulsum, & suarum provinciarum hospitium qui peregrinis injustè denegant, injuriarum tenentur, & contra omnes leges humanitatis peccare censentur.*
36 Lex injuriarum, §. si quis, ff. de injuriis, & §. litorum, instit. de rerum divis. *cum similibus illustratur.*
37 *Ciceron. Ovid. Virgil. & Paul. Orosii elegantissimæ loca expenduntur, litorum commune refugium, & hospitalitatis officium juri naturali tribuentia.*
38 *Hospitalitatis, & promiscui commercii usus sæpè in sacra Pagina commendatur.*
39 *Loth, & Abraham, quia hospitales erant, Angelos hospitio recipere meruerunt*, ex D. Paul. 13. ad Hebr. 2.
40 Cap offerabatur 32. quæst. 7. *exponitur.*
41 *Hospitalitatis virtutem diffinit, & commendat Clemens Alexandrin.*
42 *Sara Angelis paravit panes tubcineritios, & Cleobuli filia paternorum hospitum pedes lavit.*
43 *Romani erant valdè hospitales, & qualiter Jovem Xenium, sive Hospitalem colerent.*
44 *Hospitalitatis & commerciorum utilitatem, & necessitatem plures Auctores irudiant, qui referuntur.*
45 *Hispani semper fuerunt Hospitibus perhumani.*
46 *Commerciorum, & hospitalitatis usus summopere conducit ad Fidem propagandam.*
47 *Hospites olim simul & Doctores erant*, ex Luciano, & aliis.
48 *Abraham, dum fuit hospes in Ægypto, viros, & Sara fœminas in lege Dei instituit.*
49 *Sinæ non admittunt exterorum commercia, ideò Fides apud eos difficilè propagatur.*
50 *Nationes aliquæ remissivè referuntur, quæ hospites, & peregrinos admittere prohibent.*

lib. 6. de reb. Hisp. c. 3. Zamal. *in compend. hist. Hisp. lib. 25. cap. 25.* & Jacob. Bled. *in histor. Mauror. lib. 1. cap. 12. pag. 36.*

81 Undè respondendum est, † Sisebuti actionem tamquam injustam, & Ecclesiæ disciplinæ contrariam, Concilium Tolet. IV. *Can. 56.* relatum, *in dict. cap. majores, & dict. capit. de Judæis 45. distinct.* pro parte rescidisse, decernens, ut qui jam sacro lavacro tincti essent, cogerentur ad servandam Fidem, quam acceperant, sed ne posteriùs Judæi ad baptismum compellerentur. Cui
82 Concilio, † eumdem Sisebutum assensisse, tradit Roder. Sanctus Episcopus Palentinus *in ejus vita*, eo quod cerneret, multos ex Judæis, à se per vim compulsos, recidivisse, & Judaizasse. Sed mihi hoc falsum videtur, quoniam Concilium, *ut ex ejus initio apparet*, anno III. Regni Sisenandi. Era 681. celebratum fuit circa Pontificatum Honorii I. atque adeò Sisebuti religiosissimi Principis tempora, tamquam jam longè præterita, nominat.

83 Joannes etiam † Mariana ubi suprà, & ante eum Episcop. Tudens. Tarapha, & alii rerum Hispaniarum Auctores, coactionem illam succensent, quod in Christianorum moribus nefas est, quemquam malo cogi ad professionem veræ pie-
84 tatis. Neque † tunc quoque Sisebutus factum illud temere usurpatum, prudentioribus illius seculi viris probavit, & præsertim D. Isidoro, qui *in histor. Gotthor. pag. 161.* sic scriptum reliquit: *Æra Dei anno Imp. Heraclii II. Sisebutus Christianissimus post Gundemarum ad Regale fastigium evocatur. Reg. nat. ann. VIII. menses VI. qui Initio Regni Judæos ad Fidem Christianam permovens æmulationem quidem habuit, sed non secundum scientiam, potestate enim compulit, quos provocare Fidei ratione oportuit.*

85 Idem † quoque in terminis nostræ quæstionis tradunt communiter Theologi omnes, & præcipuè Cajet. post D. Thom. 2. 2. *quæst. 10. art. 8.* dicentes, factum illud Sisebuti, & Dagoberti, fervent ioris quidem fidei, & animi, quam justitiæ exemplum præstare posse, & zelum ejus, bonamque intentionem in dicto Concilio laudari, factum autem non laudari. Quod etiam probat, & sequitur Gregor. de Valent. *dict. tom. 3. disp. 1. q. 10. punct. 6. col. 410.* Just. Lips. *in lib. de una Relig. sive adversus Dialogist. vers. Divinum illud*, & Madera *in Monarch. Hispan. capit. 6. fol. 41.*

86 Expulsio † autem Judæorum, & Maurorum à Ferdinando, & Elisabetha Catholicis, Hispaniæ Regibus facta, longè minorem, aut planè nullam difficultatem habet, cum in subditis infidelibus; & ex rationibus suprà relatis processerit. Et ne in Regnis adeò Catholicis, alia Religio, quàm una fides, & unum baptisma haberetur,
87 aut ex † fæce, & sentina eorum, aliqua labe Christiani macularentur. Quod semper summo studio curandum & vitandum esse jura testantur, *c. omnes, c. sapè, & c. nullus, cum aliis 28. q. 1. c. etsi Judæos 13.* ibi: *Mas in pera*, de Judæis. Nam, ut inquit Ovid. *lib. 2. de remed. amor.*

88 *Dum † spectant oculi læsos, lædantur & ipsi.*
Multaque corporibus transitione nocent.

89 Et Senec. *ad Lucill. † epist. 82. Salutare est, non conversari dissimilibus.*

Quibus alia addit (de eisdem expulsionibus agens) Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 69. ex num. 21.* & in addition. ad Bellug. *cap. 69. ex num. 21.* & in addition. ad Bellug. *rub. 11. in prin. liter. C.* & relati à Cenedo *dict. collectan. 15. n. 1.* & Mader. *dict. c. 6. fol. 45.*

Neque in hoc facto † vis simpliciter infideli- 90
bus inferri videtur, sed libera optio datur, ut vel Christianorum provincias deserant intra certum tempus vel Christiani fiant. Quod sanè non esse prohibitum constat *ex d. cap. majores, vers. Item quæritur*, & alios infideles non subditos (quales erant Indi, de quibus tractamus) tam ex disparitate rationis quam ex causæ, & potestatis defectu, applicari non potest, ut in specie nostræ quæstionis ad prædicti argumenti solutionem benè considerant Dom. Bañez *in 2. 2. quæst. 10. artic. 10. col. 525. vers. Ad secundum respondetur*, Arag. *ibidem artic. 8. pag. 290. vers. Ad aliud de Regibus*, Gregor. de Valent. *ubi suprà, vers. Ferdinandus*, Azor. *dict. lib. 8. institut. c. 26. vers. Quartò quæritur*, Torr. *de Fide, disp. 51. dub. 1.* & novissimè Suar. *in eod. tract. d. sect. 3. num. 5.* & plures alii, quos refert Petr. Cened. *in d. collectan. 15. ad Decretal. num. 2.*

Estque adeò potens prædicta † status, & re- 91
ligionis tuendæ ratio, ut non solùm Judæos, & infideles subditos non baptizatos expellere liceat, verùm etiam baptizatos, si de illorum moribus, perfidia, aut proditione, aliqua incommoda, vel pericula Christianis immineant † ut Pio 92
patriter ac Magnanimo, & omnibus seculis admirando exemplo nobis ostendit Catholicus, & ardens Fidei zelus amantissimi, & desideratissimi Regis nostri Philippi III. qui prædictis rationibus motus, & re (ut oportebat) maturè consulta, ac perpensa, *anno 1610.* ex tota Hispania, quamvis summâ hominum inopiâ laborante, exire, & in perpetuum exulare jussit spurcas, & numquam satis quietas, vel à suis erroribus defæcatas Maurorum reliquias, licèt omnes jam baptismali inundatione lustratas, quarum † nu- 93
merus ad quingenta, vel sexcenta, sive (ut alii tradunt) ad novies centena millia pervenisse narratur, ut constat ex peculiaribus commentariis, quos de historia, justitia, & laudibus hujus expulsionis scripserunt Fr. Jacob. Bleda, Marc. Guadalajara, & Petr. Aznar. & ex Mercurio Gallo *in hist. sui temporis, tom. 2.* Philip. Paschali *in tract. de virib. patr. potest. 1. part. cap. 7. n. 25.* qui edita Regia in hanc rem profata ad literam referunt, Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib. 10. in præfatione, pag. 643.* ubi discrimen in quo Hispania versabatur ob has reliquias Arabum narrat Jacob. Gordon. *in sua Chronolog. ann. 1610. pag. 494.* Magist. Marq. *in Gubernat. Christ. lib. 1. capit. 3. pag. 16.* Calist. Remir. *de lege Regia, §. 32. n. 12. & 13.* Bernard. Aldret. *de antiquit. Hispan. lib. 4. cap. 18. pag. 570.* D. Didac. Guzman *in lib. de vita, & exitu Margaritæ Reginæ Cathol. 2. part. cap. 20.* Salaz. de Mend. *de orig. dignit. Hispan. lib. 4. cap. ult. §. 6. fol. 183.* & novissim. Dom. Mart. Carrillo *in suis elaboratissimis annalib. Chronol. anno 1610. fol. 419.* Fr. Joan. de Salaz. *in politica Hispana, proposit. 2. §. 2. pag. 32.* eruditissimus omnique laude ob prudentiam, & morum suavitatem dignissimus D. Petr. Fernand. Navarrete Regum nostrorum Secretarius *in suis Politicis*, & eximiè *politicis Discursib. de conserv. Monarchiarum, cap. 7.*

94 Undè † recenti hoc exemplo admoneri possumus, quantum damni nobis à consortio Judæorum, vel Saracenorum immineat, licèt fidem nostram profiteri videantur, & aprè hic
95 acommodari possunt carmina Ulrichi ab Huttende † quodam Pepecorno Judæo, qui postquam baptismum accepit, in omne flagitiorum genus portentosè prorupit, quæ refert Simon Majol. *in colloq. de perfid. Judæor. pag. 30.* & inter alia sic habent:

Merserat indignum Christi baptismate corpus,
Dissimulato errore patrum. Ne tingite civer,
Si tinxisse nocet, ac nostro adscite periclo,
Stirpis in humanæ sobolem, tinite esse repultam.
Note tua, diramque iterum ne admittite gentem
In patrios ritus: Poterit sejuncta caveri,
Quæ conjuncta nequit.

CAPUT XX.

De octavo titulo, qui ex obligatione deducitur, qua Indi, & reliqui infideles ad Fidem audiendam, & Prædicatores tuto hospitio excipiendos, tenentur, & ad concedendum liberum transitum in alias provincias, in quibus Evangelium annuntiare voluerint. Et an, & quatenus contra eos, qui hæc negant, vel impediunt, justè pugnetur.

SUMMARIUM.

1 *Infideles quamvis cogi non possint ad Fidem recipiendam, cogi tamen possunt ad eam audiendam, & ejus prædicationem, & propagationem non impediendum.*
2 *Judæis in provinciis Christianorum habitantibus, licitè mandari potest, ut Prædicatores Fidei admittant, & audiant.*
3 *Auctores plurimi referuntur, qui bellum permittunt contra Indos, & alios infideles, Prædicatores recipere, & Fidem audire nolentes, & maximè ubi eam impediunt.*
4 *Ecclesia jus habet ubique prædicandi, & impedientes removendi, & puniendi.*
5 *Constitutiones Nicol. III. & Gregor. XIII. expenduntur, quæ certis diebus, Judæos ad Fidei prædicationem audiendam, convenire præcipiunt.*
6 Cap. Episcopus nullum, de consecrat. distinct. 1. *illustratur.*
7 *Concilium Basiliense quid statuit circa Judæos cogendos ad audiendam prædicationem Fidei.*
8 *Concilium Basiliense an fuerit approbatum.*
9 *Prædicandi per totum Orbem præceptum, quod Ecclesiæ Christus injunxit, inutile esset, si non posset ad audiendum Evangelium infideles compellere.*
10 *Fidei doctrina sine auditu esse non potest ex D. Paul.* ad Rom. 10.
11 *Fidem definunt B. Basil. & Clem. Alexand. ut sit assensio indubitata ad ea, quæ audiuntur.*
12 *Doctrina Dei, Verbum Divinum, Evangelium appellatur, quia ex annuntiatione, & auditione dependet.*
13 *Consequens qui vult, vult & antecedens. Correlativorum unus concesso, alterum concedi necesse est*, ibidem.
14 *Confessionis peccatorum præceptum ex eo colligit Ecclesia, quod Christus potestatem ea remittendi Apostolis dedit.*
15 *Fidei prædicationem qui audire nolunt, ei resistere videntur.*
16 *Infideles ad Fidem audiendam compelli posse negat Soto, Valentia, & alii, ex eo quòd ad illam recipiendam compelli non possunt.*
17 *Apostoli ex præcepto Domini*, Luc. 3. & Matth. 10. *solùm sponte audire volentibus Fidem annuntiasse videntur.*
18 *Fidem audire qui cogitur, non ob hoc ad eam credendam, & recipiendam compellitur.*
19 *Ecclesia licet potest cogere infideles tibi subditos ad audiendam Fidem, ita & non subditos.*
20 *Apostolorum tempore Ecclesia in multis suo jure non utebatur.*
21 *Matth. verba* cap. 10. Neque audierit sermones vestros, *qualiter exponantur.*
22 *Apostoli pulverem excutiendo de pedibus, ubi ab aliqua rebelli civitate exibant eam anathematizabant.*
23 *Pulveris pedum jactatio adversus aliquam civitatem erant signum bellum indicentis, & ejus eversionem minantis.*
24 *Prædicatores sunt legati Christi Domini ex Dio. Paul.* 2. Corinth. 5. & ad Ephes. 6.
25 *Legator etiam ab hostibus missos audire, & benevolè tractare omnes gentes naturali jure tenentur.*
26 *Legati cur Sancti dicerentur.*
27 Lex vult. D. de legation. & lex sanctum 7. de rerum divis. *explicantur.*
28 *Dionysii Christoph. elegantia verba circa immunitatem legatorum expenduntur.*
29 *David ob derisos legatos intulit bellum Ammonitis.*
30 *Legatis injuria facta, censetur fieri Principibus, à quibus mittuntur.*
31 *Ecclesia jus habet tuendi, & defendendi suos Prædicatores.*
32 *Indi nulla ignorantia excusari possunt, si Prædicatores, & legatos ad se pacificè missos interficiant.*
33 *Schedulæ plures citantur, & expenduntur, quæ Indorum debellationem permittunt, si Prædicatores non recipiant, aut aliis modis malitiosè Fidei propagationem impediant.*
34 *Commercia innoxia qui negant, jure gentium inspecto, puniri possunt.*
35 *Litorum appulsum, & suarum provinciarum hospitium qui peregrinis injustè denegant, injuriarum tenentur, & contra omnes leges humanitatis peccare censentur.*
36 Lex injuriarum, §. si quis, ff. de injuriis, & §. litorum, instit. de rerum divis. *cum similibus illustratur.*
37 *Ciceron. Ovid. Virgil. & Paul. Orosii elegantissimæ loca expenduntur, litorum commune refugium, & hospitalitatis officium juri naturali tribuentia.*
38 *Hospitalitatis, & promiscui commercii usus sæpè in sacra Pagina commendatur.*
39 *Loth, & Abraham, quia hospitales erant, Angelos hospitio recipere meruerunt*, ex D. Paul. 13. ad Hebr. 2.
40 Cap offerabatur 32. quæst. 7. *exponitur.*
41 *Hospitalitatis virtutem diffinit, & commendat Clemens Alexandrin.*
42 *Sara Angelis paravit panes tubcineritios, & Cleobuli filia paternorum hospitum pedes lavit.*
43 *Romani erant valdè hospitales, & qualiter Jovem Xenium, sive Hospitalem colerent.*
44 *Hospitalitatis & commerciorum utilitatem, & necessitatem plures Auctores irudiant, qui referuntur.*
45 *Hispani semper fuerunt Hospitibus perhumani.*
46 *Commerciorum, & hospitalitatis usus summopere conducit ad Fidem propagandam.*
47 *Hospites olim simul & Doctores erant*, ex Luciano, & aliis.
48 *Abraham, dum fuit hospes in Ægypto, viros, & Sara fœminas in lege Dei instituit.*
49 *Sinæ non admittunt exterorum commercia, ideò Fides apud eos difficilè propagatur.*
50 *Nationes aliquæ remissivè referuntur, quæ hospites, & peregrinos admittere prohibent.*

51 *Lacedæmonii, Derinoveni, quari fallentes hospites, dicebantur.*

52 *Commercia cum Indis infidelibus, bona fide, & secundùm juris naturalis principia instituì, qualiter Regnes nostræ curarint.*

53 *Schedula, sive epistola elegans Caroli V. refertur, & illustratur, commercia cum Indis, & hospitalitatis jura requirent.*

54 *Commercia, ut inter homines diversarum nationum essent, Deus non omnia ubique nasci permisit:* ex D.Chrysostomo.

55 *P. Lud. Molinæ opinio notatur, qui indistinctè, nullam Rempublicam teneri peregrinos recipere docet.*

56 *Homo ille verè dicitur esse humanus, qui alios hospitiò excipit* ex Divo Augustino.

57 *Infideles, si fidelibus transitum negent ad alias provincias, in quibus prædicare velint, licitè possunt debellari.*

58 *Moyses bella gessit contra Amorrhæos ob denegationem transitus ad terram Promissionis*, secundùm D. August. & alios.

59 Cap. ultim. 23. q. 2. *exornatur.*

60 *Judæi Machab. urbem Efren debellavit, quia transitum sibi dare nolebat*, Machab. 1. 5.

61 *Ammonitis, & Moabitis templa Domini interdictum fuit, quia Dei populum fatigatum itinere non foverant.*

62 *Ecclesia potest licitè bellum indicere contra eos, qui ei transitum impedierint ad recuperationem Terræ Sanctæ.*

63 *Navarræ Regnum, tùm aliis cautis, tùm ratione transitus denegati, justè à Ferdinando Rege Catholico captum fuit.*

64 *Genebrardus & Bodin. notantur, dum obtentionem Regni Navarræ temerè calumniantur.*

65 *Anton. Mornacius circa obtentionem, & retentionem Regni Navarræ multa contrà historiæ fidem continetur est.*

66 *Dod. Navarrus testatur se numquam scripsisse contra justitiam obtentionis Regni Navarræ.*

67 *Regnum Navarræ restitui numquam Reges nostri fuit testamento jurarunt*, ut perperam Mornacius affirmat.

68 *Gallia Regem ad Navarræ Regnum semper aspirant.*

69 *Excellent. Dom. D. Petr. à Toledo Villæ Franeæ Marchio laudatur, & magnanimum ejus factum, & dictum coram Rege Galliæ super Navarræ obtentione, & defensione refertur.*

70 *Job locus* cap. 15. vers. 19. *explicatur.*

71 Capit. 1. distinct. *explicatur*, Et num. 75.

72 *Transitus per alienas provincias, ubi necessarius, & innoxius est, nullo jure negari potest.*

73 *Hostes, antiqui, omnes alienos, & peregrinos homines appellabant, & reputabant.*

74 Transire *verbum hostiles grassationes aliquando significat.*

75 *D. Isidorus divina lege tribuere videtur innoxii transitus concessionem.*

76 *Fas est lex divina.*

77 *Virgilius* 1. Æneid. *exponitur.*

78 *Lex divina nulla hominum conditione, aut constitutione abrogari potest.*

79 *Jus naturale non mutatur, nec commune esse desinit, etiam si alienæ gentes barbaræ ejus transgressores non puniant.*

80 *Lacedæmonits furta impunita erant, sed non ideo furtum desinit esse contra jus naturale omnium gentium.*

81 *Fidem qui impediunt, blasphemant, aut deludunt, absque dubio puniri, & debellari possunt.*

82 Lex 1. 2. & aliæ, C. de Paganis, explicantur, Et num. 88.

83 *Gregor. XIII. constitutio expenditur, quæ casus enumerat, in quibus Judæi, & alii infideles per quæstores Fidei puniri possunt.*

84 *Judæi plura detestanda exempla in odium & blasphemiam Christi, & Christianorum ubique ediderunt.*

85 *Infantes in ludibrium Passionis Christi sæpè Judæi crucifixerunt, & de illo oppidi* de la Guarda, *& altero urbis Caesaraugustanæ.*

86 *Judæi cujusdam Vitriarii notabilis historia refertur, filium suum in furnum immittentis, quia cum Christianis agebat.*

87 *Infidelium, maximè Idorum, templa, & idola, an & quando liceat Christianis Prædicatoribus, qui inter eos ambulant, destruere, & demolìri*, Et num. 92.

88 *Sancti Patres non solùm laudarunt, sed suaserunt leges Imperator. de templis idola, & infidelcs expelli jubentes.*

89 *Concilii Illiberit. & Carthaginens. Canones referuntur de vellendis, & diruendis templis, & idolis Paganorum.*

90 Circumcelliones *vocat Augut. eos, qui passim infidelium idola frangunt.*

91 *Concilii Illiberit. locus expenditur, ubi martyrii palmam ei denegat, qui occiditur propter subversionem idolorum.*

93 *Religio vera ut plantetur inter Indos, multum expedit eis prius idola tollere.*

94 *D. August. & Concilii Illiberitani loca quæ idola confringi prohibent, qualiter explicari debeant.*

95 *Apostoli, & alii Sancti solo verbo, flatu, aut Crucis signo idola etiam ærea confringebant.*

96 *D. Joannes Evangelista templum Dianæ Ephesinæ sola oratione destruxit.*

97 *S. Procopii, Felicis, & aliorum plurium insignia miracula in subvertendis idolis infidelium referuntur.*

98 *Joannes Boter. ob licentiam militum in destruendis idolis Indorum, eosdem Indos faciliùs ad nostram Religionem adductos tradit, & quare.*

VErum autem verò, licèt hæc, quæ ita lato sermone in superioribus disputabimus admitti quidem possint, aut debeant, cùm de vi, & coactione disseritur, quæ mediatè, vel immediatè infidelibus irrogatur, ut Fidem, & Baptismum suscipiant, ubi † tamen coactio ad hoc non dirigitur, sed eò tantùm tendit, ut infideles ipsam Fidem, sibi à Catholicis Prædicatoribus annuntiandam, & proponendam, quietis & attentis animis, atque auribus audiant & serìò de ea recipienda, vel respuenda deliberent, nostrosque, hoc tam utile & salutare commercium erga illos exercere volentes, tuto, & fido hospitio recipiant, vel liberum transitum ad alias provincias concedant, in quibus Evangelium annuntiare, & propagare desiderent. Frequentissima, & verissima est omnium ferè Theologorum, & Jurisperitorum opinio, quæ docet, talem coactionem licitam esse, quæ adeò jure optimo posse his de causis infidelibus bellum inferri, qui proterve Fidem audire recusant, vel ejusmodi pias, & laudabiles expeditiones impediunt, dum tamen priùs quàm ad illud deveniatur, omnia alia media tententur, quæ ad munus Apostolorum Apostolicè, & pacificè obeundum conducere potuerint, & in ejusdem belli illatione inculpatæ tutelæ moderamen servetur, eaque cautio adhibeatur, ne ulteriùs progrediatur supplicium, quàm reperiatur commissum, ut aliàs dicitur *in l.* 1. *C. unde vi, & in l. sanctimus, C. de pœnis*, & in simili notavimus, & otnavimus *sup. hoc lib. c.* 16. *n.* 5. *&* 6. 1

Quam sententiam † de Judæis loquens, qui in terris Romani Pontificis, aut aliorum Christianorum Principum degunt, apertè tradit Innocent. *in c. quod super, col. ult. vers. Item licèt de voto*, relatus à Bertachin. *in repertor. verb. infideles, fol.* 28. docens, quòd infideles, licèt non debeant cogi ad Fidem, tamen Papa potest eis mandare, quòd admittant Prædicatores Evangelii in ter- 2

tertis suæ jurisdictionis, & si eos nos admittant, peccant, & ideò puniri debent. Idemque, re ad utramque partem disputata, resolvit Borgnin. Cavalcan. *in decis.* 21. *n.* 13. *& seq.* 2. *p.* Joan. Azor. *tom.* 1. *inst. Moral. lib.* 8. *c.* 26. *vers. Tertiò quæritur*, & noviss. Philip. Pascal. *in tr. de virib. patr. potest* 1. *p. c.* 7. *n.* 17. Bañ. Torr. Suar. & alii in locis *infrà* relatis, & novissimè Ant. Riccìullus *in tr. de jur. person. extra Eccles. grem. exist. lib.* 2. *c.* 37. Et generaliter † in quibuslibet infidelibus, etiam Principibus Christianis non subditis: & in specie ipsorum Indorum, de quibus sermonem habemus eamdem opinionem sequuntur Theologi omnes communiter potest Div. Thom. *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. Joan. Major. *in* 2. *dist.* 44. *q.* 2. *&* 3. Albert. *in rub. de hæreticis lib.* 6. *q.* 8. Gines. Sepul. *in object.* 10. *cont. Epist. de Chiap.* Doctiss. Alfon. à Cast. *de justa hæret. punit. lib.* 2. *c.* 14. *vers. Prima igitur*, ubi asserit, quòd licèt infideles ad Dei veri cultum & sacri baptismatis susceptionem inviti compelli non possint: attamen si monitionem hanc recipere recusent, & maximè si prædicationem sanctì Evangelii propulsent, erit justum bellum, quod contra eos motum fuerit. 3

Mag. Victoria *in relect.* 1. *de Indis, ex n.* 36. *& in relect.* 2. *ex n.* 1. *ad* 12. ubi ex divini præcepti auctoritate concludit, Indos, & quoslibet infideles ad Fidem audiendam teneri, ac proinde á peccato mortali non excusari, si rogati, & admoniti, ut audiant pacificè loquentes de rebus spectantibus ad Religionem ac de ea maturè deliberent, id facere nollent: quia tenentur, inquit, saltem audire & consultare, & si hoc impediant, & Hispanos inter se ad commercia, & prædicationem securè non admittant, neque aliter Religionis negotium procurari valeat, hic titulus justissimus est ad eos debellandos, & conquirendos, terrasque, ac provincias eorum occupandas, novos dominos creandos, & antiquos deponendos, & ad reliqua alia jura belli prosequenda, quæ in allis bellis justis licitè fieri possent. 1

Gregor. Lop. *in l* 2. *t.* 23. *p.* 2. *colum.* 11. *& col.* 20. *vers.* 3. 4. *&* 8. *conclus.* & Hieron. Zevall. *in pract. comm. lib.* 4. *q. fin. n.* 172. *& seq.* & rursus, & mellus *n.* 295. *& seq.* ubi verba Victor. sequentes, & transcribentes, justitiam ejusdem belli contra impedientes fidem audire & Christianos à suis provinciis removentes, enixè tuentur.

Eruditissimus D. Præses Covar. *in reg. peccatum* 2. *p.* §. 10. *n.* 13. *vers. Quarto licitum, &* §. 11. *n.* 5. *vers. Fator planè*, ubi cum D. Th. & aliis Theologis docet, Christianos non posse, nec debere justè impediri in prædicatione Christianæ Fidei & quod si impediantur, eis fit injuria, ad quam propulsandam possunt justum bellum movere, vel quando infideles moniti ab idolorum vano cultu non abstinet, ubi is impedimentum affert Religioni Christianæ, & legis Evangelicæ prædicationi. 2

Dom. Soto *in* 4. *distinct.* 5. *q. unic. artic.* 1. *pag.* 267. *vers. Secunda conclusio, & in summario disputationis, sive Apologiæ Episcopi Chiapensis contra Sepul. pag.* 14. *&* 15. *Et in cons.* quod ann. 1550. dedit circa Indiarum conquisitionem, *vers. La Segunda cabeza*, Salmeron. *tom.* 12. *tr.* 38. *vers. Deinde, pag.* 323. Card. Bellar. *lib.* 5. *de Rom. Pontif. c.* 7. Becc. *in sum. tom.* 2. *c.* 13. *q.* 4. *n.* 12. *& seqq.* Fr. Anton. à Cordub. *in quæstionar. lib.* 1. *q.* 57. *dub.* 4. *vers. Tertia pars, & dub.* 6. *vers. Quartum dictum*, Gabr. de Valent. *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 10. *punct.* 6. *col.* 401. post Cajet. 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. Pat. Gabr. Vasq. *in* 1. 2. *q.* 76. *disp.* 120. *c.* 3. *& c.* 5. *in initio.* Petr. de Aragon. *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. *col.* 254. Tolet. *in sum. lib.* 4. *c.* 2. *num.* 2. Petr. Ledesm. *tom.* 2. *sum. tr.* 1. *c.* 5. Torre, *de Fide, art.* 8. *disp.* 51. *dub.* 2. Thom. Sanch. *in summ. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 4. & novissi Pat. Suar. *de Fide, disp.* 18. *sect.* 2. *n.* 8. & Seraph. Freitas *de justo Imp. Asiat. c.* 9. *n.* 6. *&* 7. ubi licèt infidelium debellationem non omninò probent, ob id tantum, quòd Fidem audire recusent; benè tamen admittunt, quòd si nobis prædicationem impedirent, aut alios volentes illam audire, & forsan Fidem suscipere, ad nos accedere prohiberent, nec sinerent prædicatores loqui Verbum Dei sine vi, ac fraude volentibus audire; jure possemus eorum violentiam etiam armis propulsare, & bello, si opus esset, illato, acriter coërcere, quia omninò † semper manet jus integrum Eccle iæ ad prædicandum in quolibet regno, & ad defendendum innocentes, ut sic dicam, id est, particulares personas quæ voluerint audire verbum, & ita nulla fit tali in casu coactio ad audiendam fidem, sed solum ad non impediendum prædicationem Evangelii, nec eos, qui voluntariè illud audire voluerint. 4

Idem sentit Joseph. Acost. *lib.* 2. *de proc. Ind. sal. c.* 13. ubi eleganter, & generaliùs ait, hoc jus ab ipso omnium conditore conditum videri, utque Christiani à Deo didicerunt, docent ipsi cæteros mortales quorum salutem optare, & quærere debent. Qui enim dixit: *Ite in mundum universum, & prædicate Evangelium omni creaturæ*, certè aditum liberum quocumque terrarum aperuit, quem qui nobis præcludere velint, & summi Dei præcones, ac legatos inauditos à se relegant, contrà jus divinum, & naturale, & contra salutem suam facere putandi sunt.

Mag. Domin. Bannez *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 10. *col.* 528. *vers. Tertia, & quarta conclusio, & col.* 534. *vers. Ex his sequitur.* Ubi licèt primo in quæstionem vocasset, an infideles subditi, & etiam non subditi, ad Fidem audiendam compelli possent; postea tamen concludit, infideles non subditos jure compelli, ne ullo modo Christi Fidem impediant. Et ex hoc sequi, quòd si nuntius Evangelii pervenìat ad exteras, & barbatas nationes, & impediatur prædicare populis à Principibus illarum nationum, tunc potest Princeps Christianus, ut minister Pontificis, debellare illos Principes, ne impediant Prædicatorem. Hoc enim non est compellere ad audiendum, sed defendere innocentes, quosdam quidem ad prædicandum jus habentes, quosdam verò quia jus habent ad audiendum, sì velint.

P. Lud. Molina *de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 105. *& in materia de Fide, q.* 10. *art.* 8. ubi concludit, quòd cum Christiani jus habeamus denuntiandi Evangelium ubique terrarum, pariter quoque potestatem habemus concionatores, ad quoscumque infideles deferendi, eos protegendi, & infideles ipsos cogendi, non quidem ut Evange-

lium suscipiant, sed ne impedimento sint, tum concionatoribus quominus illud denuntient, tùm etiam suis, quominus illud audiant, suscipiant, & juxta illud vivant. Et quod hoc fine, etiam vel invidis, & invitis ipsis infidelibus possumus cum navibus ad eos accedere, tamdiuque, & cum ea potentia in eorum portubus, & terris commorari, quamdiu, & quantum necesse fuerit, ut hæc tuto fiant, eaque ratione commercium aliquod cum ipsis exercere. Quod si gentes aliquæ, aut Reges, & Dynastæ resistant, & impediant, fas nobis est, bello illos coercere, injuriamque Fidei, & Evangelio in ea parte illatam punire.

Mag. Salon. *in* 2. 2. *tom.* 1. *tract. de domin. q.*3. *art.*1. ubi, postquam illam quæstionem tractavit, liceatne unum hominem alteri dominari? Et quo jure, ac quibus de causis justa servitus inducatur? subdit, Indos & Æthiopes, qui à Lusitanis, & Hispanis capiuntur, tuta conscientia capi, & ad nos deferri, ac vendi, si volentibus Evangelium in illis regionibus prædicare, ipsi resistant; quia resistentibus prædicationi Evangelicæ legitime bellum infertur.

P. Joan. Azor. *d. lib.*8. *c.*26. *vers. Septimò quæritur*, quem sequitur, & ad verbum transcribit, Fr. Thom. à Jesu *lib.*5. *de procur. omn. gent. salut. 1. p. dub.*3. *pag.*206. ubi resolvunt, non solùm infideles Christianis subditos, verùm & quoslibet Paganos, & Barbaros, & etiam non subditos, ad audiendum Christi Evangelium compelli posse, quia non ideò dici debet, quòd ad credendum etiam compellantur, & quia negari non potest, quin si viri probatæ vitæ, & spectatæ virtutis mitterentur ad Christi Evangelium Paganis annuntiandum jure naturali digni essent, qui audirentur, nec ullus Paganorum Princeps, aut prohiberet, quominus Pagani, qui vellent, Evangelium audirent, aut Idoneos Christi nuntios, aut præcones, & interpretes impediret, ne illud annuntiarent. Alioqui enim his, aut vim, & injuriam manifestam afferret.

Mag. Petr. Lorca *in* 2. 2. *art.* 8. *q.*11. *sect.* 3. ubi pluribus probat, omnes infideles indistincte compelli posse, ut Fidei, & ejus prædicationi injuriam, & impedimentum non inferant. Et conducunt alia quæ trademus *infrà lib.* 3. *cap.* 3. *ex num.*1. & novissimè Ægid. Bened. *in l. ex hoc jure, ff. de just. & jure, cap.*3. *n.*16. pluribus probat, summum Pontificem posse mittere Prædicatores in mundum, & subjicere alicui Principi Christiano eos, qui Prædicatores non acceperint, vel malè affecerint, ad quod allegat Bellarmin. *lib.*1. *de Rom. Pontif. cap.*9. *& seq.* & P. Suar. *lib.*3. *contra sect. Angl. cap.*10.

Pro † qua sententia dum docet, infideles, & præsertim eos, qui Principibus Christianis subditi sunt, ad Fidei prædicationem audiendam compelli posse, apertæ sunt hodie Romanorum Pontificum constitutiones, præsertim Nicolai III. quæ incipit: *Vineam*, & Gregor. XIII. quæ incipit: *Sanctæ Mater Ecclesia*, quas ad literam invenies apud Laertium Cherubinum in suo Bullario, Anton. Naldum *in quæst. prælect. verb. Judæus, fol.*305. Paul. Piasecium *in praxi Episcop.* 2. *part. cap.* 4. *pag.*254. & Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib.*9. *part.* 1 *in fin. pag.* 373. & eatum summam recensent Azor, Suarez, Riccíullus & alii ex supra citatis; quibus cavetur, ut Judæi semel in hebdomada ad Fidei prædicationem audiendam accedere compellantur, pœna imposita his, qui audire recusant. Quarum vim non satis effugiunt illi, qui hanc non esse pœnam respondent, sed quoddam tributum, quod illis infidelibus tamquam subditis potest justè imponi; cùm hoc à verbis, & mente Pontificum alienissimum sit, ut benè advertit P. Suar. *dict. sect.* 2. *num.*3. & ostenditur *in dict. Bulla Gregor.* ibi: *Ad quos sermones & lectiones volumus universos & singulos utriusque sexus Judæos à duodecim annis supra, infirmitate, aut alia legitima causa, de qua Ordinarios docere debeant, non impeditos, in civitate, & locis, ut præfertur habitantes, vel aliunde obvenientes, etiam si inibi domicilium non habeant, ita per circultum convenire, ut tertia saltem eorum pars, nec unquam minor, semper adsit. Quod si facere neglexerint, interdicti cum fidelibus commercii, & aliis pœnis arbitrio Ordinarii pro contumacia modo imponendis, donec satisfecerint competenter, ad ipsos sermones audiendos compellantur.*

Idemque ante prædictas constitutiones statutum fuisse videtur: † nam *in cap. Episcopus nullum, de consecrat. dist.*1. ad templa, & missas Cathecumenorum hac de causa accedere non prohibebantur, & † in Concilio Basiliensi *sect.*19. quod extat *in* 4. *tom. Concil. pag.* 57. Idem ferè quod Gregor. statuit, his verbis cautum reperitur: *Sancta Generalis Synodus in primis statuit, ut omnes Diœcesani, quosdam in literis divinis benè eruditos, aliquot vicibus annuntiatim deputent, in locis ubi Judæi, aut alii infideles degant, ad prædicandum & explanandum taliter Catholicæ Fidei veritatem, ut ipsi infideles, qui audiunt suos valeant errores recognoscere. Ad quam prædicationem sub pœnis tam commercii per fideles illis interdicendi, quam aliis ab hoc opportunis, ipsos infideles cujuscumque sexus in annis discretionis constitutos, accedere compellant.*

Et † quamvis de hoc Concilio, & an fuerit legitimum, & approbatum, plura tradant Doctores, quos refert Marquar. de Susan. *in tract. de Judæ. & Infidel.* 3. *part. cap.*8. & Cabalcan. *dict. decis.*21. *num. ult.* tamen idem ibidem resolvit, quòad hoc ubique in Italia observari, & ita in Senatu Fivizanensi, & Papiensi decisum fuisse. Et in Aragonia quoque jamdudum cautum repetiri edicto Regis Jacob, anno 1242. quod fuit confirmatum per Innoc. IV. tradit Riccius *d. cap.*37. *num.*5.

Secundo, pro eâdem sententia, quatenùs generaliter probat, licitam esse eamdem compulsionem ad Fidem audiendam in omnibus infidelibus, etiamsi Christianis subditi non sint, ex mente prædictorum Auctorum perpendo. Quod † cùm Ecclesia, ut sæpè diximus, non solùm potestatem, verùm & necessitatem habeat, Evangelium per universum Orbem docendi, ac disseminandi, inutilis quidem, aut impossibilis hæc potestas, & obligatio redderetur, si infideles omnes ad ejusdem Evangelii præcones audiendos compelli non possent; quia † doctrina sine auditu esse non potest, ut inquit D. Paul. *Rom.* 10. *Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi*

nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quàm speciosi pedes Evangelizantium pacem? Evangelizantium bona? Sed non omnes obediunt Evangelio. Isaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per Verbum Christi.

Quamobrem † D. Basilius *in Ascetic.* sic Fidem 11
definit: *Fides est assensio indubitata ad ea, quæ audiuntur certa veritatis persuasione ad ea, quæ prædicantur per Dei gratiam*, & Clemens Alex. *lib.*1. *Pædagog. Catechesis*, inquit, *seu quæ per auditum deducitur institutio ad Fidem deducit.* Ipsamque † Dei doctrinam totam, nomine *Evangelii,* 12
& Verbi Divini communiter apellamus. At Evangelium nihil aliud significat, nisi annuntiationem; verbum autem, id, quod ore profertur, ut præter alios, in specie nostra optimè advertit, & prosequitur Thom. Bocius *de sign. Eccles. lib.*3. *c.* 2. primum hoc signum veræ, & Catholicæ Ecclesiæ nostræ constituens, quòd ejus fides ex auditu dependeat.

Unde † consequenti concesso, vel uno ex cor- 13
relativis, alterum, sine quo illud esse non potest, necessariò concedere debemus, *l.*2. *ff. de jurisdict. omn. jud. l.*3. *§. qui habet. ff. de servit. rust. præd.* ibi: *Qui habet haustum, iter quoque habere videtur ad hauriendum, & si quis tantum haustum esserit, nihil agit, l. qui fundum* 40. *§. 1. ff. de contrah. empt. l.*6. *t.*31. *p.*3. cum aliis, quæ notant Bart. & Doct. *in l. si fidejussor.* 52. *ff. de fidejuss.* Ripa *in l.*1. *n.*103. *ff. de vulgar.* Ludovic. Vital. *lib.*2. *variar. c.*9. Pat. Suarez *de legib. lib.*8. *c.*11. & diximus *supra c.*16. *ex n.*52.

Cujus rationis visâ simili confirmatur per aliquos ex suprà relatis. Nam quia † *Christus* dixit 14
Apostolis suis *Joan.* 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c.* optimè colligit Ecclesia, præcepisse fidelibus, ut peccata sua confiteantur, quia non possunt remitti, nisi audiantur, & cognoscantur. Ergo similiter, si dedit Ecclesiæ potestatem docendi infideles, consequenter dedisse videtur, ut possit illos ad audiendum compellere. Præsertim cum † eo ipso quòd audire 15
nolunt, prædicationi Fidei resistere, & impedimentum ex parte sua apponere videantur, quod ubi faciunt, Auctores omnes justè debellari posse concedunt.

Neque † huic sententiæ adversatur consideratio Soti, Valentiæ, Bannez, Aragon. Torres, Suarez, Beccani, Freitas, & aliorum, qui in hoc articulo compulsionis, & debellationis ob id tantùm, quòd Fidem audire nolint, contrariam defendunt, dicentes, quòd cùm non possint cogi ad credendum, ad audiendum etiam compelli non debent, & quod iis tantùm est prædicandum, qui sponte sua prædicatores audire, & recipere volunt, † Apostolorum exemplo, quibus hoc ita 17
Christus Dominus commendasse videtur, *Lucæ* 3. *Matth.*10. *Et quicumque non receperint vos, neque audierint sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel de civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.* Nam rectè respondet Azor. *dict. lib.* 8. 18
*c.*24. *q.*3. *&* 7. † coactionem in receptione Fidei expressè prohibitam esse, quia libertati, quæ in ea requiritur, directè repugnat, ut latè ostendimus *sup. c.*16. *n.*4. At verò, in compulsione audiendi Fidem, hanc prohibitionem non reperiri, quin potius ex præcepto prædicandi, & Evangelizandi deduci videri, quoniam eo facto tantum curatur, & efficitur, ut sacris divini Verbi concionibus intersint, & postea sponte, ac liberè audita credant, vel respuant. Non enim consequens est, ut si ad audiendum adigantur, eo ipso compellantur ad credendum, sicut potest quis cogi, ut audiat prædicationem consiliorum Evangelicorum, vel de concessione indulgentiarum, & non propterea cogitur, vel ad sequenda consilia, vel ad lucrandas indulgentias.

Et † quemadmodum Ecclesia non erat, dum 19
infidelibus subditis hanc audiendi necessitatem injungit, ut ipsi iidem Auctores tamdem agnoscunt, & in primo argumento probavimus: ita non errabunt, qui ideò ad non subditos protrahunt, cum in omnibus eadem prorsus militet ratio, eademque in receptione Fidei libertas desideretur, possitque hodie Ecclesia ubique suum munus, & officium implere, & competenti auctoritate, & severitate defendere. Quod † tem- 20
pore Apostolorum secùs se habebat, & ideo suo jure in multis non utebatur, ut abundè satis ostendimus *suprà cap.* 16. *ex num.* 8. & in terminis docet P. Suarez *dict. tract. de Fide, disp.*18. *sect.* 1. *n.*10.

Præterquam † quòd verba illa Matthæi: *Ne-* 21
que audierit sermones vestros, magis de contempta, quàm de non audita prædicatione intelligi debent, ut ibidem Franc. Lucas advertit. Et quod subdit † de excussione pulveris pedum, inter va- 22
rias significationes, quas ibi ex Sanctis Patribus idem Franc. Lucas, & Maldonatus adducunt, anathematis, maledictionis, atque condemnationis signum importat, ut D. Hilarius ostendit, dum inquit: *in eos, qui audita Regni cœlestis prædicatione, Apostolorum præcepta respuerint, signo pulveris ex pedibus excussi, æterna maledictio relinquatur.* Et sic Apostoli, eis quibus nihil poterant, pœnis, non auditam, vel spretam prædicationem, vindicabunt. Quinimò † & bellum ea 23
de causa indicebant; jactatio quippe pulveris pedum adversus aliquam civitatem, videtur esse signum denuntiantis bellum, & eversionem minitantis, ut rectè advertit, & pluribus illustrat Pat. Joan. Pineda, *de rebus Salom. lib.*6. *cap.* 20. *s.*9. *num.*19. *pag.*473.

Tertio, † pro eadem sententia facit, quod in- 24
fideles ubilibet constituti, non possunt à culpa excusari, si divini Verbi nuntios, & prædicatores recipere, & Evangelium pacis, aliqua sibi convententia ab illis proponenda, audire recusent cum hi non solum censendi sint Regum Christianorum, aut Romani Pontificis legati, quorum cura, & auctoritate ad hoc pium, & Apostolicum munus mandari solent; verùm & ipsius Christi Domini, pro qua legationis fungantur, juxta illud D. Pauli 2. *Corinth.* 5. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos.* Et *ad Ephes.* 6. *Pro quo legatione fungimur in catena ista*, ubi D. Thom. exponit, id est: *Sumus legati Christi.*

Legatos † autem, etiam ab hostibus missos, 25
fido, & securo hospitio recipi debere, & grato, ac benevolo vultu audiri & expediri, constans est

om-

omnium gentium consuetudo, ac velut religio, ex ipsius naturæ humanæ legibus hausta, quæ ubi violatur, legitimam belli causam adversus violantes inducit. Qua ratione † legati ipsi Sancti appellari solebant, *cap. jus gentium*, 1. *dist.* ibi: *Legatorum non violandorum religio* † *l. ultim. in princip. D. de legation.* ibi: *Si quis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur: quia Sancti habentur legati, l. sanctum 7. ff. de rer. division. l. 15. tit. 28. p. 3.* junctis aliis, quæ, ultra Scribentes in his juribus, latissimè tradunt Duaren. *lib. 1. disp. c. 37.* Conan. *lib. 3. comment. jur. civil. c. 1. n. 6. & 7.* Emmanuel Suarez *lib. 1. observat. c. 10. & 15.* Sigon. *lib. 1. de judiciis,

recipere. Nam contrarium ex *suprà* dictis verius esse videtur, ubi nihil est, quod de extraneis vereri possimus; & ita Nazianzen. *orat. 1. contra Julian.* Gregor. Nysen. *dialog. 2.* & Philostrat. *in epistolis*, plurima congerunt adversus nationes inhospitales, quas hac de causa *feras*, & *barbaras* 56 vocant; & † D. August. *de verb. Apostoli*, inquit: *Ille homo dicitur esse humanus, qui se exhibet esse hominem, & maximè hospitio suscipit hominem.*

Quintò, superior titulus evidentiùs confirmari, aut etiam ampliari poterit, † si constituamus, infideles eo procedere, ut non solùm prædicatores audire recusent, verùm eisdem quoque impedimento sint, ne per suas provincias transitum faciant ad alias, in quibus fidei mysteria annuntiare, & proponere velint. Hoc enim casu omnes suprà dicti Doctores uno ore fatentur, legitimum bellum illis indici posse; quoniam aliter Evangelii aditus præcluderetur, quod Christus Dominus per universum terrarum Orbem prædicari, & propagari præcepit, *arg. d. l. 3. §. qui ha-* 58 *bet, ff. de servit. rust.* & eorum, † quæ de bellis per Moysen adversus Amorrhæos illatis, tradit 59 D. Aug. *q. 44. in num.* relatus à Gratian. † *in c. ult. 23. q. 2.* ubi illorum justificationem in eo constituit, quòd Israël ad terram sibi à Deo promissam, per regiones suas transire non paterentur, sic inquiens: *Notandum est sanè quemadmodum justa bella gerebantur à filiis Israel contra Amorrhæos; innoxius enim transitus negabatur, qui jure societatis humanæ aquissimo patere debebat.*

Quod idem admittit, & benè probat Gloss. Ordin. *numer.* 21. Rupert. Abb. *lib. 2. in numer. cap.* 14. & D. Thom. *lib. 2. de regim. Princip. cap.* 12. Abulens. & Cajetan. *2. Deut. q. 6.* Silvest. *in sum. verb. Gabella, q. 3. n. 12. & 13.* Victoria *in 2. relect. de Indis, concl.* 1. Alphons. à Castro, *lib. 2. de justa hæret. punit. cap. 4.* Covarr. *in reg. peccatum, 2. pag. §. 9. num. 4. vers. Quinto etiam.* Et. Dom. Soto, *lib. 5. de justit. & jur. q. 3 art. 5. in fin.* Lucas de Penna *in l. 1. col. 3. Cod. vi armorum usur. lib.* 11. Molin. *dict. tract. 2. disp.* 104. Gregor. de Valent. *2. 2. disput. 3. q. 16. punct. 2.* Balthas. Ajala *de jure & offic. belli, lib. 1. cap. 2. num. 11. in fin.* & novissimè Card. Bellarm. *in respons. ad Apolog. Regis Angliæ pro juramento. fidelit. pag. mihi* 316. Mag. Marq. *in Guber. Christ. lib. 1. cap. 27. ex p.* 163. Carol. Sigon. *lib. ult. de reb. Ital.* ubi scribit hac ratione Genuenses Venetis bellum fecisse, & novissimè Seraph. Freitas *de just. Imp. Asiat. c. 1. & 2.* ubi tradit, qualiter hoc accipiendum sit; & respondet argumentis Incogniti *in tract. Mariti liberi, cap. 1.* prout Nos etiam facimus *infrà hoc lib. cap. 25. ex num.* 63.

Et consonat aliud exemplum, quod habetur 1. 60 *Machab. cap. 5.* † ubi Judas cùm victor & triumphans de Ammonitis in domum rediret, ad urbem Epiren pervenit; & quia ejus incolæ transitum, quem petierat, illi denegarunt, eamdem urbem, & masculos omnes illam habitantes delevit, 61 Et *Deut. 23. 3.* ubi † ex divinæ legis præcepto à Templo Domini Ammonitæ & Moabitæ, etiam post decimam generationem excludebantur, quia in exitu Israël de Ægypto, populo fatigato non occurrerunt, neque ei panem, & aquam, ad prosequendum iter, dare voluerunt.

Unde colligunt Bartol. *in l. 1. C. de Pagan.* Jas. *in l. ex hoc jure, num. 25. de just. & jure.* Albertin. *in rub. de hæret. q. 8. num. 12.* Palac. Rub. *in tract. de obtent. Reg. Navarræ, 5. p. §. 3.* & Covarr. *ubi suprà, versic. Quam causam.* Quòd † cùm Ecclesia licitè possit indicere bellum con- 62 tra Sarracenos tenentes, & occupantes Terram Sanctam Jerusalem, idem quoque indicere poterit contra omnes alios Infideles intermedios, impedientes, vel non permittentes Christianos ire, vel transire ad illam sanctam expeditionem.

Et † eadem ratione, ultrà plures alias defendi- 63 tur titulus, quo Catholicus Hispaniæ Rex Ferdinand. V. Navarræ Regnum debellavit, & occupavit; quia nimirùm sibi innoxius transitus ad Ducatum Guianæ in Gallia denegatus fuit, quem Pontificia auctoritate debellare intendebat, cùm alius locus aptus ad transeundum non esset, ut latè concludit Palac. Rub. Bellarmin. & Marquez in locis *suprà* relatis: Nebrisens. *lib. 1. de bello Navar. cap. 1.* Hieron. Zurit. *in suis annal. l. 10. cap. 9. & 10. anno 1512.* Illesc. *in hist. Pontif. 2. tom. pag. 205.* Camill. Borel. *de præst. Reg. Catholic. cap. 46. ex num. 10. & cap. 47. ex n. 69.* Franc. Guicciardin. *lib. 11. suæ historiæ, fol. 307. pag. 2.* Gregor. Lop. Mader. *de Monarch. Hispan. cap. 9. pag. 66.* Nos *infrà cap. 21. n. 57.* & novissimè Ludov. Cabrer. *in hist. Reg. Philip. II. l. 5. cap. 16.* Ut sic caveamus † à Genebrard. *in Chro-* 64 *nolog. ann. 1513.* & Joan. Bodino, *lib. 5. de Repub. cap. 6.* dum inquiunt: *Ferdinandus Hispaniæ Rex nullo meliori jure, quàm quod sibi utile, & commodum esset, Regnum Navarræ, expulso Joanne Alberto, occupat anno 1513. & Regnis Castellæ associat,* quos benè notat, & manifestè convincit Mag. Marquez *ubi suprà, pag. 162.*

Et eodem † modo notare, & damnare possu- 65 mus Ant. Monarc. *in notis in l. 1. C. de sum. Trinit. pag. 11.* ubi ea libertate, qua Gallici scriptores, quidquid ad sui Regni præstantiam spectat, effutiunt, asserere ausus est: *Toto adversante jure naturali, & gentium Navarram invasisse centum abhinc annis Ferdinandum, qui tamdem sibi conscius, restituit eam jussit moriens, posteaque Carolus V. filius, & post Carolum Philippus; ita ut per inexplicabiles fere iniustissimæ detentionis modos, impleatur numquam ultimi in re aliena decessoris voluntas. Hoc Joannes Lopez, hoc Doctor Navarrus, hoc Nebricensis, qui cum Hispani sint, tanto majorem rei fidem afferunt, quanto, & acuratius exploratum ab eis fuerat, invasisse Ferdinandum, quod alienum sciret, &c.*

In quibus omnibus mera commenta ex suo tantùm capite profert. Nam plures, & justissimæ causæ ad prædicti Regni obtentionem intervenerunt, quas peculiaribus historiis, & commentariis recensent, & defendunt auctores *suprà* relati, & præcipuè iidem illi, Joannes Lopez de Palacios Rubios, & Nebricensis, quos ipse suas partes agere inquit. Et † Navarr. *in epist. ad Ducem Alburquentium,* quam præfixit *in comment. ad cap. cùm minister 23. q. 5. in fine.* enixè affirmat, se nunquam contrarium scripsisse, & retentionis illius Regni justitiam in dubium vocari non posse.

Neque † usquam lecta, aut visa sunt testamen- 67 ta

ta nostrorum Regum, quibus restitutio fieri jubeatur, quàm Mornatius adeò intrepidè commi- 68 niscitur: † licet Galli id ubique diffundant, & se Navarram recuperaturos minentur. Qua de re videri potest historia Vandomæ, quam refert Ludov. Cabrer. *ubi sup.* & optimum exemplum adducit Dom. D. Joan. à Vela *in d. lib. de legato,* 69 *discus. 2. pag.* 146. Nam cùm † Henricus IV. Galliæ Rex cum Excellentiss. & celebertimo Duce Domino D. Petro à Toleto Ossorio Villæfrancæ Marchione, Catholici nostri Regis Philippi III. extraordinario legato, colloqueretur, sermonem de Navarræ Regno permiscuit; illudque injustè usurpatum, injustius à Philippo retineri conquestus est; se tamen, si viveret, brevi recuperaturum. Cui Petrus respondit, Regnum hoc, inter plura alia à suis gloriosis progenitoribus parta hæreditario jure Regi nostro delatum fuisse, & justitiam, qua illud possidebat, ejusdem conservationi, & tuitioni opem, ubi opus esset, absque dubio laturam. Tunc Rex, benè, ò, inquit, benè, rationem admitto; at ubi Pampilonem meo exercitu obsideam, quis mihi illam defendat, videbimus. Quo audito Petrus Rege, qua oportuit urbanitate, resalutato, velociter solito ad cubilis fores pergere cœpit: cùmque eum Rex, quò ita celeri gressu iret, interrogaret: Pampilonem inquit, ut tuam ibi Majestatem operiar, urbemque illi pro virili defendam.

70 Neque his obstat † illud Job. 15. vers. 19. *Quibus solis data est terra, & non transibit alienus per eos;* & auctoritas D. Isodori, *l. 5. Etymol. c. 2.* 71 relata à Gratian. † *in cap. 1. dist. 1.* dum ait: *Transire per agrum alienum fas est, jus non est.* Nam, ut advertunt gloss. *in d. cap. ult. 23. quæst. 2.* Palacius Rub. *d. 5. part. §. 3.* & Pat. Marquez *dict. lib. 1. cap. 27. pag. 166.* hoc non est intelligendum, ubi transitus † necessarius est, & sine ali- 72 quo incommodo, vel periculo extraneis præberi potest. Nam tunc, quod tibi non nocet, & mihi prodest reddere mihi teneris, *l. 3. §. item Varrus, ff. de aqua pluvia arcen.* & nemo prohiberur via publica uti, *l. per agrum, C. de servit. & aqua.* Cæterùm si quis hostiliter per alienas provincias transire, & grassari veller, hoc ei denegari posset, & ita accipienda sunt illa verba Job: *Et non transibit alienus per eos.* Veteres † enim, ut *ibid.* ex 73 Varrone, Cicerone, & aliis ostendit Pineda, alienos omnes, & peregrinos, perduellos, & hostes appellabant, & reputabant, & idem docet Cajus l. C. *in l. quos nos hostes 234. ff. de verb. signif.* ubi Alciat. Bræcheus & Forner. plura notarunt. Transirèque, † aut pertransire apud eosdem 74 habitum hostis incurrentis, excurrentis, proculcantis, depopulantis, regionem aliquam significabat

Dìù † verò Isidor. *in d. cap. 1.* tantùm abest, 75 ut innoxius transitus neget, quòd imò illud ex 76 divina lege concedendum esse fateatur. Fas † enim, ut *ibidem* scribit, lex divina est, cujus in eadem materia transitus, meminisse videtur † 77 Virgil. *lib. 1. Æneid.*

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma.
At sperate Deos memores fandi, atque nefandi.

78 Quæ † lex divina nulla hominum contraria constitutione, vel consuetudine abrogari potest, *Tom. I. de Indiar. jure.*

§. *sed naturalia, instit. de jure natur.* cùm videa- 79
mus ipsum † etiam jus naturæ, sive gentium non immutari, ex eo quod aliquæ Barbaræ nationes illius præcepta impunè transgrediantur, ut † exem- 80
plo Lacedæmoniorum, quibus furta licita erant, ostendit Agel. *lib. 11. noct. Attic. cap. ult.* & Joan. Barcolth. *in princ. inst. de fur. n. 10. & 11.*

Sextò, prædicta omnia longè planiùs procedent, & magis justa, & legitima infidelium punitio, & debellatio redderur, † si constiterit eos 81
non solùm fidei audiendæ, vel recipiendæ adversari, verum & receptam deserere, aut fidem, & fideles, qui eam prædicant, vel recipiunt, suis blasphemiis, pravis exemplis, sacrificiis, ac suggestionibus, vel aliis quibuslibet modis, injuriis, aut opprobriis deludere, & impedire, ut sæpius in his Christianis Indiarum expeditionibus, & amissionibus contigisse, ipsi earum Historici passim enarrant. Quam doctrinam apertè probant omnes auctores *suprà n. 2.* relati præcipuè Covarr. *in dict. reg. peccatum 2. part. §. 10. num. 3. vers. Quinto.* Aragon *pag. 293.* Lorc. *in 2. 2. art. 8. q. 11. sect. 3.* Suar. *in tract. de Fide, disp. 18. sect. 1. 2. & 3.*

Et pro ea faciunt † text. *in l. 1. 2. & l. nemo,* 82
C. de Paganis, l. Judæis, la 2. C. de Judæis, cap. contra Christianos de hæretic. lib. 6. cap. de Judæis 45. dist. nisi. cap. sæpe 28. q. 1. cap. sicut inquit, 2. quæst. 8. cap. & si Judæos de Judæis, cum multis aliis, quæ late considerant Oldrad. *cons. 36.* Baldus, *cons. 100. vol. 2. & cons. 315. vol. 2.* Petr. de Anchar. *cons. 15.* Calderin. *cons. 2. sub tit. de Jud.* Socin. *cons. 102. vol. 1. & cons. 119. vol. 4.* Alexand. *cons. 15. vol. 3. cons. 119. vol. 4. & cons. 223. vol. 6.* & plures referens Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 10. n. 30. & 31. & cap. 12. ex num. 4.* Navarr. *cons. 7. tit. de hæreticis:* & Simon Majol. *in tract. de perfid. Jud.* ferè per tot.

Extàtque † ad hoc expressa constitutio Gre- 83
gor. XIII. incip. *Antiqua Judæorum improbitas,* quam præter alios refert Anton. Naldus, *in pract. quæst. verb. Judæus, pag. 306.* & Fr. Thomas à Jesu *de procur. omn. gent. sal. lib. 9. part. 2. c. 4.* ubi per inquisitores hæreticæ pravitatis adversus Judæos procedi posse constituit, si unum, & verum Deum esse negaverint, si dæmones invocaverint, vel quævis impietatis obsequia eis præstiterint. Si Christianos ad hæc perducere attentaverint, vel à fide semel recepta, aut recipienda retrahere, si in Christum, & ejus Matrem vel in Christianæ fidei ignominiam, redemptionisque nostræ hostiam salutarem in Ara Crucis immolatam, aut santissimum Eucharistiæ Sacramentum aliquas blasphemias, verbo, vel facto protulerint. Quæ omnia meritò Gregoriana sanctione animadversa reperiuntur; quoniam gravissima, & impiissima crimina, & sacrilegia quotidie circa hæc à Judæis committebantur. † Quorum detes- 84
tanda exempla reperies apud Decian. & Majol. *suprà* & in Fortalitio fidei *1. part.* & in Specul. exempl. *verb. Judæi,* & *verb. Eucharistia:* Camillum Borrellum *de præst. Reg. Cathol. cap. 69. ex num. 32.* latè Jacob. Gretserus *in libris de Cruce, tom. 2. lib. 1. cap. 98.* & in horto S. Crucis *1. part. pag. 92. & sequent.* ubi inter alia referunt, propter sacrilegia in Crucem à Judæis illata, &

85 infantes in † ludibrium passionis Christi Domini in illa mactatos, gravissimas pœnas de eis sumpsisse Philippum Augustum Regem Galliæ, & Benedictum Papam. De quo in Castellæ Regno habemus etiam memorabilem historiam S. Innocentis, oppidi *dicta la Guardia*, cujus seriem integro voluminæ prosecutus est Fr. Didac. de Yepes. Et in Regno Aragoniæ in urbe Cæsaraugusta *S. Dominguiti* de qua plenè etiam scripsit Fr. Didacus Murillo *in hist. Virg. de Pilar, & excellentiis urbis Cæsaraugustæ. tract. 2. cap. 27. pag. 231.*

Et apud Sigebertum in Chronic. & Evagrium *lib. 4. cap. 16.* quos refert Theatr. vitæ human.
86 *lib. 5. vol. 16. pag. 393.* memoriæ traditum † est, fuisse sub Justiniano Constantinopoli Judæum quemdam Vitrariam, cujus filius cum Christianorum pueris in templo corpus & sanguinem Christi acceperat, ob eam rem pater puerum in furnum ardentem conjecit: ibi per triduum illæsus, & ab igne intactus est conservatus. Hoc cùm Justiniano Imperatori narratum esset, filium quidem, & matrem lavacro regenerationis illuminatos servavit, parentem verò in Syris tamquam parricidam illi capite mulctavit.

87 Utrum † autem licitum sit, infidelium fana, simulachra, aut idola demoliri, & si id impediant, illis bellum inferre, hic pro coronide non incongruè tractari potest. Et plane si infideles nobis subditi sint, sine dubitatione procedet, quia quamvis non liceat, eos per vim ad Baptismum, Christianamque professionem compellere, ut sæpè retulimus, licet tamen, imò & expedit ab idolis colendis, etiam invitos revocare, & illis confractis, diabolicas eorum superstitiones extrudere quæ non solùm Evangelii gratiam impediunt, verùm etiam naturæ legem infestant, quam ut servent, compelli posse, late etiam probabimus *suprà cap. 12. & 13.* & in specie quæstionis, de qua agimus, resolvit Jos. Acosta *lib. 3. de pror. Ind. sal. cap. 13. & lib. 5. cap. 10. in fine.* Pro quo faciunt *d. l. 1. & d. l. nemo, Cod. de Paganis*, cum aliis, quibus Paganorum templa claudi,
88 & idola confringi jubentur. Quas mirificè † Sancti Patres collaudarunt, neque laudatores modò, sed impulsores, auctoresque se præstiterunt, ut patet ex D. Cypriano *in exhort. ad Mart. cap. 5.* ubi alia cit. Pamel. & ex Euseb. *lib. 2. de vita Constant. cap. 43. & 44. & lib. 4. cap. 23.* Ruf. *lib. 2. histor. cap. 19.* Niceph. *lib. 7. hist. Eccles. cap. 46. & lib. 8. cap. 33. lib. 10. cap. 39. lib. 12. cap. 25.* D. Ambr. *lib. 5. epist. 30.* contra relationem Symmachi ubi Fortunæ aram à Curia Romana ejectam magnis viribus eloquentiæ defendit D. August. *lib. 1. contra epist. Panorm. c. 7. & epist. 48. & 50.* & Concil. Illiberitanum *c. 41.*

89 Extátque † decretum Concilii quinti Carthaginensis, *cap. 15.* quo cavetur, ut Patres peterent ab Imperatore, ut quæcumque residuæ essent superstitiones Gentilium, omninò delerentur, sive in Lucis, sive in arboribus, sive in simulacris, & idem pluribus aliis Conciliis decretum fuit, quæ congerit Pat. Suar. *d. tract. de Fide, disp. 18. sect. 4. num. 6. pag. 291.*

Inter barbaros autem infideles, qui nobis subjecti non sunt, major quidem difficultas versatur. Nam D. Aug. *in lib. de verb. Domini, in serm. 6. de puero Centurion.* apertissimè scriptum reliquit, blandiendo magis quàm puniendo, cum eis agendum esse, ut audiant, & si non consentiant veritati nostræ, erubescant falsitatis suæ. Et posteà subdit: † *Ne aras, aut idola eorum confringatis* 90 *quandiu in potestate non est, ut faciatis illa; pravorum hominum est, furiosorum, & circumcellionum, ubi potestatem non habent, sævire, & velle mori. Nam &* Deut. 7. *legitur, cùm data vobis fuerit terra in potestatem, tunc aras eorum destruetis. Ubi nobis non est data potestas, non facimus; ubi data est, non permittimus, &c.* Ad quam Augustini auctoritatem respexisse † videtur Concili- 91
um Illiberitanum *Can. 60.* dum ait: *Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, quia in Evangelio non est scriptum, nec invenitur ab Apostolis unquam factum; placuit, eum in numerum non recipi Martyrum.*

Sed ego † nihilominùs arbitror, quòd licèt 92
hac de causa infideles non subditi puniri, aut debellari non debeant, non tamen usquequaque damnandi erunt Christiani Prædicatores, & eorum socii, qui data opportunitate, quorumlibet infidelium templa, & simulacra demoliuntur, dummodo ad hoc, eo, quo oportet, zelo & judicio procedant, nec temerè infideles commoveant, quos docendo, & exortando maximè à vano Idolorum cultu avocare deberent. Plurimum quippe † expedit ad veram Religionem illorum cordibus 93
imbuendam, ut de ipsorum quoque oculis, atque usu idola removeantur, ut exemplis Moysis Asæ, & Josiæ, *Deuter. 7. & 12. & 3. Reg. 15. & 23.* sacra Historia suadet, junctis aliis, quæ adducit Acosta *d. lib. 10. & 11.* & Nos *suprà cap. 13. & 14.*

Neque † D. August. & Concil. Illibertani lo- 94
ca hunc zelum excludunt; quoniam ultra plures allas explicationes quas circa ea congessit D. Ferdin. Mendoza, *lib. 3. de confirm. Conc. Illiber. cap. 45.* eos tantùm taxare videntur, qui intempestive, & inconsideratè idolorum demolitionem aggrediuntur, & imprudentis pietatis, & religionis desiderio permoti, eam potius impediunt, quàm promovent, & se vitæ discrimini imprudenter objiciunt, ipsòsque infideles concitant, & perturbant. Erenim si eis superiores viribus essent, & tutò, ac securè idola subvertere possent, licitum id, ac laudabile judicarent, juxta illud Deut. 7. *Aras eorum destruite, lucòsque succidite.*

Quemadmodum † multoties ab Apostolis, & 95
aliis primitivæ Ecclesiæ discipulis factum videmus, qui Divina virtute confisi, inter medias armatorum infidelium turbas, soli ipsi, & inermes idola prosternebant, & conculcabant, & aliquando solo verbo, vel crucis signo, imò & solo afflatu, durissimas æris statuas omnifariam conterebant, quas nulla mallei ferrei vis confringere potuisset, ut de D. Joan. Evangelista, † qui famige- 96
ratum illud Dianæ Ephesinæ templum una prece subvertit, ac velutì plateæ lutum diluit, observat Metaphrastes, & Greg. Turon. *lib. de glor. Martyr. n. 30.* quorum traditionem defendit F. Joan. à Ponte *in conven. utr. Monarch. lib. 2. c. 25. §. 3.* & † de S. Procopio, qui in Pamcade in Apollinis 97
templo, sola oratione 30. ex ære statuas contrivit, eòque miraculo binas cohortes militares ad Christi fidem convertit; idem Metaphr. *in vita ipsius Sancti 8 Julii.* Et de S. Felice, qui cùm in de-

delubrum ingrederetur, ubi plurimæ prostrabant statuæ, mòxque eas Divina virtute demoliretur, tamdem ad æreas Serapidis, cui sacrificium exhibere jubebatur, adductus, exsufflans in eam dejecit, ob eàmque rem, cùm prætigiis id opus tribueretur, ne Christo injuria irrogaretur, propalam ejus virtute id factum contestatus est, ut ex Adone Treverensi *3. Kalend. Septembr.* recolit Simon Majol. *in diebus Canicul. 1. tom. colloq. 19. pag. 437.* Quibus exemplis alia similia addi possunt, S. Satyri in Acala ex Petr. de Natalibus *lib. 2. cap. 66.* & Martyrol. Romano 12. *Januarii.* S. Juliani in Sora ex Martyrolog. 27. *Januarii.* S. Porphyrii in Gaza, ex Metaphras. apud Surium, *tom. 1.* & Lippoman. *tom. 5.*

Et idem Martyrologium 15. *Septembris* narrat de S. Melitena, quòd semper idola ad ejus conspectum prosternebantur, ubi in eorum templa ingrediebatur; & de S. Pelino 5. *Decembris*, quòd aliud Idolorum templum Brundusii destruxit; & de S. Marino 26. *Decembris*, quòd eodem modo Romæ falsorum Deorum plura fana contrivuit, quod tradunt etiam Mombatus *tom. 2.* & Vincent. *lib. 13. cap. 38. & 40.*

98 Et in his iisdem † Occidentalibus Indiis, de quibus sermonem habemus, licentiam militum, qui eorum delubra, & simulachra primis congressibus destruebant, multum prædicatoribus profuisse ad ipsorum Barbarorum conversionem, latè probat Joan. Boter. *in relat. univ. 4. p. lib. 3. pag. 56. & 57.* quoniam cùm illi (inquit) maximè superstitiosi, & cultui suorum Idolorum dediti essent, illis sublatis, facilius in veram D. I nostri cognitionem, & sanctarum imaginem adorationem perducti fuerunt, Fidemque, & Religionem Christianam, ad quam per nostros Prædicatores invitabantur, alacriùs receperunt, præsertim cùm illam longè justiorem, & suaviorem esse conspicerent, quàm idololatria, cui anteà ita cruentis, & spurcis ritibus, & immolationibus inserviebant.

CAPUT XXI.

De nono titulo, qui ex auctoritate, & potestate desumitur, quam aliqui Romano Imperatori in elargiendis, & debellandis quorumlibet Infidelium provinciis concedunt, quod an verum sit latissimè disputantur, & de Imperii juribus obiter plura traduntur.

SUMMARIUM.

1 *Imperatoria concessionis titulus ad justificandam Indiarum conquisitionem à quibusdam expenditur.*
2 *Imperator Carolus V. fuit simul Hispaniæ Rex, & qualiter Indiarum acquisitionem probasse, & confirmasse videatur.*
3 *Voluntas non minùs declaratur rebus & factis, quàm verbis.*
4 *Antecedentia probat, qui ad ulteriora procedit.*
5 *Indiarum Occidentalium provinciæ regno Castellæ, & Legionis annexas esse debere, & ab eo nullo tempore separandas, pluribus schedulis, & provisionibus declaravit, & promisit Carolus V.*
6 *Actio & passio, & datio, & acceptio in eodem subjecto esse nequeunt, Et quando hoc fallit*, num. 10.
7 *Persona una, quæ habet duas, vel plures dignitates, & jurisdictiones distinctas, vices diversarum per-*
sonarum gerere potest; & exempla hujus doctrinæ, num. 9.
8 Lex tutorum 22. ff. de his, quæ ut indig. *& similes expenduntur, & illustrantur.*
9 *Variæ textus, & auctores antecedentia confirmantes.*
10 *Actio & passio in eodem subjecto intellectualiter possunt concurrere.*
11 *Officia duo quando invicem conjunguntur, utrumque retinet jura sua.*
12 *Personæ duæ quando repræsentantur in eodem subjecto, una potest juvare alteram.*
13 *Rex, qui simul est Dux, consideratur in his, quæ facit ratione Ducatus, tamquam Dux, & non ut Rex.*
Prælatus quomodo possit venire adversus contractum, quem ipse fecit, tuæ Ecclesiæ damnosum, idid.
14 *Imperator Romanus an habeat potestatem disponendi de bonis, & provinciis infidelium*, Et num. 38. & 60.
15 *Imperator Romanus secundùm multorum opinionem omnia potest in temporalibus, & est immediatus Deo.*
16 Cap. solitæ de majoritate, & obedientia. *Et Lucæ* 22. Ecce duo gladii *expenduntur*. Et num. 40.
17 *Imperatoris potestatem circa terras, & provinciar infidelium concedendas, Abbas, & alii pleniorem quàm Pontificis faciunt.*
18 *Imperator Romanus in multis juribus totius mundi Dominus dicitur.*
19 Lex deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de jactu, *expenditur. Et eurtut latius explicatur*, num. 52.
20 *Imperialis fortuna omnes alias supereminet.*
21 *Romanæ urbis, & Orbis appellatio synonyma erat; & quare?*
22 Lex in Orbe de stat. hom. & l. Roma ad municip. *& alia similes illustrantur. Et* n. 50.
23 *Roma communis sedes, & patria omnium gentium tapè appellatur.*
24 *Romanos omnem ferè Orbem subjugasse, Polybius scribit, qui notatur*, n. 46.
25 Cap. futuram 32. q. 1. & cap. in apibus 7. q. 1. *expenduntur.*
26 *Romani Imperii per totum Orbem dominatio pluribus Scripturæ locis probatur; & præcipuè* Lucæ. & 20. Matth. 22. Marc. 22. Joan. 19.
27 *Regnum gentium apud Aggæum Prophet.* cap. 2. *de Romano intelligitur.*
28 *Pilatum tanquam Prætidem Imperatoris Romani legitimam judicandi Christum potestatem habuisse, Anton. de Rosellis affirmat, sed malè*
29 *Romani Imperii variæ mutationes, & translationes referuntur.*
30 *Romanos Imperatores, etiam hodie in Imperio ad Germanos translate, multi totius Orbis Dominos, aut saltem universales moderatores appellant.*
31 *Imperatorem, non esse Orbis Dominum affirmare, contra Evangelium, & forte hæreticum esse*, Bart. & alii dixerunt.
32 *Imperatorem Romanum de terris, & provinciis Infidelium disponere posse, ex quibus & à quibus probetur*, Et num. 34.
33 *Utilitatis publicæ, & religionis augendæ ratio plura contra ordinarias juris regulas operari solet.*
34 *Confirmatur Imperatorem posse disponere de terris Infidelium.*
35 *Imperatorem esse dominum rerum singularum, ubilibet consistentium, Hostiensis & alii opinantur.*
36 Lex, benè à Zenone, C. de quadrien. præscript. *quæ ait, omnia Principis esse intelligi, illustratur.*
37 *Imperatorem Solem munii, rerum omnium dominum, caput, & fontem, & dispensatorem omnium regnorum, & dignitatum, quidam esse dicunt, & quòd totum Orbem habet pro territorio.*
38 *Imperator Romanus, secundùm veriorem, & receptiorem sententiam, de rebus & regnis infidelium disponere non potest.*
39 *Imperatoris Romani auctoritas, & jurisdictio, quamvis maxima sit, non extenditur ultra terras Imperii,*
40 *Ecce duo gladii hic quomodò intelligatur.*
41 *Potestas Ecclesiastica, quod sit una in universo Orbe,*

85 infantes in † ludibrium passionis Christi Domini in illa mactatos, gravissimas pœnas de eis sumpsisse Philippum Augustum Regem Galliæ, & Benedictum Papam. De quo in Castellæ Regno habemus etiam memorabilem historiam S. Innocentis, oppidi *dicta la Guardia*, cujus seriem integro voluminæ prosecutus est Fr. Didac. de Yepes. Et in Regno Aragoniæ in urbe Cæsaraugusta *S. Dominguiti* de qua plenè etiam scripsit Fr. Didacus Murillo *in hist. Virg. de Pilar, & excellentiis urbis Cæsaraugustæ. tract. 2. cap. 27. pag. 231.*

Et apud Sigebertum in Chronic. & Evagrium *lib. 4. cap. 16.* quos refert Theatr. vitæ human.
86 *lib. 5. vol. 16. pag. 393.* memoriæ traditum † est, fuisse sub Justiniano Constantinopoli Judæum quemdam Vitrariam, cujus filius cum Christianorum pueris in templo corpus & sanguinem Christi acceperat, ob eam rem pater puerum in furnum ardentem conjecit: ibi per triduum illæsus, & ab igne intactus est conservatus. Hoc cùm Justiniano Imperatori narratum esset, filium quidem, & matrem lavacro regenerationis illuminatos servavit, parentem verò in Syris tamquam parricidam illi capite mulctavit.

87 Utrum † autem licitum sit, infidelium fana, simulachra, aut idola demoliri, & si id impediant, illis bellum inferre, hic pro coronide non incongruè tractari potest. Et plane si infideles nobis subditi sint, sine dubitatione procedet, quia quamvis non liceat, eos per vim ad Baptismum, Christianamque professionem compellere, ut sæpè retulimus, licet tamen, imò & expedit ab idolis colendis, etiam invitos revocare, & illis confractis, diabolicas eorum superstitiones extrudere quæ non solùm Evangelii gratiam impediunt, verùm etiam naturæ legem infestant, quam ut servent, compelli posse, late etiam probabimus *suprà cap. 12. & 13.* & in specie quæstionis, de qua agimus, resolvit Jos. Acosta *lib. 3. de pror. Ind. sal. cap. 13. & lib. 5. cap. 10. in fine.* Pro quo faciunt *d. l. 1. & d. l. nemo, Cod. de Paganis*, cum aliis, quibus Paganorum templa claudi,
88 & idola confringi jubentur. Quas mirificè † Sancti Patres collaudarunt, neque laudatores modò, sed impulsores, auctoresque se præstiterunt, ut patet ex D. Cypriano *in exhort. ad Mart. cap. 5.* ubi alia cit. Pamel. & ex Euseb. *lib. 2. de vita Constant. cap. 43. & 44. & lib. 4. cap. 23.* Ruf. *lib. 2. histor. cap. 19.* Niceph. *lib. 7. hist. Eccles. cap. 46. & lib. 8. cap. 33. lib. 10. cap. 39. lib. 12. cap. 25.* D. Ambr. *lib. 5. epist. 30.* contra relationem Symmachi ubi Fortunæ aram à Curia Romana ejectam magnis viribus eloquentiæ defendit D. August. *lib. 1. contra epist. Panorm. c. 7. & epist. 48. & 50.* & Concil. Illiberitanum *c. 41.*

89 Extátque † decretum Concilii quinti Carthaginensis, *cap. 15.* quo cavetur, ut Patres peterent ab Imperatore, ut quæcumque residuæ essent superstitiones Gentilium, omninò delerentur, sive in Lucis, sive in arboribus, sive in simulacris, & idem pluribus aliis Conciliis decretum fuit, quæ congerit Pat. Suar. *d. tract. de Fide, disp. 18. sect. 4. num. 6. pag. 291.*

Inter barbaros autem infideles, qui nobis subjecti non sunt, major quidem difficultas versatur. Nam D. Aug. *in lib. de verb. Domini, in serm. 6. de puero Centurion.* apertissimè scriptum reliquit, blandiendo magis quàm puniendo, cum eis agendum esse, ut audiant, & si non consentiant veritati nostræ, erubescant falsitatis suæ. Et posteà subdit: † *Ne aras, aut idola eorum confringatis* 90 *quandiu in potestate non est, ut faciatis illa; pravorum hominum est, furiosorum, & circumcellionum, ubi potestatem non habent, sævire, & velle mori. Nam &* Deut. 7. *legitur, cùm data vobis fuerit terra in potestatem, tunc aras eorum destruetis. Ubi nobis non est data potestas, non facimus; ubi data est, non permittimus, &c.* Ad quam Augustini auctoritatem respexisse † videtur Concili- 91
um Illiberitanum *Can. 60.* dum ait: *Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, quia in Evangelio non est scriptum, nec invenitur ab Apostolis unquam factum; placuit, eum in numerum non recipi Martyrum.*

Sed ego † nihilominùs arbitror, quòd licèt 92
hac de causa infideles non subditi puniri, aut debellari non debeant, non tamen usquequaque damnandi erunt Christiani Prædicatores, & eorum socii, qui data opportunitate, quorumlibet infidelium templa, & simulacra demoliuntur, dummodo ad hoc, eo, quo oportet, zelo & judicio procedant, nec temerè infideles commoveant, quos docendo, & exortando maximè à vano Idolorum cultu avocare deberent. Plurimum quippe † expedit ad veram Religionem illorum cordibus 93
imbuendam, ut de ipsorum quoque oculis, atque usu idola removeantur, ut exemplis Moysis Asæ, & Josiæ, *Deuter. 7. & 12. & 3. Reg. 15. & 23.* sacra Historia suadet, junctis aliis, quæ adducit Acosta *d. lib. 10. & 11.* & Nos *suprà cap. 13. & 14.*

Neque † D. August. & Concil. Illibertani lo- 94
ca hunc zelum excludunt; quoniam ultra plures allas explicationes quas circa ea congessit D. Ferdin. Mendoza, *lib. 3. de confirm. Conc. Illiber. cap. 45.* eos tantùm taxare videntur, qui intempestive, & inconsideratè idolorum demolitionem aggrediuntur, & imprudentis pietatis, & religionis desiderio permoti, eam potius impediunt, quàm promovent, & se vitæ discrimini imprudenter objiciunt, ipsòsque infideles concitant, & perturbant. Erenim si eis superiores viribus essent, & tutò, ac securè idola subvertere possent, licitum id, ac laudabile judicarent, juxta illud Deut. 7. *Aras eorum destruite, lucòsque succidite.*

Quemadmodum † multoties ab Apostolis, & 95
aliis primitivæ Ecclesiæ discipulis factum videmus, qui Divina virtute confisi, inter medias armatorum infidelium turbas, soli ipsi, & inermes idola prosternebant, & conculcabant, & aliquando solo verbo, vel crucis signo, imò & solo afflatu, durissimas æris statuas omnifariam conterebant, quas nulla mallei ferrei vis confringere potuisset, ut de D. Joan. Evangelista, † qui famige- 96
ratum illud Dianæ Ephesinæ templum una prece subvertit, ac velutì plateæ lutum diluit, observat Metaphrastes, & Greg. Turon. *lib. de glor. Martyr. n. 30.* quorum traditionem defendit F. Joan. à Ponte *in conven. utr. Monarch. lib. 2. c. 25. §. 3.* & † de S. Procopio, qui in Pamcade in Apollinis 97
templo, sola oratione 30. ex ære statuas contrivit, eòque miraculo binas cohortes militares ad Christi fidem convertit; idem Metaphr. *in vita ipsius Sancti 8 Julii.* Et de S. Felice, qui cùm in de-

delubrum ingrederetur, ubi plurimæ prostrabant statuæ, mòxque eas Divina virtute demoliretur, tamdem ad æreas Serapidis, cui sacrificium exhibere jubebatur, adductus, exsufflans in eam dejecit, ob eàmque rem, cùm prætigiis id opus tribueretur, ne Christo injuria irrogaretur, propalam ejus virtute id factum contestatus est, ut ex Adone Treverensi *3. Kalend. Septembr.* recolit Simon Majol. *in diebus Canicul. 1. tom. colloq. 19. pag. 437.* Quibus exemplis alia similia addi possunt, S. Satyri in Acala ex Petr. de Natalibus *lib. 2. cap. 66.* & Martyrol. Romano 12. *Januarii.* S. Juliani in Sora ex Martyrolog. 27. *Januarii.* S. Porphyrii in Gaza, ex Metaphras. apud Surium, *tom. 1.* & Lippoman. *tom. 5.*

Et idem Martyrologium 15. *Septembris* narrat de S. Melitena, quòd semper idola ad ejus conspectum prosternebantur, ubi in eorum templa ingrediebatur; & de S. Pelino 5. *Decembris*, quòd aliud Idolorum templum Brundusii destruxit; & de S. Marino 26. *Decembris*, quòd eodem modo Romæ falsorum Deorum plura fana contrivuit, quod tradunt etiam Mombatus *tom. 2.* & Vincent. *lib. 13. cap. 38. & 40.*

98 Et in his iisdem † Occidentalibus Indiis, de quibus sermonem habemus, licentiam militum, qui eorum delubra, & simulachra primis congressibus destruebant, multum prædicatoribus profuisse ad ipsorum Barbarorum conversionem, latè probat Joan. Boter. *in relat. univ. 4. p. lib. 3. pag. 56. & 57.* quoniam cùm illi (inquit) maximè superstitiosi, & cultui suorum Idolorum dediti essent, illis sublatis, facilius in veram D. I nostri cognitionem, & sanctarum imaginem adorationem perducti fuerunt, Fidemque, & Religionem Christianam, ad quam per nostros Prædicatores invitabantur, alacriùs receperunt, præsertim cùm illam longè justiorem, & suaviorem esse conspicerent, quàm idololatria, cui anteà ita cruentis, & spurcis ritibus, & immolationibus inserviebant.

CAPUT XXI.

De nono titulo, qui ex auctoritate, & potestate desumitur, quam aliqui Romano Imperatori in elargiendis, & debellandis quorumlibet Infidelium provinciis concedunt, quod an verum sit latissimè disputantur, & de Imperii juribus obiter plura traduntur.

SUMMARIUM.

1 *Imperatoria concessionis titulus ad justificandam Indiarum conquisitionem à quibusdam expenditur.*
2 *Imperator Carolus V. fuit simul Hispaniæ Rex, & qualiter Indiarum acquisitionem probasse, & confirmasse videatur.*
3 *Voluntas non minùs declaratur rebus & factis, quàm verbis.*
4 *Antecedentia probat, qui ad ulteriora procedit.*
5 *Indiarum Occidentalium provinciæ regno Castellæ, & Legionis annexas esse debere, & ab eo nullo tempore separandas, pluribus schedulis, & provisionibus declaravit, & promisit Carolus V.*
6 *Actio & passio, & datio, & acceptio in eodem subjecto esse nequeunt, Et quando hoc fallit*, num. 10.
7 *Persona una, quæ habet duas, vel plures dignitates, & jurisdictiones distinctas, vices diversarum per-*
sonarum gerere potest; & exempla hujus doctrinæ, num. 9.
8 Lex tutorum 22. ff. de his, quæ ut indig. *& similes expenduntur, & illustrantur.*
9 *Variæ textus, & auctores antecedentia confirmantes.*
10 *Actio & passio in eodem subjecto intellectualiter possunt concurrere.*
11 *Officia duo quando invicem conjunguntur, utrumque retinet jura sua.*
12 *Personæ duæ quando repræsentantur in eodem subjecto, una potest juvare alteram.*
13 *Rex, qui simul est Dux, consideratur in his, quæ facit ratione Ducatus, tamquam Dux, & non ut Rex.*
Prælatus quomodo possit venire adversus contractum, quem ipse fecit, tuæ Ecclesiæ damnosum, idid.
14 *Imperator Romanus an habeat potestatem disponendi de bonis, & provinciis infidelium*, Et num. 38. & 60.
15 *Imperator Romanus secundùm multorum opinionem omnia potest in temporalibus, & est immediatus Deo.*
16 Cap. solitæ de majoritate, & obedientia. *Et Lucæ* 22. Ecce duo gladii *expenduntur*. Et num. 40.
17 *Imperatoris potestatem circa terras, & provinciar infidelium concedendas, Abbas, & alii pleniorem quàm Pontificis faciunt.*
18 *Imperator Romanus in multis juribus totius mundi Dominus dicitur.*
19 Lex deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de jactu, *expenditur. Et eurtut latius explicatur*, num. 52.
20 *Imperialis fortuna omnes alias supereminet.*
21 *Romanæ urbis, & Orbis appellatio synonyma erat; & quare?*
22 Lex in Orbe de stat. hom. & l. Roma ad municip. *& alia similes illustrantur. Et* n. 50.
23 *Roma communis sedes, & patria omnium gentium tapè appellatur.*
24 *Romanos omnem ferè Orbem subjugasse, Polybius scribit, qui notatur*, n. 46.
25 Cap. futuram 32. q. 1. & cap. in apibus 7. q. 1. *expenduntur.*
26 *Romani Imperii per totum Orbem dominatio pluribus Scripturæ locis probatur; & præcipuè* Lucæ. & 20. Matth. 22. Marc. 22. Joan. 19.
27 *Regnum gentium apud Aggæum Prophet.* cap. 2. *de Romano intelligitur.*
28 *Pilatum tanquam Prætidem Imperatoris Romani legitimam judicandi Christum potestatem habuisse, Anton. de Rosellis affirmat, sed malè*
29 *Romani Imperii variæ mutationes, & translationes referuntur.*
30 *Romanos Imperatores, etiam hodie in Imperio ad Germanos translate, multi totius Orbis Dominos, aut saltem universales moderatores appellant.*
31 *Imperatorem, non esse Orbis Dominum affirmare, contra Evangelium, & forte hæreticum esse*, Bart. & alii dixerunt.
32 *Imperatorem Romanum de terris, & provinciis Infidelium disponere posse, ex quibus & à quibus probetur*, Et num. 34.
33 *Utilitatis publicæ, & religionis augendæ ratio plura contra ordinarias juris regulas operari solet.*
34 *Confirmatur Imperatorem posse disponere de terris Infidelium.*
35 *Imperatorem esse dominum rerum singularum, ubilibet consistentium, Hostiensis & alii opinantur.*
36 Lex, benè à Zenone, C. de quadrien. præscript. *quæ ait, omnia Principis esse intelligi, illustratur.*
37 *Imperatorem Solem munii, rerum omnium dominum, caput, & fontem, & dispensatorem omnium regnorum, & dignitatum, quidam esse dicunt, & quòd totum Orbem habet pro territorio.*
38 *Imperator Romanus, secundùm veriorem, & receptiorem sententiam, de rebus & regnis infidelium disponere non potest.*
39 *Imperatoris Romani auctoritas, & jurisdictio, quamvis maxima sit, non extenditur ultra terras Imperii,*
40 *Ecce duo gladii hic quomodò intelligatur.*
41 *Potestas Ecclesiastica, quod sit una in universo Orbe,*

non sequitur ; idem dicendum esse de temporali, & quare.

42 *Imperia, & Regna diversa, commodiùs per diversos Principes, quàm per unum gubernantur.*

43 *Imperator Romanus numquam fuit totius Orbis Dominus : & hoc multis ipsorum Imperatorum legibus comprobari.*

44 *Nationes plures ab Imperio Romano liberas tam de facto, quàm de jure extitisse verius est.*

45 *Auctores plurimi referuntur, qui ridiculum esse probant, asserere, Imperatorem totius Orbis dominum fuisse, aut esse.*

46 *Polybius non affirmat Romanos totum orbem subjugasse.*

47 *Lucani locus expenditur.*

48 *Roma latius multò extendit imperium suum Religione Divina, quàm dominatione terrena.*

49 *Imperatorem esse mundi dominum, jura, & auctores qui dicunt, qualiter intelligi debeant.*

51 *Scriptura sacra sæpè utitur hyperbolicis, & aliis figuratis loquendi modis.*

53 *Imperatores Romani superbè se Deos, & Dominos Orbis appellari faciebant, & divinos honores usurpabant.*

54 *Domitiani superbia in titulis Dei, & Domini affectandis.*

55 *Domini appellatio terroris magis quàm reverentiæ esse videtur.*

56 *Augustus Cæsar, statim post Christum natum se Dominum appellari vetuit, & quare.*

57 *Tiberius, & Trajanus ægrè ferebant, se Dominos appellari.*

58 Cap. in apibus 7. quæst. 1. *vera expositione donatur.*

59 *Regum creandorum præcipua causa, quæ fuerit.*

60 *Imperatorum, & Regum potestas, & jurisdictio, quantumvis ampla, & absoluta sit, non extenditur ad non subditos.*

61 *Imperator non potest disponere de bonis subditorum, nisi ex magna causa, & cum congrua ratisfactione.*

62 Lex Lucius, ff. de evict. l. 5. §. item si fortè, ff. de rei vind. *explicantur.*

63 Lex, benè à Zenone, Cod. de quadrien. præscript. *explicatur.*

64 *Principis omnia esse, qualiter intelligendum sit.*

65 *Dominium Imperatorum, & Principum qualiter distinguat Bursel. & alii.*

66 *Imperator secundùm Senecam omnia habet in Imperio, in patrimonio propria.*

67 Lex 3. ff. ne quid in loco pub. *exponitur.*

68 *Litora maris, quæ jure gentium communia sunt, quo respectu Pop. Rom. esse dicantur.*

69 *Hispaniæ Reges, neque Imperatorem Romanum, neque ullum alium in temporalibus superiorem agnoscunt.*

70 *Auctores plurimi referuntur, qui Regum Hispaniæ ab Imperio omnimodam exemptionem defendunt.*

71 *Reges Hispaniæ, & alii quilibet qui superiorem non recognoscunt, in suo regno sunt Monarchæ, & Imperatores.*

72 *Reges liberi in suis regnis potentius, & antiquius jus habent, quàm Imperator in imperio.*

73 *Caroli V. Imperatoris protestatio de exemptione Regni Hispaniæ ab imperio tuenda.*

74 Lex 8. tit. 1. lib. 6. Recopil. *exponitur.*

75 *Privilegia nobilitatis, & exemptionis, quæ Imperator, ut Imperator, concedit, ultra terras imperii non extenduntur.*

76 *Leges Imperatorum Rom. allegare, & sequi, an & quatenus in Regnis Hispaniæ licitum sit.*

SUnt etiam qui putent, hanc Occidentalium, & Meridionalium regionum acquisitionem, quæ per Catholicos Hispaniæ Principes facta est, 1† illo etiam titulo communiri, quòd Imperatoris Romani auctoritas, & potestas, eam non tantùm confirmasse, verùm & jussisse, ac juvisse, videatur ; cui omne jus, & arbitrium in elargiendis, & debellandis quorumlibet Infidelium provinciis concessum esse contendunt, ut constare poterit ex iis, quæ in ipsis nostræ tractationis terminis latè disputavit Ginesius Sepulved. *in sua Apologia*, & post eum in quæstionem deduxerunt Victor. *in 1. relect. de Indis, ex num.* 24. Gregor. Lop. *in d. l. 2. tit. 23. part. 2. glos. mag. col.* 7. Did. Covar. *in reg. peccatum 2. part. relect. §. 9. num. 5. cum seq.* Menchac. *controvers. illustr. libr. 1. cap.* 24. Dom. Sot. *de justit. & jure, lib. 4. quæst. 4. art. 2.* Anton. à Cordub. *in quæst. libr. 1. quæst. 57. dub. 2. pag.* 491. Domin. Bañ. *in 2. 2. quæst. 10. art. 10. versic. Arguitur quartò, col.* 531. Balthas. Ayala *de jure & officio belli, lib. 1. cap. 2. num.* 29. Molin. *de just. & jure, tract. 2. disput.* 30. & Pat. Fran. Suar. *in tract. de Caritate, disp. 13. sect. 5. num.* 4. Hanc verò Imperatoriam † confirmationem, & opem, atque 2 operam in prædicta acquisitione interfuisse, eo argumento deducunt, quòd cùm in persona Caroli V. Cæsaris Opt. Max. Romani simul Imperii, & Hispani Regni potestas, & moderatio concurrerit, & hic invictissimus Imperator detectionem, & conquisitionem Indiarum à suis gloriosissimis avis Regibus Catholicis cœptam, non solùm notam, & ratam habuerit, verùm & ulteriùs progredi sub Hispaniæ Regum vexillis, & auspiciis voluerit, tot in classibus magnis sumptibus expeditis, tot etiam legibus, & sanctionibus summo pariter studio ac pietate prolatis affirmare necesse est, Imperatoria quoque, quâ pollebat, auctoritate in hac parte usum fuisse, & hujus Novi Orbis subjugationem, & dominationem eisdem Hispaniæ Regibus confirmasse. Nihil † enim interest, 3 utrum quis, expressis verbis voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis, *l. de quibus, ff. de legib. l. Paulus 4. ff. rem ratam haberi, l. recusari 74. ff. de acq. hæred.* melior text. *in l. si tamen, §. si qui, ff. de Ædilit. edict.* cum aliis, quæ ultra DD. in his juribus latè congerunt, Guid. Pap. *sing.* 337. Niconitius *in rubr. de nov. oper. nunt. num.* 230. Marc. Mantua *in Enchirid. rer. singul. cap.* 246. Et † qui ad ulteriora procedit, & 4 quod est consequens vult, antecedentia velle, & quantum in se est, approbare videtur, *l. ad rem mobilem 56. l. ad legatum 62. ff. de procurat.* cum aliis traditis à Jason. *in l. Gallus num. 4. ff. de liber. & posth.* Menoch. *de recup. poss. remed. 6. num.* 43. & Joan. Gratian. *reg.* 79.

Præsertim † cùm plures etiam extent ejusdem 5 Imperatoris schedulæ, Regiaque diplomata anni 1519. 1520. 1523. 1535. *in 1. vol. impress. pagin. 58. & seqq.* quibus apertè idem Carolus Imperator declarat, omnes earumdem Indiarum provincias detectas, & detegendas Castellæ & Legionis regno, atque dominio annexas, ut vulgo dicunt, incorporatas censeri debere, neque ullo tempore ab eadem corona in totum, vel in partem alienari, aut segregari posse. Cui declarationi, & concessioni non obstat, † quod idem 6 Imperator sibi, & suis istud jus indulsisse videatur, cum tamen actio, & passio in eodem subjecto stare non possint, & inter dantem, & accipientem debeat esse discretio, *l. debit. C. de pact. l. 2. ff. de stipul. serv. l. Uranius ff. de fidejuss. c. ult. de institut.* Unde Seneca *lib. 5. de benef. c. 9. Nemo sibi donat non magis quàm credit, dat nemo nisi alteri, id intra unum non potest fieri quod toties*

7 *ties duos exigit.* Nam cum † duplici potestate, & auctoritate fungeretur ; duplici quoque personæ vices subire potuit, & distincta, atque separata jurisdictione uti voluisse censendus est ; ita ut quod tamquam Imperator præstabat, tamquam hæres, & successor Hispaniæ Regni susciperet, 8 & suis in eodem Regno successoribus quæreret, † *arg. text. in l. tutorem 22. ff. de his quæ ut indign.* ibi ? *Discreta sunt enim jura, quamvis plura in eamdem personam devenerint, aliud tutoris, aliud legatarii.* Junctis aliis plurimis † exemplis, quæ 9 deducuntur *ex l. 1. §. solet in fin. ff. quando appell. sit, l. duorum, ff. de oper. libert. l. procuratores, §. si plures, ff. de Trib. act. l. cum quædam, C. de admin. tut. cap. ex literis de probat. cap. cùm in Ecclesiis, & cap. postulasti de concess. præben. lib. 6. cap. à collatione de appellat. eod. lib.* ubi DD. alia notarunt, & latè Lapus *alleg. 99.* Calderin. *cons. 229. in fine*, aliàs 7. *tit. de præb.* Bartol. *quæst. 15. in princip. vers. Quartò probo* : Abbas *in cap. quamvis de offic. deleg.* Bald. *cons. 167. libr. 1.* Paul. Castrens. *cons. 250. & 313. libr. 1.* Rom. *cons. 422. & in sing. 76. incip. Scholaris, & in l. 1. ff. de verb. oblig.* Fulgos. *cons. 118.* Socin. *cons. 87. vol. 1.* Decius *in l. rogasti, in princip. num. 7. ff. si cert. petat.* Rebuff. *in concordat. tit. de collat. §. si quis verò, in vers. Dispositiones :* Chassaneus *in Catalogo glor. mund. part. 11. consider. 12. in fine* : Menoc. *de recuper. rem. 1. num. 36. & cons. 902. num. 71.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 111. num. 13.* & iterum *capit. 298. num. 20. cum multis sequentib.* & Cardin. Tusch. *pract. conclus. jur. lit. P, verb. Persona, conclus. 317.* ubi resolvunt, † quòd quando 10 in una persona concurrunt diversa jura, quibus mediantibus diversas personas repræsentat, non est judicandus tamquam unus, sed tamquam plures, & quod actio, & passio in tali subjecto cadere potest, quia non corporalis, sed intellectualis ejus consideratio habetur. De quo plenè etiam innumeros citans agit Tiraquel. *in tract. de nobili cap. 28. num. 11. & sequent. & de retract. lign. §. 1. glos. 68. num. 21. & seqq.*

Et arridet doctrina gloss. & aliorum *in cap. 1.* 11 *ne sede vacante, & in l. 1. ff. de leg. 1.* Quod † quando ad invicem junguntur duo officia, utrumque retinet jura sua, quam sequitur Bartol. *in l. si convenerit, §. nuda, de pignorat. act.* Joan. Baptist. Ferretus *cons. 242. num. 13. vol. 2.* & Joan. Bapt. Valenzuela *cons. 69. num. 32.* ubi etiam *numer. 37.* resolvit, quòd quando † considerantur 12 duæ personæ in eodem subjecto, potest una juvare alteram, & supplere, quod in se non habebat, *argum. l. 2. C. de omn. agr. desert. lib. 11.* quemadmodum, & unus homo potest se juvare altero, qui per se solus prævalere non posset, *l. si pariter*, ubi Bened. de Plubino *num. 2. ff. de lib. caus. l. si plures*, ubi DD. *ff. de pact. l. alimenta, §. Bailliæ, de aliment. & cibar. legat. cap. auctoritate, §. licèe enim, de concess. præb. lib. 6.* cum aliis traditis à Rota *decis. 23. sub. tit. de re judic. in noviss. num. 3.* & Hieronym. Gonzales *ad reg. 8. Cancellar. de alternat. glos. 18. num. 105.* Et po- 13 test etiam apponi exemplum † in Rege, qui est simul Dux. Nam in Ducatu consideratur Dux ut Dux, & non ut Rex, secundùm Fed. de Senis *cons. 220. col. fin.* Gabriel. *cons. 195. num. 9. volum. 2.* Surd. *cons. 19. num. 33.* Ideoque si Rex judicat ut Dux, appellatur ad superiorem in Ducatu, non attenta Regia dignitate, ut dixit Bartol. *in l. si quando, C. de appellat.* Igneus *in l. necessarios, §. non alias, num. 428. ff. ad Syllanian.* Mynsinger. *cent. 5. obser. 5.* Aponte *decis. 2.* & alii relati Mastrillo *de Magistrat. lib. 3. cap. 8. ex num. 32.* & Gratiano *dict. cap. 298. num. 49.* ubi hujus rei rationem reddit, nempe quòd unaquæque dignitas retinet suam pristinam naturam, & secundùm actum, quem gerit, consideratur, neque in eo ulla alterius personæ vel dignitatis ratio habetur, ut probatur *in l. 1.* ubi Bald. *ff. de offic. Consul.* idem Bald. *cons. 167. num. 1. lib. 1.* Paris. *de resig. benef. lib. 12. quæst. 10. num. 14. & 15.* Menoch. *cons. 58. num. 7.* Surd. *cons. 91. num. 19. & cons. 183. n. 42. & 43. & cons. 365. ex num. 22. ad 27.* ubi hoc pluribus exemplis confirmat, & inter alia tradit, quod si Prælatus fecit aliquem contractum, qui Ecclesiæ sit damnosus, ipsemet potest nomine Ecclesiæ contravenire, cùm duplicem repræsentet personam, per gloss. *in cap. 1. vers. Contractum, de integ. restit. lib. 6.* Quæ cum ita se habeant, tota vis hujus rituli in illius quæstionis examinatione consistit, an Romano † Imperatori talis sit ac tanta potestas in 14 provincias, & personas infidelium, qui numquam Romano Imperio subditi fuerunt, ut eos possit licitè debellare, & ad ejusdem imperii recognitionem compellere, vel aliis Principibus Christianis ita debellandos, ac subigendos concedere, ut supremum eorum dominium & jurisdictionem adipiscantur. In qua quæstione licèt plurima plurimi dixerint ; non tamen gravabor, solito more, præcipua utriusque partis argumenta ob oculos ponere, & quid tenendum sit, verè, & breviter explicare.

Et in primis † pro affirmativa pugnare videtur 15 communis omnium ferè Legistarum opinio, qui Romanum Imperatorem in temporalibus omnia posse contendunt, & immediatè à Deo concessam totius Orbis jurisdictionem, & dominationem habere, juxta text. *in auth. quomodo oport. Episcop. ordin.* quemadmodum & Papa in spiritualibus, juxta illud † Lucæ 22. *Ecce duo gladii hic*, quibus 16 duas tantùm esse in Orbe potestates, unam spiritualem, alteram temporalem Christus Salvator noster significavit, ut dicitur *in cap. solitæ de majorit. & obedient.* Unde quemadmodum potestas spiritualis, quoad totum & universum Orbem lege Divina ab ipso Salvatore uni tantùm commissa est ; sic & temporalem eodem jure uni Principi delegatam esse, quidam argumentantur, prout refert Covar. *in reg. peccatum 2. part. §. 9. n. 5. vers. Quartò*, & plurima novissimè cumulans Marta *in tract. de jurisd. 1. part. cap. 20. & cap. 21. num. 27.* Et magis in nostris terminis Abbas Panormitanus *in cap. quod super, num. 7. de voto :* & Alphons. Guerrerus *in Specul. Princip. cap. 55.* ex eodem fonte deducunt, † quod si Romano 17 Pontifici licet terras & provincias infidelium, Christianis Principibus debellandas & occupandas concedere ; multo magis id Romano Imperatori licebit, cujus postetatem in temporalibus pleniorem esse fatentur. Quod etiam probat Gilkenius *in auth. quas actiones, C. de sacros. Eccles. cap. 9. num. 13.* docens, quod etiam inspectâ

opi-

opinione Canonistarum, Imperator habet jurisdictionem temporalem totius Orbis habitu, & actu, & Pontifex dumtaxat habitu: de quibus omnibus *cap. sequenti* plura dicemus.

Secundò facit, quia Imperiali dignitate inven-
18 tâ, & constitutâ, † Romani Principes eam sibi potestatem adrogarunt, ut totius Orbis dominationi, & imperio præfecti videantur. Atque ea propter Imperator Antonius ab Eudæmone de
19 quadam naufragii quæstione consultus, † *in l. deprecatio, D. ad leg. Rhod. de jactu.* in illa vulgatissima verba prorupit: *Ego quidem mundi dominus, lex autem maris*: Justinianus etiam *in auth. ut omnes obediant, judi. provinc. vers. Hæc considerantes*, Imperii sui ditionem ab Oriente ad Occidentem, à Meridie ad Septemtrionem extendi gloriatur, & *in l. Cùm multa, C. de bonis quæ li-*
20 *ber.* † imperialem fortunam omnes alias superemineresse circa quod plura notant Simon. Majol. *in dieb. Canicul. tom. 2. colloq. 6. de variis vitæ gener. ex pag.* 491. & Bulengerus *de Imperat. lib.* 1. *cap.* 33. & 34.

21 Et † Jurisconsulti passim Romanæ urbis, & Orbis appellationem synonymam faciebant, & sub Romanis legibus & juribus comprehende-
22 bant, ut constat † *ex l. in Orbe Romano, D. de statu homin. l. si duas, §. 1. vers. Universo Orbi, D. de excusat. tut. l. Roma.* 33. *D. ad municipal. l.* 1. *C. de rapt. virgin. l.* 2. *C. de juram. calum. l. rem non novam, C. de judicib. l. jubemus, C. de testamen. l.* 1. §. *cum autem, C. de usucap. transfor. l. fin. D. de interdict. & relegat* cum aliis, quæ circa eas tradunt Alcia. *lib.* 2. *disputt. cap.* 21. Fornec. *lib.* 1. *select. cap.* 13. Pinel. *in rub. C. de bonis matern.* 2. *part. num.* 11. Brissonius *de verb. signif. verb. Roma* Cæl. Rhodig. *lib.* 18. *antiq. lect. cap.* 25. *in fine*, Rutil. Benzonius *de anno Jubil. lib.* 3. *cap.* 37. *pag.* 339. & Bernard. Aldrete omnino videndus *lib.* 1. *de orig. ling. Hispan. capit.* 4. & 5. & Franc. Juretus *in notis ad Symmach. lib.* 6. *epist.* 92. *pagin.* 184. Unde Cassiodor. *li-*
23 *br.* 11. *epist.* 2. inquit, † Romam sedem esse mundo generaliter præstitam, & Sidon. Apollin. *lib.* 8. *epist.* 6. ait, in ea totius Orbis civitate unica *solos barbaros, & servos peregrinari*, & Rutilius Claudius in itinerario *lib.* 1.

Fecisti patriam diversis gentibus unam,
Profuit injustis te dominante capi,
Dumque offers victis proprii consortia juris,
Urbem fecisti, qui prius Orbis erat.

Et D. August. *Psalm.* 58. *part.* 1. *sub fin. Quis suas non cognoscit gentes subjectas Imperio Romano? Quæ quidem erant, quando omnes Romani facti sunt, & omnes Romani dicuntur.* Et Claudianus *in Paneg.* 3. *de laud. Stilic. Quod cuncti gens una*
24 *simus.* N'mirum, quia, † ut inquit Polybius *liber.* 1. *hist. in prine.* Romani non aliquam Orbis partem, sed universum ferè Orbem subjugarunt.

Quod non tantum Ipsorum Romanorum Imperatorum, & Scriptorum auctoritate inniti, &
25 comprobari videtur, † sed etiam Melchiadis Papæ *in can. futuram* 12. *quæst.* 1. ibi: *Romani Principes, qui pene totius Orbis Monarchiam tenebant.* Et ibi: *Per universum Orbem suo degentibus Imperio.* Et D. Hieron. *in cap. in apibus* 7. *quæst.* 1. dum, ait: *In apibus unus est Rex, & grues unam sequuntur ordine literario, Imperator unus, judex unus provinciæ, &c.* Unde glossa argumentum deducit, omnes Reges ab Imperatore coronandos.

Et multis item Sacræ † Scripturæ locis, quæ 26
præter alios docte, & graviter prosequitur Covarr. *ubi sup.* §. 9. *num.* 5. *vers. Ex Divino jure.* Sic enim dicitur † Aggæi. 2. *Fortitudinem Regni* 27
gentium conteram, quod de Romano Imperio omnes Expositores accipiunt, ut testatur D. Rib. *ibidem num.* 71. & 72. eo quod omnes gentes subjectas haberet, & *Lucæ* 2. edictum exisse à Cæsare Augusto, ut describeretur universus Orbis, quod non scriberet Evangelista, nisi illum universo quoque Orbi dominari sentiret. *Et Lucæ* 20. *Matth.* 22. *Marc.* 12. Christus Dominus hoc universale Romanorum Imperium magis ostendisse, imò, & approbasse videtur, dum ea, quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddi jussit, & Joan. *cap.* 19. dum se Pilato tamquam Præsidi Romani Imperatoris submittit, dicens: *Non haberes potestatem adversus me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* Cujus † loci auctoritate motus Anton. 28
de Rosellis *ubi sup. col.* 5. veritus non fuit affirmare, Pilatum, tamquam Tiberii Cæsaris Præsidem, habuisse jurisdictionem ordinariam, & potestatem legitimam, & coactivam judicandi Christum; quod tamen multis rationibus mirìtò notat, & reprehendit Doct. Navarrus *in dict. cap. novit. notab.* 3. *num.* 70. *cum seqq. pag.* 102. veram illorum verborum expositionem adducens.

Tertiò facit, † quòd licèt majestas & latitu- 29
do, quam Imperium Romanum circa adventum Christi Domini possidebat, postea valdè angustata, & immutata reperiatur, cum ex historiarum monumentis appareat, Constantinum Magnum, Romana Urbe Ecclesiæ donata, Imperii Romani sedem in Græciæ, sive Thraciæ urbem Constantinopolim transtulisse; & deinceps temporibus Stephani secundi, sive, ut alii malunt Leonis tertii R. P. idem Imperium à Græcis ad Gallos transierit anno salutis 800. vel 801. & tandem extincta Gallorum Imperatorum virili sobole, ad Germanos translatum fuerit: quorum primus Imperator fuisse perhibetur Conradus, tempore Anastasii Tertii R. Pater circa annum 912. ut post textur, & glos. *in capit. venerabilem de elect. & in cap. Apostolicæ de sentent. & re judic. lib.* 6. *& in Clement. Romani verb. Vestigiis, de jure jur.* plenè tradunt Blondus, Platina, Genebr. & alii, quos refert Molina *de justit. & jur. tract.* 2. *disput.* 24. Volaretan. *lib.* 3. *commentar.* Joan. Stunica *in lib. de vitiis Pontif. sub Stephano II. & Leone III.* Cæsar. Baron. *in annal. Eccles. in dictis annis*, Fr. Joan. à Ponte *in convenien. utr. Monarch. lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. & 4. Thom. Bozius *de signis Eccl. Dei, lib.* 24. *cap. penult. & ult.* Bellarmin. *lib.* 7. *de Roman. Pontif. cap.* 8. & *in integro, tract.* quem *de translatione Imperii Romani* conscripsit.

Adhuc † tamen in his Imperiis, quia Romani 30
nominis, dignitatis & splendoris vestigia conservabant, ea opinio perduravit, ut sub Imperiali culmine, & ditione universus Orbis contineretur, ut passim testatur *glos. in dict. cap. venerabilem, verb. Transtulit, & in cap. per venerabilem, qui filii*

lii sint legit. cap. conven. 23. *quæst.* 4. *capit. ult.* 50. *distin.* Bartol. & DD. *in l.* 1. §. *per hanc, D. de rei vind.* ibidem Bart. *in proœm. Digest. & in extravagante ad reprimendum, verb. Totius Orbis*, Bartol. Bald. Paul. Salicet. & Jas. *in l. C. de summ. Trinit.* Nicol. Bellon. *cons.* 2. *num.* 2. Julius Ferlet. *In tract. de bello, num.* 24. *fol.* 27. Hippolyt. Riminald. *in* §. 1. *ex num.* 52. *inst. quibus alien. licet*, Mandellus, & ejus Addit. *cons.* 62. *num.* 20. 1. *part.* Maranta *in quæstion. legalib. fol.* 444. *num.* 47. & innumeri alii, quos refert Castald. *in dict. tract. de Imper. quæst.* 52. Petr. Cenedus *in collect.* 64. *ad decretum, num.* 2. Hieron. Cevallos *lib.* 1. *pract. commun. quæst.* 576. & *lib.* 4. *quæst. ultim. num.* 31. & *seqq.* Marta *in tract. de jurisdict.* 1. *part. cap.* 20. & *cap.* 21. *ex num.* 23. Cardinal. Tuschus *verb. Imperator, conclus.* 33. Sebast. Medic. *in tract. de legib.* 1. *part. quæst.* 18. *num.* 6. & 7. & receptissimam sententiam esse tradit Alphons. Guerrerus *dict. Specul. Princip. cap.* 55. *in prine.* & ab omnibus Italis Doctoribus sequi, Dom. Sotus *lib.* 4. *de just. & jure, quæst.* 4. *art.* 2.

Et quod omnes ferè gentes, quæ obediunt S. Matri Ecclesiæ Romanæ sint etiam de populo,
31 sivè Imperio Romano. Et † quòd si quis diceret, Imperatorem non esse Orbis Dominum, diceret contra text. Evangelii, ut expressè affirmat Joan. de Lignano Mediolanensis *in tract. de bello cap.* 9. *ad finem*, & Bartol. *in l. hostes, num.* 7. *D. de captivis*, ubi, eò tamdem progressus est, ut asseuerit, affirmare contrarium, forte hæreticum esse. Quod & tradit Bellon. *dict. cons.* 22. *num.* 2. & pluribus confirmare conatur Pet. Gilken. *in d. auth. quas actiones. C. de sacros. Eccles. cap.* 9. *ex num.* 7. *& in l. properandum, num.* 3. *C. de judiciis*, docens negari non posse, Imperatorem, si non dominum, saltem moderatorem totius Orbis intelligi debere, sive jus Divinum, sive naturale, sive etiam leges, & canones intueamur.

Quarto perpendi potest, quòd si concedimus, Imperatorem Romanum totius Orbis dominatio-
32 nem habere, ut superioribus argumentis probari videtur; † necesse est etiam ut fateamur, eumdem posse Regna, & provincias, quas infideles possident, eisdem auferre, & illas Pijs, & Catholicis Regibus applicare, *arg. text. in l.* 1. *C. de vend. rer. fiscal. lib.* 10. *l.* 1. *C. de Curial. rer. alien. l. Lucius, D. de evictio. l. item si verberatum*, §. *item si fortè, D. de rei vend. l.* 1. *C. ex quibus causis servi pro præm. lib. accip. l. quæris, D. de natal. restituen. l.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. cum multis aliis, quæ circa hunc articulum, & prædictorum jurium illustrationem congerit Menoch. *cons.* 156. *num.* 48. & *cons.* 147. *num.* 26. *vol.* 2. Menchac. *lib.* 1. *controvers. illustr. cap.* 5. *num.* 1. Loazes *de justa retent. Regni Navar. pag.* 188. &
33 novissimè Cevall. *dict. quæst. fin. per totam.* † Utilitatis præsertim publicæ, & religionis favore exigente, cui favendæ, & augendæ semper invigilare debemus, *l. sunt personæ, D. de religios. & sumpt. funer. l. ita vulneratus, vers. Multa, D. ad leg. Aquil. l. Barbarius. ff. de offic. Præt. l. utilitas, C. de Primipilo, c. Abbate*, §. *ult. vers. Præsertim, de sent. & re jud. lib.* 6. cum latè traditis ab Hippolyt. de Marsil. *in pract.* §. *aggredior, à num.* 71. *usque ad* 74. & Cevall. *supra num.* 327.

Et ita in specie, † ultra ea, quæ *sup. num.* 17. 34
cum Abbate Panormit. & Alphons. Guerrero notavimus, circa potestatem Imperatoris in terris, & provinciis infidelium gubernandis, & concedendis; allegari etiam potest celebris doctrina Cardin. Hostiens. *in sum. tit. de præscrip.* §. *quæ autem*, ubi ait, † Imperatorem Dominum etiam es- 35
se rerum singularium, in omnibus & quibuslibet mundi partibus consistentium. Quod rursus docuit idem Hostiens. *in cap. per venerabilem, qui filii sint legit. num.* 37. & Richard. Malumbr. relatus ab Alber. *in proœm. Digest. num.* 9. & 10. Abb. Paris. Anton. de Butrio, & alii relati à Petro Gilken. *in l. properandum, C. de judic. num.* 4. & conducit † *text. in l. benè à Zenone, C. de qua-* 36
dr. præscrip. & in c. conven. 23. *quæst.* 8. & *cap. quo jure, distin.* 8. ubi omnia Imperatoris essedicuntur. Et † Cæsar. *lib.* 10. *illust. miracul. & bis-* 37
tor. cap. 24. ubi scribit: *Sol videtur hoc loco designare Romanum Imperium. Sicut enim Sol magnitudine, & splendore præcellit universa sydera cæli, sic idem Imperium augustius fulget cæteris Regnis mundi, ut sicut Stellæ lumen habent à Sole, ita Reges, ut regnare possent, habeant ab Imperatore.*

Quod ostendit etiam Zonaras *in Claudio*, dum ait; quòd Imperatores aliena largiri quasi Domini omnium poterant, Lat. Pacatus *in Panegyr. ad Theodos.* ubi illum hac de causa vocat terrarum hominumque Dominum, Sidon. Apollin. *lib.* 2. *epist.* 13. ubi inquit, esse rerum Principem, & plura alia, quæ congerit Tuschus *d. concl.* 34. *ex numer.* 18. ubi ex Baldo, & aliis resolvit, quòd Imperatorem in temporalibus totum mundum esse unicum territorium, & quòd est naturalis Dominus totius Orbis, & potest dividere, & unire atque assignare territoria, & pertinentias, sicut potest testator de re sua disponere, & *conclus.* 36. *num.* 4. & *seq.* ubi, quòd potest novos Reges creare, & removere, infringere, & transferre omnes dignitates, quia est Deus in terris, & omnes dignitates sicut scabellum pedum Imperatoris, & ab eo essentiam, & statum recipiunt; & ad idem respiciens Sebastian. Medicis *ubi sup.* concludit, ab Imperatore, tamquam à capite, in omnes inferiores, honores, & munera infundi, *cap. ita Dominus* 19. *distin. cap. fundamenta de elect.* §. 1. quia ipse est superior, & Dominus omnium provinciarum, *cap. Adrianus* 63. *distinct. d. l. benè à Zenon. Cardin. in Clemen.* 1. *de sum. Trinit.* & Jas. *in l.* 1. *lect.* 1. *num.* 6. *C. eod. tit.*

Sed licet his rationibus, & argumentis supra dicta sententia non ineptè defendi posset, maximè cum tot, ac tantos habeat sectatores, adhuc tamen nobis † longè verior, & securior est aliorum 38
opinio, qui negant, Romanum Imperatorem ullum jus in terris, & provinciis infidelium habete posse, & præsertim in Barbaris istis ab Hispanis detectis, quarum ipsi Romani Cæsares nullam unquam possessionem, nec notitiam habuerunt, ut fusè ostendimus *sup. lib.* 1. *cap.* 11. Cui sententiæ apertè subscribunt Victor. Gregor. Lop. Covar. Menoch. Sot. Cordub. Ayal. Molin. & Suar. *sup. num.* 1. relati, minus justum, & solidum eum titulum reputantes, qui ex hac solâ Imperatoris concessione deducitur: neque sufficienter prædictis argumentationibus confirmari.

Qui-

Quibus ut satisfaciam, & simul fundamenta hujus opinionis, quam defendo, proponam.

Primò considero, maximè inter DD. disputari solere, an temporalis Imperatoris Romani potestas à Deo immediatè dimanet, vel ab spirituali dependeat, quæ per Summum Pontificem exercetur, de quo articulo plenius *in cap. seq.* tractabimus. Sed quod ad quæstionem, de qua nunc agimus, pertinet, etiam si demus has jurisdictiones distinctas esse, ita ut temporalis ab spirituali non pendeat, & absque ulla Pontificis translatione penes ipsum Imperatorem, Reipublicæ electione, & consensu populorum intercedente, consistat, † id tamen non efficiet, ut 39 Romanus Imperator inter alias personas, vel in aliis Regnis, & provinciis dominationem exercere possit, quam in illis, quæ ipsius Romani Imperii limitibus concluduntur, & ad quartum temporalem gubernationem à Deo ipso vocatus & constitutus videtur, ut rectè observat Covar. *d.* §. 9. *num.* 5. *vers. Primum*, Navar. *in d. cap. novit notab. 3. num.* 41. Joan. Salas *d. tract. de legibus, quæst.* 95. *disp.* 7. *sect.* 7. & ostendit doctrina *f. C. in l. ult. D. de juris. omn. jud.* ibi: *Extra territorium jus dicenti impune non paretur*, cum aliis, quæ adduximus *sup. hoc lib. cap.* 14. *num.* 10. eoque respicit D. Chrisost. *Psalm.* 44. dum ait: *Imperator Romanorum non potest Persis legem ferre.*

40 Neque est † in consideratione æquiparatio illa utriusque potestatis, ex verbis Evangelii. *Ecce duo gladii hic: & ex d. cap. solitæ*, sumpta; quà multi probare nituntur, ita laicam, sicut Ecclesiasticam per universum Orbem diffundi. Nam licèt hoc argumento valdè prematur Joan. Ign. & alii, quos refert, & sequitur Marta *d. cap.* 20. facilè tamen ei respondent Covar. *d.* §. 9. *num.* 5. *vers. Quartò ratione*, & Navar. *dict.* 41 *notab.* 3. *num.* 41. 88. 94. & 153. docentes, † id nullo jure, nec ratione naturali, aut civili probari, quia potestas Ecclesiastica ideò per unam personam in universo Orbe Christiano exercetur, quoniam non ipsis populis, & rebus publicis, sed Petro, & ejus successoribus immediatè à Deo concessa est, ut latissimè probat Cardinal. Turrecrem. *lib.* 2. *de Eccles. capite* 54. *cum sequentibus* Albert. Pighius, *lib.* 3. & 4. *de Eccles.* Hierarch. At temporalis potestas tota, & suprema penes ipsos populos fuit, & inde ad Reges & Principes derivata. Et cum totus Orbis in unum Principem nec consenserit unquam, nec revera consentire possit, vel ab eo regi, & administrari, sequitur, Imperatorem totius Orbis Dominum esse non posse, & temporalem potestatem cum spirituali eo sensu comparari *in dict. capite solitæ*, quod utraque à Deo instituta sit, & utraque veneranda, & suscipienda videatur, licèt usus, & exercitium illarum longè diversam rationem, & executionem recipiat.

42 Adeo, † ut Aristot. *lib.* 7. *Polit. cap.* 4. & D. August. *lib.* 4. *de Civit. Dei* concludam, potestatem uniuscujusque civitatis naturalem esse, & magis politicam, Imperium verò in multos non item, & majore cum pace Regi solita fuisse Regna, cum unumquodque eorum suæ patriæ termini's finiebatur; à quo argumento non satis se expedit Marta, *d. cap.* 21. *num.* 5. 6. & 20.

Secundo considero, ac pariter secundæ, & tertiæ contrariæ partis argumentationi respondeo; quòd licèt multi, quos ibi retulimus, malè tenuerint, Imperatorem Romanum totius Orbis Dominum esse, † longè tamen verior, & communior est contraria aliorum sententia, qui 43 asserunt, neque olim cùm Roma florebat, neque posteà Romano Imperio ad Græcos, Gallos, & Germanos translato, talem fuisse, aut esse Romanis Imperatoribus potestatem & dominationem; quin potiùs illam intra subjectos sibi populos contineri, qui licèt plures fuerint, plurimi tamen adhuc restabant, ad quos Romanæ Aquilæ nullatenus pervenerunt, & Imperatoriæ Majestatis sceptrum nequaquam extendebatur, ut ipsimet Imperatores ingenuè testantur *in l. cunctos populos*, juncta glos. *ibi*, *C. de sum. Trinit. & in proœm. Digest. & institut.* §. *quarum, utramque viam*, *l. postliminium*, & *l. non dubito. ff. de cap. l. omnibus*, *ff. ad Trebellian. l. mercat. l.* 1. *C. de officio præfect. Africæ*, *l. Romanæ*, *C. de Eunuchis*, *l. ult. C. de ædif. privat. auth. ut defuncti seu funera eorum*, §. *si verò, auth. de non alienandis, seu permutand. reb. Eccles.* §. *sinimus agitur.* Quæ jura examussim expendit Covar. *dict.* §. 9. *num.* 5. & *num.* 7. *vers. His tamdem*, ubi futilem, & levem quorumdam solutionem irridet, qui de facto potius, quam de jure Persarum Reges, & alias nationes in illis relatas à Romano Imperio exemptas esse affirmant, quoniam † verius, & certiùs est de jure quoque liberas fuisse, 44 & nec justum, nec conveniens, aut possibile esse, ut tota mundi moles sub uno, & eodem Rectore, ac moderatore in humanis consistat, ut *suprà* tetigimus.

Quam opinionem, † ultrà eumdem Covar. latissimè probant, & sequuntur Jacob. de Ravena, 45 Joan. Fab. Fulgos. Alciat. & alii *in. d. l.* 1. *C. de sum. Trinit. & in d. l. bene à Zenone*, *C. de quadrin. præscript.* Oldrad. *cons.* 69. Alex. *cons.* 218. *vol.* 2. & *cons.* 24. *vol.* 5. Bald. *cons.* 327. *in fine*, & *cons.* 328. *num.* 7. *vers. Illud etiam*, *lib.* 3. ubi resolvit, quòd ut daremus, olim florente imperio Romano, Imperatorem posse dici Dominum Orbis, secus posteà, & plurimi alii, quos referunt Chasan. *in Catal. glor. mund.* 5. *part. consider.* 28. Pet. Greg. *lib.* 12. *Syntagm. cap.* 2. *n.* 6. Anton. Gabr. *lib.* 6. *commun. tit. de acq. rer. dom. concl.* 3. Greg. Lop. *in d. l.* 2. 2. *par. glos.* 2. Victor. *in d. relect. de Indis insulan.* 1. *part. ex n.* 24. Bann. *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *vers. Arguitur quartò*, *col.* 531. Menchac. *dict. lib.* 1. *controver. illust. cap.* 20. & 21. Sot. *lib.* 4. *de just. & jur. quæst.* 4. *art.* 1. Cened. *dict. collectan.* 64. *ad decretum*, *num.* 3. Parlador. *lib.* 2. *rer quotid. c.* 21. Navar. *in d. cap. novit*, *notab.* 3. *ex n.* 155. Cordub. *in d. lib.* 1. *q.* 57. *dub.* 2. Menoch. *cons.* 2. *num.* 99. *vol.* 1. Molina *Theolog. de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 24. 29. & 30. ubi contrariam sententiam planè ridiculam appellat, prout & facit Lud. Vives *in notis ad D. August. de Civit. Dei*, *lib.* 5. *cap.* 25. Par. Suar. *in defens. Fidei contra sect. Anglic. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 7. & *in tract. de Carit. disput.* 13. *sect.* 5. *num.* 4. P. Salas *in tract. de legib. quæst.* 95. *tract.* 14. *disp.* 7. *sect.* 7. *numer.* 42. *pagin.* 128. & *seq.* Pat. Gabr. Vasq. *disp.* 153. *cap.* 2. *num.* 12. & novissimè Calist. Re-

2 Remir. *in tract. de lege Regia*, §. 3. *num.* 2. Joan. Baptista Lup. *in tract. de illegitimis commen.* 3. §. 3. *n.* 6. & *seqq.* & plures alii relati à Marta *d. cap.* 21. licèt ipse aliam opinionem sequatur, & Fr. Joan. à Ponte *in convenien. utr. Monarc. lib.* 2. *cap.* 2. §. 3. *pag.* 92. & *cap.* 17. §. 1. *pag.* 189. 46 ubi † inquit, quod si Polybius ita magnus Cosmographus, ut Historicus esset, Romanos totum Orbem subjugasse non affirmaret.

Quibus ego adjicio † Lucanum *lib.* 1. *Pariali* 47 *dum queritur*, ob bella civilia plures gentes restasse, quæ sub jugum Imperii Romani missæ non fuerunt.

Heu quantum terræ potuit, pelagique parari,
Hoc, quem civili fuderunt sanguine dextræ,
Sub juga jam Seres, jam Barbarus isset Araxes,
Et gens, si qua jacet, nescirit, conscia Nili.

Et Prosperum Aquitanum *lib.* 2. *de vocat. Gent. cap.* 6. † ait: *Gratia christiana non contenta* 48 *est eosdem limites habere, quos Roma, multos quæ populos sceptro Crucis Christi subdidit, quos armis suis ipsa non domuit.*

Unde est & illud quod Leo Papa *in serm.* 1. *Apost.* de Româ ad Pontificum potestatem translata scriptum reliquit, latiùs scilicet possidere, Religione Divinâ, quàm dominatione terrena, & Stanislaus Orichovius de funesta Regni Poloniæ secta, relatus à Petro Andr. Canonher. *in Aphoris. Polit. Hippocr. pag.* 357. Romanum Imperium verè per Evangelii prædicationem totum Orbem possidere: *Non illud antiquum, & vetus quod ostio Occeani partem aliquam claudit, sed hoc novum, & recens latissimum, amplissimumque, quod extra ipsum etiam Occeanum propagatum astris terminatur: quod non Romulum fratricidam, sed Christum servatorem fratrum suorum habet Auctorem.*

Neque obstant jura, & Sacræ Scripturæ loca pro contraria opinione perpensa; quibus va- 49 riis modis respondent Auctores *suprà* relati, † quorum summa eò tendit, ut hyperbolicè, & largo quodam loquendi genere Imperatores Romani totius Orbis Domini dicerentur; aut per figuram Synecdochen, eò quòd, cùm tot ac tantæ nationes jam tunc Romano Imperio parent, partes illas, quas subjecerant, pro toto sumebant, & absolutè *Orbis* appellatione donabant, 50 ut † *in d. l. in Orbe Romano*, *ff. de stat. homin.* quam ita legendam, & intelligendam esse, & non *in urbe*, ut in vulgatis codicibus circumfertur, optimè probat Alciat. *lib.* 2. *disput. capite* 21. Covar. *d. num.* 5. Anton. Mornac. in notis ad eamdem legem, & alii, quorum mentionem fecimus *sup. hoc cap. num.* 24.

51 Et † conducit doctrina D. Hieronymi *super Isai. cap.* 13. D. Prosperi *lib.* 2. *de vocat Gent.* qui tradunt; Sacram quoque Scripturam sæpè sæpius se his vulgaribus, sive communibus loquendi modis accommodare, & sub illis verbis: *Omnem terram*, & illam tantùm provinciam, de qua est sermo, significare: quod etiam ad explicationem *cap.* 1. *Daniel.* ubi Nabucodonosor *Rex totius mundi* appellatur, rectissimè animadvertit Glos. Interlinearis ibidem; & alia similia notantes Covar. & Navar. *ubi supra* P. Salas *d. sect.* 7. *pag.* 229. & P. Maldonat. & Franc. Lucas *super illud Lucæ* 2. *Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus Orbis*, & Nos *suprà libro* 1. *cap.* 14. *num.* 78.

Quam † expositionem æquè congruenter re- 52 cipit text. *in d. l. deprecatio*, *ff. de leg. Rhod.* ut interim varias alias prætermittamus, quas ultrà DD. ibidem congerit Rininald. *in* §. 1. *ex n.* 15. *instit. quibus alien.* licet Soto *lib.* 4. *de justitia & jure*, *q.* 4. *art.* 1. Alfan. *collect.* 4. Port. *lib.* 5. *concl.* 14. Joan. Horosc. *in l.* 2. *num.* 12. *ff. de rer. divis.* Lancellot. *in temp. jud. lib.* 1. *cap.* 1. Alciat. *lib.* 4. *disputt. cap.* 5. Boër. *decis.* 195. Chasan. *d. Catalog. glor. mundi*, *consid.* 28. & *sequentib.* Menchac. *in præfat controvers. illustr. num.* 25. & *lib.* 1. *cap.* 20. Mandell. *cons.* 62. *numer.* 20. *vol.* 1. Vivius *in commun. opin. verb. Imperatores*, Roland. *cons.* 88. *n.* 7. *vol.* 1. Mantua *in Enchirid. rer. singul. lib.* 9. *cap.* 220. Petr. Gregor. *de Repub. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 14. & *sequentib.* vide *lib.* 2. *declarat. cap.* 106. Mendoz. *de pactis lib.* 1. *cap.* 5 *num.* 25. Navar. *dict. notab.* 3. *num.* 150. & 157. Anton. Rosc. *lib.* 1. *memorab. cap.* 1. *num.* 5. Peiel. *in rub. C. de rescind. vend.* 1. *part. cap.* 2. *num.* 25. Covar. *d. num.* 5. *vers. Secundò adducitur*, & *lib.* 3. *variar. cap.* 6. *n.* 8. Sarmient. *lib.* 1. *select. cap.* 8. *num.* 20. Cujac. *libr.* 15. *observat. cap.* 30. & *lib.* 2. *Sent. ad Paul.* Andr. Gaill. *lib.* 2. *observat. cap.* 55. & 56. Dom. Gregor. Lopez Madera *de excell. Hisp. Monarch. cap.* 2. *fol.* 10. & Cevall. *dict. quæst. ult. num.* 25. & *sequentibus.*

Quibus † addere possumus Antonium *in d.* 53 *l.* deprecatio dum se absolutè mundi dominum vocat, arrogantiam, & elationem quamdam præseferre, qua Romani Principes ita aliquando turgebant, ut se non solùm *Orbis Dominos* appellari sinerent, ac juberent, verum *Deos* etiam, Divinos sibi honores, & cultus remerè deferentes, & usurpantes: unde Ovid. *lib.* 1. *Fast. de Cæsare* cecinit:

Si petat à Victis, tot sumes nomina Cæsar,
Quot numero gentes maximus Orbis habet.

Et Lucan.

Victrices Aquilas alium laturus in Orbem.

Propert.

Bella Deus Cæsar diros meditatur ad Indos.

Horat. *od.* 1. *lib.* 1.

Terrarum Dominos evehit ad Deos.

Ammian. Marcellin. *lib.* 19.

Nostris virtutes Constantis excellentibus, ut Domini rerum, & Mundi.

Et *lib.* 39.

Comes Valentiniani sum Orbis terrarum Domini. Et *lib.* 23. *Saracenorum Reguli genibus supplices nixi, tamquam mundi, nationumque suarum Dominum adorarunt Julianum.* Et Evagr. *lib.* 3. *Divinissimum Dominum Orbis.* Et † de Do- 54 mitian. scribit Sueton. *in ejus vita, cap.* 13. *Acclamari etiam in Amphitheatro epulari ale, libenter, audit Domino, & Dominæ fœliciter. Parique arrogantia cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit, Dominus, & Deus noster sic fieri jubet*; eaque propter Martialis ei quamdiu vixit, sæpè his omnibus blanditus est, ut constat ex variis epigram. Amphitheatri & *lib.* 1. *epigr.* 5.

Contigerit nostros Cæsar, si fortè libellos.
Terrarum Dominum pone supercilium.
Et *lib. 5. epigr. 8.*
Edictum Domini, Deique nostri.

Junctis plurimis aliis, quæ circa hæc notanter congerit Cœl. Rhodigin. *lib. 21. antiq. lect. c. 31.* Brison. *de verbor. signif. verb. Divi*, Just. Lips. *in notis secundis ad lib. 2. Annal. Taciti, pag. 509.* Petr. Gregor. *dict. lib. 6. de Repub. cap. 13.* Thom. à Malvend. *in Antichrist. lib. 7. cap. 11. ex pagin. 369. & cap. 13. ex pag. 375.* & novissimè Jul. Cæs. Bulenger. omnino legendus, *de Imperatore Romano lib. 1. ex cap. 5. ad 12. & cap. 32.* & P. Joan. de Salas *de legibus, q. 95. tract. 14. disp. 7. sect. 6. num. 12. pag. 111.* Joan. Bapt. Lupus *d. tract. de illegit. comment. 3. §. 3. n. 7.*

53 Cum ja nunc † prædicta vocabula terroris magis, quàm reverentiæ esse viderentur, & potius ad tyrannidis, quàm ad dignitatem honorisque potestatem pertinerent, ut colligitur *ex cap. ult. 93. distinct. cap. esto post princip. 95. distinct.* & tradit Luc. de Penna *in l. 2. C. de cap. civium cens. exim. lib. 11.* Chasan. *in consuet. Burg. in præam. verb. Seigneur, col. 16.* optimè Alciat. *lib. 7. Parerg. cap. 13.* & Onufr. Panvin. *in interpr. vocum obscur. Eccles. verb. Dominus.*

56 Quapropter † Augustus Cæsar, ut testatur Sueton. *in ejus vita, cap. 53.* Dominum se appellari ne à liberis quidem; aut nepotibus suis, vel serio, vel joco passus fuit. Quod statim post Christi nativitatem contigisse Auctores commemorant, quoniam iride inclusum à Sibylla Tiburtina ostensum fuisse ferunt, ei Christum simul cum sanctissima ejus Genitrice, ac dixisse, illum verum Dominum, & Imperatorem totius Orbis futurum, ut post Tertullian. *in Apolog. cap. 34.* recolit Polidor. Virgil. *lib. 4. de invent. rer. c. 1. vers. Item Orosius*, Valenzuela *in monit. contra Venetos, 4. part. num. 151.* Calist. Remir. *de lege Regia Aragoniæ, §. 23. num. 11. pag. 182.* & novissimè P. Mendoza *super 1. lib. Reg. cap. 2. pagin. 526.*

57 Tiberius † etiam, *Dominus* appellatus à quodam, denuntiavit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret, ut ait idem Sueton. *in Tiber. cap. 27.* Et Trajanus, licèt passim *Dominus* appelletur à Plin. *lib. 10. epist. eadem*, appellationem ægrè admodum tulit, ut ostendit Martial. *lib. 10. Epig. 71. ad Trajan.*

Frustra blanditiæ venitis ad me,
Attritis miterabiles javellis.
Dicturus Dominum, Deumque non sum.
Non est hic Dominus, sed Imperator.

Quemadmodum, & Alexander Imperat. adorationis cæremoniam ab aliis Principibus usitatam, respuisse narratur à Lampridio in ejus vita, his verbis: *Ipse adorari se vetuit, cum jam cœpisset Heliogabalus adorari, more regum Persarum*, & idem tradit de Maximino Seniori Capitolinus in Maximinis, notans superbiam filii ejus Maximini Junioris, sic inquiens: *In salutationibus superbissimus erat, & manum porrigebat, & genua sibi osculari patiebatur: & nunquam etiam pedes. Quod numquam passus est Senior Maximinus, qui dicebat: Dii prohibeant, ut quisquam ingenuorum pedibus meis osculum figat.*

Neque his adversatur † auctoritas Divi Hieronymi *dict. cap. in apibus*, quam in eodem argumento perpendimus, dum docet, unum tantum Imperatorem esse debere. Nam id non arguit, hunc toti Orbi dominaturum, nec ea fuit, aut esse potuit D. Hieronym. mens, ut rectè observant Covar. *d. §. 9. num. 5. vers. Ad idem facit.* Navar. *d. cap. novit, notabil. 3. n. 155. pag. 112.* & Madera *d. cap. 2.* quidquid aliud dicat Marta *dict. capit. 20. numer. 22.* Sed imò apum, & gruum exemplo, quo utitur, aperte significat, quod quemadmodum in quolibet apum examine unus est Rex, & agmina gruum, dum volant, unum rectorem ordine literato sequuntur; ita convenit in qualibet benè constituta Republica, Regno, vel Provincia, aliquem Imperatorem, Principem, vel Rectorem constitui, qui æqua lance inter subjectos sibi populos jura reddere possit, & imbecilles à potentiorum injuriis defendere. Quam fuisse † præcipuam Regum creandorum causam optimè scripsit Justin. *histor. lib. 1. in princ.* Aristot. *lib. 3. Polit. cap. 11. & lib. 5. cap. 10.* Cicer. *lib. 2. Offic.* Divus August. *lib. 4. de Civit. Dei cap. 6.* Div. Thom. *de regim. Princip. lib. 1. cap. 14.* D. Irenæ. *lib. 5. advers. hæreses*, & Alfons. Guerrer. Nicol. Boër. & alii, quos refert Menchac. *in dict. præfat. ad controvers. illustr. num. 102. & seqq. & numer. 120. & lib. 1. cap. 1. num. 10. & 24.* Episcop. Chiapens. *in tractat. comprobat. fol. 51.* Guillel. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. Condidit, l. 1. num. 34. in fine vers. Propter quos, & num. 35. cum seqq.* & Just. Lips. *lib. 2. civil. doctr. in cap. 11.* Matth. Lop. Bravo *in suo aureo libello de Rege, & regendi ratione lib. 1. fol. 8. &* Doct. Melch. de Valentia *illustr. tractat. juris, tract. 2. cap. 5. num. 5. & seqq.* & Ægid. Benedict. *in l. ex hoc jure, ff. de just. & jure, tom. 1. cap. 3. num. 7. & 8.*

Denique † quarto loco perpendo, & ad quar- 60
tum adversæ partis argumentum respondeo: quòd cum probatum reliquerimus, Imperatorem Romanum toti Orbi neuriquam dominari, & multo minus Barbaris infidelibus, qui ad ejusdem Imperii notitiam nullatenus pervenerunt, pariter quoque probari videtur, nihil usquam circa eorumdem infidelium personas, bona, & provincias licitè disponere posse. Ampla † quip- 61
pè illa, & absoluta potestas, quàm Imperatori, ut supremo Principi tribuunt jura, & Auctores in argumento relati, respectu subditorum intelligenda, & restringenda est, ut suprà probavimus: quia erga eos, qui Imperio subjecti non sunt, quemadmodum nullam jurisdictionem exercere potest, *d. l. ult. de jurisd. omn. jud.* ita nec dominia rerum, nec terrarum ab illis auferre, ut tradunt Innocent. *num. 6.* Abb. *numer. 24. & 25.* Felin. *num. 9. in dict. cap. novit, de judiciis*, Paul. Castrens. *cons. 216. & 281.* & in specie de bonis infidelium non subditorum, Berol. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 134. de constit.* Oldrad. *cons. 87. & 91.* Carol. Tapia *in rub. de const. Princip. num. 50. & 53.* & Hiero. Cevall. *dict. quæst. fin. num. 368.*

Præsertim cum longè verior opinio sit, etiam inter subditos non posse Imperatorem, neque alium Principem, quamtumvis superiorem non re-

cognoscat, bona eorum auferre, nisi ubi contrarium urgens aliqua & necessaria causa suaserit; & tunc id quod auferetur, competenti satis- 62
factione pensandum esse, ut ad expositionem † *text. difficilis in d. l. Lucius, ff. de evictionem. l. item si verberatum, §. item si forte. ff. de rei vend.* & aliorum jurium, quæ in argumento retulimus, late observant, & prosequuntur innumeri ex antiquis, & recentioribus utriusque juris Doctoribus, quos recenset Ant. Gabr. *lib. 3. com. opin. tit. de jur. quæsito, quæst. 1.* Port. *libr. 5. commun. conclu. 15.* Covarr. *lib. 3. var. cap. 6. num. 6.* Menchac. *lib. 1. controvers. illustr. cap. 4. 5. & 6.* Andr. Gaill. *lib. 2. observat. practic. cap. 56.* Hieron. Franc. *in reg. id quod nostrum. num. 12. ff. de reg. jur.* Tiraq. *in l. si unquam, verb. Donatione largitus, num. 4. C. de revocan. donat.* Gevallos *dict. quæst. fin per totam*, Castillos de Bobadilla *in Polit. lib. 5. capit. 5. num. 11.* D. Joan. del Castillo *lib. 2. controvers. cap. 38. &* ultra eos Alciat. *lib. 1. Parerg. cap. 38.* Duaren. *lib. 2. disp. anniversi. capit. 15.* Forcat. *in Necyoman. dialog. 18. num. 5.* Adrian. Pulvæus *in tract. de rei alienæ distract. cap. 2.* Ant. Faber. *lib. 2. conjecturarum cap. 4.* Vincent. Cabot. *lib. 1. disp. jur. cap. 25.* & Guidus Pancirol. *in Tot. aur. variar. lib. 23. cap. 33. pag. 359.* & novissimè ac latissimè Ant. Perra *in tract. de potest. Princip. capite 24. & sequentibus.*

Quibus non adversatur *d. l.* † *bene à Zenone, C. de quadrien. præscrip.* & similia jura, & auctoritates, quæ omnia bona, ubique consistentia, Imperatoris esse intelligi probant. Nam 63
ad provincias sibi subjectas restringenda etiam 64
sunt, &† eâ interpretatione temperanda, ut non ita plenum, & absolutum dominium imperatori tribuant, ut de subditis sibi hominibus, eorumque bonis, & rebus ad libitum disponere possit; sed tantùm supremam in illis jurisdictionem exerceat, seu dominium quoddam universale, quod magis in gubernatione, & protectione subditorum, quàm in eorum spoliatione, aut 65
expilatione consistit, juxta † dominiorum distinctionem, quam tradit Bart. *in d. l. 1. §. per hanc, ff. de rei vend. & in extravag. ad reprimendum, verb. Totius Orbis*, Paul. Castrens. *cons. 56. numer. 2. vol. 2.* Alexand. *cons. 1. num. 4. vol. 5.* Abb. *in cap. significasti, 2. notab. de præscript.* Socin. *in l. 1. in princ. col. 3. & 4. ff. de acq. poss.* Jacob. de sancto Georg. *in investit. feud. verb. Investitura*, Guido Papa *decis. 551.* Mandell. *cons. 62. lib. 1. num. 21.* Covar. *in reg. possessor, 2. part. §. 2. num. 1.* Cujac. *lib. 15. observat. capit. 30.* & plures alii relati à Pet. Gilken. *in l. properandum, C. de judiciis, num. 4.* & Cardin. Tusc. *d. verb. Imperator. con. 33. num. 5. & 15.* & Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 3. n. 3. & 9.* Ad quod † alludens Seneca *lib. 7. de benef.* optimè inquit: *Cæsar omnia habet, fiscus ejus privata tantùm, sua, & universa in Imperio ejus sunt in patrimonio propria*, Plin. Junior *in Panegyr. ad Trajan. Ecquid Cæsar non suum videat? Tamdemque Imperium Principis, quàm patrimonium majus* 66
67 *est.* Et idem † de litoribus maris sensit Celsus J. C. *in l. 3. ne quid in loco pub.* dum ea populi Romani esse dixit, & ejus Imperio subjecta, juxta expositionem Accurs. *ibid. verb. Arbitor*, qui ait, † hoc (ne aliis juribus adversetur, in quibus 68
litora maris publica, sive communia omnium esse dicuntur) de prædicta generali, & suprema tuitione, & gubernatione accipiendum esse; quâ mediante Romanus Imperator legem, ac modum imponere potest, quatenus eisdem ripis & litoribus sit utendum, & cavere, ne quilibet pro suo arbitrio, & cum damno Reipublicæ usum eorum sibi vindicet. Quam glossam, post antiquiores *ibidem* sequuntur Balduin. Wesemb. & alii *in §. & quidem, institut. de rerum divis.* Bræch. *in l. bon. 15. num. 1. de verb. signif.* & Everard. Broncorst. *cent. 1. antinom. cap. 13.*

Juxta quæ omnia satis apparet, parum aut nihil Imperatoriam concessionem, vel confirmationem profuisse, ad justitiam dominationis indarum fulciendam, cum hæ regiones ab Imperio exemptæ, ac liberæ essent: necnon † etiam cum 69
Catholici Hispaniæ Reges, ac Domini nostri, ejusmodi confirmatione non indigerent; qui ut notissimum est, non solùm postquàm Hispaniam Maurorum invasione penè vastatam, propriâ virtute & labore recuperarunt, verùm etiam ab invisis Gothici Regni primordiis nullum alium Principem, atque adeo ne ipsum quidem Imperatorem in temporalibus superiorem agnoscunt, ut docet † 70
glossa celebris, & vulgaris *in cap. Adrianus, distinct. 63. cap. & si necesse, de donat. inter cap. 1. in princ. de pace tenenda in usib. feud.* & de jure nostro *l. 8. tit. 1. part. 2. ubi* Gregor. Lopez, & post Doct. communiter *in cap. per venerabilem, & in cap. causam quæ, qui filii sint legitimi*, & plures alios antiquiores, quos referunt, laudant & prosequuntur Palac. Rub. & ejus additionator. Baranon. *in introduct. rub. de donat. inter num. 18.* Segura & Didac. Perez *in l. Imperator. 5. num. D. ad Trebellian.* idem Didac. Perez *in præam. ad leg. ordin. quæst. 3.* Burg. de Paz *in præm. leg. Tauri, num. 31. & seqq.* Avendañ *in cap. Pastor. 1. part. cap. 4. n. 1.* Covar. *in pract. quæst. cap. 9. & in d. reg. peccatum, 2. part. §. 9. num. 5.* Navar. *in dict. cap. novit. 3. notab. num. 32. 116. & 161.* Castald. *in tract. de Imper. quæst. 53.* Menchaca *lib. 1. quæst. illustr. cap. 1. & cap. 22. num. 11.* Olan. *in præf. antin. num. 1. & 12.* Redin. *de Majest. Princ. verb. Imperatoriam, ex num. 35.* Anton. Gaet. *lib. 5. commun. tit. de acquir. rer. dom. concl. 3. ex num. 3.* Parlador. *lib. 2. quotid. cap. 3. num. 7. & cap. 21.* Petr. Cened. *in collect. 64. ad Decretum, num. 3.* Joan. Garcia *de expensis cap. 9. numer. 68. & 69. de nobilitat. in inscriptione, n. 23.* Humada *in addit. ad* Greg. Lopez *in l. 49. tit. 6. part. 1.* Canill. Borrel. *de præst. Reg. Cathol. c. 47. 48. & 53.* Angel. Matthæacius *de via, & ratione juris, lib. 1. cap. 30. num. 13.* Lasart. *de decima empt. & vend. in scholiis ad l. 1. num. 1. & seqq. fol. 6.* Dom. Greg. Lop. Madera *in excell. Monarch. Hisp. cap. 2. per totum*, Zamall. *lib. 11. hist. Hisp. cap. 8.* Zurit. *lib. 12. Annal. in Rege Ferdin. anno 1455. cap. 37. 48. & 51.* Marian. *de rebus Hisp. lib. 9. cap. 5.* Didac. Vald. *de dignit. Reg. Hispan. cap. 18.* Bobadill. *in Polit. lib. 3. capit. 2. num. 5.* Gilken. *in dict. auth. quas actiones, cap. 9. num. 16. vers. Quartò*, & novissimè post hæc scripta Joseph. de Rusticis *in comment.*

ad leg. cùm avus, de condit. & demonstr. lib. 5. cap. 10. num. 33. & 34. Garcia Mastrill. *de Magistr. lib. 1. cap. 4. ex num. 15. & lib. 6. cap. 10. num. 5.* Molin. *de pactis nuptial. lib. 1. cap. 2. num. 8.* Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utriusque Monarch. lib. 3. cap. 12. §. 4. pag. 79.* Hieronym. Cavall. *in tractat. de violentiis, glos. 18. ex num. 3. 21. 31. & 80.* & idem simul de Regibus Galliæ, Angliæ, & Portugalliæ tradentes Carolus Grassal. *lib. 1. Regal. Franc. cap. 6.* Rhenat. Choppin. *de donat. Franc. lib. 2. tit. 1. numer. 3.* Casan. *in Catalog. gloriæ mund. 5. part. consid. 24. num. 179. & consid. 27. & 28.* Thom. Cromer. *lib. 7. juris Roman. & Gallici, tit. 1. cap. 2. col. 155.* Joan. Azor. *2. tom. instit. Moral. lib. 11. cap. 5.* Pater Vasquez *disp. 153. capit. 2.* Par. Salas *de legibus, quæst. 95. tract. 14. disp. 7. sect. 8.* Joan. Baptist. Lup. *in dict. tract. de illegitimis, comment. 3. §. 3. num. 8. & seqq.* & novissime Ludovic. Rudolf. *in tract. de orig. dignit. & potestat. Ducum Italiæ, num. 59. cum seqq.* & Anton. Petr. *de potest. Princip. cap. 3. quæst. 4. num. 15.* ubi perperam docet, hanc Regum Hispaniæ exemptionem ab Imperio, de facto magis, quam de jure procedere, & Marta *d. cap. 21. num. 13.*

Quo fit, ut hanc Novi Orbis conquisitionem absque ulla Imperatoris auctoritate jure proprio
71 facere potuerint, † cùm ipsi in suo Regno Monarchæ sint, & eadem, quæ de Imperatore dicuntur, in quolibet Rege, eum non recognoscente procedant, ut post Petr. de Bella pertica, & Bald. *n. 4. in l. exemplo, C. de probat.* Andr. de Isern. *in c. 1. §. si quis de menio, col. penult. num. 19. de controvers. invest.* & plurimos alios, quos referunt, latè docent Roland. à Valle *consil. 66. num. 20. lib. 2. consil. 86. num. 20. lib. 1.* Menchaca *dict. lib. 1. quæst. illustr. cap. 22. numer. 13.* Borrell. *dict. c. 53.* Mastrillus *dict. c. 4. num. 4. & 25.* Rusticis *dict. c. 10. num. 35.* cum *seqq.* & latius *num. 45.* & Cevall. *dict. glos. 18. num. 4. & 5. & 47.*

72 Quinimò † & porentiùs, dignius, & antiquiùs esse jus, ac dominium, quod Reges liberi habent in suo Regno, quàm quod Imperator habet in imperio, apertis verbis testatur *d. l. 8. tit. 1. part. 2.* ubi Gregor. Lop. Andr. de Isern. *in c. 1.* de vassallo decrep. ætat. Bald. *in l. 1. C. de summ. Trinit. Purpurat. in rub. de juridict. omn. jud. num. 12. & in l. Imperium, num. 123.* Petr. Belluga *in Specul. Princip. rub. 14. §. veniamus, num. 1.* Redinus *ubi supra, n. 9.* Mar. Freccia *de subfeudis, lib. 1. tit. de orig. Baronum, n. 36.* Corset. *de potest. Regis, quæst. 104.* Petr. Gregor. *3. part. Syntagm. lib. 47. c. 20. num. 3. & de Republ. lib. 26. c. 5. num. 7.* Alexand. ab Alexand. *lib. 1. dier. Genial. cap. 2. vers. Nomen verò Imperatoris*, ubi Tiraquel. *in addit.* Suar. *in quæst. majoratus à n. 23. usque ad 31.* Matth. de Afflictis *in prælud. ad constitut. Regn. Neapol. quæst. 13. per totam*, Boer. *decis. 178. num. 9.* Burgos de Paz *in dict. proœm. leg. Tauri, n. 143. cum seqq.* Borrell. *dict. c. 48. num. 8.* Aceved. *in l. 1. num. 17. tit. 1. lib. 4. Recopil.* Villalob. *in antinom. jur. Civil. & Regii, c. 1. per tot.* Bobadilla *in dict. Polit. lib. 5. c. 5. num. 7. pag. 902.* Vald. *in dict. c. 18. num. 33.* Mastrill. *d. cap. 4. num. 3.* & novissimè Calist. Remir. *dict. tractat. de leg. Regia, §. 2. num. 41. & cap. 4. num. 2.* & alii relati à Petr. Gilkenio *d. auth. quas actiones, c. 9. n. 16.* & Petra *c. 34. q. 4. n. 33.*

Quæ omnia in terminis quæstionis, de qua agimus, longè certiùs atque apertiùs procedent, si animadvertamus, † ipsum Carolum V. Imper. 73 Augustum, simul atque Imperii coronam accepit, solemni sacramento præstito promisisse, se libertatem, atque exemptionem ab Imperio, quàm Hispaniæ Regnum habebat, nullo modo refragaturum, & generaliter protestatum fuisse, ea omnia, quæ ad ejusdem Hispani Regni gubernationem facturus esset, Regio tantùm, non Imperatorio jure censeri, ac judicari debere. Cujus protestationis verba ad literam refert Vald. *dict. c. 8. n. 4.* & Ceval. *d. glos. 18. n. 34.*

Et est simile † quod ab eodem Imperatore 74 decidirur *in l. 8. tit. 1. lib. 6. Recop.* nempè privilegia nobilitatis, † & exemptionis, quæ aliqui- 75 bus Hispani Regni subditis, & vassallis tamquam Imperator concessit, solùm in terris Imperii vires, & effectum sortiri debere, circa cujus legis justitiam, & praxim plura utiliter congessit Joan. Gutierr. *lib. 4. pract. quæst. 11. per totam.*

Unde illud etiam nascitur, † quod dixit Ol- 76 drad. *cons. 69. num. 6.* Hispanos scilicet legem habere, per quam capite puniunt eos, qui in judicio leges Imperatorum allegant, quod quamvis certum non sit, ut advertit Ceval. *d. quæst. ult. num. 41.* attamen certissimum est, quod saltim prohibemur, eas in vim legum allegare, sed tantum in vim rationis, ut constat *ex l. Tauri,* & traditis à Burgos de Paz *ibid. à n. 59.* Palac. Rub. *in introduct. rub. de donat. inter.* Didac. Perez *in proœm. leg. ordin. quæst. 3.* Greg. Lop. *in l. 5. verb. De otra ley, glos. 2. tit. 1. part. 1.* Matienz. *in l. 2. glos. 1. num. 15. tit. 5. lib. 5. Recopil.* & plures alii, quos novissimè refert Pat. Vasquez *dict. disp. 153. cap. 2.* & Pat. Salas *dict. disp. 7. sect. 9.*

CAPUT XXII.

De decimo, & efficacissimo titulo, qui ex Romani Pontificis donatione, & concessione deducitur: Et an, & quatenus verum sit, illum circa personas, bona, & Regna fidelium & infidelium, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus disponere posse.

SUMMARIUM.

1 *Pontificiæ concessionis titulus in quæstionem deducitur.*
2 *Pontifex Summus an sit totius mundi supremus Monarcha in spiritualibus, & temporalibus, arduus est, & antiqua quæst.*
3 *Labor suus unicuique prodesse debet.*
4 *Papæ nullam omninò jurisdictionem temporalem Hæretici concedunt, cui damnantur & convincuntur.*
5 *Constantini Augusti donatio Ecclesiæ facta pluribus comprobatur.*
6 *Jurisdictionem nullum temporalem extra terras Ecclesiæ Pontificem Romanum exercere posse*, multi asseverant.
7 *Imperia, & Regna temporalia ab Ecclesia non pendere* plures affirmant.

Deum

8 *Deum verum, & immediatum Imperii temporalis jurisdictionis Auctorem* quidam constituunt.
9 Lex 1. & 7. tit. 1. part. 2. *illustratur.*
10 *Auctores plures citantur, qui temporalem jurisdictionem Pontifici negant, in terris Imperii, vel aliorum Principum secularium.*
11 Dantes *Poeta Florentinus, scripsit librum pro imperii Monarchia.*
12 *Antonius de Rosellis hæreticos vocare audet eos, qui dicunt, imperium pendere ab Ecclesia.*
13 *Lud. Bavarus Imp. legem condidit contra asserentes, Imperium pendere ab Ecclesia.*
14 *Pontificis Romani eligendi potestas aliquando Imperatori commissa dicitur.* Et num. 35.
15 *Philippus Pulcher Galliæ Rex imprudentes contentiones habuit cum Bonifacio VIII. eum in temporalibus recognoscere, nolens.*
16 *Galliæ Reges multum detrectant Papam in temporalibus recognoscere, & de juramento, & lege ab eis super hoc articulo lata.*
17 *Pontifex Romanus supremam universalem in spiritualibus, & temporalibus jurisdictionem & dominationem habet ex multorum tententia.*
18 *Regna omnia, & Imperia mediatè ab Ecclesia derivari*, plurimi docent.
19 *Auctores plurimi utriusque Scholæ citantur, qui indistinctè utrumque gladium Pontifici tribuunt.*
20 *Pontifex* appellatur totius mundi Dominus.
21 *Imperium potest Summus Pontifex de Germanis ad Hispanos, si velit, transferre.*
22 *Jurisdictionem temporalem Ecclesiæ tentans auferre, in sua iniquitate confundetur.*
23 *Gotthifredus Viterbientis Auctor antiquus universalem, & temporalem Ecclesiæ jurisdictionem agnoscit.*
24 *Papæ, qui negant exercitium temporalis jurisdictionis, vel Imperium ab Ecclesia pendere, hæretici à multis censentur.*
25 Dantes *Poeta quare fuerit de hæresi post mortem damnatus.*
26 *Ludovici Bavari Imp. gesta omnia contra Ecclesiam damnata sunt.*
27 *Joan. Hus error affirmantis, Imperium non pendere ab Ecclesia in Concilio Constantiensi damnatus fuit.*
28 *Philippi Pulchri superbia* per Extravag. unam sanctam *correcta fuit.*
29 *Bavariæ Duces religiosissimi, & Sedis Apostolicæ devotissimi sunt.*
30 *Lotharius Cæsar Romæ pileus inspicitur à Pontifice Imperii coronam recipiens.*
31 *Henricus IV. Galliæ Rex qualiter Ecclesiæ auctoritatem, & temporalem jurisdictionem agnoverit.*
32 *Imperatorum, & Regum exempla plura qui Romanæ Ecclesiæ maximam reverentiam, & obedientiam habuerunt*, remissivè.
33 *Pietas in Deum, & Ecclesiam est præcipuum regnorum fundamentum.*
34 Cap. Adrianus, distinct. 63. *exponitur, & falsam historiam continere ostenditur*, num. 39.
35 *Pontificis Romani erigendi, & Sedi Apostolicæ ordinandæ auctoritas qualiter data fuerit Carolo Magno.*
36 Cap. in memoriam 3. distinct. 19. c. 2. distinct. 10. cap. generali 25. quæst. 1. *expenduntur.*
37 *Ludovicus Pius renuntiavit privilegio eligendi Pontificem.*
38 Cap. ego Ludovicus distinct. 63. *exponitur.*
39 *Liberæ sunt omnium Prælatorum Ecclesiasticorum electiones.*
40 *Papam non habere jurisdictionem temporalem, nisi indirectè, & in ordine ad spiritualia*, multi opinantur.
41 Herciscundi *appellantur, qui inter duas opiniones contrarias, medium eligunt.*
42 *Jurisdictionis Pontificiæ in spiritualibus & temporalibus differentiæ quæ sit.*
43 *Pontifex exigente fine supernaturali Imperatores, Reges, & Principes gladio etiam temporali coercere potest, qui tunc verius ratione finis*, spiritualis *appellari poterit.*
44 *Papa, ubi gladio materiali opus est, illum non sua sed aliorum Principum fidelium manu exercere debet.*
45 *Auctores plurimi pro hac opinione citantur, quæ tolam indirectam temporalem jurisdictionem Pontifici tribuit.*
46 *Gersonem tamquam adulatorem Papæ cur notet Almainus.*
47 *Bellarminus, & alii gravissimi Theologi quibus terminis explicent jurisdictionem temporalem, quam R. P. in seculares Principes habet.*
48 *Jurisdictionem spiritualem esse omninò distinctam à temporali, qualiter intelligendum sit.*
49 *Reges Hispaniæ, & alii in temporalibus superiorem non recognoscunt.*
50 *Regum exemptio, & libertas in temporalibus, qualiter intelligi debeat.*
51 *Jurisdictio Papæ spiritualis subordinat sibi temporalem Regum, & Principum.*
52 *Papa est judex Principum non recognoscentium superiorem, maximè ratione peccati.*
53 *Papa est præcipuus Cæsar, & Princeps Regum terræ, & supra omnem jurisdictionem.*
54 *Pontifices Summi sæpè gladio temporali adversus seculares Principes usi reperiuntur.*
55 *Jura plura citantur, quæ adducunt exempla Imperatorum, & Regum, qui à Pontificibus privati, aut puniti sunt.*
56 *Auctores plurimi recententur, qui varias historias congerunt Regum à Romanis Pontificibus temporaliter punitorum, & depositorum.*
57 *Navarræ regnum Julius III. Joanni, ut schismatico adimit, & Regibus Catholicis occupandum concessit.*
58 *Angliæ regnum ratione hæresis, & schismatis à Pio V. & Sixto V. Philippo II. Hispaniæ Regi adjudicatum est.*
59 *Imperatores, & Principes seculares dedignari non debent Pontifici subjici.*
60 *Aurelianus Imperator, licèt Ethnicus, Romani Pontificis dignitatem agnovit.*
61 *Regna, & Imperia eò magis augentur, quò magis Sedi Apostolicæ subjiciuntur.*
62 *Ecclesiæ auctoritatem, & jurisdictionem temporalem augeri, convenientissimum est.*
63 *Othonis Frisingensis dubitatio diluitur, dum quærit, an antiqua humiliatio, vel hodierna exultatio Ecclesiæ magis conveniat.*
64 *Bapt. Fulgosii verba expenduntur de Pontificum in Reges, & Imperatores potestate & auctoritate.*

SUperest modò, ut quando in concessionis, sive confirmationis Imperatoriæ jure parum roboris esse ostendimus, ad Indorum infidelium provincias occupandas, & adquirendas, diligenti disputatione examinare conemur, † an justior, 1 ac validior ille alter titulus judicari debeat, qui ex vi, & auctoritate donationis Alexandri VI. Summi Romanæ Ecclesiæ Pontificis peti solet, quâ apertis, & bullatis (ut dicunt) literis gloriosissimis, & re ut nomine Catholicissimis Hispaniæ nostræ Regibus Ferdinando, & Elizabeth, eorumque hæredibus, & successoribus omnes insulas, & terras firmas pleno jure donavit, concessit, & assignavit, quæ versùs Occidentem, & Meridiem detectæ, & in posterum detegendæ essent, & per alium Christianum Principem actualiter tunc temporis possessæ non invenirentur.

Cujus quæstionis decisio ex ea dependet, an Summus Pontifex, † tamquam Christi in terris 2 Vicarius, omnibus, & in omnibus præsse, & dominari videatur, & de Regnis, & provinciis fidelium non solùm in spiritualibus, verùm etiam in temporalibus disponere possit? Quæ quidem,

ita

ad leg. cùm avus, de condit. & demonstr. lib. 5. cap. 10. num. 33. & 34. Garcia Mastrill. *de Magistr. lib. 1. cap. 4. ex num. 15. & lib. 6. cap. 10. num. 5.* Molin. *de pactis nuptial. lib. 1. cap. 2. num. 8.* Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utriusque Monarch. lib. 3. cap. 12. §. 4. pag. 79.* Hieronym. Cavall. *in tractat. de violentiis, glos. 18. ex num. 3. 21. 31. & 80.* & idem simul de Regibus Galliæ, Angliæ, & Portugalliæ tradentes Carolus Grassal. *lib. 1. Regal. Franc. cap. 6.* Rhenat. Choppin. *de donat. Franc. lib. 2. tit. 1. numer. 3.* Casan. *in Catalog. gloriæ mund. 5. part. consid. 24. num. 179. & consid. 27. & 28.* Thom. Cromer. *lib. 7. juris Roman. & Gallici, tit. 1. cap. 2. col. 155.* Joan. Azor. *2. tom. instit. Moral. lib. 11. cap. 5.* Pater Vasquez *disp. 153. capit. 2.* Par. Salas *de legibus, quæst. 95. tract. 14. disp. 7. sect. 8.* Joan. Baptist. Lup. *in dict. tract. de illegitimis, comment. 3. §. 3. num. 8. & seqq.* & novissime Ludovic. Rudolf. *in tract. de orig. dignit. & potestat. Ducum Italiæ, num. 59. cum seqq.* & Anton. Petr. *de potest. Princip. cap. 3. quæst. 4. num. 15.* ubi perperam docet, hanc Regum Hispaniæ exemptionem ab Imperio, de facto magis, quam de jure procedere, & Marta *d. cap. 21. num. 13.*

Quo fit, ut hanc Novi Orbis conquisitionem absque ulla Imperatoris auctoritate jure proprio
71 facere potuerint, † cùm ipsi in suo Regno Monarchæ sint, & eadem, quæ de Imperatore dicuntur, in quolibet Rege, eum non recognoscente procedant, ut post Petr. de Bella pertica, & Bald. *n. 4. in l. exemplo, C. de probat.* Andr. de Isern. *in c. 1. §. si quis de menio, col. penult. num. 19. de controvers. invest.* & plurimos alios, quos referunt, latè docent Roland. à Valle *consil. 66. num. 20. lib. 2. consil. 86. num. 20. lib. 1.* Menchaca *dict. lib. 1. quæst. illustr. cap. 22. numer. 13.* Borrell. *dict. c. 53.* Mastrillus *dict. c. 4. num. 4. & 25.* Rusticis *dict. c. 10. num. 35.* cum *seqq.* & latius *num. 45.* & Cevall. *dict. glos. 18. num. 4. & 5. & 47.*

72 Quinimò † & porentiùs, dignius, & antiquiùs esse jus, ac dominium, quod Reges liberi habent in suo Regno, quàm quod Imperator habet in imperio, apertis verbis testatur *d. l. 8. tit. 1. part. 2.* ubi Gregor. Lop. Andr. de Isern. *in c. 1.* de vassallo decrep. ætat. Bald. *in l. 1. C. de summ. Trinit. Purpurat. in rub. de juridict. omn. jud. num. 12. & in l. Imperium, num. 123.* Petr. Belluga *in Specul. Princip. rub. 14. §. veniamus, num. 1.* Redinus *ubi supra, n. 9.* Mar. Freccia *de subfeudis, lib. 1. tit. de orig. Baronum, n. 36.* Corset. *de potest. Regis, quæst. 104.* Petr. Gregor. *3. part. Syntagm. lib. 47. c. 20. num. 3. & de Republ. lib. 26. c. 5. num. 7.* Alexand. ab Alexand. *lib. 1. dier. Genial. cap. 2. vers. Nomen verò Imperatoris*, ubi Tiraquel. *in addit.* Suar. *in quæst. majoratus à n. 23. usque ad 31.* Matth. de Afflictis *in prælud. ad constitut. Regn. Neapol. quæst. 13. per totam*, Boer. *decis. 178. num. 9.* Burgos de Paz *in dict. proœm. leg. Tauri, n. 143. cum seqq.* Borrell. *dict. c. 48. num. 8.* Aceved. *in l. 1. num. 17. tit. 1. lib. 4. Recopil.* Villalob. *in antinom. jur. Civil. & Regii, c. 1. per tot.* Bobadilla *in dict. Polit. lib. 5. c. 5. num. 7. pag. 902.* Vald. *in dict. c. 18. num. 33.* Mastrill. *d. cap. 4. num. 3.* & novissimè Calist. Remir. *dict. tractat. de leg. Regia, §. 2. num. 41. & cap. 4. num. 2.* & alii relati à Petr. Gilkenio *d. auth. quas actiones, c. 9. n. 16.* & Petra *c. 34. q. 4. n. 33.*

Quæ omnia in terminis quæstionis, de qua agimus, longè certiùs atque apertiùs procedent, si animadvertamus, † ipsum Carolum V. Imper. 73 Augustum, simul atque Imperii coronam accepit, solemni sacramento præstito promisisse, se libertatem, atque exemptionem ab Imperio, quàm Hispaniæ Regnum habebat, nullo modo refragaturum, & generaliter protestatum fuisse, ea omnia, quæ ad ejusdem Hispani Regni gubernationem facturus esset, Regio tantùm, non Imperatorio jure censeri, ac judicari debere. Cujus protestationis verba ad literam refert Vald. *dict. c. 8. n. 4.* & Ceval. *d. glos. 18. n. 34.*

Et est simile † quod ab eodem Imperatore 74 decidirur *in l. 8. tit. 1. lib. 6. Recop.* nempè privilegia nobilitatis, † & exemptionis, quæ aliqui- 75 bus Hispani Regni subditis, & vassallis tamquam Imperator concessit, solùm in terris Imperii vires, & effectum sortiri debere, circa cujus legis justitiam, & praxim plura utiliter congessit Joan. Gutierr. *lib. 4. pract. quæst. 11. per totam.*

Unde illud etiam nascitur, † quod dixit Ol- 76 drad. *cons. 69. num. 6.* Hispanos scilicet legem habere, per quam capite puniunt eos, qui in judicio leges Imperatorum allegant, quod quamvis certum non sit, ut advertit Ceval. *d. quæst. ult. num. 41.* attamen certissimum est, quod saltim prohibemur, eas in vim legum allegare, sed tantum in vim rationis, ut constat *ex l. Tauri,* & traditis à Burgos de Paz *ibid. à n. 59.* Palac. Rub. *in introduct. rub. de donat. inter.* Didac. Perez *in proœm. leg. ordin. quæst. 3.* Greg. Lop. *in l. 5. verb. De otra ley, glos. 2. tit. 1. part. 1.* Matienz. *in l. 2. glos. 1. num. 15. tit. 5. lib. 5. Recopil.* & plures alii, quos novissimè refert Pat. Vasquez *dict. disp. 153. cap. 2.* & Pat. Salas *dict. disp. 7. sect. 9.*

CAPUT XXII.

De decimo, & efficacissimo titulo, qui ex Romani Pontificis donatione, & concessione deducitur: Et an, & quatenus verum sit, illum circa personas, bona, & Regna fidelium & infidelium, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus disponere posse.

SUMMARIUM.

1 *Pontificiæ concessionis titulus in quæstionem deducitur.*
2 *Pontifex Summus an sit totius mundi supremus Monarcha in spiritualibus, & temporalibus, arduus est, & antiqua quæst.*
3 *Labor suus unicuique prodesse debet.*
4 *Papæ nullam omninò jurisdictionem temporalem Hæretici concedunt, cui damnantur & convincuntur.*
5 *Constantini Augusti donatio Ecclesiæ facta pluribus comprobatur.*
6 *Jurisdictionem nullum temporalem extra terras Ecclesiæ Pontificem Romanum exercere posse*, multi asseverant.
7 *Imperia, & Regna temporalia ab Ecclesia non pendere* plures affirmant.

Deum

8 *Deum verum, & immediatum Imperii temporalis jurisdictionis Auctorem* quidam constituunt.
9 Lex 1. & 7. tit. 1. part. 2. *illustratur.*
10 *Auctores plures citantur, qui temporalem jurisdictionem Pontifici negant, in terris Imperii, vel aliorum Principum secularium.*
11 Dantes *Poeta Florentinus, scripsit librum pro imperii Monarchia.*
12 *Antonius de Rosellis hæreticos vocare audet eos, qui dicunt, imperium pendere ab Ecclesia.*
13 *Lud. Bavarus Imp. legem condidit contra asserentes, Imperium pendere ab Ecclesia.*
14 *Pontificis Romani eligendi potestas aliquando Imperatori commissa dicitur.* Et num. 35.
15 *Philippus Pulcher Galliæ Rex imprudentes contentiones habuit cum Bonifacio VIII. eum in temporalibus recognoscere, nolens.*
16 *Galliæ Reges multum detrectant Papam in temporalibus recognoscere, & de juramento, & lege ab eis super hoc articulo lata.*
17 *Pontifex Romanus supremam universalem in spiritualibus, & temporalibus jurisdictionem & dominationem habet ex multorum tententia.*
18 *Regna omnia, & Imperia mediatè ab Ecclesia derivari*, plurimi docent.
19 *Auctores plurimi utriusque Scholæ citantur, qui indistinctè utrumque gladium Pontifici tribuunt.*
20 *Pontifex* appellatur totius mundi Dominus.
21 *Imperium potest Summus Pontifex de Germanis ad Hispanos, si velit, transferre.*
22 *Jurisdictionem temporalem Ecclesiæ tentans auferre, in sua iniquitate confundetur.*
23 *Gotthifredus Viterbientis Auctor antiquus universalem, & temporalem Ecclesiæ jurisdictionem agnoscit.*
24 *Papæ, qui negant exercitium temporalis jurisdictionis, vel Imperium ab Ecclesia pendere, hæretici à multis censentur.*
25 Dantes *Poeta quare fuerit de hæresi post mortem damnatus.*
26 *Ludovici Bavari Imp. gesta omnia contra Ecclesiam damnata sunt.*
27 *Joan. Hus error affirmantis, Imperium non pendere ab Ecclesia in Concilio Constantiensi damnatus fuit.*
28 *Philippi Pulchri superbia* per Extravag. unam sanctam *correcta fuit.*
29 *Bavariæ Duces religiosissimi, & Sedis Apostolicæ devotissimi sunt.*
30 *Lotharius Cæsar Romæ pileus inspicitur à Pontifice Imperii coronam recipiens.*
31 *Henricus IV. Galliæ Rex qualiter Ecclesiæ auctoritatem, & temporalem jurisdictionem agnoverit.*
32 *Imperatorum, & Regum exempla plura qui Romanæ Ecclesiæ maximam reverentiam, & obedientiam habuerunt*, remissivè.
33 *Pietas in Deum, & Ecclesiam est præcipuum regnorum fundamentum.*
34 Cap. Adrianus, distinct. 63. *exponitur, & falsam historiam continere ostenditur*, num. 39.
35 *Pontificis Romani erigendi, & Sedi Apostolicæ ordinandæ auctoritas qualiter data fuerit Carolo Magno.*
36 Cap. in memoriam 3. distinct. 19. c. 2. distinct. 10. cap. generali 25. quæst. 1. *expenduntur.*
37 *Ludovicus Pius renuntiavit privilegio eligendi Pontificem.*
38 Cap. ego Ludovicus distinct. 63. *exponitur.*
39 *Liberæ sunt omnium Prælatorum Ecclesiasticorum electiones.*
40 *Papam non habere jurisdictionem temporalem, nisi indirectè, & in ordine ad spiritualia*, multi opinantur.
41 Herciscundi *appellantur, qui inter duas opiniones contrarias, medium eligunt.*
42 *Jurisdictionis Pontificiæ in spiritualibus & temporalibus differentiæ quæ sit.*
43 *Pontifex exigente fine supernaturali Imperatores, Reges, & Principes gladio etiam temporali coercere potest, qui tunc verius ratione finis*, spiritualis *appellari poterit.*
44 *Papa, ubi gladio materiali opus est, illum non sua sed aliorum Principum fidelium manu exercere debet.*
45 *Auctores plurimi pro hac opinione citantur, quæ tolam indirectam temporalem jurisdictionem Pontifici tribuit.*
46 *Gersonem tamquam adulatorem Papæ cur notet Almainus.*
47 *Bellarminus, & alii gravissimi Theologi quibus terminis explicent jurisdictionem temporalem, quam R. P. in seculares Principes habet.*
48 *Jurisdictionem spiritualem esse omninò distinctam à temporali, qualiter intelligendum sit.*
49 *Reges Hispaniæ, & alii in temporalibus superiorem non recognoscunt.*
50 *Regum exemptio, & libertas in temporalibus, qualiter intelligi debeat.*
51 *Jurisdictio Papæ spiritualis subordinat sibi temporalem Regum, & Principum.*
52 *Papa est judex Principum non recognoscentium superiorem, maximè ratione peccati.*
53 *Papa est præcipuus Cæsar, & Princeps Regum terræ, & supra omnem jurisdictionem.*
54 *Pontifices Summi sæpè gladio temporali adversus seculares Principes usi reperiuntur.*
55 *Jura plura citantur, quæ adducunt exempla Imperatorum, & Regum, qui à Pontificibus privati, aut puniti sunt.*
56 *Auctores plurimi recententur, qui varias historias congerunt Regum à Romanis Pontificibus temporaliter punitorum, & depositorum.*
57 *Navarræ regnum Julius III. Joanni, ut schismatico adimit, & Regibus Catholicis occupandum concessit.*
58 *Angliæ regnum ratione hæresis, & schismatis à Pio V. & Sixto V. Philippo II. Hispaniæ Regi adjudicatum est.*
59 *Imperatores, & Principes seculares dedignari non debent Pontifici subjici.*
60 *Aurelianus Imperator, licèt Ethnicus, Romani Pontificis dignitatem agnovit.*
61 *Regna, & Imperia eò magis augentur, quò magis Sedi Apostolicæ subjiciuntur.*
62 *Ecclesiæ auctoritatem, & jurisdictionem temporalem augeri, convenientissimum est.*
63 *Othonis Frisingensis dubitatio diluitur, dum quærit, an antiqua humiliatio, vel hodierna exultatio Ecclesiæ magis conveniat.*
64 *Bapt. Fulgosii verba expenduntur de Pontificum in Reges, & Imperatores potestate & auctoritate.*

SUperest modò, ut quando in concessionis, sive confirmationis Imperatoriæ jure parum roboris esse ostendimus, ad Indorum infidelium provincias occupandas, & adquirendas, diligenti disputatione examinare conemur, † an justior, 1 ac validior ille alter titulus judicari debeat, qui ex vi, & auctoritate donationis Alexandri VI. Summi Romanæ Ecclesiæ Pontificis peti solet, quâ apertis, & bullatis (ut dicunt) literis gloriosissimis, & re ut nomine Catholicissimis Hispaniæ nostræ Regibus Ferdinando, & Elizabeth, eorumque hæredibus, & successoribus omnes insulas, & terras firmas pleno jure donavit, concessit, & assignavit, quæ versùs Occidentem, & Meridiem detectæ, & in posterum detegendæ essent, & per alium Christianum Principem actualiter tunc temporis possessæ non invenirentur.

Cujus quæstionis decisio ex ea dependet, an Summus Pontifex, † tamquam Christi in terris 2 Vicarius, omnibus, & in omnibus præsse, & dominari videatur, & de Regnis, & provinciis fidelium non solùm in spiritualibus, verùm etiam in temporalibus disponere possit? Quæ quidem,

ita

ita multis & magnis, antiquis, & recentibus utriusque censuræ Auctorum tractatibus, & lecturis passim disputata conspicitur, ut imprudens plane, aut etiam impudens videri possem, si eam ex professo, atque ad longum repetere vellem, & doctis aliorum lucubrationibus expilatis, paginas nostras onerare potiùs quàm honorare.

3 Quare, † quoniam testante Casiodoro *lib. 2. var. epist. 33. Æquum est, ut uniculque proficiat labor suus, & sicut laborando agri vit incommoda, ita perfectis rebus consequatur augmenta*; ea dumtaxat brevi stylo perstringam, quæ ad hujus articuli veritatem aperiendam, sive enodandam, magis conducere videbuntur. In eo namque, ut recte in simili scribit Navarr. *in cap. novit, de judic. notab. 3. in princip.*

> *=Longævam fecit discordia litem,*
> *Assimilemque jugis loris, quæ Gordius olim*
> *Nexuit, atque Jovis Phrygii suspendit ad aras.*

4 Primò, etenim † quidam existimarunt, Summum Pontificem ex jure divino nullam prorsus temporalem potestatem, & jurisdictionem habere, neque ullo modo Principibus secularibus fidelibus, & multo minus infidelibus imperare posse, nedum eos regnis, & dominiis privare, etiam si illi aliqua peccata commiserint, quæ hanc, vel alias pœnas mereantur. Quoniam pugnare inquiunt cum verbo Dei, quod unus homo sit Princeps Ecclesiasticus, & politicus simul; & in duabus illis clavibus Petro concessis, per alteram significari potestatem Ecclesiasticam, sive spiritualem; per alteram verò scientiam seu discretionem.

Sed hæc opinio, quæ Calvin. Petr. Martyr. Brentium, & alios hujus temporis sectarios habet Auctores, meritò, ut hæretica, jampridem damnata est *in cap. omnes 22. dist. cap. violatores 25. quæst. 1. extravag. unam sanctam, de majorit. & obedient.* & validissimis aliis rationibus, & testimoniis convincitur ab illustr. Card. Bellarm. *tom. 1. Suar. controvers. lib. 5. de Roman. Pontif. c. 1. & 9.* Lancelot. Conrad. *in templo omn. ind. lib. 2. cap. 1. §. 1. vers. Clavis autem;* Læl. Jordan. *in d. extravag. unam sanctam, & in tract. de Roman. sed. orig. c. 8. n. 36. & seq.* Par. Joan. Sal. *de legibus, q. 95. disp. 7. sect. 6.* Param. *de orig. inquisit. lib. 3.* ubi latissimè agit de Summi Pontificis potestate, *quæst. 1. opin. 1.* Marta *de jurisd. 1. part. c. 11. & seqq.* & Calist. Remir. *in tract. de lege Regia*: Aragon. *§. 2. numer. 30.* qui hæreticorum argumenta, sive sophismata facili negotio convellunt, & doctissimè Valenzuela *in monit. contra Venetos, 7. part. ex num. 34. & part. 3. ex num. 50.* ubi † pluribus comprobat, & eorumdem hæreticorum calumniis defendit, donationem Occidentalis Imperii à Constantino Imperatore Beato Sylvestro Papæ, & ejus successoribus factam: de qua etiam plenissimè agit Param. *dict. opin. 1. ex num. 40.* Hieronym. Alban. *de immunit. Eccles. num. 72. in tract. de donat. Constan.* Marta *ubi suprà, capit. 20.* Jodocus Coccius *in Thesaur. Catholic. 1. tom. lib. 7. de Hierarch. Eccles. art. 10.* ubi plures alias donationes Ecclesiæ Romanæ factas adducit: Molin. *de justitia, & jure, tract. 2. disp. 25.* & Illustrissim. Cardin. Baron. *in Annal. Eccles. tom. 3. anno Christi 324. ex num. 117.* & Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catholic. capit. 47. ex num. 20.*

Alii verò, licèt in persona Romani Pontificis utrumque gladium concedant, tamen usum, & exercitium ad terras Ecclesiæ dumtaxat restringunt. Cæterùm † in terris Imperii, & in aliis 6
Regnis, quæ temporaliter Ecclesiæ non subsunt, & circa ipsos Imperatores, & Reges, nihil in temporalibus per Pontificem disponi, aut decerni posse asseverant; quoniam eorum † dignitas, 7
& potestas ab spirituali, & Pontificia non pendeat, potiùs distincta sit, nec invicem confundenda, cum utraque à Deo immediatè originem † ducat, quem verum, & unicum totius Impe- 8
rii, & jurisdictionis fontem, atque Auctorem constituunt; de quo etiam Nos aliqua diximus *suprà hoc lib. cap. 2. ex num. 1.* & plura congerit Castell. à Bobadilla *in Politica, lib. 2. cap. 17. num. 2.* Valenzuela *ubi suprà, 5. part. n. 225.* Et † potest expendi *lex 1. in fine, & l. 2. tit. 1.* 9
part. 2. ibi: *Bien otrosi dixeron los Sabios, que el Emperador es Vicario de Dios en el Imperio para facer justicia en lo temporal, bien assi es como lo es el Papa en lo espiritual*, quod idem ad Regiam potestatem extendi ur *in l. 5. 6. & 7. eodem tit.* & *in Proverb. cap. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt* & ad Roman. 13. *Non est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt.*

Quam opinionem † proponit Bald. *in proœm.* 10
ff. col. penult. ubi ait, omnes Legistas eam tenere pro maxima: Cyn. & Jacob. de Aretio relati ab Alberic. *in l. bene à Zenone, num. 16. C. de quadr. præscript.* Oldrad. *cons. 83.* Jacob. de Belvis. *in auth. de fide instrument. §. 1.* Jacob. Almain. *in tract. de potest. Eccles. & sæcul. 1. part. cap. 9.* & plurimi alii, quos refert Restaur. Castald. *in tractat. de Imper. quæst. 4. & 5.* Michaël Ulcurrun. *in tractat. de regim. mundi, 3. part. quæst. 2. princip.* Navarr. *dict. c. novit, notab. 1. ex num. 21.* Menchac. *lib. 1. controvers. illustr. cap. 21. n. 21.* Param. *d. lib. 3. quæst. 3. opin. 2.* ubi eam communem legistarum appellat Cevall. *in 4. tom. pract. commun. quæst. ult. ex n. 240.* Osasc. Cacheran. *decis. Pedem. 30. num. 4.* Joan. Azor. *tom. 2. instit. Moral. lib. 10. c. 2.* Marta *de jurisd. 1. part. c. 17. num. 23.* Petr. Gilken. *auth. quas actiones, C. de sacros. Eccles. cap. 9. ex num. 7.*

Et in ejus defensionem † Dantes Poëta Floren- 11
tin. in libro, cui *Monarchiæ* titulum fecit, integram disputationem scripsit, an Imperium dependeat ab Ecclesia? & viginti fundamenta consideravit Bermond. Choveron. *in tract. de publ. concubin. verb. Etiam si Regali, ex pag. 376.* & adeò † probatur ab Anton. de Rosellis *in tract. de po-* 12
test. Pap. & Imperat. in princip. & in §. ne prolixius, ut ausus fuerit affirmare, hæreticum esse, asserere Romanum Pontificem temporalem potestatem à Deo habuisse, & habere, eamque Imperat. tradere. Circa quod plura etiam novissimè molitur Gerard. Mainard. omninò videndus, *lib. 4. decis. Tholos. decis. 100. per tot.*

Unde ut iidem Auctores recensent, & Fulv. Pacian. *in tract. de probat. lib. 2. c. 35. num. 34.* Ludovic. Bavarus Imperator † simul cum Impe- 13
rii

rii Electoribus legem condidit, quâ declaravit, potestatem Imperatoriam esse immediate à Deo, & Majestatis reatum eos omnes incurrere, qui dicerent, electum ad Imperium ante coronationem verum Imperatorem non esse.

14 Et † *in cap. Adrianus, 2. dist. 63.* aliquando cautum ab Adriano Papa, & universa Synodo legimus, ut apud Imperatorem Carolum Magnum jus, & potestas eligendi Romanum Pontificem, & ordinandi Sedem Apostolicam resideret, circa quod plura congessit Petr. Cened. *in collect. ad Decretum, c. 64. n. 1. pag. 93.*

15 Philippus † quoque Galliæ Rex, cognomento *Pulcher*, magnam cum Bonifacio VIII. super hoc contentionem habuit, beneficiorum, & præbendarum occasione, quarum collationem sibi Regio jure pertinere dicebat, & cum ad eum Pontifex scripsisset, ut ab hoc deinceps supersederet, scireque, quod in spiritualibus & temporalibus sibi superat: Rex iis literis indignatus, eas in suo palatio coram pluribus comburi fecit, & liberè nimis, respondit, se in temporalibus alicui non subesse, & mandatis ejus circa collationem præbendarum parere noluit, ut constat ex his, quæ Platin. Mason. Sttuic. Illesc. & alii in ejusdem Bonifacii vita scripserunt, & ex Bermon. Choveron. *ubi suprà, num. 9.* Mainard. *num. 23.* Marta *num. 14.* Joan. Lup. de Palaci Rub. *in tractat. de obtent. & retent. Reg. Navar. 2. part. §. 6.* Petr. Belleforest *in Annal. Franc. lib. 4. c. 43.* ubi dictarum epistolarum verba ad literam referunt; & ex Robert. Gaguino in vita ejusdem Philippi Pulchri, ubi ait, *quod Bonifacius Christi præceptorum minimè recordatus, adimere, & conferre Regna pro suo arbitrio conabatur. Cum non ignoraret ejus se loco versari in terris, cujus Regnum non de hoc mundo, & terrenis rebus, sed de cœlestibus esset.*

16 Quod † factum (licet novissimè excusare tentet, & prædictas epistolas ab hæreticis confictas esse, Michaël Maucler. *de Monarch. 4. part. lib. 7. c. 18.*) Ita reliqui Galliæ Auctores, imò & Reges probasse videntur, ut in ipsa inauguratione jurare soleant, defensuros sese jura, statutaque antiqua Ecclesiæ Gallicæ, præsertim in hunc diem literis Sacramentum Philippi Valesii legatur, sub ejus statua, pro foribus Fani Senonensis, hoc disticho:

> *Regnantis veri, cupiens ego cultor haberi*
> *Jura rem cleri, libertatemque tueri.*

Ut præter alios novissimè tradit Anton. Mornac. *in observat. ad l. 2. C. de summ. Trinit. & in l. 4. eod. tit.* ubi addit, in codice liberalis Ecclesiæ Gallicæ, legem quamdam, his verbis conceptam haberi: *Regnum Franciæ dare in prædam Papæ non potest, neque eo Regem privare, aut alio quovis modo disponere.*

Verum hæc sententia meritò etiam damnatur, & multis argumentis convincitur ab innumeris aliis, & gravissimis Sacræ Theologiæ, & juris Pontificii DD. qui tertiam opinionem præcedenti omninò contrariam constituentes, † absolutè, 17
& indistinctè resolvunt, in Romanum Pontificem tamquam Petri successorem, & Christi in terris Vicarium, per traditionem duarum clavium, non solùm spiritualem, verum etiam tempora-
lem universi Orbis dominationem & jurisdictionem translatam fuisse, superiorem utique, & ubique, potestate seculari Imperatorum, & Regum, & etiam in ipsorum regnis, & personis, ubi opus fuerit, exercendam. Quoniam licèt negari non possit, omne Regnum, & Imperio immediate à Deo † procedere, mediatè tamen, & tamquam 18
à causa secunda ab Ecclesia, & ejus Vicario derivari inquiunt, & in Imperatores, Reges, Principes, & alias seculares potestates ex divina ordinatione, & dispensatione transferri.

Quam † sententiam ex Theologis probant D. 19
Thom. *lib. 3. de regim. Princip. c. 10. 15. & 19.* Dionys. Carthus. *2. Sentent. distinct. 44. q. 3.* Alex. de Ales *in sum. 4. part. q. 10. p. 2. §. 2. in verb. Pro Rege nostro, & in 3. p. q. 40. memb. 5.* Hugo de S. Victore *lib. 2. p. 2. cap. 4.* S. Bonaventura *in 4. dist. 37. in exposit. literæ, dub. 4. & in lib. de Eccles. Hierarch. part. 2. & in opusculo de auctoritate Papæ*, ubi affirmat, idem sentire Hubertinum de Casale, & Petr. de Tarantasia, Rainer. Pisan. *in summa, verb. Dominium, cap. 5.* B. Joan. à Capistrano *in tract. de auctorit. Pap. part. 1. 2. part. num. 4. & 5.* Gabriel Biel. *in exposit. Canon. lect. 23.* Ægid. Roman. *in lib. de potest. Eccles. c. 7.* Alexand. de S. Elpidio *eod. tract. cap. 6.* Jacob. de Viterbo, Guillelm. Cœmonens. D. Bernar. *lib. 4. de consideral. ad Eugen.* Alvar. Pelag. *de planctu Eccles. lib. 1. c. 13.* Sylvest. *in sum. verb. Papa, §. 10. & 11.* Joan. Selestadiens. *in quadrivio, part. 1.* Tartaret. *in 4. distinct. 18. quæst. unic.* Naclant. *lib. de potest. Papæ*: Henric. Gandavens. *quodlib. 6. quæst. 23.* Divus Antonin. *in sum. tit. 3. de domin. Reg. cap. 2.* Augustin. Anconitan. *in sum. de potest. Eccles. q. 1. art. 1. 7. 8. & 9.* & alibi sæpè, & *q. 23. art. 1. & 4.* Francisc. de Sylvestris Ferrariensis *lib. 4. adversus Gentes, cap. 76.* latè probant, & magis communiter sequuntur, DD. *in d. cap. novit, de judic. c. solitæ, de major. & obedient. cap. causam quæ el 2. c. per venerabilem, qui filii sint legit.* Bart. *in lib. 1. §. 1. num. 4. ff. de requir. reis*: Oldrad. *cons. 180. num. 15. & cons. 191.* Alex. *cons. 2. n. 8. vol. 1. & cons. 24. in fine, vol. 5.* Alvarot. *in c. 1. in princip. n. 6.* quis dicatur Dux: Zabarel, *cons. 154.* Cataldin. *in tract. de potest. Papæ in addit. num. 3.* Hugo *in tract. de officio quatuor prælat. 1. part. tit. de duplici potest. Papæ, num. 1. & seq.* Joan. Lup. de Palac. Rub. *in tract. de libert. Eccles. q. 13. & de obtent. Regn. Navarræ, 2. part. per totum.* Cardin. Jacobat. *lib. 6. de Concilio, art. 5. n. 19. & lib. 10. art. 8. num. 5.* Marquard. *de Jud. & Infidel. 1. part. cap. 14.* Alciat. *in epist. inter eleras, Cod. de summa Trinit.* Pet. Malferit. inter consilia Mandelli *consil. 769. vol. 4. num. 40. & 86.* Læl. Zech. *in tractatibus Theologicis loco 5.* Bertrand. *cons. 331. num. 6. vol. 4.* Hieronym. de Monte *in tractat. de finib. regund. cap. 4. num. 2. & c. 11. num. 5.* Joann. Gatc. *in tract. de nobilit. gloss. 9. num. 29. & 53. & gloss. 48. §. 3. à num. 4.* Spin. *in specul. testam. glos. 28. n. 23. & seqq.* latè & optimè Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 13. per tot.* Hieronym. Balb. *in l. de coronat. Imperat. Caroli V.* Joann. Boter. *in relat. univers. 2. part. lib. 4. ex p. 228. ad 240.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Ca-*

Catholic. cap. 47. ex num. 57. & in summa decis. lib. 1. tit. 4. fol. 10. Petr. Cened. *in collect. 167. ad Decretales, n. 1.* Cardinalis Tusch. qui plurimos refert, *practi. concluf. jur. verb. Imperator, conclus. 31. 32. & 39. & verb. Papa, conclus. 41.* Marc. Anton. Peregrin. *in tract. de jure Fisci, lib. 1. tit. 2. per totum*, præcipuè *num. 2. & 20.* Thom. Boc. *de temporali Eccles. Monarch. & jurisdict. lib. 1. cap. 1. pag. 13. & c. 23. pag. 231. & de jure st. t. Eccles. lib. 2. cap. 9. & sequent. & de Italiæ statu adversus Machiavel. lib. 4. c. 5. pag. 42.* ubi securè affirmat communem opinionem Theologorum, & Canonistarum esse, quòd Papa sit absolutus Dominus spiritualium, & temporalium, *& de ruinis Gentium, lib. 1. cap. 18. pag. 106. & 107.* ubi quòd Dominium spirituale subordinat sibi temporale; *& de sign. Eccles. Dei, lib. 17. c. 3. lib. 18. cap. 1. & 2.* ubi multa ad eamdem rem eruditè considerat, & initium, & progressum Pontificiæ dignitatis illustrat Castell. à Bobadilla *d. cap. 17. num. 3. & 9.* ubi eam seculiorem, & receptiorem appellat: Andr. Fachin. *l. 5. controvers. juris civil. c. 89.* ubi defendens dictam epistolam inter claras ab impugnationibus Hotmani, & aliorum hæreticorum, plura circa eamdem temporalem Pontificum potestatem congessit, & melius, & copiosius cæteris eruditissimus Div. Joann. Baptist. Valenzuela *in d. monit. contra Venet. 4. part. ex num. 178. & part. 5. num. 226. & part. 7. ex num. 12. 34. & 40.* Camill. Borrell. *de præstan. Reg. Catholic. cap. 47. ex n. 42.* novissimè Marta *de jurisdict. 1. part. cap. 17.* cum multis sequentibus: Franc. Torreblanc. *lib. 3. de Magia, c. 4. per totum, & cap. 20. num. 31. & sequentib. & lib. 4. cap. 1.* Anton. Cardos. *in repertorio Judicum, & Advocat. verb. Papa, num. 2. & 3.* Paleot. *de sacro Consistorio in concl. operis, memb. 5. p. 563. littera B.*; DD. Garcia Mastrillus *de Magistrat. lib. 1. cap. 2. per totum*, præcipuè *n. 18.*

20 ubi † quod Summus Pontifex totius *mundi Dominus* appellatur, & est Summus Princeps, omnem habens plenitudinem potestatis, & quòd hoc est plus quam lucè clarius, & licèt aliqui contrarium teneant, nihilominus sine ratione loquuntur, nec allegati merentur. Petr. Andr. Canonher. *in Aphorism. mor. & Polit. Hippocrat. lib. 1. pag. 319. & segq.* & Fr. Joan. à Ponte *de convenient. utr. Monarch. lib. 1. cap. 5. in princ. pag. 23. & c. 6. §. 1. pag. 30.* ubi eamdem Pon-

21 tificum potestatem indistinctè tuetur, † & resolvit, eos posse, si velint, Imperium à Romanis ad Hispanos transferre: & Seraph. Freit. *de Imper. Asiat. c. 6.* qui latè, & eruditè loquitur, ac rem ex suis primordiis deducens, argumentis Incognitis *in tract. Maris liberi*, plenè respondet.

Et licèt hanc opinionem in totum non probet, viginti tamen argumenta pro ea considerat Bermond. Choveron. *in dict. tract. de public. concubin. verb. Etsi Regali, ex n. 8.* & latè de eadem agit Navarr. *in dict. c. notab. 3. ex n. 147.* Covarr. *in dict. reg. peccatum, 2. part. §. 9. n. 5. vers. Primum an verum, & num. 7.* Menchaca *lib. 1. controvers. illustr. cap. 20. num. 2. vers. Contrariam*, & latissimè Ludovic. à Param. *dict. lib. 3. quæst. 1. opin. per tot.* ubi communem Canonistarum esse testatur.

Quibus addere licet Guillielm. Benedict *in c. Raynutius de testam. verb. Et uxorem, decis. 1. n. 8.* ubi, quamvis natione *Gallus*, doctè eamdem sententiam prosequitur, & *num. 21.* addit, † quod jurisdictionem Ecclesiæ temporalem ten- 22
tans auferre, in sua iniquitate confunditur.

Et † Gotthilfredum Viterbiensem, Auctorem 23
cæteris antiquiorem, qui, ut refert Cardin. Baron. *anno Christi 1186. n. 22.* eodem anno suam historiam vulgavit, quam ob rem universalitatem *Pantheon* appellavit. Eamque Urbano III. obtulit, & licet fuerit Friderici Imperatoris, & Henrici ejus filii Notarius, qui maximas cum Sede Apostolica contentiones habuerunt, minimè tamen desitit, quin liberè sæpè professus sit, Imperatores, & Reges debere subditos esse Papæ, ejusque auscultare mandatis. Quod præcipuè testatur in præfatione eidem operi præfixa, ubi sic exordiuntur: *Deum sacrosanctæ Matris nostræ Romanæ Ecclesiæ culmen inspicio, & ejus eminentiæ considero majestatem: illud ante omnia necessarium esse intueor, ut sicut ipsa omnibus noscitur præesse Principibus: ita omnes Reges, & Princeps & universi Orbis Ecclesiæ, doctrina ejus & regimine adornentur, & ab ea tanquam à fonte justitiæ, totius sapientiæ regula instituantur, &c.*

Unde non malè dixisse videtur Bart. *in dict. l. 1. §. 1. de requir. reis*, negantes † in Papa tem- 24
poralis gladii potestatem, & exercitium, vel quod Imperium non dependeat ab Ecclesia, hæreticos esse. & Dantem † Poëtam post mortem 25
suam quasi propter hoc de hæresi fuisse damnatum. Nam licet id audaciæ tribuat Covar. *ubi suprà num. 7. vers. Quartò, & vers. Ex qua resolutione:* & Navar. *d. notab. 3. n. 30.* eo quòd usque adhuc certa hujus articuli definitio ab Ecclesia data non sit: expressè tamen idem docet, & sequitur Bellamer. *in d. cap. novit, n. 18* August. de Ancon. *de potestat. Eccl. q. 6. 36. 39. & 46.* Specul. vitæ hum. *2. part. cap. 2.* Alvar. Pelag. *de planct. Eccles. lib. 1. c. 37. 56. & 59.* Alban. *in l. fin. num. 3. & 4. de jurisd. omn. jud.* Cardin. Alban. *de potest. Pap. 2. part. num. 17.* Abb. *cons. 28. lib. 1.* Aretin. *cons. 59.* Cardin. Jacob. *dict. lib. 10. de Concil. art. 8. num. 17.* Læl. Jordan. *de major. episcop. caus. c. 8. n. 16.* Thom. Boc. *d. lib. 4. de Italiæ statu, c. 5.* Anastas. Germon. *d. cap. 13. num. 21. & 22.* ubi ait votis frequentioribus, juris utriusque Interpretes tenere, Pontificem Maximum utriusque gladii potestatem habere, atque adeo ipsum quoque Imperium ab Ecclesia dependere, & ità de necessitate salutis credi, & teneri firmiter oportere: Marta *d. cap. 19. n. 5.* Morla *in emporio juris, 1. part. tit. 2. q. 4. n. 9.* Valenzuela *d. 7. part. num. 49. & 50.* Mastril. *d. cap. 2. n. 18.* ubi ait, quod tenentes contrarium sine ratione loquuntur, nec allegari merentur, cùm eorum dicta sint novissimè in hoc expurgata per sanctissimam Inquisitionem Hispaniæ.

Qua etiam † de causa rejici, & damnari debet 26
illud decretum Ludovici Bavari Imperatoris, cujus *suprà num. 13.* meminimus, quemadmodum re ipsa damnatum fuisse cum reliquis ejus gestis, quia Romanæ Ecclesiæ magnus persecutor fuit memorat Bald. *cons. 204. n. 3. lib. 3.* & Oldrad. *cons. 85. ad medium*, quos refert, & sequitur Tus-

Tusch. *lit. B, concl. 31.* & Marta *dict. cap. 19. num. 13. & 14.* ubi graviter Albericum repre-
27 hendit, quod illud defenderit. Et † similem errorem Joann. Hus in Concilio Constantiensi damnatum commemorat, & multo magis reprehendere posset Hervartum Germanum, qui pro ejusdem Ludovici defensione nuper contra Bocium integrum tractatum vulgavit cujus mentionem facit novissimus Christ. Befold. *in dissertat. juridic. politic. de præcedentia, & sessionis prærogativa, cap. 2. pag. 130.*

Et eodem modo explosa, & damnata fuit dic-
28 ti Philippi Pulchri, Regis Galliæ, † protervia, *per dict. Extravag. unam sanctam, de majorit. & obedient.* ut refert Palac. Rub. *ubi suprà, §. 6.* eam nimis salubrem & necessariam fuisse, inquiens, ad convincendos plures inobedientes, & rebelles Reges, & Principes seculares, qui nolunt subesse Ecclesiæ Romanæ, nec Romano Pontifici.

29 Possumusque edicto Ludovic. Bavari Imperat. eximiam † successorum ejus in Ducatu Bavariæ pietatem, Religionem, & in Romanam Ecclesiam propensionem opponere, cum nulla sit temporibus nostris, post Imperialem familiam Austriacam, quæ magis eam tueri, ac promovere conetur, ut benè observat Tusch. *ubi supr. n. ult.*

30 Et † Lotharium Cæsar. atque Imperat. Augustum (ut alios interim taceam, de quibus latè agit Marta *d. 1. p. c. 18.* & Cam. Borel. *de præst. Reg. Cath. cap. 47. ex n. 46.*) qui pietatis, & venerationis ergo, quam in Romanam Ecclesiam exhibuit in Lateranensi Basilica depictus habetur, quasi vassallus ad Innocentii II. Pontificis pedes prostratus, Imperii coronam ab ipso recipiens, his versibus, rem magis ostendentibus, ibidem scriptis:

Rex venit ante fores, jurans prius urbis honores,
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Ut habetur apud Radevicum *lib. 1. n. 9. & 10.* Fran. Horman. *in disp. de feud. cap. 8.* Marta *de jurisd. cap. 18. num. 22.* & Valenzuela *ubi suprà, part. 5. num. 106.*

31 Philippo verò Pulchro † Henricum IV. ejusdem Galliæ Regem opponere etiam licebit, apud quem, in hæresim lapsum, & ob hoc à Romano Pontifice anathematis, & privationis Regni sententia damnatum, cùm tabulæ forenses coaxarent, & variis libellis scriberent, nullam in Regno Franciæ Summi Pontificis auctoritatem esse, nec posse Regno privare hæreticum, qui jure agnationis ad sceptrum vocaretur, nec Catholicos juramento fidelitatis absolvere, quod ipsi Henrico præstiterant, nec ulla ratione de rebus temporalibus illius Regni statuere; ipse sese ad meliorem frugem convertit, & verè confiteri cœpit, majorem Summi Pontificis auctoritatem quàm suam esse, cùm videret ann. 1593. ex ejusdem Pontificis jussu omnes Regni ordines ad electionem Regis orthodoxi progredi velle, ut benè observat, & recolit Param. *ubi suprà, quæst. 1. opin. 4. num. ult.* & Rutil. Benzon. *de ann. Jubil. lib. 1. cap. 10. pag. 57. & sequentib.* ubi addit, hunc Regem Ecclesiæ reconciliatum, & à Clemente VIII. absolutum, & benedictione Apostolica donatum fuisse 17. Septemb. ann. 1595. & de ejus conversione mul-

rum Ecclesiam Catholicam exaltasse, & quem-
dam Poëtam rectè sic cecinisse:

Quem tota armatum mirata est Gallia Regem,
Mirata est etiam Roma Beata Pium.
Magnum opus est armis stravisse tot agmina, majus
Pontificis pedibus procubuisse sacris.

Et qui † plura alia exempla voluerit Regum 32
& Imperatorum, qui maximam reverentiam, & obedientiam Apostolicæ Romanæ Sedi in spiritualibus, & temporalibus exhibuerunt, legere poterit Joan. Stapleton. *in tract. de admir. magnitud. Eccles. Roman. lib. 2. cap. 4.* Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 12. de Republ.* Læl. Cechium *lib. 2. Polit. c. 5. num. 1.* Thom. Bocium *lib. 5. de jur. natur. & Divino Eccles. libert. cap. 4. & 5. & de sign. Eccles. lib. 20. c. 5.* Henric. Farnes. *de perfect. Princip. tom. 3. de Relig. in princ. & cap. 3. 20. 24.* Camill. Borrell. *de præst. Reg. Catholic. c. 47. ex num. 75.* Joseph. Stephan. *de adoratione pedum Pontificis, c. 7. & 8.* Jodoc. Coccium omninò videndum *in Thesaur. Catholic. tom. 1. lib. 7. de Hierarch. Eccles. art. 8.* & novissimè Par. Suarez *in defensione Fidei, lib. 3. c. 21. n. 7. pag. 322.*

Quod tantùm abfuit, ut quidquam eorum gloriæ, & existimationi detraxerit, ut potius inde pluris habiti, & majoribus imperiis potiti fuerint, ut tetigimus *suprà lib. 1. cap. ult. n. 88.* & pluribus probat Valenzuel. *contra Venetos, 3. part. num. 89. 5. part. num. 207. & 7. part. num. 126.* & novissimè post hæc scripta Michael Naucler. *In tract. de Monarch. lib. 8. per tot.* nimirum, quia ut præclarè inquit D. Cyril. *lib. de recta in Deum fide: Gloriosa † est in Deum pietas,* 33
& in Regiis honoribus immobile fundamentum. Et teste Valerio Maximo *lib. 4. c. 1. §. de Lucio Purio*, tunc Romani, se inundi reginen habere putarunt, cum sacris imperia servirent, & divinæ potentiæ benè, & constanter fuissent famulata.

Quibus non obstat, † quod *suprà num. 14.* 34
ex dict. cap. Adrianus, retulimus. Nam licèt sine præjudicio veritatis concedamus, quòd tunc Ecclesia, quia magnis vexabatur Longobardorum perturbationibus, se Caroli Magni protectioni commiserit, & ei eligendi Romanum Pontificem, atque ordinandi Apostolicam Sedem auctoritatem detulerit, † non tamen ob id eadem sedes 35
jus suæ prælationis, & jurisdictionis amisit, sed potius Caroli pietate, & protectione mediante, illud conservare studuit. Quod ipse Imperator satis agnovit, dum dixit: † *In memoriam Beati* 36
Petri honoremus sanctam Romanam, & Apostolicam Sedem, ut quæ nobis Sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra Ecclesiasticæ rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas, ut licèt vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur jugum, tamen feramus, & pia devotione toleremus. Quæ verba ex capitulis Caroli refert Gratian. *in cap. 3. distinct. 19.* & Naucler. *vol. 2. gener. 28.* dicit esse unum ex viginti tribus capitulis, quæ Carolus ad suos subditos misit. Et receptum est à Patribus in Concilio Triburiensi *canon. 30.* Unde etiam dixit Symbach. Papa in sexta Synodo Romana: *Non licèt Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, quidquam, quod Apostolicis regulis obviet, agere,* ut

refert idem Gratian. *in cap.* 2. *dist.* 10. ubi similia verba ex Calist. Marcell. & Adrian. Papa recenset. Imò idem Adrianus relatus ab eodem Gratiano *in cap. generali* 25. *quæst.* 1. *Generali* (inquit) *decreto constituimus, ut execrandum anathema sit, & veluti prævaricator Catholicæ Fidei semper apud Deum reus existat, quicumque Regum, vel Potentum deinceps Romanorum Pontificum decretorum censuram in quorumque crediderit, vel permiserit violandam.* Quapropter
37 † Ludovicus Pius, ejusdem Caroli in Regno, & Imperio successor, posteà rebus Ecclesiæ magis auctis, & constitutis, eidem privilegio renun-
38 tiavit in persona Paschalis primi, ut patet † *ex cap. ego Ludovicus 63. distinct.* & tradit Joan. de Selva *de benefic. 2. part. quæst.* 23. *num.* 31. Ceped. *collect. 64. ad Decretum, num.* 1.

Quæ † omnia, *ut diximus*, sine præjudicio
39 veritatis notari possunt. Nam si Illustriss. Card. Baronii censuram sequamur *in Annal. Eccles. tom. 9. anno Christi* 774. *n.* 10. *& seqq. & ann.* 964. *à num.* 22. Bellarmin. *in Apolog. pro responsione sua ad lib. Regis Angl. cap. 6. in tom. 7. suorum oper. col.* 737. *& seq.* & novissime P. Franc. Suar. *in defensione fidei contra sect. Anglican. lib. 3. cap. 29. num. 7. pag.* 365. & Seraph. Freit. *dict. cap. 6. num.* 101. falsum utique esse constabit, quod de prædicta concessione *in dict. cap. Adrianus* refertur, *& in cap. in Synodo*, statim sequenti, ut ibidem evidentissimis argumentis ostendunt. Etenim solus Sigebertus Monachus in suis historiis, quas anno 1112. scripsit 342. post Caroli Magni exitum, nimis dolosè, & fraudulenter hanc fabulam confixit, & suis scriptis intexuit, in gratiam Henrici Imperatoris Schismatici, cujus partes impensè fovebat, qui simile privilegium desiderabat, ut saltem aliquis, quamvis commentitius, extaret titulus, quo adversus Romanum Pontificem Imperator Schismaticus jure agere videri posset. Quam impostutam non advertens Gratianus, nec de re adeo gravi diligentiori examine habito, eam suæ rapsodiæ decretorum imprudenter inseruit, & aliis occasionem præbuit, credendi, verum fuisse, quod à Sigeberto esset quam mendacissimè affirmatum. Et tantùm abfuit, ut Carolus Magnus sibi arrogare voluerit, quod asseritur, ut suo potiùs promulgato decreto, non solum Pontificis, tum & reliquorum Episcoporum electiones liberas esse statuerit, atque ex sacrorum Canonum præscripto decerni, ut constat ex capitularibus, quæ ipse collegit, *lib. 1. cap.* 84. & habetur apud Gratianum *in cap. sacrorum* 34. *eadem distinctione* 63. cujus hæc sunt verba: *Sacrorum Canonum non ignari, ut Dei nomine S. Ecclesia suo liberiùs potiretur honore: assensum ordini Ecclesiastico præbuimus, ut scilicet Episcopi per electionem Clericorum, & populi, secundùm statuta Canonum de propria diœcesi, remota personarum, & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur, ut exemplo, & verbo sibi subjectis usquequaque prodesse valeant.*

Sed licèt suprà dicta opinio communis sit, & multis juribus, & Sacræ Scripturæ, ac sanctorum Patrum auctoritatibus à prætatis auctoribus confirmetur, ut *in cap. seq.* ostendemus. Sunt ta-
40 men † alii, qui ad vitanda, & fugienda argumenta, quæ contra eam expendi solent, quorum aliqua infra etiam considerabimus, media via incedentes, † herciscundorum more, ut in simili in- 41
quit Cujac. *lib.* 10. *observ. c.* 4. *& in cap. litteras de restit. spoliat.* affirmandum esse docent, Summum Pontificem absque dubio utrumque gladium habere, & supremam atque amplissimam potestatem spiritualem, & temporalem super omnes Reges, Imperatores, & Principes seculares, ea † tamen distinctione, quòd spiritualis actu, & 42
habitu apud eum resideat, & semper, & ubique per ipsum exerceri possit, & debeat; secularis autem habitu tantùm, & quasi in vagina constricta, quia ejus exercitium, sive ordinaria executio ad Principes seculares spectat, cui Pontifex se immiscere, aut præjudicium irrogare non debet, nisi ex magna, & gravi causa, & in quantum id finis supernaturalis exegerit, hoc est, Fidei, Religionis, & universalis Ecclesiæ necessitas, & utilitas, ad quam porestas spiritualis primò, & principaliter ordinatur. Tunc † 43
enim benè posse concedunt, supremam illam jurisdictionem temporalem (sive verius spiritualem, cum Ecclesiæ causam, & conservationem respiciat) ex habitu in actum, deducere, & in Reges, Imperatores, ac Principes Hæreticos, Apostatas, aut Schismaticos rebelles, & contumaces, materialem gladium distringere, illosque deponere, & suis Regnis, ditionibusque privare, & non solùm per censuras Ecclesiasticas, sed etiam pœnis externis, hoc est, vi, & armis procedere. Quamvis † maximè congruat 44
Summum Pontificem, ubi ad hoc deveniendum fuerit, id per se ipsum minimè exequi, sed aliis Principibus secularibus, benè de Ecclesia, & Sede Apostolica meritis, exequendum committere.

Quam † sententiam magis tamdem probare videtur Glos. Innocent. Joan. Andr. Abbas, Felin. 45
Decius, & alii DD. *in d. cap. quod super de voto, & in d. cap. novit.* ubi Navar. *notab. 3. ex n.* 39. idem Abb. *in c. quoniam* 13. *num.* 5. *de constit. & in cap. 6. col. 3. de jur. jur.* Bellamer. & alii *in d. cap. cautam quæ, & d. cap. per venerabilem n.* 18. qui filii sint legitimi, Joan. Parisiens. *in tract. de potest. Papæ cap.* 6. *&* 7. Hugo de sancto Victore, *lib. 2. de Sacram. pag. 2. cap.* 4. quem sequitur Alexand. Alensis 3. *parte sum. quæst.* 40. *n.* 5. *& 4. p. quæst.* 10. S. Bonavent. *in lib. de Eccles. Hierarch. part. 2. cap.* 2. Gabriel. *in explicat. Canonis Missæ, lect.* 23. latè Aufrer. *in Clement.* 1. *ex n.* 33. *de offic. ordin.* Div. Antonin. *in 3 p. summæ t.* 22. *cap.* 5. §. 8. Sylvestr. *in summa verbo Papa, quæst.* 7. *&* 10. *& sequentibus* Henric. *quod lib.* 6. *quæst.* 23. Pet. de Palud. *in lib. de potest. Eccles.* Waldens. *in doctr. Fid. lib. 2. art.* 3. *c.* 76. *& seq.* Turrecremata *in summa de Ecclesia c.* 113. *&* 114. *& in c. cum ad verum* 36. *distinct.* Joan. Thenton. *in scholis ad eum text. & ad c. quoniam* 8. *distinct.* Durand. *de orig. jurisdictio. quæst.* 3. Cajetan. *in opuscul.* 1. *to. tract.* 2. *c.* 13. *ad octavum argum. & in* 2. 2. *q.* 43. *art.* 8. Joan. Driedon. *de lib. Christ. lib.* 1. *c.* 15. *&* 16. *& lib.* 2. *c.* 2. Almain. *de potest. Eccles.* 1. *p. c.* 7. ubi † asserit, Gersonam absolu- 46
tam dominandi potestatem Papæ concedentem, ejus adulatorem esse, Jacobat. de Concilio *lib.* 7. *art.* 7. *num.* 50. *&* 51. *& lib.* 20. *art.* 8. *n.* 17. Augustin. Beror. *cons.* 147. *n.* 22. *vol.* 3. Alphons.

Al-

Alvar. Guerrerus *in speculo Princip. capit.* 16. Albanus *de potest. Papæ* 2. *p. num.* 17. Maranta *de ordin. judic.* 3. *p. n.* 30. *vers. Quæ potestas*, Bermond. Choveron. *d. tract. de publ. concubin. verbo Et si Regali, ex num.* 20. Anton. Corset. *in tract. de potest. Regia, quæstio.* 85. Albert. Pighius *lib.* 6. *Eccles. Hierarch.* Fortun. Garcia *in tract. de ult. fine vers. Justitiæ, num.* 385. Joan. Bals. *de sacro. Eccles. Princip. lib.* 2. *c.* 12. Bursat. *cons.* 90. *n.* 23. *& sequentibus, volum.* 2. Victor. *in relect.* 1. *&* 2. *de potest. Eccles. & in relect.* 1. *de Indis insul. n.* 26. Episcopo Chiapens. *in tract. comprobat. supremi dominii Indiarum fol.* 10. cum multis *sequentibus* ubi plura congerit, & in hanc sententiam omnes convenire asseverat, Domin. Sot. *de just. & jur. lib.* 4. *q.* 4. *artic.* 1. *&* 2. Nicol. Sander. *de visibus Monarch. lib.* 2. *c.* 4. Franc. Duran. *de sacris Eccles. minist. c.* 4. Fran. Vargas *in tract. de potest. Pontif. & Episcop. confir.* 10. Covarr. *d. reg. peccatum* 2. *p.* §. 9. *n.* 6. *in fine, & n.* 7. *& in pract. cap.* 1. *n.* 2. Gregor. Lop. *in d. l.* 2. *titul.* 23. *glos. mag. column.* 8. *part.* 2. idem Gregor. *per text. ibi in l.* 1. *tit.* 1. *part.* 1. Avil. *in c. Prætor. verb. Usurpan, n.* 4. Anton. Gom. *in l.* 40. *Tauri num.* 3. Menchac. *in præfat. quæstion. illustr. n.* 106. *& c.* 20. *n.* 2. Conrad. *in templo judic. lib.* 1. *c.* 1. §. 2. *quæst.* 2. *in princ. & n.* 8. *&* 18. Petr. Gregor. 3. *p. Syntagm lib.* 31. *c.* 30. *n.* 30. Anastas. Germon. *d. lib.* 3. *de sacror. immun. c.* 13. *ex num.* 27. Joan. Garc. *de nobilit. dict. glos.* 9. *n.* 4. *& seq.* Card. Reginal. Polus *in defens. Eccles. unit. lib.* 1. *pag.* 88. Nicol. Serar. 2. *tom. opusc. Theolog. disput. de legibus, articul.* 36. *pag.* 37. Sebast. Medices *in eodem tract. de legib. p.* 1. *quæstion.* 8. *in fine*, Simanc. *in Cathol. institt. tit.* 45. *de Papa, n.* 25. Corduba *in quæstionar. lib.* 1. *quæst.* 7. *dub.* 6. *vers. Sexta pars*, Dom. Bann. *in præfat. ad tract. de domin. quæst.* 4. *dub.* 2. *& in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 10. *& quæst.* 40. *art.* 1. *vers. Ad quintum*, Aragon. *in cod.* 2. 2. *quæst.* 63. *art.* 2. *dub. penult. vers. Et ut argumentis*, Lud. Molin. *de just. & jure. tom.* 1. *tract.* 2. *q.* 28. *&* 29. Emman. Roderic. *in quæstion. Regular. lib.* 1. *quæst.* 43. *articul.* 16. *vers. Tertia conclusio*, Michaël. Salon. *de just. & jure, q.* 4. *de dominio art.* 5. *colum.* 429. Osasc. *decis. Pedemon.* 30. *n.* 4. Borrell. *d. tract. de præst. Reg. Cathol. cap.* 47. *num.* 43. *& seq.* Bobad. *in Polit. d. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 5. Joan. Azor. 2. *tom. inst. Moral. lib.* 10. *c.* 6. *vers. Ad hæc omnia & lib.* 11. *c.* 5. *vers. Octavo quæritur*, Morla *in Empor. jur.* 1. *p. tit.* 2. *quæst.* 4. *n.* 9. latissimè Paramus, qui post longam disputationem hanc opinionem ut veriorem admittit, & inter discipulos D. Thom. communem esse ait, *d. lib.* 3. *q.* 1. *opin.* 4. *per totam*, Cevall. *d.* 4. *tom. pract. commun. quæst. ult. ex n.* 102. *& in tract. De las fuerzas, in prolog. num.* 8. *&* 79. & novissimus Calistus Remirez, *dict. tract. de lege Regia* Aragon. §. 2. *ex n.* 30.

47 Et † idem sequitur illustr. Cardin. Bellarmin. *in controvers. de Romano Pontifice lib.* 5. *per totum*, præcipuè, *c.* 2. 4. *&* 6. *& de translat. Imperii adversus Illiricum, & de temporali Ecclesiæ potestate advers. Barclajum*, nisi quòd rem aliis vocabulis explicans, inquit, dictam potestatem temporalem circa Reges, & Principes seculares Romano Pontifici non competere, indirectam autem, & super eminentem, hoc est, in ordine ad spiritua-
lia competere, quod etiam passim tradit, & docet eruditiss. P. Franc. Suar. *in* 3. *p. tom.* 1. *disput.* 42. *sect.* 2. *in fine*, dicens, oppositum non habere fundamentum, *& lib.* 3. *de legibus, c.* 6. *cum sequentibus, & in defens. Fidei contra sect. Anglic. lib.* 2. *c.* 5. *& c.* 11. *num.* 6. *& c.* 21. *cum multis sequentibus*, & novissi nè *in tract. de Fide disput.* 20. *sect.* 3. *à n.* 21. *& disput.* 22. *sect.* 6. *n.* 2. *& in tract. de charitate disput.* 13. *sect.* 2. *n.* 5. *& sect.* 5. *ex n.* 4. & P. Joan. Salas omnino videndus *in d. tract. de legibus, q.* 95. *disp.* 7. *sect.* 1. *n.* 7. *in fine, & sect.* 4. *n.* 29. *& seqq. & sect.* 5. *per totam*, & post hæc scripta Gabriel. Pereyr. *in tract. de manu Regia, lib.* 1. *c.* 3. August. Barbos. *in Pastorali, sive de offic. & potest. Episcop.* 1. *p. tit.* 3. *cap.* 2. Ægid. Benedict. *in l. ex hoc jure, ff. de just. & jure tom.* 1. *cap.* 3. *numer.* 16. & Seraph. Freyt. *de justo Imperio Aritico, cap.* 6. *ex n.* 58.

Juxta † quem loquendi, & docendi modum, 48
intelligi debet eorum dem auctorum assertio, dum communiter tradunt, potestatem temporalem verè distincta esse ab spirituali. † Et Reges, & 49
Principes seculares Romano Pontifici in temporalibus non subesse, & in suis titulis affirmare posse, *se solius Dei gratia regnare*, ut præter alios, de Catholicis nostris Hispaniæ Regibus loquentes, observant Navarr. *dict. notab.* 3. *numer.* 90. Borrell. Cevall. & Calist. Remir. *ubi suprà*; idem Cevall. *dict. tract. De las fuerzas, glos.* 18. *num.* 29. *pag.* 117. Petr. Cened. *in dict. collect.* 64. *ad Decretum, num.* 3. Et nos retigimus, *supra hoc lib.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 5. Id † etenim ad 50
directam & ordinariam potestatem temporalem referendum est, non autem ad supremam, supereminentem, sibi indirectam, quæ ut diximus, cùm spirituali † conjungitur, & legitima 51
causa existente, seculares Principes & eorum Regna, & imperia sive subordinat.

Atque ita iidem ipsi, & plures alii Doctores resolvunt, † Papam esse judicem Principum non 52
recognoscentium superiorem, maximè ubi materia peccati, vel aliquid spirituale concernens intervenit, ut probat Felin. per text. ibi *in d. cap. novit. n.* 4. *de iudiciis, cap. per venerabilem, qui filii sint legit.* Guido Pap. *in tract. de appellation. num.* 7. & 81. Bartol. *in l. si Imperialis, num.* 4. *C. de legibus*, Lælius Jordan. *in tract. de Rom. sed. orig. cap.* 12. *num.* 21. Petr. Gregor. *lib.* 13. *de Republ. cap.* 1. *num.* 20. Penna *in director. Inquisit.* 3. *part. comment.* 158. *pag.* 661. *vers. Præterea Romanus.*

Et eum † præcipuum *Cæsarem* appellat. Bald. 53
in l. 1. *vers. Tertiò nota, ff. de offic. Procur. Cæsar, & in l. cùm in antiquioribus, n.* 19. *C. de jure deliber.* inquit, quod Papa non est sicut homines terreni, sed Princeps Regum terræ, & idem refert, & sequitur Gregor. Lop. *in l.* 4. *tit.* 5. *p.* 1. *glos.* 2. Petr. Gregor. *lib.* 47. *Syntag. c.* 4. *n.* 11. & plures alii congesti à Valenzuela, *d. monit. part.* 5. *n.* 95. cum multis sequentib. *& ex num.* 232. ubi inquiunt, quod est Dominus dominantium, & supremum culmen omnium dignitatum, & super omnes jurisdictiones, *dict. cap. solitæ de majorit. & obedient. cap. venerabilis, de præbend. cap. duo sunt, cap. si Imperator* 96. *dist.* cum aliis, quæ latius trademus *in cap. sequenti*

ex num. 71. & expressiùs celebris textus, *in dict. Extravag. unam sanctam de major, & obed.* ibi: *Oportet autem gladium esse sub gladio. & temporalem auctoritatem spirituali subjici potestati, &c.*

54 Quo jure sæpè sæpius usa videtur † sancta Romana Ecclesia, & Pontifices Summi, qui illam pro tempore gubernarunt. Nam ubi sibi expedire visum fuit, adversus Imperatores, Reges, & alios Principes seculares, non solùm censuras Ecclesiasticas, sed materialem etiam gladium evaginarunt, illosque suis Regnis, & Imperiis privarunt, vel eorum administratione, & jurisdictione, quosque resipiscerent, prohibuerunt, ut apertè cons-

55 tat ex † multis exemplis, quæ deduci possunt *ex cap. Valentinianus, c. Adrianus* 63. *dist. d. c. duo, & cap. Constantinus* 69. *distinct. c. Sacerdotibus* 11. *q.* 1. glos. *in c. nullus, eadem causa, & q. & in dict. c. si Imperator. verbo Divinitus, c. si quis deinceps* 17. *q.* 4. *c. alius* 15. *quæst.* 6. *c. hortatu,* 23. *q.* 8. *c. stelus* 2. *q.* 1. *c. nos si incompetenter* 2. *q.* 1. *cap. venerabilem de elect. d. cap. novit, de judiciis, cap. per venerabilem, & cap. causam quæ, el* 2. *qui filii sint legit. cap. grandi de supplend. neglig. Prælat. cap. ad Apostolic. de re judic. cap. unico de Schismat. lib.* 6. gloss. *verb. Urbano, in Clement.* 1. *de reliq. & venerat. Sanctor.* & ex innumeris aliis, quæ non gravaremur ex omnimoda historia, & chronologicis observationibus promere,

56 & lato calamo recensere † nisi id ante Nos diligentissimè præstitissent omnes fere auctores suprà relati, & præcipuè Joan. Lop. Palac. Rub. *d. tract. de obtent. Reg. Navarr.* 2. *p.* §. 6. & 7. Bermond. Choveton. *d. tract. de publ. concubin. verb. Et si Regali ex n.* 4. Turrecrem. *in sum. de Eccles. lib.* 2. *c.* 114. *per totum*, Albert. Pigius *lib.* 5. *Hierarch. Eccles. c.* 14. & 15. Petr. Gregor. *dict. lib.* 15. *Syntag. c.* 1. *ex n.* 11. & *lib.* 26. *de Republ. c.* 4. & 5. P. Mulin. *d. tract.* 2. *de just. & jure, disp.* 29. *vers.* 3. *col.* 137. Illustriss. Cardinal. Bellarm. *lib.* 2. *de Rom. Pontifi. c.* 19. & *lib.* 3. *c.* 3. *vers. Hæc opinio, lib.* 4. *c.* 13. *vers. Deinde*, ubi late agit de depositione Henrici IV. Imper. per Gregor. VII. facta & latius *lib.* 5. *c.* 8. *per tot.* ubi duodecim insignia exempla proponit, Simanc. *d. tit.* 45. *ex n.* 25. Azala *de jure & officio belli, lib.* 1. *c.* 2. *n.* 27. Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei, lib.* 17. *c.* 3. & 4. *per totum, & in dict. tract. de jure Ecclesiast. libert. & potest. lib.* 6. *c.* 12. & *de Italiæ statu contra Machiavel. lib.* 3. *cap.* 5. & 6. Anast. Germon. *d. lib.* 13. *de sacror. immunit. c.* 13. *ex n.* 27. *ad* 50. Joan. Borer. *in relat. univers.* 2. *p. lib.* 4. ubi agit de Romano Pontifice, *ex pag.* 234. Rutil. Benzon. *de anno Jubil. lib.* 1. *c.* 10. *pag.* 57. & 58. Salas *dict. tract. de legibus, quæst.* 95. *disput.* 7. *sect.* 4. Angel. Matthæac. *de via, & ratione juris, lib.* 1. *c.* 34. *num.* 28. Valenzuel. *dict.* 5. *p. ex n.* 236. *ad* 258. Bobadill. *dict. lib.* 2. *Polit. c.* 17. *n.* 5. Camill. Borrell. *d. tract. de præstan. Reg. Cathol. c.* 46. *ex n.* 10. & *d. c.* 47. *ex n.* 46. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 1. *tit.* 2. *ex n.* 5. Iarissimè Param. omnino videndus, *dict. lib.* 3. *de orig. Inquisit. q.* 1. *opin.* 3. fere per totam; ubi plurima exempla laboriosè congessit, Matta *de jurisdict.* 1. *p. c.* 5. *ex n.* 15. & *c.* 23. *per totum.* P. Suar. *in dict. defens. Fidei. lib.* 3. *c.* 32. *ex n.* 1. & *lib.* 6. *c.* 4. *n.* 17. & *sequentibus*, & *in tract. de Fide, disp.* 20. *sect.* 3. *a n.* 21. & *dis-*

put. 22. *sect.* 8. *num.* 2. & 7. Calist. Remir. *dict. tract. de leg. Regia,* §. 2. *ex n.* 44. & novissimus Seraph. Freyt. *d. cap.* 6. *ex n.* 45. ubi post Bellarm. optimè refert, & refellit argumenta, quibus in contrarium pugnare videtur Guiller. Barclajus.

Estque † inter alia exempla illud Julii II. Rom. 57
Pontific. valdè notandum, qui Joannem Navarræ Regem, & ipsius conjugem Schismaticos declaravit, & Regno privavit. Qua occasione & aliis à Catholico Rege Ferdinando V. occupatum fuit, ut ad longum recensent Platina, Illescas, & alii *in vita ejusdem Julii*, Anton. Nebrissent. *de bello Navarriensi, lib.* 1. *c.* 2. & 3. Palac. Rub. *d. tract. de obtent. Reg. Navarr.* Garibay *in compend. histor.* 2. *part. lib.* 20. *cap.* 15. & 3. *part. lib.* 29. *cap.* 4. & *sequentibus*, Pined. *in Monarch. lib.* 27. *cap.* 8. §. 3. Borrellus *d. cap.* 46. *ex numer.* 102. & *d. cap.* 47. *num.* 69. Valenzuel. *supr. num.* 255. & Nos latius, *supr. hoc lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 63.

Et † memoria nostra Pius V. fœlicis recorda- 58
tionis anno 1569. per suam constitutionem quæ incipit: *Regnans in excelsis*, Angliæ Regnum, ob Isabellæ Reginæ detestabiles hæreses, & errores, ab ea ademit, & Christianis Principibus illud debellandi, & occupandi potestatem fecit. Et postea Sixtus V. anno 1588. de eodem Regno, ac Britonum, Philippum II. Regem Hispaniæ Catholicum investivit, ut tradunt Sander. *de orig. & progress. Schism. lib.* 1. Germon. *ubi suprà num.* 41. Bobadill. *num.* 5. *vers. Y en estos tiempos*, & Camill. Borrel. *d. cap.* 46. *num.* 189. & *seqq.*

Neque † Pii, & Christiani Principes iniquo 59
animo hanc Romanæ Ecclesiæ supremam auctoritatem ferre debent, cum † Aurelianus Imperator, licèt à Religione Christiana abhorrens, Romani Pontificis prærogativam agnoverit, ut tradit Enseb. Cæsariens. *lib.* 7. *hist. Eccles. capit.* 26. Rufin. *lib.* 7. *cap.* 30. Alan. Copp. *dialog.* 1. *cap.* 8. *pag.* 53. 60

Et † re verâ majus imperio sit submittere le- 61
gibus Principatum, *l. digna vox, C. de legibus*, ipsaque temporalis dignitas hoc modo majora incrementa recipiat, ut tetigimus *sup. num.* 33. & prosequitur Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei, lib.* 20. *c.* 8. & *seqq.* & *lib.* 20. *per totum*, & *in tract. imperia pendere à virtutibus.*

Præsertim, † cum propter malitiam tempo- 62
rum, experientia clamet, non solùm utiliter, sed etiam necessariò, & ex singulari Dei providentia, hac temporali jurisdictione, & coercitione donatos esse Pontifices, ut præclarè advertit Bellarmin. *d. lib.* 5. *de Roman. Pontif. c.* 9. quia ita † res- 63
ponder dubitationi Othonis Frisingensis *in prologo ad lib.* 4. *Chronic. suorum*, dum dixit: *Utrum Deo magis placeat Ecclesiæ, quæ nunc cernitur exaltatio, quam prior humiliatio, prorsus ignorare me profiteor: videtur quidem status ille fuisse melior iste fœlicior; assentior tamen Romanæ sedi, quam super firmam petram ædificatam non dubito, credenda, quæ credit, licitè possidenda, quæ possidet, &c.*

Idem † quoque pluribus exemplis ostendit 64
Bapt. Fulgos. *lib.* 1. *memorab. c.* 1. *de cultu Religionis*, in cujus initio sic habet: *Hoc accedit, quod*

quòd multi Reges, Imperatoresque ipsi, Regno, atque Imperatorio honore digni non creduntur, quos Religiosè Sacerdotes non unxerint, quin postea quàm assumpto diademate in Regno, aut Imperio confirmati fuere, si Ecclesiam hæresi, aut alio modo læserint, à Pontificibus regnandi, imperandique jure privantur, pluriique apud Christianos populos Religio, Pontificiaque voluntas, quàm arma ipsa, atque Regum Majestas habita est, &c.

Et alia adducit, *lib.* 6. *cap.* 3. *de severitate, fol.* 200. & *seqq.* Quæ eo magis admotanda sunt, quòd ipse idem auctor. *lib.* 2. *c.* 1. *de priscis institutionibus, fol.* 60. sui veluti immemor, eosdem Pontifices Romanos taxare videtur, quòd opibus & majestate præfulgeant: *Studiumque principalis nominis, sanctissimæque appellationis, item pedum deosculationes, etiam à Regibus, & Augustis, factas, admittant, & prima nomina, à satis humilibus primordiis incepta, in militarem, atque tyrannicam potestatem transtulerint, quæ Principum ignavia diu ferendo incorrigibilia efficit.* Et alia similia habet, *lib.* 9. *c.* 5. *de superbia, fol.* 329. quæ vel delenda sunt, vel cautè legenda.

CAPUT XXIII.

De eodem titulo, & magis peculiari Pontificiæ potestatis in concedendis Regnis, Provinciis, & bonis infidelium disputatione.

SUMMARIUM.

1 *Pontifex an possit de provinciis infidelium disponere, iterum in disputationem adducitur.*
2 *Papæ potestatem non extendi ad infideles, qui numquam de Ecclesiæ gremio fuerunt multi Doctores tenent, qui latissimè recententur.*
3 *Infideles per Papam quibus in casibus puniri, & judicari possint*, ex sententia Covarr. & aliorum.
4 *Ambrosius Catherinus vocat nimis simplices & adulatores Papæ eos, qui illam totius Orbis dominam faciunt.*
5 *Alexander VI. ex sententia Episcopi Chiapensis, Acosta, Cajetani, Sai, Victoriæ, Cordubæ, Bellarm. Bannez, Valentiæ, Molinæ, & aliorum, quorum dicta specialiter ponderantur, solùm concessit Regibus Catholicis curam conversionis, & protectionem Indorum Novi Orbis, sed contrarium*, ex numer. 63.
6 *Alexandri VI. bullam, & concessionem erroris nota tugillat Gregorius de Valentia.*
7 *Pat. Franc. Coello exquæstore Limensi, Societatis Jesu Presbyter admodum religiosus, & eruditus, laudatur.*
8 *P. Joan. de Salas summarium, in Indice parum cautè scriptum, notatur.*
9 *Michael Salon numquam dixit, Reges nostros Novum Orbem tyrannicè possidere.*
10 *Hæretici passim rident, & mordent Alexandri VI. concessionem.*
11 *Atabaliba Peruanorum Rex quid respondisse dicatur legatis Caroli V. Imp. & Alexandr. VI. donationem intimantibus.*
12 *Alexandri VI. donationem hæreticus quidam umbratilem appellat.*
13 *Auctor libri, cui titulus: Mare liberum late, & liberè in eamdem Alexandri VI. donationem debacchatur, & quàm justè idem liber prohibitus sit.*
14 *Hæreticorum delira notanda sunt, ut illis respondeatur.*
15 *Papæ jurisdictionem temporalem in toto Orbe nullibi probari*, plures affirmant.
16 *Infidelium personæ, & bona ex sententia multorum non solùm in temporalibus, verùm neque in spiritualibus Papæ subduntur.*
17 *Ovium nomine, quæ Petro à Christo commissæ sunt, fideles tantùm intelliguntur.*
18 *Infidelium respectu, Christus Petro, & ejus successoribus solùm curam prædicationis præcepisse videtur.*
19 *Papa diverso officio tuo uti debet inter fideles, & inter infideles.*
20 *D. Paul.* 1. Corinth. 5. *nullam omnino jurisdictionem Ecclesiæ adversus infideles concedere videtur.*
21 *Ecclesiæ membra sunt soli viatores fideles.*
22 *Baptismus est janua, qua Ecclesiam ingredimur, & Christi, & Ecclesiæ membra efficimur.*
23 *Pontificis auctoritas, & potestas non potest esse major quàm Christi, cujus Vicarius est.*
24 *Subrogatus non potest esse majoris potentiæ, quàm is, in cujus locum subrogatur.*
25 *Christus Dominus in quantum homo non habuit temporalem totius mundi dominationem, ex communi multorum sententia, qui referuntur*, num. 30.
26 *Jeremiæ locus* cap. 22. vers. 3. *de Regno Jeconiæ loquens, perpenditur*, Et num. 32.
27 *Christus noluit exercere officium divisoris inter fratres.*
28 *Regnum suum non esse de hoc mundo, quo sensu Christus Pilato responderit*, Et num. 33. & 41.
29 *Christus, & Apostoli paucarum rerum dominium habuisse dicuntur.*
31 *Divi Augustini, Hieron. Ambros. Basilii, Bernardi, & Theophylacti loca expenduntur, temporale dominium Christi negantia.*
32 *Divus Hieronymus circa Jeremiæ locum in cap.* 22. *supradict.*
33 *Circa antecedentia Divi Ambrosii explanatio.*
34 *Christo ut homini, excellens quoddam dominium temporale, quidam ex domo sive virtute unionis attribuunt.*
35 *Christus non transtulit in Ecclesiam, & ejus Vicarium ea, quæ sibi excellenter, sive eminenter concessa fuerunt.*
36 *Consequentia hæc non semper valet: Hoc potuit Christus in quantum homo, ergo & ejus Vicarius.*
37 *Pontifices essi haberent temporalem jurisdictionem, ea uti non deberent.*
38 *Christus Dominus non abstulit dominia hominum, etiam peccatorum, & tyrannorum.*
39 *Christus jussit, tributa Cæsari solvi, Principibus obediri, & materiali gladio uti noluit.*
40 *Sedulii Paschalis Hymnus expenditur, in Epiphania ab Ecclesia cantari solitus.*
41 *Divus Augustinus eleganti paraphrasi ostendit Regnum Christi non esse de hoc mundo.*
42 *Pontifices ipsi spiritualem potestatem à temporali sæpe secernunt, & illam tantum sibi competere tradunt.*
43 Cap. quo jure, & capit. quoniam 8. distinct. *expendantur.*
44 Cap. cum ad verum, & cap. duo sunt, dist. 96. & cap. nos si incompetenter 2. q. 7. *ponderantur, & illustrantur.*
45 Cap. solitæ de majoritat. & obedient. cap. per venerabilem, & cap. causarum quæ, qui filii sint legit. cap. novit de judiciis, & cap. tuam de ordin. cognit. capit. si duobus, §. *denique* de appellation. *perpenduntur.*
46 *Appellatio ad Papam non fit in casibus temporalibus ex consuetudine totius Christianismi.*
47 Cap. convenior 23. quæst. 8. cap. inter hæc 33. quæst. 2. cap. Imperium, distinct. 10. *expendantur.*
48 *Hosii Cordubensis qualiter Imperatorum, & Pontificum potestatem distinguat.*
49 *D. Bernard. temporalem jurisdictionem Regibus terræ relinquendam docet, & alienam à Romano Pontifice vocat.*

50 Opi-

ex num. 71. & expressiùs celebris textus, *in dict. Extravag. unam sanctam de major, & obed.* ibi: *Oportet autem gladium esse sub gladio. & temporalem auctoritatem spirituali subjici potestati, &c.*

54 Quo jure sæpè sæpius usa videtur † sancta Romana Ecclesia, & Pontifices Summi, qui illam pro tempore gubernarunt. Nam ubi sibi expedire visum fuit, adversus Imperatores, Reges, & alios Principes seculares, non solùm censuras Ecclesiasticas, sed materialem etiam gladium evaginarunt, illosque suis Regnis, & Imperiis privarunt, vel eorum administratione, & jurisdictione, quosque resipiscerent, prohibuerunt, ut apertè cons-

55 tat ex † multis exemplis, quæ deduci possunt *ex cap. Valentinianus, c. Adrianus* 63. *dist. d. c. duo, & cap. Constantinus* 69. *distinct. c. Sacerdotibus* 11. *q.* 1. glos. *in c. nullus, eadem causa, & q. & in dict. c. si Imperator. verbo Divinitus, c. si quis deinceps* 17. *q.* 4. *c. alius* 15. *quæst.* 6. *c. hortatu,* 23. *q.* 8. *c. stelus* 2. *q.* 1. *c. nos si incompetenter* 2. *q.* 1. *cap. venerabilem de elect. d. cap. novit, de judiciis, cap. per venerabilem, & cap. causam quæ, el* 2. *qui filii sint legit. cap. grandi de supplend. neglig. Prælat. cap. ad Apostolic. de re judic. cap. unico de Schismat. lib.* 6. gloss. *verb. Urbano, in Clement.* 1. *de reliq. & venerat. Sanctor.* & ex innumeris aliis, quæ non gravaremur ex omnimoda historia, & chronologicis observationibus promere,

56 & lato calamo recensere † nisi id ante Nos diligentissimè præstitissent omnes fere auctores suprà relati, & præcipuè Joan. Lop. Palac. Rub. *d. tract. de obtent. Reg. Navarr.* 2. *p.* §. 6. & 7. Bermond. Choveton. *d. tract. de publ. concubin. verb. Et si Regali ex n.* 4. Turrecrem. *in sum. de Eccles. lib.* 2. *c.* 114. *per totum*, Albert. Pigius *lib.* 5. *Hierarch. Eccles. c.* 14. & 15. Petr. Gregor. *dict. lib.* 15. *Syntag. c.* 1. *ex n.* 11. & *lib.* 26. *de Republ. c.* 4. & 5. P. Mulin. *d. tract.* 2. *de just. & jure, disp.* 29. *vers.* 3. *col.* 137. Illustriss. Cardinal. Bellarm. *lib.* 2. *de Rom. Pontifi. c.* 19. & *lib.* 3. *c.* 3. *vers. Hæc opinio, lib.* 4. *c.* 13. *vers. Deinde*, ubi late agit de depositione Henrici IV. Imper. per Gregor. VII. facta & latius *lib.* 5. *c.* 8. *per tot.* ubi duodecim insignia exempla proponit, Simanc. *d. tit.* 45. *ex n.* 25. Azala *de jure & officio belli, lib.* 1. *c.* 2. *n.* 27. Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei, lib.* 17. *c.* 3. & 4. *per totum, & in dict. tract. de jure Ecclesiast. libert. & potest. lib.* 6. *c.* 12. & *de Italiæ statu contra Machiavel. lib.* 3. *cap.* 5. & 6. Anast. Germon. *d. lib.* 13. *de sacror. immunit. c.* 13. *ex n.* 27. *ad* 50. Joan. Borer. *in relat. univers.* 2. *p. lib.* 4. ubi agit de Romano Pontifice, *ex pag.* 234. Rutil. Benzon. *de anno Jubil. lib.* 1. *c.* 10. *pag.* 57. & 58. Salas *dict. tract. de legibus, quæst.* 95. *disput.* 7. *sect.* 4. Angel. Matthæac. *de via, & ratione juris, lib.* 1. *c.* 34. *num.* 28. Valenzuel. *dict.* 5. *p. ex n.* 236. *ad* 258. Bobadill. *dict. lib.* 2. *Polit. c.* 17. *n.* 5. Camill. Borrell. *d. tract. de præstan. Reg. Cathol. c.* 46. *ex n.* 10. & *d. c.* 47. *ex n.* 46. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 1. *tit.* 2. *ex n.* 5. Iarissimè Param. omnino videndus, *dict. lib.* 3. *de orig. Inquisit. q.* 1. *opin.* 3. fere per totam; ubi plurima exempla laboriosè congessit, Matta *de jurisdict.* 1. *p. c.* 5. *ex n.* 15. & *c.* 23. *per totum.* P. Suar. *in dict. defens. Fidei. lib.* 3. *c.* 32. *ex n.* 1. & *lib.* 6. *c.* 4. *n.* 17. & *sequentibus*, & *in tract. de Fide, disp.* 20. *sect.* 3. *a n.* 21. & *dis-*

put. 22. *sect.* 8. *num.* 2. & 7. Calist. Remir. *dict. tract. de leg. Regia,* §. 2. *ex n.* 44. & novissimus Seraph. Freyt. *d. cap.* 6. *ex n.* 45. ubi post Bellarm. optimè refert, & refellit argumenta, quibus in contrarium pugnare videtur Guiller. Barclajus.

Estque † inter alia exempla illud Julii II. Rom. 57
Pontific. valdè notandum, qui Joannem Navarræ Regem, & ipsius conjugem Schismaticos declaravit, & Regno privavit. Qua occasione & aliis à Catholico Rege Ferdinando V. occupatum fuit, ut ad longum recensent Platina, Illescas, & alii *in vita ejusdem Julii*, Anton. Nebrissent. *de bello Navarriensi, lib.* 1. *c.* 2. & 3. Palac. Rub. *d. tract. de obtent. Reg. Navarr.* Garibay *in compend. histor.* 2. *part. lib.* 20. *cap.* 15. & 3. *part. lib.* 29. *cap.* 4. & *sequentibus*, Pined. *in Monarch. lib.* 27. *cap.* 8. §. 3. Borrellus *d. cap.* 46. *ex numer.* 102. & *d. cap.* 47. *num.* 69. Valenzuel. *supr. num.* 255. & Nos latius, *supr. hoc lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 63.

Et † memoria nostra Pius V. fœlicis recorda- 58
tionis anno 1569. per suam constitutionem quæ incipit: *Regnans in excelsis*, Angliæ Regnum, ob Isabellæ Reginæ detestabiles hæreses, & errores, ab ea ademit, & Christianis Principibus illud debellandi, & occupandi potestatem fecit. Et postea Sixtus V. anno 1588. de eodem Regno, ac Britonum, Philippum II. Regem Hispaniæ Catholicum investivit, ut tradunt Sander. *de orig. & progress. Schism. lib.* 1. Germon. *ubi suprà num.* 41. Bobadill. *num.* 5. *vers. Y en estos tiempos*, & Camill. Borrel. *d. cap.* 46. *num.* 189. & *seqq.*

Neque † Pii, & Christiani Principes iniquo 59
animo hanc Romanæ Ecclesiæ supremam auctoritatem ferre debent, cum † Aurelianus Imperator, licèt à Religione Christiana abhorrens, Romani Pontificis prærogativam agnoverit, ut tradit Enseb. Cæsariens. *lib.* 7. *hist. Eccles. capit.* 26. Rufin. *lib.* 7. *cap.* 30. Alan. Copp. *dialog.* 1. *cap.* 8. *pag.* 53. 60

Et † re verâ majus imperio sit submittere le- 61
gibus Principatum, *l. digna vox, C. de legibus*, ipsaque temporalis dignitas hoc modo majora incrementa recipiat, ut tetigimus *sup. num.* 33. & prosequitur Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei, lib.* 20. *c.* 8. & *seqq.* & *lib.* 20. *per totum*, & *in tract. imperia pendere à virtutibus.*

Præsertim, † cum propter malitiam tempo- 62
rum, experientia clamet, non solùm utiliter, sed etiam necessariò, & ex singulari Dei providentia, hac temporali jurisdictione, & coercitione donatos esse Pontifices, ut præclarè advertit Bellarmin. *d. lib.* 5. *de Roman. Pontif. c.* 9. quia ita † res- 63
ponder dubitationi Othonis Frisingensis *in prologo ad lib.* 4. *Chronic. suorum*, dum dixit: *Utrum Deo magis placeat Ecclesiæ, quæ nunc cernitur exaltatio, quam prior humiliatio, prorsus ignorare me profiteor: videtur quidem status ille fuisse melior iste fœlicior; assentior tamen Romanæ sedi, quam super firmam petram ædificatam non dubito, credenda, quæ credit, licitè possidenda, quæ possidet, &c.*

Idem † quoque pluribus exemplis ostendit 64
Bapt. Fulgos. *lib.* 1. *memorab. c.* 1. *de cultu Religionis*, in cujus initio sic habet: *Hoc accedit, quod*

quòd multi Reges, Imperatoresque ipsi, Regno, atque Imperatorio honore digni non creduntur, quos Religiosè Sacerdotes non unxerint, quin postea quàm assumpto diademate in Regno, aut Imperio confirmati fuere, si Ecclesiam hæresi, aut alio modo læserint, à Pontificibus regnandi, imperandique jure privantur, pluriique apud Christianos populos Religio, Pontificiaque voluntas, quàm arma ipsa, atque Regum Majestas habita est, &c.

Et alia adducit, *lib.* 6. *cap.* 3. *de severitate, fol.* 200. & *seqq.* Quæ eo magis admotanda sunt, quòd ipse idem auctor. *lib.* 2. *c.* 1. *de priscis institutionibus, fol.* 60. sui veluti immemor, eosdem Pontifices Romanos taxare videtur, quòd opibus & majestate præfulgeant: *Studiumque principalis nominis, sanctissimæque appellationis, item pedum deosculationes, etiam à Regibus, & Augustis, factas, admittant, & prima nomina, à satis humilibus primordiis incepta, in militarem, atque tyrannicam potestatem transtulerint, quæ Principum ignavia diu ferendo incorrigibilia efficit.* Et alia similia habet, *lib.* 9. *c.* 5. *de superbia, fol.* 329. quæ vel delenda sunt, vel cautè legenda.

CAPUT XXIII.

De eodem titulo, & magis peculiari Pontificiæ potestatis in concedendis Regnis, Provinciis, & bonis infidelium disputatione.

SUMMARIUM.

1 *Pontifex an possit de provinciis infidelium disponere, iterum in disputationem adducitur.*
2 *Papæ potestatem non extendi ad infideles, qui numquam de Ecclesiæ gremio fuerunt multi Doctores tenent, qui latissimè recententur.*
3 *Infideles per Papam quibus in casibus puniri, & judicari possint*, ex sententia Covarr. & aliorum.
4 *Ambrosius Catherinus vocat nimis simplices & adulatores Papæ eos, qui illam totius Orbis dominam faciunt.*
5 *Alexander VI. ex sententia Episcopi Chiapensis, Acosta, Cajetani, Sai, Victoriæ, Cordubæ, Bellarm. Bannez, Valentiæ, Molinæ, & aliorum, quorum dicta specialiter ponderantur, solùm concessit Regibus Catholicis curam conversionis, & protectionem Indorum Novi Orbis, sed contrarium*, ex numer. 63.
6 *Alexandri VI. bullam, & concessionem erroris nota tugillat Gregorius de Valentia.*
7 *Pat. Franc. Coello exquæstore Limensi, Societatis Jesu Presbyter admodum religiosus, & eruditus, laudatur.*
8 *P. Joan. de Salas summarium, in Indice parum cautè scriptum, notatur.*
9 *Michael Salon numquam dixit, Reges nostros Novum Orbem tyrannicè possidere.*
10 *Hæretici passim rident, & mordent Alexandri VI. concessionem.*
11 *Atabaliba Peruanorum Rex quid respondisse dicatur legatis Caroli V. Imp. & Alexandr. VI. donationem intimantibus.*
12 *Alexandri VI. donationem hæreticus quidam umbratilem appellat.*
13 *Auctor libri, cui titulus: Mare liberum late, & liberè in eamdem Alexandri VI. donationem debacchatur, & quàm justè idem liber prohibitus sit.*
14 *Hæreticorum delira notanda sunt, ut illis respondeatur.*
15 *Papæ jurisdictionem temporalem in toto Orbe nullibi probari*, plures affirmant.
16 *Infidelium personæ, & bona ex sententia multorum non solùm in temporalibus, verùm neque in spiritualibus Papæ subduntur.*
17 *Ovium nomine, quæ Petro à Christo commissæ sunt, fideles tantùm intelliguntur.*
18 *Infidelium respectu, Christus Petro, & ejus successoribus solùm curam prædicationis præcepisse videtur.*
19 *Papa diverso officio tuo uti debet inter fideles, & inter infideles.*
20 *D. Paul.* 1. Corinth. 5. *nullam omnino jurisdictionem Ecclesiæ adversus infideles concedere videtur.*
21 *Ecclesiæ membra sunt soli viatores fideles.*
22 *Baptismus est janua, qua Ecclesiam ingredimur, & Christi, & Ecclesiæ membra efficimur.*
23 *Pontificis auctoritas, & potestas non potest esse major quàm Christi, cujus Vicarius est.*
24 *Subrogatus non potest esse majoris potentiæ, quàm is, in cujus locum subrogatur.*
25 *Christus Dominus in quantum homo non habuit temporalem totius mundi dominationem, ex communi multorum sententia, qui referuntur*, num. 30.
26 *Jeremiæ locus* cap. 22. vers. 3. *de Regno Jeconiæ loquens, perpenditur*, Et num. 32.
27 *Christus noluit exercere officium divisoris inter fratres.*
28 *Regnum suum non esse de hoc mundo, quo sensu Christus Pilato responderit*, Et num. 33. & 41.
29 *Christus, & Apostoli paucarum rerum dominium habuisse dicuntur.*
31 *Divi Augustini, Hieron. Ambros. Basilii, Bernardi, & Theophylacti loca expenduntur, temporale dominium Christi negantia.*
32 *Divus Hieronymus circa Jeremiæ locum in cap.* 22. *supradict.*
33 *Circa antecedentia Divi Ambrosii explanatio.*
34 *Christo ut homini, excellens quoddam dominium temporale, quidam ex domo sive virtute unionis attribuunt.*
35 *Christus non transtulit in Ecclesiam, & ejus Vicarium ea, quæ sibi excellenter, sive eminenter concessa fuerunt.*
36 *Consequentia hæc non semper valet: Hoc potuit Christus in quantum homo, ergo & ejus Vicarius.*
37 *Pontifices essi haberent temporalem jurisdictionem, ea uti non deberent.*
38 *Christus Dominus non abstulit dominia hominum, etiam peccatorum, & tyrannorum.*
39 *Christus jussit, tributa Cæsari solvi, Principibus obediri, & materiali gladio uti noluit.*
40 *Sedulii Paschalis Hymnus expenditur, in Epiphania ab Ecclesia cantari solitus.*
41 *Divus Augustinus eleganti paraphrasi ostendit Regnum Christi non esse de hoc mundo.*
42 *Pontifices ipsi spiritualem potestatem à temporali sæpe secernunt, & illam tantum sibi competere tradunt.*
43 Cap. quo jure, & capit. quoniam 8. distinct. *expendantur.*
44 Cap. cum ad verum, & cap. duo sunt, dist. 96. & cap. nos si incompetenter 2. q. 7. *ponderantur, & illustrantur.*
45 Cap. solitæ de majoritat. & obedient. cap. per venerabilem, & cap. causarum quæ, qui filii sint legit. cap. novit de judiciis, & cap. tuam de ordin. cognit. capit. si duobus, §. *denique* de appellation. *perpenduntur.*
46 *Appellatio ad Papam non fit in casibus temporalibus ex consuetudine totius Christianismi.*
47 Cap. convenior 23. quæst. 8. cap. inter hæc 33. quæst. 2. cap. Imperium, distinct. 10. *expendantur.*
48 *Hosii Cordubensis qualiter Imperatorum, & Pontificum potestatem distinguat.*
49 *D. Bernard. temporalem jurisdictionem Regibus terræ relinquendam docet, & alienam à Romano Pontifice vocat.*

50 Opi-

50 *Opinionem affirmativam in proposita temporalis potestatis Romani Pontificis quæstione Auctor ut veriorem, & communiorem amplectitur.*

51 *Pontifex Romanus de omnibus Regnis, etiam ab infidelibus possessis, ex justa causa disponere potest.*

52 *Bartoli doctrina refertur, & probatur, qui Pontifici tribuit facultatem concedendi terras, & insulas infidelium.*

53 *Auctores plurimi referuntur, & expenduntur, qui Papæ dominium, & jurisdictionem etiam in Provinciis, & Regnis infidelium agnoscunt.*

54 *Infideles, Judæi, & Idololatræ non habent verum dominium, & eorum bona pertinent ad Ecclesiam, quæ ratione publicæ utilitatis potest illos privare jure suo, quia illa habent ut peculium.*

55 *Belli contra infideles suscipiendi auctoritas maximè pertinet Pontificem retidet.*

56 *Doct. Marta graviter invehitur contra negantes absolutam Papæ jurisdictionem in temporalibus, & eorum argumentis respondet.*

57 *Thom. Bocius Eugubinus constantissimè defendit absolutam Papæ jurisdictionem in temporalibus, & hanc sententiam communem Theologorum appellat.*

58 *D. Thomæ verba notabilia adducuntur pro asserenda temporali dominatione Pontificis.*

59 *Henricus de Gandavo utramque jurisdictionem Papæ concedit, & spiritualem architectonicam facit.*

60 *D. Antoninus jurisdictionem Papæ ad juriendos, & deponendos infideles violantes legem naturæ, ut rem indubitatam agnoscit.*

61 *Rodericus Sanctius Episcop. Zamorensis apertè tribuit Papæ universalem potestatem in spiritualibus, & temporalibus, & eam pluribus, Scripturæ locis confirmat.*

62 *Calistus Romires supremam potestatem Papæ in temporalibus, etiam ad infideles extendit.*

63 *Indos infideles Novi Orbis, & eorum Regna, & Provincias potuisse ab Alex. VI. Regibus Catholicis dari plurimi Doctores fatentur, Et num. 68.*

64 *Joan. Lupi de Palacios Rubios peculiarem tractatum fecit de insulis maris Oceani.*

65 *Alexandr. VI. indiarum concessionem Hispaniæ Regibus factam intrepidè, & indistinctè probat Petrus Malferitus.*

66 *Marquar. hæresim sapere inquit, Alexand. VI. donationi contradicere.*

67 *Gregor. Lupus Alexandr. VI. donationem validam esse centet, & prout jacet, accipiendam.*

68 *Donatio Alexandr. VI. Regibus Catholicis facta, quod sit valida & utilis, à multis Auctoribus comprobatur.*

69 *Thomas Bocius Alexandr. VI. donationem multis rationibus defendit.*

70 *Episcopi Chiapenses notabilia verba referuntur de viribus tituli, qui ex Pontificia concessione descendit.*

71 *Pontifex est Dei Vicarius, vel Deus vivus in terris.*

72 *Papæ potestatem in dubium vocare sacrilegii instar esse videtur.*

73 *Papæ de potestate, & dignitate variè extant tractatur, & Doctorum encomia.*

74 *Papa est totius Orbis Monarcha, causa causarum, omnia, & super omnia.*

75 *Papæ nullus potest dicere: cur ita facis.*

76 *Papa quidquid agit, agit tamquam Deus.*

77 *Papæ, qui mentitur, Deo mentiri videtur.*

78 *Papa ex sententia D. Pauli etiam Angelos judicabit, & hoc qualiter accipiatur.*

79 *Pontificem Tertullianus* Regem seculi appellat, *& Ecclesia, omnia mundi Regna ei tradita canit.*

80 *D. Bernardi verba elegantissima de dignitate Pontificis.*

81 *D. Augustin. mirum potentiam Pontificis Romani eleganter exaggerat.*

82 *B. Ignatius qualiter Pontificis potestatem cæteris præferat.*

83 *Petri Blesentis insignis locus pro excellentia Romanæ sedis utroque gladio consideratur.*

84 *Anglicus quidam Doctor qualiter Papam alloqueretur.*

65 Papæ, & Pontificis nominis etymologia.

86 *Papæ nomen olim inferioribus etiam Episcopis applicari solitum, quando proprium Pontificis Romani fieri cœperit.*

87 *Pontifices sacri apud omnes fere gentes etiam temporalia gubernarunt.*

88 *Sacerdos summus Hebræorum terram Promissionis partiebatur, & quid mundi effigies, in ejus superhumerali contexta, significaret.*

89 *Christum etiam in quantum hominem totius Orbis temporalem Dominum fuisse, plurimi ex sanctis Patribus generaliter, & magis communiter docent.*

90 *Thomas Bocius hæreticos esse tradit eos qui Christo, ut homini, temporalium dominium non concedunt.*

91 *Christus, ut homo, ex sententia magis vera & probabili saltem habuit dominium excellentiâ, ex dono unionis, tibi à Patre concessum.*

92 *Dominio temporali qualiter Christus Dominus usus fuerit.*

93 *D. Bernardi elegans locus pro dominio Christi perpenditur.*

94 *Auctores plures citantur, qui temporale dominium saltim excellenter, & habitualiter in Christo concedunt.*

95 Psalm. 2. 23. & 28. *pro dominio temporali Christi expenduntur.*

96 *D. Paul.* ad Hebræos 6. vers. 7. *qualiter Christi dominium insinuare videtur.*

97 Genesi 49. Isaiæ 9. & Apocalypsis 19. *verba explicantur, quibus Christi temporale Regnum asseritur.*

98 *Regnum temporale Christi non solùm inter Hebræos, sed generale totius Orbis fuit.*

99 *Christo omnia subjecit Pater, præter seipsum, ex D. Paul.* 1. Corinth. 5.

Vaticinium de Regno Christi, qualiter acceperit Josephus Judæus, ibid.

100 *Sibyllæ agnoverunt dominium, & Regnum Christi.*

101 *Virgilius, quod de dominio, seu Regno Christi Sibyllæ prænuntiarunt, ad Augustum Cæsarem adulatoriè traduxit.*

102 *Christus in quantum homo, an, & qualiter omnipotens dici potuerit.*

103 *Christi dominatio temporalis non solùm creationis, verùm & redemptionis titulo nititur.*

104 *Christus Regnum suum temporale Ecclesiæ, & Pontifici communicavit.*

105 *Christi, & Ecclesiæ idem est Regnum.*

106 *Ecclesia sancta Dei sponsa est.*

107 *Sponsæ negandum non est quod sponso conceditur.*

108 *Christus, & Ecclesia unum corpus, & unam vocem constituunt, & intiguis ad id D. Augustin. locus.*

109 *Papa ex opinione Scoti Vicarius est Christi, etiam in quantum fuit Dominus mundi.*

110 *D. Petr. Christolog. omnem Christi potestatem, & dominationem in Ecclesiam translatam fatetur.*

111 *Ecclesiæ gubernatio perfectè ordinata non esset, si Pontifici omnes Principes non subessent.*

112 *Monarchicum Imperium omnium optimum, & convenientissimum semper est judicatum.*

113 *Pontificis universalis potestas in temporalibus multis juribus comprobatur.*

114 *Jeremiæ vaticinium, cap.* 1. Ecce constituit te, &c. *de Pontifice Romano omnes Patres accipiunt, & ejus interpretatio.*

115 *Infideles etiam ad Ecclesiæ gubernationem spectant,* Et num. 141.

116 Cap. 1. distinct. 21. cap. omnes 22. distinct. *& alia similia expenduntur.*

117 Cap. solitæ de majorit. & obed. *explicatur.*

118 Cap. per venerabilem qui filii sint. l. *ponderatur, & illustratur.*

119 *Extravag.* unam sanctam, de major. & obed. *latè explicatur, & exornatur.*

120 *Gla-*

120 *Gladium spiritualem, & materialem Ecclesiæ competere, quibus rationibus Bonifacius VI. evincat.*

121 *Bonifacius VI. magnam partem extravag. unam sanctam ex dictis D. Augustini, & Bernardi desumpsit.*

122 *Papa ex sententia D. Thomæ utriusque potestatis apicem tenet.*

123 *P. Ignatius à Loyola plura pie, & doctè notavit de utraque potestate Pontificis in epistola ad Regem Abyssinorum.*

124 *Eliachim fuit typus Romani Pontificis.*

125 *Clavium traditio est signum pleni, & absoluti dominii.*

126 *Extravagant* Meruit, de privilegiis *edita per* Clement. V. *an in aliquo erogaverit extravag. unam sanctam.*

127 *Lex, etiamsi corrigatur, rationes tamen ejus æternæ, & immutabiles sunt.*

128 *Bella quemadmodum justa censeri solent, si à Deo, ita si à Pontifice præcipiantur.*

129 *Pontificis auctoritate bellum justè moveri potest adversus infideles, & in eo capita licitè retinentur.*

130 *Apostolica Sedes solita est infidelium provincias Principibus Christianis conquirendas, & postridendas concedere.*

131 *Baldi notabilis doctrina refertur circa concessionem terrarum infidelium.*

132 *Infidelium provinciæ, non tolùm ubi antè Christianorum fuerant, sed etiam noviter repertæ, & nunquam à Catholicis occupatæ, Pontifex concedere potest sub ea conditione, si capiantur.*

133 *Hostium terras, aut bona ante victoriam dividere, imprudentiæ tribui solet.*

134 *Conditionem victoriæ, & spoliationis hostium expectare, nullâm turpitudinem continet.*

135 *Cap.* Abbat. sanè de re judicata, lib. 6. *expenditur, & illustratur.*

136 *Ecclesia, quæ nondum constructa est, benè potest donari, collata conditione in tempus, quo jam fuerit ædificata.*

137 *Anastas. Germonii, & Franc. Vargas notabilia verba referuntur circa magnam Pontificis potestatem, in concedendis quibuslibet infidelium provinciis.*

138 *Pontificis temporalem potestatem nullo certo testimonio niti, falsum est.*

139 *Infideles, ob solam infidelitatem, & idololatriam, ad judicium Ecclesiæ pertinere; plures tradunt.*

140 *D. Paul. locus* 1. Corinth. 5. De iis qui foris sunt, *explicatur.*

141 *D. Joan. locus:* Pasce oves meas, *exponitur cum Innocen. Reffensi, Leontio, Bernard. Theophyl. & aliis, quorum verba citantur,* Et n. seqq.

142 Ovium *nomine apud D. Joan. infideles etiam designantur: & qualiter ii ad Ecclesiæ curam pertineat.*

143 Pascere *in sacra Scriptura sæpè idem significat, quod gubernare.*

144 *Reges* Pastores populorum *sæpè appellantur & quare.*

145 *Psalm. 77. & 79. versus exponitur.*

146 *Christum in quantum hominem temporale dominium habuisse, verius est, quamvis eo uti noluerit.*

147 *Christus Dominus aliquibus in casibus temporalem jurisdictionem exercuit.*

148 *Regnum suum non esse de hoc mundo, quo sensu Christus Pilato responderit,* Et n. 160.

149 *Christus ut Regem appellari sæpè passus est.*

150 *Christus* Lucæ 12. *cur noluerit esse judex inter fratres de hæreditate certantibus.*

151 *Extravagans* Cùm inter nonnullos, & quia quorumdam, & exiit, qui seminat de verb. signif. explicantur.

152 *Christus paupertatem in se, & Apostolis affectavit, & ea sola mundum vincere voluit.*

153 *Ecclesiæ communicavit Christus potestatem temporalem, quam habuit, etiam si excellenter in ea consideretur, Et quare.*

154 *Finis ultimi cura ad quem pertinet, subjiciuntur reliqui, qui curam habent finium antecedentium.*

155 *Potestas temporalis à Christo in Ecclesiam translata non fuit nuda, & inefficax.*

156 *Apocalypsis* cap. 1. *verba exponuntur* cum D. Augustino, & Baronio.

157 *D. Epiphanius quibus verbis explicet Regiam dignitatem in Ecclesiam simul cum Sacerdotio translatam.*

158 *Christus post resurrectionem magis plenè, & absolutè vocari potuit Dominus temporalis totius mundi.*

159 *Christus post resurrectionem D. Petro clavium potestatem, & Ecclesiæ ovium curam commisit.*

160 *Christus Dominus noster post resurrectionem, & redemptionem omnem ejus regni potestatem assumpsit.*

161 *Jurisdictio temporalis regulariter distincta est ab spirituali, & una alteram juvare debet.*

162 *Jura, quæ docent potestatem temporalem ab spirituali distingui, non negant, quin utraque in Pontifice dari possit.*

163 *Summus Pontifex* secundùm Baldum *est judex ordinarius totius mundi, & concurrit cum quolibet ordinario.*

164 *Appellare ad Papam à sententiis judicum, vel Principum secularium, an, & quando liceat.*

165 *D. Bernardus benè concedit Papæ secularem jurisdictionem; monet tamen, ut eam per alios exerceat.*

166 *Gladii duo, Christo ab Apostolis oblati quid designarint*, secundùm D. Bernard. & alios.

167 *Papa regulariter etiam in temporalibus habet auctoritatem; Imperatores verò, & Reges potestatem, & exercitium.*

168 *Solis & Lunæ similitudo qualiter applicetur potestati Pontificiæ, & Regiæ.*

169 *Ecclesia Monarchiam propriam constituit, quæ dicitur Regnum Apostolorum.*

170 *Juribus, quæ Papæ negare videntur potestatem temporalem, qualiter responderi possit*, remissivè.

171 Cap. Novit de judiciis, *historia & explicatio.*

172 *Feudalis cautæ cognitio, & jurisdictio feudi domino competit; etiam contra personas Ecclesiasticas.*

173 *Feudum, qui ab altero habet, & recognoscit, si sit supremus Princeps, ab eo super feudalibus debet judicari, & quare.*

His ita breviter, & generaliter (sed opportunè, ut arbitror) & de temporali dominatione, & potestate Romani Pontificis prænotatis, † superest adhuc, ut specialius, & magis in nostræ quæstionis terminis inquiramus, an etiam illam exercere possit in Regnis personis & provinciis infidelium, qui numquam Ecclesiæ nomen dederunt? Video quippè in hoc alteram litem consurgere ex litis primæ materia, ut aliàs dicitur *in l. termino 30, C. de fruct. & lit. expens.* Nam omissis duabus illis prioribus absurdis, & damnatis eorum sententiis, qui nullam temporalem jurisdictionem Pontifici tribuunt, vel eam ad Ecclesiæ terras dumtaxat restringunt; si tertiæ opinionis auctores sequamur, sub absoluta illa, & universali potestate, quàm in ejus persona constituunt, nihil planè exclusum videtur. Si verò quartæ sectatores audiamus, qui solam indirectam, sive supremam, & spirituali deservientem agnoscunt; magis communiter sentiunt, non posse eum Reges, & populos infideles suis Regnis, bonis, & dominiis privare, vel aliis Principibus Christianis, etiam sub prætextu Religionis, absolutè concedere, ut eosdem infideles bello subjiciant, & in suam ditionem, & potestatem deducant. Sed præstat, ut utriusque partis fautores,

&c.

& præcipua argumenta, quibus nituntur, breviter expendamus, & quænam probari debeat, exactiori judicio consideremus.

2 Et † à negativa initium dicendi capientes eam sequi videntur Innocent. Joan. Andr. & plurimi alii, quos *sup. hoc. lib. c.* 10. *ex num.* 41. citavimus, dum docent, infideles ob solam infidelitatem, vel quod de Ecclesiæ gremio non sint, suarum rerum dominio privatos, vel privandos non esse. Et expressè de Papæ potestate, & dominatione loquentes, & quod non extendatur ad provincias infidelium, neque in eis, vel de eis quidquam disponere possit, Ancharran. *in d. reg. peccatum, vers. Sed hic quæro*, Joan. Parisiens. *de potest. Regia, & Pap. c.* 12. *& seqq.* Turrecremata *in sum. de Eccles. lib.* 2. *cap.* 113. Cajet. *in* 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 8. *vers. Circa primum.* Anton. Corset. *de potest. Reg. quæst.* 85. Henric. *quodlibet.* 6. *quæst.* 23. Driedon. *de libert. Christ. lib.* 1. *cap.* 15. *&* 16. *& lib.* 2. *c.* 2. Waldens. Durand. Sander. Sebastian. Medices, & alii *in cap. præced. num.* 45. relati. Victor. *in relect.* 1. *de potest. Eccles. q. ponit. proposit.* 5. Albert. Pighius *lib.* 5. *Eccles. Hierar. c.* 7. *&* 14. Major. *in* 4. *distinct.* 24. *quæst.* 3. Sot. *in tod.* 4. *distinct.* 1. *q. unica, art.* 10. *pag.* 272. Navarr. qui Alvarum Pelagium contrarium asserentem graviter notat, *in cap. novit. de judiciis not ab.* 3. *num.* 58. *&* 59. Covarr. *dict. reg. peccatum*, §. 9. *n.* 6. *vers. ult. &* §. 10. *n.* 4.

3 *vers. Nec item*, † ubi apertè docent, in eos, qui nondum Catholicam Fidem per baptismum susceperunt, id solum jus habere summum Pontificem, ut illis prædicari faciat legem Evangelicam, non tamen jurisdictionem nec spiritualem, nec temporalem nisi ea ex parte, qua earum usus necessarius sit, ne christianæ religioni injuria ab infidelibus fiat, Menchac. *lib.* 1. *controvers. illust. c.* 21. *n.* 2. *&* 24. Balthas. Ayala *de jure & offic. belli, lib.* 1. *c.* 2. *n.* 29. Cardin. Bellarmin. *lib.* 5. *de Roman. Pontif. c.* 2. *& seqq.* Molin. *de just. & jure tract.* 3. *disp.* 29. Pat. Suar. *in* 3. *p. tom.* 1. *disput.* 48. *sect.* 2. *& in defens. fidei lib.* 3. *c.* 8. *n.* 4. *& in tract. de carit. disp.* 13. *sect.* 5. *num.* 4. Paramus *dict. lib.* 3. *de orig. Inquisit. quæst.* 1. *opin.* 2. *n. ult. & opin.* 4. *n.* 4. *&* 16. Joan. de Salas, qui alios plures recenset *in tract. de legib. quæst.* 95.

4 *disp.* 7. *sect.* 4. *n.* 30. *&* 32. Et † adeò securus in ea residet Ambros. Catherin. *in comment. epist. ad Roman.* ut scribere ausus fuerit, nimis simplices, vel Papæ adulatores esse, qui ajunt, ad eum de jure pertinere omnem totius Orbis dominationem, etiam temporalem.

5 Et specialiter † de hac concessione Indiarum Occidentalium tractantes, quàm Alexand. VI. Hispaniæ Regibus fecit, & quòd ejus virtute plenum, & absolutum Imperium in provinciis Barbarorum, acquirere non potuerint, sed tantùm jus quoddam, ut eosdem ad Fidem Catholicam, & mores Orthodoxos per idoneos Evangelii ministros adducerent, adductos protegerent, apostatantes, vel turbantes punirent, & reliqua ad hunc finem conducentia superiori cura, & administratione dirigerent; simulque alios Principes in eisdem novis regionibus negotiari volentes expellerent, post longam disputationem resolvunt Episcopus de Chiapa in peculiari hujus argumenti libello, cujus inscriptio est: *Tratado comprobatorio del Imperio soberano, y Principado universal, que los Reyes de Castilla, y Leon tienen sobre las Indias.* Et *in Apologia contra objectiones Sepulvedæ, replicat.* 12.

Cajetanus, & Domin. Sotus *ubi sup.* Mag. Victor. *in* 1. *relect. de Indis ex num.* 26. *& in* 2. *ex num.* 1. Gregor. Lopez *in d. l.* 2. *tit.* 23. *p.* 2. Glos. magna, *colum.* 5. *&* 6. qui, licet dubius, & anceps, Victoriæ verba transcribit, & tandem in hanc partem inclinare videtur.

Joseph. Acosta *lib.* 3. *de procur. Indor. salut. cap.* 2. *&* 3. ubi inquit, non oportere falsos titulos comminisci; & Catholicis nostris Regibus, respectu Indorum, solùm jure curæ, & administrationis spiritualis competere, ita ut Indi de commoditatibus, ac dominatu suo non pellantur, nisi quatenus injurii fidei, & suis perniciosi deprehendantur.

Anton. à Corduba *in quæstionar. lib.* 1. *q.* 57. *dub.* 4. *per totum*, Domin. Bañez *in* 2. 2. *quæst.* 8. *art.* 10. *vers. Argultur tertiò, colum.* 531. ubi concludunt, quod Alex. VI. non potuit dare Regibus Catholicis amplius, quam ipse habeat super nationes. Ac proinde cum Papa non sit dominus temporalis totius Orbis, nisi in ordine ad gubernationem spiritualem, id tantum eis concessit, ut essent executores, temporali quadam potestate à se concessâ, non ad destruendos Indos, & spoliandos, sed ut amoverent impedimenta, quæ Barbaræ nationes opponerent contra Evangelii prædicationem, & similiter concessit, & potuit concedere, ut si converterentur ad Fidem Barbari illi homines, Reges Hispaniæ essent illorum tutores, & haberent erga illos Cæsaream quamdam potestatem, quam habet Imperator modò circa quosdam Principes, & Reges. Non autem dedit potestatem, ut deponerent Reges Indorum, & alios de novo crearent, nisi fortè in casu quo Reges inique agerent contra fideles subditos sibi.

Bellarmin. *dict. c.* 2. *in fine*, ubi cùm docuisset, Papam non habere aliquam potestatem in infideles, neque unquam ea usum esse, subdit, quod si adversarii urgeant, dicentes Alexandrum VI. divisisse Orbem nuperrimè inventum Regibus Hispaniæ, & Lusitaniæ: *Respondendum est, non eo consilio id factum, ut Reges illi proficiscerentur ad debellandos Reges infideles Novi Orbis, & eorum Regna occupanda, sed dumtaxat, ut eo adducerent Fidei Christianæ prædicatores, & protegerent, ac defenderent, cùm ipsos prædicatores, tum Christianos ab eis conversos. Et simul ut impediret contentiones, & bella Principum Christianorum, qui in illis novis Regionibus negotiari volebant.*

Gregor. de Valentia *tom.* 3. *controvers. Theolog. disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 7. *colum.* 398. *vers. Ad secundum*, ubi, † quod amplius est, sic scribere 6 audet: *Alexander autem VI. (si in eo facto particulari ad Reges illos tantum, & ad insulas illas pertinente non erravit) solum concessit illis Regibus jus quoddam superintendentiæ & patrocinii in infideles illos postquam debito modo essent ad Fidem converti. Nec enim potuit infideles illos dominio suo privare propterea solùm, quod essent infideles, &c.*

Et

Et idem eisdem ferè verbis observant Molina *d. disp.* 29. *colum.* 140. *& disput.* 35. *colum.* 191. *vers. Illud dicam*, Emman. Rodr. *tom.* 1. *quæst. Regular. q.* 45. *art.* 2. Ludov. Torres *de fide q.* 10. *art.* 11. *disput.* 52. *dub.* 1. *colum.* 646. P. Suarez *in tod. tract. disp.* 18. *sect.* 2. *n.* 7. *colum.* 284. Lud. Param. *d. opin.* 4. *num.* 20. *&* 21. novissimus Seraph. Freitas *de Imp. Asiat. c.* 7. *& c.* 9. *n.* 2. *& c.* 12. *ex n.* 1. *ad* 8.

7 Et † eruditissimus pariter, ac religiosissimus vir Pat. Franciscus Coëllus, qui postquam in Academia Salmanticensi toga nobilissimi Collegii majoris Conchensis condecoratus fuit, & publici antecessoris munus exercuit, in hoc gravissimo Senatu Limensi pluribus annis summa cum laude, & approbatione integerrimum quæstorem criminum egit, & tamdem sibi vivere cupiens, vanis mundi curis, & honoribus libello repudii dato, Religioni Societatis Jesu se pie devovit, & consecravit, ubi anno 1622. fœliciter requievit, in tract. manuscrito, quem pio, & gravi stylo contra alium Fr. Michaelis ab Agia in favorem, & defensionem Indorum elucubravit, *n.* 118. *&* *n.* 158. *& seqq.* ubi hanc etiam fuisse, & esse Regum nostrorum mentem ex aliquibus eorum provisionibus, & schedulis conjectatur.

Pat. quoque Joan. de Salas *d. tract. de legib. quæst.* 95. *disp.* 7. *sect.* 4. *n.* 29. *& num.* 31. *vers. Ad illud, pag.* 123. eamdem sententiam tamquam 8 veriorem admittit. Qui † etiam, quod magis est, in indice ejusdem tractatur *ver. Indi insulani*, ita scripsisse comperitur: *Indi insulani per tyrannidem sunt redacti ad dominium Regis Hispaniæ.* Sed id cautè legendum est, & ab aliquo Gallo typographo parum Hispanis affecto, adjectum esse videtur. Nam auctor id neutiquam dicit in loco, qui ibi citatur, nempè *quæst.* 96. *disput.* 10. 9 *sect.* 3. *n.* 14. *pag.* 227. Sed potius † Michaelem Salonem reprehendit, eo quod *in* 2. 2. *quæst.* 60. *art.* 6. *assertion.* 4. *vers. Denique*, suposuisse videatur, Regem Hispaniæ etiam nunc tyrannide Regna illa obtinere. Quod quidem ipse etiam Salon. minimè tradit; sed imò contrarium sentiendo, quærit: *Utrum si ita res haberet, ut Indi insulani per tyrannidem essent redacti ad dominium Regis Hispaniæ, legibus ejus obedire tenerentur?*

10 Hæretici † autem non verentur passim in suis scriptis, impudentissimis verbis, prædictam donationem ex defectu potestatis ridere. Nam Hieronym. Benzo *in lib.* 3. *hist. Novi Orb. c.* 3. qui habetur *tom.* 2. *histor. Americ. p.* 6. *pag.* 12. nar- 11 rat, † Atabalibam, Peruanorum Regem, cum ei ab Hispanis Alexandri VI. concessio nota fieret, respondisse: *Pontificem insigniter fatuum, & impudentem esse, eo facilè prodi, quòd aliena tam liberaliter largiatur*, ubi hæreticus ejus additionator adjecit: *Quo jure, hæc dare potuit Papa, in quæ nullum ejus unquam habuit? Nisi forte, quia Christus cœli, & terræ hæres est, cujus bonus iste* 12 *Pater Vicarius est scilicet.* Et † *in eadem p. pag.* 64. extat relatio expeditionis à Gallis in Floridam factæ, cui præfigitur argumentum, ubi hæc verba ponuntur: *Etsi enim nullo jure Hispani latissimas illas in Occidente tum insulas, tum indicæ continentis provincias nisi forte umbratili Pontificis donatione cujus ea non sunt, possident, &c.* Auctor † quoque libri, cui titulus: *Mare liberum, sive* 13 *de jure, quod Batavis competit ad Indicana commercia*, quem refert Freitas ubi suprà plura (ut audio) in ejusdem donationis, & Romanæ Ecclesiæ contemptum inverecundè conscripsit: absolutè negans, *cap.* 3. *&* 4. ullam ei in terris, vel bonis infidelium potestatem competere; quæ tamen omnia meritò deleri jussa sunt in Catalogo librorum prohibitorum Illustriss. Cardinalis à Sandoval, anno 1612. *in primo indice, pag.* 77. *& in secundo, p.* 55. & tetigi *suprà hoc lib. c.* 1. *n.* 48. Sed † hic omittenda non fuerunt, ne quis (ut 14 ille dixit) patientiam nostram in conscientiam ducat, & ut commodius illis obviam ire possimus, si tela, quibus petimur, agnoscamus. Nam juxta D. Leonem *in* 1. *concione Parænctica ad Fideles: Magna est pictas prodere latebras impiorum, & ipsum in eis, cui serviunt, diabolum debellare.* Pro cujus sententiæ confirmatione, omissis aliis levioribus argumentis, quæ à prædictis auctoribus expenduntur, & præcipuè à Navarro, qui decem, & septem, Marta qui viginti duo congessit in *d. tract. de jurisdiction.* 1. *p. cap.* 17. *per totum.* Primò cum eisdem considero, † quod 15 cum nullo jure, aut testimonio, vel sufficienti Ecclesiæ traditione probetur universalis Romani Pontificis per totum Orbem in temporalibus dominatio, vel jurisdictio, *ut latè ostendunt Turrecremata, Victoria, Bellarmin. & alii ex suprà relatis*: † ea quidem circa provincias, 16 & personas infidelium multò planius deneganda videtur, de quibus non solum in temporabilibus verum neque in spiritualibus cognoscere potest: cum Petro † & successoribus ejus à Christo Do- 17 mino ovium tantum cura commissa fuerit, juxta illud Joan. ult. *Pasce oves meas*, quod de fidelibus omnes Ecclesiæ Patres interpretantur; nam infideles, oves non sunt, ut inquit Belarm. *dict. capitul.* 2. *in princip.* Baron. *in Parænesi ad Remp. Venetam. pag.* 30. & Salas *dict. sect.* 4. *num.* 29. Quorum † respectu solum dixisse, & 18 præcepisse Apostolis Christus videtur *Matth.* 28. *& Marci ult.* ut euntes, omnes gentes docerent, & baptizarent. Quæ verba non continent vim coactivam, vel dominativam illorum, sed divinæ tantum institutionis, & præcepti de baptismo recipiendo denunciationem, cujus causa, vel etiam ob solam infidelitatem dominio suarum rerum, quod naturali, & communi gentium jure eis competit, privari non possunt, ut latius disputavimus *suprà hoc lib. capit.* 10. *& sequentibus.*

Unde † D. Thomas, & communis discipulo- 19 rum ejus schola, quam refert Param. *d. opin.* 4. *n.* 4. & Molina *d. c.* 29. *colum.* 140. *in fine*, asserit, Papam, quod attinet ad spiritualia, habere amplissimam potestatem, à Christo sibi traditam, cujus vices gerit in terris; in Christianos quidem ut sanctis legibus eos instituat, & judicet; in infideles verò, ut illis Evangelium prædicet, vel prædicari curet: non autem, ut in illos aliquam dominationem, vel jurisdictionem exerceat.

Quam † Ecclesiæ expressè negat Apostolus 20 1. *Corinth.* 5. *Quid enim mihi de his, qui foris sunt, judicare*; quod habetur, & de infidelibus,

& Paganis, qui foris, id est, extra Ecclesiam sunt, intelligitur *in c. omnis Christianus* 11. *q.* 3. *c. multi.* 2. *quæst.* 1. *c.* 1. *de constit. c. gaudemus de divortiis, c.* 1. *de homic. in* 6. Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 12. cum multis aliis, quæ congessimus *suprà hoc lib. cap.* 14. *ex num.* 21. & in nostris terminis expenditur à Doctoribus *suprà* citatis, & à Gregor. Lopez *d. gloss. magn. colum. ult. vers. Sexta conclusio*, Navarr. *d. c. novit, notab.* 3. *n.* 41. Covarr. *ad reg. peccatum* 2. *p. §.* 9. *n.* 6. *vers. ult.* Sald. *dict. sect.* 7. *n.* 29. Paramo *opin.* 2. *num. ult.* & Suarez *dict. tract. de Fide, disp.* 9. *sect.* 1. *num.* 5.

21 & 17. ubi pluribus probat, † quod Ecclesiæ membra sunt soli viatores fideles, baptizati.

22 Unde † Eugenius IV. in Concilio Florentino vocat baptismum *spiritualem januam: Per ipsum enim*, inquit, *membra Christi, ac de corpore efficimur Ecclesiæ*, & D. Hieronym. *in epist. ad Oceanum*, alieni & extra Ecclesiam sunt Judæi, Hæretici, atque Gentiles; de quo etiam plura tradit Canus *de locis Theologicis lib.* 4. *c.* 3.

Secundo considero, quod etsi Romani Pontificis potestas, & auctoritas maxima sit, & toto animo veneranda, totisque viribus defen-

23 denda: † non tamen major, & validior esse potest ea, quam Christus Dominus habuit, & exercuit, cujus Vicarius & Petri successor ipsemet Pontifex appellatur, *cap. licèt*, & *cap. quando de translat. Episcop.* cum aliis traditis à Navarro

24 *d. notab.* 3. *num.* 12. & *seqq.* † juncta *l. nemo plus juris, l. nemo plus commodi, l. in iis* 136. §. *non debeo. ff. de regul. juris, l. si cum §. qui injuriarum, ff. si quis caution.* & plurimis aliis quæ de subrogatorum natura & similitudine congerit Tiraq. *de primogen. question.* 40. *ex num.* 43. Everardus *loco* 93. Catellianus Cotta *in memorab. jure verb. Subrogatum* Claud. Pet. Ghoseon *general. juris lib.* 6. *tit.* 9. *cap.* 2. & Cardin. Tusch. *in pract. conclus. jur. litt. S. conclus.* 756.

25 At verò † Christum Dominum secundùm humanitatem, sive in quantum hominem, totius mundi Regem non fuisse neque temporalem ejus dominationem, aut jurisdictionem habuisse, &

26 exercuisse apertè probari videtur † ex illo Jeremiæ *cap.* 22. *vers.* 30. ubi loquens de Jechonia, ex cujus semine Christum fuisse D. Matthæus *cap.* 1. testatur, ait *Hæc dixit Dominus, scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur, nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David, & potestatem habeat ultra in Juda:*

27 *Lucæ* 12. *vers.* 13. ubi, † cùm quidam de turba Christo dixisset: *Magister dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem ille dixit ei: Homo, quis me constituit judicem, aut divisorem super vos?*

28 *Joan.* 18. *vers.* 36. † ubi ibidem Christus à Pilato rogatus, an Rex Judæorum esset? Respondit: *Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderet Judæis: nunc autem Regnum meum non est hinc.*

29 Et † *extravagantibus, Cùm inter nonnullos, Quia quorumdam*, & *Exiit qui seminat de verbor. signific.* ubi expressè affirmatur, Christum, & Apostolos paucarum rerum dominium habuisse.

Quibus & aliis testimoniis & argumentis

30 hanc opinionem defendunt, † & magis communiter à sacræ Theologiæ & juris Pontificii Doctoribus recipi tradunt Abulensis *sup. num. cap.* 4. *quæst.* 11. & sup. Matth. *cap.* 20. *quæst.* 63. & *cap.* 21. *quæst.* 3. Uvalden. *lib.* 2. *doctr. fid. art.* 3. *cap.* 76. & 77. Driedon. *de dogm. Sacræ Scrip. lib.* 3. *tract.* 1. *cap.* 4. Adrian. Finus *lib.* 5. *flagell. contra Judæos, cap.* 5. & 6. Jacob. Nanclant. *in tract. de Reg. Christi tit.* 4. Jansen. *l.* 4. *concord. cap.* 3. & 141. Franc. à Christo *in* 3. *Sentent. dist.* 4. *quæst.* 6. *de Regno Christi*, Alfon. à Castro *lib.* 4. *contra hæreses, verbo Beatitudo, hæresi* 3. Salmeron. *tom.* 3. *tractat.* 10. *num.* 26. Victor. *in d. relect.* 1. *de Indis num.* 6. & 27. & de potest Eccles. *q. penult. à num.* 15. Soto *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.* 2. *art.* 1. & 4. *de just. & jure lib.* 4. *quæst.* 4. *art.* 1. Joan. Parisiens. *de auct. Reg. Pap. cap.* 8. & 9. Menchac. *lib.* 1. *controvers. illustr. cap.* 21. *num.* 2. Barthol. à Medina *in* 3. *par.* D. Thom. *q.* 59. *art.* 4. Domin. Bañez *in* 2. 2. *in præambul. de dominio ad quæst.* 62. *quæst.* 4. *dub.* 1. & seqq. Cordoba *d. quæst.* 57. *dub.* 1. Cardin. Toletus *in d. c.* 28. *Joan. annot.* 26. & 27. Benedict. Perer. *lib.* 8. *in Daniel, non longè à fine*, Bellarmin. *dict. l.* 5. *de Romano Pontifice c.* 4. & 5. Molin. *dict. disp.* 28. Fr. Alfons. de Mendoza Augustinian. *in suis quodlibetis relect. de dominio Christi*, §. 14. & *seqq.* & esse veram, & magis piam, & Sacræ Scripturæ, Patribus, & rationi consentaneam, serio affirmat Gregor. de Valent. *tom.* 4. *disput.* 1. *quæst.* 22. *punct.* 6. & *tom.* 3. *disput.* 5. *quæst.* 1. *punct.* 1. *vers. Ubi tamen*, Pat. Suarez *in tom.* 1. 3. *part. disp.* 48. *sect.* 2. & *in defens. Fidei lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 15. & 16. & latissimè Michael Salon. *in* 2. 2. *quæst.* 4. *art.* 4. Param. *de orig. Inquisit. dict. lib.* 3. *quæst.* 1. *opin.* 4. *ex num.* 70. Fr. Joan. à Ponte *in conveniens utriusque Monarch. lib.* 4. *cap.* 15. §. 4. & 5. & novissimè alios referens, & optimè hunc articulum tractans Pat. Salaz. *in comment. Proverb. cap.* 8. & Pat. Franc. Mendoz. *in comment. sup. lib.* 1. *Reg. c.* 2. *n.* 10. *annot.* 15. *sect.* 3. *ex num.* 1. *ad* 16. ubi diserte ostendunt, neque hæreditario, neque belli, aut electionis jure Christum in quantum hominem temporalem mundi dominum fuisse.

Quod † inter plures alios ex antiquis Ecclesiæ doctoribus, quos latè recenset Bellarm. *in recognit. ad lib.* 5. *de Roman. Pontif. c.* 4. *p.* 510. & *seq.* benè etiam ostendit D. Augustin. *lib.* 17. *de Civit. Dei cap.* 7. ubi inquit: *Populi Israel personam figurate gerebat Saul, qui populus Regnum fuerat amissurus, Christo Jesu Domino nostro per novum testamentum non carnaliter, sed spiritualiter regnaturo.* Et *tractat.* 115. in Joan. ubi explicans illud *Psalm.* 2. *Ego autem constitutus sum Rex super Sion*, ait: *Sed & mons ille Sion ille non sunt de hoc mundo; quod est Regnum ejus, nisi credentes in eum?*

31

D. Hieron. *lib.* 4. *sup. dict. cap.* 22. *Jerem.* 32 ubi † quærit, quomodo ibi nullus de stirpe Jechoniæ regnaturus pronuntietur, cùm tamen Christus, quem D. Matthæus Jechoniæ filium facit, dicatur ab angelo habiturus sedem David? Et respondit: *Potest solvi; non sedebit quidem super thronum David vir, & homo, sed sedebit Deus, Regnumque ejus non terrenum erit & breve, sed perpetuum, & cœleste.*

Quod

Quod item eadem quæstione, licèt breviùs expressit, D. Ambrosius *lib.* 3. *sup. cap. penult.* D. Lucæ ad finem, inquiens *Non secundi honore regnavit Christus, nec in Jechoniæ sedibus* Et *eod.*

33 *lib.* † *cap.* 4. *Qui dicit, non esse de hoc mundo Regnum suum, ostendit se esse supra mundum, ita Regnum ejus erat in seculo, sed suprà seculorum erat.*

Et D. Basilius in illud *Luc.* 1. Regnavit in domo Jacob, ait: *Non in materiali sede David Dominus sedebit, sed sedem David appellat, in qua residet Dominus indissolubile Regnum.*

Cui mirè convenit D. Bernard. *homil.* 4. *in Missus est*, inquiens: *Dabit ei Dominus sedem David Patris sui, non typicam, sed veram, non temporalem, sed æternam, non terrenam, sed cœlestem*, & Theophilactus *Lucæ* 1. dum ait: *Sicut David sensibile Regnum suscepit, ita Christus spirituale*, & *Lucæ* 24. super illud Nos sperabamus, quia ipse redempturus Israël: *Expectabant* (inquit) *Christum salvaturum, & redempturum populum Israel ab ingruentibus malis & à servitute Romanorum, ipsum quoque credebant terrenum Regem fieri.* Et sup. illud *Matth.* 20. ubi discipulis à Christo priores sedes in Regno suo petentibus respondit: Nescitis quid petatis? ait: *Quasi dicat non est hoc, quod creditis, quòd sim corporaliter in Jerusalem regnaturus; sed omnia quæ scilicet ad Regnum meum pertinent, suprà intellectum sunt.*

Et Nicol. de Lyra exponens illud *Joan.* 28. *Nunc autem Regnum meum non est hinc: Id est* (inquit) *quantum ad temporalia ista quærenda Nec obstat illud Psal.* 46. *Rex omnis terræ Deus: nam dicendum est, quòd secundum veritatem Divinitatis omnia sunt subjecta Christo: tamen quantum ad humanitatem primo adventu suo non venit ad dominandum temporaliter, sed magis ad serviendum, & patiendum.*

34 Terrìo † facit, quia etsi aliorum Theologorum opinionem sequamur, qui media via gradientes, negant quidem, Christum in quantum hominem habuisse Regnum temporale, proprium, & humanum, sive inferioris ordinis, quale est illud, quòd singuli Reges formaliter habent: affirmant tamen, eminenter habuisse aliud Regnum excellens, & superioris ordinis, sibi à Deo super omnia creata plenè, & absolutè ex dono unionis concessum, quo caput hominum, & Angelorum ex natura rei eo ipso est constitutus: quoniam id dignitas, & excellentia Christi hominis postulabat, ut constabit ex traditis à D. Anton. 3. *part. tit.* 3. *cap.* 2. Almain. *in tractat. de potest. Eccles. cap.* 4. Turrecremat. *lib.* 2. *sum. de Eccles. cap.* 116. & ex aliis, quos *infrà num.* 90. citabimus. Adhuc † tamen negare possemus, hanc ta-

35 lem potestatem in Petrum, & ejus successores pertransisse, cùm certissimum sit, dona illa, quæ in Christo Domino excellenter, & eminenter considerantur, non solum ubi temporalia, & naturalia respiciunt, verum etiam ubi Ecclesiasticam, & spiritualem potestatem concernunt, in Pontificem traslata non esse, ut in facultate instituendi Sacramenta, operandi miracula propriâ virtute, & in aliis exemplis ostendit D. Thom. *lib.* 3. *de regim. Princ. cap.* 10. *in fine*, & 3. *part. c.* 64. *art.* 4. *ad primum.* Hostiens. *in sum. de pœnit. & remission.* quem ad hoc refer Gregor. Lop. *d. l.* 22. *tit.* 23. *part.* 2. Glos. magn. *col.* 6. *in princ.* Navarr. *d. notab.* 3. *num.* 126. & 130. ubi † con- 36
cludit, hanc consequentiam non semper veram, & legitimam esse: Hoc potuit Christus, quatenus homo; ergo potest & Papa, quatenus ejus Vicarius.

Et de eodem dono excellentiæ dominii temporalis super totum Orbem specialiter loquentes, Victor. *de potest. civili* 2. *propos. in princ.* Bellarm. *d. cap.* 4. §. *adde*, Sot. *in* 4. *distinct.* 1. *q.* 5. *art.* 4. *dub. ult.* Bañ. *d. art.* 4. *dub.* 1. Molina *dict. disput.* 29. *colum.* 141. Alfons. Mendoza *dict. relect. de dom. Christi, art.* 2. Param. *d. opin.* 3. *num.* 31. & *opin.* 4. *num.* 62. Joan. Azor. *tom.* 2. *inst. Moral. lib.* 4. *cap.* 19. *vers. Quartò quæritur*, Suarez *in defensione Fidei, lib.* 3. *c.* 5. *num.* 17. & novissimus Calist. Remir. *de lege Regia, Arag.* §. 2. *num.* 25. & Seraph. Freitas *d. tract. Imp. Asiat. cap.* 6. *num.* 67.

Quarto † perpenditur, quod etiam si daremus in Romanos Pontifices, tamquam Christi 37
Vicarios, prædictam potestatem, & generalem dominationem temporalium Regnorum translatam fuisse, adhuc tamen eà uti non deberent, cum † videamus Christum ipsum, cujus omnis 38
actio, nostra est institutio, capite significasti, ubi Abbas *de elect. cap. qualiter & quando, el* 2. *de accusation.* jura, & dominia Regnorum, & cæterarum rerum propriis & antiquis possessionibus, etiam incredulis, peccatoribus, aut tyrannis neutiquam abstulisse, sed imò ea, quæ obtinebant, singulis reliquisse, perinde ac si in hunc mundum non venisse. Sic enim † *Mat-* 39
th. 12. ea, quæ erant Cæsaris, Cæsari reddi præcepit, & *Luc.* 22. dixit: *Principes Gentium dominantur eorum, vos autem non sic*, & *Joan.* 1. *Sicut misit me vivens Pater, & ego mitto vos*, & *Joan.* 18. & *Matth.* 26. materiali gladio uti noluit, sed potius Petro jussit ut illum in vaginam converteret, ut considerat Glos. *in cap. causam quæ* qui filii sint legitimi. Et D. Paul. *ad Rom.* 13. Principibus vectigal, & tributum esse reddendum admonuit. Titumque docuit, *Tit.* 3. ut suadeat Christianis, subditos esse Principibus, & potestatibus, quod & Petrus præcepit, 1. *Petr.* 2. cum dicit. *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum; sive Regi, quasi præcellenti: sive Ducibus tamquam ab eo missis*; & paulo post: *Deum timete, Regem honorificate*: junctis aliis, quæ optimè ad hoc idem congerunt, & expendunt Molina *d. disp.* 28. *col.* 132. *litt. E.* Navarr. *d. notab.* 3. *num.* 63. *pag.* 101. *in fine* Bellarm. *d. lib.* 5. *cap.* 2. & 3. Param. *d. opin.* 4. *num.* 24. & alii relati à Freit. *d. cap.* 6. *num.* 60. Ubi † adducunt illud Sedulii in Hymno Epipha- 40
niæ ab Ecclesia sæpè repeti solitum:

Horris Herodes impie,
Christum venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui Regna dat Cælestia.

Quod † expressiùs etiam dixit D. Aug. *sup.* 41
Joan. d. cap. 28. relatus à Gregor. Lop. *Glos. mag. col.* 5. *in fin.* dum scribit: *Audite ergo Judæi & Gentes, audi Circumcisio, audi præputium, audite omnia Regna terrena, non impedio domi-*

nationem vestram in hoc mundo Regnum meum non est de hoc mundo. Nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes ille major cum Christus natus annuntiaretur, expavit, & tot infantes ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis quàm irascendo crudelior. Regnum, inquit, *meum non est de hoc mundo. Quid vultis amplius? Venite ad Regnum, quod non est de hoc mundo: venite credendo & nolite servire metuendo.*

42 Quinto & ultimo considerari potest, † ipsosmet Romanos Pontifices, & sanctos Ecclesiæ Patres, non solùm ubi de Regnis & Imperiis infidelium tractatur, sed etiam ubi de fidelibus controvertitur, spiritualem potestatem à temporali secernere, & apertè probare videri, illam tantùm apud Pontificem residere, hanc verò liberè, immediatè, & privativè Regibus & Principibus secularibus ex Dei ordinatione competere. Sic

43 enim † D. Aug. *in cap. quo jure distinct.* 8. humana jura Imperatorum esse inquit: *quia Deus per Imperatores & Rectores seculi humano generi jura humana distribuit.*

Et Leo I. *in epist.* 38. & in multis aliis, quas ad Theodosium, Martianum & Leonem Impp. scripsit, ipsos à Deo ad Imperium electos fatetur, prout & D. Gregor. *lib.* 2. *epist.* 61. scribens ad Mauricium affirmat his verbis: *Potestas super omnes homines dominium meorum pietati cœlitus data est.*

Et D. Cyprian. *c. quoniam, dist. distinct.* 8. eamdem sententiam magis exprimens, ait: *Mediator Dei & hominum Christus Jesus sic utriusque potestatis officia dilexerit, ut Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & rursus Pontifices pro temporalium tantummodo curis Imperatorum legibus uterentur.*

44 Nicolaus etiam Papa † *in c. cùm ad verum* 99. *dist.* luculenter scribit: *Cùm ad verum perventum est ultra sibi nec Imperator jura Pontificatus arripuit nec Pontifex humani Imperatorium usurpavit: Quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Jesus actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit.*

Cui convenit Gelasius Papa *in cap. duo sunt, eod. dist.* sic inquiens: *Duo sunt Imperator Auguste, quibus hic mundus regitur, auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas*: ubi cum Bellarm. *d. cap.* 3. notandum est, Gelasium non solum de executione loqui, sed de ipsa potestate & jurisdictione temporali, quam à tota Papæ potestate distinguit.

Quòd non minùs apertè ostendit Leo Papa *in cap. nos si incompetenter* 2. *q.* 7. *§. sed notandum* dum ait: *Duæ sunt personæ, quibus mundus iste regitur, Regalis videlicet, & Sacerdotalis, sicut Reges præsunt in causis seculi, ita Sacerdotes in causis Dei*: & paulo post: *Sicut Oziæ à Domino percussus est, quia Sacerdotum officia usurpare non debuit, sic Sacerdotibus, & Prophetis Regum officia usurpare non licuit.*

45 Idem † tradit Innocent. II. *in cap. solitæ de majorit. & obed.* ubi postquam Soli, & Lunæ has duas potestates æquiparavit, sic addit: *Et non negamus, quin præcellat Imperator in temporalibus illos qui ab eo temporalia suscipiunt, sed Pontifex in spiritualibus antecellit, quæ tantò sunt temporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori, ut quanta est inter Solem & Lunam, tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoscatur.* Et *in cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi*, ubi ait: *Cum Rex Superiorem in temporalibus minimè recognoscat, &c.* & *in dict. cap. novit, de judiciis*, ibi: *Non putet aliquis quòd jurisdictionem Illustris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendimus; cum ipse jurisdictionem nostram, nec velit nec debeat impedire.* Et infrà: *Non enim intendimus judicare de feudo, cujus ad ipsum spectat judicium: & cùm jurisdictionem propriam non sufficiamus explere, cur alienam usurpare vellemus*: ubi Pontifex usurpationem alienæ jurisdictionis appellat, si temporalem jurisdictionem in Regno Francorum tentare assumere.

Quod in simili etiam probat Honorius III. *in cap. tuam, de ordin. cognit.* ubi pro comperto habet se non esse legitimum judicem in causa de successione Reginæ Cypri, sed Regem Francorum, cùm tamen causam natalium ejusdem Reginæ ad Apostolicam Sedem pertinere affirmet: *Utpote* (inquit) *quæ ad forum Ecclesiasticum pertinet.*

Cui consentit Alexand. III. *in cap. latæ, & cap. causam el* 2. *qui filii sint legitim.* ibi: *Nos attendentes, quòd ad Regem pertinet, non ad Ecclesiam de talibus possessionibus judicare.* Et *in cap. si duobus, §. denique, de appellat.* ubi † rogatus, 46
an appellatio à judice seculari ad Papam teneret? respondit: *Tenet quidem in iis qui sunt temporali nostræ jurisdictioni subjecti: in aliis verò secundùm juris rigorem credimus non tenere, etsi de consuetudine Ecclesiæ teneat.* Quam tamen consuetudinem abrogatam jam esse experimur, ut *ibidem* advertit gloss. *verb. Credimus*, & Navarr. *d. cap. novit. num.* 25. ubi ait, quod hoc totus servat Christianismus.

Et in † hoc ipsum respiciens Div. Ambros. re- 47
latus *in cap. conven.* 23. *quæst.* 8. ad Imperatores palatia, id est, res seculares, ad Sacerdotes, Ecclesiam, id est, res spirituales pertinere docet & Nicolaus Papa *in cap. inter hæc* 6. 33. *quæst.* 2: *Sancta* (inquit) *Dei Ecclesia mundanis numquam constringitur, gladium non habet nisi spiritualem, non occidit, sed vivificat, & in capit. Imperium, distinct.* 10. *Nolite præjudicium Deo Ecclesiæ irrogare: illa quippe nullum Imperio vestro præjudicium infert.*

Hosius † item Episcopus Cordubensis *in* 48
Epist. Athanasii ad solitariam vitam agentes, Imperatori dixisse narratur: *Tibi Deus Imperium: nobis autem ea, quæ sunt Ecclesiæ Christus commisit.*

Et D. † Bernard. *lib.* 1. *de consider. ad Eu-* 49
gen. hanc spiritualis, & temporalis potestatis distinctionem sic exprimit: *Habent hæc infirma & terrena judices suos Reges: & Principes terræ, quid fines aliorum inauditis? Quid falcem vestram in alienam messem extenditis?* Et *lib.* 2. *Quid tibi aliud dimisit Petrus Apostolus: Quod autem habeo*, inquit, *hoc tibi do, argentum, & aurum non est mihi: Esto ut alia ratione hoc tibi vendices, sed non Apostolico jure. Plane Apostolis interdicitur dominatus, quomodo tu tibi audes usurpare? &* lib. 3. *Ita tu hæres, & Orbis hæreditas? dispensatio tibi credita est, non data possessio: non tu ille, de quo Propheta, & erit omnis terra possessio ejus.*

Hæc

Hæc sunt potiora argumenta, & plenè satis urgentia, quibus superior negativa opinio maximè adstrui, & confirmari videtur.

50 Sed † ego adhuc, illis non remorantibus, contrariam affirmativam longè veriorem, & communiorem existimo quæ in Romano Pontifice utriusque gladii, spiritualis, scilicet & temporalis auctoritatem, & potestatem, non tantùm indirectam, verùm etiam directam, constituit, atque adeo eidem supremam in omnibus Regnis, & provinciis fidelium, & infidelium dominationem, & jurisdictionem, justa causa exigente, concedit. Quam securè, & absolutè adnituntur omnes auctores, quos *in cap. præcedenti num.* 19. pro tertia opinione citavi.

51 Et † specialiter de infidelibus loquentes Hostiens. & alii, quorum *supr. capit. to'exe num.* 1. memiñimus, qui post adventum Christi omne dominium, & imperium in Ecclesiam translatum fuisse dixerunt, residereque in Romano Pontifice, ut in summi, & veri Regis Christi Vicario, & ideò posse infidelium Regna, quibus voluerit, jure suo donare, eosque compellere, ut Romanæ sedis auctoritate agnoscant.

52 Et † ultra eos, expresse eamdem sententiam comprobat Bart. *in l. lib. homo* 103. *D. de verb. oblig.* & *in tract. de Insula, verb. Nullius. n.* 7. & in extravag. *ad reprimendum, verb. Totius Orbis, num.* 9. ubi hinc deducit, Summum Pontificem non solum concedere posse Regna infidelium, quæ aliquando Christianorum fuerunt, sed etiam terras, & insulas noviter detectas, quæ ab aliquibus gentibus habentur, & detinentur, & hoc pluries à Papa factum esse.

53 Idem sequitur † Oldrad. *cons.* 72. Henricus Bose. & Petr. Ancharran. *in cap. gaudemus de divortiis*, idem Ancharran. *in d. cap. quod super, de voto*, Joan. de Lignano *in tract. de bello cap.* 9. Sylvest. *in sum. verb. Papa, quæst.* 2. 7. 10. & *sequentibus*, & *verb. Infidelitas, quæst.* 7. & *verb. Legitimus quæst.* 4. August. de Ancona *de potest. Eccles. q.* 1. *art.* 1. 7. & *seqq.* & *q.* 23. *art.* 1. *q.* 4 & *q.* 46. *art.* 2 *in solut. tertii.* Joan. Lupi de Palac. Rubios *d. tract. de obtent. Reg. Navarræ, par.* 2. *per tot. præcipuè §.* 6. & 7. & plures alii relati à Navarr. *in d. cap. novit, notab.* 3. *num.* 19. & 20. Franc. Thairon. cognomento Doctor Illuminatus *in* 4. *dist.* 10. *q.* 4. Vbi Papam unicum, & supremum mundi Monarcham esse inquunt, & per consequens etiam ad infideles ejus jurisdictionem extendunt.

Alvar. Pelag. *lib.* 1. *de planctu Eccles. art.* 13. 54 *lit. D.* ubi † Ecclesiæ, & Pontificis potestatem summè amplians resolvit, Infideles, Idololatras, & Paganos nullam unquam jurisdictionem habuisse, & ideò Regna illorum omnia pertinere ad Ecclesiam Christianam, & per consecutionem ad Papam, qui præfectus est illi.

Præposit. Mediolanens. *in c. apud misericordem* 32. *q.* 5. *fol.* 240. *colum.* 4. quem sequitur Sylvest. *d. verb.* Papa, *n.* 7. & *seq.* & Param. *dict. opin.* 4. *num.* 141. ubi docet, quòd ratione utilitatis publicæ, potest Papa etiam infideles privari jure suo.

Petr. Belluga *in Speculo Princip. rub.* 39. *§. novissimè*, ubi ait, quòd Judæi, & alii infideles bonis sois auctoritate Pontificis spoliari possunt, & illa habent ut peculium.

Bald. *cons.* 389. *consuetudo est, in fine, n.* 10. *lib.* 1. quem refert, & sequitur Cardinal. Tusch. *pract. conclus. jur. lit. B. conclus.* 36. *num.* 3. ubi ait, † auctoritatem suscipiendi belli contra Re- 55
ges, & Principes infideles maximè penes Summum Pontificem residere.

Hugo *in tract. de officio quatuor Prælat.* 1. *p. tit. de duplici potest. Papæ num.* 1. & *seqq.* Anastas. Germon. *de sacro. immun. lib.* 3. *cap.* 13. *per totum*, Bobadill. *dict. lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *n.* 3. & *n.* 9. ubi plurimos citat dit. D. Celsus Mancinus *in tract. de jurib. Princip. lib.* 3. *per totum*, & *lib.* 4. *ex cap.* 1. *ad* 9. Doct. † Marta omnino vi- 56
dendus *in dict. tract. de jurisd.* 1. *part. cap.* 17. & 19. cum multis sequentibus, præcipuè *cap.* 24. cujus argumentum est: *Papam posse concedere Regna infidelium alicui Christiano.* Ubi *num. fin.* concludit, quod, cum hanc opinionem amplectatur sancta Mater Ecclesia, & quando videtur expediens, illam exerceat, non deberent Christiani Scriptores illam veneno afficere. Et *cap. seq.* eorum argumentis plenè respondet, qui Papam solùm indirectam temporalem jurisdictionem, & ratione peccati habere contendunt.

Quod idem latè, & † nervosè ostendere, & 57
defendere conatus est Thom. Bocius Eugubin. *de sign. Eccles. lib.* 17. *sign.* 76. *c.* 4 *vers. Joannes Primo, & in peculiari tractatu de temporali Eccles. Monarch. & jurisdict. lib.* 1. *cap.* 1. *p.* 13. & *cap.* 23. *par.* 231. & ferè *per totum*, & *in alio tract. de jure naturali, & divino Ecclesiasticæ potestatis, & libertatis lib.* 2. *cap.* 9. cum multis seqq. & *in tract. de antiquo, & novo Ital. statu contra Machiavellum lib.* 4. *c.* 5. & 6. ubi constantissimè affirmat, hanc esse Theologorum communem sententiam, Papam non modò esse Pontificem Summum, sed etiam Regem summum totius Orbis terrarum; sive numerum Theologorum, qui de hac re scripserunt, consideremus, sive auctoritatem, doctrinam, aut dignitatem.

Et pro † ea (inter alia) sigillatim expendit 58
verba D. Thomæ *lib.* 3. *de regim. Princip. c.* 10. 15. & 19. ubi concludit, omnem dominium, quodcumque est, non modò in Italia, sed in Orbe toto, habere principium, virtutem, & operationem à dominio Papæ, non solùm spirituali, sed etiam temporali, quòd dedit, ac dat illi Christus, qui temporaliter est Dominus Orbis, & directè ad spiritualem vitam suam ordinavit Principatum.

Henrici † Gandavensis *quodlibeto* 6. *quæst.* 23. 59
ubi resolvit, quod de jure divino, & naturali Sacerdotium supereminet Imperio, & penes Pontificem residet utraque jurisdictio, & super spiritualia, & super temporalia, & similiter ejus immediata executio. Et secundùm hoc Sacerdos Apostolicus se habet ad Reges, & Principes, tamquam Architecti ad artifices, eis leges, & regulas dando, secundum quas debent jurisdictionem suam exequi & populos regere.

Sancti Antonini † *in sum. tit.* 3. *de domin.* 60
Regn. cap. 2. ubi ait: *Credimus, imò scimus, quod Papa est generalis Vicarius Jesu Christi, & non solum habeat potestatem, sed plenitudinem potestatis*

eis etiam super infideles, qui etsi non habent legem nisi naturæ, si tamen contra legem ipsam naturæ faciant, licitè per Papam puniri possunt.

61 Et † Roderici Sanctii Episcopi Zamorensis *in lib. de orig. ac differentia Princip. pag.* 1. ubi ait, quòd nemo nisi Christus, vel ejus Vicarius in terris potest dicere illud, quod Propheta de Christo dixerat, *Mihi alienigenæ subditi sunt.* Nam propter universale dominium nullus mortalium est ei alienus, & non subditus: quia scriptum est de eo: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Et iterum: *Omnes gentes servient ei & dominabitur à mari usque ad mare, & omnis terra possessio ejus.* Quæ auctoritates loquuntur de Romano Pontifice qui vice Christi principatur in universo Orbe in spiritualibus, & temporalibus; & habet verum unicum, & immediatum totius mundalis machinæ Imperium, cui Imperator deservit, & subministrat, ita ut ad jussum Principatus Papalis, sit amobilis, revocabilis, corregibilis, & punibilis.

62 Idem † etiam novissimè probat Calist. Remir. *dict. tract. de lege Regia Aragon, §. 2. n.* 44. ubi concludit, quòd in finem supernaturalem ubique terrarum Romanus Pontifex utrumque gladium habet, & non solùm Ecclesiasticam, sed etiam secularem supremam potestatem, quam, quantum finis supernaturalis postulabit, super omnes Principes fideles, quinimo, & infideles exercere poterit. Quod in provinciis & Regnis Saracenorum securè post alios, quos refert, admittere videtur Freitas *de Imperio Asiat. cap.* 8. *num.* 42.

63 Et magis præcise, in † terminis ipsiusmet quæstionis, de qua sermonem habemus, quòd Alex. VI. potuerit Indiarum Occidentalium Inquisitionem, & conquisitionem Regibus nostris concedere, & quòd illi hoc titulo fulti (præter alios quos suprà retulimus) justè easdem acquirere, & retinere possint, integro tractatu probas-

64 se, & defendisse videtur † Joan. Lup. Palac. Rubios, cui titulum fecit: *Insularum maris Occeani*, ad quem se remittit *in dict. tract. de obtent. Navarr. 2. part. §. 1. in fine.*
Ginesius Sepulveda in Apologia pro eadem Indiarum conquisitione ad Episcopum Segoviensem.

65 Petr. Malferitus † I. C. Balearis in sæpè *allegato consilio* 769. *apud Mandel. vol.* 4. *ex n.* 40. *& ex num.* 86. *& num. ult.* ubi intrepidè concludit, hanc Alex. VI. concessionem validam, & licitam fuisse, & Reges nostros ejus virtute in utroque foro has Novi Orbis regiones securissimè possidere.

66 Marquard. † de Susanis *in tract de Jud. & Infidel. 1. part. cap.* 14. ubi inquit, quod contrarium dicere, saperet hæresim, & quòd dictæ concessionis virtute justè bella mota fuerunt Indis noviter repertis per gentes Hispanorum & eodem titulo legitime possessi sunt, & possidentur.

67 Greg. Lop. † licèt parum sibi constans *in d. l. 2. tit. 23. part. 2. gloss. magn. colum.* 3. & magis secure *in l. ult. tit. 18. p. 2. gloss. 7. verb. En la conquista* ubi quæres, quænam Regna hodie possint dici de *conquista* Regis Hispaniæ, cùm jam, Deo favente, omnis ejus terra, quæ olim à Saracenis occupata erat, ab illis ablata fuerit; respondet: *Potest dici, quòd tunc erunt de conquæsta Regis Hispaniæ omnes insulæ, & terræ firmæ maris Occeani, juxta concessionem Alexandri: multum enim Papæ concessio in his operatur, juxta notata per Bartolum in tract. de insula, verb. Nullius, col. 2. & 3. & si Papa voluit, potuit, & de ejus potestate dubitandum non est, licèt istæ terræ numquam fuerint in potestate nostra. Cum Papa sit Vicarius Christi, cui omnia sunt subdita. Et in leg. 29. tit. 28. part. 3. verb. Poblaren*, ubi illum text. ponderans, & multum commendans doctrinam Bart. *in dict. tract. de insula, verb. Nullius* inquit: *Quæ applicare sum solitus concessioni factæ per summum Pontificem Alexandrum Catholicis Regibus Hispaniæ de insulis, & terra firma Indiarum maris Occeani.*

Idem † sequuntur, eamdem Alexand. VI. do- 68
nationem laudantes & utilem, ac validam fuisse probantes, Franc. Vargas *in tract. de Episcop. jurisdict. confirm.* 10. Anastal. Germon. omnino legendus *dict. cap.* 13. *num.* 34. *& seqq.* Joan. Metell. relatus *in Theat. vitæ hum. volum.* 28. *lib.* 2. *pag.* 4236. Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cath. cap.* 46. *num.* 224. Joan. Boter. *in relation. univers.* 4. *part. lib.* 2. *pag.* 49. Rutil. Benzon. *de ann. Jubil. lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 53. ubi refert Sanderum *de visib. Monarch. lib.* 7. Bobadill. *in d. cap.* 17. *num.* 7. Murta *d. cap.* 24. *num.* 32. Param. *d. lib.* 3. *de orig. Inquisit. quæst.* 1. *opin.* 4. *num.* 145. ubi refert quemdam Doctorem nomine Vazquez *cons.* 8. de eadem donatione agentem, quem Ego invenire non potui, Cevall. *d. tom.* 4. *commun. quæst. fin. ex num.* 309. ubi tamdem resolvere videtur, quòd licèt Principes per se non possent terras infidelium debellare, benè tamen possunt ex licentia & facultate Pontificis? & quod hæc fuit ratio, propter quam Reges Catholici, & eorum successores possident hæc Regna Indiarum, quæ Alex. VI. eis addixit hac conditione, & lege, ut ad Christianam Religionem eos reducendos studerent; & quod ita succedit regula *l. justè possidet, ff. de acquirend. possess.*

Par. Ferdin. Rebell. *de oblig. just. lib.* 18. *quæst.* 23. *per totam*, ubi loquitur de aliis similibus aliorum Pontificum donationibus, Regibus Lusitaniæ factis, ad conquisitionem Indiarum Orientalium.

Anton. de Herrera omnino legendus *in sua hist. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 51. *& seqq.* ubi Hispano sermone de eadem Pontificis potestate plenissimè agit, & de causis, & rationibus, quæ Alex. VI. movere potuerunt, ut supremum hujus Novi Orbis Imperium Regibus Castellæ, & Legionis, eorumque successoribus pleno jure concederet.

Et melius † Thom. Boc. de sign. Eccles. Dei 69
lib. 10. *cap.* 13. *& lib.* 17. *cap.* 4. *& de Italiæ statu, lib.* 3. *cap. ultim. pag.* 342. *& seq. lib.* 4. *cap. ult. pag.* 445. ubi ita scribit: *His addi potest, quod suprà diximus, ab Alex. VI. Indias Occidentales, & Orientales æquis partibus inter Castellanos, ac Lusitanos fuisse divisas. Quod cùm multis de causis efficere posset ille, tum verò ea quam S. Antoninus tradidit, quia scilicet Pontifex, Christi, Deique Vicarius quodcumque voluerit in terris, ligat, ac solvit ob publicum bonum; jusque ipsi est infideles*

les punire, cùm juxta lumen naturale nequaquam vivunt, atque omni dominio privare. Atque ita non modò hæc potest, quatenus est necessarium ad salutem animarum, sed etiam quatenus est utile ad bonum publicum. Nam cùm Christus Petro dixit: Pasce! jussit ut subditos alleret omni subsidio spirituali, ac temporali, ut, post clarissimos Doctores, advotavit omni virtutum genere florentissimus Cardinal. Toletus.

70 Ille quoque † Chiapensis Episcopus Fr. Bartholom. *de las Casas*, licèt Indiarum debellationi parum in suis opusculis faverit, earum tamen acquisitionem hoc Pontificiæ concessionis titulo saltem quoad dominium supremum, inconcussam manere resolvit *in dict. tract. comprobatorio*, ubi cum multis mediis Papæ potestatem in gubernandis, restringendis, aut etiam tollendis infidelium dominiis, & provinciis asseruisset, tamdem *fol.* 66. in hæc verba prorumpit: *I este es, y no otro el fundamento fortissimo mas que todas las duras y firmes peñas sobre el qual tienen los dichos Catholicos Reyes de Castilla y Leon assentado y colocado cerca de aquel universo, amplissimo y estendido Orbe de aquellas Occeanas Indias, su ministerial Principado, y Real señorio; conviene à saber, en el divino poder del Papa communicado al Papa de Christo, y del Papa á los Reyes, y asi les compete por autoridad del derecho divino. Por tanto de aqui adelante ninguno deve poner duda en esta justicia, y tan poco deben vaguear fingiendo varios titulos.*

Eamdem etiam sententiam novissimè probat, & sequitur August. Barbos. *in Pastorali, 1. part. tit. 3. cap. 2. num.* 41. *& sequentibus*, & Nos prosequimur *infrà cap. seq. ex num.* 19. *& lib. 3. cap. 1. ex num.* 13.

Pro cujus sententiæ confirmatione, ex innumeris argumentis, & auctoritatibus, quibus eam fulciunt, & defendunt Doctores *suprà* relati, præsertim Germon. *dict. cap.* 13. Param. *dict. opin. 3. ex num.* 26. & alii *dict. 1. part. ex capit.* 18. *ad* 23. Primo considerari potest, quod † 71
cum Romanus Pontifex, ex concordi, & necessaria ad salutem, omnium Catholicorum assertione, officium Dei gerat in terris, & Christi Domini Vicarius esse dicatur, unumque cum eo tribunal constituat, *cap. licèt, cap. quanto, cap. inter corporalia, de translatione Episcop. cap.* 1. *vers. Porro, ut Eccles. benef.* quinimò & sit Deus vivens in terris, juxta elegans dictum Joan. de Anania *in cap. quod olim de Judæis*, quod refert, & multum extollit Socin. Junior *consil.* 31. *num.* 51. & 52.

72 Sacrilegii † instar esse videtur, eximiam ejus, & omnimodam potestatem, & auctoritatem in dubium vocare, *arg. l. 2. C. de crimin. sacrileg.* & Solem (quod ajunt) facibus adjuvare, in ea comprobanda aut commendanda, verba consumere, cùm se ipsam satis ostendat, ut alias dicitur *in l. 1. ff. de in integ. restit. & in cap. si omnia 6. quæst. 1.*

73 Et de † hoc extent integri, & locupletis imi tractatus, & commentarii Joan. Parisiens. Augustini de Ancona, Bartho. de Spina, B. Joan. à Capsirano, Hieron. Alban. Franc. de Varga Steph. Aufrerii, Petr. Albiniani, Petr. à Monte, Lælii Jordani, Alfonsi Alvarez Guerrero, Joan. Stephani *de adorat. pedum Pontif.* & alii, qui habentur inter tract. DD. *tom.* 13. *part.* 1. & 2. Albert. Phigius *in tract. de Eccles. Hierarch.* & Joan. Stapleton. *in tract. de Magnit. Eccles. Rom.* ultra quos plurima etiam congesserunt Palac. Rub. *d. tract. de obtent. Navarræ, 2. p. per totam*, Malferit. & ejus additio *dict. cons.* 709. Afflict. *decis. Neapol.* 265. *num.* 14. Ludov. Gomez. *in cap.* 1. *de conclit. lib.* 6. *ex num.* 28. Chassan. *in Catal. glor. mundi* 4. *part. cons.* 7. Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. & 21. & alibi passim, Pet. Bertrand. *in tract de orig. jurisdict. quæst.* 4 *n.* 1. & 5. *& de jurisdict. Eccles. quæst.* 2. *n.* 12. Riminald. *cons.* 57. *n.* 22. Gallel. Redoan. *de spoliis, quæst.* 7. 8. *his præsuppositis, per totum*, Julius Clar. *recep. sent. ex fin. quæst.* 35. *vers. Videamus*, Pet. Gregor. *lib.* 15. *Syntag. cap.* 3. *num.* 1. *& seqq.* Peregrin. *de jure Fisci lib.* 1. *tit.* 2. *ex num.* 1. *ad* 37. Anastas. Germon. *lib.* 3. *de sacr. immunit cap.* 15. *ex num.* 4. Petr. Cenedo, qui plures alios recenset *in collect.* 47. *ad Decretum, num.* 2. & 3. *& collect. num.* 18. *pag.* 31. Param. *dict. lib.* 3. *quæst.* 1. *per totam*; *& dict. quæst.* 1. *num.* 31. cum multis sequentibus Camill. Borell. *in sum. d. cis. tit.* 4. *& de præstan. Reg. Cathol. cap.* 47. *num.* 45. Card. Paleot. *de sacro Consistorio Cardinal. in concl. oper. memor.* 5. *pag.* 363. Hieron. Cevall. *pract. commun. quæst.* 648. *num.* 2. Pet. Beltran. à Guevara *in propugnaculo contra Venetor, assert.* 2. §. 1. *pag.* 143. & 144. Joan. Baptist. Valenzuela *in monit. contra eosdem Venetos, 5. part. ex num.* 50. Anton. Gardos. *in repert. verb. Papa, num.* 5. & novissimè Joan. Pineda *in commentar. sup Eccles. pag.* 1203. *& seq.* Pat. Suar. *in defens. Fidei lib.* 3. *cap.* 14. *& 29. & in tract. de Fide, disp.* 10. *sect.* 1. Ponte *in convenien. utriusque Monarch. lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 18. Fr. Pet. Ramon. *de primatu Petri, Calist. Remirez de lege Regia Arag. §. 2. n.* 10. 20. *&* 48. Gars. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 2. ubi concludunt, & quos † Papa inter omnes mundi Principes supremum obtinet principatum, & Monarchiam, & est major omnibus, & unus omnium Princeps, constitutus super Reges, & Regna, causa causarum, Dominus Dominantium, omnium dignitatum, omnia, & super omnia, & quod † nullus ei potest dicere: Cur ita facis? nec de ejus facto judicare, juxta 74
glossam *in dict. cap. quanto, & in cap. cuncta per mundum 9. quæst.* 5. & tradita ab Innocent. *in cap. inquisitioni, num.* 3. & 4. *de sentent. excommun.* & Socin. *sup.* ubi addit, quòd † quid- 75
quid agit Papa, agit tamquam Deus, cùm ejus potestas ex Deo sit, eò quod contra potestatem Clavium, quin Papa omnia possit, disputandum non est.

Unde glossa singularis *in cap. serpens, de pœnit. dist.* 1. scriptum reliquit, † quod quis Papæ 76
mentitur, perinde sacrilegium committit, ac si Deo mentiretur. Et D. Antonin. *in 3. part. sum. tit.* 22. *cap.* 5. §. 1. *&* §. 11. & alii quos refert, & sequitur Peregrin. *dict. tit.* 2. *num.* 2. majorem † esse, inquit, jurisdictionem Papæ, quàm 77
Angelorum, cùm juxta sententiam D. Paul. 1. *Corinth.* 6. ipsos etiam Angelos judicare possit; quod in specie expendit Innocent. *in cap. per ve-* 78

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA · BIBLIOTECA GENERAL

eis etiam super infideles, qui etsi non habent legem nisi naturæ, si tamen contra legem ipsam naturæ faciant, licitè per Papam puniri possunt.

61 Et † Roderici Sanctii Episcopi Zamorensis *in lib. de orig. ac differentia Princip. pag.* 1. ubi ait, quòd nemo nisi Christus, vel ejus Vicarius in terris potest dicere illud, quod Propheta de Christo dixerat, *Mihi alienigenæ subditi sunt.* Nam propter universale dominium nullus mortalium est ei alienus, & non subditus: quia scriptum est de eo: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Et iterum: *Omnes gentes servient ei & dominabitur à mari usque ad mare, & omnis terra possessio ejus.* Quæ auctoritates loquuntur de Romano Pontifice qui vice Christi principatur in universo Orbe in spiritualibus, & temporalibus; & habet verum unicum, & immediatum totius mundalis machinæ Imperium, cui Imperator deservit, & subministrat, ita ut ad jussum Principatus Papalis, sit amobilis, revocabilis, corregibilis, & punibilis.

62 Idem † etiam novissimè probat Calist. Remir. *dict. tract. de lege Regia Aragon, §. 2. n.* 44. ubi concludit, quòd in finem supernaturalem ubique terrarum Romanus Pontifex utrumque gladium habet, & non solùm Ecclesiasticam, sed etiam secularem supremam potestatem, quam, quantum finis supernaturalis postulabit, super omnes Principes fideles, quinimo, & infideles exercere poterit. Quod in provinciis & Regnis Saracenorum securè post alios, quos refert, admittere videtur Freitas *de Imperio Asiat. cap.* 8. *num.* 42.

63 Et magis præcise, in † terminis ipsiusmet quæstionis, de qua sermonem habemus, quòd Alex. VI. potuerit Indiarum Occidentalium Inquisitionem, & conquisitionem Regibus nostris concedere, & quòd illi hoc titulo fulti (præter alios quos suprà retulimus) justè easdem acquirere, & retinere possint, integro tractatu probas-

64 se, & defendisse videtur † Joan. Lup. Palac. Rubios, cui titulum fecit: *Insularum maris Occeani*, ad quem se remittit *in dict. tract. de obtent. Navarr. 2. part. §. 1. in fine.*
Ginesius Sepulveda in Apologia pro eadem Indiarum conquisitione ad Episcopum Segoviensem.

65 Petr. Malferitus † I. C. Balearis in sæpè *allegato consilio* 769. *apud Mandel. vol.* 4. *ex n.* 40. *& ex num.* 86. *& num. ult.* ubi intrepidè concludit, hanc Alex. VI. concessionem validam, & licitam fuisse, & Reges nostros ejus virtute in utroque foro has Novi Orbis regiones securissimè possidere.

66 Marquard. † de Susanis *in tract de Jud. & Infidel. 1. part. cap.* 14. ubi inquit, quod contrarium dicere, saperet hæresim, & quòd dictæ concessionis virtute justè bella mota fuerunt Indis noviter repertis per gentes Hispanorum & eodem titulo legitime possessi sunt, & possidentur.

67 Greg. Lop. † licèt parum sibi constans *in d. l. 2. tit. 23. part. 2. gloss. magn. colum.* 3. & magis secure *in l. ult. tit. 18. p. 2. gloss. 7. verb. En la conquista* ubi quæres, quænam Regna hodie possint dici de *conquista* Regis Hispaniæ, cùm jam, Deo favente, omnis ejus terra, quæ olim à Saracenis occupata erat, ab illis ablata fuerit; respondet: *Potest dici, quòd tunc erunt de conquæsta Regis Hispaniæ omnes insulæ, & terræ firmæ maris Occeani, juxta concessionem Alexandri: multum enim Papæ concessio in his operatur, juxta notata per Bartolum in tract. de insula, verb. Nullius, col. 2. & 3. & si Papa voluit, potuit, & de ejus potestate dubitandum non est, licèt istæ terræ numquam fuerint in potestate nostra. Cum Papa sit Vicarius Christi, cui omnia sunt subdita. Et in leg. 29. tit. 28. part. 3. verb. Poblaren*, ubi illum text. ponderans, & multum commendans doctrinam Bart. *in dict. tract. de insula, verb. Nullius* inquit: *Quæ applicare sum solitus concessioni factæ per summum Pontificem Alexandrum Catholicis Regibus Hispaniæ de insulis, & terra firma Indiarum maris Occeani.*

Idem † sequuntur, eamdem Alexand. VI. do- 68
nationem laudantes & utilem, ac validam fuisse probantes, Franc. Vargas *in tract. de Episcop. jurisdict. confirm.* 10. Anastal. Germon. omnino legendus *dict. cap.* 13. *num.* 34. *& seqq.* Joan. Metell. relatus *in Theat. vitæ hum. volum.* 28. *lib.* 2. *pag.* 4236. Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cath. cap.* 46. *num.* 224. Joan. Boter. *in relation. univers.* 4. *part. lib.* 2. *pag.* 49. Rutil. Benzon. *de ann. Jubil. lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 53. ubi refert Sanderum *de visib. Monarch. lib.* 7. Bobadill. *in d. cap.* 17. *num.* 7. Murta *d. cap.* 24. *num.* 32. Param. *d. lib.* 3. *de orig. Inquisit. quæst.* 1. *opin.* 4. *num.* 145. ubi refert quemdam Doctorem nomine Vazquez *cons.* 8. de eadem donatione agentem, quem Ego invenire non potui, Cevall. *d. tom.* 4. *commun. quæst. fin. ex num.* 309. ubi tamdem resolvere videtur, quòd licèt Principes per se non possent terras infidelium debellare, benè tamen possunt ex licentia & facultate Pontificis? & quod hæc fuit ratio, propter quam Reges Catholici, & eorum successores possident hæc Regna Indiarum, quæ Alex. VI. eis addixit hac conditione, & lege, ut ad Christianam Religionem eos reducendos studerent; & quod ita succedit regula *l. justè possidet, ff. de acquirend. possess.*

Par. Ferdin. Rebell. *de oblig. just. lib.* 18. *quæst.* 23. *per totam*, ubi loquitur de aliis similibus aliorum Pontificum donationibus, Regibus Lusitaniæ factis, ad conquisitionem Indiarum Orientalium.

Anton. de Herrera omnino legendus *in sua hist. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 51. *& seqq.* ubi Hispano sermone de eadem Pontificis potestate plenissimè agit, & de causis, & rationibus, quæ Alex. VI. movere potuerunt, ut supremum hujus Novi Orbis Imperium Regibus Castellæ, & Legionis, eorumque successoribus pleno jure concederet.

Et melius † Thom. Boc. de sign. Eccles. Dei 69
lib. 10. *cap.* 13. *& lib.* 17. *cap.* 4. *& de Italiæ statu, lib.* 3. *cap. ultim. pag.* 342. *& seq. lib.* 4. *cap. ult. pag.* 445. ubi ita scribit: *His addi potest, quod suprà diximus, ab Alex. VI. Indias Occidentales, & Orientales æquis partibus inter Castellanos, ac Lusitanos fuisse divisas. Quod cùm multis de causis efficere posset ille, tum verò ea quam S. Antoninus tradidit, quia scilicet Pontifex, Christi, Deique Vicarius quodcumque voluerit in terris, ligat, ac solvit ob publicum bonum; jusque ipsi est infideles*

les punire, cùm juxta lumen naturale nequaquam vivunt, atque omni dominio privare. Atque ita non modò hæc potest, quatenus est necessarium ad salutem animarum, sed etiam quatenus est utile ad bonum publicum. Nam cùm Christus Petro dixit: Pasce! jussit ut subditos alleret omni subsidio spirituali, ac temporali, ut, post clarissimos Doctores, advotavit omni virtutum genere florentissimus Cardinal. Toletus.

70 Ille quoque † Chiapensis Episcopus Fr. Bartholom. *de las Casas*, licèt Indiarum debellationi parum in suis opusculis faverit, earum tamen acquisitionem hoc Pontificiæ concessionis titulo saltem quoad dominium supremum, inconcussam manere resolvit *in dict. tract. comprobatorio*, ubi cum multis mediis Papæ potestatem in gubernandis, restringendis, aut etiam tollendis infidelium dominiis, & provinciis asseruisset, tamdem *fol.* 66. in hæc verba prorumpit: *I este es, y no otro el fundamento fortissimo mas que todas las duras y firmes peñas sobre el qual tienen los dichos Catholicos Reyes de Castilla y Leon assentado y colocado cerca de aquel universo, amplissimo y estendido Orbe de aquellas Occeanas Indias, su ministerial Principado, y Real señorio; conviene à saber, en el divino poder del Papa communicado al Papa de Christo, y del Papa á los Reyes, y asi les compete por autoridad del derecho divino. Por tanto de aqui adelante ninguno deve poner duda en esta justicia, y tan poco deben vaguear fingiendo varios titulos.*

Eamdem etiam sententiam novissimè probat, & sequitur August. Barbos. *in Pastorali, 1. part. tit. 3. cap. 2. num.* 41. *& sequentibus*, & Nos prosequimur *infrà cap. seq. ex num.* 19. *& lib. 3. cap. 1. ex num.* 13.

Pro cujus sententiæ confirmatione, ex innumeris argumentis, & auctoritatibus, quibus eam fulciunt, & defendunt Doctores *suprà* relati, præsertim Germon. *dict. cap.* 13. Param. *dict. opin. 3. ex num.* 26. & alii *dict. 1. part. ex capit.* 18. *ad* 23. Primo considerari potest, quod † 71
cum Romanus Pontifex, ex concordi, & necessaria ad salutem, omnium Catholicorum assertione, officium Dei gerat in terris, & Christi Domini Vicarius esse dicatur, unumque cum eo tribunal constituat, *cap. licèt, cap. quanto, cap. inter corporalia, de translatione Episcop. cap.* 1. *vers. Porro, ut Eccles. benef.* quinimò & sit Deus vivens in terris, juxta elegans dictum Joan. de Anania *in cap. quod olim de Judæis*, quod refert, & multum extollit Socin. Junior *consil.* 31. *num.* 51. & 52.

72 Sacrilegii † instar esse videtur, eximiam ejus, & omnimodam potestatem, & auctoritatem in dubium vocare, *arg. l. 2. C. de crimin. sacrileg.* & Solem (quod ajunt) facibus adjuvare, in ea comprobanda aut commendanda, verba consumere, cùm se ipsam satis ostendat, ut alias dicitur *in l. 1. ff. de in integ. restit. & in cap. si omnia 6. quæst. 1.*

73 Et de † hoc extent integri, & locupletis imi tractatus, & commentarii Joan. Parisiens. Augustini de Ancona, Bartho. de Spina, B. Joan. à Capsirano, Hieron. Alban. Franc. de Varga Steph. Aufrerii, Petr. Albiniani, Petr. à Monte, Lælii Jordani, Alfonsi Alvarez Guerrero, Joan. Stephani *de adorat. pedum Pontif.* & alii, qui habentur inter tract. DD. *tom.* 13. *part.* 1. & 2. Albert. Phigius *in tract. de Eccles. Hierarch.* & Joan. Stapleton. *in tract. de Magnit. Eccles. Rom.* ultra quos plurima etiam congesserunt Palac. Rub. *d. tract. de obtent. Navarræ, 2. p. per totam*, Malferit. & ejus additio *dict. cons.* 709. Afflict. *decis. Neapol.* 265. *num.* 14. Ludov. Gomez. *in cap.* 1. *de conclit. lib.* 6. *ex num.* 28. Chassan. *in Catal. glor. mundi* 4. *part. cons.* 7. Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. & 21. & alibi passim, Pet. Bertrand. *in tract de orig. jurisdict. quæst.* 4 *n.* 1. & 5. *& de jurisdict. Eccles. quæst.* 2. *n.* 12. Riminald. *cons.* 57. *n.* 22. Gallel. Redoan. *de spoliis, quæst.* 7. 8. *his præsuppositis, per totum*, Julius Clar. *recep. sent. ex fin. quæst.* 35. *vers. Videamus*, Pet. Gregor. *lib.* 15. *Syntag. cap.* 3. *num.* 1. *& seqq.* Peregrin. *de jure Fisci lib.* 1. *tit.* 2. *ex num.* 1. *ad* 37. Anastas. Germon. *lib.* 3. *de sacr. immunit cap.* 15. *ex num.* 4. Petr. Cenedo, qui plures alios recenset *in collect.* 47. *ad Decretum, num.* 2. & 3. *& collect. num.* 18. *pag.* 31. Param. *dict. lib.* 3. *quæst.* 1. *per totam*; *& dict. quæst.* 1. *num.* 31. cum multis sequentibus Camill. Borell. *in sum. d. cis. tit.* 4. *& de præstan. Reg. Cathol. cap.* 47. *num.* 45. Card. Paleot. *de sacro Consistorio Cardinal. in concl. oper. memor.* 5. *pag.* 363. Hieron. Cevall. *pract. commun. quæst.* 648. *num.* 2. Pet. Beltran. à Guevara *in propugnaculo contra Venetor, assert.* 2. §. 1. *pag.* 143. & 144. Joan. Baptist. Valenzuela *in monit. contra eosdem Venetos, 5. part. ex num.* 50. Anton. Gardos. *in repert. verb. Papa, num.* 5. & novissimè Joan. Pineda *in commentar. sup Eccles. pag.* 1203. *& seq.* Pat. Suar. *in defens. Fidei lib.* 3. *cap.* 14. *& 29. & in tract. de Fide, disp.* 10. *sect.* 1. Ponte *in convenien. utriusque Monarch. lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 18. Fr. Pet. Ramon. *de primatu Petri, Calist. Remirez de lege Regia Arag. §. 2. n.* 10. 20. *&* 48. Gars. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 2. ubi concludunt, & quos † Papa inter omnes mundi Principes supremum obtinet principatum, & Monarchiam, & est major omnibus, & unus omnium Princeps, constitutus super Reges, & Regna, causa causarum, Dominus Dominantium, omnium dignitatum, omnia, & super omnia, & quod † nullus ei potest dicere: Cur ita facis? nec de ejus facto judicare, juxta 74
glossam *in dict. cap. quanto, & in cap. cuncta per mundum 9. quæst.* 5. & tradita ab Innocent. *in cap. inquisitioni, num.* 3. & 4. *de sentent. excommun.* & Socin. *sup.* ubi addit, quòd † quid- 75
quid agit Papa, agit tamquam Deus, cùm ejus potestas ex Deo sit, eò quod contra potestatem Clavium, quin Papa omnia possit, disputandum non est.

Unde glossa singularis *in cap. serpens, de pœnit. dist.* 1. scriptum reliquit, † quod quis Papæ 76
mentitur, perinde sacrilegium committit, ac si Deo mentiretur. Et D. Antonin. *in 3. part. sum. tit.* 22. *cap.* 5. §. 1. *&* §. 11. & alii quos refert, & sequitur Peregrin. *dict. tit.* 2. *num.* 2. majorem † esse, inquit, jurisdictionem Papæ, quàm 77
Angelorum, cùm juxta sententiam D. Paul. 1. *Corinth.* 6. ipsos etiam Angelos judicare possit; quod in specie expendit Innocent. *in cap. per ve-* 78

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA · BIBLIOTECA GENERAL

nerabilem circa finem, vers. Paulus etiam, qui filii sint legitimi, & Alex. III. *in cap. relatum 2. quæst. 1.* & qualiter accipiendum sit, bene explicat Thom. Boc. plura alia ad nostrum propositum referens *in lib. 5. de jure natur & Divin. Ecclesiast. libert.* & potest *cap.* 10. & Param. *d. opin. 4. ex num. 59.*

Tertulian. quoque *lib. 1. ad uxorem*, Pontificem † Maximum, *Regem seculi* appellat, & Ecclesia de eo canit: 79

Tu es Pastor ovium, Princeps Apostolorum,
Tibi tradidit Deus omnia Regna mundi.

Et D. † Bernard. *lib. 3. de consider. ad Eugen.* sic elegantissimè scribit: *Tu, qui es Sacerdos magnus, Pontifex summus, Princeps Episcoporum, hæres Apostolorum, primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, judicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus, &c.* 80

Et *in fine lib. 4.* eum nominat: *Christianorum Ducem, pastorem plebium, ultorem scelerum, malorum metum, malleum tyrannorum, Regum patrem, legum moderatorem, Canonum dispensatorem, sal terræ, Orbis lumen, Sacerdotem altissimi, Vicarium Christi, Christum Domini, Deum Pharaonis.*

Et in hoc idem respiciens † D. Augustinus *in sermone quodam Apost. Pet. & Paul. incip. Fortis & humilis*, non minus efficaciter, & eleganter eamdem universalem Ecclesiæ potestatem in spiritualibus, & temporalibus, brevi hoc verborum compendio exposuisse, & constrinxisse videtur: 81

O mira potentia & ineffabilis gratia Salvatoris! quis plebejum piscatorem Apostolorum facilè crederet Principem? & Regibus obsistere? Reges sanctificare? Regnis omnibus imperare? mundum refrænare legibus? dæmonem calcare pedibus? jubere virtutibus? cœlum hominibus aperire, cum velit, claudere, cum placeret? convertis donare, negare perversis? merita mundi cognoscere? culpas, & crimina hominibus relaxare?

Quod etiam ante eum † agnoscit B. Ignatius, qui vixit temporibus Apostolorum, dum in epistola ad Smyrnenses scribit, post Deum secundo loco, & ante omnes Reges, Pontificem honorandum: *Ut Principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem, Dei quidem propter Principatum, Christi verò propter Sacerdotium.* 82

Et † Petrus Blesensis luculentissimus sui temporis Scriptor, relatus & laudatus ab Illustriss. Cardin. Baronio *in Paranesi ad Remp. Venet. pagin. 6.* qui Cœlestinum Pontificem his verbis alloquitur: *Princeps Apostolorum adhuc in Apostolica sede regnat, & imperat, & in medio est constitutus judiciarius rigor: illudque restat, ut exeratis in maleficos, Pater, gladium Petri, quem ad hoc constituit super gentes & Regna, Christi crux antecellit Cæsaris aquilas, gladius Petri gladio Constantini, & Apostolica sedes præjudicat Imperatoriæ potestati.* 83

Vestra potestas à Deo est, an ab hominibus? Nonne Deus Deorum locutus est vobis in Petro Apostolo, dicens: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis? &c.

Quapropter † quidam Anglicus relatus à Glos- 84
sa *in proœm. Clement.* Episcopo Chiapensi *in dict. tract. comprobator. fol. 63.* & à Navarro *d. cap. notab. 3. num. 12.* hanc amplissimam Pontificis potestatem venerans, & admirans, sic eum allocquebatur:

Papa stupor mundi, qui maximè rerum.
Nec Deus es, nec homo, quasi neuter inter utrumque.

Quod † vel ex ipsis, etiam Papæ, aut Ponti- 85
ficis nominibus, quibus hæc summa dignitas nuncupari solet, benè significatur. Nam juxta veriores eorum etymologias, & acceptiones, Pontifex à summa quam habet faciendi, & operandi potestate appellatur, & Papa, quasi omnium Pater, sive quasi stupendus, venerandus, & admirandus, ut constat ex his, quæ observant Brison. Hotman. Berru. Prate. Joan. Calin. & reliqui, qui de verbis juris scripserunt, Alciat. *libr. 2. Parergon. cap. 6.* Corras. *in l. 2. §. deinde ex his, ff. de orig. jur. num. 17. & 18. & lib. 5. miscellan. cap. 15. & lib. 3. cap. 22.* Joan. Funger. *in Etymol. Græco Lat. in eisdem verbis*, Gilbert. Reg. *lib 1. enantioph. cap. 24.* Ant. Cardos. *in d. verb. Papa, num 1.* & Sebast. Covarr. *in Thesaur. ling. Hisp. verb. Papa, fol. 577. & verb. Pontifice, fol. 592.*

Et † licèt olim *Papæ* nomen aliis etiam infe- 86
rioribus Episcopis tribueretur, ut late observat Hieronym. Savar. *in comment. ad Sidon. Apol. epist. 1. lib. 6.* & alibi passim, & Corras. *d. c. 15.* postea tamen circa annum 850. Episcopis tribui desiit, & peculiare solius Romani Pontificis ob eminentiam dignitatis factum fuit, ut constat ex Concil. Chalcedon. *act. 16.* & testatur Baron. *in Martyrolog. ad diem 10. Januarii*, Anton. Mornach. *in observat. super Cod. ad l. 4. C. de summa Trinit. pag. 14.* & novissimè Maucler. *in epistola dedicator. ad lib. de Monarch.*

Neque hoc mirum videri debet, cùm apud 87
† Hebræos, Athenienses, Lacedæmonios, Ægyptios, Persas, Gallos, Germanos, Romanos, & sapientissimas aliàs nationes, id commune fuerit, ut iidem forent Pontifices Maximi, ac Reges, sive in sacra, & profana simul jus summum Sacerdotes haberent *Deut. cap. 17.* & apud Joseph. *lib. 14. antiq. cap. 16. & 17.* Xenophont. *in lib. de Rep. Lacedæmoniorum*, Ælian. *lib. 14. de varia hist. cap. 34.* Strabon. *lib. 17.* Euseb. *in Chronic.* Agatiam *lib. 2.* Cæsar. *lib. 6. de Bello Gallico*, Tacit. *de morib. German.* Cicer. *lib. 2. de legib.* Valer. Maximo *lib. 1. capit. 1.* & latè prosequitur Cæsar. Baron. *dict. anno Christi 57 numer. 33. & seqq.* & eo translato, & non relato Thom. Bocius *lib. 4. de Ital. estatu cap. ult. & de ruinis Gent. lib. 3. cap. 6.* Param. *dict. opin. 3. ex num. 53.* & Marta *dict. 1. part. de jurisdict. cap. 22. num. 7. & 8. & cap. 25. ex num. 50.* Petr. Greg. *lib. 15. Syntagm. cap. 1.* Bobadill. *d. c. 17. num. 3. & 10. & text. in Cap. Cleros, 21. dist.*

Et † conducit, quod magis in specie nostra 88
de Hebræorum Sacerdotibus tradit Boc. *d. lib. 3. de ruinis Gent. cap. 2. pag. 234.* quòd eos præcipuè spectabat, terram Promissionis dividere, & eam quisque partem sortiebatur, quam illi assignassent, ut habetur, *Josue 14.* qui etiam eadem de

de causa, ut idem Auctor advertit *lib. 1. cap. 1. pag. 128.* in superhumerali vestis Sacerdotalis, quæ *Poderis*, appellabatur, totum Orbem contextum gerebat quasi totum illum suis humeris gestari, & ex præscripto suo gubernari, significaretur.

Secundò facit, quòd licèt plures Auctores in ea opinione fuerint, ut in Christo, ut homine, nullum temporale Regnum, nec dominium constituant, ut vidimus *supra* in 2. argumento 89
contrariæ assertionis: veritas † tamen, & magis communis esse videtur aliorum sententia, qui Christo omnia creata subjecta fuisse dicunt, & à Christo gubernati, non modò uti Deo, sed etiam uti homine, quia sibi hæc omnia habuit. Quam 90
ita † constanter à sanctis Patribus teneri affirmat Thom. Boc. *de ruinis Gentium, lib. 6. cap. 1.* ut ab ea recedere, hæreticum esse dicat. Sic enim tradunt S. Iren. *lib. 4. adversus hæreses cap. 37.* Justin. *quæst. 140.* Athanas. *lib. 5. cap. 4.* Basil. *Psalm. 2.* Cyril. Jerosolymit. *catech. 10.* Chrysost. *cap. 1. ad Ephes. & ad Hebr.* Ambros. *in eandem epist. ad Hebræ.* Hieron. *part. 7.* August. *lib. 2. de concup. pag. 109.* Hilar. *lib. 2. sup. Matt. in princip.* Cyril. Alexandrin *lib. 2. in Joan. c. 13.* & Theologi communiter *in 4. distinct. 50. q. 1.*

A quibus † in substantia non valdè dissen- 91
tiunt, qui alia consideratione utentes, resolvunt, Christum ab instanti suæ conceptionis ex dono Patris, & Hypostaticæ unionis virtute, absolutam, & universalem totius Orbis Monarchiam, & jurisdictionem tam in temporalibus quàm in spiritualibus habuisse, ita ut absque cujusquam injuria usurpare sibi potuerit, & possit omnia mundi Regna, Reges deponere, ac denique de rebus omnibus temporalibus ad libitum statuere, tamquam illi simpliciter, ac plenè subjectis.

Quamvis † hoc dominium non tollat ab allis 92
hominibus jura, & dominia Regnorum, cæterarumque rerum, quas Deus illis concessit; neque Christus ipse eo unquam in eorum damnum uti voluerit, qui propter eximiam suam humilitatem, & mansuetudinem magis venit ministrare, quàm ministrari, & spiritualia, quàm temporalia tractare, ut ipse dicit *Matth. 20. & Marc. 10.*

Quam opinionem † absque ullo ænigmate 93
amplectitur D. Bernard. *lib. 3. de consid. ad Eugen.* dum ait: *Dispositio tibi super Orbem credita est, non data possessio. Non tu ille, de quo Propheta ait: Et erit omnis terra possessio ejus, Christus hic est, qui possessionem sibi vindicat, & jure creationis, & merito redemptionis, & dono Patris. Cui enim alteri dictum est: Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.*

Et † ultra D. Antonin. Almain. & Turrecre- 94
mat. *sup. num. 34.* relatos latè, & optimè probat, & defendit Burgens. *in addit. 2. ad Matth. cap. 2.* Rolfens. contra Luther. *art. 25.* Nigol. Grandis in illud *ad Hebr. 1.* quem constituit hæredem universorum: Alvar. Pelag. *de planct. Eccles. lib. 2.* Episcopus Chiapens. *in dict. tractat. comprobatorio, fol. 20.* Mulleriat. *d. cons. 769. num. 47. & seqq.* Marquard. *de Judæis, 2. part. cap. 2. num. 3.* Augustin. *de Ancona in summ. de potest. Eccles. quæst. 1. art. 1.* Ant. Corset. *de potest. Regia, 5. part. num. 32.* Albert. Pigh. *lib. 1. Hierarch. Eccles. cap. 3.* Navarr. qui plures alios recenset *in dict. cap. novit, notab. 3. numer. 8. & seqq.* Durand. *de origin. jurisdict. quæst. 3.* Sot. *in 4. dist. 25. quæst. 2. articul. 1. & 4.* Angel. Rocha *in Bibliotheca Vaticana, pagin. 185. & seqq.* Bañ. *de just. & jur. quæst. 4. de dom. dub. 1. conclus. 1. col. 138.* Aragon. *quæst. 67. art. 1. §. cæterum*, Salon. *quæst. 4. art. 4. vers. Tertia opinio* Alfons. Mendoza *in quolibet. de dom. Christi, §. 1. & seqq.* Cæsar. Baron. *in Annal. Eccles. anno Christi 1. n 28. & seqq.* Molina omnino videndus, *dict. tract. 2. quæst. 28. vers. Quinta conclusio*, Param. *dict. quæst. 1. opin. 3. in princip. & opin. 4. ex numer. 61. & num. 90.* ubi plurimos Auctores cumulat, expressè tenentes, nulla ratione denegari posse Christo prædictam temporalem potestatem, saltem in habitu, Cevall. *in pract. commun. quæst. 283. & 739.* Valenzuela *in monitor. contra Venetos, 3. part. num. 69. fol. 78.* Pat. Suarez *in 3 part. tom. 1. disp. 48.* Gabriel Vasquez *in eadem 3. part. disp. 87. cap. 2.* Pat. Salazar. *in comment. Proverb. cap. 8.* & novissimè Franc. Mendoza *in comment. ad cap. 2. Reg. annot. 15. sect. 3. num. 22. pag. 665.* Thom. Bocius *de ruin. Gentium lib. 6. cap. 1. & Marta dict. tract. de jurisdict. 1. part. c. 22. & in appendice ejusdem capitis, pag. 46. & 47.* & novissimè post hæc scripta Michael Mauclerus *de Monarchia, 1. parte, lib. 3. cap. 3. & seqq.* & Seraph. Fœlitas *de Imp. Adiat. cap. 6. num. 56. & 66.*

Quibus † apertè Regius Psaltes favere vide- 95
tur, dum *Psalm. 2.* & *23.* prænuntiat, Christum à mari usque ad mare dominaturum, Reges cum insulis munera illi oblaturus, gentesque in hæreditatem suam habiturus, & in possessionem suam terminos terræ. Necnon illud *Psal. 109.* ubi Christi Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech futurum prædicit, quem constat simul Regem, & Sacerdotem fuisse. Quod † D. Paul. 96
ad Hebr. 6. vers. 7. dilucidius interpretatur, scribens, quod sicut Melchisedech dictus est *Rex justitiæ*, itemque Rex Pacis, & ab Abraham decimas accepit, cui & benedixit, ita Christus, cujus est nomen à Regno, tam in hoc mundo, omnia sibi subjiciens, quam in cœlo esset perpetuo regnaturus.

Ipsi quoque Davidi *Psal. 88.* pollicitus est olim Deus, ex ejus semine perpetuum Regem nasciturum. Et † ante eum hoc ipsum prævideratJacob. *Genes. 49.* dum dixit, non defuturum sceptrum de Juda, nec Ducem de fœmore ejus, donec veniret, cui repositum esset, nempè Christus, ut omnes interpretantur. 97

Singulariter tamen audiendum est illud *Apocal. cap. 19. Et habet in vestimento, & in fœmore suo scriptum: Rex Regum & Dominus dominantium?* ibi enim sermo procedit de Christo, in quo y cum per vestimentum humanitas, ut vult D. Gregor. *hom. 3. in Ezech.* & per fœmur Divinitas, quæ secundùm eumdem Gregor. est tota Dei similitudo, & fœcunditas, intelligatur, satis ostenditur, quòd Christus Dominus non solùm est Rex, & Regum radix quantum ad naturam Divinam, sed etiam quantum ad naturam hu-

nanam, prout latiùs explicat M. Fr. Ant. Perez, *in Laurea Salmant. certam. 5. de homin. præfect. cap. 2. num.* 11.

Et in idem tendit illud Isaiæ *cap. 9. Et factus est Principatus super humerum ejus* (scilicet Christi) *& vocabitur nomen ejus* Admirabilis: *Consiliarius Deus, fortis futuri seculi, Princeps Pacis: multiplicabitur ejus Imperium, & pacis non erit finis: super solium David, & Regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in judicio, & justitia à modo, & usque in sempiternum.*

98 Quod † Regnum, non solùm super Judæos datum fuisse, quis putet, cùm ad omnes gentes extendatur, dum dicitur: *Omnes Reges terræ adorabunt eum, & omnes gentes servient ei, cap. displicet* 23. *quæst.* 4. & super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem in hoc seculo, & in futuro fuisse, scribat D. Paul. *ad Ephes. Colossens. Philipp. & Hebræ.* 1.

99 Et † omnia, quæ Pater habuit, manibus, imò & pedibus ejus subjecta dicantur, *Psal.* 8. *Matth. ult. Joan.* 5. 12. 13. *& 16. cap. tua nobis, de decimis, cap. fundamenta in princ. de elect. lib.* 6. & Paul. 1. *Corinth.* 5. ubi concludit, hoc Regnum Christi omnem principatum, potestatem, & virtutem evacuaturum: *Deus enim, cùm illud ei tradidit, omnia subjecit sub pedibus ejus: cùm autem dicat, omnia subjecta sunt ei, sine dubio, prater eum qui subjecit ei omnia, &c.*

His non incongruè addi posse existimo insignem Josephi locum ab aliis nequaquam animadversum, *lib. 7. de bello Judai. cap.* 12. *in fine*, ubi apertè testatur in sacris libris terrenum hoc totius Orbis Imperium, cuidam ex Judæorum finibus prænuntiari. Nisi quod ipse, ut Vespasiani gratiam iniret, de eo temerè vaticinium exponit, sic inquiens: *Sed quòd maximè eos ad bellum excitaverat, responsum erat ambiguum, itidem in sacris libris inventum, quod eo tempore quidam esset ex eorum finibus Orbis terræ habiturus Imperium. Id enim illi quidem quasi proprium acceperunt, multique sapientes interpretatione decepti sunt. Hoc autem plane responso Vespasiani designabatur Imperium, qui apud Judæam creatus est Imperator. Sed enim homines fatum vitare non possunt, etiam si providerint, &c.*

100 Neque hoc † ignoraverunt Sybillæ, à quibus accepit Virgilius *Eclogâ* 4. quamvis more suo, ut ait Bocius *ubi suprà* fabulas audeat im-
101 miscere, & aliò rem detorqueat, dum † canit:

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia Regna.
Jam nova progenies cœlo demittitur alto,
Pacatumque reget patriis virtutibus Orbem.

Et paulò post, cuncta illius potestati tradita agnoscens, & ab ipso pendere:

Aggredere, ô magnos, aderit jam tempus, honores
Cara Deum soboles, Magnum Jovis incrementum.
Aspice convexo nutantem pondere mundum,
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum:
Aspice, venturo lætentur ut omnia seclo.

Quibus Ego adjicio, quòd in simili quæstione † de omnipotentia Christi Theologi dispu- 102
tant. Etenim quamvis Christus, ut homo, absolutè loquendo, omnipotens non fuerit, ut docet D. Thom. 3. *part. quæst.* 13. *art.* 1. *& seqq.* Cajetan. Medin. & Suar. *ibid.* & Alex. de Ales, 3. *part. quæst.* 14. cæterique Theologi cum Magistro *in* 3. *Senten. dist.* 14. ipsi tamen resolvunt, omnipotentiam Dei communicatam fuisse humanitati Christi, ut est instrumentum conjunctum Verbo, vel per communicationem idiomatum, ut dixit D. Thom. *dict. q.* 13. *art.* 1. *ad* 1. vel propriùs: quoniam ipsa Christi humanitas, ob talem unionem ad Verbum elevata & sublimata fuit, ut esset ad nutum suæ voluntatis, & ex suo arbitrio principium efficiens, & activum, instrumentale tamen, miraculorum, & operationum supra naturam. ut latiùs explicant D. Greg. *hom.* 28. *in Evang.* D. Thom. 3. *part. quæst.* 56. *art.* 1. *ad* 3. Cajet. *in* 3. *part. quæst.* 13. *art.* 2. & plurimi Patres, qui variis locis de hac virtute omnipotenti humanitatis Christi loquuntur, quos recenset Rutil. Benzon. *de anno Jubilæi, lib.* 2. *cap.* 34. *pag.* 208. & præsertim Euthym. *lib.* 7. *in Lucam cap.* 19. ubi sic ait: *Quemadmodum ferrum, quod in igne aliquo tempore permanet, habetque ignis rationes, ita quoque tacta ipsius caro Divinitati unita, quæ Divinitatis sunt, operabatur. Ideò manus quidem mortuum, ac desertum corpus conjunxit, vox autem recedentem animam revocavit.*

Tertio facit, quòd hac dominatione in Christi humanitate supposità, quam † non solùm crea- 103
tionis, verùm & redemptionis titulo ei concedunt plures ex Auctoribus suprà relatis, & præcipuè Marquard. *dict. tract. de Judæis, 2. part. cap.* 2. *num.* 3. Bermon. Choveron. *in tract. de pub. concub. rub. de adulter. num.* 37. Marc. Anton. Marsil. *in tractat. de origine redit. Eccles. 3. part. cap.* 23. *num.* 94. *&* 95. & Valenz. *dict. monit.* 3. *par. n.* 70. Piè † credendum, & existimandum 104
est, eumdem Christum, hoc tale Regnum, sive dominium temporale, quod habuit, & habet Ecclesiæ, & Pontifici, qui eum repræsentat, communicare voluisse, sicut & cætera privilegia, quæ in primo argumento retulimus, juxta text. *in dict. cap. quanto de translat. Episcop. cap. ut nostrum, ut Eccles. benef. cap. fundamenta, 3. decet, de elect. lib. 6. cap. pro humani, de homicid. eod. lib. Clem. l. 8. de Magistris* & plura alia, quæ in specie nostra, de hac translatione dominii temporalis notat D. Thom. *lib. 3. de regim. Princip. cap.* 10. Joan. de Lignano relatus à Cardin. *in Clem. ne Romani. §. irritum, colum.* 3. *de electione, Episcop. Chiapens. in dict. tract. comprobat. fol.* 19. *& fol.* 62. *& seqq.* ut bene Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. Et uxorem, decis.* 1. *numer.* 8. Thom. Boc. omnino videndus *lib.* 16. *de sign. Eccl. Dei, cap.* 1. *per tot.* ubi late † osten- 105
dit, Christi, & Ecclesiæ esse idem Regnum, Matta *dict.* 1. *part. cap.* 22. *ex num.* 1. & Valenz. *ubi suprà num.* 72.

Etenim † cùm Ecclesia sancti Dei Sponsa sit, 106
ut colligitur ex illo *Cant.* 4. *&* 5. *Veni de Libano Sponsa mea, &c.* Isaiæ *cap.* 61. *Psalm.* 44. *Apocalips. cap.* 12. Paul. ad Ephes. *cap.* 1. & expres e pro-

probat text. *in cap.* 1. 97. *dist. cap. nuptiarum* 27. *quæst.* 1. *cap.* 1. *§. sed ubi, de sacra unct. Clem.* 1. *§. & quod in hac, de sum. Trin. Clem. Romani, de jur. jurand.* D. Bernard. *serm. 69. in Cantica*, cum aliis traditis à Cosma Guimier. *in Pragmat. sanct. tom.* 1. *tit. de auct. Concil. general. cap. sacrosancta, §.* 1. *verb. Christo*, Fevarden. *sup. Ruth. cap.* 1. *sect.* 16. *vers. Hic quoque, & cap.* 3. *sect.* 4. *vers.* 3. & Thom. Boc. *ubi sup.*

107 sponsæ quidem † negare non decet, quòd in persona sponsi conceditur, *l. Princeps legibus, versic. Augusta, ff. de legibus*, ibi: *Augusta autem licèt legibus soluta non sit, Princeps tamen eadem*
108 *illi privilegia tribuit, quæ, & Ipse habet.* Unum † quippe corpus, & unam vocem constituunt, ut præclarè expendit D. August. *epist.* 120. *ad Honoratum, & lib.* 3. *Doctr. Christ. cap.* 31 *& tomo* 10. *serm.* 234. sic inquiens circa expositionem Isai. *dict. cap.* 61. *Sponsum, & Sponsam Christum intelligimus, & Ecclesiam, sed erunt duo in carne una, Sacramentum magnum*, inquit Apostolus, *in Christo & Ecclesia igitur jam non duo, sed una caro. Si igitur caro una competenter, & vox una. Rursus idem Isaia ait: propterea meminit unum esse ipsos duos loquitur enim in persona Christi, & dicit: Sicut Sponso imposuit mihi mitram, & sicut Sponsam ornavit me ornamento: unus videtur loqui. & Sponsum se fecit, & Sponsam se fecit: quia non duo, sed una caro, quia Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: illi carnis adjungitur Ecclesia, & fit Christus totus, corpus, & caput.*

109 Unde † doctissimus, & acutissimus Scot. *in tract. de perfect. stat. quæst* 9. quem refert, & sequitur Troil. Malvis. *in tract. de Canonizatione Sanct. dubit.* 2. inquit, quòd Papa est Vicarius Christi, non solùm in quantum Christus fuit Ecclesiæ Prælatus, sed in quantum fuit totius mundi Dominus, & quòd de stato, & bonis hominum potest ordinare.

110 Et † D. Cirill. *in lib. Thesaurorum* eamdem sententiam his verbis sequitur, & amplificat: *Dedit Filius Dei Petro plene, & perfectè claves Regni cœlorum, quoniam sicut ipse accepit à Patre Dactatum, & sceptrum Ecclesiæ gentium ex Israël egredientes super omne Principatum, & potestatem, & super omne quodcumque est: ut in ejus nomine genua cuncta curventur plenissimam potestatem, sic & Petro, & ejus Diadochis, hoc est, successoribus, non minus sed plenissimè commisit, &c.*

Quod etiam ex eo magis suadetur, ut prædicti Auctores considerant, & Molina *dict. capit. 29. volum.* 135. & plures alii relati à Paramo *dict. opin.* 3. *num.* 35. *&* 46. & melius Marta
111 *dict.* 1. *part. cap.* 16. *n.* 2. *& seqq.* Quia cum † Christus Dominus Petro, & successoribus universalem potestatem concesserit ad dirigendos homines ad vitam, fœlicitatem æternam, & sic ad ultimum finem, debuit etiam subjicere omnes alias potestates seculares, ad quas spectat dirigere homines ad virtutem, & fœlicitatem temporalem, quæ servit tamquam medium ad adquirendam æternam. Ei quippe, ad quem ultimi finis cura pertinet, subjecti esse debent, habentes curam finium antecedentium, ex doctrina D. Tom. *dict. lib.* 1. *de regim. Princip.* quam pluribus ornavimus *tup. t.* 16. *n.* 50. *&* 57. Neque satis perfectè instituta, & ordinata Res-

publica Ecclesiæ videri posset, si Christus in eam prædictam potestatem non transtulisset; & sicut ipsa una est, & ipse unus omnium Princeps, & Dominus extitit, ita reliquas omnes potestates Romano Pontifici non subjiceret, & ad unum dimtaxat supremum & Monarchicum imperium reduceret, quod † esse omnium utilissimum, & 112
perfectissimum pluribus probat Param. *ubi suprà num.* 47. *& seqq.* Per. Gregor. *lib.* 5. *de Rep. cap.* 3. Just. Lips. *lib.* 1. *Politicor. cap.* 2. & Bobadilla *lib.* 1. *Polit. cap.* 1. *num.* 15. & novissimè & latissimè Michael Naucler. *de Monarch.* 1. *part. lib.* 4 *per tot.* & in nostris terminis Seraph. Freit. *de Imper. Asiat. cap.* 6. *num.* 1.

Quarto considero, quòd directa hæc, & generalis Summi Pontificis in temporalibus potestas, & dominatio, non solùm tot, tantorumquè Patrum auctoritate, & asseverationè munitur, quos in hoc capite, & præcedenti adeò longa serie congessimus: verùm † multis etiam Sacræ 113
Scripturæ, & Pontificii juris oraculis, quibus vix est, ut congruum responsum à contrariæ partis sectatoribus assignari possit.

Inter quæ caput effert † illa Jeremiæ vatici- 114
natio *cap.* 1. *Ecce constitui te super gentes, & Regna, ut evellas, dissipes, ædifices, & plantes*, quam de supremâ ista potestate significante intelligit Div. Thom. *lib.* 3. *de regim. Princip. cap.* 19. relatus à Gregor. Lopez *in dict. leg.* 2. *glos. magn. colum.* 3. *in fin. vers. Facit ad ista*, ubi adverrit, suo his verbis, non solùm peculiarem jurisdictionem in subditos accepisse: videri, dum ait *Super gentes*, sed etiam generale quoque dominium, & gubernationem rerum publicarum, cùm adjiciat: *Et Regna*, in quibus amplam potestatem Summi Pontificis agnoscit, ad plantandum, ædificandum & dissipandum quidquid pro bono universalis Ecclesiæ judicaverit convenire.

Et quòd non solùm ad fideles, verùm ad infideles etiam extendatur, ex illo verbo, *Gentes* deducit Baron. *dict. anno Christi* 57. *num* 26. Nam † & hi, ut diximus, ad Ecclesiæ guberna- 115
tionem spectant, si id Fidei conservatio, vel dilatatio poposcerit, vel alia justa causa, quæ animum Pontificis moveat: ut observat Episcop. de Chiapa *dict. tract. comprobat. fol.* 19. *& seqq. & fol.* 46. *&* 47. & Rofens. contra Lutheram *art.* 25. ubi inquit: Primitum Petri super omnes Reges, & Regna mundi jam impletum esse quoad donum, & jus potestatis, quam traditam habet à Christo, vel quoad habitum in toto mundo, etiam super infideles, cùm Christus Petro *Joan.* 21. omnes generaliter oves ei pascendas commiserit.

Quibus convenit illud, quòd de B. Petro canit Ecclesia dum ait: *Tibi tradidit Deus omnia Regna mundi.* Et Nicolaus † Pontifex *in cap.* 1. 116
Distinct. 21. ubi inquit: *Ecclesiam solus ille fundavit, & super petram Fidei mox nascentis erexit, qui Beato Petro vitæ æternæ clavigero jura terreni simul, & cœlestis Imperii commisit.* Quod etiam refertur *in cap. omnes* 22. *dist. &* consonat text. *in cap. tibi Domino* 63. *dist. cap. alias cap. nos Sanctorum, c. auctoritatem, in fine* 15. *quæst.* 6. *c. quia prælatitia* 1. *quæst.* 4. *& cap. duo* 95. *dist. Extravag. si fratrum, §. sane in nostram,*

Joan. XXII. *cap. licèt ex suscepto, de foro compet. cap. venerabilem, de electione. Clem. Pastoralis de re judicata, cap. ad Apostolicæ, eod. tit. lib. 6.*

117 Innocentius etiam III. *in* † *cap. solitæ, de majorit. & obed.* ex d. Jeremiæ loco, & ex illo Joannis: *Pasce oves meas*, & altero Matth. *cap. 16. Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, &c.* eamdem supremam, & universalem Pontificiæ sedis auctoritatem, & potestatem ostendit, quoniam Dominus, *inquit*, inter has oves, & alias nequiquam distinxit, & nihil excepit: qui dixit: *Quodcumque.*

118 Et idem † Innocent. *in cap. per venerabilem 13. veri. Rationibus*, qui filii sint legitimi, ex eisdem locis, & ex alio Deuteron. *cap.* 17. ubi in causis arduis, & difficilibus Sacerdotes aditi jubentur, concludit, Romanum Pontificem, non solùm in Ecclesiæ patrimonio, super quo plenam in temporalibus potestatem gerit, verum etiam in aliis regionibus, certis causis inspectis, temporalem jurisdictionem casualiter exercere. Quo forsitan respicit text. *in cap. quicumque litem, & in cap. quicumque contentiosa 11. quæst.* 1. ubi omnes lites, & contentiones tam spirituales, quàm temporales ad judicium Summi Pontificis pertinere dicuntur.

Sed expressius, & urgentius cæteris idem argumentum, eisdem & aliis auctoritatibus & rationibus consideratis, prosequitur Bonifacius
119 VIII. † *in celebri illa extravaganti unam sanctam, & majorit. & obed. inter comm. ubi* postquam latè sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ unitatem probavit, & ejusdem generalem potestatem, & superioritatem in spiritualibus, & temporalibus probat, & unius ovilis unicum pastorem esse debere, & quòd cum Dominus ipse Petro Pasce oves, & quidem *Meas*, dixerit, & generaliter, non singulariter has, vel illas, per hoc commisisse sibi intelligitur *universas*. Et postea addit:
120 In hac ergo potestate † duos esse gladios, spiritualem videlicet, & temporalem Evangelicis dictis instruimur. Nam dicentibus Apostolis, ecce duo gladii hic: in Ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis esse, sed satis. Certè qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, malè verbum attendit Domini proferentis: Converte gladium tuum in vaginam. Uterque ergo est in potestate Ecclesiæ, spiritualis scilicet, & materialis; sed is quidem pro Ecclesia, ille verò ab Ecclesia exercendus; ille Sacerdotis, is manu Regum, & militum, sed ad nutum, & patientiam Sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subjici potestati. Nam cùm dicat Apostolus *Roman.* 13. Non est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo ordinata sunt; non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tam quam inferior reduceretur per alium in supremi. Nam secundum Beatum Dionysium, lex Divinitatis est, infima per media in suprema reduci. Non ergo secundùm ordinem universi omnia æque ac immediatè, sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur, spiritualem autem & dignitate, & nobilitate terrenam quamlibet præcellere potestatem, oportet tanto clarius nos fateri, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione, & benedictione, & sanctificatione, ex ipsius potestatis acceptione, ex ipsarum rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate testante, spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet, & judicare, si bona non fuerit. Sic de Ecclesia, & Ecclesiastica potestate verificatur vaticinium Jeremiæ: Ecce constitui te hodie super gentes, & Regna, & cætera, quæ sequuntur. Ergo si deviat terrena potestas, judicabitur à potestate spirituali: si sed si deviat spiritualis minor, a superiori: si verò suprema, à solo Deo, non ab homine poterit judicari: testante Apostolo: Spiritualis homo judicat omnia, ipse autem à nemine judicatur. Est autem hæc auctoritas (etsi data sit homini, & exerceatur per hominem) non humana, sed potius divina, ore divino Petro data, sibique successoribus in ipso, quem confessus fuit petra, firmata: dicente Domino ipsi Petro: Quodcumque ligaveris, &c. Quicumque ergo huic potestati à Deo sic ordinatæ resistit, Dei ordinationi resistit, nisi duo (sicut Manichæus) fingat esse principia: quod falsum, & hæreticum judicamus: quia testante Moyse, non in principiis, sed in principio cœlum Deus creavit, & terram. Porrò subesse Romano Pontifici omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus, diffinimus, & pronuntiamus, omnino esse de necessitate salutis.

Cui † textui, quatenus de duobus illis Apos- 121
lorum gladiis sermonem fecit, facem prætulit Div. Bernard, *lib. 5. de consid. ad Eugen.* ubi eisdem fere verbis eamdem sententiam amplectitur. Quam etiam repetit D. August. in pluribus locis relatis ab Ivone Carnotensi *in Decret. p. 10. cap. 59. & 75.* & D. Thom. *sup. 2. sentent. distinct. ultim. in exposit. textus ad 4.* ubi dicit † 122
quod spirituali potestati secularis in Papa conjungitur, qui utriusque potestatis apicem tenet, hoc eo disponente, qui est Rex, & Sacerdos, & tradidit alia Param. *dict. opin. 3. per totam*, Anastas. Germon. *dict. cap. 13. num.* 18. Franc. Marc. Anton. de Camos *in sua Microcosmia 3. part. dialog. 4. pag.* 44. Et † elegantissima, ac plissima 123
illa epistola Beat. Ignatii de Loyola ad Claudium Regem Abyssinorum Romæ scripta 7. Kalend. Marcias anno 1555. cujus verba ad literam refert. Pet. Maffei. *histor. Indiar. lib. 16. pag.* 389. *& seq.* & Fr. Anton. *de San. Roman. lib. 4. hist. Ind. Orient. cap. 26. pag.* 767. ubi plura de Ecclesiæ unitate, & universali potestate notantur, & qualiter hoc olim per Isaiam Dominus adumbrasse videatur, cum loquens de † Eliachim Pontifice 124
Maximo, dixit: *Et dabo clavem domus David super humerum ejus, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat.* Quo videlicet typo figuratus est Petrus, † ejusque suc- 125
cessores, quibus datam integram potestatem declarant claves, consuetum utique symbolum, & insigne pleni, atque absoluti dominii, *l. clavibus 74. ff. de contrah. empt.* cum aliis traditis à Covar. *lib. 3. variar. cap. 16. num.* 11. Tiraq. *de constit. 3. part. lim. 6. num. 4. & ampl. 3. numer. 3.*

Et † licèt hæc insignis, & nobilis Extravagans 126
unam sanctam videatur postea aliquo modo correcta, sive temperata per Clementem V. Bonifacii successorem, quatenus in favorem Philippi Re-

Regis Francorum declaravit *in Extravag. meruit, de privileg.* per illam nullum Regi, & regno Galliæ præjudicium generari, nec amplius Ecclesiæ Romanæ subjectos esse, quam anteà existebant: hoc tamen (ut bene advertit Germon. *supra num. 51. & 57.* & Marta *d. tract. de jurisd. 1. p. c. 25. num.* 30.) Ecclesiæ juribus neutiquam derogavit.

127 Et † quantumvis dispositionem Pontificiam correxisset, rationes tamen, quibus nitebatur, revocare, & enervare non potuit, quæ æternæ, & immutabiles sunt, *l. eas obligationes, ff. de capit. minut.* & not. Abb. *in cap. non debet, de consanguin. & affin.* Ant. de Butrio, & Joan. de Imola *in cap. 1. de constit.* & Joan. And. & Gemin. *in cap. 1. §. illum autem de restit. spoliat.*

128 Quinto & ultimò perpendi potest, † quòd quemadmodum ea bella justa censeri solent, quæ Dei præcepto, vel auctoritate peraguntur, juxta text. *in cap. illud 23. quæst. 2.* & alia, quæ diximus *supra hoc lib. cap. 2. num. 25.* Ita communi omnium Doctorum consensu receptum est, illa quoque justa censeri debere, quæ ab ejus Vicario ob religionis augmentum, vel ex aliis legitimis causis adversus infideles indici jubentur. Ar-
129 que adeò, † quæ in ejusmodi bellis capiuntur, justè, & legitimè possideri, & retineri posse, quamvis numquam anteà Christianorum fuissent, & infideles ipsi quietè & in pace vivere vellent, ut communiter resolvunt Doctores, præcipuè Anton. de Butrio, & Joan. de Anania *in c. quod olim, de Judæis*: Oldrad. *cons. 72.* Hostiens. Innocent. Anchar. & alii *in dict. cap. quod super de voto*: Bartol. *in l. 1. Cod. de Pagan.* idem Anan. *in cap. 1. col. 2. de sagittariis*: idem Innocent. *in cap. olim de rest. spoliat.* Calderin. *cons. 95. n. 3. vers. De Papa*, alias *cons. I. de treuga, & pace*, ubi ait, tenentes contrarium ab hæresi non distare: Bald. *cons.* 389. incipit: *Consuetudo est, in fine, num. 10. lib. 2.* ubi notabiliter inquit, auctoritatem suscipiendi belli contra Reges, & Principes infideles maximè penes Pontificem residere: Alex. *cons. 130. super 10, num. 4. & 5. lib. 7.* Marquard. omninò videndus *in tract. de Judæis, & Infid. 1. part. cap. 6. & cap. 14. vers. Præterea*: Malferit. *d. cons. 769. apud Mandel. n. 78.* Georg. Cabed. *decis. Lusitan. 2. part. decis. 47. num. 1.* & alios congetens Card. Tusch. *pract. conclus. jur. verb. Infidelibus, conclus. 124. & verb. Bellum, concl. 36.* & Nos *supra hoc lib. 2. cap. 19. n. 36.* & post hæc scripta Seraph. Freit. *de justo Imp. Asiat. cap. 9. num. 10. & 11.*

130 Cujus † potestatis, & auctoritatis ratione, iidem ipsi Auctores concludunt, licitum, & usu receptissimum esse Apostolicæ Sedi, terras, & provincias tallum infidelium, aut hæreticorum aliquibus Christianis Principibus debellandas, occupandas, & pleno jure possidendas concedere, etiam antequam ab ipsorum infidelium manibus sive faucibus ereptæ fuerint, ut in regno Jerusalem Carolo Magno concesso, tradidit Bartol. *in l. liber homo, §. 2. ff. de verb. oblig. l. fin. ff. de act. empt. & in l. id quod apud hostes*, ubi latè Iason. *ff. de legat. 1.* Oldrad. *cons. 268.* Martin. Laudens. *in tract. de Principe*, §. 246. & generaliter in quibuslibet aliis terris, & insulis Infidelium, Paganorum, & Hæreticorum; idem Bartol. *in d. l. 1. C. de Paganis, & in tract. de insul 1, verb. Nullius, n. 7. & in Extravag. ad reprimendum, verb. Totius Orbis, num. 9.* Bald. † *in l. 1. C. de jure liber. col. 5.* ubi inquit: *Hodie, ubicumque jurisdictiones vacant, ut in Regnis infidelium, apud quos non est vera dignitas, nec naturalis dignitas, nec naturalis jurisdictio, occupanti conceditur Catholico, ut fuit in regno Hispaniæ, ut notat glossa Decreti.* Quæ glossa, ut advertit Episcopus Chiapens. *in dict. tract. comprobat. fol. 31. fuisse tan est, c. Adrianus, verb. Per singulas, dist. 63.* idem tradunt Domin. & Phil. Francus per text. *in cap. Abbate sanè, §. & allegabatur de re judic. lib. 6.* Angel. *disput... incip. Renovata guerra*: Joan. de Lignanis *in tract. de bello, 1. part.* Franc. Varg. *in tract. de auct. Pontif. confir. 10. num. 4. & 5.* & Anastas. Germon. *d. lib. 3. cap. 13. à num. 27.*

Et † licèt Episcopus Chiapensis ubi *supra* hoc 132
restrigere velit ad provincias quæ olim Christianorum fuerunt, & injustè ab infidelibus detinentur, & differentiam inter Sarracenos, Hæreticos, aliosque Fidei hostes, & inter simpliciter infideles, constituat, quam etiam admittere videtur Petr. de Ravena *sing.* 585. Bartol. tamen, & reliqui auctores *supra* relati, generaliter, & justissimè loquuntur, & expressius Malferit. & Marquard. ubi *supra*: Marta *d. 1. part. cap. 24. n. 10. & seqq.* ubi de hac Indiarum donatione specialiter agentes, resolvunt, quod omnes Doctores indifferenter tenent, etiam res, & provincias, quæ semper infidelium fuerint, posse relinqui, ac donari sub conditione, si ab hostibus capiantur. Quia † licèt aliis imprudens & temerarium 133
consilium censeri soleat, hostium bona, & provincias ante victoriam dividere, ut ostendit Auson. *epig. 20.* Philip. Comineus *lib. 5. comment. post medium*, ubi perjucundum exemplum adducit, & Mag. Marquez *in Gubernat. Coristiana, lib. 2. c. 31. pag.* 340. *& seq.* † Adhuc tamen ex- 134
pectatio talis conditionis honesta reputatur, juxta ea, quæ notant Scribentes per text. ibi, *in d. l. liber homo, & in d. l. id quod apud hostes*: quibus addere possumus text. *in l. si servitus, §. futuro, ff. de servit. urb. præd.* cum notatis à glossa *in c. ad dissolvendum, verb. Accusari, ad fin. de desponsat. impub.* Bartol. *in l. servos, num. 4. ff. de alim. & cib. legat.* Et † text. *in d. c. Abb. sanè,* 135
vers. Et allegabatur; ubi Rex Aragonum donavit Hospitalariis Sancti Joannis castrum *Curoariæ* cum suis finibus, inter quos erat locus *de Rossellis*, quæ ab infidelibus possidebantur, & numquam Christianorum fuerant, sub ea conditione, si Rex illa ab eisdem hostibus caperet, & talem donationem valuisse Summus Pontifex ibi aperte supponit, & prosequitur Philip. Franc. & Domin. *ibi. num.* 40.

Qui ex eodem principio deducunt, quòd † li- 136
cèt Ecclesiæ, quæ nondum constructa est, nihil donari regulariter possit, *c. ad audientiam, el 2. de Eccles. ædific. & in eod. cap. Abbate sanè*, ubi tamen talis donatio sub ea conditione fit, quam sit honestum expectare, vel non agitur, ut eidem Ecclesiæ statim acquiratur, sed postquam jam ædificata, vel constructa fuerit, tunc jure optimo sustineatur, ut latius etiam notat & prosequitur Bart. *cons. 26. n. 1. lib. 1.* Abb. *in d. cap. ad au-*

audientiam, n. 2. Guid. Pap. *dect.* 267. & ibi ejus additionator Ranchin. Guil. Benedict. *in c. Raynutius, de testam. verb. Et uxorem, quam gestabat in utero*, n. 15. Lambertin. *de jure patr.* 1. *part. lib.* 1. *q.* 5. *art.* 10. Menoch. *cons.* 29. *n.* 59. & 60. *vol.* 1. & Nicol. Garc. *de benef.* 5. *part. c.* 9. *num.* 49. & 50.

137 Sed † præstat, ut in specie nostra loquentes audiamus Franc. Varg. *ubi suprà num.* 5. & 6. & Anastas. Germon. *n.* 29. *Qui secùs docent, Summum Pontificem virtute hujus supremæ potestatis temporalis, de qua loquimur, non modò civitates, provincias, & regna, quæ antea Christianam Religionem profitebantur, & deinde fuerunt ab infidelibus usurpata, posse, cui libuerit, indubitanter concedere, ut illa recuperet, unaque faciat, sed ea etiam addere posse, quæ Christianorum nunquam fuerunt, ad Christianæ Fidei & Evangelii propagationem, & Idololatriæ extirpationem: Et quod his rationibus motus Alex. VI. amplas istas Indiarum Occidentalium regiones Catholicis Regibus, Ferdinando & Isabellæ, eorumque successoribus addixit; qui ex illa acquisitione omnem omninò jurisdictionem, ac omne Imperium earumdem provinciarum ibi jure vendicant; non ipso jure, nec jure belli, sed Romani Pontif. auctorit. quare justè dicuntur possidere, arg. l.* juste possidet, ff. de acq. possess.

Qua sententia, ut verlori & receptiori, retenta, argumentis pro contraria consideratis, brevi-
138 ter responderi potest: Ad primum, † falsum esse, quod in eo supponitur, nullo scilicet certo jure, vel Ecclesiæ testimonio probari temporalem Romani Pontificis potestatem, cùm pro ea tot, & tam aperta reperiantur, ut *suprà* consideravimus, quæ sua vi, & ratione tam infideles quàm fideles comprehendunt. Ut omittamus eorum opinio-
139 nes, qui ob † solam infidelitatem, barbariem, idololatriam vel mores contra naturam, ad judicium Ecclesiæ pertinere putarunt, de quibus latè disputavimus *suprà hoc lib. ex c.* 7. & post D. Antonin. *in summa, tit.* 3. *de dom. Reg. cap.* 2. latè agit Thom. Boc. *in tract. de Insul. stat. lib.* 4.
140 *c.* 5. & 6. Quibus † non obstat ille Pauli locus 1. Cor. 5. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare?* de cujus vera, & varia interpretatione plura congessimus, *d. cap.* 14. *ex num.* 21.

141 Et † eodem modo responderi potest ad illud Joan. ult. *Pasce oves meas*; etenim licèt infideles, dum in sua infidelitate persistunt, propriè de Christi, & Ecclesiæ ovili non sint, ut concludunt Auctores in argumento relati: verius tamen est, quòd ad Ecclesiæ curam, & gubernationem spectant, ut retigimus *suprà n.* 115. & expressè
132 docet Innoc. † *in c. licèt de foro comp.* resolvens: *Quòd quando Christus dixit Petro: Pasce oves meas, & dedit ei claves regni cœlorum, aliquo modo ejus jurisdictioni subjecit Saracenos, Gentiles, & Schismaticos.* Et Roffens. *contra Luth. art.* 25. ubi inquit: *Primatum Petri super omnes Reges, & regni mundi jam impletum esse, quoad donum, & ejus potestatis, quam traditam habet à Christo, vel quoad habitum in toto mundo, etiam super infideles, qui sunt oves Christi, quamvis extra ovile Ecclesiæ errantes; non tamen omninò quoad executionem, vel actum potestatis. Quia scilicet ad Papam pertinet cura omnium ovium Christi,* Joannis 20. *Pasce oves meas, non solùm eas, quæ sunt extra ovile Ecclesiæ à fide aberrantes, de quibus* Joannis 10. *Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, illas oportet me adducere, scilicet per me, & per meos ministros, maximè per Papam, ad quem pertinet de prædicatione nunc illis providere, ut qui voluerint liberè, non coactè ad Fidem Christi convertantur, &c.*

Leontius quoque tradit sub illis verbis, Joannis 10. *Alias oves habeo, &c.* Christum ostendere voluisse, se non tantùm Judæorum, quibuscum loquebatur, sed etiam omnium gentium Regem esse, atque pastorem; & in eadem expositione Sancti omnes unanimi consensu conveniunt. Et D. Bernard. *lib.* 2. *de consid. c.* 8. verba illa: *Pasce oves meas*, explicans interrogat: *Quas? illius, aut illius populi, civitatis, aut regionis, aut certi regni? Oves meas*, inquit, *cui non planum non designaste aliquas, sed adsignasse omnes? Nihil excipitur, ubi distinguitur nihil.* Cui convenit Theophylactus, dum inquit: *Cùm prandendi finem ipse fecisset, totius Orbis ovium præfecturam Petro commisit.* Et idem sentiunt Orig. *cap.* 6. *epistol. ad Rom.* Cyprian. *de unit. Eccl.* Arnob. *Psalm.* 138. Chrysostom. *homil.* 1. *de pœnitent.* & reliqui Græci, & Latini Patres Ecclesiæ, quorum dicta latè perpendit Thom. Bocius *lib* 18. *de sign. Eccles. Dei, cap.* 1. *in textu argum. ntu.* Pascere † enim illo in loco ex natura 143
ipsius verbi idem significat quòd *regere, & gubernare.* Unde fit, ut ad Reges quoque, & Principes gentium pertineat hæc vox, quos passim † Ethnici Scriptores, sed in primis Homerus, *pas-* 144
tores populorum appellare solent, ut idem Bocius ostendit, & latiùs Param. *d. opin.* 3. *n.* 29. Nam quemadmodum pastores ovium commodis diligenter invigilant, ita quoque Principes, atque Reges, non tam suæ utilitatis studiosi esse debent, quàm gentium, & populorum, qui sibi subduntur, ut eleganter in eisdem terminis exposuit D. Augustinus *tractat.* 123. dicens: *Nam quid est aliud: Si diligis me, pasce oves meas, quam si diceretur: Si me dilligis, non te pascere cogita, sed oves meas, sicut meas pasce, non sicut tuas, gloriam meam in eis quære, non tuam, dominium meum, non tuum.* Et hac de causa † in illo versu, 145
Psal. 79. *Qui regis Israel, intende*; in lingua originali Hebræa legitur: *Qui pascis.* Et *in Psalm.* 77. ubi in Vulgata legitur: *Et elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium, & post fetantes accepit eum, pascere Jacob servum suum, & Israel hæreditatem suam*; in Chaldaica dicitur: *Ut dominaretur in Jacob populo suo.* Qui locus eò plurìs faciendus est, quia illum de Christo Domino omnes intelligunt, & D. Hieronym. etiam D. Petro, de cujus nunc potestate agimus, accommodari posse fatetur.

Secundò verò, argumento contrariæ partis respondere possumus, affirmando, † verius esse in 146
Christo Domino, etiam ut homine, temporale regnum, & dominium constitui, & concedi debere ex rationibus, & auctoritatibus, quas *suprà ex num.* 89. perpendimus. Neque obstare ea, quæ pro adversa opinione considerantur, & dominium duntaxat spirituale in Christo concedere, & assignare videntur: Nam si bene inspiciantur, solùm ostendunt, Christum in quantum hominem se mundi Regno non immis-

cuisse, neque dominia rerum, quæ liberaliter hominibus indulserat, usurpasse, id verò ex voluntatis potiùs, quàm potestatis defectu processit, quia hujusmodi temporalia contempsit,
147 & humilem vitam agere destinavit. Et † ita, ut sibi oportere visum fuit, exercitium temporalis jurisdictionis recepit. *Matth.* 8. namque dæmonibus poscentibus: *Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum*: dixit: *Ite*, & suffocati sunt; & 12. permisit Discipulos per aliena sata vellere spicas, & manducare. Et apud eumdem Matth. *cap.* 21. Joan. 2. Marc. 11. maledixit ficulneæ, & aruit: & flagello ejecit ementes & vendentes de templo: & adulteram, quia nemo eam accusabat, absolvit, prout etiam habetur *in cap. ex multis, & cap. vendentes*, 1. *quæst.* 3. *cap. accusatio, el* 1. 2. *quæst.* 7. Gloss. *in cap. quoniam, verb. Sic, dist.* 10. *& in cap. cùm ad verum, dist.* 96. In quibus omnibus Christus nullam injustitiam commisit, sed jure suo, & potestate usus; ut bene advertunt omnes Doctores pro hac opinione relati, & præcipuè Molina *dict. d. p.* 28. Marta *dict. cap.* 22. Param. qui alios refert *d. lib.* 3. *quæst.* 1. *opin.* 2. *num.* 8. *& opin.* 4. *ex num.* 79. *& num.* 127. Baron. *dict. ann. Christi* 57. *n.* 28. *& 29.* Anastas. Germon. *dict. lib.* 3. *de sacror. immunit. cap.* 15. *ex num.* 18. Bobadill. *d. lib.* 1. *Politic. cap.* 13. *num.* 4. *& seqq.* & Pat. Franc. Mendoza *d. cap.* 2. *lib.* 1. *Reg. num.* 10. *annot.* 15. *sect.* 3. *num.* 27. & novissimè Michael Nauclet, *de Monarch.* 1. *part. lib.* 3. *cap.* 4. *&* 5. qui specialiter responder omnibus testimoniis in contra-
148 rium adductis, & † præsertim ad Joan. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Ubi Christus nullatenus se Regem temporalem esse negavit, sed sibi id potius curari, ut humanum genus redimeretur, & peccatores salvi fierent, juxta ea, quæ notant Augustin. & Chrysostom. *ibidem*, & illud Joan. 3. *Non misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus*
149 *per ipsum.* Et ita † alias apud eumdem Joan. *dict. cap.* 18. interrogatus: *Rex es tu?* non negavit, sed dixit, *Tu dicis, quia Rex sum ego.* Nec tedarguit Nathanaelem sibi dicentem, Joan. 1. *Tu es Rex Israel.* Nec objurgavit, imò & defendit turbam clamantem, & dicentem, Joan. 12. *Hosanna, Benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Israel.*

150 Quibus non obstat † illud Lucæ 12. ubi dixit fratribus de hæreditate certantibus: *Quis me constituit judicem aut divisorem super vos?* Nam illud similiter solùm probat, Christum non assumpsisse munus & officium judicis temporalis; non tamen concludit, illum carnisse potestate, ut id, si vellet, efficeret. Et ideò hoc nequaquam negavit, sed solùm innuit, se à nemine ad id munus subeundum fuisse constitutum, ac deputatum, ut benè post alios observat Molina *dict. cap.* 28. *colum.* 135. *vers. Ad tertium*; Marta *d. cap.* 22. *num.* 4. *& in append. ejusd. cap. circa fin.* & Param. *dict. spin.* 4. *n.* 124. *vers. Nam ad primum.* Et hoc est quod voluit dicere D. Ambros. relatus ab Albert. Pighio *lib.* 5. *Eccles. Hierarch. cap.* 1. *vers. Rursus: Terrena declinat, qui propter Divina descenderat.*

151 Et tamdem † ad illud, quod deduximus *in Extravag. cùm inter nonnullos*, & similibus respon-
detur, ibi de dominio proprietatis rerum in particulari sermonem haberi, quo inspecto, certissimum est, Christum, & Apostolos pauclssimarum rerum dominium habuisse, † cùm pauperta- 152
tis amantissimi fuerint, & ea sola mundum vincere destinaverint, ut habetur Zachar. 9. *num.* 9. Psalm. 39. *n.* 18. Psalm. 68. *num.* 30. Matth. 8. *vers.* 20. & 2. Corinth. 8. *versic.* 9. ibi: *Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm dives, ut illius inopia divites essetis*; de quo etiam agitur *in cap. Dominus, distinct.* 93. & in pluribus aliis locis, quæ congerit Pat. Franc. Mendoz. *in d. sect.* 3. *num.* 5.

Ad tertium autem, & quartum respondeo, absque dubio probandum esse, illud idem dominium, & Imperium temporale, quod Christus † habuit, in Petrum, & successores ejus trasla- 153
tum fuisse, ut cum D. Thom. & aliis *supra ex n.* 104. resolvimus: Nam licèt Christi potestas, quam vocant *excellentiæ*, quoad alias res in Ecclesiam non transierit; hæc tamen dominii temporalis, etiam si excellenter in Christo fuisse dicatur, omninò transferri debuit, cum necessaria fuerit ad universale ipsius Ecclesiæ regimen, quod, ut diximus, aliter nec constare, nec sibi sufficere posset, quia † illi, ad quem cura finis 154
ultimi pertinet, subjici debent reliqui, ad quos pertinet cura finium antecedentium, quæ est temporalis potestas, ut probat D. Thom. *dict. lib.* 1. *de reg. im. Princ. cap.* 14. qui etiam *eod. lib. c.* 1. *&* 6. sic ait: *Romano Pontifici Vicario Christi oportet omnes Principes populi Christiani esse subjectos, sicut ipsi Domino Jesu Christo, qui non solùm* Sacerdos, *sed etiam* Rex *est vocatus, &c.*

Et quod hæc † potestas à Christo in ejus Vi- 155
carios translata, nomine tenùs censenda non sit, nec inefficax judicanda benè etiam probat Baron. *ubi suprà n.* 28. ex iis, quæ Christus ipse liberaliter profitetur, † apud Joan. *in Apoc. cap.* 2. sic 156
dicens: *Qui vicerit & custodierit, usque ad finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à Patre meo.* Quem locum exponens D. August. *in homil.* 2. *sup. Apocal.* hæc in eamdem sententiam profert: *In Christo habet, Ecclesia hanc potestatem, sicut dicit Apostolus* ad Roman. 8. *cum illo nobis omnia donata fuisse. Sic virgam ferream, dixit Joannes propter justitiam, & propter rigorem; cum virga corrigantur boni, malè verò confringantur.*

Idem † quoque de hac regia dignitate una 157
cum Sacerdotio ad posteros in Ecclesiam per Dominum transmissa, eruditè his verbis Epiphanius testatur, Rex alienigena Herodes advenit, & non amplius successores David diadema imponebant, translata Regia sede in Christo ad Ecclesiam. Et à domo quidem Carnali Juda, & Israël Regia dignitas translata est, firmiter autem sedet Thronus in sancta Dei Ecclesia in æternum, ex duplici origine dignitatem habens, *Regia*, ac *Sacerdotali*. Et *Regiam* quidem à Domino nostro Jesu Christo juxta duos modos, & quia est ex semine David Regis secundùm carnem, & quia est Rex major à sæculo secundùm Deitatem, *Sacerdotalem* verò, quia ipse est Pontifex, & Pontificum præfectus, &c.

Ne-

158 Neque his refragatur, † quod cum Christus raro, aut numquam hanc temporalem potestatem, ex habitu in actum deduxerit, Pontifices etiam ab ejus exercitio abstinere debebunt. Nam secundùm Martam *d. c.* 22. *n.* 4. & 5. & Bobadil. *d. c.* 17. *n.* 3. & 4. & ea, quæ tangit Param. *d. opin.* 4. *n.* 67. *in fine*, duo tempora circa dominium Christi consideranda sunt; alterum ante passionem, & tunc propter humilitatem judicare recusavit, ut ostendunt testimonia, quæ pro hac parte citantur. Alterum verò post resurrectionem, & tunc procedunt plenè, & planè reliqua loca, quæ ei datam fuisse omnem potestatem in cœlo, & in terra significant. Unde sequi-
159 tur, † quod cùm post resurrectionem Petro clavium potestatem, & ovium omnium curam commiserit, ut constat Matth. *cap. ult. & 16.* ex potestate Domini, potestatem sui Vicarii metiri debemus, & ei supremam, & universalem jurisdictionem concedere, in spiritualibus semper, & ubique, & in temporalibus, ubi ad id commune Ecclesiæ bonum expedire censuerit. Et hoc, se-
160 cundum † eumdem Martam *d. cap.* 22. *infine appendicis*, significare voluit Christus Joan. *dict. c.* 18. ubi postquam dixerat: Regnum meum non est de hoc mundo subdit: *Nunc autem Regnum meum non est hinc*, id est, nunc vim patior, & regnum, quod habeo, voluntariè relinquere volo, sed post resurrectionem, & redemptionem hominum factam, cùm jam gloriosus, impassibilis, & immortalis existam, omnem regni mei potestatem, atque usum assumam, cujus contemplatione se esse verum Regem eidem Pilato respondérat, & ne prædictis repugnet, sic exponendum videtur; prout & latius expendit Mendoza *d. c.* 2. *lib.* 1. *Reg. num.* 10. *annotat.* 13. *sect.* 3. *num.* 18.

Denique non obstat quintum, & ultimum argumentum, & nullorum jurium auctoritate desumptum, quibus temporalis potestas à Pontificia, & spirituali distinguitur, & ipsimet Pontifices affirmare videntur, sibi illam nequaquam
161 † competere. Nam generaliter cum eisdem Auctoribus responderi potest, verum quidem esse duas istas potestates regulariter distinctas esse, neque invicem confundi, sed potius se juvare debere, ne aliàs ordo Hierarchicus pervertatur, ut *suprà* sæpè retulimus, & latè probat Turrecrem. *in sum. de Eccles. lib.* 1. *c.* 87. *cum duob. seqq.* Sot. *de just. & jure, lib.* 4. *quæst.* 4. *art.* 1. Bobad. *d. c.* 17. *à n.* 1. *& cap.* 16. *à n.* 2. Anton. Fab. *in Cod. Sabaud. lib.* 1. *tit.* 12. *de jurisd. omn. jud. definit.* 4. Morla *in empor. jur.* 1. *part. tit.* 2. *num.* 125. Ceval. 4. *tom. pract. commun. quæst. ult. à n.* 112. & plurimi alii; quos novissimè refert Calist. Remir. *in tract. de lege Regia*
162 *Aragoniæ*, 5. 2. *n.* 1. Non tamen † in illis juribus denegatur, quod in Romano Pontifice, ut in vero, & supremo totius Ecclesiæ capite, & mundi Monarchia utriusque gladii potestas non resideat, & ab eo mediatè totius jurisdictionis spiritualis fons, & origo dimanet, & utraque utique uti possit, cùm sibi necessarium visum fuerit, ut aperte disponunt reliqua jura, quæ in ultimo argumento hujus ultimi partis consideravimus.

163 Unde † dicere potuit Bald. *in c.* 1. *in princip. qui. feud. dare poss.* quod Summus Pontifex est Judex ordinarius omnium hominum totius mundi, & concurrit cum quolibet alio judice ordinario. Et gloss. *in c. ex transmissa de foro compet.* Quod licet regulariter † à Judicibus laicis non 164
appelletur ad Papam, quia non sunt de ejus jurisdictione temporali, *cap. si duobus*, §. *denique de appellat.* ubi Abb. *n.* 5. & Franc. *n.* 12. Ubi tamen injustitia Imperatoris, vel Regis, aut aliorum Principum, non recognoscentium superiorem, esset notoria, & in causis & casibus arduis versaremur, tunc per viam extraordinarii recursus ad Papam appellari posset. Quam doctrinam latius prosequitur Innoc. *in c. licet ex suscepto de for. compet.* Dec. *in d. c. si duobus, ex num.* 10. Afflict. *in proœm. const. regni, quæst.* 21. *num.* 7. Marc. Ant. Petra *in tract. de potest. Princ. c.* 6. *n.* 94. Et adeò probat Marta *d. tract. de jurisdict.* 4. *part. casu* 56. *num.* 5. & 6. ut asserere audeat, hoc procedere non solùm ratione peccati commissi propter notoriam injustitiam, vel quia ejus causâ posset turbari pax universalis, sed etiam ratione propriæ temporalis jurisdictionis, quam Summus Pontifex habet in universo.

Et hoc idem sentit † D. Bernard. *lib.* 1. *de con-* 165
sid. ad Eugen. quatenus inquit, Pontifices in criminibus, non in possessionibus temporalibus potestatem habere, & infima hæc, & terrena Regibus, & Principibus terræ relinquenda esse. Non enim affirmare voluit, extra potestatem Summi Pontificis esse, ubique de temporalibus judicare, quando necessitas finis spiritualis, vel alia justa causa illud exposcular. Sed quod vult, est, ut id, quoad fieri possit exequatur per alios: per se autem nonnisi incidenter, aut quando aliud fieri non potest, & ideò subjungit: *Non quia indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, quippe potioribus occupatis. Denique ubi necessitas exigit, audi quid censeat, non ego sed Apostolus: Si enim in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis; sed aliud est incedenter excurrere in ista, causa quidem urgente; aliud ultrò incumbere istis, tamquam magnis, dignisque tali, & talium intentione rebus.*

Quod etiam † melius expressit *lib.* 4. duos il- 166
los gladios exponens, quod Apostoli Christo obtulerunt, de quibus mutuatis verbis ab ipso D. Bernardo, latè loquitur text. *in dict. extravag. unam sanctam, vers. In hac ergo, de major. & obed. sup. n.* 122. relata, & plures alii ex sanctis Patribus, quos refert B. Joan. à Capistrano *in tract. de potest. Papæ, part.* 2. *n.* 194. & 225. Joseph. Stephan. *de potest coactiva, c.* 8. *num.* 9. *cum seqq.* Anastas. Germon. *d. lib.* 3. *de sacror. immun. c.* 23. *ex n.* 17. Et sequitur Præposit. *in d. c. cum ad verum distinct.* 96. docens, prædictas jurisdictiones, quoad exercitium esse distinctas. Nam hoc regulariter in temporalibus prohibitum est Papæ, cui dictum est: *Pone gladium tuum in vaginâ*; & Innoc. *in d. c. solita, de major. & obed.* ubi eamdem distinctionem respiciens, Papæ † attribuit auctoritatem Imperatori 167
verò potestatem Papæ jus faciendi, Imperatori actum: ita tamen, ut ex hoc non sequatur, quod una jurisdictio alteri non subsit, & temporalis ab spirituali non pendeat. Nam † duo luminaria 168
magna distincta sunt in cœlo, & tamen Luna habet lumen à Sole, & ut dicitur *in eodem c. solita:*

ta: Quanta est inter Solem & Lunam, tanta est inter Papam, & Imperatorem differentia, quod novissimè prosequitur Seraph. Freit. *de just. Imp. Asiat. c.* 6. *n.* 39. & 40.

Idem etiam post alios probat, & sequitur Joan. Bapt. Valenzuela *ad monit. contra Venet. p.* 4. *n.* 178. ubi concludit quod Christus transtulit omnimodam potestatem in Petrum, & successores, etiam quoad temporalium administrationem. Sed ut reliqui Sacerdotes liberius divinis vacarent, & Summus Sacerdos saluti animarum intenderet, permissa est Imperatori eorumdem temporalium administratio, *d. c. cum ad ve-*
169 *rum 96. dist.* & similibus. Unde † Ecclesia, sic à Christo renovata, Monarchiam fuit propriam adepta, quæ dicta est regnum Apostolorum, *cap. ita Dominus* 19. *dist.* 22. *c. in novo* 21. *dist. c.* 2. *dist.* 22. *c. loquitur* 24. *q.* 1.

170 Quæ omnia † latius explicat Joan. Turrecrem. *in summa de Eccles. lib.* 1. *cap.* 29. *versic. Ad quartum*: Anastas Germon. *d. cap.* 13 *ex n.* 17. & 69. Param. *d. opin.* 4. *ex num.* 121. & Marta *d.* 1. *part. cap.* 25. *per totum*; qui sigillatim omnia jura in argumento relata percurrunt, & eis speciales, & evidentes solutiones assignant, quas brevitatis causa hic transcribere supersedeo, cùm apud eos videri possint.

Et de historia † text. *in d. cap. novit*, pluribus agit Joan. Ign. *in repetit. lib.* 5. §. *non alias, n.* 415. *ff. ad Syllanianum, & in disput. an Rex Franciæ recognoscat Imperium, n.* 42. Cujac. *in recitat. posthum. ad Decret.* Remond. Ruffus *in defensione pro Pontif. Max. totoque ord. Sacerd.* & Germon. *suprà ex num.* 55.

171 Quibus addere possumus, Pontificem ibi non dixisse, quod non potetat, sed quod non intendebat judicare de feudo, cujus † cognitio, & jurisdictio ex magis communi, & recepta Doctorum sententia, feudi domino regulariter relinquenda est, etiam si contra Ecclesiasticas personas agatur, *cap. cæterum de judicis, cap. verum, cap. ex transmissa de foro compet.* Bald. *in cap. qua in Ecclesiarum, n.* 21. *de constitutionibus*: Andr. de Isernia *in cap.* 1. §. *item si Clericus, col.* 2. *de capitul.* Conrad. Menoch. *de retinenda possess. remed.* 3. *ex num.* 369. Jul. Clarus *in* §. *feudum,*
172 *quæst.* 90. Nam quilibet † ab altero feudum recognoscens, etiam si sit Summus Pontifex, Imperator, Rex, vel alius Princeps, super feudalibus controversiis debet judicari à directo domino feudi. Socin. *dict. cap. ex transmissa num.* 36. Marta *de jurisdict.* 4. *part. cent.* 1. *casu* 89. *n.* 5. *cum sequentib.* ubi rationem adducit, quia propter feudalem investituram semper censentur esse inferiores directo domino: Bald. *in l. sed si hac,* §. *si liberta, ff. de in jus vocando*: Zas. *de feudis part.* 7. *num.* 19. Henricus Rosental. *in eodem tractat. cap.* 12. *conclus.* 1. *num.* 10. ubi plurimos alios allegat *lit. K*, & contrariis respondet *lit. L*, & Marta loquens *in terminis ejusdem cap. novit, dicti. capit.* 25. *ex numer.* 2. *usque ad numer.* 15.

CAPUT XXIV.

De eadem temporali Sedis Apostolicæ potestate, & qualiter Alex. VI. & alii Romani Pontifices ea usi reperiantur, quarum Bullæ specialiter referentur & de vi argumenti, quod ex auctoritate, consuetudine, seu observatione Ecclesiæ desumitur.

SUMMARIUM.

1 *Pontificis temporalis potestas qualiter à Catholicis auctoribus accipiatur.*
2 *Papa nisi ex justa, & gravi causa exercere velit, & debet potestatem temporalem, quam habet super Reges, & Principes etiam infideles,* Et num. 6.
3 *Causa ubi requiritur tamquam fundamentum jurisdictionis, necessariò discuti, & præcedere debet.*
4 *Papa, vel quilibet alius Princeps supremus non possunt auferre, nec mutare dominia jure gentium quæsita, sine justa causa.*
5 *Infidelium bona sine causa Papa non tollit.*
6 *Chiapensis Episcopi sententia.*
7 *Anastasii Germonii verba expenduntur, circa modum, quo Pontifices uti solent potestate temporali.*
8 *Paramus justam causam, & prudentum arbitrio discussam requirit ad exercitium temporalis jurisdictionis Papæ.*
9 *Thomas Bocius eleganter loquitur de modo, & ratione usus temporalis potestatis Romani Pontificis.*
10 *Dominia temporalia cùm Papa mutat, vel aufert, ea ad Dominum dominorum reducit, & jus gentium potius conservare studet, quàm frangere.*
11 *Causæ plurimæ, & urgentissimæ intervenerunt ad concedendam conquisitionem Novi Orbis.*
12 *Evangelii propagatio inter Indos facienda, desiderabat, eos alicui Principi Christiano submitti.*
13 *Orbis Novi justa acquisitio, concurrente cum aliis titulis concessione Pontificis, in dubium vocari non potest.*
14 *Catholici Reges Ferdinand. & Elizabeth, qualiter Roman. Pontif. certiorem fecerint detectionis Novi Orbis, & illius conversionem, & conquisitionem exposuerint.*
15 *Alexand. VI. ingenti gaudium ob detectionem Novi Orbis accepit, & qualiter Apostolicis literis, ejus conquisitionem Regibus Catholicis concesserit.*
16 *Bulla Alexandri VI. qua Regibus Catholicis Novum Orbem concessit, ad literam refertur,* Et num. 24. *aliæ duæ, quibus eamdem concessionem confirmavit, & ampliavit.*
17 *Bullam Alex. VI. quæ Novum Orbem Regibus Catholicis donavit, qui referant, & laudent.*
18 *Alexand. VI. qualiter sedaverit controversiam inter Castellæ, & Lusitaniæ Reges super Novi Orbis partitione subortam.*
19 *Alex. VI. non solùm administrationem, sed etiam plenum dominium Novi Orbis Regibus Catholicis indulsit, cum onere, ut Indorum conversionem curarent.*
20 *Orbem Novum pleno jure Catholicis Hispaniæ Regibus à Pontifice datum, qui tradant.*
Jacobi Mainoldi verba de pleno dominio Indiarum recensentur, ibidem.
21 *Alex. VI. sequutus fuit opinionem eorum, qui Pontifici tribuunt temporalem dominationem in regnis, & bonis infidelium.*
22 *Bellarminus Cardinalis Illustriss. se ipsum retractare videtur, & inspecta Bulla Alexand. VI. plenum dominium Orbis Novi concessum esse agnoscit.*
23 *Thomas Bocius passim dignoscit per Bullam Alex. VI. plenum dominium Indiar. Regib. Catholicis datum fuisse, & dari potuisse.*
24 *Alexandri VI. vitia, si quæ habuit, ingenti bono &* do-

158 Neque his refragatur, † quod cum Christus raro, aut numquam hanc temporalem potestatem, ex habitu in actum deduxerit, Pontifices etiam ab ejus exercitio abstinere debebunt. Nam secundùm Martam *d. c.* 22. *n.* 4. & 5. & Bobadil. *d. c.* 17. *n.* 3. & 4. & ea, quæ tangit Param. *d. opin.* 4. *n.* 67. *in fine*, duo tempora circa dominium Christi consideranda sunt; alterum ante passionem, & tunc propter humilitatem judicare recusavit, ut ostendunt testimonia, quæ pro hac parte citantur. Alterum verò post resurrectionem, & tunc procedunt plenè, & planè reliqua loca, quæ ei datam fuisse omnem potestatem in cœlo, & in terra significant. Unde sequi-
159 tur, † quod cùm post resurrectionem Petro clavium potestatem, & ovium omnium curam commiserit, ut constat Matth. *cap. ult. & 16.* ex potestate Domini, potestatem sui Vicarii metiri debemus, & ei supremam, & universalem jurisdictionem concedere, in spiritualibus semper, & ubique, & in temporalibus, ubi ad id commune Ecclesiæ bonum expedire censuerit. Et hoc, se-
160 cundum † eumdem Martam *d. cap.* 22. *infine appendicis*, significare voluit Christus Joan. *dict. c.* 18. ubi postquam dixerat: Regnum meum non est de hoc mundo subdit: *Nunc autem Regnum meum non est hinc*, id est, nunc vim patior, & regnum, quod habeo, voluntariè relinquere volo, sed post resurrectionem, & redemptionem hominum factam, cùm jam gloriosus, impassibilis, & immortalis existam, omnem regni mei potestatem, atque usum assumam, cujus contemplatione se esse verum Regem eidem Pilato respondérat, & ne prædictis repugnet, sic exponendum videtur; prout & latius expendit Mendoza *d. c.* 2. *lib.* 1. *Reg. num.* 10. *annotat.* 13. *sect.* 3. *num.* 18.

Denique non obstat quintum, & ultimum argumentum, & nullorum jurium auctoritate desumptum, quibus temporalis potestas à Pontificia, & spirituali distinguitur, & ipsimet Pontifices affirmare videntur, sibi illam nequaquam
161 † competere. Nam generaliter cum eisdem Auctoribus responderi potest, verum quidem esse duas istas potestates regulariter distinctas esse, neque invicem confundi, sed potius se juvare debere, ne aliàs ordo Hierarchicus pervertatur, ut *suprà* sæpè retulimus, & latè probat Turrecrem. *in sum. de Eccles. lib.* 1. *c.* 87. *cum duob. seqq.* Sot. *de just. & jure, lib.* 4. *quæst.* 4. *art.* 1. Bobad. *d. c.* 17. *à n.* 1. *& cap.* 16. *à n.* 2. Anton. Fab. *in Cod. Sabaud. lib.* 1. *tit.* 12. *de jurisd. omn. jud. definit.* 4. Morla *in empor. jur.* 1. *part. tit.* 2. *num.* 125. Ceval. 4. *tom. pract. commun. quæst. ult. à n.* 112. & plurimi alii; quos novissimè refert Calist. Remir. *in tract. de lege Regia*
162 *Aragoniæ*, 5. 2. *n.* 1. Non tamen † in illis juribus denegatur, quod in Romano Pontifice, ut in vero, & supremo totius Ecclesiæ capite, & mundi Monarchia utriusque gladii potestas non resideat, & ab eo mediatè totius jurisdictionis spiritualis fons, & origo dimanet, & utraque utique uti possit, cùm sibi necessarium visum fuerit, ut aperte disponunt reliqua jura, quæ in ultimo argumento hujus ultimi partis consideravimus.

163 Unde † dicere potuit Bald. *in c.* 1. *in princip. qui. feud. dare poss.* quod Summus Pontifex est Judex ordinarius omnium hominum totius mundi, & concurrit cum quolibet alio judice ordinario. Et gloss. *in c. ex transmissa de foro compet.* Quod licet regulariter † à Judicibus laicis non 164
appelletur ad Papam, quia non sunt de ejus jurisdictione temporali, *cap. si duobus*, §. *denique de appellat.* ubi Abb. *n.* 5. & Franc. *n.* 12. Ubi tamen injustitia Imperatoris, vel Regis, aut aliorum Principum, non recognoscentium superiorem, esset notoria, & in causis & casibus arduis versaremur, tunc per viam extraordinarii recursus ad Papam appellari posset. Quam doctrinam latius prosequitur Innoc. *in c. licet ex suscepto de for. compet.* Dec. *in d. c. si duobus, ex num.* 10. Afflict. *in proœm. const. regni, quæst.* 21. *num.* 7. Marc. Ant. Petra *in tract. de potest. Princ. c.* 6. *n.* 94. Et adeò probat Marta *d. tract. de jurisdict.* 4. *part. casu* 56. *num.* 5. & 6. ut asserere audeat, hoc procedere non solùm ratione peccati commissi propter notoriam injustitiam, vel quia ejus causâ posset turbari pax universalis, sed etiam ratione propriæ temporalis jurisdictionis, quam Summus Pontifex habet in universo.

Et hoc idem sentit † D. Bernard. *lib.* 1. *de con-* 165
sid. ad Eugen. quatenus inquit, Pontifices in criminibus, non in possessionibus temporalibus potestatem habere, & infima hæc, & terrena Regibus, & Principibus terræ relinquenda esse. Non enim affirmare voluit, extra potestatem Summi Pontificis esse, ubique de temporalibus judicare, quando necessitas finis spiritualis, vel alia justa causa illud exposcular. Sed quod vult, est, ut id, quoad fieri possit exequatur per alios: per se autem nonnisi incidenter, aut quando aliud fieri non potest, & ideò subjungit: *Non quia indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, quippe potioribus occupatis. Denique ubi necessitas exigit, audi quid censeat, non ego sed Apostolus: Si enim in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis; sed aliud est incedenter excurrere in ista, causa quidem urgente; aliud ultrò incumbere istis, tamquam magnis, dignisque tali, & talium intentione rebus.*

Quod etiam † melius expressit *lib.* 4. duos il- 166
los gladios exponens, quod Apostoli Christo obtulerunt, de quibus mutuatis verbis ab ipso D. Bernardo, latè loquitur text. *in dict. extravag. unam sanctam, vers. In hac ergo, de major. & obed. sup. n.* 122. relata, & plures alii ex sanctis Patribus, quos refert B. Joan. à Capistrano *in tract. de potest. Papæ, part.* 2. *n.* 194. & 225. Joseph. Stephan. *de potest coactiva, c.* 8. *num.* 9. *cum seqq.* Anastas. Germon. *d. lib.* 3. *de sacror. immun. c.* 23. *ex n.* 17. Et sequitur Præposit. *in d. c. cum ad verum distinct.* 96. docens, prædictas jurisdictiones, quoad exercitium esse distinctas. Nam hoc regulariter in temporalibus prohibitum est Papæ, cui dictum est: *Pone gladium tuum in vaginâ*; & Innoc. *in d. c. solita, de major. & obed.* ubi eamdem distinctionem respiciens, Papæ † attribuit auctoritatem Imperatori 167
verò potestatem Papæ jus faciendi, Imperatori actum: ita tamen, ut ex hoc non sequatur, quod una jurisdictio alteri non subsit, & temporalis ab spirituali non pendeat. Nam † duo luminaria 168
magna distincta sunt in cœlo, & tamen Luna habet lumen à Sole, & ut dicitur *in eodem c. solita:*

ta: Quanta est inter Solem & Lunam, tanta est inter Papam, & Imperatorem differentia, quod novissimè prosequitur Seraph. Freit. *de just. Imp. Asiat. c.* 6. *n.* 39. & 40.

Idem etiam post alios probat, & sequitur Joan. Bapt. Valenzuela *ad monit. contra Venet. p.* 4. *n.* 178. ubi concludit quod Christus transtulit omnimodam potestatem in Petrum, & successores, etiam quoad temporalium administrationem. Sed ut reliqui Sacerdotes liberius divinis vacarent, & Summus Sacerdos saluti animarum intenderet, permissa est Imperatori eorumdem temporalium administratio, *d. c. cum ad ve-*
169 *rum 96. dist.* & similibus. Unde † Ecclesia, sic à Christo renovata, Monarchiam fuit propriam adepta, quæ dicta est regnum Apostolorum, *cap. ita Dominus* 19. *dist.* 22. *c. in novo* 21. *dist. c.* 2. *dist.* 22. *c. loquitur* 24. *q.* 1.

170 Quæ omnia † latius explicat Joan. Turrecrem. *in summa de Eccles. lib.* 1. *cap.* 29. *versic. Ad quartum*: Anastas Germon. *d. cap.* 13 *ex n.* 17. & 69. Param. *d. opin.* 4. *ex num.* 121. & Marta *d.* 1. *part. cap.* 25. *per totum*; qui sigillatim omnia jura in argumento relata percurrunt, & eis speciales, & evidentes solutiones assignant, quas brevitatis causa hic transcribere supersedeo, cùm apud eos videri possint.

Et de historia † text. *in d. cap. novit*, pluribus agit Joan. Ign. *in repetit. lib.* 5. §. *non alias, n.* 415. *ff. ad Syllanianum, & in disput. an Rex Franciæ recognoscat Imperium, n.* 42. Cujac. *in recitat. posthum. ad Decret.* Remond. Ruffus *in defensione pro Pontif. Max. totoque ord. Sacerd.* & Germon. *suprà ex num.* 55.

171 Quibus addere possumus, Pontificem ibi non dixisse, quod non potetat, sed quod non intendebat judicare de feudo, cujus † cognitio, & jurisdictio ex magis communi, & recepta Doctorum sententia, feudi domino regulariter relinquenda est, etiam si contra Ecclesiasticas personas agatur, *cap. cæterum de judicis, cap. verum, cap. ex transmissa de foro compet.* Bald. *in cap. qua in Ecclesiarum, n.* 21. *de constitutionibus*: Andr. de Isernia *in cap.* 1. §. *item si Clericus, col.* 2. *de capitul.* Conrad. Menoch. *de retinenda possess. remed.* 3. *ex num.* 369. Jul. Clarus *in* §. *feudum,*
172 *quæst.* 90. Nam quilibet † ab altero feudum recognoscens, etiam si sit Summus Pontifex, Imperator, Rex, vel alius Princeps, super feudalibus controversiis debet judicari à directo domino feudi. Socin. *dict. cap. ex transmissa num.* 36. Marta *de jurisdict.* 4. *part. cent.* 1. *casu* 89. *n.* 5. *cum sequentib.* ubi rationem adducit, quia propter feudalem investituram semper censentur esse inferiores directo domino: Bald. *in l. sed si hac,* §. *si liberta, ff. de in jus vocando*: Zas. *de feudis part.* 7. *num.* 19. Henricus Rosental. *in eodem tractat. cap.* 12. *conclus.* 1. *num.* 10. ubi plurimos alios allegat *lit. K*, & contrariis respondet *lit. L*, & Marta loquens *in terminis ejusdem cap. novit, dicti. capit.* 25. *ex numer.* 2. *usque ad numer.* 15.

CAPUT XXIV.

De eadem temporali Sedis Apostolicæ potestate, & qualiter Alex. VI. & alii Romani Pontifices ea usi reperiantur, quarum Bullæ specialiter referentur & de vi argumenti, quod ex auctoritate, consuetudine, seu observatione Ecclesiæ desumitur.

SUMMARIUM.

1 *Pontificis temporalis potestas qualiter à Catholicis auctoribus accipiatur.*
2 *Papa nisi ex justa, & gravi causa exercere velit, & debet potestatem temporalem, quam habet super Reges, & Principes etiam infideles,* Et num. 6.
3 *Causa ubi requiritur tamquam fundamentum jurisdictionis, necessariò discuti, & præcedere debet.*
4 *Papa, vel quilibet alius Princeps supremus non possunt auferre, nec mutare dominia jure gentium quæsita, sine justa causa.*
5 *Infidelium bona sine causa Papa non tollit.*
6 *Chiapensis Episcopi sententia.*
7 *Anastasii Germonii verba expenduntur, circa modum, quo Pontifices uti solent potestate temporali.*
8 *Paramus justam causam, & prudentum arbitrio discussam requirit ad exercitium temporalis jurisdictionis Papæ.*
9 *Thomas Bocius eleganter loquitur de modo, & ratione usus temporalis potestatis Romani Pontificis.*
10 *Dominia temporalia cùm Papa mutat, vel aufert, ea ad Dominum dominorum reducit, & jus gentium potius conservare studet, quàm frangere.*
11 *Causæ plurimæ, & urgentissimæ intervenerunt ad concedendam conquisitionem Novi Orbis.*
12 *Evangelii propagatio inter Indos facienda, desiderabat, eos alicui Principi Christiano submitti.*
13 *Orbis Novi justa acquisitio, concurrente cum aliis titulis concessione Pontificis, in dubium vocari non potest.*
14 *Catholici Reges Ferdinand. & Elizabeth, qualiter Roman. Pontif. certiorem fecerint detectionis Novi Orbis, & illius conversionem, & conquisitionem exposuerint.*
15 *Alexand. VI. ingenti gaudium ob detectionem Novi Orbis accepit, & qualiter Apostolicis literis, ejus conquisitionem Regibus Catholicis concesserit.*
16 *Bulla Alexandri VI. qua Regibus Catholicis Novum Orbem concessit, ad literam refertur,* Et num. 24. *aliæ duæ, quibus eamdem concessionem confirmavit, & ampliavit.*
17 *Bullam Alex. VI. quæ Novum Orbem Regibus Catholicis donavit, qui referant, & laudent.*
18 *Alexand. VI. qualiter sedaverit controversiam inter Castellæ, & Lusitaniæ Reges super Novi Orbis partitione subortam.*
19 *Alex. VI. non solùm administrationem, sed etiam plenum dominium Novi Orbis Regibus Catholicis indulsit, cum onere, ut Indorum conversionem curarent.*
20 *Orbem Novum pleno jure Catholicis Hispaniæ Regibus à Pontifice datum, qui tradant.*
Jacobi Mainoldi verba de pleno dominio Indiarum recensentur, ibidem.
21 *Alex. VI. sequutus fuit opinionem eorum, qui Pontifici tribuunt temporalem dominationem in regnis, & bonis infidelium.*
22 *Bellarminus Cardinalis Illustriss. se ipsum retractare videtur, & inspecta Bulla Alexand. VI. plenum dominium Orbis Novi concessum esse agnoscit.*
23 *Thomas Bocius passim dignoscit per Bullam Alex. VI. plenum dominium Indiar. Regib. Catholicis datum fuisse, & dari potuisse.*
24 *Alexandri VI. vitia, si quæ habuit, ingenti bono &* do-

dono defectionis, & conversionis Novi Orbis pensantur.

25 *Pontifices Romani sæpè supra conscribere reperiuntur terras infidelium Principibus Christianis cum onere conversionis.*

26 *Hiberniæ regnum Adrianus IV. Henrico II. Angliæ Regi subjugandum, & convertendum concessit.*

27 *Adrianus IV. memorandum diploma de concessione regni Hiberniæ ad literam recensetur.*

28 *Martinus V. & Nicolaus V. & Calixtus III. & alii Romani Pontifices Lusitaniæ Regibus, ac regna infidelium debellare, & occupare potenti, concesserunt.*

29 *Calixti III. & Nicolai V. Bullæ de concessione Indiarum Orientalium Lusitanis factæ referuntur.*

30 *Pontificis concessione multum immò sacrum Reges Catholici ad occupanda, & possidenda regna Indiarum.*

31 *Joan. Lopez de Palacios Rubios fecit generalem quamdam requisitionem, sive præstationem, qua Indis præcipue intimabatur, ut Romani Pontificis obedientiam, & potestatem agnoscerent.*

32 *Requisitionis sive præsentationis forma refertur, quæ Indis olim intimari jubebatur.*

33 *Justè possidet, qui auctore legitimo judice possidet.*

34 *Sententia à judice legitimo lata, tribuit dominium.*

35 *Sententiis, & declarationibus Papæ non est negandum, quod aliis inferiorum judicum concedi solet.*

36 *Papæ una sola sententia, & declaratio generaliter prolata facit jus in similibus cautis.*

37 *Calixti II. Bullæ verba expenduntur.*

38 *Opinio quæ magis favet Ecclesiæ, & piæ causæ in dubio prosequenda est.*

39 *Opinio, quæ favet potestati clavium ab evalet non faventibus.*

40 *Pontifex potest in dubiis opinionibus declarare, quæ sit verior & sequenda.*

41 *Papæ pro sententiis, & declarationibus semper præsumendum est.*

42 *Papa est fons justitiæ, & in eo inest summa perfectio, & sapientia.*

43 *Papæ decretoribus & declarationibus stare debemus, licèt error mundi erroribus contra eum.*

44 *Sententia, & opinio Papæ prævalet opinionibus omnium Episcoporum, Et num. 46.*

45 *Papa quod approbat, vel reprobat, omnes sequi tenentur.*

46 *Refragante Summo Pontifice, congregatio in Concilio generali non prævalet.*

47 *Principes auctoritate qui contrahunt, vel aliquid recipiunt, decipi non debent.*

48 *Beneficio juvari nos oportet, non decipi.*

49 *Pontificia dignitas reliquas superminet.*

50 *Papa appellatur Imperator, & princeps principum, & culmen omnium dignitatum.*

51 *Ecclesia est tutrix justitiæ, & contra eam aliquid fieri non permittit.*

52 *Papæ facta in dubium vocari non debent.*

53 *Papæ auctoritati, & potestati detrahere injustum est.*

54 *Pontifex Summus ubi aliquid magnum & insolitum facit, admirari potius, quam notare debemus.*

55 *Apostolica Sedis potestas in infinitum pro meliori Ecclesiæ statu ampliari potest.*

56 *Cæsar, ubi accidit à Principe non prævisus, omnia, quæ ipse posset facere, potest is, qui ejus vices habet.*

57 *Mandati fines, aut limites non videtur excedere qui ea facit, quæ dominus faceret, si præsens esset.*

58 *Papa, quod aliquid inutiliter, aut frustratorie faciat, asserere temerarium est.*

59 *Deus, & natura nihil frustra operantur.*

60 *Gesta auctore Deo, vel ejus Vicario convenientissima judicanda sunt.*

61 *Ecclesia nec decipere, nec decipi potest.*

62 *Ecclesia non solùm est expers erroris in articulis Fidei, sed etiam ubi de concernentibus ad mores universales disponit.*

63 *Papa recusari non potest, nec ab ejus sententia appellari.*

64 *Papa quòd facit, videtur facere ut Deus.*

65 *Exemplis non est judicandum, sed legibus, & quare.*

66 *Exempla pauca reperiri possunt in curiis judicialibus, quæ in omnibus circumstantiis similia sint.*

67 *Exempla supremorum judicum, & tribunalium multum attendi, & venerari debent.*

68 *Exempla sanctorum Patrum in judicando sequi debemus.*

69 *Majorum actus, & mores pro lege accipiuntur.*

70 *Papa quod unus fecit, & multo magis quòd plures facere consueverunt, probare debemus.*
Papæ auctoritas major est quam Sanctorum, ibid.

71 *Consuetudo ex communi Pontificum concessione, & stylo desumpto, in similibus cautis jus, & formam inducit.*

72 *Ecclesiæ contra frequentem usum disputare insolentissima insania est, secundùm Div. August.*

73 *Cap. per venerabilem, vers. Quod autem qui filii sint legitimi, expenditur, & illustratur.*

74 *Hæretici negantes in Ecclesia esse potestatem concedendi Jubilæos, & Indulgentias, & Sanctos esse invocandos, ex contrario, & communi ejusdem Ecclesiæ usu constituuntur.*

75 *Ecclesiam posse dispensare cum Monachis in voto castitatis, ut matrimonium contrahant, ex eo quòd id plures fecit, probant Cajet. & alii.*

76 *Papam posse temporalem dominationem, & jurisdictionem in regnis infidelium exercere, indè multi probant, quòd caput sit totius orbis.*

77 *Pontificem Romanum esse verum caput universalis Ecclesiæ, ejusdem communi observatione colligitur.*

78 *Argumentum in usu, & observatione Ecclesiæ validissimum est.*

79 *Præsumendum est pro iis, quæ diu in Ecclesia Dei agitata sunt.*

80 *Contractum fieri, non dicitur arbitrarium, sed necessarium.*

81 *Consuetudo etiam irrationabiliter, & cum peccato introducta, excusat à pœnis, & cururis legis contrariæ.*

82 *Argumentum à solitis, & consuetis fieri, tunc efficacius est, cùm antiquioribus & gravioribus exemplaribus nititur.*

83 *Praxis est vera legum interpres.*

84 *Observantia subrecusa habetur, pro lege & plura de viribus, & effectibus observantiæ.*

85 Lex de quibus, ff. de legibus, l. 1. Cod. quæ sit longa consuetudo, & similes exornantur.

86 *Observatum quod diu fuit, censetur prius ita dispositum, & ordinatum fuisse.*

87 *Virginitas ruam filiam necavit, quod in ejus persona Appius juris observantiam non custodivit.*

88 *Observantia declaratoria non requirit præscriptionem, nec plures actus.*

89 *Solitum dicitur quid ex una tola vice.*

90 *Consuetudinis, & observantiæ auctoritas, etiam in alienationis materia plurimùm operatur.*

91 *Alienatio, vel infeudatio quorumlibet bonorum etiam Ecclesiarticorum à Regibus, Principibus, vel Prælatis juxta consuetudinem facta, impediri non debet.*

92 *Pontifex Summus dubia, & ardua negotia numquam expedire solet, sine consilio Cardinalium, & aliorum perititissimorum virorum.*

93 *Papa, etiam cùm utitur plenitudinis potestate, Cardinalium consilium requirere solet.*

94 *Pontificem Summi qualiter olim jurejurando præstarent de parendo in rebus arduis Cardinalium consilio.*

95 *Ecclesiastes locus cap. 12. vers. 11. exponitur.*

96 *Pontificis Romani decretorum certitudinem qualiter expresserit Salomon.*

97 *Pontifices, & Principes superiores omnia jura in scrinio pectoris habere dicuntur, propter consilia peritorum, quos semper secum habere solent.*

98 *Pontificum Romanorum, & Collegii Cardinalium dexteritatem, & certitudinem in declarandis rebus dubiis, multis probat, & extollit Thomas Bocius.*

99 *Alexandri VI. Bulla etsi non faciat mentionem consultationis Cardinalium, credendum tamen est, eam interveniste.*

100 *Bullæ sæpè expediri solent sub solo nomine Papæ, quamvis Cardinales ad earum expeditionem consilium, & consensum præstiterint.*

101 *Actus semper denominari solet à principali ejus auctore.*

102 *Papa, si nolit, non tenetur de necessitate Cardinalium consilium petere.*

103 *Cardinalium consilium, ut Papa necessariò petere debeant, nulla consuetudine inducì potest, & quare.*

104 *Papæ contra supremam potestatem nulla currit præscriptio.*

105 *Clausula, Ex certa scientia, quid præsupponat, & operetur in Bullis Pontificum.*

106 *Clausula De plenitudine potestatis, numquam uti solet Pontifex, niti cum causæ cognitione, & plena negotii informatione.*

1 HÆC igitur cum ita se habeant † satis quidem apparet, Romanum Pontificem ex concordi omnium Catholicorum scriptorum doctrina, ut minimum dominationem, jurisdictionem & potestatem temporalem habere super omnes Principes tam fideles, quàm infideles saltem quantum postulare videbitur finis supernaturalis, ad quem potestas spiritualis ordinatur, cujus ipsum Pontificem supremum caput, & dominum esse, necessario secundùm fidem affirmare debemus. Et juxta aliam magis receptam plurimorum Theologorum, & Canonistarum sententiam, quàm, veriorem, & securiorem esse probavimus; majus etiam & absolutius imperium erga eorundem Principium, præsertim infidelium, Regna, & provincias exercere posse, Reges, nimirum, & gubernatores earum mutando, & alios Catholicos præficiendo, quoties id sibi expedire videbitur. In quo tamen † non solo arbitrio, aut liberæ voluntatis 2
intuitu procedere debet, ut *sup.* tetigimus, & novissimè tradit Sctaph. Freit. *de just. Imp. Aliat. c. 6. n.* 48. sed juxta aliqua causa, & bono publicæ utilitatis suadente, & tamquam Deus, qui est veritas, ut præclarè scriptum reliquit Bald. *in tit. de pace constantiæ, §. in nomine Christi*, ubi allegat doctrinam Innocentii *in c. cùm sit generale de for. compet. & in c. super litteris de rescript. & in c. cùm super Abbatia de offic. deleg.* qui tradit, 3
† quod quando causa requiritur tamquam fundamentum jurisdictionis, oportet, eam inesse, & veram & discussam esse, alias judicium est nullum ipso jure.

Quod etiam latiùs prosequitur Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum col. 9. declarat. 3. de constit.* Glos. & Doctores *in c. 1. si de investit. feud. inter domin. & vassall.* Roder. Zamorens. *in tract. de orig. & differen. Princip. p. 2.* Et in simili probant Bart. *in l. fin. C. si contra jus vel utilit. pub. & in l. 1. C. de feud. patrim. lib. 11.* Paul. Castrens. *cons.* 156. Ancharran. *cons.* 178. 229. 252. & 287. *vol.* 1. Dec. *d. c. quæ in Ecclesiarum, n.* 51. *& cons.* 361. *col. penult. vers. Secundò responditur, & cons.* 588. *col.* 3. Jason. *in l. Barbarius, col. 6. vers. Circa duas ff. de offic. Prætor.* Cravet. *cons.* 5. *n.* 2. Hyppolit. Reminald. *cons.* 74. *n.* 43. *& consil.* 467. *n.* 105. *& 106. lib.* 4. Carol. Tapia *in rub. de constit. Princip. c. 1. per totum*, & Mar. Anton. Petra *de potest. Princip. c.* 24. *num.* 56. *& 90.* ubi resolvunt, quòd † Papa, vel Imperator juri na- 4

turali, vel gentium, prout est dominium, sive causa derogare non potest, & quod Papa non recipit à Deo potestatem peccandi, sed justè & licitè facere oporteret, quòd illa respiceret utilitatem publicam principaliter.

Quod † etiam in bonis infidelium docuerunt Innocent. & Abb. *in c. quod super, de voto*, Præpositi. *in c. 1. 1. distinct.* Oldrad. *cons.* 87. *&* 264. Abb. *n.* 22. Decius 109. Berol. 134. *in c. quæ in Ecclesiarum de constit.* Tapia *d. c. 1. n.* 54. *&* Nos *supra c.* 21. *ex n.* 62.

Et in terminis † nostræ quæstionis idem docet Episc. Chiapens. *in d. tract. comprob. fol.* 46. Cardin. Bellarmin. *d. lib.* 5. *de Romano Pontif. c.* 6. Sot. Victor. & alii, quos refert & sequitur Molina *d. tract.* 2. *de just. & jure, disput.* 29. *col.* 141. *&* 146. *vers. Ex dictis*, Anastas. Germon. *dict. lib.* 3. *de sacr. immun. c.* 13. *n.* 38. Ubi inquit † neminem sanæ mentis dubitare debere, quin Pontifex Maximus, nec præter eum alius quisquam, Imperatores, Reges, aliosque magnos Principes, Principatu, Regno, atque Imperio privare possit, nec non alios, cùm libet, & opus sit, in eorum locum sufficere, & subrogare, ac gladio, non solùm spirituali, sed & materiali stricto, vice Christi, suo munere fungi: *Licèt id non agit, nisi gravissimis de causis, atque urgentissimis, fidem Catholicam, aut Rempublicam Christianam concernentibus, magnaque & prudenti, an expediat, & quando, & quomodo, & per quam faciendum sit deliberatione habita.* Param *d. lib.* 3. *de orig. Inquis. quæst. opin.* 4. *n.* 2. *& n.* 118. Ubi concludit, † in exercitio hujus temporalis jurisdictionis, non solùm ex animi sententia, sed ex justa causa prudentium arbitrio inducta Summum Pontificem procedere debere. 8

Et melius † Thom. Bocius *d. lib.* 1. *de ruinis Gen. c.* 18. *p.* 106. ubi ita eleganter scribit: Quamobrem Pontifex Summus veræ Religionis jure poterit imperare quibuslibet mortalibus, quoad singulas eorum res, & actiones, ac proinde omnium temporalium dominus erit, non ut pro libito cuncta vertet, immutet, distribuat, auferat; sed ut ad virtutes, ad Religionem, sapientiam, Deique amicitiam dirigat, iis modis, qui videbuntur, pro varietate rerum, quas præ manibus habebit, magis esse necessarii, utiles, & convenientes ad hunc finem, & omnes homines erunt illi obligati parere, ad virtutes enim nati sunt, ac productiâ Deo magisque ac minus erunt obligati, parere, quo magis aut minus erit necessarius, utilis, & conveniens modus pro conditione rerum, quæ contingunt; quod ad ipsum jure spectavit indicare. *Et post alia*: Dominium † quippè Pontifici Summi disponit, atque ut *loquuntur*, subordinat sibi reliqua dominia, non auferens illa dominis, verum stabiliens, cùm reducat ad primum dominum dominorum, per quem sunt alii domini. Quod si quando aufert, aufert ne maximè imminuantur, ac pereant aliis ejusdem, gentis, aut Regni, tum illa, tum cætera, sicut multoties periere. Nam vastitates, ac ruinæ temporalium nascuntur ob defectum virtutum, virium, defectus religionis, sapientiæ, & amititiæ Dei, à quo sunt, moventur, conservantur, augentur cuncta ut ipsum, quantum fert eorum natura, participent, & idcirco reducantur ad ipsum à quo om-

omnis boni multiplicatio, & perpetuitas emanat.

11 Unde † cum ejusmodi justæ, & legitimæ causæ nusquam comitatius, & urgentius militasse, & concurrisse videantur, quàm in Barbaris istis Occidentalibus, & Meridionalibus Novi Orbis nationibus: recte potuit Alexander VI. Pontifex Maxim. prædicto jure, & potestate utens, Catholicis nostris Hispaniæ Regibus, non solùm carnis ad fidem convertendarum curam committere, ut prioris opinionis auctores existimant, quorum dicta latè recensuimus *in c. præcedenti ex n.* 22. Sed simul etiam plenum, & supremum dominium, ac jurisdictionem concedere, & ubi opus fuisset, debellationem, & conquisitionem, juxta magis receptam aliorum sententiam, de qua etiam diximus in eodem *c. ex n.* 55. quoniam, ut præclarè, & multùm in nostris terminis tradidit Thom. Bochus *d. lib.* 4. *de Reg. statu, t.* 5. *& 6. & de temp. Eccles. Monar. lib.* 11. *t.* 1. *& t.* 23. *& de jure lib. Eccles. lib.* 2. *c.* 9. *cum seqq.* Francisc. de Varg. *in d. tract. de Episcop. jurisd. conser.* 10. *n.* 4. *& sequent.* Anastas. German. *d. t.* 13. *n.* 29. *&* 30. & alii supra in favorem ejusdem opinionis citati, † hoc Christianæ fidei, & Evangelii propagatio necessario desiderabat, & ipsorum Barbarorum remota, inaccessa, & nusquam, vel de nomine nota colluvies, ferinique, crudeles, & inhumani mores, tyrannides superstitiones, idololatriæ, cruenta sacrificia, & alia fœdissima, & spurcissima crimina, quibus Deum graviter offendebant, & ipsam humanam naturam miserè deturbant, de quibus latissimè egimus *in hoc lib. ex c.* 12. *ad* 16.

13 Quæ † omnia licet per se tantum considerata, ad infideles debellandos, subjiciendos, & suis bonis, ac dominiis privandos, aliquibus non omnino sufficere videantur: aliis tamen conjuncta, imo & singulatim considerata, justissimam causam debellationis, & plenissimum, & securissimum acquisitionis titulum Regibus nostris præbere potuisse, constantissimè placet, ut *in dictis capitibus* copiosè tractavimus. Et accedente hac Pontificia concessione, in dubium vocari non posse, ultra Auctores *supra c. præced ex n.* 63. relatos, expressè affirmat Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. lib.* 1. *cap.* 27. *pag.* 164. Anton. de Herrera *in histor. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *pag.* 51. *& sequent.* Ubi elegantissimè loquitur, &

14 ex historiæ fide recenset, † qualiter Catholici Reges Ferdinandus, & Elisabeth Romanam Sedem Orbis Novi, à se nuper Columbi industria detecti certiorem fecerint, & ab ea donationem, sive confirmationem illius expostulaverint, quo tutius, & securius inventis potiri, & inveniendа occupare, & possidere valerent, licèt plures eruditissimi ejus temporis viri hanc concessionem nullatenus necessariam ad justitiam hujus conquisitionis existimarent.

15 Quo † Nuntio, ut idem Herrera subjungit, Alexander VI. Pontifex Maxim. qui tunc Petri Cathedram occupabat, non minorem admirationem, quàm lætitiam recepit, ob ingentem Ecclesiæ, & christianæ fidei propagationem, quam inde eventuram consideravit, & post maturam sacri Cardinalium Collegii consultationem, & approbationem, justis, ac piis Regum Catholicorum precibus inclinatus, quarta die mensis Maii, anno 1493. eisdem, & eorum in Regno Castellæ, & Legionis hæredibus, & successoribus omnes insulas, & terras firmas versus Occidentem, & Meridiem eo usque ipsorum cura, & expensis detectas, & in posterum detegendas, auctoritate Omnipotentis Dei sibi in Beato Petro concessa, & Vicarius Jesu Christi, quà in terris fungebantur, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, in perpetuum pleno jure donavit, concessit, & assignavit. Ita tamen, ut linea quædam à Polo Arctico ad Antarticum duceretur, quæ centum leucis versus Occidentem, & Meridiem a Gorgonum sive Hesperidum insulis, quæ vulgò vocantur: *De las Azores, & de Cabo Verde*, distaret, & pars Orbis, quæ in Oceano ad Occidentem Solem jaceret, ea Catholicis Regibus cederet: quæ verò ad Orientem spectaret, juris Regum Lusitaniæ censerentur, ne occasione hujus novæ gratiæ præjudicium aliquod fieret, aliis sibi prius circa Indiæ Orientalis navigationem, & conquisitionem indultis, de quibus etiam statim agemus. Sed præstat ipsius Bullæ verba ad literam recensere, utpotè in qua unum ex præcipuis nostræ tractationis fundamentis consistit: Ea igitur sic habet.

16 ALexander † Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Ferdinando Regi Carissimæ in Christo filiæ Elisabeth Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ & Granatæ illustribus: salutem, & Apostolicam benedictionem. Inter cætera Divinæ Majestatis beneplacita opera, & cordis nostri desiderabilia, illud profectò potissimum existit, ut Fides Catholica, & Christiana Religio, nostris præsertim temporibus exaltetur, ac ubilibet amplietur, & dilatetur, animarumque salus procuretur, ac barbaricæ nationes deprimantur, & ad Fidem ipsam reducantur. Unde cùm ad hanc sacram Petri Sedem, divina favente clementia (meritis licèt imparibus) evecti fuerimus, cognoscentes vos tamquam veros Catholicos Reges, & Principes, quales semper fuisse novimus, & à vobis præclarè gesta, tori penè jam Orbi notissima, demonstrant, nedum id exoptare, sed omni conatu, studio, & diligentia, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo, efficere, ac omnium animum vestrum, omnesque conatus ad hoc jam dudum dedicasse, quemadmodum recuperatio Regni Granatæ à tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos, cum tanta divini nominis gloria, facta testatur, dignè ducimus non immeritò & debemus illa vobis etiam sponte, & favorabiliter concedere, per quæ hujusmodi sanctum, & laudabile ab immortalitate Deo cœptum propositum in dies ferventiori animo ad ipsius Dei honorem, & Imperii christiani propagationem, prosequi valeatis.

Sanè accepimus, quod vos, qui dudum animo proposueratis aliquas insulas, & terras firmas, remotas, & incognitas, ac per alios hactenus non repertas quærere, & invenire, ut illarum incolas & habitatores ad colendum Redemptorem nostrum, & Fidem Catholicam profitendum reduceretis, hactenus in expugnatione, & recuperatione ipsius Regni Granatæ plurimum occupati, hujusmodi sanctum, & laudabile propositum vestrum ad optatum finem perducere nequivistis; sed tandem sicut Domino placuit, Regno prædicto recuperato, volentes desiderium adimplere vestrum, dilectum filium Christophorum Columbum, virum utique dignum, & plurimùm commendandum, ac tanto negotio aptum, cum navigiis, & hominibus ad similia instructis, non sine magnis laboribus, & periculis, ac expensis destinastis, ut terras firmas, & insulas remotas, & ignotas hujusmodi, per mare, ubi hactenus navigatum non fuerat, diligenter inquireret; qui tandem (Divino auxilio, facta extrema diligentia, in mari Oceano navigantes) certas insulas remotissimas, & etiam terras firmas, quæ per alios hactenus repertæ non fuerant, invenerunt, in quibus quam plurimæ gentes pacificè viventes, & ut asseritur, nudi incedentes, nec carnibus vescentes, inhabitant, & ut prafati Nuntii vestri possunt opinari gentes ipsæ in insulis, & terris prædictis habitantes, credunt unum Deum Creatorem in cœlis esse, ac ad Fidem Catholicam amplexandum, & bonis moribus imbuendum, satis apti videntur, spesque habetur, quod si erudirentur, nomen Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in terris, & insulis prædictis faterentur: ac præfatus Christophorus in una ex principalibus insulis prædictis jam unam turrim satis munitam: in qua certos Christianos, qui secum iverant, in custodiam, & ut alias insulas, ac terras firmas remotas, & incognitas inquirerent, posuit, construi, ædificari fecit: in quibus quidem insulis, & terris jam repertis, aurum, aromata, & aliæ quamplurimæ res pretiosæ diversi generis, & diversæ qualitatis reperiuntur. Unde omnibus diligenter, & præsertim Fidei Catholicæ exaltatione, & dilatatione (prout decet Catholicos Reges, & Principes) consideratis, more progenitorum vestrorum claræ memoriæ Regum, terras firmas, & insulas prædictas, illarumque incolas, & habitatores vobis, divina favente clementia, subjicere, & ad Fidem Catholicam reducere proposuistis.

Nos igitur hujusmodi vestrum sanctum, & laudabile propositum plurimùm in Domino commendantes, ac cupientes, ut illud ad debitum finem perducatur, & ipsum nomen Salvatoris nostri in partibus illis inducatur, horramur vos quamplurimum in Domino, & per sacri lavacri susceptionem, qua mandatis Apostolicis obligati estis, & viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi attente requirimus, ut cum expeditionibus hujusmodi omninò prosequi, & absumere proba mente orthodoxæ Fidei zelo intendatis, populos in hujusmodi insulis, & terris degentes, ad Christianam Religionem suscipiendum inducere velitis, & debeatis, nec pericula, nec labores ullo unquam tempore vos deterreant, firma spe, fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus vestros fœliciter prosequetur.

Et ut tanti negotii provinciam Apostolicæ gratiæ largitate donati, liberiùs, & audaciùs assumatis, motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc Nobis oblatæ petitionis instantium, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes insulas, & terras firmas inventas, & inveniendas, detectas, & detegendas versus Occidentem, & Meridiem fabricando, & construendo unam lineam à Polo Arctico scilicet Septemtrione, ad Polum Antarcticum, scilicet Meridiem, sive terræ firmæ, & insulæ inventæ, & inveniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcumque partem quæ linea distet à qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupatur *de los Azores, y Caboverde*, centum leucis versus Occidentem, & Meridiem: ita quod omnes insulæ, & terræ firmæ repertæ, & reperiendæ, detectæ, & detegendæ, à præfata linea versus Occidentem, & Meridiem per alium Regem, aut Principem Christianum non fuerint actualiter possessæ usque ad diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi proximè præteritum à quo incipit annus præsens millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per nuntios, & capitaneos vestros inventæ aliquæ prædictarum insularum, auctoritate omnipotentis Dei nobis in Beato Petro concessa, ac Vicariatus Jesu Christi, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum dominiis, civitatibus, castris, locis, & villis, juribusque, & jurisdictionibus, ac pertinentiis universis vobis, hæredibusque, & successoribus vestris (Castellæ, & Legionis Regibus) in perpetuum tenore præsentium donamus, concedimus, & assignamus, vosque & hæredes, ac successores præfatos illarum dominos cum plena, libera, & omnimoda potestate, auctoritate, & jurisdictione, facimus, constituimus, & deputamus. Decernentes nihilominus per hujusmodi donationem, concessionem, & assignationem nostram nulli Christiano Principi, qui actualiter præfatas insulas, & terras firmas possederit usque ad dictum diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, jure quæsitum sublatum intelligi posse, aut auferri debere.

Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ (ut sicut pollicemini, & non dubitamus pro vestra maxima devotione, & Regia magnanimitate vos esse facturos) ad terras firmas, & insulas prædictas viros probos, & Deum timentes, doctos, peritos, & expertos ad instruendum incolas, & habitatores præfatos in Fide Catholica, & bonis moribus imbuendum, destinare debeatis omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes ac quibuscunque personis cujuscunque dignitatis, etiam Imperialis & Regalis status, gradus, ordinis, vel conditionis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam eo ipso, si contra fecerint, incurrant districtius inhibemus, ne ad insulas, & terras firmas inventas, & inveniendas, derectas, & detegendas versus Occidentem, & Meridiem, fabricando, & construendo lineam à Polo Arctico ad Polum Antarcticum, sive terræ firmæ, & insulæ inventæ, & inveniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet à qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur *de los Azores, y Caboverde*, centum leucis Occidentem, & Meridiem, ut præfertur, pro mercibus ha-

habendis, vel quavis alia de causa accedere præsumant absque vestra, ac hæredum, & successorum vestrorum prædictorum licentia speciali: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. In illo, à quo imperia, & dominationes, ac bona cuncta procedunt confident: quod dirigente Domino actus vestros, si hujusmodi sanctum, & laudabile propositum prosequamini, brevi tempore cum fœlicitate, & gloria totius populi christiani, vestri labores, & conatus exitum fœlicissimum consequentur. Dat. Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, quarto Nonas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

Hactenus Alexander VI. cujus Bulla originalis in Regiis Archivis servatur & † eam refert, quibusdam notis adjectis, Summarium Constitutionum Pontificum Petri Matthæi, *pag.* 150. Idem Petr. Matthæus in septimo volumine Decretalium *lib.* 1. *tit.* 9. *de insulis Novi Orbis*, & Laert. Cherubin. *in* 1. *tom. Bullarii*, *pag.* 392. Et de eadem, tamquam de re admodum notabili, & † de nova controversia, quæ rursus cum Lusitaniæ Regibus intercessit, & ab eodem Alexandro composita fuit, prædictis centum à linea leucis, ad trecentesimam ferè, & quadragesimam leucam extensis, ducto à Septemtrionibus ad Australem Polum circulo, atque ita toto terrarum Orbe ex æquo bifariam diviso, latè etiam meminerunt Auctores, quos plenè congessimus *supra lib.* 1. *c.* 6. *n.* 73. *& in c. præcedent. ex n.* 63. *&* 137. & Alphons. Alvar. *in Specul. Roman. Pontif. c.* .. Joan. Laurent. Annania *in fabrica mundi, tract.* 4. Lucius Marin. Sicul. *in histor. Hispan. lib.* 19. *capit.* 16. Francisc. Lopez Gomara *in histor. Ind. Occident.* 1. *part. in princip.* Joan. de Barros *in suis commentar. lib.* 1. Petr. de Cieza *in histor. Regni Peruan.* 1. *p. in princ.* Alan. Cop. *dialog.* 6. *c.* 9. Joan. Bodin. *lib.* 1. *de Repub. c.* 9. Joan. Nicol. Dollon. *in compend. histor. lib.* 4. Gaudent. Merula *in sylva variæ, lect.* 5. *per totum*, Petr. Mesia *in sua sylva*, 4. *p. c.* 1. Petr. Martyr *in suis decadibus Nobi Orbis*, *decad.* 1. elegantissimus Petr. Joan. Maffej. *histor. Ind. lib.* 1. *pag.* 18. & novissimus P. Ferdinand. Rebell. *de oblig. justitiæ*, 2. *p. lib.* 18. *q.* 23. *sect.* 2. *num.* 7. & novissime post hæc scripta alios referens August. Barbosa *in Pastorali*, 1. *p. tit.* 3. *c.* 2. *n.* 41. *& seqq.* & Seraphin. Freit. *de Imp. Asiat. c.* 7. *ex n.* 1.

19 Ex cujus Bullæ tenore, † & ex his, quæ circa eam prædicti Scriptores observant, & Nos *in c. præcedenti* retulimus, num. 63. *& sequentib. & lib.* 3. *c.* 1. *ex num.* 13. referemus, satis quidem colligitur, Romanum Pontificem plenum, & integrum dominium, & jurisdictionem harum Novi Orbis regionum, & infidelium in illis habitantium Catholicis Regibus concedere voluisse, sub onere, & conditione, ut de Fide, ac Religione Christiana inter eosdem prædicanda, propaganda, & conservanda, sedulam operam exhiberent.

20 Quod † idem diserte etiam tradit Germon. *d. c.* 13. *n.* 30. Rutil. Benzon. *lib.* 1. *de anno Jubilæi, c.* 10. *pag.* 53. ubi ait, Alexand. VI. ut agnovit Novi Orbis notitiam, in dies excrescere, & Hispaniarum Reges eo animo esse, ut non minus temporale ipsorum Regnum, quàm, imò præcipuè, Regnum Dei amplificarent, hoc illis demandasse, eosque adstrinxisse, ut maximâ, quâ possent diligentia, in illorum populorum conversionem incumberent, quod ut fortius exequerentur, ipsis quidquid acquirerent, omni meliori modo concessit.

Et Joan. Metell. apud Theat. vitæ humanæ, *vol.* 28. *lib.* 2. *pag.* 4236. ubi præfatam Bullam in compendium deducens, ita scribit: Alexan. VI. PP. Ferdinando Regi, & ejus posteris Castellæ, Legionisque Regibus, Cardinalibus adprobantibus, in perpetuum plenèque concessit, donavit, & attribuit omnes insulas, continentisque provincias, repertas, & quæ in posterum à suis reperirentur, Occidentem & Meridiem versus: ducta ab Arctico, Borealive Polo ad Antarcticum, hoc est, Australem Polum linea; quæ centum milliaribus (lege leucis) distaret, Occidentem Meridiemque versus ab ea insula, quæ vulgò Hispanis *Azores* à falconibus dicitur: & ab altera, quam nunc illi *Viridi caput*, antiqui autem *Hesperides* appellabant. Quarum omnium insularum, & continentis provinciarum quæsitarum, & quærendarum, idem Pontifex eumdem Regem, & ejus successores dominos cum libera omnimodaque in iisdem potestate constituit.

Relatu etiam digna videntur verba Jacobi Mainoldi *in tract. de titulis Regis Cathol. fol.* 3. qui postquam latissimas, & ditissimas Novi Orbis provincias connumeravit, & earum conquisitionem, sic concludit: Ex quibus omnibus satis quisque intelligere potest, Philippe Rex, Majestatem vestram non immerito hujus Novi Orbis dominatum tenere, cum auspiciis, atque armis Hispaniæ Regum fuerit in Christianorum potestatem adductus. Nam & sub Ferdinando Catholico, & Carolo V. Imperatore patre vestro Hispaniæ Regibus hæ omnes Novæ Regiones fuerunt additæ, atque armis subactæ. Cum autem multa, maximaque Regna contineant, Majestas vestra tribus dumtaxat Regnorum titulis omnia complectitur, quando nimii esset laboris, illa omnia Regna numerando percensere. Quæ quidem Hispaniis Regibus ingentem gratiam habere debent, quod post multa tamdem secula abrogatis idolorum superstitionibus, veram Christi religionem nunc susceperint, perpetua civili pace fruantur. Cum invictæ mentis præsidio terra, marique munitissima, nihil amplius à quoquam finitimo hoste vim & arma extimescant.

A quibus, † non absunt plures doctissimi 21
Theologi, quos refert P. Joan. de Salas *in tract. de legib. q.* 95. *disp.* 7. *sect.* 4. *n.* 33. *vers. Ad illud, pag.* 123. qui quamvis sentiant, Pontificem non posse provincias infidelium plene, & absolutè concedere; inspectis tamen, & consideratis prædictæ Bullæ verbis, fatentur, Pontificem ibi plenam, atque omnimodam donationem fecisse, & absque dubio earum opinionem sequutum fuisse, qui Romanæ sedi hanc potestatem, & auctoritatem concedunt.

In qua etiam sententia † tamdem residere vi- 22
detur Illustr. Card. Belarm. Nam licet, *d. lib.* 5. *de Roman. Pontif. c.* 2. 5. *ult.* affirmasset, Alexand. VI. solùm concedere voluisse Regibus Hispaniæ jus mit-

mittendi Prædicatores ad has provincias ubi iter repertas, & eos, & infideles, qui converterentur, tuendi, ut latius diximus, *supr. c. prox. n.* 5. Postea tamen *in recognitionibus, sive retractationibus ad eumdem librum, & caput, pag.* 598. ita scriptum reliquit: Quod attinet ad Bullam Alexandri VI. de divisione Orbis nuper inventi, & debellatione Indorum Occidentalium, cum ea scriberem, Bullam non videram, & ideo sequutus sum doctrinam Cardinalis Cajet. *in* 2. 2. *q.* 66. *art.* 8. Franc. Victor. *in* 3. *relect. de jure belli*, & Dom. à Soto *in* 4. *sentent. dist.* 3. 4. *quæst.* 1. *art.* 10. *ad* 5. *arg.* tum propter eorum rationes, tum quia Cajet. vixit tempore Alex. VI. & supervixit, proin de facile scire potuit, quid sibi voluerit Alexander Pontif. cùm Orbem recens inventum divisit. Quibus verbis satis ostendit Bellarminus, quod postquam vidit Bullam, cognovit suam, & prædictorum patrum expositionem illius menti, & verbis non convenire.

23 Quod etiam † plenius, ac planius supponit Thom. Boc. *lib.* 10. *de sign. Eccles. Dei*, *c.* 13. & *lib.* 17. *c.* 4. *& de Italia stat. lib.* 3. *c.* 5. *pag.* 342. & 253. *& lib.* 4. *c. ult. p.* 445. & alibi passim in omnibus suis operibus, ubi hujus Orbis Novi detectionem, & Alexandri VI. donationem extollit, & qualiter per illam Hispanorum Imperium provectum, & amplificatum fuerit, quia tamquam Vicarius Christi, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra, partitus est inter Castellanos, & Lusitanos quæcumque illi ignota loca invenissent in Occidente, & Oriente, neque ullus posset interturbare acquirendas ab ipsis terras, sibique ullo modo parare.

Et iterum *lib.* 7. *de sign. Eccles. c.* 6. *ad finem.* Lutheri, Calvini, & aliorum hæreticorum calumniis satisfaciens, qui Ecclesiam Dei aliqua nota laurere volunt quod † hunc Alexandrum VI. 24
Pontificem habuerit, quem pluribus vitiis deditum fuisse contendunt (in quibus etiam enarrandis nimis excedit Franc. Guicciardinus *in sua historia Italiæ, lib.* 1. *pag.* 1.) respondet, hæc vitia, quæ illi opponuntur, multis aliis virtutibus, quibus enituit, & rebus, quæ præclarè gessit, longo intervallo superasse, & vel hanc concessionem Novi Orbis, quam Regibus Catholicis fecit, & curam, quam adhibuit, ut Occidentales Indi ad humanitatem, & Christi cultum adducerentur, tantum boni peperisse, quantum neque omnium hæreticorum auctoritate ab Orbis constitutione unquam proficisci potuerint.

Sed verò præteriti juste non possunt aliæ duæ ejusdem Alexad. VI. constitutiones, quæ licet omnes præfatos Auctores laturit, ad rem tamen de qua agimus valde pertinere videntur, & Rom. Pontificis voluntatem, & potestatem in concessione harum Provinciarum explus, & germanius ostendunt. Prior, eodem ipso die edita, qua superior, Catholicis Regibus, ea omnia privilegia concedit, quæ Lusitanis in Guineæ & Indiæ Orientalis conquisitione concessa fuerant, & ita se habet.

ALexander Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Ferdinando Regi, & Carissimæ in Christo filiæ Elisabeth Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, & Granatæ, illustribus, salutem Apostolicam benedictionem. Excitat devotionis sinceritas, & integra Fides, quibus Nos, & Romanam reverentini Ecclesiam non indigne merentur, ut illa verbis favorabiliter concedamus, per quæ sanctum, & laudabile propositum vestrum, & opus inceptum in quærendis terris, & insulis remotis, ac incognitis in dies melius & facilius ad honorem Omnipotentis Dei, & Imperii Christiani propagationem, ac Fidei Catholicæ exaltationem prosequi valeatis. Hodie siquidem omnes, & singulas terras firmas, & insulas remotas & incognitas versus partes Occidentales, & mare Oceanum consistentes, per vos, seu nuntios vestros, ad id propterea non sine magnis laboribus, periculis, & impensis destinatos, repertas, & reperiendas in posterum, quæ sub actuali dominio temporali aliquorum dominorum Christianorum constitutæ non essent, cum omnibus illarum dominiis, civitatibus, castris, locis, villis, jurisdictionibus universis, vobis, hæredibusque, & successoribus, vestris Castellæ, & Legionis Regibus in perpetuum, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine donavimus, concessimus, & assignavimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum autem alias nonnullis Portugalliæ Regibus, qui in partibus Africæ, Guineæ, & Minæ fuerunt, ac alias insulas etiam ex similibus concessione, & donatione Apostolica eis facta repererunt & acquisiverunt, per sedem Apostolicam diversa privilegia, gratiæ, libertates, immunitates, exemptiones, facultates, literæ & indulta concessa fuerint. Nos volentes etiam (prout dignum & conveniens existit) vos hæredesque & successores vestros prædictos, non minoribus gratiis, prærogativis, & favoribus prosequi. Motu simili, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate, ac eisdem scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine, vobis, & hæredibus & successoribus vestris prædictis, ut in insulis & terris per vos, seu nomine vestro hactenus repertis hujus modi, & reperiendis in posterum, omnibus, & singulis gratiis, & privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, immunitatibus, literis, & indultis Regibus Portugalliæ concessis hujusmodi, quarum omnium tenores ac si de verbis ad verbum presentibus insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis, & inserts, uti potiri, & gaudere liberè, & licite possitis, & debeatis in omnibus & per omnia, perinde ac si illa omnia vobis ac hæredibus & successoribus vestris præfatis specialiter concessa, auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali dono gratiæ indulgemus, illaque in omnibus & per omnia ad vos, hæredesque ac successores vestros prædictos extendimus pariter, & ampliamus, ac eisdem modo & forma perpetuo concedimus.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: necnon omnibus illis, quæ in literis Portugalliæ Regibus concessis hujusmodi, concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Verùm quia difficile foret, præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus expediens foret, deferri, volumus, ac motu & scientia similibus decernimus, quod illarum trans-

transsumptis manu publici Notarii inde rogati subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis, ea prorsus Fides in dubia in judicio, & extra, ac alias ubilibet adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostrorum indulti extensionis, ampliationis, concessionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, & quarto Nonas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

Posterior autem Bulla, sive constitutio ejusdem Alexand. VI. eodem anno, vj. Kalend. Octobris expedita, eisdem Regibus alias etiam terras concedit, quæ fortè versus Orientem navigando à suis nuntiis, & vassallis detegerentur, dummodo prius ab aliis Principibus Christianis occupatæ fuissent, cujus verba sic habent.

ALexander Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Ferdinando Regi, & Carissimæ in Christo filiæ Elizabeth Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, & Granatæ, illustribus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Dudum siquidem omnes & singulas insulas, & terras firmas inventas & inveniendas versus Occidentem & Meridiem, quæ sub actuali dominio temporali aliquorum dominorum Christianorum constitutæ non essent vobis, hæredibusque, & successoribus vestris Castellæ & Legionis Regibus in perpetuum motu proprio, & de certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine donavimus, concessimus, & assignavimus, vosque ac hæredes, & successores præfatos de illis investivimus, illarumque dominos cum plena, libera, & omnimoda potestate, auctoritate, & jurisdictione constituimus, & deputavimus; prout nostris inde confectis literis, quarum tenorem, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continetur.

Cùm autem contingere possent, quòd Nuntii, & Capitanei, aut vassalli vestri versus Occidentem, & Meridiem navigantes, ad partes Orientales applicarent, ac insulas, & terras firmas quæ inde fuissent, vel essent, reperirent: Nos volentes etiam vos favoribus prosequi gratiosis, motu, & scientia, ac potestatis Apostolicæ plenitudine similibus, donationem, concessionem, assignationem & literas prædictas, cum omnibus, & singulis in eisdem literis contentis clausulis ad omnes, & singulas insulas, & terras firmas inventas, & inveniendas, ac derectas, & detegendas, quæ navigando, aut itinerando versus Occidentem, aut Meridiem hujusmodi, sint vel fuerint, aut apparuerint, sive in partibus Occidentalibus, vel Meridionalibus, & Orientalibus, & Indiæ existant, authoritate Apostolica tenore præsentium in omnibus, & per omnia, perinde ac si in literis prædictis de eis plena, & expressa mentio facta fuisset, extendimus, pariter, & ampliamus. Vobis ac hæredibus, & successoribus vestris prædictis per vos, vel alium seu alios corporalem insularum, ac terrarum prædictarum possessionem propria auctoritate liberè apprehendendi, ac perpetuo retinendi, illasque adversus quoscumque impedientes, etiam defendendi, plenam & liberam facultatem concedentes, ac quibuscumque personis etiam cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam contra facientes eo ipso incurrant, districtius inhibentes, ne ad partes prædictas ad navigandum, piscandum, vel inquirendum insulas, vel terras firmas, aut quovis alio respectu, seu colore, ire, vel mittere quoquomodo præsumant, absque expressa vel speciali vestra, ac hæredum, & successorum prædictorum licentia. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis donationibus, concessionibus, facultatibus, assignationibus per Nos, vel prædecessores nostros quibuscumque Regibus, vel Principibus, Infantibus, aut quibusvis aliis personis aut Ordinibus, & Militiis de prædictis partibus, maribus, insulis, atque terris, vel aliqua eorum parte, ex quibusvis causis etiam pietatis, vel fidei, aut redemptionis captivorum, & aliis quantumcumque urgentissimis, & cum quibusvis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, efficatioribus, & insolitis, etiam quascumque sententias, censuras, & pœnas in se continentibus, quæ suum per actualem, & realem possessionem non essent sortitæ effectum, licet forsan aliquando illi quibus donationes, & concessiones hujusmodi factæ fuissent, aut eorum Nuntii ibidem navigassent. Quas tenores illarum etiam præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus omninò revocamus, ac quoad terras, & insulas per eos actualiter non possessa pro insectis haberi volumus; necnon omnibus illis, quæ in litteris prædictis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, 6. Kalend. Octobris, Pontificatus nostri anno 2.

Neque existimet quispiam solùm Alexand. VI. hac dumtaxat occasione prædicta potestate usum fuisse: cùm † sæpè sæpius alii plures Romani 25
Pontifices variis temporibus, & occasionibus idem fecisse reperiantur, quoties sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Christianæ Religioni expedire censuerunt, ut præter alios ex *supra* relatis, novissimè ostendit Marta *d. tract. de jurisdict.* 1. p. c. 24. *n.* 32. & ultra ea, quæ ipse tradit, † melius 26
constare poterit ex exemplo regni Hiberniæ, quod eadem fermè ratione ac istud Indiarum Occidentalium Adrianus Papa IV. Henrico II. Anglorum Regi, & successoribus ejus concessit, & alii subsequentes Pontifices confirmarunt, certo tributi genere adjecto, quod Romanæ Ecclesiæ, veluti in feudi recognitionem penderetur, ut constat ex his, quæ refert Illustrissimus Cardinalis Baron. *in Annal. Eccles. tom.* 12. *anno Christi* 1159. *num.* 21. & 22. & *ann.* 1171. *n.* 12. & 1186. *n.* 16. Matth. Parisiens. *in histor. Angliæ sub Henrico II. ann.* 1155. Polid. Virgil. Neubrigens. Genebrard. Orlandus Rogerius, & Ribadeneira *in eadem histor. Angliæ ann.* 1171. Cardin. Bellarmin. *in Apologia contra Jacob. Reg. Angliæ, c.* 3. & *in Chronic. anno* 1154. Patr. Jacob. Gretserus *in alia Apologia contra eumdem Regem c.* 5. & 7. Sander. *de Schism. Angl. lib.* 1. *ann.* 1542. & Marta *dict.* 1. *part. cap.* 26. *num.* 39. & *sequentibus.*

27 Ad quod † Adrianus Pontifex diploma quoddam expediri mandavit, quod ex Vaticano Codice descripsit Baron. *d. ann.* 1559. *num.* 21. & quoniam elegantissimum est, & huic Alex. VI. de quo agimus, valde consentaneum, hic illud inserere opportunum existimamus. Illud igitur sic se habet.

ADrianus Episcopus servus servorum Dei, Carissimo in Christo filio Illustri Anglorum Regi, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Laudabiliter & fructuosè de glorioso nomine propagando in terris, & æternæ fœlicitatis præmio cumulando in cœlis, tua magnificentia rogitat, dum ad dilatandos Ecclesiæ terminos, ac declarandam indoctis, & rudibus populis christianæ fidei veritatem, & vitiorum plantaria de agro dominico extirpanda, sicut Catholicus Princeps, intendis, & ad id convenientius exequendum, consilium Apostolicæ Sedis exigis, & favorem. In quo facto, quanto altiori consilio, & majori discretione procedis, tanto in eo fœliciorem progressum te, præstante Domino, confidimus habiturum, eo quod ad bonum exitum semper, & finem soleant attingere, quæ de ardore fidei, & de Religionis amore principium acceperunt. Sanè Hiberniam, & omnes insulas, quibus Sol justitiæ Christus illustris illuxit, & quæ documenta fidei Christianæ cœperunt ad jus Beati Petri, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, (quod tua & nobilitas recognoscit) non est dubium pertinere. Unde tanto in eis libentius plantationem fidelem, & germen gratum inserimus, quanto id à nobis interno examine distinctius prospicimus exigendum. Significasti siquidem nobis filii in Christo charissime, te Hibernię insulam, ad subdendum illum populum legibus, & vitiorum plantaria inde extirpanda, velle intrare, & de singulis domibus annuam unius denarii Beato Petro velle solvere pensionem, & jura Ecclesiarum illius terræ illibata, & integra conservare. Nos itaque pium, & laudabile desiderium tuum cum favore congruo prosequentes, & petitioni tuæ benignum impendentes assensum gratum, & acceptum habemus, ut pro dilatandis Ecclesiæ terminis, pro vitiorum restringendo decursu, pro corrigendis moribus, & virtutibus inserendis, pro christianæ religionis augmento, insulam ingrediaris, & quod ad honorem Dei, & salutem illius terræ spectaverit, exequaris: & illius terræ populus honorificè te recipiat, & sicut Dominum veneretur: jure nimirum Ecclesiastico illibato, & integro permanente, & salva Beato Petro, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ de singulis domibus annua unius denarii pensione. Si ergo quod concepisti animo, effectu duxeris complendum, studie, gentem illam bonis moribus informare, & agas tam per te, quam per illos quos adhibes quos fide, verbo, & vita idoneos esse perspexeris, ut decoretur ibi Ecclesia, plantetur, & crescat fidei christianæ religio, & quæ ad honorem Dei, & salutem pertinent animarum, per te taliter ordinentur, ut à Deo sempiternæ mercedis cumulum consequi mereatis, & in terra gloriosum nomen valeas in seculis obtinere.

Hucusque in Codice Vaticano.

Posterioribus etiam † temporibus, ut tetigimus *supra lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. cùm Henricus 28
Portugaliæ Infans, Alphonsi V. Regis patruus, fœlicibus ausis, & auspiciis, novas ac periculosas per vastum Oceani æquor navigationes instituisset, illisque mediantibus plures insulæ, numquam antiquis cognitæ, inventæ essent, & Christianæ fidei ad Hesperios Æthiopas, aliàsque inaccessas anteà nationes aditus patefactus, ne conquirendi ardor in posteris refrigesceret, anno demum à Partu Virginis 1420. à Martino V. Pontifice Maxim. impetravit, ut quidquid à *Ganariæ promontorio*, vulgò dicto ad ultimam usque Indiam patefieret, id quàm optimo jure, & conditione Lusitaniæ ditionis esset. Quod ipsum ab aliis deinde Pontificibus, nempe Nicolao V. & Calix. III. confirmatum est, & ad plures alias Africæ, & Asiæ oras, ac regiones extensum, quas Sereniss. Lusitaniæ Reges virtute, & industria bellica, & navali invenerunt, ac subjugarunt, & ditioni suæ adiscendas curarunt, ut latiùs commemorat Pet. Joan. Maffæi. *histor. Ind. lib.* 1. *pag.* 5. Pet. Damariz *in variæ histor. dialog.* 4. *cap.* 4. Fr. Ant. de San-Roman. *in histor. Ind. Orient. lib.* 1. *cap.* 3. *pag.* 10. & *c.* 6. *p.* 27. Rebell. *de obligat. just. d.* 2. *part. lib.* 18. *q.* 23. *sect.* 2. ubi prolixitas vitandæ causa, solùm quædam capita, ex Bulla Calixti III. decerpta, recensuit, in qua etiam inserta est Bulla Nicolai V. quæ quoniam maximè ad nostrum pertinent institutum, Nos quoque hic transcribere non gravabimur.

CAlixtus † servus servorum Dei, ad perpe- 29
tuam rei memoriam, &c. Dudum siquidem fœlicis recordationis Nicolaus Papa V. prædecessor noster literas concessit tenoris subsequentis Nicolaus Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, &c. Romanus Pontifex regni cœlestis claviger, omniumque nationum in illis degentium qualitates paterna consideratione discutiens, ac salutem quærens, & appetens, &c.

Ad nostrum siquidem nuper non sine ingenti gaudio pervenit auditum, quòd dilectus filius nobilis vir Henricus, Infans Portugalliæ, carissimi in Christo filii Alfonsi Portugalliæ, & Algarbii regnorum Regis illustris patruus, &c. cum olim ad ipsius Infantis pervenisset notitiam, quòd numquam, vel saltem à memoria, hominum non consuevisset, per hujusmodi Oceanum, mare ad Meridionales, & Orientales plagas navigari, illudque nobis Occiduis foret incognitum, ut nullam de partium illarum

gentibus certam notitiam haberemus, credens, se maximum in hoc Deo præstare obsequium, si ejus opera, & industria mare ipsum usque ad Indos, qui Christi nomen colere dicuntur, & navigabile fieret, sique cum eis participare, & illos in Christianorum auxilium adversus Sarracenos, & alios ejusmodi fidei hostes commovere posset ac nonnullos Gentiles, & Paganos nefandissimæ Mahometicæ sectæ nomine infectos populos, inibi in medio existentes, continuo debellare, eisque incognitum sacratissimi Christi nomen prædicare, ac facere prædicari; regia tamen semper auctoritate munitus, à 25. annis citra, exercitum ex dictorum regnorum gentibus, maximis cum laboribus, periculis, & expensis in velocissimis navibus ad perquirendum mare, & provincias maritimas, versus Meridionales partes, & polum Arcticum annis singulis fere mittere non cessavit, &c.

Cum autem sicut accepimus, licèt Rex, & Infans præfati, qui cum tot tantisque periculis, laboribus, & expensis, necnon perditione tot naturalium Regnicolarum hujusmodi, &c. Provincias illas lustrare fecerunt, & portus, insulas, & maria hujusmodi acquisiverunt, & possederunt, ut præfertur, ut veri earum Domini, timentes, ne aliqui cupiditate ducti ad partes illas navigarent, & operis ejusmodi perfectionem, fructum & laudem sibi usurpare, vel saltem impedire cupientes, præterea seu lucri commodo, aut malitia ferrum, arma, lignamina, aliasque res, & bona ad Infideles deferri prohibita, portarent, vel transmitterent, aut ipsos infideles navigandi modum edocerent propter quæ eis hostes duriores, ac fortiores fierent, & hujusmodi prosecutio impediretur, vel forsitan cessaret, non absque offensa Dei magna, & ingenti totius Christianitatis opprobrio, ad obviandum præmissis, ac pro suorum juris, & possessionis conservatione, sub certis tunc expressi gravissimis pœnis prohibuerint, & generaliter statuerint, quod nullus nisi cum suis nautis, & navibus, & certi tributi solutione, obtentaque prius desuper expressa ab eodem Rege, vel Infante licentia, ad dictas provincias navigare, aut in earum partibus contractari, seu in mare piscari præsumeret; tamen successu temporis evenire posset, quod aliorum regnorum, seu nationum personæ invidia, malitia, aut cupiditate ducti, contra prohibitionem prædictam, absque licentia, & tributi solutione hujusmodi, ad dictas provincias accedere, & sic in acquisitis provinciis, portubus, insulis, ac mari navigare, contractare, & piscari præsumerent, & exinde inter Alphonsum Regem, ac Infantem, qui nullatenus se in his deludi paterentur, & præsumentes, quod inter prædictos quamplurima odia, rancores, dissensiones, guerræ, & scandala in maximam Dei offensam, & animarum periculum verisimiliter subsequi possent, & subsequerentur.

Nos præmissa & singula debita meditatione pensantes, quod cùm olim præfato Alfonso Regi quoscunque Christi inimicos, ubicunque constitutos, ac Regna, Ducatus, Principatus, dominia, possessiones, & mobilia bona quæcunque per eos detenta, ac possessa, invadendi, conquirendi, expugnandi, debellandi, & subjugandi, illorumque personas in perpetuam servitutem redigendi, Regna, Ducatus, Comitatus, Principatus, dominia, possessiones, & bona, sibi, & successoribus suis applicandi, appropriandi, ac in suos, suorumque usus, & utilitatem convertendi, aliis nostris literis plenam, & liberam inter cætera concesserimus facultatem. Dictæ facultatis obtentu idem Alphonsus Rex, seu ejus auctoritate prædictus Infans, justè, & legitimè insulas, terras, portus, & maria hujusmodi acquisivit, & possedit, ac possidet, aliasque res quæ ad eumdem Alphonsum Regem, & ipsius successores de jure spectant, & pertinent, nec quivis alius Christi fidelis, absque ipsorum Alphonsi Regis, & successorum suorum licentia speciali, de illis se hactenus intromittere potuit, neque potest quoquo modo, ut ipse Alphonsus Rex, ejusque successores, & Infans eò ferventius huic tam pio operi, in quo cum illo animarum salus, Fidei augmentum, & illius hostium depressio procurentur, &c.

De præmissis omnibus, & singulis informati plenissime, motu proprio, &c. auctoritate Apostolica, &c. & ex certa scientia, de Apostoliæ potestatis plenitudine, literas facultatis præfatas, quarum tenores de verbo ad verbum præsentibus literis volumus pro insertis, &c quæcunque etiam alia ante data dictarum facultatum acquisita, & ad ea, quæ in posterum nomine dictorum Alphonsi Regis, suorumque successorum, & Infantis in ipsis, ac circumvicinis, & ulterioribus, ac remotioribus partibus de Infidelium, ac Paganorum manibus acquiri poterunt, provincias, insulas, portus & maria quæcunque extendi, & illa sub eisdem facultatis literis comprehendi, ipsarumque facultatis, & præsentium literarum vigore jam acquisita, & quæ in futurum acquiri contigerit, postquam acquisita fuerint, ad præfatos Regem, & successores suos, ac Infantem, ipsamque conquestam, quam à capitibus de *Bojador*, & de *Nom*, usque per totam *Guineam*, & ultra versus illam Meridionalem plagam extendi, harum serie declaramus etiam ad ipsos Alphonsum Regem, & successores suos, ac Infantem, & non ad aliquos alios spectasse, & pertinuisse, ac in perpetuum spectare, & pertinere de jure, &c.

Hæc Callistus III.

Ultimò, in eadem Bulla rogat, & exhortatur Summus Pontifex omnes personas cujuscumque qualitatis, etiamsi Imperatores sint, vel Reges, &c. & districtè prohibet omnibus ne ad præfatas provincias, portus, & loca deferant, nec deferte faciant merces ullas absque speciali licentia præfati Regis, vel Infantis, vel eorum ad quos ipsa conquisitio pertineat, ne ulla ratione se intromittant in præfata maria, vel regiones: quod si contra fecerint, si fuerint personæ particulares, ipso jure sententiam excomunicationis incurrant: si verò fuerit civitas, vel universitas, sive communitas, ipso jure subjaceant interdicto Ecclesiastico, à quibus censuris nulla Apostolica auctoritate valeant absolvi ante satisfactionem, vel compositionem cum præfatis Rege, Infante, vel successoribus factam. Quæ omnia fideliter ex Bulla Calixti III. decerpsimus.

30 Et adeò securus † hic concessionis Pontificiæ titulus eo tempore visus fuit, ut Catholici Reges Ferdinandus & Elizabet ex consilio doctissimorum virorum, quos semper secum habebant, 31 & præcipuè † magni illius seculi Jurisconsulti Joannis Lupi de Palacios Rubios (si credimus Anton. de Herrera *in historia generali Indiarum, decad. 1. lib. 10. cap. 17. pag. 348.*) generalem quamdam protestationem, sive requisitionem ordinari mandaverint, quæ per eorum Duces Barbaris infidelibus, ubi primum ad eos appulissent, intimaretur, in qua nihil magis enixè, & expressè continebatur.

Cujus exemplar extat apud eumdem Antonium de Herrera *d. decad. 1. lib. 7. cap. 14. pag. 249. & seq.* & iterum *decad. 2. lib. 1. c. 14. pag. 27. & decad. 4. lib. 1. cap. 8. pag. 18.* Et eadem formula data est ab Imperatore Carolo V. Francisco Pizarro anno 1533. ubi ad conquisitionem hujus Regni Peruani missus fuit, & cæteris subinde Ducibus, qui ad ejusmodi expeditiones delegabantur, ut constat *ex 4. tom. schedul. impress. pag. 226. & seq.* cujus copiam his etiam nostris scriptis inserere, ut necessarium, ita lectoribus valdè gratum futurum existimamus.

32 *Yo † N. criado de los muy altos, y muy poderosos Reyes de Castilla, y de Leon, Domadores de las gentes barbaras, su mensagero y Capitan, vos notifico, y hago saber, como mejor puedo, que Dios nuestro Señor, Uno y Eterno, crió el cielo, y la tierra, y un hombre, y una muger, de quien vosotros, y nosotros, y todos los hombres del mundo fueron, y son descendientes, procreados, y todos los que despues de nosotros vinieren: mas por la muchedumbre de generacion que destos ha procedido desde cinco mil y mas años, que ha que el mundo fue creado, fue necessario que los unos hombres fuesen por una parte, y los otros por otra: se dividiesen por muchos Reynos y provincias: porque en una sola no se podian sustentar, y conservar. De todas estas gentes Dios nuestro Señor dió cargo á uno, que fue llamado* San Pedro, *para que de todos los hombres del mundo fuese Señor y Superior, á quien todos obedeciesen, y fuese cabeza de todo el liñage humano, do quier que los hombres estuviesen, y en qualquier ley secta, ó creencia: y diole á todo el mundo por su servicio y jurisdicion, y como quiera que le mandó, que pusiese su silla en Roma, como el lugar mas aparejado para regir el mundo: tambien le prometió, que podia estar, y poner su silla en qualquier otra parte del mundo, y juzgar y governar todas las gentes, Christianos, Moros, Indios, Gentiles, y de qualquier otra secta, ó creencia que fuesen. A este llamaron* Papa, *que quiere decir,* Admirable, Mayor, Padre, y Guardador, *porque es Padre, y Governador de todos los hombres. A este S. P. obedecieron, y tomaron por Señor Rei, y Superior del universo los que en aquel tiempo vivian: y assimismo han tenido á los otros, que despues de él fueron al Pontificado elegidos, y asi se ha continuado hasta abora, y se continuará hasta que el mundo se acabe.*

Uno de los Pontifices pasados, que he dicho como Señor del mundo hizo donacion de las islas y tierra firme del mar Oceano á los Catolicos Reyes de Castilla, que entonces eran D. Fernando, *y* Doña Isabel, *de gloriosa memoria, y á sus sucessores, nuestros señores, con todo lo que en ellas ai, segun se contiene*

104 † quam, ut idem Doctores advertunt, nulla currit præscriptio, juxta text. & ibi notata *in cap. cum non liceat, de præscript.* & doctrinam Innocentii communiter receptam *in cap. bonæ, el 2. de postulat. Prælator.* Franc. Marc. 2. *part. decis.* 1297. *n.* 5. & 6. Balbum *de præscript.* 2. *p.* 5. *princip. q.* 2. *num.* 3.

105 Necnon † etiam, quia in dicta Bulla apponitur clausula: *Ex certa scientia*, quæ virtualiter præcedentem includit, & Pontificem certioratum esse præsupponit de omnibus, quæ illum movere possunt ad negandum, aut concedendum; aliter enim non diceretur concedere ex certa scientia, sed per ignorantiam, & subreptionem, *cap. nihil, de electione, cap. Pastorali*, §. *præterea*, ubi Abb. *num.* 4. *de offic. delegati, cap. cùm olim, de sent. & ne judicata, l.* 1. *C. si servus, aut libertus ad D curionat.* cum plurimis allis, quæ latè congerit Vital. de Cambanis *in tract. clausularum, pag.* 23. & Cardinal. Tusch. *pract. concl.*
106 *jur. litt. C. concl.* 340. & *seq.* Quod etiam † imponat clausula altera, *De plenitudine potestatis*, quæ in eadem Bulla proponitur, qua numquam uti Pontifex solet, nisi cum causæ cognitione, aliter quàm si plenè de negotio fuerit informatus, ut tradit Aretin. *cons.* 163. *num.* 13. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 66. *vers. Sextò limita, de constitution.* Tiraq. *in tract. res inter alios acta, limit.* 7. *ad finem*, & plures alios allegans Ferret. *cons.* 31. *num.* 31. *vol.* 1. Cravet. *cons.* 241. *vers. Quarto respondeo*, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 26. & *seq.* Menoch. *cons.* 1. *num.* 426. Tusch. *sup. conclus.* 342. & Marta *de clausulis*, 1. *part. clausula* 259. *n.* 13. & 14.

CAPUT XXV.

De juribus, ac rationibus, quibus Apostolica Sedes curam, & facultatem convertendi, & acquirendi Novi Orbis Hispaniæ Regibus spatius, quàm aliis indulserit: & cur etiam quocumque alios Reges, Principes, aut privatos ad eumdem Orbem accedere, vel ejus maria navigare vetuerit?

SUMMARIUM.

1 *Alexandri VI. donatio à calumniis invidorum defenditur.*
2 *Ecclesia est columna & fundamentum veritatis.*
3 *Pontifex Summus per se ipsum provincias Novi Orbis conquirere, & convertere non potuit, nec debuit, Et quare.*
4 *Ecclesiastici regulariter se militaribus expeditionibus immiscere non debent.*
5 *Principes Christiani Dei, & Ecclesiæ ministri sunt.*
6 Cap. Principes 23. quæst. 5. *& similia exornantur.*
7 *Pontifex gladium materialem habet nutu*, Imper. jussu, milles usu, ex D. Bernardo.
8 *Pontifex potest infidelium conversionem, & conquisitionem Principibus secularibus non tolùm committere, sed & præcipere.*
9 *Regibus Catholicis potiùs quàm aliis convertio, & conquisitio Novi Orbis ab Ecclesia committi debuit, & quare, & n.* 11.
10 *Hispaniæ Reges præ cæteris potentia, & commoditatibus pollent ad Novi Orbis regionis conquirendas, & convertendas.*
11 *Auctores recententur, qui Catholicis Regibus conquisitionem Novi Orbis potius concedi asserunt.*
12 *Dei summa providentia intervenit in Novi Orbis conversione, Regibus Hispaniæ potius quàm aliis concedenda, Et quare.*
13 *Hispani Reges, & homines præ cæteris zelo puritate, & cultu Christianæ Religionis flagrare noscuntur.*
14 *Reges Galliæ, & Angliæ cur à Deo vocati non fuerint ad Novi Orbis conquisitionem, & conversionem.*
15 *Hæreticorum omnes conatus circa Novum Orbem turbandum, & occupandum hactenus evanuerunt.*
16 *Infideles plures ab Hispanis in Novo Orbe ad Fidem redacti sunt, quàm in omni Europa per hæreticos ab ea alienati.*
17 *Hæretici Deo valdè exosi sunt, & à Fidei propagatione semper excluti.*
18 *Hæretici labruscæ potius, quàm veræ vites novis Ecclesiæ plantationibus interunt.*
19 *Hæretici tolùm valent ad corrumpendas, & perimendas animas, non ad salvandas.*
20 *Hæreticos cur omnibus infidelibus deteriores esse dicat D. Hieronymus.*
21 *Hispaniæ Reges deputati videntur ad Fidem defendendam, & extendendam.*
22 *Genebrardus agnoscit Hispanorum opus esse expugnare Infideles & Paganos.*
23 *Stanislai Orii ingens encomium de Fide, & Religione Hispanorum.*
24 *Reges Hispaniæ, etiam nolentes, invitandi essent ab Ecclesia ad Novi Orbis conversionem.*
25 *Reges Hispaniæ jam pridem Christianissimorum nomine gaudent.*
26 *Galliæ Reges ratione Imperii quod olim habuerunt, dicuntur Christianissimi.*
27 *Catholicorum titulus quando ab Ecclesia Hispaniæ Regibus dari cœperit.*
28 *Hæretici vocem*, Catholicam; *in Ecclesia ferre non possunt.*
29 *Reges Hispaniæ appellantur* Orthodoxi, & Defensores Fidei.
30 *Reges Catholici Hispaniæ gaudent virtute expellendi dæmones à corporibus obsessorum.*
31 *Reges Galliæ, & Angliæ habere dicuntur virtutem curandi strumas.*
32 *Angliæ Reges annulos benedicunt, qui morbum comitialem depellunt.*
33 *Reges Hispaniæ etiam habent virtutem curandi strumas, ut Reges Galliæ & Angliæ.*
34 *Reges Hispaniæ sacro oleo tempore coronationis inungi solent.*
35 *Unctionis jus partim omnes Reges Christiani sibi usurpant.*
36 *Hæretici negant potuisse Pontificem à conquisitione & conversione Novi Orbis alios Reges excludere.*
37 *Principes omnes Christiani curare debent Fidei propagationem.*
38 *Commercium de jure gentium inter omnes commune est.*
39 *Maris usus, & navigatio cuilibet communis, & libera esse videtur.*
40 *Hispani injustè videntur alios navigatione maris Indici prohibere; Sed contrarium.* num. 63.
41 *Indi videntur damnum pati ex eo quòd alii præter Hispanos ad eos accedere prohibeantur.*
42 *Terra omnium communis mater est, & esse debet* secundùm Apollonium.
43 *Summum Pontificem rectè potuisse alios Reges præter Catholicos ab Indiarum conquisitione excludere, ve-*

88 Quod adeò verùm est, ut † in ista observantia declaratoria non requiratur præscriptio, sed sufficiat ita aliquando fuisse observatum, ut expressè docent Zas. Molina de Medrano, Gutierrez, & Joseph. Ludovic. ubi supra Burgos, de Paz *dict. l. 3. Tauri, num.* 215. ubi ajunt, hoc absque dubio procedere, si per decem annos ita fuerit observatum, Berolus *cons.* 94. *n.* 13. *lib.* 2. & Valenzuela *dict. cons.* 53. *num.* 11. ubi tradunt, hanc consuetudinem, sive observantiam inducì ex unico actu, etiam si super ipsa judica-
89 tum non fuerit: nam † solitum dicitur quid ex sola una vice, *l. Mella*, §. *sed si alimenta*, *ff. de alim. & cibar. legat.* ubi Bart. Curtius Junior *cons.* 19. *num.* 4. Angel. & Paul. de Castro *in l. consentaneum*, *C. quomodo & quando judex*, Cozadin. *cons.* 23. *n.* 5. & Cephal. *d. cons.* 28. *n.* 31. *vol.* 1.

Cujus † consuetudinis, & observantiæ, etiam
90 in alienationum materia, magnam vim, & auc-
91 toritatem esse Doctores fatentur, inde † communiter deducentes, Reges vel Barones, aut Ecclesiæ Prælatos, qui juxta consuetudinem contrahunt, vel alienant, aut in feudum concedunt, rectè facere, & impediri non posse, *cap.* 1. ubi omnes, *qui feud. dare possint.* Gloss. & DD. *in c.* 2. *de feudis*, Gloss. *in c.* 2. 24. *q.* 1. Guido Papæ *decis.* 560. Natta *cons.* 367. *num.* 6. Socin. Junior *cons.* 94. *n.* 29. *vol.* 2. Calderin. *cons.* 11. *in tit. de feudis*, *col.* 1. Alex. *cons.* 40. *col. fin. & cons.* 92. *col.* 2. *vol* 6. Paul. de Castro *cons.* 146. *col.* 2. & plures alii, quos refert, & sequitur Roland. à Valle omnino videndus *cons.* 1. *ex n.* 81. *ad* 87. *vol.* 1. Et vide alia plura quæ de hac consuetudine, sive observantia interpretativa tradimus *infr. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 25.

Quinto, & ultimò facit, quòd cum Romani Pontificis dignitas, & sapientia per se, ut diximus, maxima, & potentissima sit, ut ejus factis, & decisionibus stare debeamus, tùm verò ex eo
92 illis † magis securè assentiri tenemur, quod certum sit ardua, dubia, vel gravia negotia, numquam sine illustrissimorum Cardinalium & aliorum sapientissimorum virorum consilio discernere, expedire, aut declarare solere, quos ad hoc sibi tanquam coadjutores assumit, *c. per venerabilem*, §. *sunt autem, qui filii sint legit. c. fundamenta*, *de elect. lib.* 6. ubi Joan. Monach. Dominic. Joan. Andr. & alii, Abbas *in cap. quæsivit, num.* 3. de iis, quæ fiunt à major. part. Capituli, Paul. Castrens. *in l.* 1. *num.* 5. *ff. de legibus*, & plures alii quos refert, & sequitur Riminal. *cons.* 689. *num.* 72. & *cons.* 738. *num.* 9. Roland. à Valle *cons.* 2. *num.* 101. *vol.* 1. Benincas. *in tract. de consil. q.* 7. *per tot.* Anton. Cardos *in Repert. verbo Papa, num.* 5. Joan. Garcia *in tract. de nobilit. glos.* 24. *num.* 2. & *glos.* 48. *n.* 52. Menchaca *lib.* 1. *controvers. illustr. c.* 23. Cevallos 1. *tom. pract. commun. q.* 645. *num.* 1. Morla *in emporio juris*, 1. *par. q.* 1. & 2. & Cardin. Paleotus omnino videndus *d. tract. de sacr. con-*
93 *sistor.* 1. *p. q.* 3. ubi conatus ostendere, † Summum Pontificem etiam cùm potestatis plenitudine utitur, Cardinalium consilium in ejusmodi rebus requirere, debere, idque jure divino, naturali, & gentium probari, & in libro cæremoniali, sive rituum Ecclesiasticorum S. R. E. pas-
94 sim adverti: ac præterea † de hac re olim ab Ipsis Romanis Pontificibus simul cum Fidei professione jusjurandum præstari solitum fuisse, quod hac forma concipiebatur: *si qua verò emerserint contra canonicam disciplinam, ego cum filiorum meorum S. R. E. Cardinalium consilio, directione, & rememoratione ministerium meum geram, & emendare curabo*: & conducunt alia quæ de eorumdem Cardinalium officio, & dignitate notamus *infr. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 27. & *seq.*

Unde hic inserere licet † illud Ecclesiastes 95
c. 12. *vers.* 11. *Verba sapientum quasi stimuli, & quasi clavi in altum defixi, quæper magistrorum consilium data sunt à pastore uno.* Quo in loco Bellarmin. *tom.* 1. *controvers. lib.* 3. *cap.* 4. quod est de judice controversiarum Ecclesiæ, Summi Ecclesiæ Pastoris, & Pontificis munus significari inquit, & auctoritatem regendi, & docendi, quam habet. Cui † Salomon penitùs acquiescen- 96
dum tradit, quando sententia est à Summo Pastore, adjunctò præsertim consilio sapientum, & eo quidem Pastore, qui amplissimas à Christo promissiones accepit. Quam expositionem admittit etiam & defendit Gretser. adversus Novatores *lib.* 3. *cap.* 4. & Pat. Joann. Pineda *in comment. sup. Eccles.* ad illum locum, *num. ult. pagin.* 1204.

Et cum hoc consilium in prædicta Alexand. donatione, de qua agimus, & similibus intervenerit, par est, ut in eis qui † omnia divina, & 97
humana jura in scrinio pectoris suis habere dicuntur, *cap.* 1. *de constitut. lib.* 6. *l. omnium, C. de testament. l. penult. C. de iis, quibus ut indign.* habita nimirùm consideratione ad dictorum Cardinalium, & sapientum consultationem, quos semper secum habere solent, ut notatur *in dict. c.* 1. & *in l. humanum, C. de legibus*, & per Panormit. *in c. tum ex literis, de in integr. restit. col.* 5. & in nostris terminis per Episcop. Chiapens. *dict. tractat. comprob. fol.* 30. & Joan. Garcia, & alios suprà relatos.

Quibus addere † possumus Thom. Bocium 98
lib. 6. *de sign. Eccles. c.* 8. ubi nimis extollit, & multis testimoniis, exemplis, & rationibus probat eximiam scientiam, prudentiam, dexteritatem, & certitudinem, quâ Maximi Romani Pontifices, & sacrorum Cardinalium Collegium, privilegio divinitùs concesso, in declarandis rebus dubiis, & arduis usi fuerint, & quid verum, quid falsum quid bonum quid malum discernendo.

Quibus † non adversatur, quod in dicta Bulla 99
Alexandri VI. nulla mentio de consilio, aut consensu Cardinalium habetur, quæ in aliis Bullis inseri solet; nam † frequentiùs est, ut etiam ad- 100
hibito Cardinalium consensu, & suffragio, solùm sub nomine Papæ, & non aliorum Bulla expediatur, ut resolvit Quintil. Mandos. *sup. Reg.* 8. *Cantell. q.* 5. *num.* 5. & 6. eam rationem adducens, quòd † actus denominatur ab eo, qui 101
principalis est, & principaliter facit, non autem à consensu, seu consilium præstante, *l. si pater, in fine, ff. de manumiss. vind. l. aliud. est vendere, ff. de regul. jur.* Bald. *in l.* 2. *quæst.* 20. *n.* 24. *C. de rescind. venditione.* Præsertim, quia † ut be- 102
nè advertit Paul. Castrens. *ubi sup.* Panormit. *in c.* 2. *num.* 3. *de cleric. non resident.* plures alii relati ab Anton Petra *de potest. Princip. cap.* 15. *num.*

num. 83. & Valenzuela *d. monitor contra Venet. p.* 6. *num.* 97. & 98. *pag.* 367. Papa si nolit, non teneatur de necessitate, fratrum Cardinalium
103 consilium petere; neque † contrarium præcisè consuetudine induci posset, quia esset præscribere contra supremam potestatem Papæ contra
104 † quam, ut idem Doctores advertunt, nulla currit præscriptio, juxta text. & ibi notata *in cap. cum non liceat, de præscript.* & doctrinam Innocentii communiter receptam *in cap. bonæ, el 2. de postulat. Prælator.* Franc. Marc. 2. *part. decis.* 1297. *n.* 5. & 6. Balbum *de præscript.* 2. *p.* 5. *princip. q.* 2. *num.* 3.

105 Necnon † etiam, quia in dicta Bulla apponitur clausula: *Ex certa scientia*, quæ virtualiter præcedentem includit, & Pontificem certioratum esse præsupponit de omnibus, quæ illum movere possunt ad negandum, aut concedendum; aliter enim non diceretur concedere ex certa scientia, sed per ignorantiam, & subreptionem, *cap. nihil, de electione, cap. Pastorali*, §. *præterea*, ubi Abb. *num.* 4. *de offic. delegati, cap. cùm olim, de sent. & ne judicata, l.* 1. *C. si servus, aut libertus ad D curionat.* cum plurimis allis, quæ latè congerit Vital. de Cambanis *in tract. clausularum, pag.* 23. & Cardinal. Tusch. *pract. concl.*
106 *jur. litt. C. concl.* 340. & *seq.* Quod etiam † imponat clausula altera, *De plenitudine potestatis*, quæ in eadem Bulla proponitur, qua numquam uti Pontifex solet, nisi cum causæ cognitione, aliter quàm si plenè de negotio fuerit informatus, ut tradit Aretin. *cons.* 163. *num.* 13. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 66. *vers. Sextò limita, de constitution.* Tiraq. *in tract. res inter alios acta, limit.* 7. *ad finem*, & plures alios allegans Ferret. *cons.* 31. *num.* 31. *vol.* 1. Cravet. *cons.* 241. *vers. Quarto respondeo*, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 26. & *seq.* Menoch. *cons.* 1. *num.* 426. Tusch. *sup. conclus.* 342. & Marta *de clausulis*, 1. *part. clausula* 259. *n.* 13. & 14.

CAPUT XXV.

De juribus, ac rationibus, quibus Apostolica Sedes curam, & facultatem convertendi, & acquirendi Novi Orbis Hispaniæ Regibus spatius, quàm aliis indulserit: & cur etiam quocumque alios Reges, Principes, aut privatos ad eumdem Orbem accedere, vel ejus maria navigare vetuerit?

SUMMARIUM.

1 *Alexandri VI. donatio à calumniis invidorum defenditur.*
2 *Ecclesia est columna & fundamentum veritatis.*
3 *Pontifex Summus per se ipsum provincias Novi Orbis conquirere, & convertere non potuit, nec debuit, Et quare.*
4 *Ecclesiastici regulariter se militaribus expeditionibus immiscere non debent.*
5 *Principes Christiani Dei, & Ecclesiæ ministri sunt.*
6 Cap. Principes 23. quæst. 5. *& similia exornantur.*
7 *Pontifex gladium materialem habet nutu*, Imper. jussu, milles usu, ex D. Bernardo.
8 *Pontifex potest infidelium conversionem, & conquisitionem Principibus secularibus non tolùm committere, sed & præcipere.*
9 *Regibus Catholicis potiùs quàm aliis convertio, & conquisitio Novi Orbis ab Ecclesia committi debuit, & quare, & n.* 11.
10 *Hispaniæ Reges præ cæteris potentia, & commoditatibus pollent ad Novi Orbis regionis conquirendas, & convertendas.*
11 *Auctores recententur, qui Catholicis Regibus conquisitionem Novi Orbis potius concedi asserunt.*
12 *Dei summa providentia intervenit in Novi Orbis conversione, Regibus Hispaniæ potius quàm aliis concedenda, Et quare.*
13 *Hispani Reges, & homines præ cæteris zelo puritate, & cultu Christianæ Religionis flagrare noscuntur.*
14 *Reges Galliæ, & Angliæ cur à Deo vocati non fuerint ad Novi Orbis conquisitionem, & conversionem.*
15 *Hæreticorum omnes conatus circa Novum Orbem turbandum, & occupandum hactenus evanuerunt.*
16 *Infideles plures ab Hispanis in Novo Orbe ad Fidem redacti sunt, quàm in omni Europa per hæreticos ab ea alienati.*
17 *Hæretici Deo valdè exosi sunt, & à Fidei propagatione semper excluti.*
18 *Hæretici labruscæ potius, quàm veræ vites novis Ecclesiæ plantationibus interunt.*
19 *Hæretici tolùm valent ad corrumpendas, & perimendas animas, non ad salvandas.*
20 *Hæreticos cur omnibus infidelibus deteriores esse dicat D. Hieronymus.*
21 *Hispaniæ Reges deputati videntur ad Fidem defendendam, & extendendam.*
22 *Genebrardus agnoscit Hispanorum opus esse expugnare Infideles & Paganos.*
23 *Stanislai Orii ingens encomium de Fide, & Religione Hispanorum.*
24 *Reges Hispaniæ, etiam nolentes, invitandi essent ab Ecclesia ad Novi Orbis conversionem.*
25 *Reges Hispaniæ jam pridem Christianissimorum nomine gaudent.*
26 *Galliæ Reges ratione Imperii quod olim habuerunt, dicuntur Christianissimi.*
27 *Catholicorum titulus quando ab Ecclesia Hispaniæ Regibus dari cœperit.*
28 *Hæretici vocem*, Catholicam; *in Ecclesia ferre non possunt.*
29 *Reges Hispaniæ appellantur* Orthodoxi, & Defensores Fidei.
30 *Reges Catholici Hispaniæ gaudent virtute expellendi dæmones à corporibus obsessorum.*
31 *Reges Galliæ, & Angliæ habere dicuntur virtutem curandi strumas.*
32 *Angliæ Reges annulos benedicunt, qui morbum comitialem depellunt.*
33 *Reges Hispaniæ etiam habent virtutem curandi strumas, ut Reges Galliæ & Angliæ.*
34 *Reges Hispaniæ sacro oleo tempore coronationis inungi solent.*
35 *Unctionis jus partim omnes Reges Christiani sibi usurpant.*
36 *Hæretici negant potuisse Pontificem à conquisitione & conversione Novi Orbis alios Reges excludere.*
37 *Principes omnes Christiani curare debent Fidei propagationem.*
38 *Commercium de jure gentium inter omnes commune est.*
39 *Maris usus, & navigatio cuilibet communis, & libera esse videtur.*
40 *Hispani injustè videntur alios navigatione maris Indici prohibere; Sed contrarium.* num. 63.
41 *Indi videntur damnum pati ex eo quòd alii præter Hispanos ad eos accedere prohibeantur.*
42 *Terra omnium communis mater est, & esse debet* secundùm Apollonium.
43 *Summum Pontificem rectè potuisse alios Reges præter Catholicos ab Indiarum conquisitione excludere, ve-*

rior sententia est, & qui eam probent.
44 *Animarum conversionis cura præcipuè spectat ad Summum Pontificem.*
45 *Papa potest pro arbitrio suo disponere modum, & formam conversionis infidelium.*
46 *Papa est velut præcipuus motor conversionis infidelium & Reges sunt velut organa, & instrumenta.*
47 *Pax inter Principes quantumvis pios, & Christianos conservari non potest, si promiscuè in eamdem conversionem, & conquisitionem intendederent.*
48 *Castellæ, & Lusitaniæ ob conquisitionem Indiarum plures simultates habuerunt.*
49 *Apostoli propriæ, & distinctæ provincias sortiti sunt, & unusquisque, Div. Paulo excepto, in sua dumtaxat prædicavit.*
50 *Diœceses, & Parochiæ distinctos limites habent.*
51 *Multitudo ubi est, ibi & confusio.*
52 *Hominum ad distentiendum facilitas naturalis est.*
53 *Indi non possunt congruenter in Fide edoceri, si diversarum nationum genter hoc ministerio fungerentur.*
54 *Provincia unaquæque abundat in sensu suo, & habet peculiares conditiones, & affectiones.*
55 *Communio solet discordias generare.*
56 *Nationes diversæ aliæ aliis oppositæ sunt.*
57 *Negotia pluribus commissa regnius expediuntur.*
58 *Multitudo ministrorum onerosa potius, quam utilis esse solet.*
59 *Negligitur quod communiter possidetur.*
60 Lex 2. C. quando, & quibus quarta pars debeatur exorbitatur.
61 *Communionem rerum omnium qui in Republica utilem esse putant, reprehenduntur.*
62 *Pontificis prohibitione intervenientè non est licitum in alienis terminis prædicare.*
63 *Commercium est commune, ubi ab aliis priùs legitimè præventum est.*
64 *Ecclesiæ, & Fidei bonum quæ generaliter respiciunt, cæteris præferuntur, quæ specialiter quibusdam utilia sunt.*
65 *Præceptum divinum curandi animarum conversionem præfertur aliis, quæ à jure gentium dimanant.* Dom. Decl. Ant. Pichardus Univers. Primarius Salmant. & Pintianus Senator, laudatur, ibid.
66 *Feræ, & pisces licèt jure gentium capientium fiant: fallit tamen ubi capiuntur in loco ab alio præscripto, vel legitimè possesso.*
67 *Mercatores extranei, & peregrini benè possunt ingressu, & commercio nostrarum provinciarum prohiberi.*
68 *Indorum major utilitas in externis mercibus comparandis non est considerabilis, respectu damnorum, quæ ex commercio extraneorum recipere possent.*
69 *Commercia, & armorum transportatio cum Barbaris, & infidelibus prohibentur, ubi aliquod damnum timetur.*
70 *Prohiberi quis potest ne accedat ad locum in quo timetur, quòd injuriosus vel tumultuosus existat.*
71 *Excommunicationis censura quæ imponitur in Bulla Alexand. VI. tranceuntibus ad Novum Orbem, vel ejus maria navigantibus sine licentia Regum Catholicorum, justa est, & legitima.*
72 *Excommunicatio, ut licitè, & validè ferri possit, quæ requirantur.*
73 *Excommunicatio ut liget, necessarium est, quòd authenticè promulgata sit, & quod non possit invincibiliter ignorari.*
74 *Excommunicationis pœna contra extraneos tranceuntes vel navigantes ad Indias, omnibus nota est.*
75 *Schedulis plurimis alienigena omner, atque etiam Hispani sine Regis licentia ad Novum Orbem transire prohibentur.*
76 *Hispani ad Novum Orbem sine licentia tranceuntes non incurrunt censuram Bullæ Alex. VI. & quare.*
77 *Censurarum rigor, & vigor abrogari, & enervari solet per contrariam consuetudinem.*
78 *Schedula novissima triremium pœna damnat eos, qui ad Novum Orbem sine licentia transierunt.*
79 *Extrancorum qualibet commercia, & negotiationes etiam per interpositas personas in Novo Orbe prohibentur.*
80 *Navigia, & merces extraneorum, quæ in mari, vel portubus Novi Orbis reperiuntur apprehendi, & confiscari jubentur.*
81 *Pyratæ sunt, qui suis navigiis maria, vel litora Novi Orbis infestant, & de pœnis Pyratarum.*
82 *Pyratæ ex ore Pontificis quotannis excommunicantur.*
83 *Philippi IV. Regis ac Domini nostri zelus, & pietas commendatur, & qualiter initio regnandi treguas cum rebellibus solverit.*
84 *Schedula Regia de solvendis induciis cum Hollandis refertur.*
85 *Hollandorum clarsis, quæ anno 1624. ad oras Regni Peruani pervenit, quem exitum habuerit.*
86 *Dominus Dom. Didacus Fernandez de Corduba excellentissimus Regni Peruani Prorex laudatur.*
87 *Hollandi falsò se victores evasisse in expeditione Limana & Brasilienti confingunt.*
88 *Brasiliæ urbs ab Hollandis intercepta, qualiter à nostris recuperata fuerit.*
89 *D. Thomas Tamajo de Vargas Historiographus Regius, citatur & laudatur.*

HIS ergò † adeò validis fundamentis, & robustis tibicinibus fulta Alexandri VI. donatio, secure poterit adversantium hæreticorum impetus sustinere, & aliorum malevolorum invidiam, & latratus contemnere, Romanæ quippè Sedis auctoritas & potestas, tot juribus exemplis rationibus, & auctoritatibus hac in parte communiri videtur, ut nullus deinceps piè, & rectè sentientibus dubitandi locus remaneat, præsertim, si animadverterint ipsam † Ecclesiam, quæ hoc jure in elargiendis infidelium dominationibus utitur, columnam, & fundamentum veritatis à Divo Paulo appellari, 1. *Timot.* 3. doctamque à Spiritu Sancto omnem veritatem, *Joan.* 14. & 16.

Cùm autem † Summus Pontifex hanc ità piam, utilem, & laudabilem Novi Orbis inquirendi, & convertendi provinciam per se commodè exercere non posset, quia multos, ac magnos sumptus, crebras, & ingentes classes propter immensam Oceani navigationem, & terrestres etiam expeditiones, militaresque apparatus desiderabat, quibus Sacerdotalis † ordo, Ecclesiasticusque status se regulariter immiscere non debet, ut multis Sanctorum Patrum testimoniis adductis, latè probat Gratianus *in cap.* 1. & *seqq.* 23. *q.* 7. *cap. quicumque* 1. & 2. *cap. Clerici*, cùm plurimis aliis 23. *q.* 8. & Greg. de Valentia 3. *tom. disp.* 3. *q.* 16. *de bello, punto* 4. *per totum. colum.* 726. debuit utique illam aliquibus Principibus secularibus Christianis † committere, qui Dei, & Ecclesiæ ministri sunt, ut inquit D. Paul. *in epist. ad Roman. cap.* 13. & pluribus ostendunt Anton. Corset. *in tract. de potestate Regia, quæst.* 1. *n.* 2. Joan. Ign. *in l. necessario, §. non alias, num.* 600. *ff. ad Syllanian.* Petr. Gregor. *lib.* 35. *Syntagmat. cap.* 1. *n.* 1. Fevardent. *supr. Ruth. cap.* 2. *sect.* 11. & ut præclarè docet D. Isidor. ab eod. Gratiano relatus † *in cap. Principes* 23. *q.* 4. *Nonnumquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eamdem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant, & quod non prævalet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem atque ità per Regnum terrestre, cœleste proficiat.*

Quo etiam respicit text. *in c. prodest, c. legum officium, c. administratores, c. de Liguribus, c. qua-*

li nos, ead. causa, & q. c. displiceat, c. non invenitur, c. quando, cum aliis 23. *q.* 4. & S. Bernard. *lib. 2. de considerat. ad Eugen.* quem citant Abb. Andr. Sicul. & alii DD. communiter *in c. novit, de judiciis*, † ubi inquit: *Gladium materialem Pontifex habet* nutu, *Imperator* jussu, *milites* usu, *vel* manu. Et in nostræ quæstionis terminis rectè advertit Palac. Rub. *de obtent. Regni Navarræ, 4. part. §. 1. vers. Principes autem*, Episcop. Chiapens. *in tract. comprobat, fol.* 29. & 47. Joseph. Acosta *lib.* 3. *de procur. Indiar. salut. cap.* 3. *pagin.* 218. Joan. Major. Mag. Victor. & alii quos novissimè refert, & sequitur P. Franc. Suarez *in tract. de Fide, disp.* 1. † *sect.* 1. *n.* 7. *c.* 284. ubi concludunt Summum Pontificem potestatem habere, hanc conversionem, & reliqua ad ejus executionem necessaria, temporalibus Principibus committendi, eisdemque præcipiendi, ut talem curam assumant.

Porrò, si alicui Christiano Principi hoc opus injungendum, & demandandum fuit: Sanè † nemo sanus negare poterit, optimo, ac veluti præciso jure, Catholicis Hispaniæ Regibus committi debuisse, tùm quia ipsi primum has adeò remotas, antiquis ignotas Novi Orbis regiones explorare, & occupare cœperunt, ut fusè ostendimus, *supr. hoc libr. 2. c. 6. per totum.* Cùm etiam, quia litorum, ac marium domini erant, quæ magis ad prædictas regiones accedere videbantur & † potentia, divitiis, navigiorum copia, nautarumque peritia, & imperii amplitudine; præ cæteris ea tempestate pollebant, & nunc magis pollere noscuntur, ut diximus *sup. hoc eod. lib. capit. 16. ex num.* 34. & latè probat Fr. Joan. à Ponte *in convent. utriusque Monarch. libr. 1. c. 5. per totum*, novissimè Fr. Joan. à Sala. *in Politica Hispana propos. 1.* Quæ omnia quàm fuerint huic muneri necessaria, satis apparet, ut † pluribus ostendunt idem Episcop. Chiapens. *ubi supr. fol.* 29. & *seqq.* & *fol.* 46. & 52. Acost. *d. c. 2. vers. Cur verò*, ibi: *Cur verò Hispaniæ Regibus potius, aut solis, si modò absit invidia res tanta commissa fuerit, non est ab æquitate alienum, cùm & illorum auspiciis, atque ope primùm inventa utraque India sit, & navigationi Oceani opportunissima Hispania sit. Denique primi illi eam provinciam & petiverunt, & studiosè curarunt.* Joan. Botér. omnino legendus *in relation. univers. 4. part. lib. 2. per totum*, Ant. de Herrer. *in hist. gen. Ind. decad.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *pag.* 51. Rutil. Benzon. *de anno Jubilæi, lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 53. Thom. Bocius *de sign. Eccles. Dei, lib.* 10. *c.* 13. *vers. Atque hæc suprema*, Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salute, lib.* 2. *c.* 3. *pagin.* 55. & 56. Ludov. Cabrer. *in histor. Regis Philippi II. lib.* 7. *c.* 8. *pag.* 419. Fr. Joan. à Torquemada *in Monarch. Indiana, lib.* 15. *ex cap.* 3. *ad* 9. *lib.* 17. *cap.* 19. & 20. & *lib.* 18. *cap.* 2. & 3. Fr. Joan. à Ponte *in dicti. convenient. utriusque Monarch. lib.* 3. *capit.* 3. *pagin.* 21. & in simili de Indiis Orientalibus, Lusitanis concessis Pat. Ludovic. Molina *de just. & jure, tract.* 2. *q.* 35. *col.* 191. *vers. Illud*, & P. Ferdin. Rebell. *de obligat. just. lib.* 18. *q. ult. sect.* 1. *in fine, & sect.* 4. *per totam*, & novissimè August. Barbosa *in Pastorali, 1. part. tit.* 3. *cap.* 2. *num.* 44. & Seraph. Freit. *de justo Imper. Asiat. c.* 8. *n.* 1. & *seqq.*

Qui etiam inter alia considerant, miram † Dei providentiam intervenisse in hac Regum, & ministrorum Hispanorum ad opus ita arduum, & pium electione, ac destinatione, † propter fidei puritatem, & ardentem divinæ religionis zelum, & cultum, quo semper flagrasse noscuntur, ut præter alios ostendit Luc. Marinæus Sicul. *de reb. Hisp. lib.* 5. *c. de Hisp. sobriet.* ibi: *Quare quidem meo judicio in Orbe toto terrarum nulla gens est hodie Hispana, ut ita dicam, Christianior.* Joan. Vasæus Belga *lib.* 1. *Chron. Hispan. c.* 9. ibi: *Fuit profectò Hispania Christianæ Religionis semper observantissima, & Fidem Catholicam, quæ semel imbuta, sincerissimè usque coluit, hæreticis infestissima* Odofr. *in l.* 2. C. *de hæret.* his verbis: *Puniuntur suspecti hæreseos in religiosissimis Hispaniæ regnis, vel hoc maximè hac tempestate triumphantibus, & singulari laude dignis, quod nulla non solùm planè hæresis, verum nec suspicio quidem, sine digna, vel momento manet nota*; & latè prosequitur Simanc. *de Cathol. inst. tit.* 3. *n.* 3. & 14. Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. c.* 81. Valdesius *de dignit. Reg. Hispan. cap.* 20. *à n.* 19. Greg. Lop. Madera *in Monarch. Hispan. c.* 6. *fol.* 46. & *c.* 112. *à n.* 3. & novissimè Fr. Joan. à Salazar *in dict. Polit. Hispan. proposit.* 3. & eruditissimus Petr. Ferdin. Navarrete *in præclaro tract. de conservatione Monarch. disp.* 7.

Quod in † Angliæ, & Galliæ regnis, quibus idem negotium committi posset, contra se haberet, quorum gentes variis, & nefariis hæreticorum erroribus ut plurimum deturpatæ, loco veri, ac puri Evangelici seminis, infelix lolium, pravam, ac perfidiam Lutheri, aut Calvini doctrinam, sive mavis zizaniam, & steriles avenas inter rudes, & inermes Indos disseminarent. Unde Deus permisit, ut prædicti Reges Columbi promissis, qui ad eos primum accessit, non assentirent, & † ut ipsorum, atque omnium hæreticorum conatus, qui in has Novi Orbis regiones toties audaces ingredi tentarunt, hactenus, Deo opitulante, evanuerint, nihilque profecerint. Quod idem piè quoque & eleganter advertit Fr. Thom. *à Jesu*, ubi *suprà, pag.* 56. inquiens, hoc ex eo provenisse, quod benedictione Romanorum Pontificum caruerint. Sim. Majol. *in dieb. Canic. 1. tom. colloq.* 20. *de herbis, pag. mihi* 449. & *seq.* ubi † ait, ex ingenti hac infidelium conversione, quæ in Novo Orbe per Hispanos Catholicos facta est, plures ibi Christo nomen dedisse, quàm sit hæreticorum eorum numerus, qui in omni Europa à Fide Catholica defecerunt. Ac propterea patere, Deo vero magis hærere nos qui Catholicam fidem sequimur, quàm hæreticos, † quos Deus exosos habeat, & ab ovibus suis segnictos, inde probari potest, quòd in sua propaganda fide dedignatus est, quempiam sibi esse ministrum, qui aliqua hæresi fuerit contaminatus.

Sunt enim ii † adeò perfidi ut labruscas potius, quàm veras vites novis Ecclesiæ plantationibus inserere curent, nullamque unquam regionem ad Christi fidem convenerint, sed potius jam conversos sua perfidia corruperint, ut ita † valeant tantummodo ad perimendas animas, ad salvandas autem nulla illis vis nulla sit concessa facultas.

De quo argumento plura alia congerit Thom. Boc. *lib.* 2. *de sign. Eccles. Dei, c.* 11. *vers. Quamvis*

vis texto, & lib. 4. c. 1. & c. 3. & 9. in fin. & liber 10. c. 13. Pat. Franc. Suar. *in defens. Fidei contra sect. Anglic. lib. 1. c. 16. n. 22.* & ante eos Tertul. *lib. 1. de præscript. c. 42.* dicens: *De verbi administratione quid dicam? cùm hoc sit negotium illis, non Ethnicos convertendi, sed nostros evertendi, ruinas quippè potiùs operantur stantium ædificiorum, quam structionem tacentium ruinarum.* Et † Divus Hieronym. qui hac de causa hæreticos deteriores omnibus infidelibus esse, in hæc verba testatur: *Facilius est furori Gentilium occurrere, raptosque populos à bestiali sententia ad Fidei pietatem prædicando convertere, quàm hæreticum quemlibet sui perfidia dogmatis confidentem, ad fidem rectam revocare.*

21 Quibus addere possumus, † gloriosissimos Hispaniæ Reges, quodammodo ab Ecclesia deputatos videri, ad fidei defensionem, & convertendas, & protegendas novas insulas, & infidelium nationes, ac sanctum Christi Evangelium per diversa mundi climata, & extremas, atque ignotas provinciarum plagas disseminandum, ut tradit Borrel. *ubi sup. c. 41. n. 56. in fin. & c. 44. per tot.* Ge-
22 nebr. *lib. 4. chron. 1. annot.* 492. † ibi: *Quo anno bellum Hispanum perfectum est contra Mauros, eorumdem expeditio adversus Indos Occidentales cœpit, quasi Hispanorum opus sit expugnare infideles & Paganos.*

23 Et † Stanilaus Ossius Cardinalis Varmiensis *lib. 3. adversus prolegom. Brentii*, ibi: *Nullum regnum est hoc nostro infœlici sæculo magis ab hæresibus intactum, quam sit, vel hoc solo nomine fœlicissimum, Hispaniarum regnum, cui propter hanc in Fide Catholica constantiam, & ejus tuendæ diligentiam, alias præterea multas fœlicitates Deus largitur.* Quod ipse etiam Alexander VI. in Bulla concessionis sæpe testatur.

24 Unde † non potuit eisdem Regibus hoc munus à Sede Apostolica denegari, ad quod ipsi se ultrò offerebant, & multis ac magnis periculis, sumptibus, & expensis jam factis, novas Indies se facturos pollicebantur, cum etiam nolentes invitandi, imò & compellendi essent.

25 Maximè † cum Christianissimorum nomine jam inde ab Alphonsi temporibus gaudeant, ad quem Joannes VIII. Pontifex Max. an. 853. duas cum hac inscriptione epistolas misit, quas ad literam refert Roder. Archiepisc. Tolet. *in hist. Hispan. lib. 5. c. 17.* & citat Camil. Borrel. *d. c. 41. n. 43.* Palac. Rub. *de obtent. Regn. Navarræ, 4. p.* 26 *§. 5. in fine.* Ubi † addit Galliæ Reges, qui hunc titulum sibi solis præsumunt, non fuisse ratione regni *Christianissimos* appellatos, sed propter imperium, quod olim habuerunt; unde posteà exuti Imperio, illud relinquere debuissent, nisi à Pio II. posteà in persona Ludovic. XI. confirmatum fuisset, ut in ejus vita Philip. Commin. scriptum relinquit: & Mariana *de reb. Hispan. lib. 26. c. 13. in fine.*

27 Et † *Catholici* etiam (titulo velut, hæreditario) ipsimet nostri Reges dicantur, non solùm à temporibus Ferdinandi, & Elizabeth, quibus hunc titulum idem Alexander VI. Summus Pontifex ob Maurus denium ab Hispania expulsos meritò renovavit, sed à tempore Recaredi Gothorum Regis, qui in Concil. National. Toletan. ita appellatus fuit, eò quod primus fidem Catholicam inviolabiliter custodivit, & totam Hispaniam ab Arriana hæresi liberavit, sive, ut alii magis communiter putant, à tempore Alphonsi Regis Oveti, hujus nominis primi, qui fuit gener Pelagi, & hoc *Catholici* cognomine ab Ecclesia appellari cœpit anno 734. & 740. quo nihil aliud significatur, quàm Catholicæ, id est, universalis Ecclesiæ, & Christianæ, & fidei conservandæ, & propagandæ zelus, & amor, quod semper flagrasse conspiciuntur hæreticis, & schismaticis adversantes, qui hanc † vocem, *Catholicam*; in Ecclesia ferre 28 non possunt, ut observat Alan. Cop. *dial. 6.* cap. 21. pag. 884.

Et de prædicto titulo, plurima ex authenticis historiis tradentes Archiepiscop. Tolet. *lib. 2. capit. 15. & lib. 4. cap. 5. historia Palentina in Alph. 1.* Lucas Tudensis *in eod. Æra 776. hist. gener. Hisp. 3. p. c. 4.* Vasæus *in Chron. Hisp. 1. tom. anno 589. & an. 737.* Ambros. Moral. *3 p. hist. Hisp. lib. 13. c. 12.* Mariana *de reb. Hisp. lib. 7. c. 4. & d. lib. 26. c. 12. in fin.* Hieron. Zurita *3. p. Annal. lib. 2. c. 42.* Raphael Volater *lib. 2. c. Sarracenorum initium belli, ad fin.* & innumeri alii, quos diligenter congessit Camil. Borrel. *d. c. 41. ex n. 48. & c. 42. per totum*: Did. Vald. *d. lib. de dig. Reg. Hisp. c. 13. per tot.* Mader. *in d. Monarch Hisp. c. 12.* Fr. Roder. de Yepes *in Genealog. Reg. Hisp. in Alphonso I.* Valenzuela *in monit. contra Venet. 7. p. n. 106.* Jacob. Gualther. *in Chronograph. 8. seculo pag. 567.* qui eumdem titulum Galliæ quoque Regibus datum contendit, *secul. 14. pag. 697.* & novissime Sim. Majol. *in dieb. Canic. 4. tom. colloq. 5. pag. mihi 362.* ubi disputat, an hic titulus major, & antiquior sit, quam Christianissimi, de quo Franciæ Reges gloriantur? Doct. Salazar de Mendoza *de orig. dign. Hisp. lib. 1. c. 6. p. 7.* Fr. Joan. à Ponte *in conven. utr. Monarch. in epist. ad Regum. &* 29 *lib. 1. c. 3. pag. 14.* Ubi † probat etiam appellari *orthodoxos & defensores* fidei (de quo titulo speciale caput fecit Borrel. *ubi supra c. 44.*) & Pet. Aznar. *in tract. de Maur. expuls. 2. p. c. 25. & 26.*

Ob quem fidei Catolicæ † zelum, eosdem Ca- 30 tholicos Hispaniæ Reges virtute expellendi dæmones à corporibus obsessorum, divinitus sibi concessa, gaudere, aperiè testatur Carol. Tapia *in rubr. ff. de constit. Princip. cap. 1. n. 3.* Casan. *in Catal. glor. mund. 3. p. consid. 1. vers. Pro ultimo.* Camil. Borrel. *d. tract. de præstant. Reg. Cath. c. 55. n. 2.* Vald. *ubi supra c. 16. n. 13.* & Fr. Joan. à Ponte *in d. conven. utr. Monarch. lib. 1. c. 6. pag. 113.* Ut † sic Galliæ, & Angliæ Regibus non invideant, 31 qui juxta eosdem Auctores, Polidor. Virgil. *lib. 8. histor. Angl.* & plures alios, quos ipsi recensent, & Alan. Cop. *Dialog. 3. c. 28. p. 434. & seq.* strummas (vulgo *lamparones*) curare solent, & † annulos benedicunt, qui morbum comitia- 32 lem depellunt.

Præsertim † cum & hoc idem sanandi strum- 33 mas divinum privilegium, etiam nostris Hispaniæ Regibus concessum videatur, si credimus Pet. Ant. Beuter. *lib. 2. histor. Hispan. cap. 50.* quem referunt Vald. & Puente *ubi supra*, qui Auctor est, Reges Aragoniæ ægrotis prædicto strummarum morbo sæpè salutem contulisse, sicut & illud aliud unctionis † sacri olei, de quo 34 etiam prædicti Galliæ, & Angliæ Reges nimis gloriantur, ut latissimè, adductis pluribus exemplis

Re-

Regum Hispaniæ, qui solemniter inuncti fuerunt probat Valdes. & alii ex *suprà* relatis. Ambros. Moral. *lib. 12. c. 41. 53. & 57.* Petr. Anton. Beuter. *lib. 2. c. 8.* Hieron. Zurita *1. p. Annal. lib. 5. cap. 17.* Garibai *lib. 26. c. 1. & lib. 27. c. 1. & 4.* Gars. de Loaisa, qui narrat hanc sacram unctionem in Ecclesia Toletana recipere solitos fuisse, *in Synodo Tolet. sub Gundemaro fol. 277.* & alia referens Simon Majol. *d. colloq. 5. pag. 371.* Ubi
35 † hoc jus unctionis passim omnibus Regibus Christianis commune fuisse ostendit *ex c. 1. de sacra unctione, Clem. 1. de jur. jurand. cap. venerabilem, de elect.* & ex traditis à Lactant. Firm. *lib. 4. de vera sap. c. 7.*

36 Sed quoniam hic † hæretici insurgunt, & dato quod Summus Pontifex potuerit Reges Hispaniæ ad hanc Novi Orbis conversionem, & conquisitionem præficere, eum tamen impudenter irrident, quòd alios, ad has regiones accedere, & per hæc maria navigare vetuerit. Videamus oportet, an hac in parte aliquid adferant, quod magis ipsorum procaciam excuser. Et quidem juxta mentem P. Ferdinand. Rebell. *d. lib. 18. q. ult. sect. 1.* quem novissimè referunt, & sequuntur August. Barbos. *ubi suprà num. 44. & seqq.* & Benedict. Ægidius *in l. ex hoc jure, ff. de just. & jur. c. 3. ex n. 13.* & Freitas *de Imp. Asiat. c. 8.* hæc pro illis argumenta considerari posse videntur.

37 Primò, quia ex † Christi facultate omnibus Principibus Christianis fas esse videtur, procurare infidelium nationum per se, aut per suos subditos conversionem ad fidem ut habetur *Marc. ult.* & latiùs ostendimus *suprà hoc lib. cap. 16. ex n. 11.* Ergo non potuit, nec debuit hæc cura solis Catholicis Regibus cum allorum inhibitione, & exclusione committi.

38 Secundo, quia † commercium de jure gentium cum quibusvis nationibus videtur esse commune, ut etiam fusè probavimus *suprà hoc*
39 *lib. c. 20. ex n. 34.* Et † idem in maris usu, & navigationibus probat celebris text. *in §. 1. inst. de rer. divis. l. 2. ff. eodem, l. 3. §. ult. ff. ne quid in loco pub.* ibi: *Litora in quæ populus Romanus imperium habet populi Romani esse arbitror, maris autem communem usum omnibus hominibus*, cum aliis, quæ tradit Angel. *ibid. num. 1.* Bened. Bon. *in tract. de censib. n. 40.* Franc. Marc. *q. Delphin. 110. num. 11. p. 2.* & Camill. Borrel. *in tract. de præst. Reg. Cath. c. 10. n. 4.* unde Trajan. à Plin. *in Panegyr. Laudavi vidimus quod reclusit vias, portus patefecit, itinera terris, litoribus mare, litora mari reddidit, diversasque gentes ita commercio miscuit ut quod gentium esse usquam, id apud omnes natum esse videretur*: contra verò Romanos à Germanis accusatos apud Tacit. *4. hist.* quod *colloquia congressusque gentium arcerent flumina, terras, & cœlum quodammodo ipsum clauderent.*

40 Injustè ergo † Hispani aliis gentibus prohibere videntur, ne cum Indis sua commercia, & negotiationes exerceant; non minus quàm si Galli Italis prohiberent, ne cum Hispanis commercium haberent, aut per eorum maria navigarent.

Tertiò, quia si prædicta Alex. VI. concessio ad infidelium † favorem, & utilitatem dirigitur, 41 non debuit, adjecta hac prohibitione, in eorum damnum retorqueri. Nam quò plures ad Indos navigarent, eò facilius doctrina, & moribus Catholicis, & politicis imbuerentur, & plus mercium peregrinarum haberent, viliusque eas emerent, & suas etiam merces cariùs externis venderent. Ergo non potuerunt Summi Pontifices solis Hispanis præfatam Indiarum conquisitionem, conversionem, & negotiationem donare. Et † 42 huc transferri posse videtur illud Apollonii apud Philostr. *lib. 1. cap. 12. Ubi terra* (inquit) *communis omnium mater est, propterea quod justos, vos autem injustos, qui vestram dumtaxat matrem eam esse voluistis.*

Cæterùm † his argumentis non obstantibus, 43 longè verior, & receptior contraria opinio videtur, quæ in ejusmodi casibus talem prohibitionem non solùm justam, & utilem, verum omninò necessariam esse supponit. Eamque omnes Catholici Auctores absque ulla hæsitatione sequuntur, ut constat ex Episc. *in d. tract. comprobat. fol. 29. & seqq. & fol. 46. & seqq.* Marquar. *in tract. de Jud. & infidel. 1. p. c. 14.* Petr. Malfer. *d. cons. 769. apud Mandel. in fin.* Soto *in 4. dist. 5. q. unic. art. 10.* M. Victor. *in 2. relect. de Indis ex n. 10.* & eum referens Gregor. Lop. *in d. l. 2. tit 23. p. 2. glos. mag. col. 5. & 6.* Card. Bellarm. *lib. 5. de Summo Pont. c. 2. vers. At inquient*: Joseph. Acost. *d. lib. 3. de procur. Ind. salut. cap. 2.* Franc. Vargas *in tract. de Episcop. jurisd. & auctorit. confirm. 10. n. 5. & 6.* Anastas. Germ. *lib. 3. de sacr. immun. c. 13. n. 30. & seqq.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. quæst. 35. vers. Illud*: Rebell. *ubi suprà, sect. 4. per totam*: Ant. de Herrer. *d. hist. gener. Ind. dec. 1. lib. 2. c. 4. pag. 51.* Alphons. Alvar. *in specul. Rom. Pontif. c. 31. col. 2.* Petr. Navar. *de restitut. oblator. lib. 4. c. 2. n. 84. p. 2.* Camill. Borrel. *de præstan. Reg. Cathol. c. 46. n. 229.* Cevall. *pract. com. 1. 4. q. ult. n. 324. & seqq.* & novissimè Pat. Franc. Suarez *in tract. de Fide disp. 18. sect. 1. n. 7.* Georg. Gabed. *decis. Lusit. 195. n. 2. 1. part. decis. 47. per tot. p. 1.* & novissimus Ægid. Bened. *in l. ex hoc jure ff. de just. & jur. 1. tom. c. 3. n. 15. & 16.* & Seraph. Freit. *d. tract. de Imp. Asiat. c. 7. & 8. n. 18. & seqq.*

Qui omnes † concludunt, quòd cum hæc cura 44 conversionis animarum, & errantium ovium ad Christi ovile deducendarum præcipuè ad Summum Ecclesiæ Pastorem spectet, rectissimè potest, pro † arbitrio suo, ea omnia disponere, & ordi- 45 nare, quæ ad hunc finem consequendum magis conducere judicaverit, & inter Christianos Principes eamdem curam dividere, atque unicuique certos terminos præfigere, & assignare; quos posteà sine injuria aliorum transgredi non poterunt, & non solum prædicationem, sed etiam commercium in eisdem terminis interdicere, si hoc ita ad religionis christianæ propagationem magis expediat. Hoc enim totum † ad Pontificem pertine- 46 re inquiunt, tamquam ad principalem (ut sic dicam) motorem. Nam Reges sunt veluti organa, & instrumenta ejus, & ideò nullus potest transgredi terminos sibi præscriptos, quia non potest moveri, nisi motus.

Pro cujus sententiæ confirmatione primò considerari potest, quod † pax inter Principes Chris- 47 tianos, & eorum ministros conservari non posset,

si

si promiscuè in eamdem curam intenderent, quantumvis pio animo, & ab omni divitiarum
48 cupiditate libero ducerentur, † ut constare poterit ex ipso Castellanorum, & Lusitanorum exemplo, qui, quamvis ita Catholici essent, & maximis amicitiæ, & necessitudinis vinculis juncti, intestinis tamen odiis, & bellis flagrare cœperunt, ob id, quod alter alterum suos intrasse terminos querebatur, ut diximus, *suprà lib.* 1. *cap.* 6. *ex num.* 68.

49 Et multò melius † ex Apostolorum Imitatione, qui licet facultatem sibi à Christo concessam haberent, Evangelii per universum terrarum Orbem prædicandi, juxta illud Marci ultim. *Euntes in universum mundum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Et Luc. 10. *Misit discipulos suos binos ante faciem suam in omnem civitatem, & locum, quo erat ipse venturus.* Adhuc tamen ex historia, & traditione Ecclesiæ novimus, post passionem Domini Apostolos ipsos inter se omnes orbis provincias sortitos, & partitos esse, & unumquemque in ea, quæ sibi obtigerat, prædicasse, neque unum (D. Paulo excepto) in provinciam alterius intrasse, ut pluribus ostendimus *suprà lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 81. & latè prosequitur Fr. Joan. à Ponte *in convent. utr. Monarch. lib.* 2. *per totum*, & Fr. Joan. Baptist. *in advert. Confess.* 2. *part. fol.* 412. *num.* 11.

50 Et † idem postea universalis Ecclesia in divisione Diœcesecon, & Parochiarum constituit, eam semper cautionem adjiciens, ne unus Episcopus, sive Parochus alterius fines, etiam prætextu Religionis ingrederetur, *c.* 1. *& per tot.* 9. 3. 2. *c.* 1. 13. *quæst.* 1. *cap. Illud* 16. *quæst.* 3. *cap.* 1. *de præscript. cap. Pastoralis, de his quæ fiunt à Prælat.* cum aliis.

51 Etenim † ubi multitudo ibi plerumque confusio est, *l.* 2. *C. quando & quib. quarta pars*: Bart. *in l. si tamen, §. si arbiter, de recep. arbitr.* Bald. *in l. solam, C. de testib. & in l. duæ opera, C. qui accusari non poss.* & Panorm. *in cap.* 1. *de judic.*

52 Et † cum naturalis sit inter homines ad dissentiendum facilitas, *l. item si unus* 19. §. *principaliter, ff. de recep. arbitr.* cum aliis, quæ adduximus *suprà hoc lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 1. Satis constat, quam

53 † variis, & interdum contrariis opinionibus, & majoribus Indi imbuerentur, si adversarum nationum, & provinciarum homines, & sub diversis Regibus, ac legibus vitam agentes, etiam si omnes Catholici essent ad eorumdem Indorum conversionem & gubernationem delegarentur. † Nam

54 unaquæque provincia abundat in sensu suo, *cap. jus Quiritum*, 1. *dist. cap. utinam, dist.* 76. *l. observare, ff. de offic. Procons.* & variis corporis, & animi affectionibus, & inclinationibus ducitur, *l. quod si nolit*, §. *qui mancipia, ff. de ædil. edict.* junctis aliis quæ eleganter notat Aristot. *lib.* 3. *Polit. cap.* 10. Cicer. *in orat. de Provin. Consular.* Euphor. *in leonibus omnium natio.* Joan. Boëm. *de morib. omnium gent.* Tiraq. *in l.* 7. *connub. n.* 12. *& nobilit. cap.* 12. Mantua *in glossario, class.* 17. *cap.* 32. *num.* 1. & Claud. Pratus *Gnos. gener. libr.* 3. *tit.* 4. *cap.* 3.

55 Et † cum communio etiam inter propinquos discordias generare soleat, *l. cum pater*, §. *dulcissimis, ff. de leg.* 2. cum aliis, quæ adduximus *suprà hoc lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 70. planum est, longè majores inter universas gentes, & nationes futuras, quibus semper † aliqua æmulatio, & natura- 56
lis veluti repugnantia insita esse cognoscitur.

Secundo † facit, quòd experientia comparatum sit, signius ea geri, & curari solere, quæ 57
pluribus commendantur, ut inquit text. juncta gloss. *in l. si plures, ff. de administr. tut.* ubi illud vulgatum carmen adducit:

Segniùs expendiunt commissa negotia plures,
Quisque etenim culpam rejicit in socium.

Multitudo † en'm onerosa nihil habet honestum, 58
quoniam in paucis ex multis, quæ secundùm virtutem est, vita salvatur, *auth. de referend. sacr. Palat.* §. 1. *vers. Militarium, cap.* 2. & *ibi* gloss. *de rescrip. in* 6. & melius est, Domini Sacerdotium paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adferant, *c. tales, dist.* 23. *cap.* 1. *de præbend.* ibi: *Num curiosè prospiciendum est, ne honor, cui debent excellentiora committi sui numerositate vilescat.*

Præsertim † cum naturale etiam vitium sit, id 59
negligi, quod communiter possidetur, utque se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur, denique suum quoque partem corrumpi patiatur, dum invidet alienæ, ut eisdem verbis tradunt Imp. Theodos. & Valentinian. † *in l.* 2. *Cod. quando & quib. quarta pars debeatur.* Quibus alia simi- 60
lia habet Aristot. *lib.* 2. *Polit. cap.* 1. communionis regulam † introductam à Socrate in sua Re- 61
publica reprehendens, & eamdem adversus Anabaptistas, Waldenses, & alios hæreticos communionis rerum patronos, rectè usurpari posse, bene observat Gothofred. *in notis ad dict. l.* 2. & Alban. Spinalat. *in Politismo lib.* 1. *cap.* 12.

Neque ita tenendo, quidquam obstabunt argumenta suprà in favorem contrariæ partis considerata: Nam † ad primum responderi potest, fa- 62
tendo, omnibus quidem christianis hominibus, & præcipuè Principibus, licitum esse, infidelium nationum conversionem curare; id tamen limitari, nisi à Summis Pontificibus, propter ipsummet bonum conversionis earumdem nationum, prohibiti fuerint, ad quos proprie ex officio spectat ejus modi missionum distributio, & ea omnia (ut diximus) bene disponere, quæ ad hunc finem magis expedire censuerint, ac per consequens prohibere, ut quando alteri Principi ea cura prius commissa est, reliqui ab eadem arceantur, ne mutuo se impediant, & alia damna, & inconvenientia sequantur, de quibus *suprà* loquuti sumus: & præsertim ubi pravi, & corrupti hæreticalis seminis timor intervenire posset, quod quantum fugi, & vitari debeat *suprà ex num.* 16. probavimus.

Ad secundum autem, & tertium pari fermè ratione respondeo, † libertatem quidem in com- 63
mercijs, & maris navigationibus ex naturali, & communi omnium gentium jure originem ducere. Id verò locum habere, antequam ab alio Principe ex justis, & legitimis causis hæc jura prævenita, vel ab Apostolica Sede concessa non fuerint. Tunc enim ea, quæ † generalem Ecclesiæ, & In- 64
dorum favorem respiciunt, iis quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponimus, ut in simili di-

dicitur *in auth. res quæ, C. com. de legat. & in l. unica, §. penult. C. de caduc. toll.* junctis aliis, quæ latè observat Jas. *in l. Barbarius num.* 32. *ff. de offic. Prætor. & in l. cætera, §. sed & si quis, num.* 2. *ff. de legat.* 1. Dec. *in l. id quod nostrum, num.* 3. *de reg. jur.* Joan. Corras. *de juris arte,* 1. *part. cap.* 23. & Andr. Gail. *lib.* 2. *pract. observat.* 56. *num.* 3. *& seqq.*

65 Et præceptum † divinum, animarum conversionem curandi, illud aliud vincit, & superat, quòd à jure gentium inductum maris navigationem, omnibus liberam facit, & commercia extranearum gentium cum Indis, & quibuslibet nationibus admittit. Quod nemo mirari debet, cum frequentissimum sit ut vel ipsa cardinalia, sive primordialia juris naturalis præcepta aut cedant, aut cessent & obliquentur, quoties cum aliis ex accidenti colliduntur, in quibus major & urgentior communis boni ratio, necessitas vel utilitas reperiretur, ut pluribus exemplis ostendunt DD. *in §. sed naturalia inst. de jur. nat. princ. inst. de usucap. l. ea, ff. de cap. minut. l. Stichum* 95. §. *naturalis, ff. de solut.* & Pet. Gregor. omnino videndus *Syntag. jur. part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 1. *numer.* 7. & 8. & eruditissimus Dom. D. Ant. Pichar. Vinuersa ex primario Salmanticensis scholæ Juris Civilis antecessore, nunc meritissimus Pinciani Prætorii Senator *in repet. ad l.* 3. *C. de mutilegul. lib.* 11. *num.* 69. *& seqq.*

66 Et ita † in simili casu videmus, quòd licèt aves, & alia fera animantia jure gentium omnium communia esse dicantur, & primò capientibus quæri *l.* 1. *ff. de acquir. rer. dom.* si tamen quis jus venandi, vel piscandi in certo loco sibi concessum vel præscriptum habuerit, & alius ibi piscari, vel venari voluerit, cum prohibere potest, & his, quæ cepit, privare, quia non efficiuntur sua, sed illius, cui jus venandi competebat, *l. Divus, & ibi* Bart. *ff. de servit. rustic. l.* 2. *ff. de acquir. rer. dom.* §. *fere, instit. de rer. divis.* & Cepolà *in tract. de servit. cap. de aucupatione,* quem vide.

67 Et licèt † mercatores extranei, qui in aliquo loco diu morati sunt, ab eo sine causa expelli non possint, quia mundus communis omnium patria esse videtur: ante tamen quam ad dictum locum accedant, justè, & liberè ejus ingressu arceri, & prohiberi possunt, ex sola domini voluntate, aut commoditate, ut post alios, quos refert, resolvit Stracha *de mercatura* 2. *part. num.* 33. *&* 34. Rebuff. *ad leg. Gallic.* 2. *tom. tit. de mercatur. art. ult. glos. unic. num.* 28. & Matienz. *in l.* 1. *glos.* 1. *num.* 5. *tit.* 12. *lib.* 5. *Recop.*

Parumque considerabile est, ac veluti se per 68
accidens habet, quòd † Indi aliquo majori lucro in emptione externarum mercium, & venditione suarum fraudentur. Nam forsitan omnibus gentibus ad commercium admissis, ab eisdem expilarentur, & ut concedamus minorem quæstum ex sola nostrorum negotiatione facturos, eo contenti esse debent, ob alia ingentia commoda, quæ prætextu nostræ detectionis, & communicationis, tot sumptibus, & laboribus reseratæ, habere cœperunt. Et ne hæreses, aut aliæ perversæ sectæ inter eos seminentur, vel arma, & aliæ damnosæ, & prohibitæ merces per extraneos ad illos asportentur.

Cujus † incommodi, & aliorum similium vi- 69
tandi causa, sæpissimè solet, & potest commercium cum Barbaris, & infidelibus prohiberi, *l. unic. C. de litor. l.* 1. *& l.* 2. *C. quæ res export. non possint. l.* 2. *C. de commer. & mercat. cap. ita quorundam, cap. quod olim, cap. significavit, cap. ad liberandum, de jud. extravag. ita quorundam, & extravag. multa cod. tit. & Bulla in cœna Domini*, §. 22. cum aliis latè traditis ab Alex. *cons.* 137. *per tot. vol.* 7. Boër. *decis.* 177. *&* 178. Getar. *sing.* 59. Marq. *de jud.* 1. *part. cap.* 5. *ex num.* 1. Navar. *in Manual. cap.* 27. *per tot.* præcipuè *num.* 63. Strac. *de merc. part.* 4. *num.* 10. *cum. seqq.* Borrel. *de prest. Reg. Cath. cap.* 9. *ex num.* 46. & Cabed. *dec.* 165. *num.* 2. 1. *part. & decis.* 47. *num.* 1. *part.* 1. Et conducit † text. *in* 70
l. ult. ff. de offic. proc. Cæs. ubi quis prohiberi potest, ne accedat ad locum, in quo timeri potest quod tumultuosus, vel injuriosus existet. Quod notat etiam Bart. & alii DD. per text. ibi *in l. aquisimum* 3. alias incipit *si usufructus* 13. *& si inter duos, ff. de usufruct.* & sequitur Specul. *in tit. de libell. concept.* §. *nunc dicendum, numer.* 14. Paul. Castr. *cons.* 3. *num.* 2. *lib.* 2. Curt. sen. *cons.* 60. Felin. *in rub. de treuga & pace, limit.* 4. Guid. Pap. & ejus Additio. *decis.* 578. Ant. Capic. *decis.* 13. *per tot. & decis.* 96. *n.* 10. & Card. Tusch. *pract. concl. jur. lit. S. concl.* 215. *num.* 3. Quæ prohibitio similiter in mari & navigationis usu ex eisdem causis concedi potest, & præscriptione acquiri, ut contra eos, qui hoc negant, & novum atque insolens esse dicunt, latiori sermone *lib. seq.* probabimus.

Ex quibus † descendit justè potuisse Alex. VI. 71
in prædicta Bulla sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ipso facto incurrenda, præcipere, ut nulla persona, cujuscumque dignitatis, etiam Imperialis, & Regalis status, gradus, & conditionis, pro mercibus habendis, vel quavis alia de causa, ad Indiarum Occidentalium terras, jurisdictioni Regum Hispaniæ, subjectas, & subjiciendas & inventas, & inveniendas, absque speciali eorumdem Regum licentia accedere posset. Etenim cum hujus censuræ districtio, non ex sola voluntate Pontificis imposita fuerit, sed exigente legitima causa conversionis Indorum & conservationis juris nostris Regibus per Ecclesiæ donationem quæsiti, jure optimo adversus contumaces, & inobedientes irrogari potuit, † juxta ea, 72
quæ de requisitione causæ, & peccati ad censuræ validitatem, tradit text. *in cap. nemo, cap. nullus* 11. *quæst.* 1. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 3. *de reform.* Navarr. *cons.* 20. *de sent. excomm. num.* 2. Covarr. *in cap. Alma mater,* 1. *part.* §. 9. *eod. tit. lib.* 6. Doct. Frechilla *in tr. de excom.* 2. *part. art.* 3. & plures alii relati à Sayro *in eodem tr. lib.* 1. *cap.* 9.

Et in terminis dictæ Bullæ Alex. VI. observat Veracruz *in compendio*. Rebell. *de oblig. just. lib.* 18. *quæst.* 24. *sect.* 1. Ægid. Bened. *in dict. l. ex hoc jure, cap.* 3. *num.* 18. & Fr. Emmanuel Roder. *in quæst. regular. tom.* 2. *quæst.* 99. *art.* 7. Qui † tamen ad hoc, quod hæc excommunicatio 73
liget, ejus authenticam promulgationem secundùm formam juris exposcit, & quòd non possit invincibilitèr ignorari, arg. text. *in cap. fin. de fide instrum. cap. si verò, el* 2. *de constit. lib.* 6. *cap.*

in

in istis, 4. *dist.* & eorum quæ congerit Sotus *libr.* 1. *de just. & jure quæst.* 2. *art.* 4. Dueñas *regul.* 125. Covarr. *in cap. Alma mater*, 1. *part.* §. 10. *n.* 7. Navarr. *in Man. c.* 27. *n.* 2. 54. & 55.

74 Quod † quidem in nostro casu ad effugiendum prædictæ censuræ rigorem objici non valebit, cùm ejus series, ac tenor satis toti Orbi innotuerit: ut benè observat Freir. *dict. cap.* 8. *numer.* 21. & *seq.* teste enim Casiodor. *lib.* 11. *var. epist.* 7. *Penè quidem terrarum oculis offertur, quod in Romana civitate peragitur.* Et quo magis innotescat, quotidie Reges nostri potentissimi curent, hanc Alexandri concessionem, & censuram aliis

75 Regibus & nationibus intimari, & † innumeris schedulis, sub gravissimis pœnis, & interminationibus caveant, ne cujuslibet sexus, ætatis, aut conditionis personæ, non solùm alienigenæ, verùm neque in Hispania ortæ, ad has provincias absque expressa, & speciali licentia transire audeant.

76 Quamvis † quod ad Hispanos attinet, probabilius mihi videatur, eos in prædictam censuram nequaquam incidere, etiam si absque licentia transierint, cum aliis pœnis puniri possint: & licèt Bullæ verba generalia sint, paulatim tamen hac in parte ejus vigor remissus fuerit, imo & totaliter abrogatus, Hispanis omnibus communiter reputantibus, se ejusmodi excommunicatione non irretiri, & nostris Regibus, & eorum ministris illius executionem non procurantibus. Quod †

77 sufficiens esse ad vitandum legum rigorem, quæ continent pœnas censurarum ipso facto incurrendas, apertè docet Abb. Panormit. *in cap.* 1. *de tregua & pace.* Sylvest. *in sum. verb. Consuetudo, quæst.* 6. & alii, quos refert, & sequitur. Avila *de censuris* 1. *part. dub.* 8. *pag.* 11. & Card. Tusch. *pract. concl. jur. lit. T. verb. Tolerantia, conclus.* 324.

78 Quarum † schedularum plurimæ reperiuntur *in tom.* 1. *impres. ex pag.* 396. & 440. & novissimè expedita est alia data Matriti 20. Julii anni 1624. qua strictè jubetur, ut omnes, qui sine licentia transierint, inquirantur, & ad galeas, sive triremes, absque aliqua dispensatione aut remissione mandentur. † Quibus conveniunt *l.* 12.

79 *tit.* 10. *lib.* 5. & *l.* 5. *tit.* 18. *lib.* 6. *Recop.* quæ disertè prohibent, ne ullus allenigena in his Indiarum Regionibus per se, aut per interpositas personas negotiari, & commercia exercere valeat. De quarum legum, & schedularum ratione & praxi, plura alio loco trademus.

80 Et in † eisdem schedulis similiter disponitur, ut quælibet navigia, & merces extraneorum, qui ad hæc Indiarum maria, eorumque oras, & portus accesserint, apprehendantur, & fisci jus-

81 tibus applicentur, ipsis † transgressoribus aliàs Pyratarum pœnis puniendis, qui hostibus fidei, & Principis æquiparantur, & tamquam latrones, & publicorum commerciorum turbatores, ipso jure diffidati sunt, & impunè à quolibet deprædari, & occidi possunt. Et † ex ore Pontificum

82 quot annis in die Jovis Sancti excommunicari solent, ut constat *ex l.* 3. 4. *Labeo, ff. de incendio, ruin. naufr. authen. cassa & irrita, C. de sacros. Eccles. auth. navigia, C. de furtis, cap. excommunicationi de raptorib. cap.* 1. *de milite vassallo.* qui contumax est, cum aliis, quæ ibi congerunt Bald. & cæteri, Bart. Soc. *cons.* 162. *col.* 2. *vol.* 2. Jas. *cons.* 170. *col.* 2. *vol.* 2. Angel. *cons.* 290. Cepola *in auth. sed novo jure, C. de servis fugi.* Andr. Sic. *in cap. cum sit generale, num.* 240. *de foro comp.* Læl. Zanch. *de Milite sacro, & secul. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 6. *cum seqq.* Straccа *de mercatura, tit. de navibus, part.* 2. *num.* 16. Pet. Santer *de spons. mere. part.* 4. *num.* 52. *& seqq.* Camill. Borell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 75. *numer.* 29. cum multis seqq. Tiber. Dec. *in tr. crim. lib.* 9. *cap.* 29. *per totum.*

Quibus consequenter † potentissimus Rex 83 noster Philip. IV. quem Pia Numina sospitent, multos annos incolumem servent, simulatque defuncto patre Imperii habenas, inter alia plura, quæ pari simul pietate, ac prudentia ad Regnorum suorum quietem, augmentum, & ornamentum, adlectis in consilium præstantissimis, atque incorruptissimis viris, statuit, illud primum fuit, ut inducias cum rebellibus Belgii & Hollandiæ populis initas, quæ eo tempore finiebantur, nullatenus protraherentur: & si quæ illorum navigia in aliquibus Hispaniæ, aut Indiarum portubus hyemandi, vel negotiandi causa manerent, protinus ab illis excederent, & ubique tamquam hostes publici tractarentur. Ad † quod Regium 84 schedulam expediri jussit, dat. Matrit. 20. Martii anno 1621.

Cujus occasione † Batavi in antiqua perfidia 85 manentes, validissimam classem undecim præsidiarias & militares naves habentem, pararunt, 86 quam Jacobo Chermitio generali Duci commissam superato tamdem freto, noviter ultra Magallanicum reserato, quod *de Mayre, vel Divi Vincentii*, vocant, in has Peruani oras superiore anno 1624. incolumem deduxerunt, & nona die Maii, repentino quodam incursu portum *del Callao*, & hanc nobilissimam Regum Urbem alio nomine *Lima*, vocatum, ejusdem Regni Metropolim expugnare, & occupare tentarunt. Sed Deus, eorum conatus, irritos reddit, ita ut licèt per quatuor, aut quinque menses eumdem Portum obsederint, & in aliis *de Pisco, & Guayaquil*, pedem figere nisi fuerint, semper tamen victi, & multis armis, ac militibus amissis recesserint: ultra alios, quos diuturnæ navigationis tædium, & frustratæ spei dolor, & impatientia consumpsit.

Inter quos, unus fuit ipse Chermitius Architalassus: quem sui, in insula Callao proxima, sepulturæ mandarunt, & nostri postea repertum in cineres redegerunt. In quibus omnibus, † mirè 86 post Deum valuit, enituit singularis cura, prudentia, ac vigilantia Excellentissimi Domini D. Didaci Fernandez à Corduba Marchionis de Guadalcazar, meritissimi ejusdem Regni Proregis, numquam sine multis honoris, & laudis titulis nominandi.

Is enim advenientem hostem securus excepit, invadentem strenuè fugavit, obsidentem, & ex sua classe minantem, multis ad hoc inventis machinis fœlicitèr impetivit, cùm nobis navigia navali prælio commoda defuissent, & eunctantem, ac portui nostro diutius hærentem, pari cunctatione, ut alter Quintus Fabius, confregit, nullo ex nostris militibus in tot expeditionibus vel levissimo vulnere sauciato.

Quæ hic breviter adnotare necessarium duxi,

xi, eò quod nuper M. Gotthardus Arthusius 87 *tom.* 15. *Mercurii Gallo Belgici lib.* 1. † Hollandis forsitan blandiens, vel extraneis aliis nationibus imponere cupiens, Chermitium falso Limanæ urbis, & portus victorem enuntiat. Pro solito scilicet istorum Hæreticorum more, qui ut tetigi *sup. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 48. & *c.* 8. *n.* 41. & *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 49. cùm nullam Fidei, vel veritatis rationem habeant, quidquid sibi commodum, aut honorificum, vel Hispaniæ gloriæ invidum & damnosum esse posse arbitrantur non solùm scribunt, sed pingunt, & statim in vulgus spargunt.

Cujus rei expressius aliud ejusdem temporis testimonium adducere possum. Nam cùm universo planè Orb. notissimum sit, qualiter fide in Hollandi victricibus potentissimi nostri Regis, ar-

88 mis, † à Brasiliensi provincia ejecti fuerint, cujus præcipuam urbem, dictam *del Salvador y Bahia de Todos Sanctos*, occupaverant, & munierant, anno proximè elapso 1625. omnibus navibus, tormentis, armis, reliquisque rebus, quas secum tulerant & spoliis, quæ à nostris ceperant, penitus denudati, & vivendi, atque abeundi facultate humiliter petita, & vix, nec nisi per insignem insignis, & Excel. Domini D. Friderici de Toledo Osorio Generalis Ducis humanitatem & benignitatem indulta: veriti non sunt affirmare *in eodem Mercurio Gallo Belgico, dict. tom.* 15. *lib.* 3. *fol.* 196. *ann.* 1625. Hispanos nostros simulata amicitiæ fraude, ad eorum usque propugnacula penetrasse, ea autem ab Hollandis cognita, atque ab omnibus circumjacentibus propugnaculis & castellis, incessabilibus tormentorum displosionibus, vehementer imperitos, hinc inde fuga dilapsos, quatuor Hispanorum navibus submersis, cæteris admodum corruptis. Sed hoc † adeo 89 insigne mendacium provide detexit, & vera atque dilucida hujus expeditionis narratione typis excusa, manifestè convincit D. Thomas Tamajo de Vargas Historiographus Regius, & ob hunc, & eruditos alios ingenii sui fœtus doctis omnibus commendatus.

LIBER TERTIUS,

IN QUO TITULI, QUI AD RETENTIONEM pertinent, peculiari observatione discutiuntur, & illustrantur.

CAPUT PRIMUM.

De justitia retentionis Novi Orbis, & an verum sit, quòd Bodinus tradit Catholicos scilicet Hispaniæ Reges ob illius concessionem effectos fuisse sanctæ Romanæ Sedis vassallos, & feudatarios, & obiter nonnulla de feudis Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1 *Acquisitio Novi Orbis ei justa est, justior erit retentio.*
2 *Facilius aliquid retinetur, quàm de novo inducitur. Et num.* 7.
Fieri multa prohibentur, quæ facta tenent, Ibidem.
3 *Lex patre furioso, & aliæ similes illustrantur.*
4 *Alienem cui damus, multo magis exceptionem.*
5 *Jus quæsitum difficilius tollitur, quàm quærendum.*
6 *Retentionis, & conservationis causa favorabilis est.*
7 *Promptiora sunt jura in retinendo quàm acquirendo.*
8 *Facilius aliquid prorogatur, quàm de novo ceditur.*
9 *Continuatio, & conservatio alicujus rei est magis naturalis, quàm nova acquisitio.*
10 *Statutum quod prohibet acquisitionem, non prohibet acquisitorum retentionem.*
11 *Statutum loquens contra ingredientem possessionem, non habet locum contra retinentem, Et quare.*
12 *Dubia in cautis, vel opinionibus, post factum, quæ possessioni favet, sequenda est, Ibidem.*
13 *Alex VI. R. P. Regibus Castellæ, & eorum successoribus retentionem Novi Orbis donavit.*
14 *Regibus nostris Catholicis non solum cura conquestionis Indorum, sed pleno eorum dominatio ab Alexandro VI. concessa fuit.*
15 *Prædicationis Evangelicæ munus per se habet annexam curam, & protectionem Indarum, absque alia concessione Pontificis.*
16 *Romanus Pontifex benè potest concedere plenum jus ad terras infidelium.*
17 *Petr. Malferitus securè defendit Rom. Pont. posse pleno jure Christianis concedere terras infidelium.*
18 *Chiapensis Episcopus reprehenditur à Petro Malferito.*
19 *Marquardus de Susanis plenam dominationem Indiarum nostris Regibus tribuit.*
20 *Rutilius Benzonius, & alii referuntur, qui plenum dominium Novi Orbis agnoscunt.*
21 *Dominium plenum Indiarum virtute concessionis Alexand. VI. semper tibi Hispaniæ Reges tribui censuerunt.*
22 *Titulis à Primordio posterior formatur eventus.*
23 *Titulus præcedens talis præsumitur, qualem præsens posterius demonstrat.*
24 *Posterior subsequens est titulorum interpretativa, & declarat, quid venit in concessione.*
25 *Majoratus investitio dubia ex contractibus, & modo procedendi in ea, recipit interpretationem.*
26 *Contractuum decennalis est interpretativa legum, privilegiorum, ac scripturarum.*
Observantia interpretativa legum aut privilegiorum magnam vim habet, Ibid.
27 *Alex. VI. concessio, necessariò cum omnimoda jurisdictione, & dominatione intelligi debuit.*
28 *Ecclesiastica disciplina, & religio non potest secura esse inter Indos, sine seculari dominatione.*
29 *Status spiritualis non potest bene conservari sine temporali.*
30 *Monarchia quælibet constat ex dicto cultu sapientia Theologica, & potentia seculari.*
31 *Sermo idem ubi duas sententias exprimit ea sumitur, quæ rei gerendæ aptior est.*
32 *Lex quoties 67. ff. de reg. jur. explicatur, & illustratur.*
33 *Actus magis valeat, quàm pereat, interpretatio sumenda est.*
34 *Intellectus rei gerendæ aptior ille dicitur, qui magis con-*

in istis, 4. *dist.* & eorum quæ congerit Sotus *libr.* 1. *de just. & jure quæst.* 2. *art.* 4. Dueñas *regul.* 125. Covarr. *in cap. Alma mater*, 1. *part.* §. 10. *n.* 7. Navarr. *in Man. c.* 27. *n.* 2. 54. & 55.

74 Quod † quidem in nostro casu ad effugiendum prædictæ censuræ rigorem objici non valebit, cùm ejus series, ac tenor satis toti Orbi innotuerit: ut benè observat Freir. *dict. cap.* 8. *numer.* 21. & *seq.* teste enim Casiodor. *lib.* 11. *var. epist.* 7. *Penè quidem terrarum oculis offertur, quod in Romana civitate peragitur.* Et quo magis innotescat, quotidie Reges nostri potentissimi curent, hanc Alexandri concessionem, & censuram aliis

75 Regibus & nationibus intimari, & † innumeris schedulis, sub gravissimis pœnis, & interminationibus caveant, ne cujuslibet sexus, ætatis, aut conditionis personæ, non solùm alienigenæ, verùm neque in Hispania ortæ, ad has provincias absque expressa, & speciali licentia transire audeant.

76 Quamvis † quod ad Hispanos attinet, probabilius mihi videatur, eos in prædictam censuram nequaquam incidere, etiam si absque licentia transierint, cum aliis pœnis puniri possint: & licèt Bullæ verba generalia sint, paulatim tamen hac in parte ejus vigor remissus fuerit, imo & totaliter abrogatus, Hispanis omnibus communiter reputantibus, se ejusmodi excommunicatione non irretiri, & nostris Regibus, & eorum ministris illius executionem non procurantibus. Quod †

77 sufficiens esse ad vitandum legum rigorem, quæ continent pœnas censurarum ipso facto incurrendas, apertè docet Abb. Panormit. *in cap.* 1. *de tregua & pace.* Sylvest. *in sum. verb. Consuetudo, quæst.* 6. & alii, quos refert, & sequitur. Avila *de censuris* 1. *part. dub.* 8. *pag.* 11. & Card. Tusch. *pract. concl. jur. lit. T. verb. Tolerantia, conclus.* 324.

78 Quarum † schedularum plurimæ reperiuntur *in tom.* 1. *impres. ex pag.* 396. & 440. & novissimè expedita est alia data Matriti 20. Julii anni 1624. qua strictè jubetur, ut omnes, qui sine licentia transierint, inquirantur, & ad galeas, sive triremes, absque aliqua dispensatione aut remissione mandentur. † Quibus conveniunt *l.* 12.

79 *tit.* 10. *lib.* 5. & *l.* 5. *tit.* 18. *lib.* 6. *Recop.* quæ disertè prohibent, ne ullus allenigena in his Indiarum Regionibus per se, aut per interpositas personas negotiari, & commercia exercere valeat. De quarum legum, & schedularum ratione & praxi, plura alio loco trademus.

80 Et in † eisdem schedulis similiter disponitur, ut quælibet navigia, & merces extraneorum, qui ad hæc Indiarum maria, eorumque oras, & portus accesserint, apprehendantur, & fisci jus-

81 tibus applicentur, ipsis † transgressoribus aliàs Pyratarum pœnis puniendis, qui hostibus fidei, & Principis æquiparantur, & tamquam latrones, & publicorum commerciorum turbatores, ipso jure diffidati sunt, & impunè à quolibet deprædari, & occidi possunt. Et † ex ore Pontificum

82 quot annis in die Jovis Sancti excommunicari solent, ut constat *ex l.* 3. 4. *Labeo, ff. de incendio, ruin. naufr. authen. cassa & irrita, C. de sacros. Eccles. auth. navigia, C. de furtis, cap. excommunicationi de raptorib. cap.* 1. *de milite vassallo.* qui contumax est, cum aliis, quæ ibi congerunt Bald. & cæteri, Bart. Soc. *cons.* 162. *col.* 2. *vol.* 2. Jas. *cons.* 170. *col.* 2. *vol.* 2. Angel. *cons.* 290. Cepola *in auth. sed novo jure, C. de servis fugi.* Andr. Sic. *in cap. cum sit generale, num.* 240. *de foro comp.* Læl. Zanch. *de Milite sacro, & secul. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 6. *cum seqq.* Straccа *de mercatura, tit. de navibus, part.* 2. *num.* 16. Pet. Santer *de spons. mere. part.* 4. *num.* 52. *& seqq.* Camill. Borell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 75. *numer.* 29. cum multis seqq. Tiber. Dec. *in tr. crim. lib.* 9. *cap.* 29. *per totum.*

Quibus consequenter † potentissimus Rex 83 noster Philip. IV. quem Pia Numina sospitent, multos annos incolumem servent, simulatque defuncto patre Imperii habenas, inter alia plura, quæ pari simul pietate, ac prudentia ad Regnorum suorum quietem, augmentum, & ornamentum, adlectis in consilium præstantissimis, atque incorruptissimis viris, statuit, illud primum fuit, ut inducias cum rebellibus Belgii & Hollandiæ populis initas, quæ eo tempore finiebantur, nullatenus protraherentur: & si quæ illorum navigia in aliquibus Hispaniæ, aut Indiarum portubus hyemandi, vel negotiandi causa manerent, protinus ab illis excederent, & ubique tamquam hostes publici tractarentur. Ad † quod Regium 84 schedulam expediri jussit, dat. Matrit. 20. Martii anno 1621.

Cujus occasione † Batavi in antiqua perfidia 85 manentes, validissimam classem undecim præsidiarias & militares naves habentem, pararunt, 86 quam Jacobo Chermitio generali Duci commissam superato tamdem freto, noviter ultra Magallanicum reserato, quod *de Mayre, vel Divi Vincentii*, vocant, in has Peruani oras superiore anno 1624. incolumem deduxerunt, & nona die Maii, repentino quodam incursu portum *del Callao*, & hanc nobilissimam Regum Urbem alio nomine *Lima*, vocatum, ejusdem Regni Metropolim expugnare, & occupare tentarunt. Sed Deus, eorum conatus, irritos reddit, ita ut licèt per quatuor, aut quinque menses eumdem Portum obsederint, & in aliis *de Pisco, & Guayaquil*, pedem figere nisi fuerint, semper tamen victi, & multis armis, ac militibus amissis recesserint: ultra alios, quos diuturnæ navigationis tædium, & frustratæ spei dolor, & impatientia consumpsit.

Inter quos, unus fuit ipse Chermitius Architalassus: quem sui, in insula Callao proxima, sepulturæ mandarunt, & nostri postea repertum in cineres redegerunt. In quibus omnibus, † mirè 86 post Deum valuit, enituit singularis cura, prudentia, ac vigilantia Excellentissimi Domini D. Didaci Fernandez à Corduba Marchionis de Guadalcazar, meritissimi ejusdem Regni Proregis, numquam sine multis honoris, & laudis titulis nominandi.

Is enim advenientem hostem securus excepit, invadentem strenuè fugavit, obsidentem, & ex sua classe minantem, multis ad hoc inventis machinis fœlicitèr impetivit, cùm nobis navigia navali prælio commoda defuissent, & eunctantem, ac portui nostro diutius hærentem, pari cunctatione, ut alter Quintus Fabius, confregit, nullo ex nostris militibus in tot expeditionibus vel levissimo vulnere sauciato.

Quæ hic breviter adnotare necessarium duxi,

xi, eò quod nuper M. Gotthardus Arthusius 87 *tom.* 15. *Mercurii Gallo Belgici lib.* 1. † Hollandis forsitan blandiens, vel extraneis aliis nationibus imponere cupiens, Chermitium falso Limanæ urbis, & portus victorem enuntiat. Pro solito scilicet istorum Hæreticorum more, qui ut tetigi *sup. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 48. & *c.* 8. *n.* 41. & *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 49. cùm nullam Fidei, vel veritatis rationem habeant, quidquid sibi commodum, aut honorificum, vel Hispaniæ gloriæ invidum & damnosum esse posse arbitrantur non solùm scribunt, sed pingunt, & statim in vulgus spargunt.

Cujus rei expressius aliud ejusdem temporis testimonium adducere possum. Nam cùm universo planè Orb. notissimum sit, qualiter fide in Hollandi victricibus potentissimi nostri Regis, ar-

88 mis, † à Brasiliensi provincia ejecti fuerint, cujus præcipuam urbem, dictam *del Salvador y Bahia de Todos Sanctos*, occupaverant, & munierant, anno proximè elapso 1625. omnibus navibus, tormentis, armis, reliquisque rebus, quas secum tulerant & spoliis, quæ à nostris ceperant, penitus denudati, & vivendi, atque abeundi facultate humiliter petita, & vix, nec nisi per insignem insignis, & Excel. Domini D. Friderici de Toledo Osorio Generalis Ducis humanitatem & benignitatem indulta: veriti non sunt affirmare *in eodem Mercurio Gallo Belgico, dict. tom.* 15. *lib.* 3. *fol.* 196. *ann.* 1625. Hispanos nostros simulata amicitiæ fraude, ad eorum usque propugnacula penetrasse, ea autem ab Hollandis cognita, atque ab omnibus circumjacentibus propugnaculis & castellis, incessabilibus tormentorum displosionibus, vehementer imperitos, hinc inde fuga dilapsos, quatuor Hispanorum navibus submersis, cæteris admodum corruptis. Sed hoc † adeo 89 insigne mendacium provide detexit, & vera atque dilucida hujus expeditionis narratione typis excusa, manifestè convincit D. Thomas Tamajo de Vargas Historiographus Regius, & ob hunc, & eruditos alios ingenii sui fœtus doctis omnibus commendatus.

LIBER TERTIUS,

IN QUO TITULI, QUI AD RETENTIONEM pertinent, peculiari observatione discutiuntur, & illustrantur.

CAPUT PRIMUM.

De justitia retentionis Novi Orbis, & an verum sit, quòd Bodinus tradit Catholicos scilicet Hispaniæ Reges ob illius concessionem effectos fuisse sanctæ Romanæ Sedis vassallos, & feudatarios, & obiter nonnulla de feudis Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1 *Acquisitio Novi Orbis ei justa est, justior erit retentio.*
2 *Facilius aliquid retinetur, quàm de novo inducitur. Et num.* 7.
Fieri multa prohibentur, quæ facta tenent, Ibidem.
3 *Lex patre furioso, & aliæ similes illustrantur.*
4 *Alienem cui damus, multo magis exceptionem.*
5 *Jus quæsitum difficilius tollitur, quàm quærendum.*
6 *Retentionis, & conservationis causa favorabilis est.*
7 *Promptiora sunt jura in retinendo quàm acquirendo.*
8 *Facilius aliquid prorogatur, quàm de novo ceditur.*
9 *Continuatio, & conservatio alicujus rei est magis naturalis, quàm nova acquisitio.*
10 *Statutum quod prohibet acquisitionem, non prohibet acquisitorum retentionem.*
11 *Statutum loquens contra ingredientem possessionem, non habet locum contra retinentem, Et quare.*
12 *Dubia in cautis, vel opinionibus, post factum, quæ possessioni favet, sequenda est, Ibidem.*
13 *Alex VI. R. P. Regibus Castellæ, & eorum successoribus retentionem Novi Orbis donavit.*
14 *Regibus nostris Catholicis non solum cura conquestionis Indorum, sed pleno eorum dominatio ab Alexandro VI. concessa fuit.*
15 *Prædicationis Evangelicæ munus per se habet annexam curam, & protectionem Indarum, absque alia concessione Pontificis.*
16 *Romanus Pontifex benè potest concedere plenum jus ad terras infidelium.*
17 *Petr. Malferitus securè defendit Rom. Pont. posse pleno jure Christianis concedere terras infidelium.*
18 *Chiapensis Episcopus reprehenditur à Petro Malferito.*
19 *Marquardus de Susanis plenam dominationem Indiarum nostris Regibus tribuit.*
20 *Rutilius Benzonius, & alii referuntur, qui plenum dominium Novi Orbis agnoscunt.*
21 *Dominium plenum Indiarum virtute concessionis Alexand. VI. semper tibi Hispaniæ Reges tribui censuerunt.*
22 *Titulis à Primordio posterior formatur eventus.*
23 *Titulus præcedens talis præsumitur, qualem præsens posterius demonstrat.*
24 *Posterior subsequens est titulorum interpretativa, & declarat, quid venit in concessione.*
25 *Majoratus investitio dubia ex contractibus, & modo procedendi in ea, recipit interpretationem.*
26 *Contractuum decennalis est interpretativa legum, privilegiorum, ac scripturarum.*
Observantia interpretativa legum aut privilegiorum magnam vim habet, Ibid.
27 *Alex. VI. concessio, necessariò cum omnimoda jurisdictione, & dominatione intelligi debuit.*
28 *Ecclesiastica disciplina, & religio non potest secura esse inter Indos, sine seculari dominatione.*
29 *Status spiritualis non potest bene conservari sine temporali.*
30 *Monarchia quælibet constat ex dicto cultu sapientia Theologica, & potentia seculari.*
31 *Sermo idem ubi duas sententias exprimit ea sumitur, quæ rei gerendæ aptior est.*
32 *Lex quoties 67. ff. de reg. jur. explicatur, & illustratur.*
33 *Actus magis valeat, quàm pereat, interpretatio sumenda est.*
34 *Intellectus rei gerendæ aptior ille dicitur, qui magis con-*

conducit ad meliorem, & faciliorem executionem rei, de qua agitur.

35 *Concesso aliquo negotio, non solùm necessaria, & præcisa concedi videntur: sed & quæ ad illud commodius, vel facilius, exequendum conducunt.*

36 *Mandatum qui habet ad quæcumque necessaria, ad utilia etiam habere videtur.*

37 *Populi, qui se aliqui Principi superiori in clientelam, vel protectionem dant, liberi esse non desinunt: nisi aliter convenerint.*

38 *Protectio in Regibus significat, sive importat jurisdictionem.*

39 *Joan. Bodinus agnoscit plenum dominium Indiarum Occidentalium ab Alex. VI. Regibus Hispaniæ concessum.*

40 *Reges Hispaniæ quoad Indiarum Occid. Regna esse feudatarios Ecclesiæ, Bodinus, & Marta testantur: qui reprobantur.*

41 *Joan. Bodinus pluribus Regibus sine causa supremam dominationem negare solet.*

42 *Bullæ Alex. VI. verba nihil Sedi Apostolicæ in provinciis Novi Orbis nomine feudi, vel alio reservant.*

43 *Feudum non inducitur, ubi donationis, & concessionis principalis verba absoluta sunt, & illud non reservant.*

44 *Donatio in dubio potius præsumitur, quam feudum.*

45 *Hispanis scriptoribus falsò imponit Bodinus, quòd dixerint, Reges nostros ratione Indiarum esse feudatarios Ecclesiæ.*

46 *Regnum, vel provincia, quæ accessorie alteri unitur & incorporatur, eisdem juribus, & privilegiis gaudet, eisdemque legibus gubernatur.*

47 *Reges Hispaniæ numquam illum feudum Ecclesiæ, ratione Indiarum, persolverunt, neque Ecclesia illud exigit.*

48 *Lis inter Lusitaniæ, & Castellæ Reges orta super terminis Indiarum à Rom. Pont. ex eorum compromisso sedata fuit.*

49 *Prædicationis munus injungere, & provincias ad illud obeundum assignare, proprié ad Romanum Pontif. pertinet.*

50 *Reges Hispaniæ cur Sedis Apostolicæ benedictionem, aut concessionem ad Novum Orbem conquirendum expostulaverint.*

51 *Infidelium provinciæ à quovis Principe Christiano Etiam sine licentia Pontificis converti, & subjugari possè, multi tradunt.*

52 *Frustrà precibus impetrat quis, quod proprio jure habet.*

53 *Reges Hispaniæ non præjudicarunt juri suo, Pontificem adeundo.*

54 Cap. veniens de præscrip. & lex si mulier, §. fin. de eo quod met. caus. *cum similibus explicantur*, Et num. 61.

55 *Actum ti quis propria auctoritate possit expedire, & judicem adeat, an tibi præjudicet, & ad viam facti redire prohibeatur*, Et nun. 63.

56 *Jus proprium, & gratia, ac privilegium quando ad idem tendunt, bene possunt concurrere, & cumulari.*

57 Cap. post electionem de concess. præben. *explicatur.*

58 Lex forma, §. fin. de censib. *& aliæ similes explicantur.*

59 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

60 *Abundans cautela non solet nocere.*

61 *Titulos plures cumulare, ad jus suum magis ac magis confirmandum, nemo prohibetur.*

63 *Petitio sola gratiæ, aut privilegii non inducit proprii juris renuntiationem.*

65 *Pluribus remedii, defensionibus, aut actionibus quando quis uti possit.*

66 Lex nemo 43. de reg. jur. *& similiter explicantur.*

67 *Andreæ de Isernia de Siciliæ Regno loquentis doctrina dicitur.*

68 *Siciliæ in Regno quod jus hodie habeant Romani Pontifices*, secundum Iserniam.

69 *Regnum Siciliæ olim fuit de patrimonio Ecclesiæ, & postea variis Principibus in feudum dari cœpit.*

70 *Argumentum rumi non potest de juribus concessionis Regni Siciliæ, ad conclusionem Novi Orbis.*

71 *Siciliæ Reges nullum in temporalibus superiorem agnoscunt.*

72 *Feudum, quod persolvitur Ecclesiæ pro Regno Siciliæ, Neapolis, & Corsicæ, nihil officit eorumdem Regnorum Monarchiæ, & supremæ dominationi.*

73 *Papæ tubesse non minuit jus superioritatis, & ipse omnem, quam habet Ecclesia, transfert in Regna, quæ in feudum concedit.*

74 *Monarchiam Siculum in temporalibus, & spiritualibus qui asserant.*

75 *Reges Siciliæ ex concessione Pontificis spiritualium cognitionem, tamquam Legatos Sedis Apostolicæ se habere prætendunt.*

76 *Cardin. Baronius Monarchiam spiritualem Regum Siciliæ vehementer execratur.*

77 *Cardinalis Baronii scriptis contra Monarchiam Siculam plures satisfaciunt, & Regiis edictis intercipi justa sunt.*

78 *Excellentiss. Dominus ac Dominus Joannes de Mendoza & Luna Montium Clarorum Marchio laudatur.*

79 *Feuda omnia remissivè narrantur, quæ Hispaniæ Reges, & alii totius Orbis, Ecclesiæ persolvunt.*

80 *Hispaniæ Regnum ab antiquis Gothis Ecclesiæ Romanæ quoad dominium directum concessum fuisse, aliqui tradunt.*

81 *Ecclesia Romana, si quod olim jus habuit in Regna Hispaniæ, jam illud amisit, & quare.*

82 *Aragoniæ quidam Reges feudum olim Ecclesiæ pietatis ergò promiserunt, & qualiter illud subtatum fuerit.*

83 *Alphonsus Aragonum Rex cur de manu Pont. Roman. Regni coronam accipere noluerit.*

84 *Lusitaniæ Regnum Ecclesiæ feudatarium esse, plures affirmant, & quare.*

85 *Hispaniæ Reges dempta fidei causa, Pontificem in temporalibus superiorem non recognoscunt.*

86 *Reges Hispaniæ, & alii, qui liberi dicuntur minus dependent ab Ecclesia, quàm Imperator.*

87 *Imperatores coronantur à Rom. Pontifice. Et ei peculiare juramentum præstare tenentur.*

88 *Imperator, qui Ecclesiæ Romanæ non præstat auxilium, est perjurus, & schismaticus.*

89 *Reges Hispaniæ non tenentur, præstare speciale fidelitatis juramentum Romano Pontifici, licèt tempore coronationis jurent se Ecclesiam pro virili defensuros.*

90 *Reges Hispaniæ per legatos obedientiam piè prestare solent Pontificibus noviter creatis.*

91 *Reges Hispaniæ si (quod absit) hæretici fuerint, ex lege in Concilio Toletano lata, deponi jubentur.*

92 *Ferdinandus V. Hispaniæ Rex, cognomento* Catholicus, *Tribunal Inquisitionis instituit, & ei ipsos etiam Hispaniæ Reges, subjectos esse voluit.*

QUæ † superioribus libris de juribus, ac titulis, qui Novi Orbis inquisitionem, & acquisitionem justam, & legitimam reddere possunt, adeo lato sermone discussimus, præjudicio quodam ostendunt, longè justiorem, & tutiorem ejusdem retentionem, & possessionem judicari debere. Constat namque † facilius aliquid retineri, quàm de novo induci, & multa ab initio fieri prohiberi, quæ tamen facta tenere, ac tolerari solent, *l. patre furioso* 8. *ff. de iis qui sunt sui, l.* 1. §. *quamvis autem, ff. de postulat. l. favor. ff. de sponsalib. l. ult. de ritu nuptiar. l.* 1. *C. de usu, & habit. cap. ad Apostolicam de Regular. cap.* 2. *de verb. signif. cap. transfert, & cap. quemadmodum de jure juran. cap. si vir. distinct.* 23. *cap. nec illud* 30. *quæst.* 5. *cap. unic. in fi-* 1 2

ne de voto, lib. 6. ubi in hanc sententiam citatur illud Ovidii *libr.* 5. *de Tristib. eleg.* 7.

Turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes.

3 Ad † quorum adagiorum, sive brocardicorum confirmationem, & illustrationem plura alia adducit Jason omninò videndus *in dict. l. patre furioso ex num.* 8. *ad* 39. Alexand. *in l. 1 ape, column.* 13. *ff. de re judic.* Socin. Junior. *consil.* 1. *num.* 57. *lib.* 1. Parisius *cons.* 28. *num.* 11. *lib.* 1. Tiraquel. *de jur. const. limit.* 7. *num.* 43. Ludovi. Gomez *in cap.* 1. *num.* 88. *de judiciis, lib.* 6. Damas. *reg.* 99. & Chaud. Prætus *Græcon general. jur. lib.* 4. *tit.* 8. *cap.* 4 *pag.* 165. *& seq.* Rebuff. 3. *tom. ad leg. Gallic. tractat. de mater. possessor. art.* 2. *glos.* 2. *num.* 401. *& in præxi benef. verb. Nec non juris patron. num.* 27. novissimè Joann. Bapt. Valenz. *com.* 51. *ex num.* 31. Et nos tetigimus *supra lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 40. *&* 41. de parvulis infidelium tractantes, qui licèt invitis parentibus baptizandi non sint, baptizati tamen de facto, baptismus tenet, nec amplius illis tradendi sunt.

4 Quibus † simile est, quod ab Ulpiano pro regula constituitur *in l. invitus* 156. §. *cui damus, ff. de regul. jur. & in l.* 1. §. *is autem, ff. de superficieb.* cum scilicet, cui rem non habenti damus actionem, idem possidenti exceptionem, multò magis competere: circa quam plura congerunt Decius Mayneric. Cagnol. Ferrarius, Petr. Fabr. & Ræuard. ibidem.

5 Et ex † eodem principio descendit, ut facilius toleretur jus quæsitum, quam acquirendum, *l.* 2. §. *ex his, l. pluribus,* §. *ult. ff. de verbor. obligat. l. ut pomum,* §. 1. *ff. de servit.* Quemadmodum ex diverso facilius impeditur jus competiturum, quam extinguatur acquisitum, *l. Papinianus,* §. *si conditioni,* & ibi Gloss. *de inoff. testam.* 6 Est † enim retentionis, & conservationis causa favorabilior, quàm acquisitionis, *l. purè, ff. de doli except. l. militis codicillis,* §. *veteranus, ff. de milit. testam.* 7 † Et ideò facilius conceditur retentio, quam nova acquisitio, *l. si repetendi, C. de condict. ob caus. l. per retentionem, C. de usuris, l. Paulus, ff. de doli except.* notat Baldus *in l. licèt, num.* 2. *ff. de acquir. possess.* dicens, quod jura promptiora sunt in retinendo, quàm in acquirendo, Cephal. *cons.* 68. *num.* 20. *tom.* 1. *& cons.* 151. *num.* 7. *& cons.* 289. *num.* 5. *tom.* 2. Ruyn. *cons.* 66. *num.* 17. *lib.* 1. Craveta *cons.* 6. *num.* 98. Petr. Surdus *cons.* 551. *num.* 21. Rota Roman. sacri Palatii *decis.* 295. *num.* 2. *part.* 2. Menoch. *de retinen. possess. remed.* 3. *num.* 979. Georg. Acat. *lib.* 2. *de privileg. jur. civil. cap.* 5. *num.* 79.

8 Unde etiam simliter † faciliùs aliquid prorogatur, quam de novo conceditur, *cap. cum olim.* Abbas *de offic. delegati,* Craveta *de antiq. temp.* 5. *part. num.* 15. Rebuffus *in tract. de caus. possessor. benef. art.* 6. *glos.* 1. *n.* 15. Boer. *decis.* 283. *num.* 11. *& decis.* 294. *num.* 18. Cæsar. de Gras. *decis.* 46. *num.* 22. Qui etiam hujus rationem 9 subjungunt, † quòd continuatio est naturalis, non verò nova acquisitio, ut tradit Abb. *in cap. cùm venissent, num.* 7. *de restit. spol.* Ripa *in l.* 1. *num.* 36. *ff. de acquir. possess.* atque ita faciliùs aliquid continuatur, & conservatur in esse, quàm amissum, aut extinctam recuperetur, *dict. l.* 1. §. *causam, ff. de postul. l. usu retinetur, ff. quemadmodum servit. amitt. l. sicut,* §. *fin. ff. quod cujusque universit.* cum aliis traditis à Craveta *dict. cons.* 6. *&* 299. *num.* 12.

Et ideò † rectè docuisse videtur Abbas *in* 10 *cap. Judæi, num.* 2. *de Judæis,* quem refert, & sequitur Valenzuela *cons.* 4. *n.* 36. statutum, quod prohibet acquisitionem, non prohibere acquisitorum retentionem, & Alexander *cons.* 83. *incip. Visa facti narratione, num.* 4. *lib.* 2. Ubi ait, † 11 quod statutum loquens contra ingredientem possessionem, non habet locum in retinente ipsam antea sibi traditam; nam ingredi est, quando ab initio ingreditur, *l. etsi possidere in princ. l. si id quod,* §. 1. *ff. de acquir. possess.* & qui non apprehendit de novo, sed continuat possessionem, non dicitur eam ingredi, sed retinere, ut *in dict. l. si id quod, & in l.* 1. *C. commun. de legatis, & in cap. ex literis de desponsat. impuber. cap. Monachum* 2. *quæst.* 1. Gloss. *verb. Innovare, in Clement.* 2. *ut lit pendent.* Joan. Andr. *in rubr. eod. tit.* & Bertrand. *cons.* 253. incip. *Testes, num.* 1. *volum.* 2.

His addere † possumus, quod licèt verâ, & 12 vulgatis sit illa juris regula, qua docemur, in dubiis, quæ vel ex facto, vel ex jure proficiscuntur, tutiorem partem sequendam esse, *cap. illud de Cleric. excommunic. cap. ad audientiam, & capit. significasti, el* 2. *de homicid.* cum aliis. Hæc tamen ante factum intelligi debet, nimirum, ut non possit quis facere id, de quo est dubium an sit prohibitum? Sed debeat abstinere. Nam post factum quis in dubio spoliari, aut re possessa privari non debet, vel facere actum positivum, de cujus obligatione non constat. Quin potius tunc alia regula juris succedit, quod in dubio, & pari causa melior est conditio possidentis, *cap. in pari de regul. lib.* 6. Quæ procedit non solum in materia justitiæ, sed etiam aliarum virtutum, ut pluribus relatis resolvit Thom. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 41. *quæst.* 3. & Nicolaus Garcia *de beneficiis,* 7. *part. cap.* 2. *num.* 11. *& seqq.* ubi aliqua hujus doctrinæ exempla prosequitur, & Dom. Covarr. *in Clement. si furiosus in princ.* 1. *part. num.* 9. Salcedo *in præx, cap.* 14. *lit. C.* Avila *de censuris,* 7. *part. disp.* 3. *dub.* 9. & Salas *de legib. tract.* 8. *disp. unica, sect.* 20. *& seqq.* Et idem consuluit in modo practicandi duas opiniones contrarias Hostiensis, & Innocent. Ægid. Bellamera *in cap. ex conquestione. num.* 12. *de restitut. expoliat.* quem refert Pacianus *de probation. lib.* 1. *cap.* 69. *num.* 21.

Quæ omnia in retentione hujus novi Orbis, de qua sermonem habemus, longè planius, & securius procedunt: cum ipse Idem † Pontifex Alexander VI. qui illius conquisitionem Regibus Catholicis assignavit, ejusdem etiam retentionem, & possessionem ipsis, & eorum posteris in perpetuum concesserit, ut ex tota Bullæ serie manifestè colligitur, cujus verba *supra lib.* 2. *capit.* 24. retulimus, & præsertim ex illis: *Omnes insulas, & terras firmas inventas, & inveniendas, detectas, & detegendas, &c. Cum omnibus illarum dominiis, civitatibus, castris, locis, & villis, juribusque, & jurisdictionibus, ac pertinentiis universis, vobis, hæredibusque, & succes-* 13

scribus vestris (Castellæ, & Legionis Regibus) in perpetuum tenore præsentium donamus, concedimus, & assignamus: vosque, & hæredes, ac successores præfatos illarum Dominos cum plena, libera, & omnimoda potestate, auctoritate, & jurisdictione facimus, constituimus, & deputamus.

14 Quibus † verbis, eorum opinio aperte convincitur, qui *ut suprà dixi. lib. 2. cap. 23. ex numer. 5. ad 14.* animadvertimus, solam curam conversionis infidelium Regibus nostris concessam existimarunt, & nudam protectionem, administrationem, sive superintendentiam, quæ ad id
15 commodiùs exequendum conduceret. Hoc † namque ipsummet Apostolicum prædicandi munus suapte natura præsciert, quod secundum doctrinam Bellarmini, *lib. 1. de Rom. Pontif. cap. 23.* annexam habet quamdam amplissimam, atque à Deo ipso delegatam jurisdictionem. Imo, & omnem potestatem, & auctoritatem faciendi omnes spirituales functiones, & regendi, ac gubernandi animas in spiritualibus, cæterisque omnibus, quæ ad salutem earum pertineant, ut optimè tradit D. Thom. *in 1. ad Corinth. cap. 12.* & aliis relatis, Rutil. Benzon. *de anno Jubilæi, lib. 2. cap. 24. pag. 154.* Pontifex autem, ut prædicta verba declarant, ulteriùs progredi voluit, cùm non solùm prædicationis curam Regibus nostris injungerit, sed ut eos ad hanc provinciam suscipiendam, & exequendam magis promptos, idoneos, atque alacres redderet plenissimum dominium, & omnimodam in temporalibus utilitatem, potestatem, ac jurisdictionem enixis, & geminatis clausulis se illis, & eorum successoribus concede-
16 re voluisse profiteatur. Quod juxta † juris regulas, & sanctæ Romanæ Sedis usum, & consuetudinem rectè facere potuit, ut resolvunt Palac. Rub. Sepulveda, Franc. Vargas, Gregor. Lopez, Anastas. Cernon. Thom. Bucius, Doct. Marta, Rebellus, & alii, quos *in eod. cap. 23. ex n. 63.* citavimus, & iterum, *cap. 24. ex num. 19.*

17 Inter quos † Petr. Malferit. apud Mandellum *cons. 789. num. ultim. vol. 4.* postquàm toto illo consilio justitiam hujus conquisitionis pluribus argumentis ostendere, & ab impugnationibus Episcopi Chiapens. tueri curavit, & quòd mediante prædicta Alexandri VI. concessione magis securè procedat, ita concludit: *Ex quibus omnibus constat, Majestatem suam licitè non solùm quoad jus fori, sed quoad jus Poli, & non solùm quoad judicium Ecclesiæ, sed quoad judicium animæ, fecisse has terras suæ ditionis, & fore verum Regem istorum, pium, & justum, & non tyran-*
18 *num, & † dictum Episcopum falsò, & non absque scandalo dixisse, quæ dixit: & licitè, & justè eos, qui habuerunt ex Regum concessione bona, magistratus, & dominatus in præmium suorum laborum, possidere quæ possident.*

19 Cui adsentiens † Marquard. de Susanis *in tract. de Judæ. & Infidel. 1. part. cap. 14.* similiter resolvit. Quod virtute dictæ concessionis Alexand. VI. justè bella mota fuerunt Indis noviter repertis per gentes Hispanorum, ut nomen Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in terris, & insulis prædictis facilè induceretur quod non poterat prædicari, nisi priùs superatis gentibus illis, natura barbaris, quod rei exitus demonstravit: nam postquàm fuerunt debellatæ, nomen Christi, & ejus Evangelium receperunt, & ita jure justi belli legitimè possessæ sunt, & possidentur per Hispanos.

Hoc idem † non minus apertè post Sanderum, & Boterum, quos refert, scriptum reliquit Rutil. Benzon. *de anno Jubilæi, lib. 1. cap. 10. pagin. 53.* sic inquiens. Hanc Novi Orbis conversionem inprimis complexus est Alexander VI. qui, ut cognovit illius notitiam in dies excrescere, & Hispaniarum Reges eo animo esse, ut non minus temporale ipsorum Regnum, quam, imò præcipuè Regnum Dei amplificarent, hoc illis demandavit, eosque adstrinxit, ut maxima, qua possent, diligentia, in illorum populorum conversionem incumberent, quod ut fortiùs exequerentur, ipsis, quidquid acquirerent, omnia meliori modo concessit, &c.

Et revera, † hoc plenum Novi Orbis dominium, quod hodiè nostri Reges obtinent, & exercent, illis ab initio concessum fuisse, vel ex eo colligi potest, quòd semper ita Alexandri VI. donationem acceperint, & ejus virtute, atque auctoritate subnixi, has provincias per centum & triginta annorum discursum cum omnimoda potestate, & jurisdictione possederint. Nam † quemadmodum à primordio tituli posterior formatur eventus, *l. 1. circa fin. C. de impon. lucrat descrip.* cum aliis, quæ congerit Bartol. *consil. 243. fuit quidam, num. 2. lib. 1.* Alexand. *cons. 90. in fine, lib. 3.* Craveta *cons. 158. in fine,* Card. Tusch. *practic. conclus. jur. verb. Titulus, conclus. 314.* & tetigimus *supra lib. 2. cap. 24. num. 86.* ita † ex post facto talis præsumitur titulus, qualem præsens, & præterita possessio demonstrat *cap. cum dilectus de consuetud.* ubi egregiè notant Abbas, Anton. & Imola, *cap. cum venissent,* ubi DD. *de institutionibus, l. quædam mulier, ff. de rei vend. l. sicut, §. super vacuum, ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. lib. 4. titul. 33. part. 7.* Bald. *cons. 130. volum. 1. & in cap. 1. colum. 2. de Capitan. qui Curiam vendid.* Ubi dicit, † quòd possessio subsequens est titulorum interpretativa, idem Bald. *cons. 420. vol. 1. & cons. 352. lib. 3.* ubi tradit, quod possessio, vel usus declarat, quid venerit in concessione, quem sequitur alia congerens Paulus Castrens. *consil. 347. volum. 1.* Craveta *cons. 192.* Socin. *consil. 3. num. 5. vol. 1. & cons. 58. vol. 3.* Curt. *cons. 162. col. 3.* Aretin. *cons. 11. num. 6.* Alciat. *cons. 112. num. 11. lib. 4.* Bald. Jas. Decius, & cæteri communiter scribentes *in l. si certis annis, C. de pactis,* idem Dec. *cons. 156. in fine,* Laurent. Sylvan. *cons. 66. num. 20.* & alios allegans Bertazol. *in consil. civili 97. num. 23. vol. 1.* Paris. *cons. 140. num. 13. vol. 1. & cons. 3. n. 10. vol. 4.* Matth. de Afflictis *decis. Neapol. 2.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap. 34. num. 37.*

Et in materia † utili nostrorum majoratuum Hispaniæ ad interpretationem *l. 41. Tauri,* quod verba dubia scripturæ institutionis majoratus, illum in perpetuum inducant, si concurrat consuetudo saltem per decennium observata, ut in bonis in ea contentis jure primogenituræ succedatur, optimè resolvunt Roder. Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliat. 10. à n. 11.* Didac. Perez *in l. fin. tit. 13. lib. 3. ordin. verb. Cien-*

ños, vel Utrum jus primogenituræ, Mieres *de Majorat. 4. part. quæst. 20. à num. 56.* late Burgos de Paz *cons. 9. num. 3.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 6. num. 58. & 59.* alter Molina *de Majorat. disp. 596.* ubi ex prædictis, & aliis juribus, & auctoribus probant, consuetudinem esse interpretativam legum, privilegiorum, & scripturarum, quæ ex decennii lapsu interpretantur, atque declarantur.

26 Et quòd non requiratur, † quod sit præscripta, sed sufficiat spatio quantumcumque brevi illius usum invaluisse, Tiber. Decian. *cons. 44. per totum,* maximè *n. 6. vol. 2.* Surdus *cons. 335. num. 26. & 27. vol. 3.* Manoch. *cons. 163. n. 8. vol. 2.* Burg. de Paz *cons. 23. num. 5.* ubi addit, quòd talis observantia declarativa extenditur etiam ad casus non expressos, quamvis non respondeant proprietati verborum, sed aliquantulum naturali eorum significationi adversetur. Et etiam in odiosis, & ubi jus commune resistit, ut latè per Joseph. Ludovic. *de conjunct. concl. ampliation. 13. 36. 40. 154.* cum pluribus aliis. Et quamvis mala appareat, & constat ex Rota Romana apud Nicol. Garc. *de benefic. 5. part. cap. 1. num. 137. & seq.* & tradit alia Seraph. *decis. 454. num. 3.* Tiber. Decian. *cons. 31. à n. 151. vol. 1.* Mascard. *de probat. concl. 145.* Cardin. Tusch. *tom. 2. concl. 878.* & Nos *suprà lib. 2. cap. 24. num. 86. & seqq.*

27 Maximè, † cum in casu, de quo loquimur, hanc interpretationem, etsi verba ita clara non essent, necessitas rei, quæ gerenda erat, exterquere debuisset. Quis enim non videt, parum
28 securam esse posse † ecclesiasticam disciplinam, quam inter istas barbaras nationes seminare cogitabant, si eam secularis potentia, & domina-
29 tio non contineretur? Status † quippe spiritualis conservari non potest sine temporali, ut pluribus ostendit Frat. Joan. à Ponte *in convent. utr. Monarch. lib. 1. cap. 7. pag. 27. & 28.* & historiarum monumentis docemur, † quòd in qualibet Monarchia, ab initio seculi, tria se invicem per ordinem comitata sunt, divinus cultus, sapientia scholastica (id est Theologica) & secularis potentia, ut præclarè tradit D. Thom. *lib. 2. de regim. Princip. cap. 16.*

31 Unde succedit † alia regula juris, quæ habet, quoties idem sermo duas sententias exprimit, eam potissimùm accipi debere, quæ rei gerendæ aptior sit, *l. quoties 67. ff. de regul. jur.* Quo
32 † loci Dec. Mayner. Cagnol. Ferrar. Petr. Fabr. & Rævard. sic Julianum exponunt, quasi docere voluerit, verba dubia juxta subjectam materiam
33 explicanda esse. Vel † ut magis actus valeat, quàm pereat: resque, de qua agitur, in tuto sit, *l. quoties, & l. ubi est verborum in fine, ff. de rebus dubiis, l. quoties in stipulationib. ff. de verb. obligat. l. non puto, ff. fam. erciscundæ, l. si uno, ff. locati, l. insulam, de præscript. verb.* cum aliis, quæ adducit Stepha de Federicis *in tract. de interpret. leg. part. 3.* & Simon de Pratis *de interpret. ultim. volunt. lib. 2. fol. 176. solut. 2. numer. 17.* Ego verò sic eam exponi posse arbitror,
34 † ut intellectus rei gerendæ aptior à Jurisconsult. ille dicatur, qui rei, de qua agitur, magis respondet, & ad eam magis promovendam, commodiusque exequendam dirigitur.

Nam † cum aliquid alicui conceditur, non 35
solùm quod ad illud expediendum, necessarium est, concessum videtur, *l. 2. cum vulgatis, ff. de jurisdict. omn. judic.* Sed & quod majorem ejusdem negotii commoditatem, & facilitatem respicit, ex text. eleganti *in cap. præterea 5. de offic. delegati, l. pen. ff. de usufruct. l. 1. §. si ei quem, vers. fin. ff. de institor. l. 1. §. fin. ff. de usufruct. legato, l. veteres in princ. ff. de itinere actuque privat. cap. fin. de dolo, & contumac.* per quem notat ibi Baldus, † quòd qui habet mandatum ad 36
quæcumque necessaria videtur etiam habere ad ea, quæ utilia sunt, Franc. de Aretio *in cons. de testibus vol. 3 de testib.* Ubi tenet, † quod in dis- 37
positione hominis uno concesso, veniunt non solùm ea, sine quibus actus explicari non posset, sed etiam ea, cum quibus facilius, & commodiùs expeditur, quem laudat, & sequitur Jason. *in d. l. 2. de jurisd. omn. jud. num. 11. vers. Item regulam,* ubi reprobat opinionem Geminiani, aliter sentientis contra Dom. de Rota, *decis. 379.*

Quibus addere possumus, † quòd licèt regu- 38
lariter populi, qui se alicujus superioris potestati, & protectioni jure fœderis, vel clientelæ pro pacis mediis, vel alia ratione, committunt, liberi esse non desinant, nec sibi aliquam subjectionem imponant, ut tradunt communiter Bartol. & DD. per text. ibi, *in l. non dubito, 7. §. liber. autem, ff. de cap. & postlimin. revers.* Felin. *in cap. cum non liceat, n. 9. & seq. de præscrip.* Joan. de Platea *in l. 2. C. de excusat.* Joan. Cephal. *cons. 328.* Modestin. Pistor. *cons. 43. n. 30. decis.* Cameræ Imper. *1. tom. p. 2. vot. 27. n. 10. fol. 159.* Joan. Bodin. *in tract. de Repub. lib. 5. cap. 6.* Renat. Choppin. *de domanio France. lib. 3. tit. 18. n. 7.* Pet. Gregor. *lib. 20. Syntag. cap. 5.* & plurimi alii relati ab Henric. Rosenthal. *in epitom. feud. part. 1. cap. 4. conclus. 14. fol. 124.* Ubi tamen verba concessionis, vel conventionis ulterius progrediuntur, sæpè solet ex illis superioritatis, & dominationis jus induci, & acquiri, ut iidemmet Auctores observant, & Everard. *cons. 3. n. 9.* Gode. *cons. 32. n. 3.* & Fulvius Pacianus *de probat. lib. 2. cap. 43. n. 16.* Præsertim † quando Regibus talis clientela conceditur, 39
in quibus protectio significat jurisdictionem, *c. ad audientiam de appellation.* ubi DD. & alii, quos refert, & sequitur Guido Papæ *decis. 151. num. 9. vers. Venio ad sextum,* August. Veroi. *cons. 61. n. 119. vol. 1.* & Didac. Perez *in l. 3. tit. 3. lib. 1. ordinam. vol. 2.*

Et hanc † plenam Novi Orbis donationem 40
Alexandrum VI. Regibus Hispaniæ fecisse, ultrà suprà dictos auctores apertè etiam fatetur Joan. Bodin. *lib. 1. de Repub. cap. 9.* cujus verba refert Mag. Marquez *in Gubernat. Christ. lib. 1. c. 27. pag. 163.* Addit verò † Bodinus, ejusdem con- 41
cessionis virtute potentissimos Reges nostros effectos fuisse Romanæ Sedis vassallos, & feudatarios ligios, quoad insulas maris Oceani, Regnum Peruanum, & reliqua, quæ in utraque India ex Pontificum concessione adquisierunt, & in posterum acquisierint, quoniam hoc, inquit, inter ipsos pactum fuit, ut vel ipsi Hispani scriptores affirmant. Quod etiam admittere videtur Matta *de jurisdict. 1. part. cap. 26. num. 55.* Sed fal-

falsum utique est, & nullo jure, ratione, vel auctoritate probatur, sed sola Bodini calumnia,
42† qui frequenter pluribus Regibus sine causa supremam dominationem adimere solet, ut benè advertit Dom. Gregor. Lopez Madera *in Monarch. Hispan. cap.* 21. *fol.* 121.

43 In primis namque † Bullæ Pontificiæ verba (ut ex illorum serie manifestè constabit) nullam prorsus hujusmodi feudi mentionem directè, aut indirectè fecerunt, neque aliquid Sedi Apostolicæ in his Novi Orbis provinciis ullo pacto reservarunt; sed totum jus, dominium, & jurisdictionem earum plenè, & liberè cum solo onere prædicationis & conversionis Indorum Regibus Catholicis concesserunt.

Unde succedit communis omnium Doctorum
44 opinio, quæ † habet, quòd quando Princeps, vel Imperator nihil sibi reservat, sed utitur verbo, *Donamus, Largimur, concedimus, cons.* 149. & aliis similibus non inducitur feudum, neque aliqua feudi reservatio, sed pura & absoluta donatio, ut egregiè probat, & prosequitur Oldrad. *cons.* 159. Angel. *cons.* 242. incip. *Super puncto, in fine*, Decius *cons.* 32. & 498. *col.* 2. *num.* 11. Mandell. Aloan. multùm in nostris terminis loquens, *cons.* 64. *n.* 29. *& seqq. lib. & num.* 64. *lib.* 1. idem Mandell. *cons.* 62. *num.* 18. *eodem*
45 *l.* 1. ubi rectè concludit, † in dubio potiùs præsumi, & induci donationem, quam feudum: quod etiam sequitur, & communiter receptum esse testatur Socin. Jun. *cons.* 102. incip. *Non sum, num.* 9. *& seqq. vol.* 2. Decius *cons.* 85. *col.* 3. *& cons.* 193. *col.* 1. *& cons.* 208. *col.* 2. *& cons.* 269. *col.* 2. & plures alii relati per Julium Clar. & ejus addition. Bojardum *in §. feudum, q.* 17. & Henricum Rozenthalium *de feudis, 1. part. cap.* 6. *conclus.* 26. *n.* 2. *& seqq.* ubi innumeros citat. *lit. B. & C.* & hoc pugnà carere inquit.

Et magis in terminis, quòd Papa dum Regnum confert, dat omnem potestatis plenitudinem, & aliquem investiens omnia Regalia libere concedere videtur, pluribus, post alios, probat Barthol. Cæpola *de servit. urb. prad. cap. de portu, colum.* 1. & Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. c.* 48. *n.* 12. *& 16. pag.* 152.

46 Secundò, † quia pariter falsum est, quod idem Bodinus nostris Scriptoribus, rerumque Indicarum Historicis imponit: nam illi potiùs docent, quod quemadmodum quoad Castellæ, & Legionis Regna, Reges nostri nullum superiorem in temporalibus recognoscunt, ut latè probavimus *suprà lib.* 2. *cap.* 21. *ex num.* 70. ita & in provinciis Novi Orbis, quæ illis adjectæ sunt, eamdem omnino exemptionem conservant, ut expressè præter alios advertit Domin. Sot. *de just. & jure, lib.* 4. *quæst.* 4. *art.* 2. & Camill. Borrell. *de præstan. Reg. Cath. cap.* 46. *ex num.* 217. *& cap.* 47. *ex num.* 6. 7. *&* 14.

47 Vulgaris quippe doctrina est, † provincias de novo quæsitas, & alicui regno accessoriè unitas, & auctas, atque (ut ita loquar) incorporatas, unum & idem Regnum censeri, eisdemque legibus, juribus, & privilegiis gubernari, & gaudere debere, ut pluribus ostenditur Bartol. Bald. Castrens. & alii per text. ibi *in l. si convenerit, la* 2. *§. si nuda, ff. de pignorat. act.* idem Bald. *in l. cunctos populos, n.* 1. *ad medium, C. de summa Trinit.* idem Bartol. *in l. damni, §. sui, qui ædes, ff. de damno infecto, & in tract. Tiberiadis, Rub. de insula, col.* 2. Joan. de Platea *in l. neminem, C. de Decurion. in fine*, Angel. *in l. de quibus, col. penult. ff. de legibus*, Barbacia *in cap. Rodulphus, num.* 7. *de rescriptis*, Guido Papæ *cons.* 134. *& decis.* 265. ubi ejus addition. Jason. *in §. in personam, num.* 10. *cum seqq. inst. de action.* Gregor. Lopez per text. ibi, *in l.* 4. *titul.* 12. *& in leg.* 27. *tit.* 7. *part.* 1. *& in lib.* 7. *tit.* 26 *part.* 3. *glos.* 3. & plures alii, quos refert & sequitur Matthæ. de Afflict. *in tit. quæ sint Regalia, verb. Portus, num.* 15. *in usib. feud.* Aviles omninò videndus *in c. Prætorum in proœmio verb. Litas, ex num.* 1. *ad* 14. *& in cap.* 6. *verb. Y su tierra, n.* 5. Mieres *de major. at.* 2. *p. quæst.* 5. *à num.* 11. Hieron. Gonzalez *in Reg.* 8. *Cancellar. glos.* 5. §. 7. *à n.* 119. Franc. de Clapperiis *decisionum cons. fiscal. cons.* 1. *quæst. unic. num.* 14. *& seqq.* Lanar. *cons.* 76. *num.* 13. Vincent. de Franchis *decis. Neapol.* 506. *num.* 11. & in terminis de provinciis Novi Orbis agens Lasarte *de decim. empt. & vend. in præfat. n.* 20. *in addition.* & novissimè Joan. Bapt. Valenzuela *cons.* 82. *num.* 70. *& cons.* 79. *n.* 39. Quod secus est, quando æquè principaliter uniuntur, nam unumquodque retinet, & conservat jura & privilegia sua, ut tradunt iidem Auctores suprà relati, & ultra eos de Regno Aragoniæ loquens Sesse *decis.* 113. *num.* 10. *part.* 2. *de Neapolitano, & Siculo* Gizmrel *decis. Neapol.* 43. *num.* 23. 29. & Franc. Milanen. *decis.* 2. Borrel. *in compend. decis. tom.* 1. *tit.* 43. *num.* 158. *de Regno Valentiæ*, Leo. *decis.* 2. *num.* 34. 1. *part. Portugalliæ*, Aguirre *in Apologia, 4. part. à num.* 55. Gabr. Percira *decis. Lusit.* 2. *à num.* 2. & Did. à Brito *in causa major. Reg. Corona, q.* 1. *num.* 13. *&* 20. & de Mediolani Ducatu Lancellot. Gall. *ad consuet. Alexan. in præfat. num.* 94.

Denique † contra Bodinum facit, quia nullibi 48
legitur, quòd Reges nostri ob prædictam Alexandri VI. concessionem se in temporalibus Ecclesiæ jurisdictioni quoad istas provincias subjecerint, vel quòd ullo tempore Romani Pontifices hoc jure, & potestate in illis usi fuerint, imò neque uti voluerint. Nam quod Bodinus, & Marta considerant, de lite inter Lusitaniæ, & Castellæ Reges orta, & ab Alexandro VI. terminorum divisione, & lineæ deductione composita, de qua pluta diximus *supr. lib.* 1. *cap.* 6. *ex num.* 69. *& lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 18. ex communi ipsorum Regum consensu, ad vitandas, & sedandas discordias processit, ut egregiè tradit Thom. Bocius, *de sign. Eccles. Dei, lib.* 17. *cap.* 4. *vers. Joannis Primò*, & novissimè Seraph. Freit. *de justo Imp. Asiat. cap.* 7. *num.* 5. Et quia cum 49
eo † tempore de prædicationis, & conversionis munere præcipuè tractaretur, ejus descriptio, & assignatio cum primis ad Sedem Apostolicam pertinebat, ut benè observat Pat. Franc. Suarez *in tract. de Fide, disp.* 18. *sect.* 1. *num.* 7. & Nos *suprà lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 18. resolvimus.

Quod etiam, † & eximia pietas, & Religio, 50
quæ nostri Catholici Reges Romanam Ecclesiam semper prosequuti, & venerati sunt, eosdem induxit ad Pontificis concessionem, benedictionem,

nem, aut beneplacitum expostulandum, ut meliùs, & fœliciùs detectionem, & conquisitionem Novi Orbis, quam præ manibus habebant exe-
51 querentur. Quamvis † non deficiant plures doctissimi viri, qui & nunc censent, & ea tempestate censuerunt, Christianos Principes etiam absque aliqua Pontificis licentia, & concessione, quorumlibet Infidelium provincias converrere, & sibi subjicere posse, ut tetigi, *sup. lib.* 2. *capit.* 13. *num.* 6. & alibi passim, & constat ex traditis à Petro Malferito, *d. cons.* 769. *apud Mandellum, vol.* 2. Marquard. *dict. tract. de Jud. & Infidel.* 1. *part. cap.* 14. Fr. Anton. à Corduva *in quæstionario, lib.* 1. *quæst.* 57. *dub.* 5. Anton. de Herrera, qui rem, uti gesta fuit, ex historiæ monumentis recenset *in histor. gener. Ind. Occid. decad.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. & post hæc scripta probat, & sequitur Ægid. Benedict. *in l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, cap.* 3. *num.* 21.

Quod non ea mente dictum quispiam existimet, ut Pontificiæ concessionis vigorem, & efectum aliquatenus infringere velim, de cujus suprema, hac in parte potestate, & auctoritate, ita lato sermone in superioribus egi. Sed ut planiùs appareat, si prædictorum Auctorum sententiam admittimus, nullam fuisse causam prædicti feudi
52 inducendi, & recognoscendi, cum Pontifex † nihil de suo concesserit, & Reges nostri id quod postulabant, jure proprio consequi possent, *argum. l. Titia Seio in princip. de legat.* 2. *l.* 1. *C. de re judicata, §. si res aliena, instit. de legatis.* Ubi non videtur quis legitimè petere id, quod jam apud se habet, *l.* 2. *in fin. ff. ad municipal. l. quæ sub conditione, §. fin. ff. de cond. t. hist. l. unic. C. de thesaur.* ibi: *Ut superfluum sit hoc precibus postulare, quod jam legem permissum est*, cum aliis quæ tradit Gregor. Lop. *in l.* 6. *glos.* 4. *tit.* 11. *part.* 6. *glos. verb. Componendum, in cap. nuper de decimis*: Surd. *cons.* 115. *num.* 21. *& in tract. de aliment. tit.* 9. *quæst.* 35. *num.* 25. Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 4. *num.* 178. Hipolyt. Riminal. *in l. qui se patris, num.* 217. *C. unde liberi*: Navarr. *cons.* 1. *num.* 4. *sub tit. de postulat. Prælat.* & Valenzuela *cons.* 69. *num.* 88. *&* 89. *& cons.* 74. *num.* 65.

53 Neque his obstat, † si replicetur, quòd quamvis dicta conquisitio, sola, & propria Regum nostrorum auctoritate fieri potuisse, ex eo tamen, quòd Pontificem adjerunt, & ejus interventionem, licentiam, & concessionem necessariam esse existimarunt, jam ampliùs absque ea nihil efficere potuerunt, & hoc totum jus, quod habent Apostolicæ concessioni, & liberalitati
54 acceptum ferre debent: † *argum. cap. veniens de præscript. l. si mulier, §. fin. de eo quod met. caus. l. si cui*, ubi Glos. *verb. Mutandæ, ff. de servit. l. de pupillo, §. meminisse, ff. de novi oper. nunciat.* & aliorum, quæ in simili ad varios casus no-
55 tari solent de eo, qui potest † actum expedire propria auctoritate, quod sibi præjudicat adeundo judicem, nec ad viam facti redire potest, sed debet expectari judici auctoritas, ut tradit Bald. *in l. idem, num.* 21. *C. de locato*: Greg. Lopez *in l.* 6. *glos.* 1. *vers. Si tamen judex, tit.* 8. *part.* 5. Osascus *decis. Pedemont.* 164. *num.* 16. *in fine, & num.* 17. Valasc. *consul.* 88. *à num.* 7. *lib.* 1. & Lancellot. *in tract. de attentat. cap.* 4. *in præfat. à num.* 419. *& ampliat.* 1. *per totam.*

Nam † verior resolutio est, quo prædicta jura 56
loquuntur, quando gratia, vel privilegium, quod petitur, & impetratur, omninò contrarium, & repugnans est juri, quòd aliàs precator habebat; tunc enim ab eo recedere, eique renuntiare velle videtur. At verò, quando hæc contrarietas, vel repugnantia non adest, etiam si quis gratiam, aut privilegium impetret, ad id quod semoto eo facere posset, non inducitur proprii juris renuntiatio, immutatio, diminutio, aut confusio. Sed potiùs unum jus † alterum confirmat, 57
ac juvat, & electivum manet, aut etiam simultraneum, si se invicem non impediant: *cap. post electionem de concess. præbend.* ubi Abb. *num.* 4. *& in dict. cap. veniens, num.* 18. *cap. auditis. de præscript. cap. cùm personæ, §. quod si tales de privileg. lib.* 6. *cap. cum dilectus de consuetud.* † op- 58
timus text. *in l. in forma, §. fin. ff. de censib.* ibi: *Si quis veniam petierat, ut censum sibi emendare permittatur, deinde post hoc impetratum cognoverit, se non debuisse hoc petere, quia res emendationem non desiderabat; nullum ei præjudicium ex eo quod petiit, ut censum emendaret, fore, sapissimè rescriptum est*; ubi Glos. *verb. Rescriptum*, alios concordantes allegat, *l. fin. C. de repud. hared.* per quam solam, de cæteris oblitus; sic in pulchra specie, post Bald. Alex. & alios, quos refert, docet Molina *de Hisp. primog. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 75. ibi: *Nam quoties concurrunt quoad aliquid jus commune, & privilegium, non confunduntur, sed potest quis quoad id uti jure communi, & etiam privilegio.*

Unde † Regibus nostris nocere non debuit, 59
quòd ad majorem sui juris securitatem, & corroborationem Pontificis assensum, & beneplacitum requisierint, *argum. l. legata inutiliter, ff. de legat.* 1. *& de alimen. legat.* † abundans quip- 60
pè cautela non solet esse nociva, *l. non solent* 94. *ff. de reg. jur. l. testament.* 17. *cum vulgatis, C. de testament.* quod esse veluti proverbium inter Juris peritos tradit Div. August. *lib.* 4. *de Civit. Dei, cap.* 27.

Et † nemo prohibetur plura jura, & titulos 61
cumulare, tam ad sui confirmationem, cùm de eo certus est, quàm ad majorem cautelam, quando de eo dubitat, *l.* 4. *ff. ad leg. Falcid. cap. sacrarum* 12. *quæst.* 2. *dict. cap. post electionem*, cum aliis, quæ plenè notat Felin. *in c. in nostra, n.* 2. *de rescript.* Ludovic. Roman. *cons.* 350. *n.* 13. Paul. Castrens. *in l. quidam, §. sed cùm veteres, num.* 2. *C. de necess. serv. hared. instit.* Zas. *in l.* 3. *§. ex pluribus, num.* 34. *ff. de adquir. post.* Lofred. *cons.* 17. *n.* 57. Cavallinus *millelog.* 773. *num.* 1. Molina *dict. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 11. *in fine, & num.* 14. *& cap.* 7. *num.* 70. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 4. *per totam*: & Cervantes *in lib.* 3. *Tauri, num.* 66. *&* 72. qui ita † rectè respondet 62
ad text. *in dict. cap. veniens.* In cujus specie meritò advertit Abb. *ibidem, num.* 19. solam gratiæ impetrationem nocere, etiam si quis ea usus non fuerit. Cæterum † quando obtenta, & im- 63
petrata non fuit, sed dumtaxat petita, non inducitur renuntiatio juris communis anteà competentis, & impetrans poterit ad illud redire, argum. celebris text. *in l. si verò non habuit effectum petitio* 8. *ff. de bonis libert. l. filium, §. si*

quis

quis contra, ff. de legat. præst. & aliorum, quæ in specie subtiliter expendit Oldrad. *cons.* 313. *num.* 5.

64 Et idem † responderi, & notari potest circa illam doctrinam suprà relatam, quod qui semel judicem adiit, ad viam facti redire non potest. Præterquàm quod in hoc plures alii contrarium defendunt, *ex d. l. forma*, de censibus, & similibus, & ut plurimùm, in judicialibus tantùm procedere tradunt, ad obviandum rixis, & ne judiciorum auctoritas contemnatur, in quibus variare non licèt, secus autem in actibus extrajudicialibus, ubi non requiritur citatio, vel quando inde aditur sine figura judicii, ut constat ex Lancellotq, & Velasco ubi *suprà*: Alex. *consil.* 105. *num.* 27. *lib.* 3. Menoch. *d. remed.* 4. *de adipiscend. num.* 425. & plenius ex Vincent. Carrocio *decis.* 57. ubi ferè omnes utriusque opinionis rationes, & sequaces adducunt. A qui-

65 bus † non multum distat vulgaris regula juris, quæ docet, neminem prohiberi plurimis remediis, & defensionibus uti, si ad eumdem finem tendant, & dirigantur: de qua *in l. nemo, & l. is qui dicit. ff. de except. l. ex his, nemo* 43. *ff. de reg. jur. & in c. nullis pluribus, eod. tit. lib.* 6. ubi Petr. Faber. & Petr. Pechius alia plurima congerunt.

Quod licèt in actionibus regulariter prohibea-

66 tur, † dicitur *in eadem l. nemo, & in l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tributorum action. leg. cum filius* 76. §. *variis, de legat.* 2. cum mille aliis adductis à Glossa, & Doctor. *ibidem*, & Dueñas *reg.* 14. adhuc tamen permitti vidimus, quando invicem contrariæ non sunt, neque electione tolluntur, aut absolutoria lata in una, parit exceptionem rei judicatæ in alia, ut optimè post Plateam, & alios, observat Joan. Olnorom. *in §. si minus, n.* 17. *& 18. inst. de action.* vel quando quis incertus est, quæ potiùs actio teneat, vel de jure suo dubitat: tunc enim potest plures actiones non solùm habere, sed etiam ad majorem juris sui comprobationem, & consequutionem simul eas in judicium deducere, ut ex alterâ victus, alteram exequatur, ex alia videlicet causa, ut bene notavit Joan. apud Accur. *in dict. §. l. nemo ex his, pag. mihi* 192. *in fine*; & in optimis casibus insinuatur *in l.* 1. §. *quia autem in fin. ff. quod legat. l. contra majores, Cod. de inoffic. testam.*

67 Rursus † non oberit, si quis pro Bodini sententia perpendat doctrinam Andreæ de Isernia *in cap.* 1. §. *præterea, vers. Ratione peccati, numer.* 53. *de prohib. feud. alienat. & in* §. *nec Dominus, vers. Hoc casu, num.* 45. quem refert, & sequitur Hieronym. de Monte *in tract. de fin. re-*

68 *gund. cap.* 29. *num. ult.* Quatenus, *inquit*, † Romanum Pontificem in regno Siciliæ, quia ex ejus concessione possidetur, proprietatis dominum mansisse, atque adeo in illo etiam in temporalibus judicare posse, & declarare quòd Rex non alienet, quia interest ejus jus proprietatis conservare, & ut afflicti subditi à gravaminibus relevantur. Nam ut hanc sententiam veram esse concedamus, parùm quidem ex ea supremæ Orbis Novi dominationi præjudicabitur.

69 Etenim, † ut idem Andreas de Isernia ibidem aperte supponit, & colligitur *ex cap. ad Apostol. de re judic. lib.* 6. Clement. Pastoralis eodem, Siciliæ regnum olim tam in spiritualibus, quàm in temporalibus ad Ecclesiæ Romanæ patrimonium pertinebat ex antiqua illa Constantini donatione, & ab ea in feudum concessum fuit diversis Comitibus, ac Regibus, sub variis pactionibus, & vectigalibus, ut refert Raphaël Volaterran. *lib.* 5. *comment. cap. Siciliæ, pag.* 2. *& lib.* 2. *Geograph. cap.* 2. Facellus, Bernard. Corius, & Joseph. Carnevalius *in histor. Reg. Siciliæ per totam*: Forcatul. *de Gallor. Imperator. & Philosoph. lib.* 2. *pag.* 118. Carolus Signon. *de regno Siciliæ, lib.* 5. 6. *&* 7. & plurimi alii, quos refert, & sequitur Bortell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 46. *& cap.* 47. *ex num.* 1313. Marta *de jurisdict.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 8. *& cap.* 26. *ex num.* 6. *ad* 34. Scacc. *de appellat. quæst.* 7. *n.* 76. *& seqq. & quæst.* 8. *num.* 110. Thom. Bocius *de sign. Eccles. Dei, lib.* 17. *cap.* 4. & Marinus Freccia, qui omnium Regum, & investiturarum nomenclaturam, inchoando à Constantini donatione ordinatè recenset *in tract. de subfeudis, rub. de antiq. stat. Reg. num.* 51. *& rub. de offic. Mag. Cancel. num.* 25. Unde † nirum non est, quòd 70 Summi Pontifices in eo regno suprà dicto jure aliquando usi fuerint, quod ad has provincias Indiarum Occidentalium transferri non potest, nec debet in quibus (ut diximus) nulla ejusmodi feudi reservatio invenitur, & id quod ab Ecclesia concessum fuit, ab ea antèa non possideb' ur; sed Regum nostrorum cura, & expensis de ectum, & acquisitum fuit.

Ut interim taceamus, † etiam in Regno Si- 71 ciliæ omàlmodam exceptionem ab Imperio ag' ossere eumdem Iserniam, & alios, quos refert, & sequitur Camil. Borrell. *d. cap.* 47. *n.* 5. *&* 13. & novissimè Joseph. de Rusticis *in comment. ad leg. cum avus, de condit. & demonstr. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 32. Et feudum, † quod pro eodem Regno, 72 & Neapolitano, Corsico, & aliis à nostris Hispaniæ Regibus Ecclesiæ Romanæ persolvitur, nequaquam efficete, quin ipsi Reges omnino *liberi, & Monarchæ* in eisdem, & aliis suis regnis esse, & appellari possint, & omnia Regalia habere, & exercere. Quia † Papæ subesse nihil de jure hu- 73 jus superioritatis imminuit, ut bene concludit Bortell. *suprà c.* 48. *n.* 12. & ipse, dum prædicta regna in feudum concedit, omnem Regiæ potestatis plenitudinem cum eisdem prærogativis, Regaliis, & superioritatibus confert, quæ erant apud Ecclesiam Romanam, ut post alios docet Cepola *de servit. urb. prad. cap. de portu, col.* 1. Paris de Puteo *in tract. de syndicatu, verb. Sententia, cap. an si dictum capitulum, in fin.* Joan. Vincent. de Anna *in rep. Const. constitutionem. divinæ memoriæ, n.* 7. Menoch. *cons.* 92. *n.* 32. *& seq. vol.* 1. & plurimi alii, † quos ad eamdem 74 Monarchiam Siciliæ in temporalibus asserendam, congessit Marinus Freccia *d. rub. de antiq. stat. Reg. n.* 58. *vers. Hodie tamen*; ubi docet, quòd Ecclesia hodie in regno Siciliæ nihil obtinet præter annuum censum, omnibus aliis juribus in Regem, & ejus hæredes translatis; & Camill. Borrell. *d. cap.* 43. *per totum*; qui posteà *cap.* 53. *& c.* 71. *num.* 7. latissimè probat, non solùm in temporalibus, verum etiam in spiritualibus Reges nostros quoad illud regnum *Monarchas* appel-

75 pellari † posse, quoniam in eo Legati de latere Sedis Apostolicæ cum plenissima super omnes Prælatos Ecclesiasticos ejusdem regni potestate, ac jurisdictione constituti sunt, ex concessione Urbani II. R. P. Rogerio Normanno, tunc Comiti Siciliæ & Calabriæ, ejusque fillis, hæredibus, & successoribus in perpetuum facta, anno Domini 1099. tertio Nonas Julii, cujus verba ibi ad literam refert, & extant etiam apud Thom. Facellum *rer. Sicul. decad.* 2. *lib.* 7. *c.* 1. Matianam *de rebus Hispan. lib.* 10. *cap.* 5. Gaufredum Monachum *de rebus à Normannis in Italia gestis, lib.* 4. *cap.* 29. Joseph. Carneval Siculum *lib.* 1. *de histor. Sicil.* Joan. Lucam Barberium *in cap. Brevium Sicil.* Hieronym. Zurita *lib.* 3. *Annal. Aragon. cap.* 68. Francisc. Maurolicum *in compend. rer. Sinenaicar. lib.* 3. *fol.* 98. Cujus Bullæ virtute, ut iidem Auctores recensent, Reges Siciliæ ex eo tempore ibi Tribunal renent, quod *Monarchiæ* appellatur, in quo introducuntur appellationes ab ejus regni Prælatis, & ad suos Regios Magistratus devolvuntur, ibique uti à Legatis de latere causæ decidùntur. Et idem novissimè tradit Marius Muta *ad cap.* 3. *Regis Ferdinand. num.* 24. *fol.* 378. *tom.* 3. *sup. cap. Reg. Sicil.* inquiens, quòd Siciliæ Reges, per intermediam personam Comitis Rogerii, fuerunt à Summo Pontifice investiti de spiritualibus.

Eodèmque modo in regnis Valentiæ & Aragoniæ Regem habere jus cognoscendi etiam super Prælatos exemptos antiquissima, & immemorabili consuetudine, atque ita praxi servari, refert, & testatur Petrus Belluga *in speculo Principum, rubr.* 11. §. *videndum*, ubi idem Borell, *in addition. verb. Probamus*; plura in hujus juris, ac consuetudinis confirmationem, & defensionem adducit, post Doctores *in cap. decernimus de judiciis, & in cap. cum contingat, de arbitris*: Glossam *in cap.* 1. 93. *dist. & in cap. Mennam*, 2. *quæst.* 4. Paulum Borgasium *in tractat. de irregularitate, reg.* 7. *num.* 3. *&* 4. Beroj. *quæst.* 7. *num.* 6. *&* 7. Greg. Lopez *in l.* 13. *tit.* 13. *part.* 2. *verb. Costumbre*: Roland. à Valle *cons.* 12. *n.* 58. *lib.* 4. Menoch. *de retin. possess. remed.* 3. *n.* 400. & Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 42.

76 Quæ omnia, † eo magis notare, & repetere volui, quoniam his temporibus maximè hic articulus Monarchiæ Siculæ in spiritualibus disputatus, & exagitatus est, ob id, quod Illustriss. Cardin. Cæsar Baron. *in suis Annal. Ecclesiast. t.* 11. *anno Christi* 1097. *n.* 18. cum multis sequentibus, supra dictis Auctoribus, aut non visis, aut insuper habitis, eam seriò improbat, & rigidis, atque asperis verbis plissimos Reges nostros, ea utentes, succenset, Bullamque Urbani II. commentitiam, vel nimis adulteratam esse ostende-

77 re nititur. Contra quem † tamen plures docti viri peculiares apologias scripserunt, & p æcipuè Illustrissimus & Reverendissim. Dominus D. Joan. Beltranus à Guevara, Archiepiscopus Compostellanus, quæ jam typis vulgata, licèt sine Auctoris nomine, circumfertur. Quapropter Regiis edictis, & schedulis liber ille Baronii intercipi jussus est, ut tradit Jacob. Gordon. *in sua Chronograph. anno* 1610. *pag.* 425. quarum quædam ad has Peruani regni provincias expedi-

ta fuit, dat. *en el Pardo* 5. Januar. anno 1611. cujus me executorem fecit † Excellentissim. Do- 78 minus D. Joan. de Mendoza & Luna Montium Clarorum Marchio, ejusdem regni ea tempestate dignissimus Prorex, & vigilantissimus Gubernator: de cujus quidem eximiis laudibus plura dicere possem, nisi jam utrique Orbi notissimæ essent.

De feudis † autem, quæ ab Hispaniæ Regibus 79 ob aliqua regna, & provincias, quas possident, & ab aliis totius mundi Romanæ Ecclesiæ recognoscuntur, plura tradit Camill. Borrell. *d. tractat. de præstantia Regis Catholici, cap.* 46. *&* 47. Thom. Bocius *de signis Ecclesiæ, lib.* 17. *cap.* 4. Joan. Azor. 2. *part. institutionum Moralium, lib.* 11. *cap.* 2. *versic. Secundò quæritur*: Joan. Baptista Lup. *in tract. de illegitimis, comment.* 3. §. 3. *num.* 18. *cum sequentib. & lib.* 4. *cap.* 34. *pag.* 512. & latissimè Marta *dict. tract. de jurisdict. 1. part. cap.* 5. *& cap.* 18. *ex num.* 11. *& cap.* 20. *ex num.* 17. *& cap.* 26. & *sequentib.* Et potuit † allegare Gregorii VII. Romani Pon- 80 tificis epistolas, *lib.* 1. *epist.* 7. *& lib.* 4. *epist. tom.* 3. *epist. Roman. Pontif.* quas refert Baron. *tom.* 8. *Annal. Ecclesiastic. anno* 701. *num.* 16. & Fr. Joan. à Ponte *in conven. utriusque Monarchiæ, lib.* 1. *cap.* 6. §. 4. quibus Hispaniæ Regnum ab antiquis Gothorum Regibus Romanæ Ecclesiæ quoad dominium directum concessum fuisse, ostendit, & certa annui tributi præstatione gravatum.

Sed hoc † ut verum fuisse admittamus, ex 81 sola pietate, & veneratione, quam erga Apostolicam Sedem Reges illi ostendere voluerunt, processit. Posteà autem Hispania Maurorum invasione occupata, & deinceps ab antiquis incolis absque ullo Imperii, vel Pontificum auxilio recuperata, pristinam libertatem accepit, & Ecclesia jus illud, quod habere potuit, amisit, juxta tradita à glossa *in cap. Adrian. 63. distinct.* Chasan. *in Catal. gloriæ mund. part.* 5. *consider.* 27. & Zamall. *lib.* 11. *cap.* 7. Et ita † licèt in Ara- 82 goniæ regno Ramirus I. & post eum Petrus II. antiquum illud feudum agnoverint, & quo majori honore Christi Vicarium prosequerentur, fasces majestatis Romano Pontifici submittentes, ejus clientes, beneficiarios, seu feudatarios esse professi fuerint, ut tradunt Marta, Bocius, & Azor. *ubi suprà*; Zurita *lib.* 2. *annal. cap.* 5. *à num.* 1204. Mariana *de reb. Hispan. lib.* 6. *cap.* 7. & novissimè Joannes Brixius Martinez *in histor. Sanct. Joannes de la Peña, lib.* 4. *cap.* 20. *ex pagin.* 677. *& pag.* 525. Posteà tamen, cum id factum (licèt ob piam mentem laudandum) Regni Proceres, & milites ægrè tulissent, Jacobus Rex ejusdem Petri filius, quamvis à Romano Pontifice Gregorio X. requisitus, censum à patre constitutum solvere renuit, asserens, illud invalidè, & illegitimè factum, regnorumque suorum rationem, quæ suo, & majorum robore, ac viribus, à faucibus Sarracenorum fuerunt erepta, neminem in temporalibus debere in superiorem agnoscere, ut refert idem Zurita *lib.* 3. *annal. capit.* 87. *anno* 1274. *& lib.* 4. *cap.* 37. *anno* 1283. Gregor. Lopez Madera *in Monarch. Hispan. c.* 2. *fol.* 12. Calist. Remir. *in tract. de leg. Regia Aragoniæ*, §. 2. *num.* 37. *&* 38. Molin. *de pact. nupt.*

lib. 1. cap. 2. num. 18. & Joan. Bricius Martin.
38 ubi *supra*, ubi addit, Alphonsum † Aragoniæ Regem de Pontificis magnu regni sui coronam accipere noluisse, ne in temporalibus se ei ullo modo subjectum esse crederetur.

84 Regnum † verò Portugalliæ, sive Lusitaniæ Romanæ Ecclesiæ feudum agnoscere absque aliqua hæsitatione affirmat idem Marta *d. cap. 26. ex num. 95.* argument. text. *in c. grandi, de supplen. neglig. Prælat.* Param. *de origine, & progress. inquisit. lib. 3. quæst. 1. opin. 3. num. 113.* & apertius probat Rodericus Archiepisc. Tolet. *de reb. Hispaniæ, lib. 7. cap. 7.* ubi de Alphonso Henriclo ejusdem provinciæ Comite loquens, ait: *Hic primus in Portugallia sibi imposuit nomen Regis, & ab Eugenio III. cui nomen suum constituit censuale, multa privilegia, & indulgentias impetravit.* Idem etiam memorat Genebrard. *in sua Chronograph.* citans Garibajum *part. 4. lib. 34. cap. 16.* nisi quod pro Eugenio Alexandri nomen reposuit, inquiens: *Alexander III. Alphonsum Portugallensium novo, & primo Regi coronato per Albertum Cardinalem tradit, ea lege, ut quantumvis Portugallenses Reges duas auri libras Ecclesiæ Romanæ persolverent.*

85 Est autem † adeò verum Reges Hispaniæ absolutè loquendo, Ecclesiæ feudatarios non esse, & dempta fidei & religionis causa, Summum Pontificem in temporalibus superiorem non recognoscere, justa ea quæ diximus *supra lib. 2. cap. 22. num. 49.* ut merito dicere potuerit Petr.
86 Greg. *l. 26. de Repub. c. 5. n. 7.* † magis independentes ab ea esse, quàm Imperatores. Imperatores † namque recipiunt diadema à Summo Pontifice, & ei speciale juramentum fidelitatis præstant, de quo *in cap. tibi Domino 63. distinct. element.* 1. *de jur. jurand.* junctis aliis, quæ congerit Marta *dict. 1. part. cap. 5. per totum*: Param. *dict. opin. 3. num. 80.* & Camill. Borell. *in summ. decis. 1. part. tit. 57. tit 68. & in tractat. de magistrat. edit. lib. 1. cap. 14. num. 77.* ita † ut
88 Imperator, qui Ecclesiæ non præstat auxilium contra Schismaticos perjurus sit, ut probat Palac. Rub. *in tract. de Reg. Navarr. 4. part. §. 3. in fine*: At verò † Reges Hispaniæ, Galliæ, & alii, qui liberi sunt, hoc speciali juramento non adiguntur, licèt verum sit, quod pro eximia pietate, & religione, quâ pollent, tempore quo coronatur, juramentum de Ecclesia pro virili defendenda præstare solent, ut tradit idem Palacius ubi *supra 5. parte, §. 1.* Joseph. Stephan. *in tractat. de osculat ped. Sum. Pontific. cap. 14.* Ribadeneir. *de Principe Christiano, lib. 2. c. 17.* & plura congerens Joan. Baptista Valenzuela *in monit. contra*
90 *Venet. 7. part. n. 96. & sequentib.* Et † per legatos suos eidem Romano Pontifici obedientiam præstare soleant, cum noviter Reges creantur, vel pro regnis, aut provinciis, quas sibi de novo subjiciunt, ut bene ostendit Thomas Bocius *de sign.*
91 *Eccles. Dei, lib. 17. cap. 5. ad fin.* Ubi etiam † observat, Catholicos Hispaniæ Reges jam inde à temporibus Concilii Toletani VI. eam sibi legem imposuisse, ut Rex, qui inciderit in hæresin, sit excommunicatus, & exterminandus. † Quam Ferdinandus V. renovavit anno 1492. eodem nimirum, quo Indiæ Occidentales sunt detectæ, instituitque severissimum Inquisitionis Tribunal, cui
92 Reges etiam subjectos esse, ob dictum Canonem, sancivit. Quod Vasæus etiam testetur *in Chronic. Hisp.* & Marta *d. cap. 26. num. 94.* his verbis: *Item Rex Castellæ antequam Rex fiat juramento speciali subjici se, & totum suum dominium Sanctissimo severissimæ Inquisitionis Tribunali.*

CAPUT II.

De alio titulo, qui ejusdem Novi Orbis retentionem magis justam, & legitimam reddit: Nempe, quod Reges Catholici illius acquisitionem magno, & maturo consilio habito, ac probabili opinione ducti tentaverint; & quæ semel ritè disputata sunt, vel legitimè præscripta non debent iteràm in examen vocari.

SUMMARIUM.

1 *Orbis Novi conquisitio multis, ac magnis consiliis præcedentibus inita fuit.*
2 *Reges Hispaniæ res arduas nonnisi maximo consilio adhibito aggrediuntur.*
3 *Reges Hispaniæ, licèt eis subjaceat omne, quod volunt, voluntatem tamen suam semper legi, & rationi submittunt.*
4 *Consilium peritiorum in omni re gravi, & dubia tumendum esse, multis juribus comprobatur.*
5 *Consilia, & Consiliarii Principum, & plura de eorum necessitate, utilitate, dignitate, & qualitate, remissivè.*
6 *D. D. Laurentius Ramirez de Prado, Regii Consilii Indiarum Senator, laudatur.*
7 *Consilia, & Consiliarii Regum Hispaniæ alia totius Orbis excellunt.*
8 *Reges Hispaniæ omnes alios in suis Consiliariis exhibendis, & remunerandis excedunt.*
9 *D. Licentiat. Joan. Ortiviut Cervantes in Conventu Novi Regni Granatensis primum Fisci Patronus, deinde Senator, librum peculiarem de supremis Consiliis Regum Hispaniæ edere parat.*
10 *Consilii utilitas maxima.*
11 *Assurus laudatur in sacra pagina propter consiliarios, quos semper secum habebat.*
12 *Perarum Reges nihil fine consilio sapientium faciebant.*
13 *Respublica quælibet benè constituta debet omnia cum consilio sapientium expedire.*
14 *Romani qualiter consilia exquirerent, & Deum Consum, sive Consiliorum celebrarent.*
15 *Afri, sive Carthaginenses Astarten Deam, id est, Consiliariam, valdè colebant.*
16 *Marcus Antonin. Imp. qualiter consilia peteret, & admitteret*, ex Julio Capitol.
17 *Reges Hispaniæ in bellis ineundis, & rebus religionis tractandis, maximo consilio, ducuntur*, Et num. 20.
18 Proverb. locus *de consiliis bellorum exponitur.*
19 *Bella nonnisi cum magno consilio indicenda, vel ineunda esse, multis probatur.*
20 *In quo consistat Regum Hispaniæ excellentia* remissivè
21 *Reges Hispaniæ propria auctoritate possunt bellum indicere, sed raro id faciunt inconsulto Romano Pontifice.*
22 *Reges Hispaniæ in bellis quæ gerunt, à Deo juvantur, & quare.*
23 *Belli causa ubi justa est, pugna exitus malus esse non potest.*
24 *Reges nostri ad conquisitionem Indiarum faciendam, Summum Pontificem consuluerunt.*
25 *Legis veteri in dubiis causis Summorum Sacerdotum judicium exquirebatur.*
26 Cap. per venerabilem, qui filii sint legit. *expenditur.*

27 *Car-*

27 *Cardinalium prudentia, & in omni scientia peritia, commendatur.*
28 *Cardinales unde ita dicti, & alia de eorum origine & dignitate*, remissivè.
29 *Reges nostri absque ullo scrupulo retinent provinciat Novi Orbis, cum ad eat conquirendas tot consilia exquisierint.*
30 Lex ult. C. fideicom. lex hæc consultissima, C. de testam. *expenditur.*
31 *Integrum est judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur.*
32 *Sapientum consilia qui inquirit, & sequitur, in utroque foro excusatur.*
33 *Majoratus possessor, qui rem ejus alienavit de consilio sapientis, excusatur, & an alienatio valeat.*
34 *Vero gravi, & fide digno qui credit, securus est.*
35 *Princeps non peccat, qui sequitur consilium sapientium, aliquid facit, lege humanâ prohibitum, sed etiam injustum.*
36 *Papa, & Collegium Cardinalium etiam in iis, quæ ad mores pertinent, errare posse non videntur.*
37 *Papa etiam ubi solus aliquid statuit in genere morum pro universa Ecclesia, errare non potest.*
38 *Opinionum diversitas ubi adest, secure quis probabiliorem sequi potest, imo & probabilem, ut multi opinantur.*
39 *Opinio communis Doctorum ab Ecclesia sequuta, sufficit ad dandam jurisdictionem, licèt falsa sit.*
40 *Rex, qui semel justitiam belli exactè discussit, justè retinet, quæ in eo cepit.*
41 *Consilio maturo legitimè facta, postea in dubium vocari non debent, quia ex eo resultat veluti exceptio rei judicatæ.*
42 *Belli justam causam ab initio discussam esse sufficit, etiam si postea aliqua dubia emergant.*
43 *Indiarum Occidentalium super justa retentione ampliùs jam disputare non licet.*
44 *Regnorum antiquorum tituli, & initia repeti non debent.*
45 *Lex dubia, quæ à consuetudine aliquam interpretationem accepit, ita servanda est, licèt postea constet, alium ejus sensum fuisse.*
Consuetudo, quæ recepit aliquam opinionem, licèt minus communem, servanda, & sequenda est, ibid.
46 *Opinio antiqua, & generalis habetur pro veritate.*
47 *Ignorantia juris dubii excusat, ubi diligens & studiosa ejus inquisitio præcessit.*
48 *Bello publicè indicto parta, an & quando restitui debeant, si illud injustum fuisse constiterit.*
49 *Alienum si quis bonâ fide accipiat à non domino, illud tenetur verò domino restituere, si postea sciat alienum esse.*
50 *Præscriptio longi, vel longissimi temporis bonâ fide perfecta omnem repetitionem excludit*, Et num. 53.
51 *Præscriptio quando, & quatenus impium præsidium, & improba temporis allegatio vocetur.*
52 *Titulum nullum allegare melius est, quam invalidum, aut defectuosum.*
53 *Mala fides superveniens post præscriptionem legitimè completam non nocet.*
54 *Præscriptione completâ, res præscripta amplius aliena dici non potest.*
55 *Justè possidet, qui auctoritate juris aliquid possidet.*
56 *Lex magis domina est rerum nostrarum, quàm nos ipsi.*
57 *Cessante causa non cessat effectus, quando dispositio effectum suum jam sortita fuit.*
58 *Actus perfecti & absoluti per impedimentum supervenions non vitiantur.*
59 *Reges nostri semper bonam fidem habuerunt in Novi Orbis acquisitione, etiam si aliqui ejus causæ postea in dubium vocaverint.*
60 *Judicium proprium considerandum est, non alienum, in iis quæ ad bonam fidem pertinent.*
61 *Crudelitas probabilis habet vim tituli.*
62 *Præscriptio triginta, vel quadraginta annorum titulum non requirit.*
63 *Titulus quilibet putativus, & illegitimus sufficit in præscritione longissimi temporis, quamvis postea de ejus errore constet.*

EAdem porrò † hujus Novi Orbis retentio, de 1
qua nunc sermonem habemus, ex eo etiam justior, & securior efficitur, quòd notissimum sit, Catholicos Reges Ferdinandum & Elisabeth, & posteà Carolum V. Imperat. Optim. Maxim. illorum hæredem, ubi ejus Inquisitionem, & conquisitionem facere, ac prosequi destinarunt, peritissimos quoque illius ætatis viros de justitia hujus debellationis consuluisse, & nihil planè prætermisisse, quod necessarium videretur, ut res tanta bonâ fide procederet, & secura conscientia subnixa, quàm tutissimo loco esset. ut aliàs dicitur *in l. ubi est verborum in fine, ff. de reb. dubiis, &* testantur Pet. Malfer. *in cons. 769.* apud Mandeilum, *vol. 4. Mag. Victoria in 1. relect. de Indis insul. in princ.* Anton. de Herrera *In hist. gener. Indiar. decad. 1. libro. 2. cap. 4. &* alibi passim, & eruditiss. Senior. Dom. Gregor. Lop. Madera *de excellent. Hispaniæ cap. 8. folio 66.*

Semper † quippè plissimi, & potentissimi His 2
paniæ nostræ Reges in more habuerunt, res omnes, præsertim graves, & arduas, cum sapientium consilio facere & expedire, & voluntatem suam de ratione, & præscriptione legum metiri, licet † eis favente Deo subjaceat omne quod volunt, 3
juxta *l. Divi fratres*, ubi Bartol. *ff. de jure patro. n. l. ex imperfecto*, C. *de testam. l. humanum, l. digna vox*, C. *de legib. l. 1. tit. 21. part. 3. l. 2. tit. 9. part. 2.* Ibi: *Onde si todo home debe trabajar de aver consejos, mucho mas lo deb. facer el Rey.* Casiodor. *lib. 1. variar. epist. 12. lib. 6. epist. 19. & lib. 8. epist. 9.* D. Gregor. *lib. 11. epist. 29.* quæ habetur *in cap. 1. dist. 84. cap. ult. dist. 20. cap. excellentissimus 11. quæst. 3. cap. vitis 16. quæst. 2.*

Quibus † conveniunt quator textus, quos be- 4
nè observat Anton. Monarcius *in notis ad leg. illud 40. ff. de petit. hared.* ad probandum in qualibet re dubia, vel ubi lis instituenda est, consulendos semper esse peritiores: Primus est *in l. si aviam 3. C. de ingen. manum* ibi: *Si cum perito rius tractatum habuisses, facilè cognosceres.* Alter *in l. 2. §. fin. ff. quis ord. in bon. poss. serv.* ibi: *Scilicet consulendo prudentiores, ut diligentem patrem familias consulere dignum sit.* Tertius est *in lib. 5. C. de lit, qui accusare possunt.* Et quartus in vulga *lib. regula, ff. de juris & facti ignorant.* circa quæ jura videnda sunt, quæ copiosè notat Tiraquel *de pœn. temper. caus. 11. num. 21.* Pax ab scala *in tractat. de consil. sapient. lib. 1. c. 10.* Luc. Schrader. *cons. 2. 1. part.* Menoch. *de arbit. lib. 1. quæst. 32.* & Bobadilla *in Polit. lib. 2. cap. 7. num. 7.*

Et magis in terminis plura alia, quæ de Prin- 5
cipum Consilio, & Consiliariis, eorumque necessitate, utilitate, dignitate, & qualitate tradit Bartol. *in tract. de consiliis habendis. In 3. tom. tract. DD. part. 1. fol. 330.* Boer. *in tract. de auctor. mag. Cons.* Martin Garat. Laudensis *in tract. de consiliar. Princ. in tom. 16. tract. DD. f. 212.* Bartol. Philip. *in tract. de Consilio, & Consiliariis, discurs. 1. & seqq.* Cælius Mancinus *libro 8. de jurib. Principat. capit. 6.* Ceriolan. *in tract. de Cons. Princip. c. 1.* Hyppollt. à Collibus *ibidem, & cap. 31.* Petr. Magnus *in tract. de consilio c. 1. & 2.* Palcot. *de auct. Consist. consul. 1. part. 1.*

lib. 1. cap. 2. num. 18. & Joan. Bricius Martin.
38 ubi *supra*, ubi addit, Alphonsum † Aragoniæ Regem de Pontificis magnu regni sui coronam accipere noluisse, ne in temporalibus se ei ullo modo subjectum esse crederetur.

84 Regnum † verò Portugalliæ, sive Lusitaniæ Romanæ Ecclesiæ feudum agnoscere absque aliqua hæsitatione affirmat idem Marta *d. cap. 26. ex num. 95.* argument. text. *in c. grandi, de supplen. neglig. Prælat.* Param. *de origine, & progress. inquisit. lib. 3. quæst. 1. opin. 3. num. 113.* & apertius probat Rodericus Archiepisc. Tolet. *de reb. Hispaniæ, lib. 7. cap. 7.* ubi de Alphonso Henriclo ejusdem provinciæ Comite loquens, ait: *Hic primus in Portugallia sibi imposuit nomen Regis, & ab Eugenio III. cui nomen suum constituit censuale, multa privilegia, & indulgentias impetravit.* Idem etiam memorat Genebrard. *in sua Chronograph.* citans Garibajum *part. 4. lib. 34. cap. 16.* nisi quod pro Eugenio Alexandri nomen reposuit, inquiens: *Alexander III. Alphonsum Portugallensium novo, & primo Regi coronato per Albertum Cardinalem tradit, ea lege, ut quantumvis Portugallenses Reges duas auri libras Ecclesiæ Romanæ persolverent.*

85 Est autem † adeò verum Reges Hispaniæ absolutè loquendo, Ecclesiæ feudatarios non esse, & dempta fidei & religionis causa, Summum Pontificem in temporalibus superiorem non recognoscere, justa ea quæ diximus *supra lib. 2. cap. 22. num. 49.* ut merito dicere potuerit Petr.
86 Greg. *l. 26. de Repub. c. 5. n. 7.* † magis independentes ab ea esse, quàm Imperatores. Imperatores † namque recipiunt diadema à Summo Pontifice, & ei speciale juramentum fidelitatis præstant, de quo *in cap. tibi Domino 63. distinct. element.* 1. *de jur. jurand.* junctis aliis, quæ congerit Marta *dict. 1. part. cap. 5. per totum*: Param. *dict. opin. 3. num. 80.* & Camill. Borell. *in summ. decis. 1. part. tit. 57. tit 68. & in tractat. de magistrat. edit. lib. 1. cap. 14. num. 77.* ita † ut
88 Imperator, qui Ecclesiæ non præstat auxilium contra Schismaticos perjurus sit, ut probat Palac. Rub. *in tract. de Reg. Navarr. 4. part. §. 3. in fine*: At verò † Reges Hispaniæ, Galliæ, & alii, qui liberi sunt, hoc speciali juramento non adiguntur, licèt verum sit, quod pro eximia pietate, & religione, quâ pollent, tempore quo coronatur, juramentum de Ecclesia pro virili defendenda præstare solent, ut tradit idem Palacius ubi *supra 5. parte, §. 1.* Joseph. Stephan. *in tractat. de osculat ped. Sum. Pontific. cap. 14.* Ribadeneir. *de Principe Christiano, lib. 2. c. 17.* & plura congerens Joan. Baptista Valenzuela *in monit. contra*
90 *Venet. 7. part. n. 96. & sequentib.* Et † per legatos suos eidem Romano Pontifici obedientiam præstare soleant, cum noviter Reges creantur, vel pro regnis, aut provinciis, quas sibi de novo subjiciunt, ut bene ostendit Thomas Bocius *de sign.*
91 *Eccles. Dei, lib. 17. cap. 5. ad fin.* Ubi etiam † observat, Catholicos Hispaniæ Reges jam inde à temporibus Concilii Toletani VI. eam sibi legem imposuisse, ut Rex, qui inciderit in hæresin, sit excommunicatus, & exterminandus. † Quam Ferdinandus V. renovavit anno 1492. eodem nimirum, quo Indiæ Occidentales sunt detectæ, instituitque severissimum Inquisitionis Tribunal, cui
92 Reges etiam subjectos esse, ob dictum Canonem, sancivit. Quod Vasæus etiam testetur *in Chronic. Hisp.* & Marta *d. cap. 26. num. 94.* his verbis: *Item Rex Castellæ antequam Rex fiat juramento speciali subjici se, & totum suum dominium Sanctissimo severissimæ Inquisitionis Tribunali.*

CAPUT II.

De alio titulo, qui ejusdem Novi Orbis retentionem magis justam, & legitimam reddit: Nempe, quod Reges Catholici illius acquisitionem magno, & maturo consilio habito, ac probabili opinione ducti tentaverint; & quæ semel ritè disputata sunt, vel legitimè præscripta non debent iteràm in examen vocari.

SUMMARIUM.

1 *Orbis Novi conquisitio multis, ac magnis consiliis præcedentibus inita fuit.*
2 *Reges Hispaniæ res arduas nonnisi maximo consilio adhibito aggrediuntur.*
3 *Reges Hispaniæ, licèt eis subjaceat omne, quod volunt, voluntatem tamen suam semper legi, & rationi submittunt.*
4 *Consilium peritiorum in omni re gravi, & dubia tumendum esse, multis juribus comprobatur.*
5 *Consilia, & Consiliarii Principum, & plura de eorum necessitate, utilitate, dignitate, & qualitate, remissivè.*
6 *D. D. Laurentius Ramirez de Prado, Regii Consilii Indiarum Senator, laudatur.*
7 *Consilia, & Consiliarii Regum Hispaniæ alia totius Orbis excellunt.*
8 *Reges Hispaniæ omnes alios in suis Consiliariis exhibendis, & remunerandis excedunt.*
9 *D. Licentiat. Joan. Ortiviut Cervantes in Conventu Novi Regni Granatensis primum Fisci Patronus, deinde Senator, librum peculiarem de supremis Consiliis Regum Hispaniæ edere parat.*
10 *Consilii utilitas maxima.*
11 *Assurus laudatur in sacra pagina propter consiliarios, quos semper secum habebat.*
12 *Perarum Reges nihil fine consilio sapientium faciebant.*
13 *Respublica quælibet benè constituta debet omnia cum consilio sapientium expedire.*
14 *Romani qualiter consilia exquirerent, & Deum Consum, sive Consiliorum celebrarent.*
15 *Afri, sive Carthaginenses Astarten Deam, id est, Consiliariam, valdè colebant.*
16 *Marcus Antonin. Imp. qualiter consilia peteret, & admitteret*, ex Julio Capitol.
17 *Reges Hispaniæ in bellis ineundis, & rebus religionis tractandis, maximo consilio, ducuntur*, Et num. 20.
18 Proverb. locus *de consiliis bellorum exponitur.*
19 *Bella nonnisi cum magno consilio indicenda, vel ineunda esse, multis probatur.*
20 *In quo consistat Regum Hispaniæ excellentia* remissivè
21 *Reges Hispaniæ propria auctoritate possunt bellum indicere, sed raro id faciunt inconsulto Romano Pontifice.*
22 *Reges Hispaniæ in bellis quæ gerunt, à Deo juvantur, & quare.*
23 *Belli causa ubi justa est, pugna exitus malus esse non potest.*
24 *Reges nostri ad conquisitionem Indiarum faciendam, Summum Pontificem consuluerunt.*
25 *Legis veteri in dubiis causis Summorum Sacerdotum judicium exquirebatur.*
26 Cap. per venerabilem, qui filii sint legit. *expenditur.*

27 *Car-*

27 *Cardinalium prudentia, & in omni scientia peritia, commendatur.*
28 *Cardinales unde ita dicti, & alia de eorum origine & dignitate*, remissivè.
29 *Reges nostri absque ullo scrupulo retinent provinciat Novi Orbis, cum ad eat conquirendas tot consilia exquisierint.*
30 Lex ult. C. fideicom. lex hæc consultissima, C. de testam. *expenditur.*
31 *Integrum est judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur.*
32 *Sapientum consilia qui inquirit, & sequitur, in utroque foro excusatur.*
33 *Majoratus possessor, qui rem ejus alienavit de consilio sapientis, excusatur, & an alienatio valeat.*
34 *Vero gravi, & fide digno qui credit, securus est.*
35 *Princeps non peccat, qui sequitur consilium sapientium, aliquid facit, lege humanâ prohibitum, sed etiam injustum.*
36 *Papa, & Collegium Cardinalium etiam in iis, quæ ad mores pertinent, errare posse non videntur.*
37 *Papa etiam ubi solus aliquid statuit in genere morum pro universa Ecclesia, errare non potest.*
38 *Opinionum diversitas ubi adest, secure quis probabiliorem sequi potest, imo & probabilem, ut multi opinantur.*
39 *Opinio communis Doctorum ab Ecclesia sequuta, sufficit ad dandam jurisdictionem, licèt falsa sit.*
40 *Rex, qui semel justitiam belli exactè discussit, justè retinet, quæ in eo cepit.*
41 *Consilio maturo legitimè facta, postea in dubium vocari non debent, quia ex eo resultat veluti exceptio rei judicatæ.*
42 *Belli justam causam ab initio discussam esse sufficit, etiam si postea aliqua dubia emergant.*
43 *Indiarum Occidentalium super justa retentione ampliùs jam disputare non licet.*
44 *Regnorum antiquorum tituli, & initia repeti non debent.*
45 *Lex dubia, quæ à consuetudine aliquam interpretationem accepit, ita servanda est, licèt postea constet, alium ejus sensum fuisse.*
Consuetudo, quæ recepit aliquam opinionem, licèt minus communem, servanda, & sequenda est, ibid.
46 *Opinio antiqua, & generalis habetur pro veritate.*
47 *Ignorantia juris dubii excusat, ubi diligens & studiosa ejus inquisitio præcessit.*
48 *Bello publicè indicto parta, an & quando restitui debeant, si illud injustum fuisse constiterit.*
49 *Alienum si quis bonâ fide accipiat à non domino, illud tenetur verò domino restituere, si postea sciat alienum esse.*
50 *Præscriptio longi, vel longissimi temporis bonâ fide perfecta omnem repetitionem excludit*, Et num. 53.
51 *Præscriptio quando, & quatenus impium præsidium, & improba temporis allegatio vocetur.*
52 *Titulum nullum allegare melius est, quam invalidum, aut defectuosum.*
53 *Mala fides superveniens post præscriptionem legitimè completam non nocet.*
54 *Præscriptione completâ, res præscripta amplius aliena dici non potest.*
55 *Justè possidet, qui auctoritate juris aliquid possidet.*
56 *Lex magis domina est rerum nostrarum, quàm nos ipsi.*
57 *Cessante causa non cessat effectus, quando dispositio effectum suum jam sortita fuit.*
58 *Actus perfecti & absoluti per impedimentum supervenions non vitiantur.*
59 *Reges nostri semper bonam fidem habuerunt in Novi Orbis acquisitione, etiam si aliqui ejus causæ postea in dubium vocaverint.*
60 *Judicium proprium considerandum est, non alienum, in iis quæ ad bonam fidem pertinent.*
61 *Crudelitas probabilis habet vim tituli.*
62 *Præscriptio triginta, vel quadraginta annorum titulum non requirit.*
63 *Titulus quilibet putativus, & illegitimus sufficit in præscritione longissimi temporis, quamvis postea de ejus errore constet.*

EAdem porrò † hujus Novi Orbis retentio, de 1
qua nunc sermonem habemus, ex eo etiam justior, & securior efficitur, quòd notissimum sit, Catholicos Reges Ferdinandum & Elisabeth, & posteà Carolum V. Imperat. Optim. Maxim. illorum hæredem, ubi ejus Inquisitionem, & conquisitionem facere, ac prosequi destinarunt, peritissimos quoque illius ætatis viros de justitia hujus debellationis consuluisse, & nihil planè prætermisisse, quod necessarium videretur, ut res tanta bonâ fide procederet, & secura conscientia subnixa, quàm tutissimo loco esset. ut aliàs dicitur *in l. ubi est verborum in fine, ff. de reb. dubiis, &* testantur Pet. Malfer. *in cons. 769.* apud Mandeilum, *vol. 4. Mag. Victoria in 1. relect. de Indis insul. in princ.* Anton. de Herrera *In hist. gener. Indiar. decad. 1. libro. 2. cap. 4. &* alibi passim, & eruditiss. Senior. Dom. Gregor. Lop. Madera *de excellent. Hispaniæ cap. 8. folio 66.*

Semper † quippè plissimi, & potentissimi His 2
paniæ nostræ Reges in more habuerunt, res omnes, præsertim graves, & arduas, cum sapientium consilio facere & expedire, & voluntatem suam de ratione, & præscriptione legum metiri, licet † eis favente Deo subjaceat omne quod volunt, 3
juxta *l. Divi fratres*, ubi Bartol. *ff. de jure patro. n. l. ex imperfecto*, C. *de testam. l. humanum, l. digna vox*, C. *de legib. l. 1. tit. 21. part. 3. l. 2. tit. 9. part. 2.* Ibi: *Onde si todo home debe trabajar de aver consejos, mucho mas lo deb. facer el Rey.* Casiodor. *lib. 1. variar. epist. 12. lib. 6. epist. 19. & lib. 8. epist. 9.* D. Gregor. *lib. 11. epist. 29.* quæ habetur *in cap. 1. dist. 84. cap. ult. dist. 20. cap. excellentissimus 11. quæst. 3. cap. vitis 16. quæst. 2.*

Quibus † conveniunt quator textus, quos be- 4
nè observat Anton. Monarcius *in notis ad leg. illud 40. ff. de petit. hared.* ad probandum in qualibet re dubia, vel ubi lis instituenda est, consulendos semper esse peritiores: Primus est *in l. si aviam 3. C. de ingen. manum* ibi: *Si cum perito rius tractatum habuisses, facilè cognosceres.* Alter *in l. 2. §. fin. ff. quis ord. in bon. poss. serv.* ibi: *Scilicet consulendo prudentiores, ut diligentem patrem familias consulere dignum sit.* Tertius est *in lib. 5. C. de lit, qui accusare possunt.* Et quartus in vulga *lib. regula, ff. de juris & facti ignorant.* circa quæ jura videnda sunt, quæ copiosè notat Tiraquel *de pœn. temper. caus. 11. num. 21.* Pax ab scala *in tractat. de consil. sapient. lib. 1. c. 10.* Luc. Schrader. *cons. 2. 1. part.* Menoch. *de arbit. lib. 1. quæst. 32.* & Bobadilla *in Polit. lib. 2. cap. 7. num. 7.*

Et magis in terminis plura alia, quæ de Prin- 5
cipum Consilio, & Consiliariis, eorumque necessitate, utilitate, dignitate, & qualitate tradit Bartol. *in tract. de consiliis habendis. In 3. tom. tract. DD. part. 1. fol. 330.* Boer. *in tract. de auctor. mag. Cons.* Martin Garat. Laudensis *in tract. de consiliar. Princ. in tom. 16. tract. DD. f. 212.* Bartol. Philip. *in tract. de Consilio, & Consiliariis, discurs. 1. & seqq.* Cælius Mancinus *libro 8. de jurib. Principat. capit. 6.* Ceriolan. *in tract. de Cons. Princip. c. 1.* Hyppollt. à Collibus *ibidem, & cap. 31.* Petr. Magnus *in tract. de consilio c. 1. & 2.* Palcot. *de auct. Consist. consul. 1. part. 1.*

quæst. 1. & 2. Marcus Mantua *in Enchirid. rer. singul. lib.* 10. *cap.* 243. Petr. Gregor. *de Repub. lib.* 24. *cap.* 1. *cum seqq.* Per. Faber. *lib.* 3. *Semestr. cap.* 18. *ad finem*, Simanc. *de Repub. lib.* 9. *cap.* 2. Auctor Policiæ *de Regno contra Machiavel. lib.* 1. *de Princip. consil. pag.* 47. Joan. Cochier *in thesaur. aphoris. Polit. lib.* 3. & 4. quem vulgari lingua, sed non vulgari quidem eruditione transcripsit, & aureis notis, atque additionibus
6 illustravit † Dom. D. Laurentio Ramirez à Prado, Regii Consilii Indiarum Senator dignissimus, & ob præclaros mores, & omnigenam eruditionem omnibus commendatus Adam Cheller. *lib.* 2. *de offic. jurid. Polit. cap.* 1. Bobad. *d. lib.* 2. *c.* 6. Simon. Majol. *in dieb. Canicul. tom.* 2. *colloq.* 5. *de aul. & causa, part.* 405. & *seqq.* Pat. Mag. Marquez *in Gubern. Christ. lib.* 2. *cap.* 18. P. Ribadeneira *de Princ. Christ. lib.* 2. *cap.* 24. Fr. Joan. à Sancta Maria *de Repub. & Polit. Christian. cap.* 6. 7. & *seqq.* Petr. Andreas Canonher. *in Aphor. Polit.* 1. *tom. pag.* 374. & 469. Mastrill. de Magistr. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 27. & *cap.* 3. *ex num.* 56. Calixt. Ramirez *de lege Regia Aragon.* §. 4. *ex num.* 9. §. 10. *per tot.* Pat. Joan. Pineda *de reb. Salom. lib.* 5. *cap.* 13. *pag.* 388. ubi Consiliarios oculos, atque aures Principum esse probat, & novissimè, & latissimè D. Joan. Bapt. Valenzuela *in monit. contra Venetor p.* 7. *n.* 128. & *in discurs. stat. & belli part.* 2. *consid.* 20. *per totam.*

Et omnino videndus Camill. Borell. quem ipse non refert, *de præstan. Reg. Cathol. cap.* 66. & Magistratum edictis *lib.* 1. *cap.* 8. ubi peculiariter de Consiliis Regum Hispaniæ tractavit,
7 † & apertè faretur, eos in hoc excedere non solùm Christiani Orbis, sed totius mundi Principes alios, & in supremis, ac variis Tribunalibus & magistratuum conventibus quos habent, spectatissimos Principes, virosque doctissimos semper existere, quorum judiciis, ac virtutibus totus
8 Orbis posse recto tramite gubernari, † pluràque stipendia, salaria, & alia donativa in illis exhibendis, & remunerandis Reges nostros expendere; quàm ullus alius Regum totius mundi huc usque impendisse legatur. Et idem novissime tradit & illustrat Petrus Fernandes Navarrete *in discursibus Politicis de conservation. Monarch. discur.* 1. ubi plura congerit de utilitate consilii, & *discursu* 3. ubi optimè agit de auctoritate, & excellentia supremi Consilii Castellæ, referens inter alia verba Paleoti Cardinalis in tractatu de consult. sacri Consistorii. Et latius † dicere & prosequi
9 parat D. Joannes Ortizus à Cervantes, meritissimus nunc, in Prætorio Novi Regni Granatensis Auditor, in peculiari tractatu de *supremis Regis Hispaniarum Consiliis* cujus methodum, & elencum mihi per literas insinuavit.

10 Quod † quantum probari, & commendari, debeat, nemo videt: Nam ut habetur *in sacra pagina Proverb.* 11. 14. *Ibi salus ubi multa consi-*
11 *lia*, & *Ebster.* 1. 13. Assuerus † nimis laudatur, quia, *interrogavit sapientes, qui ex more religioso semper ei aderant: & illorum faciebat cuncta consi-*
12 *lio.* Quod & † reliqui Persarum Regibus solemne fuisse ex eodem loco colligitur, & ex aliis, quæ eruditè observat Brison. *lib.* 1. *de Imperio*
13 *Persarum, p.* 115. *cum seqq.* & jam olim, † cuilibet benè constitutæ Reipublicæ nimis expedire, ostendit Aristoteles *lib.* 1. *Ethicorum*, Hesiodi carmina citans, quæ sic habent:

Atqui ex te nescit, cuiquam neque porrigit aurem,
Ut bona percipiat, demens & inutilis ille est,

Et Titus Livius *lib.* 23. *in princ.* dum Pacuvium Calaibum laudat, quòd *Nullam Rempublicam incolamem, orbatam publico consilio, crederet.*

Et apud † Romanos ita observabatur, ut pe- 14
culiarem Deum haberent, *Consum* appellatum, qui consiliorum Deus putabatur, cui templum sub tecto circo constituerunt, ut ostenderent, tectum esse debere consilium, & annua festa, quæ *Consualia* dicebantur, ut tradit Livius *lib.* 1. *Plutarch. in Romulo.* Quibus similes † Afri, sive 15
Carthaginenses Astartem Deam inter alia nomina Βοήθειαν hoc est, *Consiliariam* appellitabant, numen ei Minervæ forsitan tribuentes, juxta sententiam Apulei, & Appiani, quos refert Pat. Faber *d. lib.* 3. *Semest. cap.* 2. *pag.* 25.

Et hac perendi, & sequendi consilii virtute ita uti solebat † Marcus ille Antoninus, Magnus 16
& Imperator, & Philosophus, ut de eo scribat Jul. Capitol. *Semper sane cum optimatibus non solùm bellicas res, sed etiam civiles priusquam faceret aliquid contulit, denique sententia Illius præcipua semper hæc fuit: Æquius est, ut ego tot, & talium amicorum consilium sequar, quàm ut tot tales amici meam unius voluntatem sequantur.*

Quod verissimè, & congruentissimè † Regi- 17
bus nostris applicare possumus: qui cùm in cæteris rebus, tum maximè in iis, quæ ad bella ineunda, & Religionem defendendam, & extendendam, spectant, semper magno consilio reguntur, memores illius doctrinæ D. Ambros. *lib.* 5. *epist.* ubi ad Theodos. Imperat. scribens, sic ait: *Si de causis pecuniariis comites tuos consulis, quanto magis in causa Religionis Sacerdotes Domini æquum est consulas?* Et alterius, † quæ 18
habetur Proverb. 20. 18. & 246. *Cogitationes consiliis roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella, quia cum dispositione initur bellum: & erit salus ubi multa consilia sunt.*

Et quòd semper † tam in indicendis, quàm 19
in ineundis bellis magna, & matura consultatio, & deliberatio desideretur, nec non ut eorum causa & justitia per viros prudentissimos ventiletur rectè tradit Salust. in Catil. *Nam prius quàm incipias, consulto, & ubi consuluerit mature, opus est facto.* Et Claudian. qui eo nomine laudat Honorium Imp. quod *Spectarent Aquilæ decreta Senatus*, & pluribus probant Petrus Gregor. *dict. lib.* 24. *de Repub. cap.* 1. *num.* 1. Majol. *in dieb. Canicul. tom.* 3. *colloq.* 2. *de bellor. event.* Marq. *dict. cap.* 18. Valenzuela *dict. consid.* 20. *n.* 37. & *seqq.* & *in mont. contr. Venet.* 7. *part. n.* 115. & *seqq.* Lancellot Conrad. *in temp. omn. jud. lib.* 1. §. 3. *verb. Bella*, Petr. Navarra *de restit. ablat. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 258. *part.* 1. & remissivè plures alios allegans Petr. Cened. *in collect. ad Decretum, cap.* 50. *num.* 1. Camill. Borell. de præst. Reg. Cathol. *cap.* 32. *ex num.* 88. Sotus *lib.* 4. *de just. & jure, quæst.* 5. Covarr. *in reg. possessor.* 2. *part.* §. 7. Victoria *in relect. de bello*, Gregor. de Valentia *tom.* 3. *d.* 3. *q.* 16. *punct.* 2. *colum.* 711. Lorca *in* 2. 2. *sect.* 3. *disp.* 53. *n.* 1. &

& 5. Suarez *in tract. de charitat. disp.* 13. *sect.* 6. *ex num.* 1. novissimè post hæc scripta Michael Mauclerus *de Monarchia, part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 8. & *seq.* & tetigimus *sup. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 51.

20 In quo † Reges Hispaniæ multum excellere,
21 benè observat idem Borrell. *in cap.* 69. Nam † licèt jus belli propria auctoritate indicendi habeant quia nullum in temporalibus superiorem agnoscunt, ut concludit Oldrad. *cons.* 70. incip. *An princeps*, Bartol. *in l. hostes, num.* 9. & 19. *ff. de captivis.* Fulgos. *in l. ex hoc jure, D. de just. & jure*, Panormit. *in cap. sicut el* 3. *num.* 8. *de jurejurand.* Tom. Grammat. *decis. Neapol.* 65. *num.* 74. Covarr. *in rege peccatum* 2. *part.* §. 9. *num.* 2. & 9. Soto *de just. & jure, lib.* 5. *q.* 3. *art.* 5. Sebastian. Medicis *in sum. decreti* 23. *quæst.* 2. & Borrell. *dict. cap.* 32. *numer.* 6. & *n.* 100. & *d. cap.* 67. *per totum*: adhuc tamen, ut ibidem subdit *num.* 12. & 13. hac perpetua observantia uti solent, ut non solùm apud se, & suos Consiliarios bellorum, quæ gerere tentat, occasiones, & causas examinent; sed etiam prius quàm bella moveant, coram Romano Pontifice, & omnium Cardinalium Collegio easdem causas perorari, ac referri faciant, & omnes debitas monitiones, & solemnitates præmittant. Et ob id
22 † Dei Optimi Maximi beneficio semper fœlicissi-
23 mè omnia eis cedere solent, quia † ubi bona fuerit, & legitimè discussa causa pugnandi, pugnæ exitus malus esse non poterit, ut cum D. Bernardo, & aliis probavimus *supra lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 42. & ostendit Lucan. *lib.* 7. *Phars.* dum ait.

Causa juvat superos meliùs sperare secundos.
Propert. *lib.* 4. *eleg.* 6.
Frangit, & attollit vires in milite causa,
Quæ nisi justa subest, executit arma pudor.

Euripides: *Iniqua bellantis bella salvus haud reddit*, & Tit. Livius *lib.* 21. *Plerumque eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit: quamvis justitia belli non ab exitu, sed à causa venanda est*, cum aliis, quæ congerit Joan. Boter. *lib.* 3. *de ratione status, cap. de justitia causæ*, Simanc. *lib.* 9. *de Repub. cap.* 15. & 17. Just. Lips. *lib.* 5. *Polit. cap.* 3. Laurea Salmantina *certam.* 10. *scholastico, num.* 101. *pagin.* 576. & Valenz. *dict. monit.* 7. *part. n.* 115. & *in dict. discurs.* 2. *part. consid.* 22. *ex n.* 16. quibus de jure nostro convenit text. *in l.* 2. *titul.* 23. *part.* 2.

Quæ omnia in detectione, & conquisitione Orbis Novi, de qua agimus, ubertimè intervenerunt, † cùm Reges nostri non solùm prudentis-
24 simos, & eruditissimos Regnorum suorum viros consuluerint, sed etiam ipsam Apostolicam Se-
25 dem, juxta † id, quod in veteri Testamento *Deu-*
26 *teron.* 17. præcipiebatur, & refertur † *in cap. per venerabilem, vers. Rationibus, qui filii sint legitimi: Si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & judicium inter portas videris variari, venies ad Sacerdotes Levitici generis, & ad judicem, qui fuerit illo tempore: qui judicabunt tibi judicii veritatem: & facies quæcumque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, sequerisque eorum sententiam, neque declinabis ad dextram, neque ad sinistram, &c.* Quæ Apostolica Sedes eamdem expeditionem probavit, & ut suprà latissimè diximus, omnes has Occidentales, & Australes provincias detectas, & detegendas eisdem Regibus cum consilio, & communi, assensu omnium Cardinalium concessit, & assignavit.

Quorum † quanta sit, & esse soleat sacræ 27
Theologiæ, & utriusque Jurisperitia, & in rebus arduis agnoscendis, & decidendis dexteritas, & prudentia, fusè etiam animadvertimus *suprà lib.* 2. *cap.* 24. *ex num.* 92. & ipsorum nomen † ostendit, cùm Cardinales dicantur, *quasi in* 28
quibus totius Militantis Ecclesiæ cardo consistat, cujus etiam columnæ esse dicuntur, *cap. accusatio* 15. 2. *quæst.* 7. cum aliis traditis à Tiber. Deciano *cons.* 14. *num.* 127. *volum.* 3. & Pontificis Maximi, supremi ejus Rectoris partes, quæ ad puram identitatem cum ipsius persona reducuntur, *cap. fœlicis de pœn. lib.* 6. cum multis, quæ benè, & copiosè observat Turrecremata *in summa Eccles. lib.* 1. *cap.* 80. Alvar. Pelag. *lib.* 2. *de planct. Eccles. art.* 16. August. de Ancona *in sum. de potest. Eccles. quæst.* 120. Waldens. *lib.* 2. *doctrinal. fidei, art.* 3. *cap.* 54. D. Antonin. 3. *part. titul.* 20. Joan. Anton. Delphin. *lib.* 2. *de Eccles.* Isidor. Moscov. *de potest. Militant. Eccles.* Jacobat. *lib.* 1. *de Consiliis*, Andreas Barbacius, Martin. Laudensis, Hierony. Albanus, Gundisalvus Villadiego, & Augustin. Valerius in tractatibus, quos de Cardinalibus scripserunt, Monach. *in cap.* 1. *de Schismat. lib.* 6. Rom. *cons.* 498. *n.* 10. Decius *cons.* 150. *colum.* 1. Anton. de Butrio *in cap. antiqua num.* 9. *de privileg.* Joan. Azor. *tom.* 2. *instit. moral. lib.* 4. Rebuff. *in concord. tit. de collation.* §. *si quis verò*, Bolognet. *in tract. de indulgen. num.* 31. Pet. Gregor. *lib.* 15. Syntagm. *cap.* 4. Lancellot. Conrad. *in temp. judic. lib.* 2. *cap.* 2. §. 1. *cum seqq.* Octavian. Vestrius, & Gravatius *in addition. de eum, in praxi Curiæ Romanæ, lib.* 1. *cap.* 1. Quintil. Mandos. *ad regul. Cancellar. reg.* 32. Card. Tusch. *pract. conclus. jur. lit. C. conclus.* 95. & *sequentib.* Hieron. Gonzalez *in reg.* 8. *Cancellar. glos.* 24. *per totam*, Camill. Borrell. *in sum. decis.* 1. *part. titul.* 5. Cardin. Bellarmin. *in Apolog. contra Reg. Angl. cap.* 4. Molina de Medrano *in allegatione Proregis extranei Regni Aragon. num.* 73. & *seqq.* Fr. Joann. à Ponte *in convenien. utr. Monarch. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *pag.* 97. & novissimè post hæc scripta Michael Mauclerus *de Monarch. Eccles.* 2. *part. lib.* 4. *cap.* 11. & 12. & alii, quos retulimus *libr.* 2. *cap.* 24. *num.* 92. ubi plurima de Cardinalium officiis, præstantia, & dignitate notarunt, & hoc munus non inventione humana, ut Rex Angliæ malè putavit, sed institutione divina, & ad Ecclesiæ regimen necessaria, inductum esse demonstrant.

Quibus ita suppositis, † meritò affirmare de- 29
bemus, nullum scrupulum in conquisitione, & retentione hujus Novi Orbis ex parte Regum nostrorum considerari posse, cùm putare non debuerint id falsum esse, quod omnes, aut complures senserunt, dixerunt, & consuluerunt, ut docet Aristotel. *lib. de divinat. per somnia cap.* 1. Cui adjicere possumus † verba Imp. *in l. ult. C.* 30
de fideicom. ibi: *Ut per ampliores homines perfes-*

tis-

tissima veritas reveletur, & in l. hac consultissima 8. C. qui testam. facere poss. ibi: *Sed ne locum quidem ullum relinquat intidiis, tot & tales specula-*
ta, tot insinuata sensibus, tot insuper in tuto lo-
31 *cata manibus.* Integrum † quippè judicium est, quod plurimorum sententiis confirmatur, *cap. prudentiam 21. de offic. delegati, cap. licet causam de probat. cap. extra conscientiam, 64. dist.* & quod à pluribus sapientibus quæritur, facilius invenitur, *cap. de quibus 20. distinctio.*

Unde tritum est, ac certum in jure nostro
32 proverbium, † sapientium, doctorumque hominum sententias, & opiniones sequendas esse, & ab omni culpa excusare tam in foro interiori, quam exteriori, etiam si quis forte eas sequutus erraverit, ut ex *dict. l. si aviam, C. de ingen. manum. dict. l. 24. ff. quis ordo in bon. poss. ser. dict. l. regula*, §. *sed juris ignorantiam, ff. de jur. & fact. ignor.* cum aliis, notat Bartol. *per text. ibi in l. in bonorum, ff. de bon. poss.* Alex. *in l. 2. ff. quod quisque juris*, Baldus, & alii in *l. juris ignorantia, C. qui admitti*, Anchurran. & alii *in Clement. ne Romane, de elect.* Paz ab Scala *dict. tract. de consilio sapient. fere per totam*, Sylvest. *in summa, verb. Dubium, num. 4. & verb. Ignorantia, num. 5.* Navart. *in Manuali Latino c. 27. num. 289.* Cardin. Tolet. *in summa lib. 5. capit. 26. in fine*, Saa *verb. Dubium, num. 3.* Suar. *de centur. disp. 4. sect. 8. num. 18.* & latissimè Tiraquel. *de pœn. temper. caus. 51. num. 26.* Menoch. *de arbitr. dict. lib. 1. quest. 23. & centur. 2. casu 177. num. 5. & in tract. de præsumt. 71. & de recuperan. remed. 13. num. 34. & remed. 9. à num. 130.* Alciat. *reg. 3. præsumpt. 5. num. 1. & emblem. 16. & lib. 4. Pareg. cap. 8.* & Joan. Aurpach. *singul. alleg. cap. 42.*

Atque ita in pulchro casu consuluit Alexand.
33 *consil. 184. num. 7. lib. 2.* Secorum † esse possessorem majoratus, qui ex consilio alicujus insignis Jurisperiti alienavit res fidei commisso subjectas, & alienationem irrevocabiliter teneres quod licèt ibi ejus additionator reprehendat, & Menoch. *supra*, duos sapientes requirat: confirmari tamen potest ex alia doctrina, quæ habet;
34 † securum esse, & excusandum eum, qui alicui viro gravi, notabili, & fide digno crediderit, & ab eo de suo jure vel facto certior effectus fuerit, *cap. de capitulis*; ubi notat Dominic. *distinct. 10. glos. in extravag. inter nonnullos, de verb. signif.* §. 1. *verb. Deinceps.*, & latius prosequitur Jas. *in l. 3. in fine, ff. de eo perquem fact. erit.* Tiraq. *de caus. 51.* fere per totam, Corduba *lib. 2. q. 1. vers. Quod si homo*, & Sylva Nuptial. quæ latissimè loquitur *lib. 4. ex num. 55.*

Principem † quoque non peccare, quia ali-
35 quid lege humana prohibitum fecerit, imò & injustum, dum non sit contra legem divinam, & naturalem, sequutus consilium virorum doctorum, apertè probat Gloss. *per text. ibi in cap. Capellanus de feriis*, ubi Panormitan. *num. 6.* Innocent. *in cap. per tuas el 2. de simonia*, Felin. *in cap. 1. de re judic. num. 15. limitat. 7.* Archiepisc. Florentin. *in sum. 1. part. tit. 3. cap. 10. col. 6.* Navar. *in Manuali, cap. 27. num. 284. & 288.* & plura tradens Pat. Ribadeneira in Princip. Christ. *lib. 2. cap. 24.*

Quod magis certum erit, ubi non solùm uni,
aut alteri, sed plurimis, & gravissimis creditur.
Et † præsertim Papæ, & Collegio Cardinalium, 36
qui non solùm in rebus quæ fidem concernunt, verùm & in aliis, quæ ad mores pertinent, & ut pia, & probabilia sequuntur, errare posse non videntur, ut resolvit Suarez *in tract. de fide, disput. 5. sect. 6. num. 8.* & Thom. Bocius *de signis Ecclesiæ lib. 16. cap. 8. & lib. 18. cap. 6.* idem Suarez *ead. disp. sect. 8. num. 7.* ubi etiam docet, ipsum † Pontificem etiam ubi solus aliquid de- 37
cernit in præceptis, seu rebus moralibus, quas tradit, vel approbat pro universa Ecclesia, errare non posse, nec approbare turpia pro honestis, vel è converso damnare honesta tamquàm iniqua; quia hoc repugnat veritati, & sanctitati Ecclesiæ, & ideò in his etiam non potest errare Pontifex, ut probat, & de fide esse docet Antonin. *3. p. tit. 22. cap. 8. §. 2.* quem cum aliqua moderatione sequuntur Canus *lib. 5. de locis Theolog. capit. 5.* Molin. *de iust. & jure, disp. 325.* Bellarmin. *lib. 4. de Romano Pontif. cap. 5.* Maucler. *ubi sup. part. 2. lib. 4. cap. 6.* cum aliis, quæ adduximus *sup. lib. 1. cap. 24. num. 62.*

Quinimò † etiam si concederemus aliqua du- 38
bia in prædicta Novi Orbis debellatione legitimanda intervenisse, & auctores de ea consultos, diversas opiniones habuisse, ex eo tamen, quod plures illam, quæ debellationi favebat, ut veriorem, & probabiliorem proposuerunt, justè, & legitimè sequi à nostris Regibus potuit, etiam ubi de invadendis alienis provinciis agebatur ex communi omnium Doctorum sententia, quos *supra num. 31.* retulimus, præcipuè Victoria *in d. relect. de jure belli*, Cajetan. & Sylvester *in summa verb. Bellum, 1. quæst. 1.* Navarr. *in Manuali cap. 15. n. 15. & c. 25. n. 4.* Valentia *d. disput. 3. quæst. 16. punct. 2. colum. 714.* Bañez *in 2. 2. quæst. 40. art. 1. dub. 5. ex col. 1183.* Balthas. Ayala *de jure, & offic. belli lib. 1. cap. 2. num. 31.* Lorca *dict. disp. 53. num. 4.* Suar. *dict. disp. 13. sect. 6. ex num. 2.* Molina *de just. & jure, tract. 2. disp. 103. vel 113.* & plures alii, quos refert, & sequitur eruditiss. P. Mag. Fr. Anton. Perez *in Laurea Salmantina certamin. 10. Scholast. num. 104. & seqq. pag. 576.*

Ut interim omittamus aliorum sententiam, qui in hoc, ut in aliis, existimant, securos esse, qui opiniones dumtaxat probabiles amplexantur, etiam si aliæ tutiores, & probabiliores existant, præsertim ubi non de facto, sed de jure dubio, & ejus interpretatione, aut inteligentia tractatur, de quo videnda sunt, quæ latè & eruditè tradunt Theologi recentiores post D. Thom. *in 2. 2. quæst. 63. art. 4. & quodlibeto 8. art. 3.* D. Antonin. *1. part. tit. 3. cap. 10. §. 10. circa finem*, ubi citat Albertum Magnum, & alios, Anton. à Corduba *in quæstionar. lib. 1. q. 39.* Pett. Navar. *de restitut. cap. 1. num. 277.* Medina *in 1. 2. quæst. 9. art. 6. pag. 307. & seqq.* Armilla *verb. Opinio*, Navarr. *Manuali cap. 27. num. 277.* Sotomayor, Mantius, Orellana, Bañez, & alii Salmanticenses Primarii, & Salon *in dict. 2. 2. quæst. 63. art. 4. controvers. 2.* Laurea Salmantina *dict. certam. 10. cap. 5.* cum multis sequentibus & latissimè Nicol. Garcia *de beneficiis, 7. part. cap. 2. num. 24. & part. 11. cap. 5. à num. 361.*

Qui-

39 Quibus † mirum in modum faveat alia aliorum doctrina qui tradunt, communem opinionem Doctorum efficere, ut Ecclesia dei jurisdictionem in multis casibus, etiam si fortè opinio illa sit falsa; cùm enim (inquiunt) licitum sit operari ex opinione probabili, si omnia illa essent irrita, gravissima incommoda sequerentur, de quo pluribus agit Henrriquez *de pœnitent. lib. 2. cap. 14. num. 3. & 4.* Thom. Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 20. num. 2.* & Leonard. Lesius *de just. & jure, lib. 2. cap. 29. num. 68.*

Unde & illud descendit, quod huic quæs-
40 tioni, de qua tractamus, maximè congruit, † Reges scilicet nostros justè, & securè posse retinere provincias quas præviis istis consultationibus debellarunt, & acquisierunt etiam si fortè ex post facto dubitari posset, prædictas consultatio-
41 nes minùs juridicas, & legitimas fuisse. Nam † ubi Princeps de consilio suorum procerum, ac sapientum aliquid facit, omnia legitimè acta præsumuntur, & cum justa causa ita ut postea impugnari, vel in dubium revocari non possit obstante nimirùm exceptione sententiæ, & rei judicatæ, quæ ex ejusmodi consultationibus, assertionibus, & diligentiis oritur, ut in pulchris casibus latè docent, & probant Socin. Jun. *con. 95. num. 9. & 10. vol. 1.* Matth. de Afflictis *in cap. Domino*, Guerram *2. notab. ex num. 5. & 10. hic finitur lex Feder.* Thom. Grammat. *decis. Neap. 65. num. 62. & 63.* Viber. Decia. *cons. 41. num. 29. & 32. vol. 2.* Roland. *cons. 1. ex numer. 86. ad 94. vol. 2.* Ludolph. Schrader. *consil. 21. lib. 2. num. 111.* Anton. Natta *cons. 487. ex num. 43. ad 47. vol. 3. fol. 24.* Menoch. *consil. 100. num. 26. & 27.* & Prosper. Farinac. *de delict. quæst. 63. cap. 3. num. 181.* Et de consul-
42 tatione † bellorum in communi agentes quod sufficiat justam causam belli ab initio esse discussam, tradunt Valentia, Bañez, & alii ex suprà citatis.

Et in ipsis terminis nostræ quæstionis debel-
lationis Indorum, Victor. *dict. relect. 1. de Indis, num. 3.* ubi postquam resolvit, Principem dubium in bellis, vel allis rebus gerendis, ut sit tutus in conscientia, debere consulere illos, ad quos spectat hæc docere, concludit: *Quod si post consultationem rei dubiæ diffinitum sit à sapientibus illud esse licitum, qui sequitur illorum sententiam est tutus, etiam si aliàs sit illicitum.* A
43 quo non dissentit † elegantissimus P. Joseph. Acosta *de procur. Ind. sal. lib. 2. c. 11. & lib. 3. cap. 3.* ubi concludit, non oportere in hac causa amplius disceptare, sed veluti præscriptum jam sit, optimâ fide agi debere. Et quod in commu-
44 ni † de non repetendis antiquis Regnorum titulis, & initiis cum Balduino, & aliis tradidimus *suprà lib. 2. cap. 6. num. 46.*

Ponderari etiam potest celebris doctrina † Ab-
45 batis *in cap. cùm dilectus de consuetudine*, quam refert, & sequitur Roder. Suarez. *in prælud. legum fori num. 19.* & Burgos de Paz *in l. 1. Tauri à num. 214.* cum multis sequentibus: qui resolvunt, legem dubiam ita à consuetudine interpretari, ut à tali consuetudine non sit recedendum, licèt postea appareat, legem id non sensisse. Quo etiam respicit alia doctrina Panorm. *consil. 25. in quæst.* quæ ad præsens vertitur, *vol. fin. volum. 2.* quæ habet, consuetudinem efficere, ut ex duabus vel tribus opinionibus Doctorum inter se pugnantibus, illa magis sequenda, sit cui consuetudo suffragatur, licèt contraria sit communior; quam doctrinam repetit idem Panorm. *in cap. ati clerici, in prin. num. 25. de judiciis*, ubi Decius *col. 13. ex num. 166. in edit. Romana*, Gregor. Lopez *in l. 31. glos. 1. in fine, tit. 6. part. 1.* Joan. Nevizan. *in Sylva nupt. lib. 5. n. 64.* & Parlad. *lib. 1. rer. quotid. cap. 1. §. 11. num. 40.* Opinio † quippe generalis ab an- 46
tiquo derivata, & convenientibus rationibus suffulta, habetur pro veritate, ut egregiè docet Bald. *in l. conventicula, C. de Episcop. & Cleric.* Cepola *cons. civili 38. num. 11.* & Menoch. *consil. 152. num. 14. vol. 6.*

Et ubi † in consultatione, & intellectu juris 47
obscuri, aut controversi studiosa inquisitio, & diligens electio præcedit omnes fatentur ejus ignorantiam à culpa excusare, & justam usucapiendi causam præbere, ut notat Innocent. *per text. ibi, in cap. cùm dilectus de consuetud.* Anton. Butr. Imola & Panormit. *ibid.* Bald. *in proœm. ff. vers. Sed contra videtur*, Lud. Rom. *cons. 23. vers. In casu proposito*, Barthol. Socin. *cons. 47. num. 11. vol. 2.* Cardinalis *in Clement. fin. q. 4. de regular. & in Clem. 1. de rebus Eccles. q. 25. & in Clem. 1. §. sani*, à *num. 1. opposit.* Felin. *in proœm. Decretal. vers. Et ideò ignorantia, juris, & in c. de quarta de præscrip. n. 27.* Jas. *in l. juris ignorantia, C. qui admitti*, & plures referens D. Covar. *in reg. possess. 2. part. §. 7. num. 12.* Per. Gilken. *de præscript. 2. part. mem. 1. cap. 3. num. 4. & 7.* Joan. Garcia *de nobilit. in initio, num. 17.* Barthol. Medina *in 1. 2. q. 74. art. 5. & quæst. 76. art. 2. & quæst. 94. art. 2.* Schot. *in 2. dist. 22.* Valentia *disp. 2. quæst. 3. punct. 6. & quæst. 5.* & Mart. Delr. *in disquisit. mag. lib. 4. cap. 4. quæst. 5. sect. 2. pag. 334.*

Quibus conveniunt quæ tradit, & latè pro-
bat Menchac. *lib. 1. controvers. illustr. cap. 9. num. 19. & cap. 10. num. 2.* † docens, ex bello 48
etiam injusto, si publicè indictum, sit, dominium non solùm captivorum, sed etiam reliquarum rerum Principibus quæsi. Et quamvis postea subdat, id omne plenè restituendum esse si perperam acquisitum fuerit, quod etiam amplecti videtur Sylvest. *verb. Bellum, quæst. 9. & 19.* Cajetan. *in 2. 2. quæst. 16. art. 1.* Victor. *in relect. de jure belli, num. 33.* Sot. *lib. 4. de just. & jure, quæst. 7. art. 2.* Valenc. *3. tom. disp. 3. quæst. 16. part. 2. in fine, col. 718.* & Mag. Lorca *in 2. 2. sect. 7. disput. 55. ex num. 1. cum seqq.* tenentes, quod si bellum fuerit per se quidem injustum, per accidens autem justum ob invincibilem ignorantiam, tunc postea cognita veritate, ea solùm restituenda erunt, quæ supersunt adhuc salva, aut in quibus sit factus quis ditior: non autem ea, quæ bonâ fide destructa, aut consumpta sunt, de quibus etiam latè novissimè agit Ægid. Bened. *in l. ex hoc jure, 1. tom. cap. 1. ex numer. 9.*

Et † conducit, quod in simili tradit Petr. Na- 49
varra *de restit. lib. 3. cap. 4. à num. 181. cum seqq.* ubi plures Theologos allegans, concludit, quod accipiens alienum bona fide, & titulo habili à non domino, si postea comperiat, rem esse

alie-

alienam, efficitur malæ fidei possessor in foro conscientiæ, & peccat mortaliter detinendo, & tenetur ad restitutionem, quem ex nostris refert & sequitur Blasius Flores de Mena *lib. un. practi. qq. q. 6. §. 1. num. 15. fol. 57.*

50 Hæc tamen † in nostro casu non procedunt, qui valdè dissimilis est, cùm in eo prædicta bona fides tot consiliis innixa, & tot juris utriusque titulis ac rationibus fulta, inconcusse per longum, & longissimum tempus perseveraverit, imo jam centenariam præscriptionem excesserit, postquàm omne vitium elui, & omnem prorsus actionem, vel repetitionem sopiti, apertè docent Impp. *in l. sicut, & l. omnes, C. de præscript. trig. vel quadr. ann.* & Romani Pontifices *in cap. de quarta, cap. ad aures de præscription. cap 1. & 2. cap. dilect. 15. quæst. 3.*

51 Etenim † licet præscriptionem impium præsidium, & improbam temporis allegationem appeller Justin. Imp. *in Novell. constit. 9. §. 1.* quam citat Petr. Gilkenius *in tract. de præscrip. 1. part. cap. 1. num. 5.* & Everard. Bronc. *cent. 4. antinomiar. assert.* 2. Et regulariter † melius sit nullum titulum allegare, quàm invalidum, aut defectuosum, ex his, quæ latè adducit Ægid. Bellameta *decis. 50. & decis. 113.* & clariùs *decis. 287. & 393.* Felin. *in cap. cum ordinem de rescript. col. 2.* Osasc. *decis. Pedem. 101. num. 31.* & alii relati a Cardinali Tusco *pract. conclus. jur. verb. Titulus, conclus. 312.* Id quidem ubi mala fides & titulus, omninò injustus, aut ineptus intervenit, intelligi debet.

Ubi tamen præscriptio bona fide, & justis initiis inchoata, & perfecta est, nihil amplius ad legitimam rei possessæ retentionem desideratur,
53 ita ut † etiamsi mala fides post completam præscriptionem superveniat, res præscripta restitui non debeat, sive juris civilis, sive canonici regulas attendamus, ut cum magis vera & communi opinione decidit Glossa *in cap. vigilanti, & in cap. ult. verb. Temporis, de præscrip.* ubi Innocent. Hostiens. Abb. Bald. Felin. Butr. Collectar. & alii, & Dyn. Joan. Andre. Anchar. Philip. Francus, & Petr. Pech. *in reg. possessor. de reg. jur. in 6.* Didac. Covar. *ibidem 3. part. 5. 2. num. 1.* Bart. *in Extravag. ad reprimendum, verb. Denuntiationem,* Angel. *in l. 1. C. de judiciis, num. 59.* Jas. *in l. post divisionem, C. jur. & facti ignor.* & innumeri alii, quos referunt & sequuntur Tiraquel. *in tract. cessante causa limit. 12. num. 16.* Mench. *lib. 2. controvers. illustr. c. 74. num. 1.* Franc. Balbus *de præscript. 2. par. 3. par. princip. quæst. 9. num. 1.* Everard. Broncorst. *antimon. cens. 4. assert. 7.* Hieron. Zevallos *commun. contra comm. q. 657.* per totam, & *q. 729. num. 20.* Joan. Garcia *de nobilit. glos. 6. num. 5.* & novissimè ac latissimè Per. Gilken. qui utriusque opinionis Auctores, & argumenta recenset *in eod. tract. 2. part. memb. 2. numer. 8.* per totum. Et ex Theologis idem probant, & defendunt D. Thom. *quodlibet 12. articul. 24.* Scot. Paludan. & Major. *in 4. Senten. dist. 15. q. 11.* Domin. Sot. *lib. 4. de just. & jure, q. 5. art. 4.* Angel. *in summa verbo Præscriptio, §. 20.* & Sylvest. *eodem verb. num. 13.*

Qui inter alias rationes eas præcipuè consideret, quod † cùm mala fides sit scientia rei alienæ, hæc post completam præscriptionem nocere non potest, cùm jam ex juris dispositione res non aliena, sed propria usucapientis affecta fuerit, quæ ab eo amplius avocari non potest; cùm is, † 55 qui auctoritate juris quid possidet, justè, & bene possideat secundùm D. August. *in cap. quid dicam 14. quæst. 4. l. justè possidet, ff. de acquir. poss. l. 14. §. 1. ff. de religios. & sumpt. fun.* Ibi: *Quia bonæ fidei possessor est, & dominium justum habet, qui auctore judice comparavit.* Unde sumpta est regula juris, quæ habetur *in l. qui auctore 137. ff. de regul. juris*, ubi Petr. Fab. Rævard. & alii plura notarunt. Lex † namque magis nos- 56 trarum rerum domina censetur, quàm nos ipsi, vel ulli privati domini, cùm sit omnium Regina, *l. 2. ff. de legib.*

Et quamvis in multis casibus juris regula militer, qua docemur, quod cessante causa cessat effectus: † illa tamen non obtinet, cùm disposi- 57 tio suum effectum sortita est, *l. sancimus, C. de admin. tut.* ibi: *Non enim debet, quod secundum leges factum est, ex alio eventu retractari.* Quia † 58 actus perfecti, & absoluti per impedimentum superveniens minimè vitantur, *l. inter stipulantem 83. §. sacram*, ubi Jas. & cæteri *de verbor. oblig. l. in ambiguis 1816. §. non est novum ff. de regul. jur.* ubi Decius, Mayner. Cagnol. Rævar. & Pet. Faber. *c. factum legitime, de regul. jur. in 6.* cum innumeris aliis congestis à Petr. Pechio *ibidem*, Corrasio *in l. pro parte, num. 10. ff. de servit.* & Anton. Gomez *lib. 2. var. cap. 10. numer. 21.* Tiraquel. *ubi sup. limit. 12.* Claud. Prato *Gnoseon. general. jur. lib. 6. tit. 7. cap. 3.*

Quibus non adversatur, † quod aliqui forsi- 59 tan antiquis, vel modernis temporibus hanc Indiarum conquisitionem in dubium vocaverint. Nam cùm Reges nostri suprà dictis consultationibus ducti, semper bonam fidem habuerint, ea dumtaxat consideranda est, quia † in his, quæ ad 60 bonam fidem & animi sententiam pertinent, proprium judicium spectandum est, non alienum, & magis facti quæstio, quàm juris versatur, ut docet text. egregius *in l. 1. §. Julian. ff. de itinere, actuque priva. & in l. bonæ fidei 48. §. per contrarium, ff. de acquir. rer. dom.* ubi id tamquam singulare notant Albert. *num. 1.* & Bart. *num. fin.* & idem Bart. & Salicet. per text. ibi *in l. penult. C. de eviction.* cum allis, quæ tradit Joan. Garcia *de nobilit. in initio, num. 15. & 16.* Et † credulitas 61 probabilis habet vim tituli, ut notanter docet Aretin. *cons. 42. in fine*, Alex. *cons. 24. num. 19. & sequentibus vol. 5.* Mandell. *cons. 64. num. 57. & seqq. vol. 1.*

Præsertim ubi in præscriptione triginta, aut quadraginta annorum versamur, † in qua, cùm 62 titulus necessario non requiratur, *d. l. sicut. & d. l. omnes, l. cùm notissimi, & l. penult. §. 1. C. de præscript. trig. vel. quadr. dict. cap. de quarta, & cap. ad aures de præscrip. cap. cùm Ecclesia Sutrina de caus. poss. cap. pervenit, de empt. & vend.* ubi Jacob. Butrius, & Imola, cum multis allis, quæ latè adducunt Paul. de Castro *cons. 152.* Roman. *cons. 123.* Craveta *cons. 165. num. 13. & in tract. de antiq. §. materia, num. 7.* & Petr. Gilken. *de præscrip. 2. part. memb. 1. cap. 3. ex num. 8.* † Quilibet etiam putativus, & illegitimus 63 sufficit, & bonam fidem induxit, quamvis postea

tea invalidare possit, aut per errorem injustum obrepsisse dicatur, ut benè post longam disputationem resolvunt Abbas *in cap. audiens, n. 8. de præscrip.* Felin. *in dict. cap. de quarta, n. 27. & seqq. tod. tit.* Balb. *in tract. de præscrip. 2. part. 3. part. princip. & in repet. l. Celsus, num. 12. ff. de usucap.* quam in calce ejusdem tractatus adjecit Mencha. *lib. 2. controver. illustr. cap. 77. à num. 14.* Covar. *in reg. possessor 2. part. §. 7. ex num. 5. vers. Secunda conclusio*, Burgos de Paz *cons. 41. num. 13.* Molina *de primog. lib. 2. cap. 6. à num. 68.* Osasc. *decis. Pedemon. 160. num. 10 & decis. 101. num. 31.* Sarmient. *lib. 1. select. cap. 6. num. 3.* Menoch. *cons. 2. num. 341.* & plures alii relati à Franc. Vivio. *1. tom. commun. opin. verb. Præscriptio*, & verb. *Titulus*, Pinelo, & ejus additionatore *in auth. nisi triennale numer. 12. C. de bon. mater.* & Petr. Gilkenius *ubi suprà*, & novissimus Ægidius Benedictus, qui cum hæc typis darem ad meas manus pervenit, *in l. ex hoc jure, ff. de justitia & jure, 1. part. cap. 3. num. 23. & 24.* Quinimò, si titulus probabilis, & tolerabilis sit, & per errorem juris, aut etiam facti dubii conflatus, in quacumque præscriptione etiam ordinaria, & quæ titulum desiderat, sufficere poterit, ut per text. *in cap. cùm dilectus de consuetud.* probant communiter omnes scribentes *ibidem, & in dict. cap. de quarta de præscrip.* post. Glos. *ibi verbo, Se posse tueri*, & resolvit Covar. *ubi sup. num. 9.* Molina *num. 69.* Menoch. *num. 305.* Vivius *pag. 280.* Pinel. *dict. num. 12. vers. In jurisperito, & in l. 2. C. de rescind. 2. part. cap. 4. num. 40.* & Gilken. qui plurimos refert *ubi suprà num. 2. & 3.*

CAPUT III.

In quo specialius de eodem præscriptionis titulo agitur, ejusque virtute etiam maris tractus, & litora quæri, & aliorum in illis navigationes, & negotiationes prohiberi posse probatur.

SUMMARIUM.

1 *Præscriptio aliquando sumitur pro utcapione, & acquisitione.*
2 *Præscriptionis frequentior acceptio, exceptionem, & retentionem significat.*
3 *Præscriptionis variæ definitiones remissivè.*
4 *Utcapio à Cicer. & J. C. appellatur finis litium.*
5 *L. 1. ff. de usucap. & l. ult. C. pro suo illustrantur.*
6 *Præscriptio non est contra æquitatem naturalem.*
7 *Liter minui, & finiri maximè expedit Reip. propter earum damna & dispendia.*
8 *L. 4. vers. Non tamen, & alia quæ de litium execratione agunt, referuntur, & exornantur.*
9 *Themistoclii notabile dictum circa litium detestationem.*
10 *Præscriptionem de jure civili esse, & ideò inter supremos Principes locum habere non posse, opinatur Menchaca, qui reprobatur.*
11 *Principes supremi non ligantur jure civili, sed tantùm naturali, aut gentium.*
12 *Incognitus Auctor Maris liberi, argumento Menchacæ nimis exultat.*
13 *Gloriosum victoriæ genus videtur, quod ex testimonio adversariorum elicitur*, ex Claud. Mammertino.
14 *Præscriptio juris gentium bodiè dici potest, cùm omnes nationes ea utantur, Et n. 17.*
15 *Juri gentium ea tribui possunt, quæ etiam jure civili indacta ab aliis gentibus communiter recepta fuerunt.*
16 *Præscriptio attenta materia juris gentium est, & ideò jus per eam quæsitum à Principe tolli non potest*, ex Anton. Petra.
17 *Petrus Gilkenius Menchacæ opinionem ex professo impugnat & damnat.*
18 *Præscriptionem contra, & inter supremos Principes & Respublicas liberas dari & practicari debere plura jura testantur.*
19 *Principes suis pactis ligantur, & eorum contractus habent vim legis.*
20 *Præscriptio habet vim pacti, & constituti, & habetur pro veritate.*
21 *Præscriptionis jura, & effectus inter nullos magis observari convenit quam inter supremos Principes, Et quare.*
22 *Regna omnia, & imperia sola antiquitatis tuitione subsistunt.*
23 *Præscriptionem si quis inter Principes tollat, gravissima in mundum injiciet.*
24 *Bellorum damna multa sunt, & graviora, quàm quæ ex litibus privatorum oriri possunt.*
25 *Bellum dicitur per antiphrasin quasi minime bellum, & alia ejus etymologia ex Cassiodoro.*
26 *Principes melius faciunt, ubi ratione potius & jure quàm armis & bellis suas lites componunt, & Catiodori verba hoc graviter suadentia.*
27 Incognitus *quibus rationibus impugnet jus navigationis maris Indici, quod nostri Reges sibi præsumunt.*
28 *Mare & litora maris gentium jure communia omnium esse dicuntur.*
29 *D. Ambror. locus refertur, eos notantis qui maris ritus sibi applicare, aut acquirere cupiunt.*
30 *Ægid. Bened. & Seraph. Freitas Lusitani, qualiter novissimè respondeant argumentis* Incogniti.
31 *Maris ut terræ jus, cum prohibitione navigationis exterorum per Pontificem nostris Regibus concedi potuit.*
32 *Papa fecit, ergo potuit, valet consequentia.*
33 *Pontifex Romanus representat personam Noë, & Christi, qui habuerant possessionem, & dominium maris.*
34 *Venetorum Respublica habet jus maris Adriatici ex donatione Alexan. III. R. Pont. & plenè de ejus historia, & an certa sit.*
35 *Maris & litorum proprietas licèt in universum à nemine occupari, vel acquiri possit, eorum tamen protectio pertinet ad Principes, quorum territoriis adjacent.*
Principes superni possunt exercere imperium, collectas, & vectigalia imponere in mari, & portubus sui territorii, ibidem.
36 *Maris varios tenuit vel tractus proprio jure sibi vendicant plures Principes & Respublicæ, qui referuntur.*
37 *Mare venit sub nomine territorii.*
38 *Mare sæpè sumit nomen à terris finitimis & in eo ramè aportet delicta cohiberi.*
39 *Nautarum, & marissimorum hominum fera & improba natura est, & quare.*
40 *Principes concesso castro, concedere videtur jus quod habet in mari, & in aquis* ex doctrina Innocentii.
41 *Maris jurisdictio an etiam ad loca remota extendatur.*
42 *Maris sicut & aridæ confines assignari possunt, & an propriùs pertinendæ vocentur.*
43 *Æris elementum est commune omnium, & nihilominùs habemus jus in cœlo, quod est supra domus nostras vel fundos.*
44 *Immunitate ecclesiastica gaudet qui in aere supra cœmeterium ex fenestra pendens appreheusus fuit.*
45 *Tributa pro aëre & umbra aliqui Imperatores exegerunt.*
46 *Lex* deprecatio ad l. Rod. de jact. *in illis verb.* Lex autem maris, *exponitur.*
47 *Leges ut quis in aliquo loco dare possit, ejus Imperium habere debet.*
48 *Maris dominium non pertinere ad Imperatorem ridiculum est* secundùm Alciatum.

alienam, efficitur malæ fidei possessor in foro conscientiæ, & peccat mortaliter detinendo, & tenetur ad restitutionem, quem ex nostris refert & sequitur Blasius Flores de Mena *lib. un. practi. qq. q. 6. §. 1. num. 15. fol. 57.*

50 Hæc tamen † in nostro casu non procedunt, qui valdè dissimilis est, cùm in eo prædicta bona fides tot consiliis innixa, & tot juris utriusque titulis ac rationibus fulta, inconcusse per longum, & longissimum tempus perseveraverit, imo jam centenariam præscriptionem excesserit, postquàm omne vitium elui, & omnem prorsus actionem, vel repetitionem sopiti, apertè docent Impp. *in l. sicut, & l. omnes, C. de præscript. trig. vel quadr. ann.* & Romani Pontifices *in cap. de quarta, cap. ad aures de præscription. cap 1. & 2. cap. dilect. 15. quæst. 3.*

51 Etenim † licet præscriptionem impium præsidium, & improbam temporis allegationem appeller Justin. Imp. *in Novell. constit. 9. §. 1.* quam citat Petr. Gilkenius *in tract. de præscrip. 1. part. cap. 1. num. 5.* & Everard. Bronc. *cent. 4. antinomiar. assert.* 2. Et regulariter † melius sit nullum titulum allegare, quàm invalidum, aut defectuosum, ex his, quæ latè adducit Ægid. Bellameta *decis. 50. & decis. 113.* & clariùs *decis. 287. & 393.* Felin. *in cap. cum ordinem de rescript. col. 2.* Osasc. *decis. Pedem. 101. num. 31.* & alii relati a Cardinali Tusco *pract. conclus. jur. verb. Titulus, conclus. 312.* Id quidem ubi mala fides & titulus, omninò injustus, aut ineptus intervenit, intelligi debet.

Ubi tamen præscriptio bona fide, & justis initiis inchoata, & perfecta est, nihil amplius ad legitimam rei possessæ retentionem desideratur,
53 ita ut † etiamsi mala fides post completam præscriptionem superveniat, res præscripta restitui non debeat, sive juris civilis, sive canonici regulas attendamus, ut cum magis vera & communi opinione decidit Glossa *in cap. vigilanti, & in cap. ult. verb. Temporis, de præscrip.* ubi Innocent. Hostiens. Abb. Bald. Felin. Butr. Collectar. & alii, & Dyn. Joan. Andre. Anchar. Philip. Francus, & Petr. Pech. *in reg. possessor. de reg. jur. in 6.* Didac. Covar. *ibidem 3. part. 5. 2. num. 1.* Bart. *in Extravag. ad reprimendum, verb. Denuntiationem,* Angel. *in l. 1. C. de judiciis, num. 59.* Jas. *in l. post divisionem, C. jur. & facti ignor.* & innumeri alii, quos referunt & sequuntur Tiraquel. *in tract. cessante causa limit. 12. num. 16.* Mench. *lib. 2. controvers. illustr. c. 74. num. 1.* Franc. Balbus *de præscript. 2. par. 3. par. princip. quæst. 9. num. 1.* Everard. Broncorst. *antimon. cens. 4. assert. 7.* Hieron. Zevallos *commun. contra comm. q. 657.* per totam, & *q. 729. num. 20.* Joan. Garcia *de nobilit. glos. 6. num. 5.* & novissimè ac latissimè Per. Gilken. qui utriusque opinionis Auctores, & argumenta recenset *in eod. tract. 2. part. memb. 2. numer. 8.* per totum. Et ex Theologis idem probant, & defendunt D. Thom. *quodlibet 12. articul. 24.* Scot. Paludan. & Major. *in 4. Senten. dist. 15. q. 11.* Domin. Sot. *lib. 4. de just. & jure, q. 5. art. 4.* Angel. *in summa verbo Præscriptio, §. 20.* & Sylvest. *eodem verb. num. 13.*

Qui inter alias rationes eas præcipuè consideret, quod † cùm mala fides sit scientia rei alienæ, hæc post completam præscriptionem nocere non potest, cùm jam ex juris dispositione res non aliena, sed propria usucapientis affecta fuerit, quæ ab eo amplius avocari non potest; cùm is, † 55 qui auctoritate juris quid possidet, justè, & bene possideat secundùm D. August. *in cap. quid dicam 14. quæst. 4. l. justè possidet, ff. de acquir. poss. l. 14. §. 1. ff. de religios. & sumpt. fun.* Ibi: *Quia bonæ fidei possessor est, & dominium justum habet, qui auctore judice comparavit.* Unde sumpta est regula juris, quæ habetur *in l. qui auctore 137. ff. de regul. juris*, ubi Petr. Fab. Rævard. & alii plura notarunt. Lex † namque magis nos- 56 trarum rerum domina censetur, quàm nos ipsi, vel ulli privati domini, cùm sit omnium Regina, *l. 2. ff. de legib.*

Et quamvis in multis casibus juris regula militer, qua docemur, quod cessante causa cessat effectus: † illa tamen non obtinet, cùm disposi- 57 tio suum effectum sortita est, *l. sancimus, C. de admin. tut.* ibi: *Non enim debet, quod secundum leges factum est, ex alio eventu retractari.* Quia † 58 actus perfecti, & absoluti per impedimentum superveniens minimè vitantur, *l. inter stipulantem 83. §. sacram*, ubi Jas. & cæteri *de verbor. oblig. l. in ambiguis 1816. §. non est novum ff. de regul. jur.* ubi Decius, Mayner. Cagnol. Rævar. & Pet. Faber. *c. factum legitime, de regul. jur. in 6.* cum innumeris aliis congestis à Petr. Pechio *ibidem*, Corrasio *in l. pro parte, num. 10. ff. de servit.* & Anton. Gomez *lib. 2. var. cap. 10. numer. 21.* Tiraquel. *ubi sup. limit. 12.* Claud. Prato *Gnoseon. general. jur. lib. 6. tit. 7. cap. 3.*

Quibus non adversatur, † quod aliqui forsi- 59 tan antiquis, vel modernis temporibus hanc Indiarum conquisitionem in dubium vocaverint. Nam cùm Reges nostri suprà dictis consultationibus ducti, semper bonam fidem habuerint, ea dumtaxat consideranda est, quia † in his, quæ ad 60 bonam fidem & animi sententiam pertinent, proprium judicium spectandum est, non alienum, & magis facti quæstio, quàm juris versatur, ut docet text. egregius *in l. 1. §. Julian. ff. de itinere, actuque priva. & in l. bonæ fidei 48. §. per contrarium, ff. de acquir. rer. dom.* ubi id tamquam singulare notant Albert. *num. 1.* & Bart. *num. fin.* & idem Bart. & Salicet. per text. ibi *in l. penult. C. de eviction.* cum allis, quæ tradit Joan. Garcia *de nobilit. in initio, num. 15. & 16.* Et † credulitas 61 probabilis habet vim tituli, ut notanter docet Aretin. *cons. 42. in fine*, Alex. *cons. 24. num. 19. & sequentibus vol. 5.* Mandell. *cons. 64. num. 57. & seqq. vol. 1.*

Præsertim ubi in præscriptione triginta, aut quadraginta annorum versamur, † in qua, cùm 62 titulus necessario non requiratur, *d. l. sicut. & d. l. omnes, l. cùm notissimi, & l. penult. §. 1. C. de præscript. trig. vel. quadr. dict. cap. de quarta, & cap. ad aures de præscrip. cap. cùm Ecclesia Sutrina de caus. poss. cap. pervenit, de empt. & vend.* ubi Jacob. Butrius, & Imola, cum multis allis, quæ latè adducunt Paul. de Castro *cons. 152.* Roman. *cons. 123.* Craveta *cons. 165. num. 13. & in tract. de antiq. §. materia, num. 7.* & Petr. Gilken. *de præscrip. 2. part. memb. 1. cap. 3. ex num. 8.* † Quilibet etiam putativus, & illegitimus 63 sufficit, & bonam fidem induxit, quamvis postea

tea invalidare possit, aut per errorem injustum obrepsisse dicatur, ut benè post longam disputationem resolvunt Abbas *in cap. audiens, n. 8. de præscrip.* Felin. *in dict. cap. de quarta, n. 27. & seqq. tod. tit.* Balb. *in tract. de præscrip. 2. part. 3. part. princip. & in repet. l. Celsus, num. 12. ff. de usucap.* quam in calce ejusdem tractatus adjecit Mencha. *lib. 2. controver. illustr. cap. 77. à num. 14.* Covar. *in reg. possessor 2. part. §. 7. ex num. 5. vers. Secunda conclusio*, Burgos de Paz *cons. 41. num. 13.* Molina *de primog. lib. 2. cap. 6. à num. 68.* Osasc. *decis. Pedemon. 160. num. 10 & decis. 101. num. 31.* Sarmient. *lib. 1. select. cap. 6. num. 3.* Menoch. *cons. 2. num. 341.* & plures alii relati à Franc. Vivio. *1. tom. commun. opin. verb. Præscriptio*, & verb. *Titulus*, Pinelo, & ejus additionatore *in auth. nisi triennale numer. 12. C. de bon. mater.* & Petr. Gilkenius *ubi suprà*, & novissimus Ægidius Benedictus, qui cum hæc typis darem ad meas manus pervenit, *in l. ex hoc jure, ff. de justitia & jure, 1. part. cap. 3. num. 23. & 24.* Quinimò, si titulus probabilis, & tolerabilis sit, & per errorem juris, aut etiam facti dubii conflatus, in quacumque præscriptione etiam ordinaria, & quæ titulum desiderat, sufficere poterit, ut per text. *in cap. cùm dilectus de consuetud.* probant communiter omnes scribentes *ibidem, & in dict. cap. de quarta de præscrip.* post. Glos. *ibi verbo, Se posse tueri*, & resolvit Covar. *ubi sup. num. 9.* Molina *num. 69.* Menoch. *num. 305.* Vivius *pag. 280.* Pinel. *dict. num. 12. vers. In jurisperito, & in l. 2. C. de rescind. 2. part. cap. 4. num. 40.* & Gilken. qui plurimos refert *ubi suprà num. 2. & 3.*

CAPUT III.

In quo specialius de eodem præscriptionis titulo agitur, ejusque virtute etiam maris tractus, & litora quæri, & aliorum in illis navigationes, & negotiationes prohiberi posse probatur.

SUMMARIUM.

1 *Præscriptio aliquando sumitur pro utcapione, & acquisitione.*
2 *Præscriptionis frequentior acceptio, exceptionem, & retentionem significat.*
3 *Præscriptionis variæ definitiones remissivè.*
4 *Utcapio à Cicer. & J. C. appellatur finis litium.*
5 *L. 1. ff. de usucap. & l. ult. C. pro suo illustrantur.*
6 *Præscriptio non est contra æquitatem naturalem.*
7 *Liter minui, & finiri maximè expedit Reip. propter earum damna & dispendia.*
8 *L. 4. vers. Non tamen, & alia quæ de litium execratione agunt, referuntur, & exornantur.*
9 *Themistoclii notabile dictum circa litium detestationem.*
10 *Præscriptionem de jure civili esse, & ideò inter supremos Principes locum habere non posse, opinatur Menchaca, qui reprobatur.*
11 *Principes supremi non ligantur jure civili, sed tantùm naturali, aut gentium.*
12 *Incognitus Auctor Maris liberi, argumento Menchacæ nimis exultat.*
13 *Gloriosum victoriæ genus videtur, quod ex testimonio adversariorum elicitur*, ex Claud. Mammertino.
14 *Præscriptio juris gentium bodiè dici potest, cùm omnes nationes ea utantur, Et n. 17.*
15 *Juri gentium ea tribui possunt, quæ etiam jure civili indacta ab aliis gentibus communiter recepta fuerunt.*
16 *Præscriptio attenta materia juris gentium est, & ideò jus per eam quæsitum à Principe tolli non potest*, ex Anton. Petra.
17 *Petrus Gilkenius Menchacæ opinionem ex professo impugnat & damnat.*
18 *Præscriptionem contra, & inter supremos Principes & Respublicas liberas dari & practicari debere plura jura testantur.*
19 *Principes suis pactis ligantur, & eorum contractus habent vim legis.*
20 *Præscriptio habet vim pacti, & constituti, & habetur pro veritate.*
21 *Præscriptionis jura, & effectus inter nullos magis observari convenit quam inter supremos Principes, Et quare.*
22 *Regna omnia, & imperia sola antiquitatis tuitione subsistunt.*
23 *Præscriptionem si quis inter Principes tollat, gravissima in mundum injiciet.*
24 *Bellorum damna multa sunt, & graviora, quàm quæ ex litibus privatorum oriri possunt.*
25 *Bellum dicitur per antiphrasin quasi minime bellum, & alia ejus etymologia ex Cassiodoro.*
26 *Principes melius faciunt, ubi ratione potius & jure quàm armis & bellis suas lites componunt, & Catiodori verba hoc graviter suadentia.*
27 Incognitus *quibus rationibus impugnet jus navigationis maris Indici, quod nostri Reges sibi præsumunt.*
28 *Mare & litora maris gentium jure communia omnium esse dicuntur.*
29 *D. Ambror. locus refertur, eos notantis qui maris ritus sibi applicare, aut acquirere cupiunt.*
30 *Ægid. Bened. & Seraph. Freitas Lusitani, qualiter novissimè respondeant argumentis* Incogniti.
31 *Maris ut terræ jus, cum prohibitione navigationis exterorum per Pontificem nostris Regibus concedi potuit.*
32 *Papa fecit, ergo potuit, valet consequentia.*
33 *Pontifex Romanus representat personam Noë, & Christi, qui habuerant possessionem, & dominium maris.*
34 *Venetorum Respublica habet jus maris Adriatici ex donatione Alexan. III. R. Pont. & plenè de ejus historia, & an certa sit.*
35 *Maris & litorum proprietas licèt in universum à nemine occupari, vel acquiri possit, eorum tamen protectio pertinet ad Principes, quorum territoriis adjacent.*
Principes superni possunt exercere imperium, collectas, & vectigalia imponere in mari, & portubus sui territorii, ibidem.
36 *Maris varios tenuit vel tractus proprio jure sibi vendicant plures Principes & Respublicæ, qui referuntur.*
37 *Mare venit sub nomine territorii.*
38 *Mare sæpè sumit nomen à terris finitimis & in eo ramè aportet delicta cohiberi.*
39 *Nautarum, & marissimorum hominum fera & improba natura est, & quare.*
40 *Principes concesso castro, concedere videtur jus quod habet in mari, & in aquis* ex doctrina Innocentii.
41 *Maris jurisdictio an etiam ad loca remota extendatur.*
42 *Maris sicut & aridæ confines assignari possunt, & an propriùs pertinendæ vocentur.*
43 *Æris elementum est commune omnium, & nihilominùs habemus jus in cœlo, quod est supra domus nostras vel fundos.*
44 *Immunitate ecclesiastica gaudet qui in aere supra cœmeterium ex fenestra pendens appreheusus fuit.*
45 *Tributa pro aëre & umbra aliqui Imperatores exegerunt.*
46 *Lex* deprecatio ad l. Rod. de jact. *in illis verb.* Lex autem maris, *exponitur.*
47 *Leges ut quis in aliquo loco dare possit, ejus Imperium habere debet.*
48 *Maris dominium non pertinere ad Imperatorem ridiculum est* secundùm Alciatum.

49 *Leges Rhodiæ, & aliæ de mari, & rebus ad mare & navigationes pertinentibus à diversis Principibus latæ arguunt eos in ipso mari imperium habere.*
50 *Mare, & maris litora hodie ex communi totius Orbis usu, in dominio & jure Principum esse videntur.*
51 *Maris Imperium in Romanis agnoscit* Virg. Claud. & alii.
52 *Ezechiel locus exponitur, ubi insulam Tyri, dominam maris esse dicit.*
53 Tyria maria *adagium unde natum.*
54 *Maris primum dominum Minoën facit Strabo, & Diodor. Neptunum, & quare.*
55 *Navium inventores primi qui fuerint?*
56 *Reges Hispaniæ justius quàm Neptunus se maris Oceani dominos vocare possunt, & quare.*
57 *Maris & litorum usus omnibus competit.*
58 *Communia quæ sunt, præoccupanti cedunt.*
59 *Procuratores vel executores si duo, aut plures in solidum fuerint nominati, qui præoccupavorit, solus aget.*
60 *Jurisdictionem qualiter quis acquirat, eam exercens in loco, quem non constat esse de alterius jurisdictione.*
61 *Præoccupatio loci communis per Principem, facta, ei dominium tribuit.*
62 *Præscriptio longi temporis sufficiens videtur ad obtinenda loca jure gentium publica vel communia.*
63 L. si quisquam divers. & temp. præscrip. & l. sanè si maris, D. de injuriis expenduntur & illustrantur.
64 *Principes supremi interdictis non indigent ad jura sua retinenda vel recuperanda, cùm ipsi sibi jus dicant.*
65 L. fin. D. de usucap. *explicatur, & conciliatur cum* d. l. si quisquam.
66 *Jus in mari vel alio loco publico longa possessione quæsitum, interim durat, dum quis eo uti non desinit.*
67 *Maris vel alterius loci publici possessioni, longo tempore præscriptæ, qui institit, alterum eodem jure uti prohibet.*
68 *Piscandi & venandi jus an, & qualiter licitè in locis jure gentium communibus, quæri possit, & aliis prohiberi.*
69 L. 1. & 2. & aliæ tit. 8. lib. 7. Recop. *quæ de piscatione agunt, declarantur.*
70 *Navigatio maris Indici justè à nostris Regibus aliis nationibus prohibetur.*
71 *Præscriptio 30. vel 40. annorum cum titulo concessionis Pontificiæ an sufficiat ad quærendum jus maris Indici.*
72 *Præscriptio Imperii, & navigationis Indiarum non tolùm est quadragenaria, sed plus quàm centenaria & immemorialis.*
73 *Centenaria præscriptio est potentior quam immemorialis.*
74 *Præscriptio immemorialis est sufficient ad acquirendum non solùm usum, sed & dominium maris, & litorum publicorum.*
75 *Venetis, præscriptione immemorialis defendunt dominium, & gabellas maris Adriatici.*
76 *Præscriptio immemorialis habet vim tituli & privilegii, & operatur plures alios effectus.*
77 *Præscriptio immemorialis numquam censetur excluta.*
78 *Bona fides requiritur etiam in præscriptione immemorialis.*
79 *Reges nostri semper bonam fidem habuerunt in conquisitione & retentione Imperii Indiarum.*
80 *Bonæ fidei possessor est etiam ille, qui habet conscientiam dubiam.*
81 *Possessor in dubio potius debet sibi ipsi favere, quàm detruadere*, ex notabili doctrina Baldi.

SEd quando de vi, & effectu præscriptionis circa hanc Indiarum retentionem, de qua loquimur, agere cœpimus, opere pretium erit eumdem titulum specialius adhuc, & diligentius examinare, & à variis quibusdam Novatorum calumniis defendere. Est enim † tum ad acquirendum usitatissimus, quatenus præscriptio sumi solet pro usucapione, sive modo aquisitionis, qui ex longa possessione procedit, ut *in l. ei à quo* 21. & *l. fin. ff. de usucap. l. si duo* 23. §. 1. *ff. de jur. jurand. l.* 3. *ff. de requir. reis, l. qui alienam* 54. *ff. de evict. l. quinque pedum*, C. *fin. regund.* cum aliis traditis à Connano, *lib.* 2. *comment. c.* 11. *n.* 2. Pratejo, Brison. & Calino *de verbor. sign. verb. Præscriptio*, Cujac. & Horman. *in principio institution. de usucap.* ubi etiam Vultejus, *n.* 6. & 10. 1

Tum † verò, maximè efficax ad retinendum, cùm præscriptio propriùs, & frequentiùs pro exceptione sumatur, quæ ex definito tempore substantiam capiens, possessorem dominium efficit, & plenam ei in posterum securitatem indulget, ut constare poterit *ex l.* 1. *ff. de usucap. l. ult. ff. pro suo*, *l. cùm notissimi*, C. *de præscript.* 30. *vel.* 40. *an. l.* 1. C. *de commun. rerum alien. c. vigilanti*, *de præscript.* Et † ex variis ipsius præscriptionis definitionibus, quas tradit Glos. *in c. in summ.* 4. *q.* 3. Panormit. Felin. Alciat. & alii *in rub. de præscript.* D. Covarrub. *in regul. possessor.* 1. *p. relect. c. unic. n.* 4. Connan. Brison. & alii *ubi supra*, Parlador. *lib.* 2. *quotid.* § 1. Donel. *lib.* 5. *comment. c.* 4. & *lib.* 22. *c.* 1. ubi Osuald. qui alios adducit & Petr. Gilken. *in tr. de præscript.* 1. *p. c.* 2. *n.* 21. & *seqq.* 2

Unde † meritò Cicero *in Orat. pro Cecina* usucapionem appellat *finem solicitudinis à periculo litium*, & J. C. *In d. l.* 1. *ff. de usucapion. l. ult. ff. pro suo princ. inst. de usucap.* bono publico inductum esse restantur, ne rerum dominia sint in incerto, & ut aliquis litium finis esset, quæ loca † latè exornant DD. præcipuè Alciat. & Berojus *in dicta rubrica de præscription.* Theologi omnes *in* 4. *distinct.* 5. Summis. *verb. Præscriptio*, Forcun. Garcia *in l.* 1. *ff. de justitia & jure*, Balb. *in tract. de præscript.* 1. *p. q.* 5. Covarrubias *ubi supr.* 3. *p. in princip.* Pinel. *in authent. nisi tricennale, num.* 39. C. *de bon. matern.* Menoch. *de arbitrar. quæst.* 49. Petr. Gregor. *lib.* 40. *Syntag. c. ult.* Rævard. *ad leg. Scribon. cap.* 3. Donel. *dict. lib.* 5. *c.* 3. Angel. Matthæac. *de vita & ratione juris. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. Everar. Broncorst. *cent.* 4. *antinom. c.* 2. & plures alii relati à Gilken. *ubi sup.* 1. *p. c.* 1. ubi ostendunt, præscriptionis † beneficium non esse contra æquitatem naturalem, reprobata Accurs. sententia, qui secus existimavit *in dict. l.* 1. *ff. de usucap.* cum ex ea, inter alia, prædictum commodum finiendarum, vel minuendarum litium resultet. 3 4 5 6

Quod † vel ad ostendendam ejus utilitatem & necessitatem sufficeret, cùm nihil magis providi quique Legislatores, & Rerum publicarum gubernatores curare debeant, & soleant, quàm ut litibus finis imponatur, propter damna, incommoda & dispendia, quæ ex illis resultant & generantur, ut † constat ex text. *in l.* 4. *versi. Non tamen, ff. de alienat. jud. l.* 3. §. *tanetsi, ff. de recap. arb. l. servus* 19. *versic. Sed si, ff. de obligat. & action. l.* 1. C. *de novo C. fac. c. finem litibus, de dolo & contum. Clement. dispendiosam, de judiciis*, cum aliis latè congestis à Luca de Penna *in l. litibus C. de agricol. & censit.* Cattel. Cota *in memor. verb. Lites citò* Sylva *nup. lib.* 6. *n.* 8. 7 8

n. 8. *cum sequenti*: Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 8. *glos.* 7. *ex n.* 20. Tiber. Decian. *respons.* 70. *num.* 39. *vol.* 2. Histor. fori Roman. *lib.* 5. *c.* 17. Balduin. *in proleg. m. ad tit. inst. de actio* Brison. *verb. litibus seri*, Raduif. Fornet. *lib.* 3. *rer. quotid. c.* 1. Gilken. *dict. cap.* 1. *num.* 33. Cardin. Tusch. *pract. conclus. jur. lit. L, concl.* 383. & 384.

Quibus addo † Themistoclem, qui ut refert Ælian. *lib.* 13. *de var. hist. lib.* 2. *p. mihi* 152. dicere solebat, quod si duæ sibi monstrarentur viæ, una quæ ad tribunal, altera, quæ ad inferos tenderet, libentius multò hanc, quam illam ingrederetur. Quamvis hoc dictum Demostheni tribuat. Pet. Nannius *in Polyanthea, verb. Regum, ad finem, pag. mihi* 714. 9

Neque † his aliquid officiet, aut tituli, de quo agimus, vires & auctoritatem comminuet, nova opinio Ferdin. Menchacæ *lib.* 1. *controvers. illustr. c.* 55. *n.* 28. & *c.* 89. *n.* 32. ubi probare intendit, præscriptionem inter Supremos Principes locum habere non posse, eo quod jure civili inventa dicatur, *d. princ. inst. de usucap.* quo † ejusmodi Principes non ligantur, *l. Princeps, ff. de legib.* se tantùm naturali, aut gentium, secundùm doctrinam Baldi *in l.* 1. *ff. de const. Princip.* Alex. *cons. ult. lib.* 4. *col.* 7. & Anton. de Burtio *in capit. quæ in Ecclesiarum, colum. penul. de constit.* 10 11

Nam † licèt hoc argumento nimis exultet Incognitus *in tract. Mare liberum*, ut refert Seraph. Freit. *de Imper. Asiat. c.* 13. *num.* 2. quasi, qui nos auctoritate Hispani Doctoris convincat, ut enim dixit † Claud. Mamertin. *lib.* 11. *cap.* 10. relatus à Justo Lipsio advers. Dialogist. *cap.* 22. *Gloriosum victoriæ genus est, ab eo cum quo decertem, arma capere, quæcumque adversario testem, illinc stare & istinc dicere*, Facilè tamen ei respondetur ab eodem Freitas *c.* 14. *n.* 1. præscriptionem † etsi forte civili Romanorum jure originem, & temporis præfinitionem acceperit, cùm tamen ab aliquibus nationibus anteà etiam cognita fuisset, & posteà ab omnibus communi consensu recepta reperiatur, juris gentium reputari 12 13 14 15 debere, ex † latè traditis à Jas. *in l. ex hoc jure, n.* 46. & *seqq. ff. de just. & jure*, D. Covarr. *in d. reg. possessor.* 1 *p.* §. 1. *n. ult. & lib.* 1. *var. c.* 5. *ad fin.* Pinel. *in rubr. C. de rescind. vend.* 1. *p. c.* 1. Alvar. Velasc. *de jure emphyt. q.* 3. *num.* 2. D. Ant. Pichard. *in rubr. inst. de empt. & vend. num.* 19. novissime Ægid. Bened. *in d. l. ex hoc jure, cap.* 8. *d n.* 6.

Ultra quos † eamdem sententiam tenet Petr. Ant. Petra *in tract. de potest. Princip. c.* 25. *n.* 34. qui adversus Rebuf. defendit, præscriptionem attenta materia juris gentium esse, argument. *l. adeò, §. præterea, vers. Planè si longiori tempore. ff. de acq. rer. dom.* atque adeò jus per eam quæsitum per Principem tolli non posse. 16

Et magis in † nostris terminis Petr. Gilken. *d. tract. de præscript.* 3. *p. c.* 11. ubi ex professo contra prædictam Menchachæ opinionem scribens, ac disputans, rectè concludit, nullam sub toto Christiano nomine regionem esse, quæ usucapionis, vel præscriptionis jura, saltem propria lege, aut consuetudine non admiserit. Et † nedum unam, verum infinitas penè leges extare, quibus edocemur, contra Principes, præscriptionis vires locum habere, sive jus Civile, sive jus Canonicum intueamur, sive spectemus personam Imperatoris, sive Romani Pontificis, ut constat *ex l. in omnibus, l. intra quatuor, ff. de divers. & tempor. præscript. leg.* 2. C. *de vectigal. & commiss. l. quæsitam, ff. de falsis, leg. fin. Cod. de fund. patrimo. c. cum nobis, c. ad audientiam, c. diligenti, de præscription.* junctis aliis, quæ latè congerit Abb. *cons.* 8. *lib.* 1. *& cons.* 62. *lib.* 2. Socin. *regul.* 28. & Card. Tusch. *lit. P, conclus.* 534. *num.* 13. & *seqq.* Hocque admitti etiam, & probari debere, ubi inter Reges, civitates, aut provincias liberas, contentio aliqua orta sit, quæ immemorabilis temporis suffragio sublata dicatur, sive lis sit de rebus privatis, sive de publicis, aut Regalibus, vel confinibus. 17 18

Etenim si † pactum, aut contractus Principes obligat, *l. Cæsar, ff. de public. an. cap.* 1. *de probat.* imp & vim legis habere dicitur, *l. donationes, quas Divus* 26. *Cod. de donat. inter.* cum innumeris, quæ refert ipse idem Menchac. *lib.* 3. *de success. creat.* §. 26. *ex num.* 2. Cened. *in collect.* 167. *ad Decretal. supra dict. cap.* 1. *de probat.* DD. *in l.* 1. *& in l. conventionum, ff. de pact.* ubi Duaren. & Joan. Horozc. & elegantissimus Ferdin. Mendoza 1. *part. cap.* 5. Pinel. *in rubric. C. de rescind.* 1. *part. cap.* 2. Dom. Greg. Lopez Madera, *lib. singul. animadvers. jur. civil. cap.* 35. Morla *in empor. jur. super titul. de pactis, quæst.* 1. *ex n.* 67. Everard. Bronc. *antinom. centur.* 1. *cap.* 11. & Vincent. Cabot. *lib.* 2. *variar. disp. cap.* 10. Cur non dicemus antiquitatis prærogativam, utrique populo, vel Principi competere? Cùm † veritatis habeat vim pacti, & constituti, & legis, *l. hoc jure*, §. *ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiva, leg. in summa in princip. & §* 1. *& l. ultim. ff. de aqua pluvia arcenda, l. quominus, ff. de fluminibus*; ubi Bartol. *n.* 99. Anton. Gabriel *commun. opin. tit. de præscript. conclus.* 1. *n.* 76. & plurimi alii, quos refert & sequitur Brunorus à Sole *in locis communib. verb. Præscriptio, pag.* 874. Imò & ipso veritate habeatur, secundùm Glos. *in l.* 1. C. *de servit. & aqua, l. si pupillus*, §. *fin. de admit. tut.* Bald. *in l. cùm causam, num.* 5. *de probat.* Felin. *in rubrica de præscript. num.* 3. *vers. Fallit, & in cap. cùm accessissent, num.* 48. *de constit.* Paris. *cons.* 27. *numer.* 33. *volum.* 1. Bald. *cons.* 13. *lib.* 4. Socin. *consil.* 86. *numer.* 12. *lib.* 1. & 166. *numer.* 12. *lib.* 2. & Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 8. *num.* 12. 19 20

Quibus † (& sanè non minus efficaciter) addere possumus tantum abesse ut juris civilis regulis hoc est boni & æquitationibus adverseretur, quod inter supremos Principes præscriptionum jura serventur, ut potiùs inter nullos alios magis custodiri & observari debeant. Nam si ratio excusandarum vel minuendarum litium inter privatos præscriptionem induxit, *ut suprà* retulimus, longè fortiùs ad Principum causas eamdem prorrigere convenit: cùm omnes † ipsorum ditiones, hac sola, ut plurimum, antiquitatis tuitione subsistant, ut diximus, *supr. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 43. & *seq.* & cum Bellarm. Molina, & aliis probabimus, *infrà cap. seq. ex n.* 36. & de Indiis nostris loquens Joseph. Acosta, *lib.* 2. *de procur. Ind. tal. c.* 11. & *lib.* 3. *cap.* 3. & Serap. Freitas *de Imperat. Asiat. cap.* 14. 21 22

cap. 14. *num.* 1. *&* 7. Cujus † vim, & effec-
23 tum si quis temeraria doctrinæ novitate convellat, nihil aliud quàm bellorum semina, quibus totus mundus ardeat, in Orbem injiciet, quorum
24 † quanta sint damna, & quam exitialia privatorumque litibus graviora late, aliud agentes, prosequimur *infrà hoc lib. cap.* 6. *num.* 42. *& seqq.* & novissimè ostendit Balth. Chavas. *lib.* 1. *de perfect. prudent. cap.* 8. §. 1. *pag.* 365. ubi proinde bellum
25 solis in expertis dulce appellari, inquit: † & ita vocatum esse per antiphrasim, quod minimè bellum sit, sicut Parcæ; quod minimè parcant, & lucus, quòd minimè luceat, & montes minimè moveantur; quam etymologiam licet inter alias probet Joan. Funger. *in etymolog. Græco-Latino, verb. Bellum*: Casiodor. tamen, *lib. variar. epistol.* 30. à Belo Assyriorum Rege dictum existimat, quod is primus ferreum gladium produxerit, cum antea, inter ipsos quoque adversarios, non essent armata certamina; sed pugnis se lacesserent, unde & pugna nomen accepit, atque ea propter statim bellum vocat: *Consilium atrox, crudele præsidium, ferinam certutionem.*

26 Et longè † melius pios Principes facturos inquit, si per legitimos tramites persequantur, quæ ad se pertinere contendunt: *Quid enim discrepat à peccante, qui se per excessum ulitur vindicare? Impœnitentia est ultio, quæ de legibus venit, & excellenter videtur de pulsato triumphasse, qui victor pronuntiatur à judice.* Et lib. 7. epistol. 1. *In causa possint jura non brachia, nam cur eligant quærere violenta, qui præsentia probantur habere judicia.*

27 Sed adhuc (ut audio) Incognitus urget, † & ejusdem Menchacæ vestigiis insistens, probare contendit, neque Pontificiæ concessionis, neque occupationis vel præscriptionis titulos nostris Regibus proficere posse, saltem quoad acquirendum, vel retinendum maris, & litorum maris dominium, quod in his Occidentalibus regionibus sibi vendicant, & multo minus ad navigationes, & commercia extraneorum ad illas, & in illis interdicendas, & impediendas. Eo quòd, ut ipsi in-
28 quiunt, hæc omnia † jure gent. communia sint, & sine ejus violatione, ac transgressione à nemine concedi, occupari, præscribi, vel aliis prohiberi possint, juxta text. *in l. nemo igitur, ff. de rer. divis. l. venditor, ff. commun. præd. l. usucapionem 9. & l. fin. ff. de usucap. l. quod in litore, ff. de acquir. rerum domin. l. litora 51. ff. de contrab. empt. l. 2. §. Si quis in mari, & l. litora 3. ff. ne quid in loco publ. l. injuriarum 13. §. si quis me prohibeat, ff. de injuriis, §. si quidem, instit. de rerum divis. l. 7. tit. 29. part. 3.* ibi: *No lo pueda ningun home ganar por tiempo*, cum aliis, quæ ex Cicerone, Virgilio, Ovid. Plin. & aliis retulimus, *supr. lib. 2. cap. 20. n. 34. & seqq. & cap. 23. ex n. 37. usque ad fin.*

29 Quibus † arridens D. Ambros. *lib. 5. Hexam. cap.* 10. nimiam hanc superbiam, sive cupiditatem aliquorum Principum, qui etiam ad maris spatia suæ dominationis terminos extendere volunt his verbis notare videtur: *Spatia maris sibi vendicant jure mancipii piscium que jura, sicut vernacularum, conditione servitii sibi subjecta commemorant: Iste*, inquit, *Sinus maris meus est, ille alterius. Dividunt elementa sibi potentes* Et de Nabuthe *cap.* 3. *Induciis mare intra prædia tua, ne desint bellua, produciis finem terræ, ne possis habere finitimum.* Et eodem respicit Balduin. *in d. §. & siquidem, n.* 3. inquiens: *Quo nunc ergo jure nostri Principes, quod natura voluit esse liberum & commune, servum propriumque faciunt? Quo jure Venetis mare Adriaticum, Genuensibus Ligusticum servit?*

Verum † his argumentis plenè, postquam hæc 30
scripseram, respondisse reperio Ægid. Bened. *in l. ex hoc jure, ff. de just. & jure, 1. p. cap.* 3. *ex num.* 13. & plenius Seraph. Freit. *de Imp. Asiat. ex cap.* 10. *ad* 15. dum Lusitanorum navigationes ad Indiam Orientalem defendere curant, Lusitani ambo, ambo quidem eruditione florentes, & ut cum Virgil. loquar,

Æneid. 6.
Et cantare pares, & respondere parati.

Sed nos, qui de Occidentalibus agimus, ut circa eas aliquid etiam præstitisse videamur, ultra ea, quæ illis tradita sunt, breviter respondemus. Primò, non † facilè concedendum esse Incognito, 31
quod Romani Pontificis donatio Hispaniæ Regibus facta, hoc jus Indici maris, & navigationum, ac litorum ejus, etiam cum prohibitione aliorum concedere non potuerit. Nam etsi hoc admittat Seraph. *ubi supr. cap.* 12. Nostramen pluribus hanc Romanæ sedis temporalem in totum Orbem potestatem adstruximus, *suprà lib. 2. c. p. 23. 24. & 25.* ubi ipsas etiam Alex. VI. Calixti III. Nicolai V. & aliorum Rom. Pont. Bullas retulimus, quibus expressis verbis, maria quoque Indiarum, & jus aliorum navigationes in eisdem prohibendi, Castellæ & Lusitaniæ Regibus concessa videmus. Unde ut ibidem sæpè probavimus, amplius apud Catholicos inquirendum non est, cum valeat consequentia, Papa † fecit, ergo potuit, de quo etiam 32
plenè agit Redoan. *in tract. de spoliis Eccles. q. 7. §. occurrit, n.* 51. *& seqq.* & Ant. Petra *de potest. Princip. c. 3. q. 4. n.* 8. Et in specie, quòd ad maris etiam dominium concedendum extendatur, probat Marta *de juris. 1. p. c. 26. num.* 55. & magis expressè ac disertè Cam. Borrel. *de præst. Reg. Cath. c. 46. n.* 230. *& seqq.* docens † Romanum 33
Pontificem Noë, & Christi Domini personam repræsentare, quorum ille per arcam, hic per lignum Crucis mundum servavit, & ex investitura sibi à Deo facta, maris dominium, ac corporalem possessionem accepit, juxta illud Matthæi 8. & Marc. 5. *Quis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?* Et Luc. 8. *Hinc surgens imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna, & ambulavit supra mare.*

Neque hoc † novum videri debet, vel solo 34
exemplo donationis Alex. VI. aut Calix. III. subsistere, cum Sereniss. Venetorum Respublica, ex simili alia alterius Pontificis Alex. III. concessione, & longa quasi possessione, Adriatici maris dominium sibi præsumat, & in eo jurisdictionem exerceat, & vectigalium commoda exigat. Inquiunt enim ejusdem Reipublicæ historici, & alli, qui ab ipsis acceperunt, quod cùm prædictus Pontifex furorem irati Friderici Ænobarbi Imperatoris fugiens, sese Venetias contulisset ibi Sebas-

bastiano Zanæ Duci XL. à bello, quod in favorem Pontificis contra Imperatorem gesserat, victori reverso, victoriam gratulatus, annulum aureum porrexit. *Accipe* (inquiens) *Clane me Auctorem ipsum mare hoc tibi pignore obnoxium reddito, quod tu, tuique successores quot annis statuto die servabitis, ut omnis posteritas intelligat maris possessionem jure belli vestram esse quandoquidem facta, atque uti uxorem viro, ita illud vestro subjacere imperio.* Cujus tam memorandi facinoris solemnia à Principe Venetorum, à Senatu, & universo Magistratuum ordine, purpura & ostro induto, maxima pompa solemnique apparatu, ingenti civium, ac militarum cymbarum frequentia, apud litora maris singulis annis Ascensionis Dominicæ die peraguntur, & aureo annulo Neptunum, mareve ipsum, ut uxorem viro sibi despondent, & subarrhant, ut latè recensent Ant. Sabell. *decad. 1. hist. lib. 7.* Villamont. *lib. 1. sua peregrinat. c.* 34. Petr. Justin. & Gabr. Simeon, *lib. 2. hist. Venet.* Gasp. Contaren. *lib. 1. de Rep. Venet.* Nicol. Dolfin. *in compend. hist. part. 3.* Vannoz. *3. part. Polit. num.* 8090. Ludov. Grotus Cæcus Adriæ, *orat. 7. fol. 38. pag. 2.* Martin. Delrius *disq. Magic. lib. 4. c. 2. q. 6. sect. 3.* & novissimè eum transcribens Balth. Chavas. *de perfid. prud. lib. 1. cap. 9. pag.* 211. Qui tamen tres ultimi Auctores concessionis verba paulò aliter referunt, & Imperatorem, Pontifici adversum, non Fridericum, sed Othonem ejus filium fuisse perperam tradunt. Et ex nostris juris interpretibus, ejusdem donationis mentionem faciunt Petr. Greg. *lib. 3. Syntag. cap. 3. num.* 1. Marc. Mantua *in Enchirid. rer. singul. c.* 104. Angel. Matthæus *de via & ratione jur. cap. 36. num.* 18. *fol.* 72. Thad. Piso Toac. *in §. & siquidem inst. de rer. divis.* qui allegat Glos. *in l. usum aqua, C. de aquæductu*, & latius Camill. Borrel. *d. cap.* 40. *num.* 233. Peregrin. *de jure fisci, lib. 8. num.* 18. *& seq.* Joan. Bapt. Lup. *in tract. de illegit. comment. 3. §. 3. num.* 12. Seraph. *d. cap.* 10. *num.* 32. Cardin. Tusch. *pract. conclus. jur. tom. 8. verb. Venetiarum, conclus.* 78. *& seq.* & melius Franc. à Ponte *in tract. de potest. Proreg. tit. de triremib. num.* 41. *& sequentib.* & eruditissimus & numquam satis laudatus Dom. Regens Joan. Baptis. Valenzuela Velasquez *consil.* 100. *num.* 56. ubi benè advertunt, & notant, mirùm videri quòd hujus concessionis, nec à Romoaldo, Othone Frisingensi, Gothifrid. Viterbiensi illius temporibus, neque à Platina in vita dicti Alexandri III. aut à recentioribus Chronologis mentio aliqua facta fuerit. Et ego addo, apud Illustrissim. etiam Cardin. Baron. nullatenus reperiri, quamvis totum ferè duodecimum tomum Annal. Eccles. in vita & gestis hujus Alexandr. III. consumat, & anno 1177. §. 6. & 18. de ejus fuga in Venetias agat, & de Rosa aurea, & aliis gratiis & indulgentiis Sebastiano Zanco, & Reip. Venetorum ab eodem Pontifice concessis.

35 Secundò respondeo, † regulariter quidem verum esse, quod Incognitus tradit, mare nimirum & maris litora, & navigationum, ac commerciorum jura omnibus communia esse, nullumque sibi harum rerum dominium, vel proprietatem usurpare, vel occupare posse. Neque enim tam latum & immensum æquor integram possessionem, vel occupationem privatorum admittit, ut benè observat Wesemb. *in §. 1. num. 4. instit. de rerum division.* Hoc tamen non impedire, quin Imperatores, Reges, & alii supremi Principes, protectionem & jurisdictionem marium, & litorum suis imperiis adjacentium habeant, & cum inhibitione etiam aliorum exerceant, inibique leges statuant, vectigaliaque, & portagia, prout sibi justum visum fuerit, imponant, & exigant. Quo respectu, nihil magis frequens, aut vulgare inter utriusque juris Doctores esse videtur, quàm maris imperium, ad illum supremum Principem pertineat, qui in continenti proxima imperat, ut etiam tetigi *d. lib. 2. c. 6. c.* 22. ubi plures ad hoc Auctores adduxi, & ultra eos, idem graviter & doctè prosequitur Baldus *consil. 51. Quæritur an Florentini, n. 2. lib. 4.* probans mare dici de districtu illius civitatis, vel loci, qui confinat cum mari, in quantum se extendit territorium terræ prope mare. Et hoc etiam prosequitur idem Bald. *in l. cum proponas, de nautico fœnore*, ubi de collectis & vectigalibus loquitur. Et absque dubio in mari Mediterraneo procedere docent glossa & Bartol. *in l. sanè si maris, ff. de injuriis*: Jas. *in d. l. ex hoc jure n.* 27. ubi loquitur de Gulpho Venetorum: Hippolyt. de Marsiliis *in l. fin. de jurisdict. omn. jud. n.* 183. Matth. de Afflict. *in tit. quæ sint Regalia, verb. Vectigalia: n.* 101. Belluga *in Speculo Princip. rubric.* 30. Anton. Corset. *singul.* 154. *verb. Jurisdictio*: Joann. Garcia *de expens. cap.* 21. *num.* 34. & 35. Cancer. 1. *part. variar. cap.* 13. *num.* 236. Raudens. *decis.* 8. *num.* 2. Wesemb. *in §. insula, inst. de rerum divis.* Sixtin. Regner. *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 4. Cabed. *decis. Lusitan.* 2. *p. decis.* 46. & 47. Calist. Remir. *de lex. Reg. Aragon. §.* 30. *n.* 21. & 22. Peregrin, *d. lib.* 8. *de jure fisci, num.* 4. *& seqq.* Valenzuela plures alios recensens *d. cons.* 100. *num.* 55. & latè Osasc. *decis. Pedem.* 155. ubi loquitur de Duce Sabaudiæ, qui imposuit pedagia, & vectigalia in suo mari, & cum prohibitione aliorum ibidem jurisdictionem exercet.

Prout † & faciunt, & facere possunt, juxta 36
sententiam eorumdem Auctorum Veneti *in mari Adriatico*; Genuens. in *Ligurico*, Romani in *Thyrrheno*, Græci in *Jonio*, & *Ægeo*, Galli in *Narbonensi*, & Hispani in *Indico Orientali & Occidentali*, quia † mare & aquæ veniunt sub no- 37
mine territorii, argm. text. *in l. venditor, ff. com. præd. in l. insulæ Italiæ*, cum ibi notatis, *ff. de judiciis, l. inter eos cum seqq. ff. de acq. rer. dom. l. nationem*, §. 1. *& l. portus, ff. de verb. sign. l. 1. §. statio, ff. de flumin. l. 1. §. fin. ff. de rer. divis. c. licèt*, ubi gloss. & Bald. *n.* 2. *de feriis, c. simile. quæ sint Reg. in usib. feud.* & eorum quæ tradit gloss. *verb. Territorium*, & post eam Geminian. & alii *in c. ubi periculum, de elect. lib. 6. cap. ex literis, ad finem, de probat. cap. accedens el 2. ad fin.* ubi etiam Bald. *in fin. ut lite non contest.* Felinus *in c.* Rodulph. *n.* 12. *& seq. de rescript.* Decius *in d. l. fin. de jurisd. num.* 9. Bald. *in l. beneficium col. 2. de constit. Princip.* Ruin. *cons.* 18.

cons. 18. *n.* 6. *lib.* 1. Roder. Suar. *allegat.* 17. *per totam*: Anton. Vacca, *in l.* 2. *ff. de rerum divis.* Menchaca *lib.* 2. *de controvers. illustr. c.* 9. Marin. Freccia *de subfeud. lib.* 2. *tit. quis dicatur Dux vel March. num.* 4. & 5. *fol.* 119. Camill. Borrel. *de præst. Reg. Cathol. cap.* 9. *ex n.* 45. & *cap.* 46. *ex n.* 227. & *in sum. decis. tit.* 41. *de jurisdict. omn. jud. n.* 115. *fol.* 158. Benevent. Stracca *de navigat. n.* 6. Ponte *ubi suprà n.* 41. & *seqq.* Sixtin. Cabedus, & Valenzuela *ubi suprà*. Bobadill. *in Polit. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 69. & *cap.* 5. *n.* 6. Matthæac. *d. c.* 36. *num.* 11. & 14. & latissime Peregrin. *d. tit.* 8. *num.* 9. *cum seqq.* Ægid. Bened. & Seraph. Freitas *in locis suprà relatis*: & Petr. Greg. omnino videndus, *lib.* 9. *de Repub. c.* 1. *n.* 27. & *lib.* 1. *Syntag. c.* 3. *n.* 5. & *lib.* 3. *c.* 14. *num.* 7. ubi hujus
38 rei elegantes rationes adducit, ‡ de mari semper à vicinis locis nomina tribui probat, nulla in parte oportere severius & accuratius legum aculeis delinquentium peccata compescere, quàm in mari,
39 & maritimis regionibus, propter † gravia & frequentia nautarum, & incolentium facinora, & inhumanam ac feram eorum naturam, quæ veluti ex salsuginoso humore contracta, quâ in illis dominatur, negatem obnubilat, atque obnoxia quæque impellit: prout etiam animadvertit Levin. Lemn. *lib.* 5. *de occult. nat. mirac. c.* 16. Quibus †
40 mirè convenit Innoc. *in c. cum ad terram, de restit. spol.* cujus doctrinam refert, & sequitur Tiber. Dedian. *respons.* 123. *n.* 25. *vol.* 3. ubi ait, quod si Princeps concedit castrum, intelligitur concedere & territorium, & omnia emolumenta, quæ ex eis quoquomodo capere poterat, tam in terra quàm in mari, & in aquis.

41 Et hoc † non solùm ad propinquam maris regionem, vel intra centum milliaria contrahendum est, ut sentire videtur Bart. *in tract. de insul.* 3. *q. nullius, n.* 1. Paul. Castr. *in l. Cæsar de publ. & vectig.* & Hieron. de Monte *in tract. de fin. regund. c.* 9. *n.* 3. quos sequitur Gomez de Leon. *allegat.* 12. *n.* 2. verùm etiam ad valde remotam; si tamen nulli alii propinquior sit, ut bene ostendit Roder. Xuar. *dict. alleg.* 17. *colum.* 2. & Cabed. *decis.* 47. *num.* 3. argum. text. *in l. unic. Cod. de classis*, quam non esse alibi inquit Bartol. *ibid.* & ejus notanter meminit Angel. *in dict. leg. sanè si maris, ff. de injuris*; idem Bart. *in d. l. Cæsar, de vectig.* & Cepola *in*
42 *tract. de servit. tit. de mari, c.* 26. Qui † inde, subinferant, non solùm in arida, sed etiam in mari fines reperiri, & terminos assignari posse, juxta doctrinam Bald. *in l. ult. in fin. C. de inst. & substit.* & aliorum, quos refert Ægid. *in d. l. ex hoc jure, l. p. c.* 5. *n.* 5. Quamvis Corneus *cons.* 273. *n.* 22. *vol.* 1. quem sequitur Hieron. de Monte *in d. tract. de finib. c.* 39. *n.* 2. in mari non esse confines, sed pertinentias docent, quia aqua communiter uniformis est, & quid *pertinentiarum* nomine veniat, latiùs exponat, *cap.* 80. *per tot. & c.* 90. *n. ult.*

Possumusque in prædictarum confirmationem, optimum aliud exemplum adducere † ex
43 aëris elemento petitum, quod licèt naturali etiam jure commune omnium esse dicatur, *in* §. *& siquidem, inst. de rer. divis.* cum similibus; unde Ovid. *lib.* 6. *Metam.* inquit.

Nec Solem proprium natura, nec aëra fecit.
Et alibi
Omnia ti tencat, non possidet aëra Minos.

Nihilominus tamen omne cœlum quod est super nostras domus, vel fundos, quasi occupatione nostrum quoque esse censetur, *l. fin. ff. de servit. l. altius, C. eod. l. pen. & l. fin.* §. *penul. ff. quod vi aut clam*; & ideo prohibere possumus eos, qui nos hujusmodi jure uti impediunt, vel in agros nostros, etiam spatiandi, aut aëris capiendi gratia, ingredi volunt, *l. per agrum* 11. *C. de servit. & aqua, l. ut pomum, ff. eod.* & post Coñna. quem refert, & observat Osual. in notis ad Donel. *lib. r.* 4. *c.* 2. *lit. C*, & Freitas *d. c.* 10. *n.* 44. & 45. ubi hinc † notabiliter infert, justè Neapoli decisum fuisse, ecclesiastica immunitate quendam delinquentem gaudere debere, qui in aëre ex fenestra pendens, quæ supra Ecclesiæ cœmeterium erat, comprehensus fuit. Ac proinde legimus, aliquos † Imperatores pro aëre etiam & pro umbra tributa à subditis exegisse, ut tradit Cujac. *liber.* 10. *observ. c.* 7. & Petr. Greg. *lib.* 3. *Syntag. cap.* 10. *n. fin.*

Et in hunc sensum accipi potest, quod Imperator Antonius † scripsit *in l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. de jactu.* dum se mundi Dominum, & maris legem appellat, ad quam ferendam, certum est jurisdictionem † & imperium loci, cui promulgatur, desiderari, ut post alios docent Suarez *de legib. lib.* 1. *c.* 8. & Salas, *disp.* 7. *sect.* 1. Quod doctè advertens Alciat. *lib.* 2. *disput. c.* 5. perridiculum esse inquit, quod ibidem aliqui ex antiquioribus tradiderunt, † nempe maris imperium
48 non spectare ad Imperatorem. Et Petr. Gregor.
49 *d. lib.* 1. *Syntag. cap.* 3. *num.* 5. † Ultra leges antiquas de mari & navigatione à Rhodiis latas, qui maximè freta sulcabant, de quibus loquitur Anton. & D. Isidor. *in cap. Rhodia leges*, 2. *distinct.* postea & has approbatas, & alias plures de naufragio, & rebus maritimis à Romanis Nomothetis promulgatas, ostendit *in l. quo naufragium* 3. *ff. de incend. ruin. naufrag. l. fin. C. de furt. & in titulis C. de naufrag. de navicular. de nautis Tiberinis, de classicis*, & alibi passim.

Et hæc † propter, jam ex communi totius Orbis observatione, mare, & litora maris, quodammodo in dominio & jure Principum, & Magistratuum haberi cœpisse, optimè advertit Hubert.
50 Giphanus *in l.* 50. *n.* 4. *ff. de acq. rer. dom.* Joan. Bodin. *lib.* 1. *de Repub. cap.* 12. *pag.* 267. Rebuff. *in l. litus* 96. *ff. de verb. signif.* Petr. Greg. *dict. lib.* 3. *Syntag. c.* 14. *n.* 7. Osuald. *ad Donel. lib.* 4. *c.* 2. *lit. E*, & Peregrin. omninò videndus *d. lib.* 8. *n.* 2. *& sequent. & n.* 11. & 16. ubi probat, quod mare possidet, qui in eo jurisdictionem & imperium habet, ut per Bartol. *in tract. de alveo, in* §. *publica*: Cepol. *in tract. de servit. c. mari, n.* 9. & Jacobin. *de feud. verb. Et cum fluminibus, n.* 10. Et quod in mari potest dari imperium, & jurisdictio sicut in terra, cum fundamentum sit in suo alveo, & ideò in terra, cum terra sit inferior Sphæra: ut tradit Bald. *in dict. rub. de rer. divis. n.* 2.

Quod antiquitus † etiam invaluisse satis ostendit D. Ambros. *in loco sup. n.* 29. relato, dum
51 inquit, *Dividunt elementa sibi potentes.* Neque abest-

abest Virg. *lib.* 1. *Æneid.* ubi Romanos maris imperium habituros, his verbis vaticinatur:

Certè hinc Romanos olim volventibus annis,
Hinc fore ductores, revocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.
Et Augusto Cæsari blandiens 1. *Georgic.*
= *Tua nautæ*
Numina sola colant: tibi serviat ultima Thule,
Teque sibi generum Thetis emat omnibus undis.

Cui similis est Claud. *in 4. panegyr. de Consulatu Honorii*, cujus, & aliorum mentionem fecimus *suprà lib.* 1. *c.* 6. *n.* 6.

Subdidit Oceanum sceptris, & margine culi
Clausit opes.

52 Et his certior, † & antiquior testis Ezechiel. *c.* 27. *vers.* 4. ubi de Tyro insula loquens, eam in maris corde sitam inquit, & quod se ejusdem maris do-
53 minam esse gloriabatur. Unde † & adagium natum est, *Tyria maria*; quod explicans Fest. Pompejus *lib.* 19. *de verb. signif.* inde deductum esse ait: *Quod Tyro orundi Pœni, adeò potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus navigatio esse periculosa.* Refert etiam Strab. *lib.* 10. *Geogr.*
54 primum mari imperasse Minoëm. † Quod Diod. Sicul. *lib.* 6. Neptuno tribuit, quem, ob id solum, quòd primus navigandi arte inventa, per mare classem induxit, ejus Dominum, & Imperatorem fuisse antiquitas fabulatur, prout etiam adnotat Servius in illud Virg. 1. *Æneid.*

Non illi imperium pelagi, savumque tridentem,
Sed mihi sorte datum.
Et Silius Ital. *lib.* 7.
Talibus alloquitur Regem maris.

55 Quamquam alii aliter sentiant, † & navium inventionem, quibusdam Noacho junioribus tribuant, ut refert Polyd. Virg. *lib.* 3. *de invent. rer. c.* 15. & Petr. Greg. *d. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 5. Quæ
56 omnia † cùm in aliis Principibus ita se habeant, longè planiùs & securiùs in Catholicis nostris Regibus admitti, & probari debebunt, ut benè observat Camil. Borrel. *d. c.* 46. *n.* 227. cum solido illo Pontificiæ concessionis jure nitantur, de quo sæpè loquuti sumus, & ob primas, & antiquis ignoratas, continuisque classibus repetitas per vastum Oceani æquor navigationes, ejus *Domini, & Imperatores*, melius quàm Neptunus, appellari potuerunt, de quo etiam diximus alia *d. lib.* 1. *c.* 16. *& lib.* 2. *c.* 4. *ex n.* 30.

Tertiò respondeo, quod licèt demus mare, & litora maris quoad proprietatem in nullius bonis esse, neque esse posse, ut concludunt jura pro
57 contraria parte citata, usus tamen † eorum omnibus hominibus communis est, ut inquit J. C. *in l.* 4. *ff. ne quid in loco publ.* Just. *in* §. 1. *inst. de rer. divis.* latè Cepola *dict. tract. de servit. ruit. cap.* 26. & 27. & Rebuff. *in d. l. litus* 96. *ff. de verb. sign. vers.* 3.

58 Ea autem † quæ sunt communia, prævenienti, & præoccupanti cedunt, *regul. qui prior, de reg. jur. in* 6. ubi Petr. Pech. §. *flumina, inst. de rerum divis.* cum aliis. Unde cùm Reges nostri hanc Oceani Indici navigationem, & in ipsis Indorum regionibus prædicationem, & negotiationem primi occupaverint, & tot sumptibus, ac per tot annorum curricula, privativè, atque etiam cum inhibitione aliorum Principum exercuerint, meritò in eadem tuendi, & præferendi sunt, ut diximus *suprà lib.* 2. *c.* 25. *n.* 63. *& seqq.* & pluribus prosequitur Lud. Rom. *cons.* 47. visis necessariis, ubi probat in bonis ad quæ plures jus æquale habent, eum qui prævenit, vel præoccupavit præferri. Et idem † in duobus, vel pluribus 59
procuratoribus, vel executoribus testamenti in solidum datis, quod is, qui præoccupat, jus sibi quærat, & cæteris exclusis solus agere possit, latè etiam tradit Feder. de Senis, *cons.* 124. *in fine, & cons.* 130. *in princip.* quos refert, & sequitur Cardin. Tusch. *litera P, verb. Præoccupatio. concl.* 517. Et potest non minus aptè subjungi celebris doctrina Innocent. *in c. dilecto ad fin. de offic. Archidiac.* cujus in terminis nostræ quæstionis meminit Ægid. Bened. *d. cap.* 3. *num.* 15. Qui docet, † ex 60
eo solo, quod quis solitus fuerit aliqua jura exercere in loco, quem non constet esse de alterius jurisdictione, videri acquirere locum, ut sit ejus jurisdictionis, & ut ibi omnia jura acquirat de cætero.

Quod † certius esse, ubi præoccupatio fit per 61
supremum aliquem Principem benè observat Donel. *lib.* 4. *comment. cap.* 2. Wesemb. & Claudius Canticula *in d.* §. 1. *& Sistamina inst. de rer. divis.* quos refert, & sequitur Freitas *d. cap.* 11. *n.* 5. & urgenter comprobat text. *in litora, ff. ne quid in loco publ.* ibi: *Litora maris, in quo populus Romanus imperium habet, populi Romani esse arbitror*, ponderando genitivum, qui ex sui natura dominium, & proprietatem arguit, ex plenè traditis à Doct. *in rub. ff. de novi oper. nuntiat.*

Et multò magis certum ubi præscriptio † longi 62
temporis post eamdem occupationem accessit, cum hæc etiam in privatis ad usum in aliquibus ipsius maris partibus acquirendum, & alios prohibendos sufficiat, esto quòd totum ob sui immensitatem possideri & occupari non possit, & iidemmet Auctores advertunt, & expressè ostendit Marcian. † J. C. *in leg. si quis quam* 63
7. *ff. de divers. & tempor. præscription.* sic inquiens: *Si quisquam in fluminis publici diverticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem jure uti prohibet*, & Paul. *in l. sanè si maris* 14. *de injuriis*, ubi sic ait: *Sanè si maris proprium jus ad aliquem pertinest, uti possidet is, inter dictum ei competit; si prohibeatur jus suum exercere*: ubi glossa explicans illud verbum, *Pertineat*, inquit *Per privilegium, vel per longam consuetudinem*; & allegat *dict. l. si quisquam.* Et idem observat. Bartol. ibidem, Baldus *de præscrip.* 4. *part.* 5. *principal. quæst.* 6. *num.* 6. Gregor. *in l.* 2. *tit.* 7. *part.* 3. *glos.* 2. *& in l.* 11. *tit.* 18. *part.* 3. *glos.* 4. Covarrub. *dict. reg. peccatum*, 2. *part.* §. 7. *numer.* 10. Mantua *lib.* 1. *locorum cap.* 19. & Freit. *dict. cap.* 10. *ex num.* 21. ubi *num.* 29. rectè no- 64
ravit, † illo interdicto, de quo loquitur Paulus, quòd Principes ejusmodi jure occupantes, & præscribentes opus non esse, cùm ipsi jus sibi in propriis causis dicere soleant, ex traditis à Molina *de justit. & jure, tract.* 2. *disput.* 103. *vers. Quare.*

Quibus non obstat † difficile, & ex diametro oppositum Papiniani responsum *in l. ultim. ff. de usucap.* quà maximè Incognitus pugnat, dum 65
in-

inquit: *Præscriptio longæ possessionis ad obtinenda loca jure gentium publica concedi non solet, &c.*

Nam inter varias solutiones, quas pro hac antinomia componenda refert Curtius Brugens. *lib. 1. conject. cap. 54.* Conann. *lib. 3. comm. c. 15. num. 1.* Joan. Robert. *lib. 1. recep. sentent. c. p. 17.* Charond. *lib. 1. veratim. cap. 21.* Fachin. *lib. 11. controvers. cap. 1.* Domin. Anton. Pichard. *in §. flumina, tutiis. de rerum divis. & in §. sed aliquando, instit. de usucapion.* Genoa Pasera *in concilat. leg. pag. 303. & sequentibus*, novissimè Seraph. Freit. *ubi suprà, cap. 11. num. 16. & cap. 13. ex num. 15. & 37.* & nos Salmanticæ viginti quatuor, & plus ab hinc annis in frequentissimo & florentissimo Gymnasio dictavimus. Responderi
66 potest Papinianum † ibi eo in casu accipiendum esse, quo quis, quæsitum semel longa possessione jus, & exercitium piscandi illud iterum non utendo amisit. Nam id nulla actione recuperare poterit, quia posquàm eo jure uti, & piscari in mari vel in flumine desiit, locus ad causam publicam rediit, & rursus occupantis fieri cœpit, juxta *leg. quod in litore 14. ff. de acquir. rerum dominio, & in l. in tantum. ff. de rerum divis.* Quod
67 apud Marcianum in † *dict. l. si quisquam*, contra se habet, cum de eo loquatur qui & pluribus retro annis piscatus erat, & in actu & possessione piscandi non interrupta morabatur. Hic enim propter naturalem, & permissam jure gentium occupationem loci, juxta dictum, §. *flumina*, & jura similia, alios recte prohibere poterit.

Quam interpretationem ex Joanne refert, & probat. Accur. *in dict. juribus*, Bartol. *in l. quominus, num.* 30. Jas. 99. Ripa 121. *ff. de flumin.* Cepola *de servitut. rust. cap. 42. num. 4.* Balb. *de præscript. 4. part. 5. princip. question. 6.* Dec. *consil. 271. num. 11.* Regin. Bullam. *consil. 7. per totum*, Roderic. Suarez *allegat. 16. & 17.* Costan. *quæst. jure, cap. 17. num. 16.* Cujac. & Gothofred. *in dict. l. final.* Zas. *in 2. part. antinom.* Theodor. Straitman. *antinom. 3.* Craveta *de antiquit. tempor. part. 4. cap. 5. num. 80.* Avendañ. *de exequend. mand. cap. 12. num. 16.* Dom. Covarrub. *in regula peccatum, §. 8. num. 10.* Everard. Proncorst. *cent. 4. antin. 30.* & Genoa, *ubi su-*
68 *prà, num. 34.* Qui omnes † latè pertractant, an hæc piscandi possessio, facti, & actuallis esse debeat? An verò quasi possessio aliqua hujus juris constituatur? & quo tempore: & quibus actibus jus alterum prohibendi acquiratur? Et do-
69 cent justissimam esse † legem primam, secundam, & similes, *tit. 8. lib. 7. novæ Recopil.* quæ propter bonum publicum certis casibus venationem aut piscationem prohibent. Et similiter pacto, aut privilegio Principis posse prohibitionem induci, juxta dictam *l. venditor. 14. ff. comm. prædior.* Glos. recepiam, *in dict. l. si quisquam, & in dicta leg. sanè si maris*: De quibus est etiam videndus Zounet. *in tract. de duplici venat. ex num. 36.* Sot. *lib. 4. de justitia & jure, quæst. 6. artic. 5.* Tusch. *practic. conclus. jur. litera V, conclus. 41. & litera P, verb. Piscandi jus, conclus. 358. & verb. Princeps, concl. 678.* Andr. Gail, *lib. 2. practic. observ. cap. 68.* & latè Peregrin. *dict. lib. 8. de jure fisci, versic. Piscationes, n. 34.*

& *sequentibus*, Tiraq. *de nobilitate, cap. 37. numer. 159.* Petr. Heig. miscellan. *quæst. 1. part. quæst. 15. num. 44. & 45.* Rosenthal. *in tractat. de feud. 1. part. conclus. 24. cap. 5.* Menoch. *consil. 498. num. 30. volum. 4.*

Juxta † quæ omnia pariter concludendum 70
videtur, non esse mirùm si Princeps possit hujus Indici maris navigationes & negotiationes exteris prohibere, cum privati, similia jura, longa sibi possessione quæsita, interdictis, & aliis actionibus defendere possint, de quo alia diximus *suprà lib. 2. cap. 25.* & obiter probat Calisr. Remir. *de lege Regia Aragon. §. 30. num. 21.* & Freit. *dict. cap. 13.* & in simili Peregrin. *dict. lib. 8. numer. 14.* ubi loquens de jure maris Adriatici Venetis pari præscriptione, quæsito, *inquit*, quòd ratione superioritatis, & jurisdictionis, quam ibi habent, potest Princeps Venetus navigantibus per mare Adriaticum indicere gabellas, leges præscribere, navigationes permittere, & prohibere, & si adversus præscripta factum fuerit, merces confiscare, ex doctrina Rainerii, & Angeli *in dict. l. sanè si maris*, & latius ejusdem Angeli *consil. 289.* Bald. *in dicta rubrica de rerum divis. num. 2.* Angel. Aretin. *in §. 1. instit. eodem*, Cepol. *dict. titul. de mari, numer. 10.* Jas. *in l. ex hoc jure, num. 27. de justitia & jure, & in l. quo minus, num. 41. de flumin.* Qua etiam ratione Salicet. *in l. 3. C. de naut. fœnore*, eleganter dixit valere decretum Venetorum, quòd navigantes per mare Adriaticum præsentare debeant Venetiis merces, & ibi solvere datia, quem sequitur Bertachin. *in tract. de Gabellis, 1. part. num. 20.* & Ripa *in l. si insulam, num. 22. ff. de verb.* ea nimirum ratione utentes, quia sunt Domini maris.

Quartò & ultimò respondeo, quòd licèt superiora deficerent, non posset, nec deberet hic Regum nostrorum titulus amplius in dubium vocari, cùm ad hoc jus, de quo agimus, sibi quærendum non tantùm longi, aut longissimi triginta, vel quadraginta annorum præscriptionem allegare possent, quæ sola eis † sufficere posset, 71
præsertim titulo Pontificiæ concessionis innixa, etiam in casibus in quibus jus resisit, juxta text. *in cap. 1.* ubi Gloss. *de præscription. lib. 6.* junctis aliis, quæ congerit Bald. *in d. tract. de præscrip. 4. part. 5. princip. q. 6. num. 6.* & Molina *de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 52.* Sed † per spa- 72
tium plus quàm centum & triginta annorum, in continua, & indesinenti quasi possessione, & consuetudine esse reperiantur, ut soli per hæc maria ad Regiones utriusque Indiæ navigarent, & exteros ad earum portus accedere volentes, arcent. Centenaria † quippè præscriptio est 73
potentior, quàm immemorabilis, ex communiori opinione, quàm refert & sequitur Covarruvias, *dicta regula possessor, 2. part. §. 3. n. 7.* Anton. Gabriel *in titulo de præscription. concl. 1. num. 71. & 73.* Gregor. Lopez *in l. 15. tit. 31. part. 3. verb. Puede*, Molina *ubi suprà, num. 44.* Mascard. *de probat. conclus. 429.* & Craveta *de antiquitate tempor. 4. p. §. absolutis, num. 1.* Portò, per immemorabilem non † solum usum, verùm 74
& dominium maris, & litorum publicorum acquiri, & præscribi posse communis etiam est Doctorum opinio per text. & Glos. *in l. diligenter,*

ter, & in l. usum aquæ, Cod. de aquæduct. & in dict. l. final. ff. de usucap. & in l. hoc jure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotid. cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signif. quam post alios sequitur Bartol. *in l. filiis, ff. de Decurionib.* Bald. *dicta q. 6.* Paulus Fusc. *in singul. utriusque jur. litera A, n. 81. fol. 24.* Franc. Marc. *decis. Delph. 2. part. quæst. 110. num. 12.* & Joan. Otnotom. *in dict. §. 1. inst. de rerum divis.* ubi ait
75 † Venetos in mari Adriatico jurisdictionem hujusmodi præscriptione consequutos fuisse, unde & novas gabellas transeuntibus per eorum mare imponere possunt, secundùm Bartol. & Angel. *in dict. l. injuriarum, §. si quis, ff. de injuriis*, & quod ita etiam in Borussia non licet omnibus legere succinum in litore maris, sed soli Principi, & idem resolvit Peregrin. *dict. lib. 8. n. 10.* inquiens, quòd ubi datur inveterata jam, & immemorialis ejusdem maris libera possessio, ex hac sola concedunt Auctores Jurisprudentes, superioritatem, & jurisdictionem in mari, & litoribus marisà Principibus liberis acquiri posse, juxta glossam celebrem *in dict. l. sanè si maris, ff. de injuriis*, ex qua Ruinus, Bartolus & Angel. specialim notarunt, quòd Domini Veneti per inveteratam consuetudinem sibi quæsierunt potestatem, superioritatem, & jurisdictionem maris Adriatici. Quibus conveniunt alia, quæ ipse idem Peregrinus antea tradiderat *lib. 1. tit. 1. num. 17. & 18.* quæ posteà magis notabiliter subdit *d. lib. 8. num. 23.* ubi in quæstionem vertens, an Principes possidendo per inveterata tempora mare in universum, acquirant sibi proprietatem maris, tandem concludit: *Quod licèt verum dominium, vel possessio maris, per vilam naturalem dari non possit, quia materia est liquida flaxibilis, & refluxibilis. Quia autem in mari duo occurrunt quæ humano usui serviunt, navigationes & piscationes, quorum respectu considerari possunt jurisdictionalia & regalia quæ in terrenis exercentur, veluti creare Magistratus, jus dicere, belligerare, vetare, permittere, gabellas indicere, pœnas inobedientibus infligere, & alia hujusmodi: hæc quidem omnia Principes in mari superioritatem habentes, exercent, & per immemoriale tempus, etiam privativè ad alios quærere possunt.*

Habet enim † præscriptio immemorialis vim 76
tituli, & specialis privilegii, *ut in dict. §. ductus aquæ, & in l. 2. §. idem Labeo, ff. de aqua pluvia*, & ideo in illa non requiri tituli ostensionem, nec probationem quasi possessionis, aut scientiæ & patientiæ adversarii, probat latissimè Jas. *cons. 208. & 209.* Dec. *cons. 85. num. 2.* Roland. *cons. 66. num. 43. volum. 1.* Anton. Gabr. *dict. concl. 1. n. 59. & 62.* Bald. *d. tract. de præscript. 2. part. 3. princip. quæst. 6. num. 25. & 26.* Peregrin. *ubi supr. num. 12.* & innumeri alii, quos refert Paul. Fuscus *in sing. verb. Tempus, numer. 3. fol. 341.* Ludolph. Serad. *cons. 3. n. 222.* Camil. Borrell. *cons. 3. num. 29.* & Brun. à Solè, *in locis communib. verb. Præscriptio, num. 5. col. 874.*

Et hæc † præscriptio immemorabilis, vel 77
centum annorum, numquàm censetur exclusa, aut remota, quamvis lex, vel statutum per verba universalia negativa loquatur, & caveat, quòd nulla currat præscriptio, ut benè docet Angel. per text. & Glos. ibi, *verb. præscriptio, in authent. ut de cætero commutat. non fiant.* Alexand. *in l. nemo potest, colum. ult. de legat. 1.* Felin. *in rubr. de præscript. colum. fin.* Dec. cons. 271. & *consil. 496.* Abb. *cons. 26. lib. 2.* & Brunor. *ubi supr. num. 4.*

Quibus † non obstabit alia oppositio, quam 78
facit Incognitus, dicens, in nostris Regibus bonam fidem defuisse, quæ de jure canonico in omni præscriptione etiam centenaria, aut immemoriali secundum magis communem opinionem desideratur, *cap. vigilanti, & cap. ult. de præscript. dict. regula possessor, de regul. jur. in 6.* cum latè traditis à Craveta *de antiq. tempor. §. materia, num. 19.* Covarr. *in dict. reg. possessor. 2. part. relect. §. 8. num. 5.* Fachin. *lib. 8. controvers. cap. 26. & 33.* Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1213. num. 46.* & Petr. Gilken. *dict. tract. de præscript. 2. part. membr. 2. cap. 1. num. 6.* Nam non desunt plures Auctores haud contemnendæ eruditionis, & nominis, qui in ejusmodi præscriptione illam minimè requiri constituunt, ut constat ex Salicero *in l. 2. C. de servit. & aqua, num. 8.* Bald. *cons. 352. colum. 2.* Dec. *cons. 496. num. 5. & in l. traditionibus, n. 12. C. de pact.* Nicol. Boer. *decis. 39. num. 7.* cum aliis relatis ab Anton. Gabr. *lib. 5. communi. opin. tit. de præscript. concl. 1.*

Ac præterea † negamus, prædictos Reges 79
ac Dominos nostros, ullo tempore malam fidem habuisse, cùm contrarium certius & evidentius sit, ex titulis & rationibus, quas tota hac tractatione discussimus, & in eisdem nostris terminis probant, & prosequuntur Ægid. Bened. *dict. cap. 1, n. 25. & seq.* & Seraph. Freit. *d. c. 3. ex numer. 43. & cap. 14. ex num. 38.*

Quæ rationes ut etiam suprà retigimus in fine capitis præcedentis, licèt usque adeo certæ, & securæ non essent, sufficere tamen possent, ad hoc ut ex illis bona fides induceretur, argum. text. *in l. igitur, ff. de liberali causa*, ibi: *Justis rationibus ductus, vel non justis*, & eorum quæ notat Bartol. *in l. Celsus, num. 13. ff. de usucap.* Menoc. *de recuper. poss. rem. 13. num. 34.* & Mascard. *conclus. 224. n. 17.* Maxime cum bona fides semper intervenire præsumatur, *c. si diligenti, & c. ultim. de præscript.* Covarr. *d. §. 8. n. 2.* Petr. Surdus *cons. 73. num. 50. lib. 1.* præsertim concurrente præscriptione immemoriali, quæ efficit, ut de tali bona fide amplius disputari non possit, nec probatio in contrarium admittatur, ex Salicet. *ubi supr.* & Gabr. *num. 50.* Burg. de Paz *consil. 15. num. 33.* Bursat. *consil. 48. numer. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. numer. 50.* & Gilken. *dict. c. 1. num. 21. & seqq.* qui ita in concordiam contrarias Doctorum opiniones adducit.

Quibus † adjicio, quod etiam si dubiam cons- 80
cientiam haberent, adhuc bonæ fidei possessores judicandi essent, ex his, quæ post longam disputationem resolvit idem Gilken. *d. 2. part. mem. 2. cap. 2. ex num. 132.* & ultra relatos ab eo magistraliter Bald. *cons. 298. vol. 1.* ubi † ait: 81
Quod conscientia dubia non dicitur conscientia nec producit dolum, quia non habet ubi figat pedem intellectus, & in dubio possessor potius debet sibi ipsi favere quàm dissuadere. Et ibidem, *num. 9.*

& 10. subjungit: *Quòd dubitans semper interpretatur bonæ fidei, si quam habet occasionem dubitandi; quoniam æquiparatur ei qui ignorat rem alienam, l. manifestissimi, §. si autem dubium, C. de furtis.* Cui simile est etiam quod tradit *in l. 1. num. 16. C. de falsa causa adject. leg. nempè: Quod error, & titubatio differunt, quia errans fingit intellectum suum in falso, sed dubitans est æqualis inter contrarias persuasiones, ut notatur, ff. de testam. l. de statu, & l. fin. C. de condict. Indeb.* Circa quem articulum aliqua item notat Craveta *cons. 412. num. 7.* & Nos *infr. cap. 5. num. 28. & seqq.*

82 Ad alia † autem argumenta quæ ab eodem Incognito expendi videntur *d. leg. ult. ff. de usu cap.* & doctrina Paul. Castrens. *ibid. & d. l. 7. titul. 29. part. 3.* rectè respondet Freitas *dict. capit. 14.* Et ad illud quod additur, hanc præscriptionem immemorialem dici non posse, cùm in historiis extent, & passim legantur & reperantur initia, & progressus detectionis, & conquisitionis Indiarum, satisfacit Ægid. Bened. *dict. capit. 3. num. 25. & seq.* probans, non requiri ad immemoriale, quod rei, de qua agitur, non extet memoria, sed quod non sint homines, qui initii recordari possint. Unde cùm pauci sint, qui ultra centum annos excedant, ut *in l. an usufructus, ff. de usufr. & in l. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* jam constat immemorabilem esse hanc, quæ ut diximus, plus centum & triginta annorum curriculo inititur, cùm indesinenti quasipossessione, qua simul præscriptum est, ut alii prohiberi possint, ut in simili probat Gilk. *d. 2. mem. p. 1. c. 5. n. 122.* & in eisdem nostris terminis Balb. *de præscript. part. 5. quæst. 6. numer. 10.* inquiens: *Quòd prohibere possumus, ne quis intret locum nobis invitis, unde prohibere possumus ratione possessionis navigationem, & piscationem maris & fluminis, quæ aliàs nobis communia sunt de jure gentium.* Et ad hoc non fuisse necessariam peculiarem aliorum Regum prohibitionem, sed sufficere notitiam quam de titulis & navigationibus Hispanorum habuerunt, benè etiam observat Freitas *d. cap. 14. num. 33.* ex traditis à Jacobin. *de fiud. vers. Et cum venationibus, num. 2.* Dec. *cons. 197.* Menoch. *cas. 160. num. 11.* & Franc. Marc. *decis. 526. num. 16. part. 1.*

CAPUT IV.

De aliis titulis, & rationibus, quæ eamdem retentionem justorum efficiunt, & præcipuè de bellis contra Indos perduelles, vel apostatantes illatis, vel causa sociorum initis, & de voluntario populorum in Regni translatione consensu.

SUMMARIUM.

1 *Indiarum Occidentalium justa retentio pluribus titulis confirmatur.*
2 *Indis ob plures causas potuit bellum legitimum irrogari, Et n. 13.*
3 *Indi rebelles, vel apostatæ fiunt de dominio Papæ, aut Principis, qui eorum conversioni intendit.*
4 *Princeps omnis potest, & debet subditos suos defendere.*
5 Lex 3. ff. de off. Præsid. *expenditur & illustratur.*
6 *Indis Chiriguanentibus legitimè bellum inferri potest, secundum Martinez, Et quare.*
7 *Chichimeci, Caribes, & Canibales Indi sæpè debellari, & servi fieri justi sunt.*
Luritani ob fidem sibi fractam, vel injurias ab Indis Orientalibus illatas, plures eorum regiones debellarunt, ibidem.
8 *Chilenses Indos justè hodie bello comprimi, & servos fieri posse, multi opinantur, & quid circa hoc diversis temporibus ordinatum fuerit, Et num. 12.*
9 *R. Patris Ludov. de Valdavia Societatis Jesu zelus & cura pro Indis Chilensibus à bello offensivo defendendis.*
10 *Reges nostri, & supremum Indiarum Consilium temper ea media vovent, & amplexantur, quæ Indis favorabiliora, & mitiora videntur.*
11 *Indis cum Chilensibus nihil per blanditiem profecit Pat. Ludovicus Valdivia.*
12 *Chilensibus, cujuscumque generis bellum, si opportunitas suggerit, potest inferri.*
13 *Infideles, apostatæ, rebelles, vel fidem impedientes justè debellari possunt.*
Excellentiss. Princeps Esquilacensis Peruanus Prorex, laudatur, ibidem.
14 *Fr. Antonii à Cordaba notabilia verba expenduntur de casibus tractantia, in quibus, adversus Indos, pugnari legitimè potest.*
15 Cap. Dominus noster 23. quæst. 2. *expenditur.*
16 *Armis & bellis tunc rectè uti possumus & debemus, ubi aliter justitia, nec recuritas consequi potest, cum* Casiod. Polyb. Chrisost. & aliis.
17 *Ferro abscindenda sunt vulnera, quæ medicinæ fomentum non recipiunt.*
18 *Hispani ab aliquibus Indis contra alios sibi infestos in auxilium vocati, rectè militare, & belli spoliis potiri valuerunt.*
19 *Bella sociorum, & confœderatorum causâ inita, legitima sunt.*
20 *Christiani regulariter se infidelium actibus, & belli immiscere non debent.*
21 *Francisc. I. Galliæ Regem multi reprehendunt, quòd Turcam in auxilium vocaverit.*
22 *Ara Rex cur notetur in sacra Pagina.*
23 *Bellum ubi justum est bene possunt Christiani scandalo cessante, cum infidelibus, & pro infidelibus militare.*
24 *Christiani, nullum peccatum committunt, infideles in bello justo adjuvando.*
25 *Bonum opus ut exercere, ita & juvare bonum est, etiam si quis pro eo mercedem accipiat.*
26 Lex metum 9. §. sed licèt, ff. quod met. caus. *ponderatur, & illustratur.*
27 *Æquum est, ut si habet bonum propter me, ut & ego habeam propter te.*
28 *Abraham pro vindicando Rege Salem, & aliis suis confœderatis, justè pugnasse dicitur.*
29 *Josaphat consulto Domino pugnavit contra Regem Moab in auxilium Regis Joram.*
30 *Machabæi qualiter petierint auxilium à Romanis.*
31 *Infidelibus quando pacem dare, aut fœdera cum illis inire possimus, etiam inconsulto Romano Pontifice.*
32 *Romani Imperium suum dilatarunt, socios & fœderatos juvando & aliàs provinciàs aliarum vicinarum robore subjugendo.*
33 *Indi voluntate suis Regum Hispaniæ dominium admisisse videntur.*
34 *Peruani Regni Indi omnes se Regum nostrorum dominationi subjacere velle publicis instrumentis testati sunt.*
35 *Consensus superveniens purgamentum aut tyrannidem præcedentem tollit.*
36 *Tyranni ex cursu temporis, & diuturna populorum tolerantia, & concessione efficiuntur veri & legitimi Reges.*
37 *Reges Hispaniæ, data voluntaria Indorum electione, Indias Occidentales legitimè retinent.*
38 *Indos hodie gratam, & ratam habere Regum Hispaniæ dominationem,* multis probat Joan. Matienzus.

In-

39 *Indorum proprii, & antiqui domini cum hodie non extent, rectè possunt Reges nostri, extante præcipuè concessione Pontificis, eorum regna possidere.*
40 *Initio quod nullum, vel vitiosum est, tractu temporis non firmatur, & quando hoc fallat,* num. 43.
41 *Originem Regnorum inspiciendam esse, & vitiosam semper nocere aliqui dicunt, & qualiter intelligendi sint, Et* num. 42.
44 *Acquisitio à principio nulla tamquam facta per forensem, ex post facto convalidatur, si forensis civis fiat.*
45 *Judicium à principio nullum est, jure superveniente interdum firmari solet.*
46 *Alienatio à minore inutiliter facta confirmatur, si post legitimam ætatem eam ratam habuerit.*
47 *Causa confirmatur ubi supervenit, actus initio nullus, convalidatur.*
48 *Regni ad legitimam occupationem sufficit, quòd plures, vel præcipuæ ejus provinciæ justo aliquo titulo occupari possint.*
49 *Occasio in tempore arrepta, omnia ferè mundi Imperia peperit.*
50 *Austriaca familia variis occasionibus varia Regna, quibus hodie fruitur, coadunavit.*
51 *Occasione diligenter utendum Politici docent, & eam Aquilæ similem Nicephor. facit.*
52 *Carolum V. Imperat. totius mundi Imperium consequi potuisse, si oblata sibi occasione uti scivisset,* Campanella testatur.

1 SUnt quoque † plures alii tituli, qui eamdem retentionem confirmant, quod recenset Mag. Victoria *in 2. relect. de Indis ex num. 1.* Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 23. part. 2.* Fr. Alfonso à Castro *de justa hæred. punit. lib. 2. cap. 14.* & Joan. Azorius *tom. 1. instit. Moral. lib. 8. cap. 26. versic. Septimò quæritur.* Sed præcipui eò reducuntur, ut absque ulla dubitatione Pissimi Reges nostri eas provincias retineant, quarum 2 † Indi Fidem sibi pacificè, & sufficienter annuntiatam, nec recipere, nec audire voluerunt: vel receptam deseruerunt, blasphemarunt, vel impedierunt, aut Hispanos ad se prædicationis, ac commerciorum causâ accedentes, vel ad alias regiones innoxium transitum postulantes, hostiliter adorti sunt, vel simulato hospicio receptos, postea perfidiis, & subdolis invasionibus enecarunt, prout sæpè contigisse narrat Ant. de Herrera *in hist. gen. Ind. decad. 3. lib. 1. cap. 18. pag. 126. & lib. 9. cap. 2. lib. 7. cap. 7. & dict. cap. 4. lib. 6. cap. 11.* & Joan. Botet. *in relat. univers. 4. part. lib. 3. pag. 63. & 64.* Etenim cum in his casibus juste, ac legitimè adversus infideles bellum inferri possit, juxta ea, quæ plenè disputavimus *sup. lib. 2. cap. 20.* longè justius, ejusmodi bello parta retinebuntur, aut iterum, si opus fuerit, pro eorum conservatione, ac retentione bellari poterit, *ex l. patre furioso, ff. de lib.*, qui sunt sui juris, cum late traditis *sup. hoc lib. cap. 1. ex num. 1.*

Quam traditionem multis comprobat Episcop. Chiapens. *in tr. de domin. Ind. fol. 21. cum seqq.* docens, † quòd ubi prædicta contingunt, 3 infideles efficiuntur de dominio & jurisdictione Papæ, vel Principis Christiani, cui eorum convertendorum cura commissa est, ac propterea ab illo puniri possunt, & imperio & gubernatione suarum provinciarum propter ejus abusum privari, juxta sententiam D. Augustini *lib. 1. de liber. arbitr. cap. 6.* & alia, quæ congessimus *sup. lib. 2. cap. 10. num. 59. & seqq.*

4 Quia † omnis Princeps potest, & debet subditorum sibi hominum personas, bona, & jura defendere, *l. nam salutem, ff. de officio præfect. vigilum, cap. 2. de ordin. cognit. cap. 1. de restitut. spol. cap. dilectis, de appellat.* ubi Innocent. & Hostiens. *cap. Dominus noster 23. q. 2. cap. scire vos oportet, 23. quæst. 8.* Idem Hostiens. *in cap. 1. de treug. & pace,* Gregor. Lopez per text. ibi *in l. 1. tit. 23. part. 2. & in lib. 3. tit 19. part. 3.* And. Gail. *lib. 1. de pace publ. cap. 1. & 4.* Bobadilla *in Politica, lib. 2. cap. 16. num. 49.* Valenzuela *in monit. contra Venet. part. 7. ex num. 56.* Avend. *in cap. 1. Prætor. num. 12.* Et excessus & delicta infidelium efficiunt, ut etiam si extranei sint, nostræ jurisdictioni subdantur, arg. *cap. 1. de offi. delegati,* & † *l. 3. De offic. Præd.* ibi: *Habet interdum Imperium & adversus extraneos homines, si quid malum commiserint. Nam & in mandatis Principum est, ut curetis, qui provinciæ præest, malis hominibus purgare provinciam, nec distinguitur, undè sint.* Cujus legis in optima, & simili quæstione meminit. Avendañ. *de exequend. mand. lib. 2. cap. 6. num. 12.* & alia circa eam notantes DD. *in l. un'c. C. ubi de crim. agi oport.* Socin. *reg. 120.* Donel. & Osuald. *lib. 17. comment. jur. cap. 16.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 16. num. 9. & 17.* & Prosp. Farinac. *in præxi crimin. lib. 1. quæst. 7.*

Et ex his rationibus concludit Joan. Matienz. *in tract. manuscripto de moderamine Regni Peruani, lib. 2. cap. 9.* † justè adversus Indos Chiri- 6
guanenses bellum Indici posse, eò quòd sæpiùs à fide nobis data defecerint, & alias Indorum nationes, quæ Evangelium receperunt, vel facilè receptúræ essent, suis minis, & crudelitatibus terreant, maximam captivorum partem incredibili voracitate, & ferocitate deglutiant

Idemque † de Chichimecis Novæ Hispaniæ & 7
Caribibus, ac Canibalibus Terræ firmæ, & adjacentium insularum sæpè in Supremo Indiarum Consilio statutum fuisse, & ut servi capientium fierent, passim in sua historia generali Indiarum Anton. de Herrera scriptum reliquit, & præcipuè *decad. 1. lib. 6. cap. 10. & lib. 8. cap. 12. decad. 2. lib. 1. cap. 8. pag. 15. & cap. 22. pag. 72. & lib. 10. cap. 1. pag. 328. & decad. 4. lib. 7. cap. 6. pagin. 169.*

Neque absunt exempla Lusitanorum, qui eisdem de causis plures Indorum, Occidentalium ditiones justius belli imperio suo adjecerunt, ut testatur Navarr. *in cap. novit, not. ab. 3. n. 158. de judiciis,* Molina *de justitia & jure, tract. 2. disp. 104. vers. Sexto,* & novissimè Seraph. Freit. *de just. Imper. Asiat. cap. 9. ex num. 9. ad 15.* ubi refert ad idem elegantissima verba Hier. Osorii *lib. 3. de reb. Emman. pag. 96. & l. 6. pag. 248.*

Quod etiam nostris hisce temporibus de † In- 8
dis Chilensibus multi graves, & Religiosi viri consulere solent, eò quòd hi magna ex parte Christo nomen dederunt, & ab eo desciscentes, se posteà aliis infidelibus sociarunt. Omnesque, cùm jam ob assiduam nostrorum prædicationem, & communicationem, & sufficientem Fidei, ac Religionis Christianæ notitiam habuerint, non solùm eam non amplectantur, sed quotidianis potiùs incursibus, & invasionibus tùm Hispanos

& 10. subjungit: *Quòd dubitans semper interpretatur bonæ fidei, si quam habet occasionem dubitandi; quoniam æquiparatur ei qui ignorat rem alienam, l. manifestissimi, §. si autem dubium, C. de furtis.* Cui simile est etiam quod tradit *in l. 1. num. 16. C. de falsa causa adject. leg. nempè: Quod error, & titubatio differunt, quia errans fingit intellectum suum in falso, sed dubitans est æqualis inter contrarias persuasiones, ut notatur, ff. de testam. l. de statu, & l. fin. C. de condict. Indeb.* Circa quem articulum aliqua item notat Craveta *cons. 412. num. 7.* & Nos *infr. cap. 5. num. 28. & seqq.*

82 Ad alia † autem argumenta quæ ab eodem Incognito expendi videntur *d. leg. ult. ff. de usu cap.* & doctrina Paul. Castrens. *ibid. & d. l. 7. titul. 29. part. 3.* rectè respondet Freitas *dict. capit. 14.* Et ad illud quod additur, hanc præscriptionem immemorialem dici non posse, cùm in historiis extent, & passim legantur & reperantur initia, & progressus detectionis, & conquisitionis Indiarum, satisfacit Ægid. Bened. *dict. capit. 3. num. 25. & seq.* probans, non requiri ad immemoriale, quod rei, de qua agitur, non extet memoria, sed quod non sint homines, qui initii recordari possint. Unde cùm pauci sint, qui ultra centum annos excedant, ut *in l. an usufructus, ff. de usufr. & in l. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* jam constat immemorabilem esse hanc, quæ ut diximus, plus centum & triginta annorum curriculo inititur, cùm indesinenti quasipossessione, qua simul præscriptum est, ut alii prohiberi possint, ut in simili probat Gilk. *d. 2. mem. p. 1. c. 5. n. 122.* & in eisdem nostris terminis Balb. *de præscript. part. 5. quæst. 6. numer. 10.* inquiens: *Quòd prohibere possumus, ne quis intret locum nobis invitis, unde prohibere possumus ratione possessionis navigationem, & piscationem maris & fluminis, quæ aliàs nobis communia sunt de jure gentium.* Et ad hoc non fuisse necessariam peculiarem aliorum Regum prohibitionem, sed sufficere notitiam quam de titulis & navigationibus Hispanorum habuerunt, benè etiam observat Freitas *d. cap. 14. num. 33.* ex traditis à Jacobin. *de fiud. vers. Et cum venationibus, num. 2.* Dec. *cons. 197.* Menoch. *cas. 160. num. 11.* & Franc. Marc. *decis. 526. num. 16. part. 1.*

CAPUT IV.

De aliis titulis, & rationibus, quæ eamdem retentionem justorum efficiunt, & præcipuè de bellis contra Indos perduelles, vel apostatantes illatis, vel causa sociorum initis, & de voluntario populorum in Regni translatione consensu.

SUMMARIUM.

1 *Indiarum Occidentalium justa retentio pluribus titulis confirmatur.*
2 *Indis ob plures causas potuit bellum legitimum irrogari, Et n. 13.*
3 *Indi rebelles, vel apostatæ fiunt de dominio Papæ, aut Principis, qui eorum conversioni intendit.*
4 *Princeps omnis potest, & debet subditos suos defendere.*
5 Lex 3. ff. de off. Præsid. *expenditur & illustratur.*
6 *Indis Chiriguanentibus legitimè bellum inferri potest, secundum Martinez, Et quare.*
7 *Chichimeci, Caribes, & Canibales Indi sæpè debellari, & servi fieri justi sunt.*
Luritani ob fidem sibi fractam, vel injurias ab Indis Orientalibus illatas, plures eorum regiones debellarunt, ibidem.
8 *Chilenses Indos justè hodie bello comprimi, & servos fieri posse, multi opinantur, & quid circa hoc diversis temporibus ordinatum fuerit, Et num. 12.*
9 *R. Patris Ludov. de Valdavia Societatis Jesu zelus & cura pro Indis Chilensibus à bello offensivo defendendis.*
10 *Reges nostri, & supremum Indiarum Consilium temper ea media vovent, & amplexantur, quæ Indis favorabiliora, & mitiora videntur.*
11 *Indis cum Chilensibus nihil per blanditiem profecit Pat. Ludovicus Valdivia.*
12 *Chilensibus, cujuscumque generis bellum, si opportunitas suggerit, potest inferri.*
13 *Infideles, apostatæ, rebelles, vel fidem impedientes justè debellari possunt.*
Excellentiss. Princeps Esquilacensis Peruanus Prorex, laudatur, ibidem.
14 *Fr. Antonii à Cordaba notabilia verba expenduntur de casibus tractantia, in quibus, adversus Indos, pugnari legitimè potest.*
15 Cap. Dominus noster 23. quæst. 2. *expenditur.*
16 *Armis & bellis tunc rectè uti possumus & debemus, ubi aliter justitia, nec recuritas consequi potest, cum* Casiod. Polyb. Chrisost. & aliis.
17 *Ferro abscindenda sunt vulnera, quæ medicinæ fomentum non recipiunt.*
18 *Hispani ab aliquibus Indis contra alios sibi infestos in auxilium vocati, rectè militare, & belli spoliis potiri valuerunt.*
19 *Bella sociorum, & confœderatorum causâ inita, legitima sunt.*
20 *Christiani regulariter se infidelium actibus, & belli immiscere non debent.*
21 *Francisc. I. Galliæ Regem multi reprehendunt, quòd Turcam in auxilium vocaverit.*
22 *Ara Rex cur notetur in sacra Pagina.*
23 *Bellum ubi justum est bene possunt Christiani scandalo cessante, cum infidelibus, & pro infidelibus militare.*
24 *Christiani, nullum peccatum committunt, infideles in bello justo adjuvando.*
25 *Bonum opus ut exercere, ita & juvare bonum est, etiam si quis pro eo mercedem accipiat.*
26 Lex metum 9. §. sed licèt, ff. quod met. caus. *ponderatur, & illustratur.*
27 *Æquum est, ut si habet bonum propter me, ut & ego habeam propter te.*
28 *Abraham pro vindicando Rege Salem, & aliis suis confœderatis, justè pugnasse dicitur.*
29 *Josaphat consulto Domino pugnavit contra Regem Moab in auxilium Regis Joram.*
30 *Machabæi qualiter petierint auxilium à Romanis.*
31 *Infidelibus quando pacem dare, aut fœdera cum illis inire possimus, etiam inconsulto Romano Pontifice.*
32 *Romani Imperium suum dilatarunt, socios & fœderatos juvando & aliàs provinciàs aliarum vicinarum robore subjugendo.*
33 *Indi voluntate suis Regum Hispaniæ dominium admisisse videntur.*
34 *Peruani Regni Indi omnes se Regum nostrorum dominationi subjacere velle publicis instrumentis testati sunt.*
35 *Consensus superveniens purgamentum aut tyrannidem præcedentem tollit.*
36 *Tyranni ex cursu temporis, & diuturna populorum tolerantia, & concessione efficiuntur veri & legitimi Reges.*
37 *Reges Hispaniæ, data voluntaria Indorum electione, Indias Occidentales legitimè retinent.*
38 *Indos hodie gratam, & ratam habere Regum Hispaniæ dominationem,* multis probat Joan. Matienzus.

In-

39 *Indorum proprii, & antiqui domini cum hodie non extent, rectè possunt Reges nostri, extante præcipuè concessione Pontificis, eorum regna possidere.*
40 *Initio quod nullum, vel vitiosum est, tractu temporis non firmatur, & quando hoc fallat,* num. 43.
41 *Originem Regnorum inspiciendam esse, & vitiosam semper nocere aliqui dicunt, & qualiter intelligendi sint, Et* num. 42.
44 *Acquisitio à principio nulla tamquam facta per forensem, ex post facto convalidatur, si forensis civis fiat.*
45 *Judicium à principio nullum est, jure superveniente interdum firmari solet.*
46 *Alienatio à minore inutiliter facta confirmatur, si post legitimam ætatem eam ratam habuerit.*
47 *Causa confirmatur ubi supervenit, actus initio nullus, convalidatur.*
48 *Regni ad legitimam occupationem sufficit, quòd plures, vel præcipuæ ejus provinciæ justo aliquo titulo occupari possint.*
49 *Occasio in tempore arrepta, omnia ferè mundi Imperia peperit.*
50 *Austriaca familia variis occasionibus varia Regna, quibus hodie fruitur, coadunavit.*
51 *Occasione diligenter utendum Politici docent, & eam Aquilæ similem Nicephor. facit.*
52 *Carolum V. Imperat. totius mundi Imperium consequi potuisse, si oblata sibi occasione uti scivisset,* Campanella testatur.

1 SUnt quoque † plures alii tituli, qui eamdem retentionem confirmant, quod recenset Mag. Victoria *in 2. relect. de Indis ex num. 1.* Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 23. part. 2.* Fr. Alfonso à Castro *de justa hæred. punit. lib. 2. cap. 14.* & Joan. Azorius *tom. 1. instit. Moral. lib. 8. cap. 26. versic. Septimò quæritur.* Sed præcipui eò reducuntur, ut absque ulla dubitatione Pissimi Reges nostri eas provincias retineant, quarum 2 † Indi Fidem sibi pacificè, & sufficienter annuntiatam, nec recipere, nec audire voluerunt: vel receptam deseruerunt, blasphemarunt, vel impedierunt, aut Hispanos ad se prædicationis, ac commerciorum causâ accedentes, vel ad alias regiones innoxium transitum postulantes, hostiliter adorti sunt, vel simulato hospicio receptos, postea perfidiis, & subdolis invasionibus enecarunt, prout sæpè contigisse narrat Ant. de Herrera *in hist. gen. Ind. decad. 3. lib. 1. cap. 18. pag. 126. & lib. 9. cap. 2. lib. 7. cap. 7. & dict. cap. 4. lib. 6. cap. 11.* & Joan. Botet. *in relat. univers. 4. part. lib. 3. pag. 63. & 64.* Etenim cum in his casibus juste, ac legitimè adversus infideles bellum inferri possit, juxta ea, quæ plenè disputavimus *sup. lib. 2. cap. 20.* longè justius, ejusmodi bello parta retinebuntur, aut iterum, si opus fuerit, pro eorum conservatione, ac retentione bellari poterit, *ex l. patre furioso, ff. de lib.*, qui sunt sui juris, cum late traditis *sup. hoc lib. cap. 1. ex num. 1.*

Quam traditionem multis comprobat Episcop. Chiapens. *in tr. de domin. Ind. fol. 21. cum seqq.* docens, † quòd ubi prædicta contingunt, 3 infideles efficiuntur de dominio & jurisdictione Papæ, vel Principis Christiani, cui eorum convertendorum cura commissa est, ac propterea ab illo puniri possunt, & imperio & gubernatione suarum provinciarum propter ejus abusum privari, juxta sententiam D. Augustini *lib. 1. de liber. arbitr. cap. 6.* & alia, quæ congessimus *sup. lib. 2. cap. 10. num. 59. & seqq.*

4 Quia † omnis Princeps potest, & debet subditorum sibi hominum personas, bona, & jura defendere, *l. nam salutem, ff. de officio præfect. vigilum, cap. 2. de ordin. cognit. cap. 1. de restitut. spol. cap. dilectis, de appellat.* ubi Innocent. & Hostiens. *cap. Dominus noster 23. q. 2. cap. scire vos oportet, 23. quæst. 8.* Idem Hostiens. *in cap. 1. de treug. & pace,* Gregor. Lopez per text. ibi *in l. 1. tit. 23. part. 2. & in lib. 3. tit 19. part. 3.* And. Gail. *lib. 1. de pace publ. cap. 1. & 4.* Bobadilla *in Politica, lib. 2. cap. 16. num. 49.* Valenzuela *in monit. contra Venet. part. 7. ex num. 56.* Avend. *in cap. 1. Prætor. num. 12.* Et excessus & delicta infidelium efficiunt, ut etiam si extranei sint, nostræ jurisdictioni subdantur, arg. *cap. 1. de offi. delegati,* & † *l. 3. De offic. Præd.* ibi: *Habet interdum Imperium & adversus extraneos homines, si quid malum commiserint. Nam & in mandatis Principum est, ut curetis, qui provinciæ præest, malis hominibus purgare provinciam, nec distinguitur, undè sint.* Cujus legis in optima, & simili quæstione meminit. Avendañ. *de exequend. mand. lib. 2. cap. 6. num. 12.* & alia circa eam notantes DD. *in l. un'c. C. ubi de crim. agi oport.* Socin. *reg. 120.* Donel. & Osuald. *lib. 17. comment. jur. cap. 16.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 16. num. 9. & 17.* & Prosp. Farinac. *in præxi crimin. lib. 1. quæst. 7.*

Et ex his rationibus concludit Joan. Matienz. *in tract. manuscripto de moderamine Regni Peruani, lib. 2. cap. 9.* † justè adversus Indos Chiri- 6
guanenses bellum Indici posse, eò quòd sæpiùs à fide nobis data defecerint, & alias Indorum nationes, quæ Evangelium receperunt, vel facilè receptúræ essent, suis minis, & crudelitatibus terreant, maximam captivorum partem incredibili voracitate, & ferocitate deglutiant

Idemque † de Chichimecis Novæ Hispaniæ & 7
Caribibus, ac Canibalibus Terræ firmæ, & adjacentium insularum sæpè in Supremo Indiarum Consilio statutum fuisse, & ut servi capientium fierent, passim in sua historia generali Indiarum Anton. de Herrera scriptum reliquit, & præcipuè *decad. 1. lib. 6. cap. 10. & lib. 8. cap. 12. decad. 2. lib. 1. cap. 8. pag. 15. & cap. 22. pag. 72. & lib. 10. cap. 1. pag. 328. & decad. 4. lib. 7. cap. 6. pagin. 169.*

Neque absunt exempla Lusitanorum, qui eisdem de causis plures Indorum, Occidentalium ditiones justius belli imperio suo adjecerunt, ut testatur Navarr. *in cap. novit, not. ab. 3. n. 158. de judiciis,* Molina *de justitia & jure, tract. 2. disp. 104. vers. Sexto,* & novissimè Seraph. Freit. *de just. Imper. Asiat. cap. 9. ex num. 9. ad 15.* ubi refert ad idem elegantissima verba Hier. Osorii *lib. 3. de reb. Emman. pag. 96. & l. 6. pag. 248.*

Quod etiam nostris hisce temporibus de † In- 8
dis Chilensibus multi graves, & Religiosi viri consulere solent, eò quòd hi magna ex parte Christo nomen dederunt, & ab eo desciscentes, se posteà aliis infidelibus sociarunt. Omnesque, cùm jam ob assiduam nostrorum prædicationem, & communicationem, & sufficientem Fidei, ac Religionis Christianæ notitiam habuerint, non solùm eam non amplectantur, sed quotidianis potiùs incursibus, & invasionibus tùm Hispanos

nostros, tùm maximè alios Indos conversos, & amicos perimant, & disturbent, urbesque aliquas, & arces Hispanorum satis munitas deleverint, atque egregium illum virum Martinum Garciam à Loyola Calatravensis Ordinis equitem, ejusdem Regni gubernatorem, per insidias interceptum, occiderint.

Quod attendens Rex noster Piissimus Philippus III. schedulam quamdam expediri mandavit, datam Ventosillæ 26. Maii ann. 1608. qua jussit, ut prædictis Indis aperto Marte bellum inferretur, & capti, decennio majores, in servitutem redigerentur. Cujus tamen schedulæ rigorem posteà aliis anni 1610. temperavit, aliquorum Religiosorum enixis libellis, & attestationibus
9 motus, & † præsertim Reverendi Patris Ludovici de Valdivia Societatis Jesu, qui Indos illos adhuc nequaquam eam pœnam meruisse profitebantur, securiusque, ac commodiùs ad Fidem Christianam, & clientelam nostram reduci posse, si nullis bellis offensivis per quadriennium impeterentur, & per viros pios, ac Religiosos, aliisque suavibus, & pacificis mediis, eorum conversio, & reductio procuraretur. Quibus
10 † cùm Rex noster, & Regium ejus Indiarum Consilium annuisset, (pro solita nimirum benignitate, & dilectione, qua semper Indorum causas prosequi, & moderari consuevit) ipsummet Patrem, & alios ejus socios, honestissimis codicillis donatos, huic expeditioni præfecit. Qui ta-
11 men † rebelles Chilensium provincias ingressi, non solùm per quadriennium, verùm nec decennium quidquam, quod justum, & honestum esset, ab illis consequi potuerunt, & aliquibus à Barbaris trucidatis, re infecta redierunt: imò & in pejus redacti. Nam Indorum ferocia, & protervia succrevit, dum blanditiem nostram metum existimarent, & assiduis, ut solebant bellis nos lacessiti, numerosiores, & expeditiores ad bella, & alia damna nobis inferenda, reperirenda
12 tur. De quibus † iterùm Rex, ac dominus noster Philippus IV. qui nunc piè, & fœliciter regnat, & per multos annos majori semper pietate ac fœlicitate, ò utinam regnent, commonefactus, aliam schedulam novissimè 13. Aprilis ann. 1625. expediri præcepit, qua Excellentissimo sui Peruani Regni proregi Marchioni de Guadalcazar ordinat, & injungit, ut si opportunum factu sibi visum fuerit, Chilensibus Indis omnibus, quibus fieri posset modis, bellum inferatur, sive illud defensivum, sive offensivum punitivum, aut vindicativum appelles, & ut captivi servi capientium efficiantur. In cujus schedulæ consultatione, inter plures præstantissimos, & prudentissimos Viros, ac Proceres nobilissimos, quorum sententiæ rogatæ sunt: unus fuit, qui multorum instar esse potuit, Excellentiss. Dominus Don Franciscus à Borgia Princeps Esquilacensis, qui proximè Peruani Proregis munus non minus laudabiliter, quàm feliciter egerat, & eorumdem Indorum mores expertus fuerit. De cujus Magni Herois encomiis, egregiisque animi, & corporis dotibus, cum eximia omnium literarum cognitione conjunctis, plura dicere supersedeo, donec per adeò latum campum latiori, vel laxiori calamo discurrere possim.

Visum quippè est, nihil amplius expectari debere, ut omnia jura belli in eos Indos exequantur, qui toties moniti, & benignè tractati, in sua rebellione, & obstinatione persistunt, & Hispanos nostros, atque alios Indos, qui pacem dederunt, & baptizati sunt, quietè & securè vivere non patiuntur, ex † communi omnium 13
Theologorum sententia, quam præter alios, quos adduximus *dict. lib. 2. cap.* 20. eruditè probat Victor. *in dict. relect. 2. de Indis, num.* 5. & 7. *proposit.* 6. & §. 12. *conclus.* 4. & *in relect. de jure belli, num.* 56. & 59. Bann. 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1. *dub.* 10. & 11. Molina *de justitia & jure, tractat.* 2. *disput.* 117. *conclus.* 4. Gabriel. Vasq. *in* 1. *tom. sup.* 1. 2. *quæst.* 76. *art.* 2. *disp.* 120. *cap.* 5. ubi concludit, quod infideles, qui sufficienter sibi annuntiatis, & propositis Fidei mysteriis, eis credere nolunt, infidelitatis peccatum committunt, & eam impedientes, aut susceptam deserentes puniri possunt, & melius Anton. à Corduba *in quæstion. lib.* 1. *quæst.* 57. *dub.* 6. *vers. Quintum dictum*, ubi † inquit. *Quod si Chris-* 14
tiani verosimiliter timeant Barbarorum fraudes sive fallacias, & instabilitatem in vera Fide, vel Religione semel suscepta, vel suscipienda, quodque habita opportunitate in mortem Christianorum moliantur, ita quòd non sunt, neque erunt tuti inter eos etiam Christianos effectos, nisi illis dominentur, habeant arces, & oppida fortia, ad quæ confugiat tempore necessitatis ad se, & sua omnia, & jam conversos in vera Religione tuendum: tunc certè justè possunt illos bello subjicere, & eis dominari. Ita quod omnibus tentatis, ut suprà dictum est, si Christiani non possunt consequi securitatem, neque esse tuti inter Barbaros, prædicando volentibus audire Fidem, vel post ejus prædicationem, & susceptionem, nisi illos debellando, & subjiciendo, & evitatis eorum occupando hoc utique justè facere possunt, & antiquos dominos deponere, & novos instituere, & prosequi jure belli ea omnia, quæ in aliis bellis justis justè, & licitè fieri possunt, quia finis belli est pax & securitas, ut ait Augustin. ad Bonifacium. Ergo postquam licitum est Christianis bellum suscipere, & etiamsi necesse sit inferre, etiam licitum est facere necessaria ad finem belli, scilicet ad securitatem, & pacem obtinendam.

Pro quo etiam facit † D. Augustini sententia 15
super Josue, *lib.* 6. *quæst.* 6. relata *in dict. cap. Dominus* 23. *quæst.* 2. ubi inquit: *Justa bella solent definiri, quæ ulciscuntur injurias: si qua gens, vel civitas, quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est, vel reddere, quod per injurias ablatum est.* Cui mire 16
† conveniunt verba Aristotel. *lib.* 1. *Politic. ca-*
pit. 5. *nostræ legis*, 1. *tit.* 23. *part.* 2. & Casiod. *lib.* 3. *var. epist.* 1. ubi asserit: *Utile tunc esse ad arma concurrere, cum locum apud adversarium justitia non potest invenire.* Eodemque respiciens Polybio, *lib.* 4. *histor. pag.* 351. prudentissimè dixit: *Ita existimo, fugiendum quidem esse bellum: non tamen ita fugiendum, ut omnia, ne in id incidamus, sustinere, perpetique velimus: quid enim vel æquabilitatem in Republica, vel fiduciam, vel libertatis jucundissimum nomen laudaremus, si nihil omninò esset paci anteponendum? Pax enim si justa & bona sit, res est certè omnium pulcherrima, atque optima. Nihil tamen est, aut fa-*

faciendum injustè, aut patiendum turpiter, ut pace frui valeamus. Et D. Chrysost. *tom.* 1. *homil. in Psalm.* 134. sic scriptum reliquit: *A Deo habemus dexteras, ut & nobis ipsis, & aliis injuria affectis opem feramus, ut scelera de medio tollamus, ut iis, quibus vis & damnum adfertur, simus portus, & refugium.* Et melius *homil.* 36. *in Matth. ex cap.* 10. *tom.* 2. explicans illa verba: *Non veni mittere pacem, sed gladium*, inquiens: *Tum enim pax præstatur, quando quod tabe, & sanie corruptum est, abjicitur, & abscinditur, quando factiosa, & improba pars repellitur, aut omninò destruitur: si enim cœlis terra conjungi potest. Nam & hoc modo reliquum corpus conservat medicus facilè, si quod reduci ad sanitatem non potest, abciderit, & projecerit. Et militiæ Dux ad solvendam conspirationem, alterum in alterum concitat,*
17 *&c.* Quibus † convenlunt verba text. *in cap. in Canonibus* 16. *quæst.* 1. & *cap. vergentis, de hæretic.* ubi dicitur: *Quòd convenit, ut ferro abscindantur vulnera quæ fomentum non recipiunt disciplinæ*, Senecæ *in Agamemn. actlon.* 2. *scen.* 1.

Et ferrum, & ignis sæpè medicinæ loco est.
Et Sophoclis *in Ajace flagellif. act.* 2. *in fine.*
=Haud profectò esse medici.
Sapientes arbitror; ubi actionibus
Morbus eget, incantationibus utier.

Cum multis aliis, quæ circa hanc rem cumulant, & exornant Theologi omnes post D. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 40. *juris* Interpretes *in l. ut vim, & in l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure.* Didac. Covarr. *in regul. peccatum*, 2. *part. relect.* §. 9. Avar. Pelag. *lib.* 2. *de planct. Eccles. cap.* 46. Paris de Puteo *de re militari, lib.* 1. *cap.* 14. Petr. Gregor. *lib.* 11. *de Republ. cap.* 11. Nicol. Moron. *in tract. de Fide, tregua, & pace, quæst.* 5. & aliis, quos plenè retulimus *supr. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 49. *& seqq.*

18 Præstat † quoque, ut acquirendi, ita longè magis, & retinendi justissimum titulum, quod Hispani nostri, Fidei propagandæ causâ, plures Barbarorum provincias adjerunt, in quibus ab indigenis benignè suscepti sunt, & in auxilium contra alios convicinos vocati, cum quibus ipsi iidem Barbari justis de causis antiqua, & intestina bella gerebant, ea lege, & conditione fœdus, & amicitiam ineuntes, ut quidquid ex hostilibus provinciis ejusmodi expeditionibus caperetur, id Hispanorum juribus, & commodis cederet, ut in Nova Hispania per Tlascatheeas contra Mexicanos factum fuisse passim omnes Indiarum Occidentalium historici narrant, & præcipuè Anton. de Herrera *in dict. histor. gener. Indiar. decad.* 2. *lib.* 6. *per totum*, & alibi sæpe, & Joan. Boter. *in relat. univers.* 4. *part. lib.* 2. & 3.

19 Quod ubi † intervenit, Theologi omnes conveniunt, legitimam acquisitionem, & retentionem induci, ut in nostris terminis latè probat Victor. *dict.* 2. *relect. de Indis, n.* 17. ubi hunc septimum, & ultimum titulum vocat, quo potuerunt, aut possent venire Barbari, eorumque provinciæ in possessionem, & dominium Hispanorum, & Gregor. Lopez ejus verba transcribens *in dict. l.* 2. *tit.* 23. *part.* 2. *Glos. magn. col.* 14. Dom. Bann. *in* 2. 2. *quæst.* 40. *de bello, art.* 3. *vers. Dubitatur*, 3. *col.* 1181. Gregor. de Valent. 3. *tom. disp.* 3. *quæst.* 16. *de bello, punct.* 2. *vers. Quartò certum est*, Joan. Azor. 1. *tom. instit. Moral. lib.* 8. *cap.* 25. *quæst.* 13. Pat. Ludov. Molin. *de justit. & jure, tract.* 2. *disp.* 105. ubi ultra exemplum Tlascathecarum, alia similia in India Orientali contigisse commemorat, quibus mediantibus Lusitani varias occasiones habuerunt, nonnulla jure belli occupandi, quod etiam novissimè tangit Seraph. Freit. *dict. cap.* 9. *num.* 16. & generaliter resolvunt Cajetan. & cæteri post D. Thom. *in* 2. 2. *dict. quæst.* 40. *art.* 1. Sylvest. *verb. Bellum, el* 1. *quæst.* 8. *concl.* 3. Joan. Major. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 15. Alphons. à Castro *de just. hæret. punit. lib.* 2. *cap.* 14. *caus.* 10. *vers. Ecce omnes*, Simon Majol. *in dieb. Canicul.* 3. *tom. colloq.* 2. *quæst.* 326. & 364. & *seqq.* & novissimè Pat. Suarez *in tract. de carit. disp.* 13. *sect.* 7. *num.* 25.

Etenim † licèt regulariter Christiani infide- 20
lium auxilio uti non possint, neque se eorum actibus, & communicationibus immiscere, maximè ubi contra alios Christianos præliandum est, nisi id justitia belli, & præcisa defensionis necessitas extorqueat, ut præter Auctores *suprà* relatos tener Oldrad. *cons.* 71. Numquid Christianus Joan. Andr. *in addit. ad Specul. in rub. de Jud. vers. Convertendo*, Abb. *in cap. quod super, vers. Ultimò hic quæritur, de voto*, Annan. & Felin. *in cap. ad liberandum, de Judæis*, Corset. *in tract. de potest. Regia*, 4 *part. princ. quæst.* 83. Marquard. de Susanis *in tract. de Jud. & Infidelit. part.* 1. *cap.* 6. Tiber. Decian. *in tract. criminib. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 4. Pat. Ludov. Torres *de Fide, disp.* 51. *artic.* 9. *col.* 642. Cardin. Tusch. *pract. conclus. jur. verb. Infidelibus, concluf.* 123. *pag.* 490. Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 32. *à num.* 88. & 181. Valenzuela *in monit. adversus Venet.* 7. *part. ex n.* 56. & 65. Osasc. *in peculiari disputatione hujus articuli*, quam post suas decisiones Pedemontanas attexuit, Joan. Coch. *in Thesaur. Polit. lib.* 2. Petr. Binfeld. *de injuriis, & damno dato, cap.* 8. *quæst.* 2. *concl.* 17. *pag.* 528. Petr. Hering. *in miscellan. quæst.* 1. *part. quæst.* 11. Franc. Mingon. *ad consuetud. Antæg. fol. mihi* 67. cum multis aliis congestis per Julium Anton. Brancalasum *in compend. art. Cathol. Regnan. lib.* 3. *de Religion. pag.* 52. & 53. Sandoval. 1. *part. histor. Caroli V. lib.* 25. §. 48. 242. & Calist. Remirez *in tractat. de lege Regia Aragon.* §. 26. *num.* 65. *pag.* 264. Quorum † plures hac de causa Fran- 21
ciscum I. Regem Galliæ notare solent, eo quòd Turcas in subsidium contra Carolum V. Imperatorem vocaverit; sicut † etiam, ob eamdem fortè 22
rationem, 2. *Paralipom.* 16. reprehensus est Rex Asa, eò quòd accersiverit in auxilium exercitum Syriæ contra Regem Israel. Nisi fortè ideò potiùs, quia magis confidit in eo exercitu, quàm in Domino, qui tamen ipsum paulo ante liberaverat ab exercitu Æthiopum, 2. *Paralipom.* 14. ut notavit D. Ambros. *in oratione de obitu Theod.* Abulens. *quæst.* 17. *in dict. cap.* 16. Bann. & Valent. *ubi suprà.*

At verò † in bello justo contra alios Infide- 23
les, nihil prohibet, Christianos cum infidelibus militare, si scandalum, & periculum Fidei absit, eosque juvare, ac defendere, & in suam tutelam, & clientelam recipere, atque hujus auxilii, &

con-

confœderationis causa, hostium spoliis, ac provinciis, ex pactis conventis, vel ob laboris, & periculi suscepti remunerationem potiri, ut constat ex text. *in cap. quid. culpatur* 23. *quæst.* 1. & *cap. Julian.* 11. *quæst.* 3. Tiber. Decian. *ubi supr. num.* 3. Mag. Marq. *in Gubernatore Christ. lib.* 2. *cap.* 25. *pag.* 311. & *seqq.* & reliqui omnes *suprà* relati. Qui eâ consideratione ducun-
24 tur, quod † Christiani, qui ejusmodi justis infidelium bellis opitulantur, nihil injustum, aut illicitum perpetrant, cùm nihil aliud faciant, quàm acceptâ auctoritate ab eo, qui illam potest conferre, ad bonum cooperari, & socîs, atque amicis, cum quibus pro uno, & eodem reputantur, contra extraneos, & inimicos malefactores auxilium præstare. Et sicut † exercere opus
25 bonum non potest nisi bonum esse, ita etiam adjuvare in bono opere, quale est justum bellum, etiam si quis pro hoc labore aliquam mer-
26 cedem, & remunerationem accipiat, ut † elegantèr cum Pomponio scribit Ulpian. Jurisconsult. *in l. metum* 9. §. *sed licèt, ff. quod met. causa*, ubi
27 Gloss. *verb. Meæ*, rectissimè addit, æquum † esse, ut si habes bonum propter me, ut & ego habeam propter te, ad quod probandum allegat, *l. idem*, §. *fin. de condict. ob turp. caus. l.* 2. §. *æquissimum*, *ad leg. Rhod. de jactu. l. si pater*, §. *si quis*, *ff. de donat.* & conducunt, quæ in simili notat Bart. *in l. ut vim*, *num.* 8. *ff. de justit. & jur.* Augustin. *in addit. ad Angel. de maleficio. verb.* Che me hai adulterato, *supr. num.* 61. Berojus *in cap.* 1. *num.* 51. *de offic. delegati*, Matth. de Afflict. *decis.* 129. & alii, quos novissimè refert Flores de Mena *pract. quæstionum*, *quæst.* 18. *à n.* 14. & Pat. Suar. *in tract. de charit. disp.* 1. *sect.* 2. *ex num.* 6. ubi exactè disputat, an & qualiter liceat opera bona virtutis operari propter mercedem temporalem?
28 Quâ ratione † Abraham Genes. 14. ad vindicandum Regem Salem, & alios, qui cum eo fœdus percusserant, juste pugnasse dicitur contra quatuor Reges illius regionis, à quibus ipse nullam injuriam acceperat, & in gratiam fratris Lot, quem illi spoliaverant, & captivum ducebant.
29 Et † Josaphat 4. *Reg.* 3. contra Messam Regem Moab pro Joram, quia nolebat ei reddere tributum agnorum, & arietum, quod pendere quot annis debebat ex antiquo fœdere cum Achab patre Joram, & quidem prius consulto Domino.
30 Machabæos † quoque à Romanis infidelibus auxilium petisse, *Machab.* 1. *cap.* 8. docemur. Quibus exemplis alia addit Marquard. ubi sup.
31 latè concludens, ex † justis causis posse fieri pacem, & fœdera cum infidelibus, etiam inconsulto Summo Pontifice, dummodò contra eum, & Ecclesiam non fieret, neque eo tempore, quod ab universis Christianis eisdem infidelibus bellum indictum esset.
32 Ipsi quoque † Romani, quorum justitia, & Imperium valdè a D. Augustin. & aliis laudatur, ut diximus *supr. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 72. & *seqq.* nulla profectò ratione illud maximè dilatarunt, quàm socîs, atque amicis auxiliares copias præstando, & alias provincias aliarum vicinarum robore subigendo, ut observat Victor. *ubi supr.* & constat ex Strabone *l.* 6. Tacit. *lib.* 5. *Annalium*, Paulo Oros. *lib.* 5. *cap.* 8. Ambros. de Morales *lib.* 7. *cap.* 14. & *lib.* 8. *cap.* 2. & 53. Fr. Joan. à Ponte *in convenient. utriusque Monarch. lib.* 3. *c.* 17 Julio Cæs. Bulengero de Rom. Imper. *lib.* 3. *cap.* 5. & *ex l. postliminii* 5. *l. non dubito* 7. *ff. de capt. & postlimin. revers.* ubi DD. hanc materiam confœderationum pertractant, & Sebast. Nævius, qui ibidem plurimos colligit. Eoque respicit Cicero pro lege Manilia, dum ait, *Propter socios nulla ipsi injuria lacessiti, majores vestri cum Antiocho, cum Ætolis, cum Pœnis bella gesserunt.*

Illud † etiam, & quidem urgentiùs, pro ejus- 33
dem Novi Orbis legitimâ retentione perpendi potest, quod in omnibus ferè illius provinciis Indi antiquis dominis, & Regulis, variis bellorum eventibus, & aliis modis carere cœperunt, & cognita Regum nostrorum Religione, potentia, & gubernandi prudentia, ac mansuetudine, se eorum imperio, gubernationi, & jurisdictioni summa voluntate, atque alacritate dediderunt, & quotidiè dedunt, & devovent, ut de Mexicanis, Peruntinis, & aliis passim, refert Anton. de Herrera, & alii rerum Indicarum Auctores. Et † extant in Archivis hujus Regii Limani Con- 34
ventus quædam publica, & authentica monumenta anno 1562. confecta de mandato excellentissimi Prorogis Comitis de Nieva, & aliorum, qui cum eo missi fuerunt, ut in hoc Regno Peruano de perpetuandis Indorum commendis tractarent. Et quibus constat, quòd cum hi peritissimum, & prudentissimum virum Licentiatum Paulum Oadegardum ad omnes ferè ejusdem Regni provincias misissent, ut Indorum ea in re voluntatem exquirerent: illi, suis comitiis habitis, & rogatis, seriò semper, & unanimiter responderunt, se nullum alium dominum universalem, vel particularem habere, neque in posterum sortiri, aut agnoscere velle, præter nostrum Hispaniæ Regem optim. Maxim. cui se, & sua humiliter, & hilariter submittebant. Quo mediante † etiam si fortè aliquis excessus, aut justitiæ 35
defectus, in primæ conquisitionis exordiis notari potuisset, jam omnino cessasse, ac purgatus esse videtur.

Communis † enim populorum in Regis elec- 36
tione, vel ad probatione consensus sive is expressè, sive paulatim cursu temporis exhibeatur, etiam tyrannidem in Monarchiam perfectam, & legitimam vertit, ut probat text. *in l. ex hoc jure*, ibi: *Regna condita*, *ff. de justit. & jure*, *l.* 1. *ff. de constit. Princip. l.* 2. §. *novissimè*, *ff. de origin. jur.* §. *sed quod Principi*, *instit. de jur. nat.* junct. *l.* 2. & 4. *ff. de eo quod met. caus. cap. ad id*, *de sponsalibus*, cum aliis, quæ latè cumulat Alberic. *in leg. cunctos populos*, *num.* 20. *C. de summa Trinitat.* Navar. *in cap. novit*, *de judiciis* 3. *notab. num.* 158. Molina *de justit. & jur. tr.* 2. *disp.* 24. *in fine*, Covarr. *in pract. c.* 2. *num.* 9. Illustrissim. Card. Bellarm. *lib.* 6. *de laicis*, *cap.* 6. *in fine*, *pag.* 209. Salas *de legib. disp.* 7. *sect.* 12. *num.* 67. *in fin.* Leonard. Lesius *de just. & jure*, *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 41. & *cap.* 29. *dub.* 9. Laurea Salmant. *certam.* 5. *de hominum præfectura. cap.* 2. *num.* 12. Pat. Franc. Suarez omnino videndus *in defens. Fidei contra sect. Anglic. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 19. Marta *de jurisdict.* 1 *part. cap.* 8. *num.* 19. Calist. Remirez *de leg. Regia Aragoniæ*, §. 4. *num.* 8. Freit. *ubi suprà*, *cap.* 12. *in fine*, & Bobadilla *in Polit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. *litt. I.* ubi exemplum Romanorum adducit, qui teste Cicer. *lib.* 3. *Rhetor. cap.* 3. partim ense, partim consensu, potentiam & dominationem totius ferè Orbis adquisierunt.

37 Et in † nostræ quæstionis terminis idem probant Victor. *in relect.* 1. *de Indis*, *num.* 40. *vers. Restat alius*, & securiùs *in* 2. *relect. num.* 16. *vers. Alius titulus*, & eum transcribens Greg. Lopez *in dict. l.* 2. *part. col.* 11. *vers. Asserit etiam*, & *col.* 14. *vers. Alius titulus*, ubi concludunt, omni jure inspecto certissimum esse, per veram, & voluntariam Indorum electionem Reges Hispaniæ justè has provincias retinere posse, puta, si omnes ipsi Barbari, aut major eorum pars, intelligentes prudentem administrationem & humanitatem Hispanorum, ultrò vellent accipere in Principem Regem Hispaniæ Joan. etiam Matienz. eamdem sententiam disertissimè sequitur *in tractat. manuscripto de mo-*
38 *deratione Regni Peru*, *lib.* 1. *cap.* 3. ubi † multa beneficia commemorat, quæ Indi ex Regum nostrorum tuitione acceperunt, & alia argumenta, ex quibus hodiè grata, & voluntaria eorum subjectio colligi potest.

A quibus non abest Franc. Vargas *in tr. de auct. Papæ*, *& Episcop. confirm.* 10. *n.* 4. & 5. ubi hunc ipsum titulum ex eo magis communit,
39 quòd cùm † inter Indos nullus jam reperiatur, qui eorum dominatum jure sanguinis petere valeat, meritò possunt Reges nostri ex Romani Pontificis concessione harum regionum Imperium habere, & exercere, ex celebri doctrina Oldrad. *consil.* 69. Ancharran. *in reg. peccatum*, 3. *q. principali*, & aliorum, quos refert & sequitur Cajetan. *in* 2. 2. *quæst.* 10. quibus convenit Bald. *in l. unica*, *C. de jur. deliber. col.* 5. relatus ab Episcopo Chiapens. *in tract. comprobat dom. Ind. fol.* 31. ubi tradit, quod hodie ubicumque jurisdictiones vacant, ut in Regnis infidelium, apud quos non est vera, nec naturalis dignitas, & jurisdictio, occupanti Catholico conceditur.
40 Neque † his adversatur vulgaris juris regula, quâ docemur, id, quod ab initio nullum, vel vitiosum est, tractu temporis non convalescere, *leg. quod initio*, *ff. de reg. jur. cap. non firmatur*, *eod. tit. lib.* 6. cujus argumento docuisse videtur Joan. Igneus *in quæst. an Rex Franciæ recog-*
41 *noscat superiorem*, *num.* 21. originem † nactæ possessionis in jure acquirendorum Regnorum inspiciendam esse, *l. clam possideri*, *in princip. ff. de acquir. possess. l. nam origo*, *ff. quod vi*, *aut clam*: & quod si est violenta, non potest opitulari, *l. auctoritatem*, *C. unde vi*, *cap. vigilanti*, & *cap. fin. de præscription.* sed imò hoc vitium transit in successores, *l. an vitium*, *ff. de divers. & temp. præscription. l. Pomponius*, *in princ. ff. de acquir. possess. l. hæres. ff. de usucapion.* §. *fin.*
42 *init. eodem.* Nam, ut † benè considerat Marta *d.* 1. *part. cap.* 8. *num.* 15. & 16. postquàm tale jus, vel præscriptione legitima acquisitum, vel voluntario subditorum consensu confirmatum est, juridice omnia facta fuisse finguntur, arg. *l. mulier*, §. *penult. de cond. initit.* & eorum, quæ benè notat Alexand. post Bald. Cuman. Castrens. Salicet. & alios *in l. extraneum num.* 8. *C. de hæred. instituend.*

Et † prædicta regula, quod ab initio, ita ac- 43
cipienda est, ut nullum à principio, per solum lapsum temporis non convalescat; contra verò probandum sit, si præter temporis cursum, aliæ quoque circumstantiæ, vel qualitates accedant, ut notant DD. *in dictis juribus*, & Glossa celebris, *verb. Terminetis*, *in cap. ex tenore*, *de foro competent.* Unde † acquisitionem à principio nul- 44
lam, tamquam factam per forensem, cui acquirere per statutum prohibitum erat, benè convalescere, si posteà forensis civis fiat, latè & optimè fundat, & resolvit Andr. Barbacia *cons.* 70. *lib.* 3. *colum.* 2. Et † judicium, quod à principio 45
nullum erat, ex jure supervenienti confirmari posse, probatur *in exemplo*, *l. si rem alienam*, §. *fin. ff. de pig. act. l. conficiuntur*, §. *si ei servo*, *ff. de jure codicill. l. servum filii* 46. *de legat.* 1. junctis aliis, quæ tradit. Butt. *in l.* 1. *num.* 12. *ff. de regula Catoniana*, Alexand. *cons.* 27. *vito libello*, *col.* 2. *lib.* 1. Felin. *in cap. inter dilectos*, *n.* 6. *de fine instr.* Quod † idem in alienatione à mino- 46
re sine decreto facta intercedit. Nam etsi invalida sit, confirmatur tamen superveniente majore ætate, *l. final. C. si major factus.* Etenim quando † causa confirmans supervenit, convalidatur id, 47
quod à principio nullum est, juxta celebrem doctrinam Dyni *in d. c. non firmatur*, *l. per fundum*, *ff. de servit. rustic.* & ibi Bart. *num.* 3. & text. optimi *in l. jure nostro*, §. *ult. ff. de testam. tutela*, *Clem.* 1. *ut lite pendente*, & *in l. quadam*, *ff. de reb. dub.* cujus verba sunt: *quædam sunt*, *in quibus res dubia est*, *sed ex post facto retroducitur*, *& apparet*, *quid actum sit.*

Rursus non obstabit, si quis fortè objiciat, hos titulos, de quibus *hoc in capite* egimus, justæ scilicet acquisitionis, & retentionis ob defensionem Fidei, vel causa sociorum, aut voluntariæ electionis in aliquibus hujus Novi Orbis provinciis non intervenisse, quæ aliis, atque aliis modis in potestatem, & dominium Hispaniorum redactæ comperiuntur. Nam ad justam, & legitimam alicujus Regni occupationem sufficit, quod plures, & præcipuè ejus provinciæ bello justo, aut alio legitimo modo occupari possint, ut reliquæ eadem forma debellari, & possideri valeant, ut post Div. Thom. & alios concludit Petr. Aragon. *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 1. *pag.* 312. *verbo. In quo sit quarta conclusio.*

Ut omittam † mirum, aut novum non fuis- 48
se, quod Reges nostri labi non paterentur oblatam sibi tot viis, & rationibus regnandi, & imperandi in hoc Novo Orbe occasionem (quamvis hoc, *ut sæpè diximus*, ab eorum mente & pietate alienum fuerit) cum certum sit, eam, omnia ferè mundi Imperia peperisse, ut Græci, Romani, & alii à nostra ætate remoti testes esse possunt, & vel † ipsa familia Austriaca, de qua 49
Auctor tractatus de occasione, relatus à Petr. Andr. Canonher. *in Aphor. Polit. Hispan. lib.* 1. *pag.* 249. sic scriptum reliquit: *Quæ hodie familia in universa Europa plura regna*, *plures regiones*, *ac ditiones possidet*, *quam Austriaca? Atqui eorum pleræque connubiis*, *tutela*, *& similibus fortunæ beneficiis sunt quæsita: unus quidem Belgicas provincias suo adjecit imperio*, *alter Hispanias addi-*

addidit. Tertius ne quid ad imminum illustrissimæ familiæ deesset fastigium, Lusitaniam quoque, & immensas utriusque Indiæ regiones acquisivit, imperiumque suum iisdem quibus Solis cursum finibus terminavit.

50 Unde † Politici docent occasionem rerum gerendarum summa cum diligentia aucupandam esse, quia secundùm Niceph. *lib. 16. cap. 12. Celerrima Aquila est temporis opportunitas, & occasio, quæ ad pedes advolans capi à quopiam potest; sin aufugiat in altum aerem, eo, qui se persequuntur, videt, neque ut ad eos redeat, in animum inducit.* De quo plura alia cumulat Canonher. *ubi suprà*, & novissimè Joann. Baptist. Valenzuela *in discurs. stat. & belli, 1. part. considerat. 3. ex num. 8.* Just. Lips. *lib. 5. civil. doctor. cap. 16.* Pat. Joannes David. *in lib. de occasione arrepta, aut neglecta, per totum.* & Fr. Joannes à Salazar
51 *in Polit. Hisp. propos. 11. §. 5.* ubi † respondet objectionibus Campanellæ, qui invictum illum & magnanimum Imper. Carolum V. perperam suggillavit, quòd mundi dominus esse desierit, quia oblatis sibi à fortuna occasionibus, opportunè uti noluit, vel nesciit.

CAPUT V.

De ultimo, & efficacissimo ejusdem retentionis titulo, qui ex difficultate, aut verius impossibilitate restitutionis descendit, indè iam ad Fidem conversis, & eorum & Hispanorum rebus mutuis inter se nexibus complicatis.

SUMMARIUM.

1 *Retentio Novi Orbis hodie secundùm omnes tuè scrupulo ac difficultate procedit.*
2 *Orbis Novi dominatio hodie à nostris Regibus tenè peccato deseri non poterit.*
3 *Sententiæ Victoriæ, Soti, Gregor. Lop. Matienz. Bañez, Cordubæ, Acostæ, Molinæ, & aliorum circa justam retentionem Novi Orbis, sigillatim expenduntur.*
4 *Indi semel conversi suæ gubernationi relinqui non debent, & quare.*
5 *Ignorantes* secundùm Platonem & Aristotelem *regi debent, & prudentes ducere, ac dominari.*
6 *Stulti* secundum D. August. *melius viverent, si sapientium servi essent.*
7 *Indi si potestati, ac gubernationi relinquantur, facilè in apostasiam, & antiqua crimina prolabentur.*
8 *Infidelibus semel conversis, si apostasiæ crimen timetur, potest Papa Principes fideles assignare.*
9 Cap. de Judæis, vers. Qui autem, 45. dist. *expenditur.*
10 *Uxor fidelis quando à viro infideli separari possit.*
11 Cap. quanto, de divortiis *expenditur, & illustratur.*
12 *Filii baptizati à patrum infidelium potestate liberantur.*
13 *Matrimonium, quod fieri tractabatur inter Serenissimam Mariam Hispaniæ Infantem, & Carolum Regis Angliæ filium, quibus rationibus dilatum fuerit.*
14 *Matrimonium inter Catholicam, & Hæreticum qualiter, & quare prohibitum sit*, Et num. 16.
15 *Dispensatio Pontificis necessaria est ad matrimonium inter Catholicam, & Hæreticum, & hæc, nonnisi cessante periculo perversionis, & magnis aliis cautis interventibus concedi solet.*
16 *Inter Catholicam, & hæreticum contractum matrimonium difficiles solet exitus generare.*
17 *Fideli cum infideli nulla potest esse societas.*
18 *Servus Christianus liberatur à dominio domini Judæi, vel infidelis.*
19 Lex 1. C. ne Christim. mancip. hæreticus, vel Jud. &c. *cum similibus explicatur, & illustratur.*
20 *Catholicus esse debet, qui multitudini præficitur.*
21 *Papa potest Principes apostatantes privare dominio quod habent supra fideles.*
22 *Principum peccata pernicioissima sunt, præsertim in materia fidei.*
23 *Principes, qui gravius, quàm subditi peccant, gravius puniendi sunt.*
24 *Papa, ut bonus pastor, debet omnia, quæ impediunt fidei conservationem, & progressus submovere.*
25 *Indorum, & Hispanorum Respublica hodie una est, & mutuò se juvat.*
26 *Regnum unum, etiam injustè occupatum restitui non debet cum notabili aliorum regnorum, & statuum jactura.*
27 *Restitutionem rerum alienarum quando excusat necessitas, vel difficultas.*
28 *Navarrensis regni restitutionem quo argumento excusat Navarrus.*
29 *Reges nostri hodie ex sententia multorum, non solùm justè retinere possunt Indias Occidentales, verùm, & rebellantes denuò subjugare.*
30 Cap. 1. 23. quæst. 8. & cap. punienda 24. quæst. 1. *expenduntur.*
31 *Restitutionis in materia multa tolerantur, quæ corrigi non possunt.*
32 *Æmilii Probi elegans locus pro retentione Indiarum expenditur.*
33 *Agrariæ legis effectus, quamvis injustus, ob majora damna vitanda Romanus pop. toleravit*, ex D. August.
34 *Commendat Indorum quà ratione continuandas censuerit Fr. Alphonsus à Castro.*
35 *Indiæ Occidentales si hodie à Regibus nostris relinquerentur, aut restituerentur, multa damna, & absurda resultarent.*
36 *Bona inferioris ordinis restituenda non sunt cum jactura superioris.*
37 *Religionis conservandæ ratio multum præponderat.*
38 *Animarum salus cunctis rebus præfertur.*
39 Lex sanctimus 17. de sacrosanct. Eccl. *expenditur, & illustratur.*

SEd etsi, absque veritatis præjudicio, consideremus, in hujus Novi Orbis conquisitione, & Barbarorum ad fidem conversione, aliquid primis illis temporibus intervenisse, quòd Regum nostrorum occupationem, & dominationem injustam, & legitimam redderet. Illud † tamen apud omnes exploratum esse videtur, 1
hodie post tot, eodem Orbe deregendo, & Catholicis præceptis imbuendo, exantlatos labores, & postquam Hispanorum, aeque Indorum gubernatio, & conservatio tot inter se nexibus, ac vinculis copulata conspicitur, juste, & absque ulla peccati labe ab eisdem retineri: imò, † quod 2
magis est, citra grave peccatum deseri, ac relinqui non posse. Quod bene insinuavit Episcopus Chiapens. *in tract. comprobat. suprem. dom. Ind. num. 2. & seqq. & in propos. 19. & in replic. 12. ad object. Sepulveda, fol. 54.* † & signanter, atque eruditè probat Magi Victor. *in 2. relect. de Indis insulanis, num. 13. & 14.* & in finalibus verbis, ubi ita concludit: *Tertiò patet, quòd jam postquam ibi facta est conversio multorum Barbarorum, neque expediret, nec liceret Principi omninò dimittere administrationem illarum provinciarum.* Et sequuntur, atque illustrant Dom. Soto *in 4. distinct. 5. quæst. 1. art. 10.* Gregor. Lopez *in d. l. 2. tit. 23. part. 2. glos. magn. col. 13.* 3
vers.

vers. Alium titulum: Matienz. *in tract. manuscripto de moderatione Regni Peru, lib. 1. cap. 3. in fine*; ubi dicit, se circa hoc plura notasse in stylo Cancellariæ *tit. 1. præeminent. 17. casu 20. declarat. 9. §. 1. gloss. 1. num. 46.* Dom. Bañez *in 2. 2. quæst. 10. art. 10. pag. 536. in fine*; ubi concludit, hunc esse potissimum titulum, quo Hispaniarum Rex gubernat gentem Indorum ad fidem jam conversam: Francisc. Vargas *in tract. de jurisdict. Pontif. & Episcop. confirm. 11. numer. 13.* ubi ait Papam in provinciis infidelium ad fidem conversis, Episcopatus, cæteraque munia erigere, & creare secundùm Bald. & Angel. *in l. id quod apud hostes, de legat. 1.* & eam quam putat jurisdictionem profuturam concedere: Anton. à Corduba *in quæstionar. lib. 1. quæst. 57. dub. 6. versic. Quòd si major, pag. 507.* ubi signanter inquit: *Quòd si major pars Indorum esset jam conversa, aut converti parata, tunc si sine dispendio, sive periculo Papæ, vel Principi alijus Christianus auctoritate Papæ etiam per bellum tollere posset illos, dominos infideles, & illis præficere Principem, aut Principes Christianos, qui gubernarent jam fideles, effectos, aut converti paratos, & ipsos in vera Religione ab infidelium persecutione tuerentur, certè ita fieri licitè posset, atque deberet, ad conservationem Religionis, & ad tollendum impedimentum ejus, & Fidei, & tyrannidem dominorum infidelium supra Christianos. Et hoc modo Reges Hispaniæ dominantur insulanis per suos Hispanos expugnatis.*

Joseph. Acosta *de procur. Ind. salut. lib. 2. cap. 11.* ubi eleganter scribit: *Certè graviter errant quidem specie fortasse pietatis, ius Regium, & administrationem vocantes in dubium, quærentes interdum, quo titulo, & jure Hispani dominentur Indis? Num hæreditario jure ad nos devoluti sint, in bello justo subjecti? Quæ sanè disputatio eò pertinet, ut administrationis Indicæ, vel tollatur, vel certè debilitetur auctoritas, quò semel si gradus fiat, quanta sit futura pernicies, quæ perturbatio rerum omnium consequatur, dici vix potest. Atque ideò illud religiosè, & utiliter moneo, non oportere in hac causa ampliùs disceptare: sed veluti præscriptum jam sit, optima Fide agere debere Christi servum. Neque aliam subtilioremcausæ evictionem petendam esse, quàm quod ut demus, quàm maximè peccatum esse in usurpatione dominatus Indici: tamen neque restitui jam potest, cui enim, aut quibus modis, neque si maximò posset Fidei Christianæ semel susceptæ evidens injuria, & periculum id ullo modo pateretur, &c.*

Et inferiùs: *Igitur sive injuriâ usurpatus sit dominatus Indicus, sive quòd magis existimandum & prædicandum est, quantum attinet ad Regum administrationem jure, & ordine juris, nequaquam expedit Indorum administrationem, quæ illis utilissima est ad salutem æternam, Christianis Principibus derogare.*

Idem non minus disertè probat ipsemet Auctor *lib. 3. cap. 3.* sic inquiens: *Verùm cùm de communi ac certo titulo disputatur Ecclesiæ auctoritatem, Fidei periculum ipsorum Barbarorum salutem, Rempublicam Indicanam administrandi, & æquissimum jus præbere Principibus Christianis, & illud per se abundare, certo nobis persuadet cum*

ratione valdè experientia ipsa consentiens. Quamobrem sive alii tituli etiam sint, sive non sint, constat ad Regum Catholicorum curæ maximè pertinere salutem Indorum, cui procurandæ, & Religionis præceptores, & disciplinæ civilis ad ministros lectissimos mittat oportet, ut Deo, atque Ecclesiæ, injuncto sibi munere perfungentes, ut & ipsos decet, & causa tanta exigit, satisfaciant.

A quibus non multum distat, quod in eisdem terminis resolvit P. Ludovicus Molina *de justitia, & jure, tract. 2. disputat. 106. in fine*; docens, plerumque usu evenire, ut in terris Barbarorum de novo inventis, & subactis, ad eorumdem bonum, & innocentium defensionem oporteat, ut bellantes integrum dominium earum regionum assumant.

Pro cujus sententiæ confirmatione, ut prædicti Auctores animadvertunt: Primò, † ipsorum 4
Indorum natura, facilitas, & imperitia considerari potest, quæ nullo modo permittit, ut suæ potestati, & gubernationi relinquantur, maximè postquam Christianæ Religioni nomen dederunt; atque ideò supremo Hispanorum imperio regi, & tueri debent, ex iis, quæ latè congessimus *suprà lib. 2. cap. 9. num. 29. cum sequentibus*: & eleganter disserit Plato *lib. 3. de Repub. dialog. 3. col. 9. in fine*, Ubi inter † alias causas, 5
quibus homines hominibus imperare solent, sexta quidem, & omnium maximam eam esse inquit, quà secundùm naturam ignorantes sequi jubentur, prudentes autem ducere, ac dominari.

De quo etiam plura tradit Aristotel. *lib. 1. Polit. cap. 3. & 4. & lib. 7. cap. 14.* Divus Thom. *1. part. quæst. 6. art. 4* ubi ait, quòd si unus homo haberet super alium supereminentiam scientiæ, & justitiæ, inconveniens fuisset, nisi hoc exequeretur in utilitatem aliorum, & in nostris terminis docet Victoria *dict. relect. 1. de Indis, num. 23.* Covarrub. *in reg. peccatum 2. part. §. 11. num. 5.* & Joan. Matienz. *dict. lib. 1. de moderat. Regni Peru cap. 4.* ubi se remittit ad ea, quæ latiùs dixit *in Stylo Cancellariæ, tit. 1 præmin. 17. casu 20. declarat. 9. §. 1. gloss. 1. n. 39. & 40.* Et conducit illud Divi Augustini, *cap. 12.* dum † inquit: *Si hominibus non peccare, quàm pec-* 6
care melius est, melius profectò stulti omnes viverent, si servi possent esse sapientium.

Secundò † considerant, quòd supposita eo- 7
rumdem Indorum barbarie, & ceeitate, facile contingere posset, ut amoto Hispanorum Imperio, & gubernatione, si sub antiquis dominis, ac regulis relinquerentur, in apostasiæ crimen, & pristinæ idololatriæ consuetudinem recidivarent, Evangelium fidei, & veritatis, quod inter ipsos non modo annuntiatum est, sed Dei gratia, ut plurimùm, persuasum, & introductum, oblivioni traderetur, vel blasphemiis, & contumeliis illuderetur. Quo † periculo interveniente, 8
concors est omnium Theologorum sententia, infideles sive jure, sive injuria ad Christum conversos, id est, minis, aut terroribus vel aliàs non servatis servandis baptizatos, dummodo veri Christiani sint, nullatenus à fidelibus deserendos esse, & posse Romanum Pontificem in favorem fidei, ipsis petentibus, vel non petentibus dare illis Principem Christianum, & auferre

re alios Principes infideles, ut cum Div. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. eleganter probant, & resolvunt Turrecremat. *in sum. de Eccles. lib.* 2. *capit.* 114. *circa finem*: Victor. Gregor. Lopez, Corduba, & alii ex *suprà* relatis, & Domin. Bañez *dict. art.* 10. *pag.* 536. ubi inquit, meritò Pontificem apud Indos Occidentales hac potestate uti dando gubernatores fideles Indis ad fidem conversis, quoniam antiqui Caciques infideles eos abducerent à fide. Et in eadem sententia generaliter de omnibus infidelibus loquens, & quod ratione vitandi periculi apostasiæ, possit eis per Pontificem novus dominus assignari; novissimè etiam residet eruditissimus P. Franc. Suarez omninò legendus *in defens. Fidei contra sect. Anglican. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 7. & latiùs *capit.* 23. *n.* 24. ubi refert D. Thom. *in addit.* 459. & DD *in* 4. *distinct.* 39. & idem sequitur Bellarm. *lib.* 5. *de Roman. Pontif. cap.* 7. Emman. Rodericus. *lib.* 3. *quæst. reg. quæst.* 32. *art.* 4. Valenzuel. *in monit. contra Venet. part.* 7. *num.* 53.

Tertiò, pro eadem doctrina communienda expendi potest, & solet exemplum † celebris 9
text. *in cap. de Judæis, versic. Qui autem* 45. *distinct.* ubi Judæi in fide semel, quamvis involuntariè suscepta, perseverare coguntur, ne vilis & contemptibilis habeatur; prout latius animadvertimus *suprà lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 53. Cui exemplo simile est alterum, quod de filiis parvulis infidelium, invitis parentibus baptizatis *in eodem lib. cap.* 18. proposuimus *ex num.* 23.

Et aliud † de uxore, quæ licet tantùm, vel 10
plus viro adstricta sit, sicut subditus domino, cùm illud vinculum sit juris divini, hoc autem non, in favorem tamen fidei liberatur uxor fidelis à viro infideli; si maritus ei Religionis causa molestus esse incipiat, vel aliquod circa ejus puritatem, & observationem periculum moveat, ut patet ex Apostol. 1. *ad Corinth.* 7. *& cap. quanto, de divortiis*; & † ex ipso Ecclesiæ usu, in 11
qua nunc consuetum est, ut ipso facto quod alter conjugum convertitur ad fidem, sit liber ab alio infideli. Quemadmodum † ex eadem ratione filii 12
baptizati à patrum infidelium potestate, & consortio liberantur, ne illorum iterum involvantur erroribus, ut dicitur in Concil. Toletan. 4. *c.* 59. *& in cap. Judæorum* 28. *quæst.* 1. & resolvunt Victor. Acost. Bañez, Suar. & alii, *ubi suprà.*

Quo argumento † valdè hac tempestate in 13
Hispania dubitatum est, an matrimonium inter Serenissimam Mariam Catholici nostri Regis Philippi IV. sororem, & Carolum Stuardum Principem de Galles, Jacobi magnæ Britanniæ Regis filium, & hæredem, licitè & securè contrahi posset, eò quod † inter Catholicum, & hæ- 14
reticum ob fidei, & cultus disparitatem impedimentum irritans intervenire multi censuerunt, post Glos. *in cap. final. de condit. apos.* quam Hostiens. & Ancharran. *ibidem* sequi videntur, & expressè probat *l.* 15. *tit.* 2. *part.* 4. *& canon.* 72. *sextæ Synod. gener. Trullanæ.*

Quod licèt alii magis frequenter rejiciant, & non irritans, sed dumtaxat impediens esse, cum veriori opinione resolvunt, ut constat ex innumeris Theologis, & Canonistis, quos latissimè refert, & sequitur Thom. Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 72. *num.* 2. & Nicol. Serar. *in opus-culo de Catholicorum cum hæreticis matrimonio capit.* 1. *&* 2. & novissimè Anton. Ricciull. *in tractat. de jur. pers. extra Eccles. grem. exist. lib.* 2. *cap.* 2. Omnes tamen † in eo conveniunt, 15
nonnisi ex dispensatione Pontificis contrahi posse & periculum, ne Catholicus pervertatur, cessare debere, atque alias urgentes, & graves Reipublicæ utilitates attendendas esse, quæ ad id permittendum nimis adstringant, ut tradit idem Sanch. *dict. lib.* 7. *disput.* 71. *num.* 10. Alioqui † enim ejusmodi matrimonia prohibita sunt, & 16
difficiles solent exitus generare.

Unde in Concil. Agath. *can.* 67. quod refertur *in cap. non oportet* 28. *quæst.* 2. apertè monemur, non oportere cum hominibus hæreticis miscere connubia, & anteà in Concil. Illyberitano *can.* 16. ubi habetur: *Hæreticis, qui errant ab Ecclesia Catholica, neque ipsis Catholicas dandas puellas, neque Judæis placuit, ex quo nulla possit † esse societas fidelis cum infideli.* Et in Calce- 17
don. can. 13. *Non debet copulari nuptura Hæretico, Judæo, vel Pagano, nisi forte promittat ortholoxam Fidem. Si quis hanc definitionem transgressus fuerit, correctioni canonicæ subjacebit.* Idem traditur à Divo Ambrosio *lib.* 1. *de Abraham, cap.* 9. relato *in cap. cave* 28. *quæst.* 1. & late docet Navarr. *in Manuali cap.* 32. *num.* 30. Be Iatmin. *de matrimon. lib.* 1. *cap.* 23. Sot. *in* 4. *distinct.* 39. *art.* 2. *ad* 3. & Sanch. & Serar. *ubi suprà.*

Quartò facit, quia nulli mirùm videri debet, quòd Ecclesia ob fidei favorem, subditos recenter ad fidem conversos, à potestate dominorum infidelium, vel Neophytorum eximat, & Christianis Principibus tribuat: cum eodem favore attento, id, quod longè plus est, edicere soleat, nempè † ut omnes servi Christiani, qui sub 18
infidelium dominorum mancipio reperiuntur, ab eorum nexu solvantur, & liberentur, quamvis alias legitimi captivi reperiantur, & etiam si postquam capti sunt, conversi fuerint, ut constat † *ex toto titulo, Cod. ne Christianum mancip.* 19
Hæreticus, vel Judæus, vel Paganus habeat, vel possideat, vel circumcidat, & *ex l. ultim. eodem titulo in Cod. Theodos. & cap. cum sit nimis, de Judæis*; ubi nefas esse dicitur, religiosa mancipia impiissimorum inquinari dominio, *cap. Judas* 17. *quæst.* 4. *cap. mancipia* 54. *distinct. cap. multorum, cap. ad hæc, & cap. nulli, de Judæis, l. final. tit.* 21. *part.* 4. *l.* 13. *tit.* 9. *part.* 6. *leg.* 22. *tit.* 11. *part.* 5. *l.* 10. *tit.* 24. *part.* 7. cùm aliis quæ latè notant Doctores in eisdem juribus, Innocentius *in cap. quod super, de voto*: Divus Thomas, & Theologi omnes *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. Marquar. de Susan. *in tractat. de Jud. & Infid.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 19. Moni. *dict. tract.* 2. *disputat.* 110. *colum.* 437. Pat. Suarez, & alii in locis *suprà* relatis: Michael. Ulcurrun. *in tract. de regim. mundi*, 2. *quæst. princip. num.* 82. ubi generaliter concludit, qui † præesse habet multitudini Christianorum, de- 20
bere esse Catholicum, & membrum utile, corporis mystici fidelium; quem refert, & sequitur Valenzuela *dict. part.* 7. *num.* 98. & idem colligitur *ex cap. absolutos, de hæret. cap. non sanctorum, & cap. juratos* 15. *quæst.* 6. Joan. de Ligniano *in tract. de bello cap.* 15. & ex D. Thom.

dict.

dict. 2. 2. *quæst.* 12. *art. ultim.* ubi ostendit
21 posse Papam † Principes à fide apostatantes privare dominio temporali, quod habent supra fideles, quia contrarium vergere posset in magnam fidei corruptionem; quia ut dicitur *Prover. cap.* 6. Homo apostata in corde suo machinatur malum, & jurgia seminat, intendens homines separare à fide.

Et ut subjungit Suarez *dict. lib.* 3. *cap.* 23.
22 *num.* 22. Principum † peccata, præsertim contraria fidei, religioni, perniciosissima sunt; facilè enim subditos ad sui imitationem pertrahunt, vel exemplo, vel beneficiis, ac promissionibus, vel etiam minis ac terroribus, ut diximus *dict. cap.* 9. *num.* 63. & Philosophi ipsi, ratione & experientia docti, docuerunt, ut constat ex Platone relato à Cicerone *lib.* 1. *epist.* & ex eodem Cicerone *lib.* 3. *de Legibus*, ubi inquit, vitiosos Principes, non solùm vitia in se ipsis concipere, sed etiam ea in civitatem infundere.
23 Unde gravius, † quàm cæteri delinquunt, & ideò graviùs per pastores suos puniendi sunt: ut ait text. *in cap. præcipuè* 11. *quæst.* 3. Et cum †
24 ad Pastorem spectet, non solùm oves errantes corrigere, vel ad ovile revocare, sed etiam lupos arcere, & ab hostibus defendere, ne extra ovile trahantur, & pereant: ita ad Pontificem pertinet, pericula apostasiæ, & alia quæcumque fidei conservationem, & progressum impedientia, submovere & novos, & Christianos dominos in provinciis infidelium, præsertim Barbarorum, de quibus agimus, constituere. Ac propterea concludit idem Suar. *ubi suprà lib.* 6. *c.* 4. *n.* 1. *pagin.* 716. inter Christianos, maximè in tyrannorum nomine, & ordine numerandum esse Principem, qui subditos suos in hæresim, vel aliud apostasiæ genus, vel publicum schisma induc-
25 cit. Quintò † & ultimò considerari potest, quòd quamvis prædicta omnia deficerent: cum tamen hodie, ut *suprà* tetigimus, temporis lapsu Hispanorum, & Indorum religio, & Respublica una esse cœperit, & sub ejusdem Hispani nostri Regis tuitione, & gubernatione constituì, atque utriusque regni status, vires, & nervi ita commixti, & complicati sint, ut alterum ab altero sine magno, & evidenti amborum periculo,
26 & dispendio separari non possit. Certa est, † & communis probatissimorum Auctorum traditio, qui Regem, etiam injuste possidentem, à restitutionis necessitate excusari, testantur, imò & quemlibet privatum, qui status sui periculum, seu decentiæ ejus notabilem jacturam veretur. Ut constat ex D. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 8. Archiepiscop. Florent. *in sum.* 2. *part. tit.* 2. *capit.* 8. *&* 3. *part. tit.* 4. *cap.* 1. Soto *distinct.* 15. *quæst.* 2. *cap. ultim.* Palac. Rub. *in tract. de obten. Regni Navarræ*, 4. *part.* §. 3. *col. penult.* Henrico *quodlibeto* 6. *quæst.* 24. Medina *in Cod. de restitut. quæst.* 2. *dub.* 4. Covar. *in reg. peccatum, 1. part. num.* 2. Mich. Salon *de justitia & jure, 1. tom. controvers.* 8. *pag.* 880. Lessio *eodem tractat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 21. Rebell. *de obligat. just. lib.* 2. *quæst.* 27. *sect.* 4. *pag.* 131. & optimè Navar. *in Manual. cap.* 17. *num.* 57. *&* 60. quem novissimè refert, & sequitur Pat. Fr. Joan. Marquez *in Gubernat. Christian. lib.* 1. *c.* 27. *pagin.* 164. ubi resolvit, † restitutionem alienarum 27
rerum non esse faciendam; quando per eam consequerentur maxima damna publica, ob idque non esse facile damnandos Reges, qui tenent aliqua aliena, etiamsi scirent non esse sua; modò probabiliter scirent, eorum restitutionem consequutura gravissima suorum regnorum incommoda.

Cujus doctrinæ argumento † idem Navarr. *in* 28
comment. ad text. in cap. cum minister 23. *q.* 1. ubi tractat de finibus humanorum actuum, in epistola, quam huic tractatui præmisit ad Ducem Alburquensem, *versic. Ad primum igitur, pagin.* 368. defendit retentionem Regni Navarræ, quod nunc etiam nostri Reges Catholici possident; nam per restitutionem præfati Regni, certum est (inquit) apertum iri ostium Gallis, inferendi maxima damna in alia Regna Hispaniæ per montes Pyrenæos; ut interim alios titulos illius Regni obtinendi omittamus, de quibus egimus *suprà lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 63. *& seqq.*

Et † in terminis retentionis hujus Novi Orbis, 29
eadem doctrina & consideratione utuntur Episcopus Chiapensis *d. tractatu comprobat, fol.* 30. Magister Victor. *in dict. relectione* 2. *de Indis insulanis ad finem*: Acost. *dict. lib.* 2. *de procuranda Indorum salute, cap.* 11. *pag.* 252. *& lib.* 3. *cap.* 3. *pag.* 286. Joann. Matienz. *dict. lib.* 1. *de moderat. Reg. Peru, cap.* 2. ubi refert, se hoc latius probasse *in Stylo Cancellaria tit.* 1. *præeminent.* 17. *declarat.* 9. §. 1. *glossa* 1. *num.* 33. & Joan. Boter. *in relation. universal. part.* 4. *lib.* 2. *ex pag.* 65. *ad* 77. Ubi adeò secure hanc retentionem probat, ut addat, posse hodiè Reges Hispaniæ easdem Indiarum provincias, si forte rebellarent, vel antiquos, aut alios novos dominos proclamarent, aperto Marte debellare.

Quibus consentiunt, de retentione Indiarum Orientalium loquentes: Rebell. *de obligationibus justitiæ, 2. par. lib.* 18. *quæst.* 23. *num.* 26. *ad finem*: & novissimus Freit. *de just. Imper. Asiat. cap.* 13. *num.* 46. *& sequentibus*; uti probat, Principes supremos, qui bona fide rem possidere cœpere, & à fortiori illorum successores, non teneri eam dimittere, & seipsos spoliare, aut consortium pati, vel in arbitros consentire, tamètsi res dubia sit; quin potiùs gravissimè eo in casu peccare quemcumque alium Principem; qui contra talem possessorem arma moveret, & ad damna resarcienda teneri, cùm melior sit conditio possidentis, ut resolvunt Victor. *de jure belli, num.* 27. *&* 30. Molina *de justitia & jure, tract.* 2. *disputat.* 103. *versic. In primo, & versic. Quare*: Vasq. 112. *tom.* 1. *disputat.* 64. *cap.* 3. *à num.* 11. Salas *in eadem* 1. 2. *tom.* 1. *tract.* 8. *disputat. unic. num.* 121. *&* 132. & Anton. Perez *in Laurea Salmantina, certam.* 10. *num.* 105. *cum seq.*

Pro quibus ego expendo † celebrem textum 30
in cap. 1. 23. *quæst.* 8. ubi in eadem materia retentionis rerum alienarum † multa tolerari *inquit* 31
Divus Augustinus, quæ corrigi, vel puniri *non possunt*; quod alio in proposito dixit Pelagius Papa *in cap. pudendo* 33. 24. *quæst.* 1. Et arridet Æmilii Probi † sententia, quam ad explicationem textus *in cap. ultim. de restitut. spoliator.* 32
expendit Cujacius *ibidem*, qui de bello civili ad

versus Lepidum scribens; ait: *Ea, quæ hostes sibi invicem eripuerent, licèt malè capta sint, jure tamen eorum repetitionem non esse, quia civitate jam sedata, & composita, & re lab factata, ex pediret Reipublicæ, quasi ægræ & saucia requiescere quomodocumque, ne vulnera curatione ipsa rescindantur.* Et melius ac congruentius locus alter Divi Augustini *lib. 3. de Civitate Dei, ca-*
33 *pit. 24.* ubi loquens † de lege Agraria, *inquit*, quod fuit initium civilium bellorum & seditionum: *Volebant enim Gracchi legibus Agrariis agros populo dividere, quos nobilitas perperam possidebat, sed eis tum vetustam iniquitatem audere convellere periculosissimum, imò verò, ut ipsa res docuit perniciosissimum fuit. Neque enim legibus, & ordine potestatum, sed turbis, armorumque conflictibus nobiles, ignobilesque necabantur.*

34 Quo loco, & exemplo motus † eruditiss. Fr. Alphonsus à Castro in quodam consilio manuscripto, quod circa conservandas, vel tollendas commendas Indorum in Anglia edidit die 13. mensis Novembris anno 1558. ad instantiam Imper. Caroli V. defendit, prædictas commendas, quamvis aliqua damna generasse dicerentur, conservandas, & tolerandas esse: quinimo & vendi, & perpetuati posse, si Hispaniæ Regibus id utile videretur, ex traditis à D. Thoma *in opusculo 21. ad Ducissam Brabantiæ.* De quo articulo alibi plenius agemus.

35 Et plane nemo non videt, † quam absurdum esset, si Hispani, qui hodie inter Indos commorantur, illis parerent, eorumque gubernationi subjicerentur; qualiaque & quanta damna & incommoda sequerentur, si Catholici Reges nostri has novi Orbis provincias desererent, quæ eis magni steterunt, ut inquit Anton. de Herrera *in hist. gener. Ind. dread. 3. lib. 8 cap. 4. pag. 299.* & in quibus insigni, & indesinenti eorumdem Regum cura, ac pietate, tot infidelium myriades ad Christi fidem, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ obsequium deductæ sunt, & quotidie deducuntur, ut latè ostendimus *supra lib. 1. cap. ultim. ex num. 99. & lib. 2. cap. 4. num. 17.* Unde magis securè procedit prædicta opinio, quæ ejusdem Orbis recentionem justificat, & restitu-
36 tionem excusat. Nam † bona inferioris ordinis restituenda non sunt cum jactura, & detrimento notabili bonorum etiam temporalium superioris ordinis, ut egregiè resolvunt, & exemplis illustrant Cajetan. *in 2. 2. quæst. 62. art. 6.* Navarr. *in Manuali, cap. 17. num. 56. & 89.* Sot. *de justitia, & jure, lib. 4. quæst. 6. art. 3. & quæst. 7. tit. 2.* & alii, quos refert & sequitur Ferdinand. Rebell. *de obligat. justitiæ, lib. 4. quæst. 13.* Unde
37 † multò magis idem probandum est, ubi imminet jactura, & periculum bonorum spiritualium, Religionis scilicet, cujus consideratio summa esse debet, *l. sunt personæ 43. ff. de Relig. & sumpt. funer.* ibi: *Nam summam esse rationem, quæ pro Religione facit*, cum aliis, quæ ad ejus illustrationem congerit Marcus Mantua *in Enchiridione rerum singularium, cap. 244.* & Joan. Baptista Valenzuela, *in monit. contra Venetos, 1. part. n. 15.*
38 Et † salutis animarum, quæ cunctis rebus præ-
39 ponderat, *cap. præcipimus 12. quæst. 1.* † *l. sancimus 17. in fine*, C. *de sacrosanctis Ecclesiis*, ibi; *Quoniam non absurdum est, animas hominum quibuscumque vasis, vel vestimentis præferri.* Quo loci Accursius *Animas*, pro animatis corporibus, non malè juxta subjectam materiam exponit. Sed nihil vetat, etiam de spiritibus intelligere, prout facit Felinus, plura similia, quæ pro animarum favore, ac salute constituta reperiuntur, enumerans *in cap. in præsentia, q. 4. de probation.* Abb. *cons. 63. lib. 1.* Socin. *cons. 39. colum. penult. lib. 2.* & latè Catelian. Cotta omnino videndus *in memorab. juris, verb. Anima*, & Cardin. Tusch. *eodem verb. conclus. 333.*

CAPUT VI.

Reges nostros piè semper, & sanctè ea omnia ordinasse, quæ in detegendis, & convertendis Indis fieri conveniebat, & excessus, atque injurias à Ducibus, & militibus irrogatas, nihil eorum pietati, & justificationi nocere.

SUMMARIUM.

1 *Auctor quid in hoc opere ultra alios præstiterit, eruditorum judicio relinquit.*
2 *Invidi, & novatores Indiarum retentionem mordent, quorum calumniæ referuntur, & refelluntur*, Et num. sequentibus.
3 *Initium cujuslibet rei semper inspici solet.*
4 *Fundamentum, ubi est erroneum, aut vitiosum, omnia corrumpit.*
5 *Cupiditatis initium, non religionis zelum Hispanos ad Novum Orbem perduxisse aliqui cavillantur.*
6 *Cupiditas est omnium malorum radix juxta sententiam D. Paul. 1. ad Timoth. 6.*
7 *Hispanorum avaritiæ, & cupiditatis initio detectionis Indiarum, aliqua exempla referuntur.*
8 *Aurum esse Hispanorum Deum, Indi existimarunt, & de fortis ei hac de causa à quodam Regulo Cubæ factis.*
9 *Eucirus Bacchalarius aurum in provincia Darienis retibus piscari publicavit.*
10 *Zenu in fluvio auri glebæ gallinacei ovi magnitudine retibus expiscari solent.*
11 *Divitiæ Novi Orbis nimis extollii Majolus.*
12 *Atabaliba Peruanorum Imperator immensas divitias pro sua libertate promisit.*
13 *Hispanis accomodari potest, quod olim Tit. Livius de Romanis in Africam trajicientibus, scriptum reliquit.*
14 *Senecæ elegans locus refertur, & ad Hispanorum in Orbem Novum adventum accommodatur.*
15 *Charitas aurum optimum, Dei verbum argentum præstantissimum.*
16 *Hispanos milites divitiarum desiderio in expeditionibus Indicis permoveri, mirandum non est.*
17 *Pecuniæ obediunt omnia.*
18 *Aurum omnia scindit, & superat.*
19 *Aurum bella, & alia plura scelera, & damna in mundum invexit*, ex Virgil. & aliis Poëtis.
20 *Pax non potest placere iis, quibus immodica cupiditas est.*
21 *Hispani propter auri cupiditatem crudeliter Indos tractasse, ac fere delevisse dicuntur.*
22 *Damna, & injurias Indis ab Hispanis illatas qui recenseant, & succenseant.*
23 *Christiani, etiam cùm justis bellis operam navant, mites & temperati esse debent.*
24 *Clementis Alexand. elegans locus ad suadendum Christianorum mansuetudinem ponderatur.*
25 *Auctor non intendit absolutè excusare excessus, & turbines bellorum olim Indis illatorum.*
26 *Peccatum si quid fuit in primis ad Indos expeditionibus, Regibus nostris imputari non debet.*

27 *Reges Catholicos Hispaniæ semper piè, ac providè ea omnia ordinasse, quæ ad bonam conversionem, & tractationem Indorum conveniebant, multis ostenditur.*
28 *Christophoro Columbo quid primum Reges Catholici circa Indorum curam dederint in mandatis.*
29 *Nicolao de Ovando cumulè injungitur à Regibus Catholicis cura conversionis, & bonæ tractationis Indorum.*
30 *Clausula testamenti Elisabethæ Reginæ Catholicæ de Indorum conversione, & tuitione enixè agens, refertur.*
31 *Carolus V. Imperator Licentiato Figueroæ, & aliis plurimum Indorum causas, & patrocinium commendavit.*
32 *Ferdinando Cortesio multum pacifica Indorum conversio, & tutela præcipitur.*
33 *Schedulæ, & instructiones plures remittere congerantur de cura conversionis, & defensionis Indorum multa pie, & utiliter præcipientes.*
34 *Schedula quædam Philippi II. refertur, quæ injurias Indis illatas graviter dolet, & à Regum nostrorum mente, & voluntate valde alienas esse demonstrat.*
35 *Schedulæ Regis Philippi III. expenduntur, quæ Indorum prædicationem omnino Evangelico modo fieri jubent.*
36 *Reges nostros ab injurias Indis illatis plures auctores excusant.*
37 *Leges quantumvis justæ improborum temeritate violantur.*
38 *Damnæ omnia Indis illata, incolentiæ, & avaritiæ militum tribuit Joan. Boterus, cujus verba referuntur.*
39 *Consilium Regium Indiarum semper Indorum damnis, & oppressionibus obviam ire curavit.*
40 *Leges, & præcepta Regum, ubi illi longè absunt, facilè contemnuntur. Et hoc in Judæis contigisse ex Esman. Rader. Acosta, & alii, quorum verba referuntur.*
41 *Lusitanorum Regum sanctæ ordinationes qualiter, & quare in Indiis Orientalibus eluxas fuisse tradat Mafejus.*
42 *Bella semper plura damna, & calamitates adducunt.*
43 *Milites ex pii esse possunt.*
44 *Leges inter arma non exaudiuntur.*
45 *Arma non servant modum*, ex Seneca.
46 *Bellum, & ejus damna multotes cohibere non potest Princeps ipse, qui illud incipit*, Ex Sallust.
47 *Michaelis Hospitalis elegantis carmina de damnis bellorum adducuntur.*
48 *Victi semper solent à victoribus calcari, & spoliari.*
49 *Militaris disciplina à Romanis maximè observabatur.*
50 Lex postliminium, §. filius, ff. de captivis, *illustratur.*
51 *Romani milites non solùm hostibus, verùm & sociis, ac confœderatis multa damna, & injurias inferebant.*
52 *Procopii elegans locus expenditur de excessibus militum Romanorum.*
53 *Miseri, & pauperes semper potentiorum injuriis, & spoliis subjacent*, ex Juvenali.
54 *Ludovici XII. Galliæ Regis apophtegma refertur.*
55 *Ferdin. Davalos Marchio Piscariæ milites, Martis simul & Christo servire, difficile reputabat.*
56 *Milites Hispani in Indiis aliquando justis ex causis in Barbaros tenierunt.*
57 *Hispani à multis auctoribus excusantur de crudelitatibus, quas olim in Indos exercuisse dicuntur.*
58 *Thomæ Boeii elegantissima verba referuntur, pro excusanda Hispanorum adversus aliquos Indos asperitate.*
59 *Christophori Columbi cum Fr. Bailo Cattellano contentio super modo, quo Indos adigi conveniebat.*
60 *Milites Hispani, quibus rationibus suam adversus Indos sævitiam excusare solebant.*
61 *Theodori de Bry notabilia verba referuntur, quibus Hispanorum excessus excusat.*
62 *Nationes omnes multa quotidiè peccata propter avaritiam committunt, præsertim in militaribus expeditionibus.*
63 *Indorum plurimi non ob sævitiam Hispanorum, sed pestiferis morbis, & aliis variis causis perierunt.*
64 *Peruanorum Indocum magna pars variolarum hac miseræ periit.*
65 *Novæ Hispaniæ Indi magna ex parte duabus pestibus absumpti sunt.*
66 *Deus occulto suo judicio Indos variis calamitatibus afflingere solet.*
67 *Indos brevi prorsus abrumendos esse quidam vaticinari videntur.*
68 *Indorum pro salute, & conservatione quæ statuuntur, eis plerumque nociva esse solent, quod eorum peccatis aliqui tribuunt.*
69 *Romanæ urbis in excidio sub Alarico, multa contigisse narrat Sozomenus, Indorum vastationi similia.*
70 *Indos quantumvis malos & tyrannos suis rebus spoliari non potuisse*, multi asseverant.
71 *Rem alterius etiam si quis à prædone capiat, legitimus ejus dominus non efficitur.*
72 *Pontificiæ concessionis titulum hæretici in dubium vocare nituntur.*
73 *Papæ auctoritas, non potest peccatum permittere, neque ab eo excusare.*
74 *Finis bonus solus non facit actum bonum, si per media illicita procuretur.*
75 *Peccare quis potest faciendo bona intentione rem licitam, quæ sibi non competit, aut in ea excedendo.*
76 *Excessus punitur, etiam si alias actus esset permissus.*
77 *Mandant vel permittens delictum fieri, illud facere videtur, etiam si mandatarius excedat.*
78 *Excessus regulariter tribui solet causæ proximæ, & immediatæ, & quando hoc fallat.*
79 *Allus non tribuitur exequenti, sed ordinanti.*
80 *Dominus teneri solet de fallit, & delictis famulorum, & ministrorum, quæ aliqui negotio proposuit, maximè si voles sint*, Et num. 83. & 107.
81 *Magnates non excusantur à restitutione damnorum, quæ famuli inferunt, eorum potentia confisi.*
82 *Damni occasionem dans etiam ex levissimæ causa, ad damnum tenetur.*
83 *Dominus ex delicto servi non allegat ignorantiam.*
84 *Damnum debet vefict ab iis, quorum contemplatione caatatur.*
85 *Bello imprudenter illato, quæ obligationes oriuntur, remittitur.*
86 *Ratum qui habet delictum, vel excessum ab aliis committum qualiter teneatur.*
87 *Nobiles, qui in suo famulatu, vel satellitio habent homines scelerator, ex delictis eorum tenentur.*
88 *Milites si aliquod damnum popularibus faciant, Magister militum illud reficere debet.*
89 *Principes graviter punire debet milites, qui absque ejus licentia bella, vel damna inferunt.*
90 *Majestatis læsæ tenentur, qui sine licentia Principis bellum movent, & etiam in hostes & alienos grassantur.*
91 *Regum nostrorum justitia à calumniis hæreticorum facilè vindicatur.*
92 *Finis sanctus, & rectus ubi consequitur, non multum curare solemus de mediis*, Et num. 97.
93 *Principia in omni negotio longè absunt à perfectione.*
94 *Incrementa regulariter habere non solent, quæ illicitè incipiunt.*
95 *Principia ministra sæpè ad felicem exitus perveniunt.*
96 *Operis deformitas non attenditur, quando fuit recta intentio, & finis operantis.*
97 *Finis facti contideratur potius quàm modus ducent ad finem.*
98 *Finis contemplatione omne agens operatur, & dicitur causa causarum.*
99 *Novi Orbis in acquisitione multa multi sanctè & religiosè operati sunt.*
100 *Malorum interventio bonis aliorum operibus nocere non debet.*
101 *Ministri Dei esse solent, etiam qui mali sunt.*

versus Lepidum scribens; ait: *Ea, quæ hostes sibi invicem eripuerent, licèt malè capta sint, jure tamen eorum repetitionem non esse, quia civitate jam sedata, & composita, & re lab factata, ex pediret Reipublicæ, quasi ægræ & saucia requiescere quomodocumque, ne vulnera curatione ipsa rescindantur.* Et melius ac congruentius locus alter Divi Augustini *lib. 3. de Civitate Dei, ca-*
33 *pit. 24.* ubi loquens † de lege Agraria, *inquit*, quod fuit initium civilium bellorum & seditionum: *Volebant enim Gracchi legibus Agrariis agros populo dividere, quos nobilitas perperam possidebat, sed eis tum vetustam iniquitatem audere convellere periculosissimum, imò verò, ut ipsa res docuit perniciosissimum fuit. Neque enim legibus, & ordine potestatum, sed turbis, armorumque conflictibus nobiles, ignobilesque necabantur.*

34 Quo loco, & exemplo motus † eruditiss. Fr. Alphonsus à Castro in quodam consilio manuscripto, quod circa conservandas, vel tollendas commendas Indorum in Anglia edidit die 13. mensis Novembris anno 1558. ad instantiam Imper. Caroli V. defendit, prædictas commendas, quamvis aliqua damna generasse dicerentur, conservandas, & tolerandas esse: quinimo & vendi, & perpetuati posse, si Hispaniæ Regibus id utile videretur, ex traditis à D. Thoma *in opusculo 21. ad Ducissam Brabantiæ.* De quo articulo alibi plenius agemus.

35 Et plane nemo non videt, † quam absurdum esset, si Hispani, qui hodie inter Indos commorantur, illis parerent, eorumque gubernationi subjicerentur; qualiaque & quanta damna & incommoda sequerentur, si Catholici Reges nostri has novi Orbis provincias desererent, quæ eis magni steterunt, ut inquit Anton. de Herrera *in hist. gener. Ind. dread. 3. lib. 8 cap. 4. pag. 299.* & in quibus insigni, & indesinenti eorumdem Regum cura, ac pietate, tot infidelium myriades ad Christi fidem, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ obsequium deductæ sunt, & quotidie deducuntur, ut latè ostendimus *supra lib. 1. cap. ultim. ex num. 99. & lib. 2. cap. 4. num. 17.* Unde magis securè procedit prædicta opinio, quæ ejusdem Orbis recentionem justificat, & restitu-
36 tionem excusat. Nam † bona inferioris ordinis restituenda non sunt cum jactura, & detrimento notabili bonorum etiam temporalium superioris ordinis, ut egregiè resolvunt, & exemplis illustrant Cajetan. *in 2. 2. quæst. 62. art. 6.* Navarr. *in Manuali, cap. 17. num. 56. & 89.* Sot. *de justitia, & jure, lib. 4. quæst. 6. art. 3. & quæst. 7. tit. 2.* & alii, quos refert & sequitur Ferdinand. Rebell. *de obligat. justitiæ, lib. 4. quæst. 13.* Unde
37 † multò magis idem probandum est, ubi imminet jactura, & periculum bonorum spiritualium, Religionis scilicet, cujus consideratio summa esse debet, *l. sunt personæ 43. ff. de Relig. & sumpt. funer.* ibi: *Nam summam esse rationem, quæ pro Religione facit*, cum aliis, quæ ad ejus illustrationem congerit Marcus Mantua *in Enchiridione rerum singularium, cap. 244.* & Joan. Baptista Valenzuela, *in monit. contra Venetos, 1. part. n. 15.*
38 Et † salutis animarum, quæ cunctis rebus præ-
39 ponderat, *cap. præcipimus 12. quæst. 1.* † *l. sancimus 17. in fine*, C. *de sacrosanctis Ecclesiis*, ibi; *Quoniam non absurdum est, animas hominum quibuscumque vasis, vel vestimentis præferri.* Quo loci Accursius *Animas*, pro animatis corporibus, non malè juxta subjectam materiam exponit. Sed nihil vetat, etiam de spiritibus intelligere, prout facit Felinus, plura similia, quæ pro animarum favore, ac salute constituta reperiuntur, enumerans *in cap. in præsentia, q. 4. de probation.* Abb. *cons. 63. lib. 1.* Socin. *cons. 39. colum. penult. lib. 2.* & latè Catelian. Cotta omnino videndus *in memorab. juris, verb. Anima*, & Cardin. Tusch. *eodem verb. conclus. 333.*

CAPUT VI.

Reges nostros piè semper, & sanctè ea omnia ordinasse, quæ in detegendis, & convertendis Indis fieri conveniebat, & excessus, atque injurias à Ducibus, & militibus irrogatas, nihil eorum pietati, & justificationi nocere.

SUMMARIUM.

1 *Auctor quid in hoc opere ultra alios præstiterit, eruditorum judicio relinquit.*
2 *Invidi, & novatores Indiarum retentionem mordent, quorum calumniæ referuntur, & refelluntur*, Et num. sequentibus.
3 *Initium cujuslibet rei semper inspici solet.*
4 *Fundamentum, ubi est erroneum, aut vitiosum, omnia corrumpit.*
5 *Cupiditatis initium, non religionis zelum Hispanos ad Novum Orbem perduxisse aliqui cavillantur.*
6 *Cupiditas est omnium malorum radix juxta sententiam D. Paul. 1. ad Timoth. 6.*
7 *Hispanorum avaritiæ, & cupiditatis initio detectionis Indiarum, aliqua exempla referuntur.*
8 *Aurum esse Hispanorum Deum, Indi existimarunt, & de fortis ei hac de causa à quodam Regulo Cubæ factis.*
9 *Eucirus Bacchalarius aurum in provincia Darienis retibus piscari publicavit.*
10 *Zenu in fluvio auri glebæ gallinacei ovi magnitudine retibus expiscari solent.*
11 *Divitiæ Novi Orbis nimis extollii Majolus.*
12 *Atabaliba Peruanorum Imperator immensas divitias pro sua libertate promisit.*
13 *Hispanis accomodari potest, quod olim Tit. Livius de Romanis in Africam trajicientibus, scriptum reliquit.*
14 *Senecæ elegans locus refertur, & ad Hispanorum in Orbem Novum adventum accommodatur.*
15 *Charitas aurum optimum, Dei verbum argentum præstantissimum.*
16 *Hispanos milites divitiarum desiderio in expeditionibus Indicis permoveri, mirandum non est.*
17 *Pecuniæ obediunt omnia.*
18 *Aurum omnia scindit, & superat.*
19 *Aurum bella, & alia plura scelera, & damna in mundum invexit*, ex Virgil. & aliis Poëtis.
20 *Pax non potest placere iis, quibus immodica cupiditas est.*
21 *Hispani propter auri cupiditatem crudeliter Indos tractasse, ac fere delevisse dicuntur.*
22 *Damna, & injurias Indis ab Hispanis illatas qui recenseant, & succenseant.*
23 *Christiani, etiam cùm justis bellis operam navant, mites & temperati esse debent.*
24 *Clementis Alexand. elegans locus ad suadendum Christianorum mansuetudinem ponderatur.*
25 *Auctor non intendit absolutè excusare excessus, & turbines bellorum olim Indis illatorum.*
26 *Peccatum si quid fuit in primis ad Indos expeditionibus, Regibus nostris imputari non debet.*

27 *Reges Catholicos Hispaniæ semper piè, ac providè ea omnia ordinasse, quæ ad bonam conversionem, & tractationem Indorum conveniebant, multis ostenditur.*
28 *Christophoro Columbo quid primum Reges Catholici circa Indorum curam dederint in mandatis.*
29 *Nicolao de Ovando cumulè injungitur à Regibus Catholicis cura conversionis, & bonæ tractationis Indorum.*
30 *Clausula testamenti Elisabethæ Reginæ Catholicæ de Indorum conversione, & tuitione enixè agens, refertur.*
31 *Carolus V. Imperator Licentiato Figueroæ, & aliis plurimum Indorum causas, & patrocinium commendavit.*
32 *Ferdinando Cortesio multum pacifica Indorum conversio, & tutela præcipitur.*
33 *Schedulæ, & instructiones plures remittere congerantur de cura conversionis, & defensionis Indorum multa pie, & utiliter præcipientes.*
34 *Schedula quædam Philippi II. refertur, quæ injurias Indis illatas graviter dolet, & à Regum nostrorum mente, & voluntate valde alienas esse demonstrat.*
35 *Schedulæ Regis Philippi III. expenduntur, quæ Indorum prædicationem omnino Evangelico modo fieri jubent.*
36 *Reges nostros ab injurias Indis illatis plures auctores excusant.*
37 *Leges quantumvis justæ improborum temeritate violantur.*
38 *Damnæ omnia Indis illata, incolentiæ, & avaritiæ militum tribuit Joan. Boterus, cujus verba referuntur.*
39 *Consilium Regium Indiarum semper Indorum damnis, & oppressionibus obviam ire curavit.*
40 *Leges, & præcepta Regum, ubi illi longè absunt, facilè contemnuntur. Et hoc in Judæis contigisse ex Esman. Rader. Acosta, & alii, quorum verba referuntur.*
41 *Lusitanorum Regum sanctæ ordinationes qualiter, & quare in Indiis Orientalibus eluxas fuisse tradat Mafejus.*
42 *Bella semper plura damna, & calamitates adducunt.*
43 *Milites ex pii esse possunt.*
44 *Leges inter arma non exaudiuntur.*
45 *Arma non servant modum*, ex Seneca.
46 *Bellum, & ejus damna multotes cohibere non potest Princeps ipse, qui illud incipit*, Ex Sallust.
47 *Michaelis Hospitalis elegantis carmina de damnis bellorum adducuntur.*
48 *Victi semper solent à victoribus calcari, & spoliari.*
49 *Militaris disciplina à Romanis maximè observabatur.*
50 Lex postliminium, §. filius, ff. de captivis, *illustratur.*
51 *Romani milites non solùm hostibus, verùm & sociis, ac confœderatis multa damna, & injurias inferebant.*
52 *Procopii elegans locus expenditur de excessibus militum Romanorum.*
53 *Miseri, & pauperes semper potentiorum injuriis, & spoliis subjacent*, ex Juvenali.
54 *Ludovici XII. Galliæ Regis apophtegma refertur.*
55 *Ferdin. Davalos Marchio Piscariæ milites, Martis simul & Christo servire, difficile reputabat.*
56 *Milites Hispani in Indiis aliquando justis ex causis in Barbaros tenierunt.*
57 *Hispani à multis auctoribus excusantur de crudelitatibus, quas olim in Indos exercuisse dicuntur.*
58 *Thomæ Boeii elegantissima verba referuntur, pro excusanda Hispanorum adversus aliquos Indos asperitate.*
59 *Christophori Columbi cum Fr. Bailo Cattellano contentio super modo, quo Indos adigi conveniebat.*
60 *Milites Hispani, quibus rationibus suam adversus Indos sævitiam excusare solebant.*
61 *Theodori de Bry notabilia verba referuntur, quibus Hispanorum excessus excusat.*
62 *Nationes omnes multa quotidiè peccata propter avaritiam committunt, præsertim in militaribus expeditionibus.*
63 *Indorum plurimi non ob sævitiam Hispanorum, sed pestiferis morbis, & aliis variis causis perierunt.*
64 *Peruanorum Indocum magna pars variolarum hac miseræ periit.*
65 *Novæ Hispaniæ Indi magna ex parte duabus pestibus absumpti sunt.*
66 *Deus occulto suo judicio Indos variis calamitatibus afflingere solet.*
67 *Indos brevi prorsus abrumendos esse quidam vaticinari videntur.*
68 *Indorum pro salute, & conservatione quæ statuuntur, eis plerumque nociva esse solent, quod eorum peccatis aliqui tribuunt.*
69 *Romanæ urbis in excidio sub Alarico, multa contigisse narrat Sozomenus, Indorum vastationi similia.*
70 *Indos quantumvis malos & tyrannos suis rebus spoliari non potuisse*, multi asseverant.
71 *Rem alterius etiam si quis à prædone capiat, legitimus ejus dominus non efficitur.*
72 *Pontificiæ concessionis titulum hæretici in dubium vocare nituntur.*
73 *Papæ auctoritas, non potest peccatum permittere, neque ab eo excusare.*
74 *Finis bonus solus non facit actum bonum, si per media illicita procuretur.*
75 *Peccare quis potest faciendo bona intentione rem licitam, quæ sibi non competit, aut in ea excedendo.*
76 *Excessus punitur, etiam si alias actus esset permissus.*
77 *Mandant vel permittens delictum fieri, illud facere videtur, etiam si mandatarius excedat.*
78 *Excessus regulariter tribui solet causæ proximæ, & immediatæ, & quando hoc fallat.*
79 *Allus non tribuitur exequenti, sed ordinanti.*
80 *Dominus teneri solet de fallit, & delictis famulorum, & ministrorum, quæ aliqui negotio proposuit, maximè si voles sint*, Et num. 83. & 107.
81 *Magnates non excusantur à restitutione damnorum, quæ famuli inferunt, eorum potentia confisi.*
82 *Damni occasionem dans etiam ex levissimæ causa, ad damnum tenetur.*
83 *Dominus ex delicto servi non allegat ignorantiam.*
84 *Damnum debet vefict ab iis, quorum contemplatione caatatur.*
85 *Bello imprudenter illato, quæ obligationes oriuntur, remittitur.*
86 *Ratum qui habet delictum, vel excessum ab aliis committum qualiter teneatur.*
87 *Nobiles, qui in suo famulatu, vel satellitio habent homines scelerator, ex delictis eorum tenentur.*
88 *Milites si aliquod damnum popularibus faciant, Magister militum illud reficere debet.*
89 *Principes graviter punire debet milites, qui absque ejus licentia bella, vel damna inferunt.*
90 *Majestatis læsæ tenentur, qui sine licentia Principis bellum movent, & etiam in hostes & alienos grassantur.*
91 *Regum nostrorum justitia à calumniis hæreticorum facilè vindicatur.*
92 *Finis sanctus, & rectus ubi consequitur, non multum curare solemus de mediis*, Et num. 97.
93 *Principia in omni negotio longè absunt à perfectione.*
94 *Incrementa regulariter habere non solent, quæ illicitè incipiunt.*
95 *Principia ministra sæpè ad felicem exitus perveniunt.*
96 *Operis deformitas non attenditur, quando fuit recta intentio, & finis operantis.*
97 *Finis facti contideratur potius quàm modus ducent ad finem.*
98 *Finis contemplatione omne agens operatur, & dicitur causa causarum.*
99 *Novi Orbis in acquisitione multa multi sanctè & religiosè operati sunt.*
100 *Malorum interventio bonis aliorum operibus nocere non debet.*
101 *Ministri Dei esse solent, etiam qui mali sunt.*

102 *Causa justior, & potentior prævalet, & attendi debet.*
103 *Causa quæ prodest, ubi concurrit cum ea, quæ nocet, illa attendi debet, non hæc.*
104 *Christianorum fax quod facit, non est spectandum, sed quod boni Christiani*, Ex D. Augustin.
105 *Excessus, & abusus rerum omnium utilitatem non tollit.*
106 *Dominus de excessibus, & delictis famulorum, & ministrorum regulariter non tenetur.*
107 *Limitatio circa imputandum Dominis servorum delicta.*
108 *Reges nostri semper optimos Duces, ac probatos ministros ad Novum Orbem mittere procurarunt.*
109 *Domino absenti, ignoranti, vel aliàs impedire non volenti, non imputantur ministrorum suorum delicta.*
110 *Dominus in dubio præsumitur ignorare excessus, & delicta suorum famulorum.*

HActenus de justis, & legitimis, vel etiam probabilibus titulis, & rationibus acquirendi & retinendi hujus Novi Orbis dixisse sufficiat. In quibus † quidem exponendis asserendis, & illustrandis, quid Nos ultra alios præstiterimus eruditorum judicio relinquimus. Nunc autem, ut nihil omnino maneat intactum, superest, ut † calumniis, & objectionibus novatorum, & invidorum respondere curemus, qui prædicta omnia importunis latratibus perturbare, & lividis ac Theoninis dentibus mordere conantur, & Hispano nomini infensi, quotidie curiosulas quæstiones circa Indiarum dominium movere non desunt, ut bene observavit Pet. Matth. *in notis ad constitut. Pontif. pag.* 153.

3 Et in primis nobis objiciunt, quod cum † initium cujuslibet rei semper inspiciendum, & considerandum sit, *l.* 3. §. *zelo*, *ff. de minor. l. tutor. ff. de fidejussor. l.* 3. *ff. de tutelis*, *l. quid in quod*, *ff. de not at. l. vetus*, *cum seq. ff. de trit. vino*, & *oleo legato*, *l. uxorem*, §. *agri plagam*, *ff. de legat.* 3. *l.* 1. *C. de impon. lucrat. descrip.* cum multis aliis, quæ latè congerit Bald. *in l.* 1. *num.* 11. *ff. de orig. jur.* Rolandus à Valle *cons.* 78. *num.* 2. *vol.* 4. Riminal. *in l. ut vim*, *n.* 38. *ff. de just. & jure*, *& in l. posthumo num.* 311. *C. de bonor. poss. contr. tab.* Petr. Greg. *lib.* 2. *syntag. cap.* 18. *n.* 1. *& seq.* Pet. Surd. *de alim. tit.* 7. *quæst.* 34. *n.* 4. Joan. Salisberiens. *in Policrat. sive de Curialium nugis*, *lib.* 9. *cap.* 20. Claud. Patr. Gnoseon *general. jur. lib.* 3. *tit.* 1. *cap.* 2. & novissimè Joan. Bapt. Valenzuela *cons.* 4. *ex n.* 28. *& consil.* 19. *num.* 1. *& cons.* 33. *num.* 117. *& consil.* 88. *n.* 2. Et ubi † fundamentum erroneum ac vitiosum est, omnia corruant, neque ullus validus effectus resultare possit, quia totus ordo destruitur, si principium legitimum non servatur, & qui primitiva inficit, derivata vituperat, ut post Aristotel. *lib.* 1. *de cœlo & mundo ostendit* †. *C. in l. egi tecum*, *ff. de except. rei judic. cap. Principatus* 1. *quæst.* 1. *cap. cum Paulus* 1. *quæst.* 2. Bald. *in l. nominationis*, *num.* 2. *C. de jud.* Paul. Castrens. *cons.* 5. *num.* 22. *vol.* 3. cum plurimis aliis adductis à Tiber. Decian. *cons.* 8. *n.* 208. *lib.* 1. Nevizan. in Sylva *nuptial. lib.* 1. *n.* 64. Claud. Prat. *dict. titul.* 1. *c.* 6. & Valenzuela *cons.* 69. *n.* 129. *& seqq.* Non potest hæc Indiarum Occidentalium acquisitio, & retentio justo aliquo titulo communiri, cujus initia vitiosa fuerunt, † ut potè non tam Religionis zelo, quam auri, & argenti illecebris, & divitiarum execrabili cupiditate subnixa, † quàm omnium malorum radicem 6
meritò apellavit D. Paul. 1. *ad Thimoth.* 6. dum inquit: *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem: radix enim omnium malorum est cupiditas.*

Ad quod probandum † multa de Hispanorum 7
cupiditate notarunt Hierony. Benzo, Honoratus Fasitellus, Trajanus Bocalinus, & alii, quorum dicta retulimus *supra lib.* 1. *c.* 16. *n.* 95. *& seqq.* Et potest addi, quod ex nostris, post Episcopum Chiapensem tradit Fr. August. Davila *in histor. Mexican. Ordin. Prædicat. lib.* 1. *c.* 8. *&* 9. tantam scilicèt auri sitim primis illis conquisitoribus fuisse, ut nihil aliud nisi aurum à Barbaris peterent, illosque pacificè Evangelii promulgationem suscipere judicarent, qui auri plurimum offerebant, in negantes verò crudeliter desævirent. Quo factum esse inquit, † ut Indi, aurum, 8
Hispanorum Deum esse putarent, cui, *Hatuey* Cubensis insulæ Regulus, publicas hac de causa choreas, & saltationes indixit. Quam historiam narrat etiam Anton. de Herrera *in hist. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 10. *c.* 15.

Qui idem † quemdam Bacchalarium Enciſum 9
plures secum homines ex Hispania ad Darienis provincias adduxisse commemorat, ejus suasione pellectos, quòd auri ingentem copiam, retibus ubique in illius regionis flumina jactis, expiscari affirmaret. Quod etiam † de Zenu fluvio, 10
non procul à Carthaginis Occidentalis urbe labente, ubi auri glebæ retibus sæpè expiscari solent gallinacei ovi magnitudine, serio tradit Petr. Mexia in Sylva *varia lection.* 5. *part. c.* 12. *&* 13. & ex eo ecolit Simon. Majol. *in diebus capitul.* 1. *p. colloq.* 11. *ad finem*, *pag. mihi* 298. *& colloq.* 19. *pag.* 47. Ubi † alia quoque miranda de ingen- 11
tibus Novi Orbis divitiis, recenset, & cum Surio comm. ann. Domini 1558. Francisci Pizarri, & sociorum avaritiam notat, qui † Atabalipam 12
Peruanum Regem violenta morte necarunt, non parva Caroli Cæsaris jactura, cùm ille pro libertate sua septies quadraginta auri vassa appendisset, & intra septuagesimum diem septuaginta milliones aureorum Carolinorum, id est, septuagies decem centena millia aureorum appensurum spopondisset.

Possumusque † Hispanorum turmis ea tem- 13
pestate in hunc Novum Orbem confluentibus illud Livii applicare *lib.* 29. *Tantus omnibus ardor erat in Africam trajiciendi, ut non ad bellum duci viderentur, sed ad certa victoriæ præmia.* Et melius elegantissima † Senecæ verba *lib.* 5. *natur. quæst.* 14
ad finem, qui veluti hæc jam tunc præsagiens & enuntians, sic inquit.

Hoc verò quid aliud quis dixerit, quàm insaniam, circumferre pericula, & ture in ignotos, iratum sine injuria, occurrentia devastantem, ac ferarum more occidere, quem non oderis? Illis tamen in ultionem, aut ex fame morsus est; nos sine ulla parsimonia nostri, alienique sanguinis, movemus maria, & navigia ducimus, salutem committimus fluctibus, secundos optamus ventos, quorum fœlicitas est, ad bella perferri. Quousque nos malos mala nostra rapuere? Parum

rum est intra Orbem suum furere? Sic Persarum Rex stolidissimus in Græciam trajicit, quam exercitus non vincent, cum impleverit. Sic Alexander ulterior Bactris, & Indis volet quærere, quid ultra magnum mare, & indignabitur, aliquid esse ultimum sibi.

Sic Parthis avaritia Crassum dabit. Non horrebit revocantis diras Tribuni, non tempestates longissimi maris, non circa Euphratem præsaga fulmina, & Deos resistentes. Per hominum, Deorumque iras ad aurum ibitur. Ergo non immeritò quis dixerit, rerum naturam melius acturam fuisse nobiscum, si ventos flare vetuisset, & inhibito discursu furientium, in sua quemque terra stare jussisset. Magna pars erat pacis humanæ maria præcludi, &c.

Sed huic calumniæ, & objectioni plenè respondimus suprà *d. lib.* 1. *c.* 16. *ex n.* 99. *usque ad* 113. quæ hic lector repetere poterit. Addique possunt, quæ in simili de Lusitanorum ad Indiam Orientalem navigationibus & lucris, vix sumptus pro extendenda & conservanda fide factos, æquantibus, novissimè observat Seraph. Freitas de Imperio Asiat. *c.* 17. *per tot.* Et quamvis
15 non † negemus, quin caritas aurum optimum. Dei Verbum argumentum præstantissimum sit, & his omninò mediis ac telis hanc Orbis Novi conversionem, & acquisitionem petagi longè præclarius, & convenientius fuisse: † mirandum
16 tamen non est, nec usque quaque succensendum, quòd milites, & alii vulgares, & seculares homines, aliquo divitiarum desiderio permoti pias Regum nostrorum leges, & sinceram, aliorum Religiosorum virorum curam, atque incorruptam prædicandi rationem sua cupiditate fœda-
17 verint, † cùm pecuniæ obediant omnia, ut habetur *Eccles. cap.* 10. *vers.* 19. ubi Martin. Delr. in adagiis, & Joan. Pineda in comment. plura notarunt, & secundum Diphilum relatum ab Stobæo, *serm.* 89. aurum † longè validissimum
18 sit, per ipsum enim omnia scinduntur, & conficiuntur. Quod † & bella, parricidia, legum
19 transgressionem & plurima alia scelera in mundum invexisse, eleganter ostendit Virgil. *lib.* 3. *Æneid.*

Fas omne abrumpit Polydorum obtruncat, & auri
Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Ovid. lib. 1. Metamorph.

Effodiuntur opes irritamenta malorum,
Jamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum
Prodierat, prodiit bellum, quod pugnat utroque:

Lucanus, lib. 3. Pharsal.

Usque adeò solus ferrum, mortemque timere,
Auri nescit amor? pereunt discrimine nullo
Amissæ leges; & pars vilissima rerum
Certamen novistis oper.

Et lib. 7.

Impulit amentes aurique cupidine cæcos;
Ire super gladios, superque cadavera patrum
Et cæsos calcare Duces.

Propertius, lib. 3. eleg. 11.

Aurum omnes victa jam pietate colunt,
Auro pulsa fides, auro venalia jura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Tibullus, eleg. 10. lib. 1.

Divitis hoc vitium est auri: nec bella fuerunt,
Faginus astabat cum scyphus ante dapes,
Non arces, non vallus erat, somnumque petebat,
Securus varias Dux gregis inter oves.

Balbus Poëta:

Aurum bella gerit, mucronibus imperat aurum,
Aurum ventoris vela dat æquoribus,
Evertitque urbes, & mœnia diruit aurum,
Dolet & extructis oppida celsa regit.

Et plenius Jacob. Philomusus, dum canit,

Aurum destructor vitæ, principesque malorum,
O quam difficiles nectis ubique dolos:
O utinam natum numquam mortalibus esses:
Dulcia suppeditas, quæ nocumenta virûm.
Te propter pugnæ fiunt, & bella moventur,
Ad prædam, & cædes corpora nostra trahit.
Proternis gentes, & totum destruit Orbem,
Nulla fides homini, te duce stare potest.
Fœdera tu Regum, & falsos jungis amicos,
Imperio servit & genus omne tuo.

Secundò novatores nobis objiciunt, † pacem 20
non posse iis placere, quibus immodica cupiditas est, ut eleganter de Sylla loquens, inquit Velejus Paterc. *vol.* 2. relatus à Petr. Fab. *lib.* 1. *Semest. cap.* 7. *pag.* 42. *in fine*, his verbis: *Tentavitque justis legibus, & æquis conditionibus bellum componere, sed iis, quibus & pessima, & immodica cupiditas erat, non poterat pax placere.* Quod in hac detectione & conquisitione Indiarum compertum fuisse ajunt, † cùm Hispani propter divitiarum cupiditatem, quâ (ut inquiunt) 21
ducebantur, pacis, mansuetudinis, & prædicationis Apostolicæ nullam curam habuerint, sed bellis, armis, & terroribus omnia turbantes, asperè, nimis, & crudeliter Indos tractaverint, ac ferè deleverint, & ubique plurima damna, & injurias eorum rebus, & personis tyrannicè, & vio- 22
lenter intulerint. In quibus † recensendis, & succensendis totam suam Indiarum historiam Hieronym. Benzo & ejus additionator clausisse videntur, & nimis dolent, & invehunt Episcopus Chiapens. *in suis apologiis*, contra Sepulvedam, & in peculiari libello, cui nomen indidit: *Brevissima relacion de la destruicion de las Indias*, Cajet. 2. 2. *q.* 66. *art.* 8. *ad* 2. Victor. *in relect. de Indis*, §. 4. *concl.* 2. §. 6. & 7. Fr. August. Davila *in d. hist. Mexic. lib.* 1. *cap.* 100. *& sequentib.* ubi aliqua miracula, & supplicia recenset, quæ Deus pro ejusmodi crudelitatibus vindicandis operatus est, Joan. Boter. *in relat. univer. 4. part. lib.* 3. *pag.* 59. *& seq.* Joseph. Acost. *lib.* 3. *de procur. t. Ind. salut. cap.* 4. *&* 5. Fr. Emman. Röder. *in quæst. regular. tit.* 2. *quæst.* 99. *art.* 4. Petr. Cieza *tom.* 2. *cap.* 33. & alii historiæ Indiarum scriptores variis in locis. Et latè Joan. Merellus in epistola, quæ Ossorii operibus præfixa est, à quibus habuit Theatrum vitæ humanæ, *vol.* 12. *lib.* 3. *pag.* 2739. & iterum, *pag.* 2753.

Porrò † Christianos, etiam cùm justis bellis 23
operam navant, mites, atque in parcendo, quantum fieri possit, faciles esse debere, multis argumentis, ultra alios: novissimè probat Fr. Joan. Marq. *in Gubernat. Christ. lib.* 2. *cap.* 28. *& seqq.* ubi citat illud Arnobii *lib.* 1. *contra Gentes*, cujus verba retulimus *sub lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 86. Et † 24
potuit allegare Clem. Alex. *lib.* 2. *Strom. cap.* 8. ubi legem Deuter. *cap.* 20. commendat, quæ etiam in agris hostium redundanti quadam humanitate pomiferas arbores succidi prohibuit, allegoricè ostendens, ut addit Gentian. Hervetus ibidem, ex hostibus eos solùm esse interimendos, qui nobis possunt nocere, non eos, qui sunt innoxii.

Sed ego † licèt absolutè excusare non possim, 25
nec debeam bella omnia, bellorumque gestorum

ex-

excessus, atque omnes illos superiorum temporum turbines, & quæ in Indos patratæ dicuntur, crudelitates. Illud tamen certè, & intrepidè moneo, † si cubi in his peccatum fuit, id planè nullatenus, ut sæpè diximus, Regum nostrorum pietati, & justificationi nocere: quorum ea† semper fuit cura, & solicitudo erga Indorum conversionem religiosè, & suaviter disponendam, libertatem asserendam, bonam tractationem, atque instructionem curandam, damna, & injurias, quæ miseris illis irrogabantur, vindicandas, & depellendas, & viros probos, doctos, ac religiosos, ad hæc omnia commodius exequenda, undecumque quærendos, consulendos & delegandos, ut injuncto sibi à Sede Apostolica muneri absque dubio satisfecisse videantur, ut constat ex iis quæ dximus *sup. lib.* 1. *cap. ult. num.* 106. *& seqq. & lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 78. *cap.* 9. *num.* 17. *cap.* 15. *numer.* 25. *cap.* 17. *num.* 59. *& præcipuè, cap.* 18. *numer.* 15. cum quinque sequentibus. Ita enim vi-
28 demus † in primo capite primæ illius instructionis, quam Catholici Reges Christophoro Columbo dederunt, ubi ad insulas à se repertas, cum Almiralii, & Gubernatoris titulo remeavit: cujus verba, ultra alios, refert Episcopus de Chiapa in replicat. ult. adversus objection. Sepulvedæ, *pag.* 52. sic piissimè, & prudentissimè cautum fuisse:

Por ende sus Altezas, deseando que nuestra santa Fé Catholica sea aumentada, y acrecentada, mandan, y encargan al dicho Almirante, Visorey y Gobernador, que por todas las vias y maneras que pudiere procure y trabaje á traer á los moradores de las dichas Islas y tyerra firme, á que se conviertan á nuestra santa Fé Católica, y para ayuda dell, sus Altezas embian al deboto Padre Fray Buil, juntamente con otros Religiosos, que el dicho Almirante consigo ha de llevar, los quales por mano, é industria de los Indios que acá vinieron, procuren que sean bien informados de las cosas de nuestra santa Fé, pues ellos sabrán y entenderán mucho de nuestra lengua, é procurando de los instruir en ella lo meyor que ser pueda. Y porque esto meyor se pueda poner en obra, despues que en buena hora sea llegada allá la armada, procure, y haga el dicho Almirante que todos los que en ella ván, é los que mas fueren de aqui adelante, traten muy bien, é amorosamente á los dichos Indios, sin que los hagan en oyo alguno; procurando, que tengan los unos con los otros conversacion y familiaridad haciendose las mayores obras que ser puedan. Y anisimismo el dicho Almirante les dé algunas dadivas graciosamente de las cosas de mercaduria de sus Altezas, que lleva para el rescate, y los honre mucho: y si caso fuere que alguna ó algunas personas trataren mal á los Indios en qualquiera manera que sea, el dicho Almirante como Visorey, y Gobernador de sus Altezas lo castigue mucho por virtud de los poderes de sus Altezas, que para ello lleva.

Et posteà, cum lidemmet Catholici Reges
29 † nobilem, & prudentem virum Nicolaum de Ovando Alcantarensis Militiæ Equitem ad earumdem insularum regimen mitterent anno 1501. hoc ei præcipuè in mandatis dederunt: *Que procurase con gran vigilancia y cuidado, que todos los Indios de la Española fueren libres de servidumbre, y que no fuesen molestados de alguno, sino que viviesen como vasallos libres, gobernados y conservados en justicia, y que procurase que en la santa Fé Católica fuesen instruidos: porque su intencion era que fuesen tratados con mucho amor y dulzura, sin consentir que nadie les hiciese agravio, porque no fuesen impedidos en recibir nuestra santa Fé, y porque por sus obras no aborreciesen á los Christianos. Y que para que meyor pudiesen ser dotrinados, se procurase que se comunicasen con los Castellanos, tratando con ellos, y ayudado los unos á los otros*, ut refert latiùs Anton. Herrera *in dict. hist. gener. Indiar. decad.* 1. *lib.* 4. *c.* 11. *&* 12. *lib.* 5. *c.* 11. qui etiam eadem *decad.* 1. *lib.* 6. *c.* 19. *& lib.* 9. *c.* 5. *&* 14. alia decreta recenset quæ eorumdem Catholicorum Regum piam hac parte solicitudinem, & studium commendant.

Sed hoc gravius, & luculentius ostenditur † ex clausula quadam testamenti ipsius Elisabeth 30
Reginæ Catholicæ, quam refert Episcopus de Chiapa ubi suprà, & idem Herrera *dict. decad.* 1. *lib.* 7. *c.* 12. ubi ita cavetur. *Item, por quanto al tiempo que nos fueron concedidas por la santa Sede Apostólica las Islas y Tierra firme del mar Oceano, descubiertas y por descubrir, nuestra principal intencion fue al tiempo que los suplicamos al Papa VI. Alexandro, de buena memoria, que nos hizo la dicha concesion, de procurar de inducir y traer los pueblos de ellas, y los convertir á nuestra santa Fé Católica, y embiar á las dichas Islas y Tierra firme, Prelados, y Religiosos, y Clerigos, y otras personas doctas, y temerosas de Dios, para instruir los vecinos, é moradores dellas en la Fé Católica, é los enseñar, y dotar de buenas costumbres, é poner en ello la diligencia debida, segun mas largamente en las letras de la dicha concesion se contiene. Porende suplico al Rey mi señor muy afectuosamente, encargo y mando á la dicha Princesa mi hija, y al dicho Principe su marido, que asi lo hagan y cumplan, è que este sea su principal fin, y que en ello pongan mucha diligencia, y no consientan, ni den lugar, que los Indios vecinos, é moradores de las dichas Islas, é tierra firme, ganadas, é por ganar, reciban agravio alguno en sus personas, ni bienes: mas manden, que sean bien y justamente tratados: y si algun agravio han recibido, lo remedien y provean por manera que no excedan cosa alguna de lo que por las letras de la dicha concesion nos es injungido y mandado.*

Ipsis quoque Catholicis Regibus vita jam functis, † & invictissimo Cæsare, ac Rege nostro Ca- 31
rolo V. Regni habenas suscipiente, Licentiatus de Figueroa ad easdem insulas missus fuit anno 1518. eique peculiariter injunctum, sicuti refert idem Herrera *decad.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. ut quoniam diversis opinionibus agitatum erat, utrum Indi, si in sua libertate, & arbitrio relinquerentur, Fidei suscipiendæ, & retinendæ capaces essent: ipse super hoc vocatis in consilium prudentibus, & integrioribus earum insularum viris, matùre deliberaret: *Teniendo sobre todo respeto á que los Indios fuesen Christianos para la salvacion de sus almas, y para que pudiesen aprender á vivir como hombres de razon, sin darse á vicios, y malas costumbres, y la holgazania que usaban, y fuesen mantenidos en justicia, sin recibir daños ni opresiones. Para lo qual procurase de formar las mejores ordenes que pudiese, aprovechandose de las ordenanzas para esto dadas por el Rey Católico, acrecentandolas y diminuzandolas como le pareciese, y haciendo otras de nuevo, con lo que mas provechoso pareciese para la intencion que se llevaba, poniendo penas á los transgressores, y dando salarios á los executores dellas de la hacienda Real.*

Et postmodum anno 1523. ut ipse quoque
32 Herreta recenset *decad.* 3. *lib.* 5. *cap.* 1. † cùm Ferdinandus Costesius Mexicani Imperii, quod detexerat, & gentium, rerumque in illo repertarum eumdem Imperatorem Carolum V. certiorem suis nuntiis, & literis reddidisset, hoc responsum accepit:

Que sobre todas cosas havia holgado su Magestad del descubrimiento de la Nueva España, y havia dado gracias á Dios por haber entendido, que aquellos Indios eran mas habiles y capaces que los demás, hasta entonces descubiertos, para ser instruidos en la santa Fé como Christianos para salvarse, que era su principal intencion: y que pues todos estaban obligados á los ayudar, y trabajar en este proposito, le encargaba quanto podia, que tuviese especial cuidado con la conversion y doctrina dellos, y que con todas sus fuerzas, pospuestos todos intereses, trabajase quanto en el mundo fuese posible, como se convirtiesen á nuestra santa Fé Católica, para que viviesen como Christianos, y se salvasen, procurando reducir, é instruir primero á sus señores y Caciques, y ponerles en buenas costumbres, y toda orden de vivir, y desterrando sus vicios, idolatrias, y sacrificios, y darles buen exemplo: y que fuesen acariciados, y bien tratados, para que tuviesen amistad y contratacion con los Castellanos, defendiendo, y castigando severa y rigurosamente á los que sin orden y causa justa les enoyasen, hiciesen guerras, ó malos tratamientos, ó les tomasen con violencia cosa alguna contra su voluntad, sino con limpia, y libre contratacion y rescate, que era la paga, porque este era el mejor camino para traerlos al conocimiento de la santa Fé Católica, que era el principal fin que se pretendia, y mas segura cosa convertir ciento por esta via, que cien mil por otra. Y que en caso que por este camino no quisiesen obedecer, sin que se les hubiese de hacer guerra: esta por ningun caso se les hiciese, sino es siendo ellos los agresores, y haviendo hecho daño á los Christianos. Y que aun quando los Indios huviesen cometido algun exceso, todavia antes de romper con ellos, se le hiciesen primero los requirimientos que estaban ordenados, &c.

Quem † ardentem Fidei & Religionis Chris- 33
tianæ suaviter, & pacificè inter eosdem Indos prædicandæ, & propagandæ zelum, & indesinentem Regum nostrorum curam in illis instruendis, defendendis, & benè tractandis, non minus efficaciter exprimunt aliæ instructiones, ordinationes, & schedulæ annis subsequentibus diversis Ducibus, Conquisitoribus, & Gubernatoribus datæ quæ extant apud eumdem Herreram, *d. decad.* 1. *lib.* 6. *capitul.* 1. *decad.* 3. *lib.* 9. *capitul.* 2. *& lib.* 10 *c.* 9. *&* 10. *& decad.* 4. *lib.* 1. *c.* 8. *& lib.* 2. *c.* 3. *& lib.* 4. *c.* 10. *& lib.* 6. *c.* 11. *&* alibi passim, & *in* 4. *tom.* schedularum impressarum, *pag.* 221. & multis sequentibus, de quibus aliqua dixi-
34 mus suprà *lib.* 2. *c.* 17. *n.* 59. *& c.* 18. *ex n.* 15.

Sed omitti non potest † notabilis quædam schedula Piissimi ac prudentissimi Regis nostri Philippi II. Ulissipone 27. Maii anno 1582. ad Archiepiscopum Limanum scripta, in qua damna, & vexationes Indis illatas graviter recenset, & dolet, quæriturque, quod ea, quæ ad hoc tollendum, & puniendum statuta fuerant, ut oportebat, servata non fuerint, sic inquiens:

Y porque haviendose provido tan cumplidamente lo que ha parecido convenir al bien espiritual y temporal, y conversion de los dichos Indios, teniendo tanto cuidado de procurar que fuesen doctrinados, é instruidos en las cosas de nuestra santa Fé Católica, mantenidos en justicia, y amparados en su libertad como subditos y vasallos nuestros, entendiamos que nuestros ministros cumplian lo que les haviamos ordenado; y de no haverlo hecho ni cumplido, y llegado á estado de tanta miseria y trabajos, nos ha dolido como es razon. Y fuera justo que Vos, y vuestros antecessores, como buenos y cuidadosos pastores, huvierades mirado por vuestras ovejas, solicitando el cumplimiento de lo que en su favor está provisto, ó dandonos aviso de los excesos que huviese, para que los mandasemos remediar, y se cumpliese nuestra voluntad, que es de que estos pobres gocen de descanso y quietud, y conozcan á nuestro Señor, para que mediante su divina gracia, y la predicacion del santo Evangelio, puedan salvarse, &c.

Extant † quoque aliæ schedulæ 5. & ult. De- 35
cemb. ann. 1608. ad Excellentiss. Proregem Marchionem Montisclarium directæ, quibus seriò decidit: *Item, ha parecido ordenaros, como lo hago, que si estos Indios no son rebeldes ó enemigos de los vasallos mios, ó concurrieren en esta conquista otros de los titulos que lo pueden justificar, no se intente por fuerza de armas, sino por medio de Religiosos, y predicacion del Evangelio, ni se consientan malocas en las provincias de Indios, que aun no se huvieren levantado siendo vasallos mios, ó infestaren los confines, y vasallos mios: y que si á estos quisieren los Religiosos entrar á convertirlos, no lleven consigo soldados, aunque las instrucciones antiguas lo permitan, por haver mostrado la experiencia que los soldados no se contentan con atender á la defensa de los Predicadores, sino que excediendo de los limites de las instrucciones, hacen siempre grandes violencias, vexaciones, y demasias á los naturales.*

Quæ omnia attendentes, & pio, quo decet, 36
affectu considerantes merito † Reges nostros Catholicos, hac in parte non solùm excusant, verùm etiam laudant, sanctasque, & providas eorum leges, ac ordinationes commendant Joseph. Acosta *lib.* 2. *de procur. Ind. salut. c.* 7. *& l.* 3. *cap.* 5. *vers. Ad quas accedit, & cap.* 15. ubi inquit, semper Indos omnes Regiis legibus liberos esse, & suis rebus liberè uti declaratum fuisse, & ut neque nostri milites aggrederentur non lacessiti ad vexandos, cædendosve Barbaros, neque illos undecumque captos servire compellerent, gravissimis pœnis propositis, qui contrarium fecissent: ita ut quæ Indis incommoda acciderunt, hominum magis nequitiæ, quam administrationis vitio referenda sint: *Quamvis* † 37
enim (inquit) *rectè, & sapienter constituta Respublica, quamvis æquis legibus temperata, facilè*

improborum temeritate violatur, cùm sit nihil, quod non humana perversitas, si relinquatur, sibi convertat in pejus.

Frat. August. Davila *in dict. historia Mexic. lib. 1. cap. 8. pagin. 35.* ubi inquit leges justissimas, & sanctissimas fuisse quæ tamen ab improbis, & militaribus hominibus malè acciperentur & exequerentur.

Joan. Boter. *ubi sup. pag. 59. & sequentibus,*
38 ubi † idem tradens, damna omnia, & excessus insolentiæ & avaritiæ militum tribuit: *Chee di natura sua smisurato, irrationale, è inhumana, è dispietata, è cruda: non la tengono à freno le leggi humane, non le divine, non la tema de la morte, non dell. inferno: Hor che fara ella ne gli animi de soldati, alla cui discretione siano rimessi populi imbelli, e di niuno potere? Non è fiera al mondo piu indomita, e piu crudele, che il soldato, hor che farà egli: ooe lungi dal suo Principe, si vegga padrone, è signor di ogni cosa.*

39 Emmanl. Roder. *dict. quæst. 99. art. 4.* † ubi ait, prædictis damnis, & oppressionibus indesinenti curâ Regum nostrorum, & supremi Consilii Indiarum semper obviam itum fuisse: *In quo illustrissimo Senatu id Christianissimè tractatur, & media ad eas oppressionibus extirpandas sum-*
40 *ma consultatione adhibita ordinantur;* † *quæ si in illis tam remotis partibus non omninò executioni mandantur, non est mirandum, cùm multa in his Hispaniarum partibus contra justitiam, contra expressam Regis, & sui supremi Senatus voluntatem moliantur, ratione quorum non possumus Catholicum, & Christianissimum Regem nostrum, nec ejus supremum Senatum arguere de peccato.*

Idem non minus diserte ostendit, & fatetur Fr. Joan. à Torquemada *in Monarch. Ind. lib. 1. c. 14. & l. 17. c. 19.* & Hieron. Benzo. ejusque additionator, quamvis parum nostris rebus affecti, *l. 4. hist. Ind. c. 17. & 18. in 4. p. Americæ ex p. 78.* & iterum Joseph. Acosta, *dict. l. 3. c. 4. p. 290.* causam hujus inobedientiæ distantiæ locorum attribuens. *Nam cùm remotissimæ* (inquit) *regiones hæ sint, caputque hujus universæ Reipublicæ, sive Regium, sive Pontificium, Majestatem spectes, longissimè dissitum, licentiæ, ac libidini Præfectorum campus latè patens ostenditur, ut quidque collibeat, licere sibi etiam opinentur. Quod enim longè distat, quasi nihil ad se pertineat, facilè temeritas humana contemnit. Hinc seditiosa consilia, tumultus etiam, atque adeò totius Reipublicæ perturbatio; remedium verò oppido serum, atque incertum. Itaque ut medici pulmonum, si ægrotare cœperint, curandorum perdifficilem esse rationem docent, quòd ad traducendum eo usque medicamentum longa, & valdè clausa via sit per stomachum, ut pharmacivis jam debilitata perveniat, aut ne perveniat quidem, ita planè longinquitas supremæ potentiæ, atque auctoritatis hujus Reipublicæ ægritudini levandæ remedia opportuna vix plerumque expectare permittit. Quamobrem quicquid in rebus Indicis à Præfectis peccatur, sine emendatione peccabitur, &c.*

Et concludunt verba Pet. Matthæi, *lib. 12. hist.*
41 *Ind. Orient. circa finem, pag. 303.* † ubi pari ratione sanctas quoque leges à Lusitanis Regibus pro Indis Orientalibus latas, similiter elusas fuisse, sic inquit: *Caterum salutaria Principis mandata, itemque Prætoris edicta non quantum par fuerat ponderis habuere observata, & exhausta fermè facillima quæque, reliqua, partim quod privatis obstarent commodis, haud æquo animo accepta: partim nondum maturis ad agendum rebus in aliud tempus dilata.*

Quod valdè mirandum non est primis illius temporibus, in his regionibus, nullam adhuc certam Reipublicæ formam habentibus, & inter homines militares, bellis, sævitiæ & avaritiæ ut plurimùm deditos, accidisse. Nam bella † sem- 42
per plures calamitates, injurias, & damna producunt, & † milites vix pii, & clementes esse 43
possunt, ut latè, & eleganter, præter alios, ostendit Marc. Tull. *in Orat. pro lege Manilia*, Ulpian. *in l. ex conducto 15. §. si vis, ff. locati, l. illicitas, §. ne tenuis, ff. de offic. Præsid. l. 2. l. cum affinibus 5. C. de metat. & epidem. lib. 12.* Justin. *in Novella 130. de trans. milit.* D. Agustin. *lib. 19. de Civit. Dei, c. 7.* Erasm. *in adagio Dulce bellum in expertis, & in pacis querimonia,* Menchac. *lib. 1. quæst. illust. c. 10.* Pet. Gregor. *lib. 11. de Repub. cap. 1. num. 5.* Revard. *lib. 3. conjectan. cap. 6.* Rædulph. Fornet. *lib. 1. rer. quotid. cap. 21.* Andreas Gail. *de pace publ. libro 1. cap. 4. ex num. 34.* Pet. Faber. *lib. 3. Semest. cap. 13. pag. 178.* Rutil Benzon. *de anno Jubil. lib. 5. cap. 10. pag. 532.* Simon. Majol. *in dib. Canicul. tom. 3. colloq. 2. de bellorum eventibus* ferè per totum, Thom. Bocius *de sign. Eccles. Dei, lib. 2. cap. 9.* Pet. Andr. Canonher. *in Aphorism. Polit. Hippocr. lib. 1. p. 515. & seqq.* Marquez *in Gubernat. Christ. lib. 2. cap. 14. &* 31. Theat. vitæ humanæ, *vol. 7. l. 4. pag. 1925.* Bobadilla, qui plurimos refert, *in Polit. lib. 1. cap. 10. num 34. & lib. 4. cap. 1. num. 10. cum seq.* Cardin. Tusch. *verb. Bellum mala multa operatur, conclus. 38.*

Inter quæ, illud maximum est, † ut leges in- 44
ter arma non exaudiantur, neque modus servetur, & ut ipse Princeps, qui bellum cœpit, sæpè ab ejus injuriis milites suos cohibere non possit, ut præclarè canit Lucanus *d. lib. 3. Pharsal. supra* relatus, *& lib. 10.* dum ait:

Nulla fides, pietasque viris, qui castra requuntur.
Venalesque manus, ibi fas ubi plurima merces
Seneca *in Hercule furente tragœd. 1.*
Arma † *non servant modum,*
Nec temperari facilè, nec reprimi potest. 45
Strictus ensis ira, bella delectat cruor.

Sallust. Jugurth. *Omne* † *bellum sumitur facilè, cæterum ægerrimè desinit, nec cujus potestate initium, ejus & finis est* Eleganter Casiodor. 46
lib. 1. variar. epist. 12. in fine, Militaribus officiis assueti, civilitatem premere dicuntur armati, & ob justitiæ parere despiciunt, quoniam ad bella Martia semper intendunt. Deum nescio quo pacto assidue dimicantibus difficile est morum custodiri mensuram. Tradunt alii auctores *supra* relati, & Menoch. *de arbitr. cas. 95. num. 28.* Joan. Garcia *de nobilit. glos. 2. num. 4. & 7.* Hieron. Cevallos, *pract. comm. tom. 4 quæst. 906. num. 6. & 166.* & plenius omnibus † Michael Hospitalis 47
lib. 5. suarum Poët. epist. in epist. ad Carolum Cardinal. Lotharenum, ubi inter alia sic ait:

Nemo unquam bello melior sit, sive secunda,
Sive mala infelix commiserit alite pugnam,

Bella

Bella docent homines peccare, metumque Deorum
Excutiunt, pœnas, infernaque Tartara rident.
Hi quorum Solis fiducia nititur armis
Proposita esse bonis in cœlo præmia rident,
Tollent metum legum, rigidi legumque ministri
Emicant, nullo retinetur tuta pudore,
Imbellem timidumque valentior exuit armis
Et vita, nonaque &c.

48 Et semper † victoribus calcatos, & imbelles, ac timidos à potentioribus spoliatos, multis aliis Sacræ Scripturæ, & bonorum Auctorum testimoniis comprobat Gaspar Sanct. *in Isaiam c. 51. num. 71. & cap. 63. num. 13.* Et vel ipsorum
49 Romanorum exemplo satis ostendi potest, † quibus licèt militaris disciplina magnæ curæ fuerit, & filiorum caritate antiquior, atque potentior, † *l. postlim. 19. §. filius, ff. de captivis &*
50 *postlim. revers.* Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 6.* Quintilian. *in milite Marian. Veget. lib. 1. de re milit.* junctis aliis, quæ docte & copiosè congerit Petr. Faber. *lib. 1. Semest. c. 19. pag. 127.* & Balthas. Ayala *de jure, & officio belli, lib. 3. cap. 1.* Adhuc tamen † eò lasciviæ & petulantiæ
51 procedebant, ut non solùm hostibus, verùm neque sociis, & confœderatis parcerent, ut tradit Procop. *lib. 3. de bello Gotb.* his verbis † *Romani exercitus Principes, & simul milites ipsi res*
52 *subditorum diripere, contumeliis, & sceleribus nihil reliquum facere, adamantasque habere præsidiis fœminas, luxui, ac temulantiæ operam dare. Sed milites ipsi, quum se præfectis inobedientes, contumaces que exhiberent, in omnem absurditatis, & flagitii speciem incidebant, &c.* De qua etiam multum dolet, & queritur Salvianus *lib. 4. & 7. de providen.* alia congerens Bern. Aldrete *lib. 4. de antiquit. Hispan. cap. 28.* Eoque alludens † Juvenal *Satyr. 8.* inquit:

53 *Curandum imprimis, ne magna injuria fiat.*
Fortibus, & miserit tollat licet omne quod utquam est,
Auri, atque argenti.

Et † Ludovicus XII. Galliæ Rex, ut ejus an-
54 nales referunt, dicere solebat, plebem, & rusticos esse pascua tyrannorum & militum: tyrannos autem, & milites pascua esse diabolorum †
55 Et Ferdinandus Davalos Piscariæ Marchio, ut refert Paul. Jovius *in ejus vita lib. 2.* Nihil iis, qui in bello versarentur esse difficilius, quàm Martem simul & Christum parti disciplina coluisse, quando mos bellicus in hac corruptela militiæ, à justitia & religione penitus aversus esse videretur.

Ultra quæ, notare etiam possumus, † quod
56 etsi Duces ac milites à nostris Regibus missi, diligenter & exactè traditum sibi ordinem servare voluissent, ubi tamen ad has provincias perveneranr, multa sese illis offerebant, quæ vel omnino ab incœpto desistere suaderent, vel aliquid amplius audere, quàm in mandatis accepissent. Nam aliquando Indorum feritas, & barbaries, domanda priùs, & ad politicam, ac sociabilem vivendi formam reducenda videbatur, ut sic postea cum illis de Fidei, & Religionis negotiis serio, & utiliter agi posse. Interdum etiam alii, nostros ad eos quietis, pliis & tranquillis animis accedentes, ad hospitium, & commercium, vel ad Fidei legationem, & prædicationem exponendam, admittere recusabant: sæpè quoque ad-

missos, & initio benevolè exceptos, postea sive justa causa per insidias adoriebantur. Quæ omnia, omni jure inspecto, ut in superioribus latè probavimus, legitimam bellandi occasionem Hispanis Ducibus ac militibus præstare potuerunt. Et pariter efficiunt, † ut minus notandi, & suggillandi videantur, si quos fortè Bar- 57
barorum his rationibus debellaverint, vel aliis suppliciis affecerint, ut retigimus suprà *lib. 2. cap. 16. n. 46. & sequentibus*, & expressè observat Joseph Acosta *in hist. moral. Ind. l. 7. c. 27. in fine*, Joan. Boter. *in d. relat. univers. 4. part. l. 3. ex pag. 65.* & eleganter Thom. Bocius *l. 7. de sign. Eccl. cap. 5. in fine, & lib. 10. cap. 13. vers. Hinc legimus* quem novissimè refert & sequitur Calixt. Remir. *in tract. de leg. Reg. Aragon. §. 32. num. 6.* ubi scriptum † reliquit: *Mi-* 58
ram non fuisse, si cum bellis istis humanæ effigie conflictis Hispani interdum asperius egerint Bellonis namque factis belluas omnes superabant. Nam quæ bestiæ sui generis bestias devorant, ut illæ mutuò sese comedebant: quæ bestiæ filios suos alunt, ut pinguiores, & adultiores effecti, sint parentibus (horrendum dictu!) pro cibo? Quo circa ut aliqui Hispanus fuerit aliquando in illas crudelis, tanta certè quidem immanitas erat illorum populorum, ut ad humanæ naturæ studia revocari nullo modo possent, nisi edita fuissent in illis exempla illustrissima supplicium atrocissimorum; quæ tamen Episcopi, Religiosique nostri cohibuerunt. Non bene legitur quidam scriptores invehuntur in Hispanos, quòd adeò fuerint diri in aliquos Indos haud negandum, vitæ tamen erat, ut aliter fieri posset. Peccatum est ab aliquo: non totius est nationis id crimen, &c.

Idem tradit Petr. Martyr *in decad. Novi Orbis, decad. 1.* ubi refert, † sæpe inter Christophorum Columbum, & Frat. Bruilum Catelanum, Monachum Benedictinum, quem Præsulis Ecclesiastici nomine, ac potestate Alexand. VI. Papa ad Indias misit, contentiones honestas exortas, quod Bullus nimirum contendebat, ne in gentes illas à nostris aliquo modo sæviretur: Columbus autem, & alii, multoties convenire, ut supplicia de illis sumerentur, asseverarent.

Antonius quoque de Herrera *in histor. gener. Ind. decad. 4. lib. 6. cap. 11.* Rationes militum, ac priorum † Orbis hujus conquisitorum commemorat, quibus subactionem Indorum excusabant, 60
& defendebant.

Sed præstat, ut † Theodori de Bry verba subjiciamus, qui in epistola quadam, quam histo- 61
riæ Hieronymi Benzonio præfixit in quarta parte historiæ Americæ, etsi Hispanorum avaritiam, & sævitiam adversus Indos, mutuasque inter se cædes damnet, & ploret, posteà ita concludit: *Verumtamen ne quis in Hispanicæ genti ignominiam trahat, expandat unusquisque quid ab aliis aliarum nationum hominibus fiat. An non similia quotidie à nobis perpetrantur? Frumentum, & vinum* 26
coemimus, & in cellas ac horrea condimus, ut pauperes tempore famis, aut annonæ caritatis jugulemus. Fraudibus, usuris, & imposituris fratres nostros facultatibus spoliamus, & exhaurimus. In mutuas cædes ambitione, & avaritia abrepti quotidie ruimus, nec modus est ullus, aut finis nostræ cupiditati, & crudelitati. Ne simus ergo tam præcipites in damnandis Hispanis, quin priùs

nos ipsos sériò examinaverimus, num ipsis meliores simus? Multos enim inter Hispanos novi viros pios, & probos, non minus quàm in ulla alia gente, quod absque ullius præjudicio dictum sit. Si quæ sævè, crudeliter, avarè, & iniquè gesta sunt ab Hispanis in India, ea genti imputanda non sunt, sed potius militari licentiæ, quæ in aliis gentibus non minus efferata comperietur. Quis enim ignorat, quàm multa crudeliter patrata sint, atque etiam nunc bodie patreantur à militibus Gallis, Germanis, Italis, & aliis omnibus ferè expeditionibus ac bellis? Quis tamen æquus judex hæc toti genti imputabit, &c.

His accedit, quòd licèt verum sit, plures Indos bellorum occasione, & aliquorum Hispanorum sævitia, atque avaritia consumptos esse; † 63 plurimi tamen ex iis, qui hodie in variis insulis, & provinciis, vel omninò, vel ex magna parte desiderantur, quarum ingentem vastationem ita dolent, & exaggerant Episcopus Chiapensis, & alii ex suprà relatis, non Hispanorum causa, sed variis, & pestiferis morbis ingruentibus, perierunt, nechon etiam terræ moribus, quinimò & propriis vitiis, & præsertim ebrietatis, & herbæ Coca, usu, cui suprà modum dediti sunt, ut latiùs recenset Petr. Cieza 2. *tom. rerum Ind. c.* 29. Joannes Boter. *dict.* 4. *part. lib.* 3. *pag.* 99. & *seqq.* Joseph. Acosta *in histor. natur. & moral. Ind. lib.* 3. *cap.* 21. Fr. August. Davila *in histor. Mexicana, lib.* 1. *cap.* 33. & *cap.* 39. Fr. Joann. à Torquemada *in Monarch. Indian. lib.* 5. *cap.* 22. & Theatrum Vitæ humanæ, *vol.* 2. *lib.* 4. *pag.* 339. 64 Ubi specialiter referunt, qualiter † plurimi Indi Peruani variolarum morbo miserrimè perierint, 65 & in † Nova Hispania anno 1545. lue quadam octingenta Indorum millia defecisse; & anno 1576. alteram contagionem exortam, quæ sola duos Indorum milliones absumpsit, id est, bis decem 66 centena millia. Quibus † calamitatibus Deus alias quotidie clades occultis suis judiciis in eorumdem Indorum perniciem videtur adjicere, ita ut 67 plures pii, & religiosi viri eos † in totum brevi absumendos esse, prænuntiasse dicantur, ut referunt Avila, & Acosta, *ubi suprà.* Maximè cum 68 experiendo compererint, † nihil in eorum salutem, & utilitem curari, aut statui, quod eisdem majus damnum ac detrimentum non generet.

Unde vindicis Dei iram magis quàm Hispanorum sævitiam in istorum Barbarorum diminutione, & internecione suprà dicti Auctores agnoscunt, fortè propter ipsorum ingentia scelera, & 69 antiquam idololatriam, † ut in simili excidio, & eversione urbis Romanæ, & Romanorum, quæ sub Alarico contigit, considerant Socrat. *lib.* 7. *histor. Eccles. cap.* 10. Nicephor. *lib.* 13. *cap.* 35. & Sozomenus, *lib.* 9. *cap.* 6. qui ita scribit: *Cordatis verò hæc ob indignationem Dei Romanis eventre videbantur, ad eorum pœnam, quæ ipsi quondam præ nimia protervia, ac petulantia in ipsos, & pauperes iniquè deliquissent. Fertur itaque probus aliquis Monachus ex his, qui in Italia erant, Romam cum festinatione profectus, Alarico consuluisse, ut urbi parceret, nec se tantorum malorum auctorem constitueret. Cui & Alaricus respondisse dicitur, se non volentem hoc tentare, sed esse quemdam qui se obtundendo urgeat, ac præcipiat, ut Romam evertat, quòd ille tandem fecit.* Et diximus alia *suprà lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 52. & 63.

Tertiò, † tandem calumniantes insistunt, & 70 justitiam acquisitionis, & retentionis hujus Novi Orbis eâ adhuc argumentatione convellunt, quòd etiam si Indi mali, & tyranni fuissent, non potuerunt, nec dubitaverunt ab Hispanis puniri & spoliari, cùm certum sit, † quòd etiam si à 71 prædone rem alterius aliquis capiat, non ideò magis justum ejus titulum capiens acquirere possit, juxta text. *in l. qui re*, §. *si quis alteri, ff. de furtis. l. navigia, l. in civile, Cod. eod. l. superempti. Cod. de eviction. leg. si mancipia, Cod. de rei vind.* & in nostris terminis advertit Joseph. Acosta *lib.* 3. *de procur. Indor. salute, cap.*..... Neque † titulum concessionis, sive confirmationis Ro- 72 mani Pontificis aliquid prodesse contendunt: ejus enim auctoritatem in dubium vocare nituntur; de quo latè egimus *suprà lib.* 2. *ex cap.* 22. *ad* 25. & ut aliquam esse concedant, † ab excessibus, & 73 peccatis excusare non posse inquiunt, quæ Hispani contra ipsius Pontificis mentem, & intentionem in ejusdem Orbis debellatione, & subactione patrarunt, argumento eorum, quæ latè notant Innoc. & Abb. *num.* 3. *in cap. inquisitioni de sentent. excom.* Marta *de jurisd.* 3. *part. cap.* 8. *num.* 31. & 32.

Rursus † neque finem bonum prædicationis 74 & conversionis Indorum admittunt, quia finis bonus solus non facit actum esse bonum, aut legitimum, si per modum illicitum fiat, ut exemplo Medici, qui ægro sanitatem conferre tentat per maleficium, aut fornicationem, ut bene ostendit Martin. Delr. *in diq. mag. lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 5. *sect.* 2. *pag.* 333. Et † peccare quis po- 75 test faciendo bona intentione etiam rem licitam, quæ sibi non competat, ut similiter docet, & probat idem Delr. *ubi suprà, pag.* 335. & *lib.* 3. *part.* 2. *quæst.* 4. *sect.* 8. *pag.* 241. vel ubi in modo exercendæ rei sibi competentis & permissæ excedere reperitur. † Unde dicimus, excessum 76 punirì etiamsi alias factum esse licitum, & permissum, ut notant DD. *in l. ab executore, Cod. quorum appellat.* & plures alii, quos refert Covallos *pract. commun. tom.* 4. *quæst.* 1. alias 807. *num.* 928. & *seqq.* & Calist. Ramirez *in tract. de lege Regia Aragon.* §. 20. *num.* 65.

Denique minus probant, quod Reges nostri culpas, & excessus, qui in his regionibus conquirendis intervenerunt Ducum, & militum vitio, & cupiditati tribuere velint, † quoniam is 77 facere videtur, qui jubet, etiam si mandatarius excedat, & ad restitutionem damnorum tenetur, quæ inde fuerint subsequuta, *cl. qui per alium* 72. *de regal. jur. in* 6. ubi Pet. Peen. plura notavit, *leg. si quis ad id quod, l. si familia, ff. de jurisd. omn. jud. l.* 1. §. *dejecisse, ff. de vi, & vi arm. l.* 1. & *per tot. si familia furti fecisse dicatur, c. mulieres, de sent. excommunic. cap. fin. de homicid.* Nam licet aliàs † eventus causæ tribui soleat 78 causæ proximæ & immediatæ, *l. si mulier, ff. de rer. amotar.* hoc tamen locum non habet, quando causa illa immediata ex prima dependet quæ & ipsam inducit, ut latè prosequitur Tiraquel. *in tractat. cessan. cautæ, limit.* 10. Hippolyt. de Marsiliis. *cons.* 607. Pech. *ubi suprà, num.* 13. Et † ita actum non tribui exequenti, sed ordinanti 79 meritò docet Cons. *in l. item eorum*, §. *si Decurio-*

riones, ff. quod cujusque univers. cap. cum aliquibus de rescript. lib. 6. cum notatis à Petr. Surdo *in tract. de aliment. tit.* 8. *privil.* 59. *num.* 88.

80 Quinimò, † etiam citra mandatum, dominum teneri de facto famulorum, & officialium suorum, qui in officio delinquerunt, cui à domino præpositi sunt, quia eorum conditionem explorare debuit, aperte ostendit text. *in l. ult.* §. *servorum ff. naut. caupon, l. ne quid*; ubi Bart. Bald. & alii. *ff. de incend. ruin. naufr. l.* 1. §. *familiæ, ff. de publican & vectigal. l. si servus*, §. *si fornicarius*, & §. *Proculus, ff. ad leg. Aquil. l. intulam*, §. *ult. ff. locati*, cum multis aliis quæ latè in variis causis adducunt, & expendunt Calcan. *cons.* 40. *col.* 2. Annan. *cons.* 71. *n.* 3. Gozadin. *cons.* 63. *n.* 14. & *seqq.* Roland. *cons.* 95. *n.* 11. & *seqq. vol.* 2. Caravita *caus. crim. diversi. cons.* 116. *lib.* 2. Joseph. Lud. *decis. Perus.* 25. *n.* 18. Farinac. *cons. crim.* 63. *n.* 1. & *in praxi crim.* 1. *tom. q.* 24. *num.* 49. & *seqq.* Ferdin. Rebell. *de oblig. justitiæ, lib.* 2. *quæst.* 11. & *quæst.* 14. *sect.* 4. *n.* 42.

81 ubi † quod magnates non excusantur à restitutione, cùm famuli, eorum potentiæ fidentes, damna inferunt: Menoch. *de arbitr. casu* 390. *n.* 19. & *cons.* 53. *num.* 2. & *seq.* & *cons.* 1105. *num.* 2. & 1188. *num.* 15. & 1194. *num.* 4. & 33. Ubi

82 addit, † quòd dam si occasionem dans, etiam ex levissima causa tenetur ad damnum: Felin. *in cap. Petrus. n.* 7. *de homicid.* Alciat. *in l. pronuntiato*, §. *servientium, num.* 34. *ff. de verb. signif.* & *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 40. *num.* 4. Fr. Emman. Roder. *in summa, quæst.* 425. *num.* 8.

83 *fol.* 121. Ubi † quod dominus habens servos, vel ministros viles, tenetur ex delicto eorum, nec potest allegare propriam ignorantiam: Cardin. Tusch. *pract. concl. jur. verb. Damnum, conclus.* 7. 8.

84 & 15. Ubi † quòd damnum debet refici ab illis, quorum contemplatione causatur: Stephan. Gratian. *discept. forens. part.* 4. *cap.* 625. & Mag. Lurca *in* 2. 2. *sect.* 7. *disputat.* 55. *ex num.* 1. ubi

85 tractat, quæ obligationes † oriantur ex bello im-

86 prudenter illato. Et in eo, qui † ratum habuit, ut perinde sit, ac si ipse fecisset, tam in contractibus, quàm in delictis, *l.* 1. §. *quoties, ff. de vi, & vi armat.* Glos. *in dict. cap. mulieres*; plenissimè Salicet. *in l. non ideò, Cod. mandati*: & Pech. *in dict. cap. qui facit, ampliat.* 11. & *in cap. ratihabitio de reg. jur. in* 6.

Quibus addere possumus, quæ multum in terminis, & copiosè more suo persequitur Tiraquel. *in tractat. de nobilit. cap.* 17. *num.* 134. do-

87 cens, nobiles, † qui in satellitium, & famulitium suum sicarios, lenones, cæterosque id genus admittunt, aut retinent, ex eorum delictis arbitratu judicis plectendos esse. Præsumi enim eorum

88 conditionem notam habuisse. Unde † resolvit Chasan. *ad consuet. Burgund. rubr.* 1. §. 6. *in verb. En meisuage, num.* 2. reficiendum esse à Magistro militum, si damni aliquid milites prædis dederint, citatque *in dict. l.* 2. *Cod. de pascuis pub. lib.* 2. Et hoc ita ex facto, celebri Galliæ Arresto, pronuntiatum fuisse, tradit Anton. Mornac. *in notis, sive observat. ad Pandect. ad dict. l. si familia. ff. de jurisdict. omn. jud.* Nimi-

89 rùm, † quia Principes, & Magistri militum eos punire, & graviter coercere debent, qui sine ipsorum licentia bellum inferunt, vel in terris pro-

priis, aut alienis hostiliter grassantur: † cùm hoc 90 crimen læsæ Majestatis committant, *l.* 3. *ff. ad leg. Jul. Majest. l. si alium*, §. *est & alia, ff. quod vi aut clam, l. Papinianus*, §. *rei perduellionis, ff. de acquir. hæred. l. furem, ff. ad l. Cornel. de sicar. l.* 1. *Cod. ut armor. usus* ubi DD. & *in l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure*: Bartol. *in l. hostes, ff. de captivis*: Innocent. *in cap. olim, el* 1. *de restit. spol. & in cap. sicut de jur. jurand.* & Oldrad. Andreas de Isernia, Affictis, & alii, quos refert, & sequitur Marta *de jurisdict.* 1. *part. cap.* 39. *num.* 1. & *seqq.*

Verum autem vero, † ab his quoque argumen- 91 tis, & sophismatibus, facilè Regum nostrorum justitiam, & majestatem liberabimus, si prout sæpè fecimus, piam, & exactam illorum curam in Indis convertendis, & idoneis mediis, ac ministris ad id deligendis, consideraverimus, & concessioni Pontificiæ, & aliis titulis, sigillatim à nobis in tota hac tractatione perpensis, eam vim, quam habent, tribuamus. Non enim solo occupationis jure nituntur, ut argumentorum videtur supponere; neque dici possunt injunctum sibi à Sede Apostolica prædicationis munus pro virili non adimplesse, cum tot, ac tales progressus Christiana Religio in his regionibus fecerit, quæ, ac quales suprà, multis etiam in locis post gravissimos Auctores enumeravimus, & quotidiana præsentia, & experientia cognoscimus. Quod ubi consequutum est, † & rectus ac sanctus finis, 92 qui intendebatur ad effectum productus, parum ejus justitiæ, & utilitati officit, quod aliquid per militarem lasciviam, avaritiam, aut petulantiam in ejus initiis, aut mediis disponendis, vel exequendis excessum sit; licèt non negemus excedentes peccasse, ut auctoritates in argumento relatæ concludunt. Principia † enim in omni negotio 93 longè semper à perfectione abfuerunt, nec ulla res consummata potest esse, dum incipit, ut benè inquit Pet. Faber. *lib.* 1. *Semest. cap.* 16. *in princ.* & ante eum Cassiodor. *lib.* 2. *var. epist.* 3. dum ait: *Solent enim initia portendere meliora, dum à parvis inchoant, quæ in sequentibus magna se admirationi sublimant.*

Et † quamvis regulariter incrementa habere 94 non possint, quæ illicitè cœperint, sed statim cum sua prava æmulatione deficiant, *cap. Novatianus* 8. *quæst.* 1. sæpè tamen contingit, † ut si 95 illustra principia ad felices perveniant exitus, ut Jacob, *Genes.* 27. per supplantationem pervenit ad benedictionem, ut seges, quæ leprosa manu seritur, munda tamen meritur, ut ex adulterino concubitu pulchra soboles nascitur, quæ sunt exempla, text. *in cap. nunquam* 24. *quæst.* 1. Et † deformitas operis non attenditur, quando finis 96 recta intentio, & finis operantis, ut docet Rebell. *de obligat. just. lib.* 3. *quæst.* 19. *sect.* 3. Quia † 97 finis facti consideratur potius, quàm modus ducens ad finem; & ut vulgò dici solet, ubi habemus effectum, non multum curamus de modo, *l. quæritur, ff. de bon. libert. l. fin. C. mand. l. si mater* 3. ubi Bald. *C. de initit. & subitit. l. continuus*, §. *cum ita, ff. de verbor. obligat.* idem Bald. *in l. si adrogator, n.* 14. *ff. de adopt.* Tusch. *pract. conclus. verb. Effectus, conclus.* 51. &, Ioan. Baptista Valenzuela, *cons.* 85. *num.* 18. Nam ut ait Prob. *in addit. ad Monarch. in cap. cum in illi-*

qui-

quibus, num. 15. de rescript. in 6. post Bald. in l. eam quam, circa princ. C. de fideicom. † omne agens
98 agit propter finem, & finis dicitur causa causarum, & ab eo denominantur omnia; quod sequuntur plurimi alii relati per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 45. & Molina de Hispan. primog. lib. 1. cap. 5. num. 15. ubi inquit, hoc esse, quod Philosophi dicere solent in omnibus rebus agendis finem principium esse.

99 Maximè, † quia in dictis principiis, & mediis, ut sæpè etiam diximus, & probavimus, multa recte, & salubriter non solùm instituta, sed operata sunt, & plures viri pii, & religiosi Apostolicam prædicandi formam tenuerunt, & suis virtutibus, miraculis, & martyriis hunc Novum Orbem illuminarunt. Unde † interventio aliorum,
100 qui aliter se habuerunt, nocere non debet. Nam
101 † & ministri Dei esse solent, etiam qui mali sunt, ut pluribus probat Gaspar Sanct. sup. Isai. c. 10. num. 3. Et semper † causa justior, & potentior
102 prævaler, inspiciendaque est, l. si quis neque causam, cum ibi notatis, ff. si cert. pet. Bald. in l. reos, col. 5. C. de accusat. Joan. Cephal. consil. 141. num. 5. vol. 1. Ripa in l. ex facto, num. 14 ff. de vulgar. Joan. Gutier. lib. 3. pract. q. 1. n. 11. & Molin. de pact. nuptial. lib. 1. cap. 15. num. 40.

Et quando † causa, quæ prodesse potest, con-
103 currit cum ea, quæ potest nocere, illa attendi debet, non hæc, maximè ubi utilior & favorabilior est, l. 3. si quis palam. ff. de jure fisci, l. multum interest; ubi Jas. notab. 2. ff. de verb. obligat. l. 2. si a pupillo, ff. de usucap. pro empt. idem Jas. num. 3. Aretin. & Dec. num. 11. in l. si Rufinus, Cod. de testament. Bartol. in Extravag. ad reprimendum, verb. Non obstantibus: Bald. in l. hac consultissima, in princip. num. 1. versic. in contrarium, C. de testam. cum aliis, quæ notat Joan. Garc. in tractat. de nobilit. glost. 12. n. 42. & Valenzuela, cons. 92. num. 222. & sequentib. Et magis in nostris terminis D. Augustin. epist. 49. quem refert, & explicat Alan. Cop. dialog. 5. cap. 23. pag. 720. ubi docet, † non esse spectan-
104 dum, quod fæx Christianorum, sed quid perfecti Christiani faciant, sic inquiens: Nolite consectari turbas imperitorum, qui vel in ipsa religione superstitiosi sunt, vel ita libidinibusediti, ut oblitì sint, quid promiserint, &c. & Joseph. Acosta dict. lib. 3. de procur. Ind. salut. cap. 11. in fine, ubi de ipsorum Indorum commendis loquens, sic ait: Verum vitia hominum non causa hoc fit. Neque verò pravorum perversitas bonis detrahere debet. Quod † etiam generalius ad reliquarum
105 rerum excessus, & abusus transtulit Seneca, lib. 5. nat. quæst. in fine, dum inquit: Si beneficia naturæ utentium pravitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus: Nihil invenies tam manifestæ utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa.

Neque his quicquam officit, quod de damnis Ducum, & militum nostris Regibus imputandis in eodem argumento prætexitur. Nam † verior, &
106 generalior juris traditio est, dominum regulariter de suorum famulorum delictis, & excessibus non teneri, ut probat text. in l. 1. §. dejecisse, & §. quoties, & in l. 3. ff. de vi & vi arm. l. 1. de eo per quem factum erit, l. 2. ff. de noxal. actio, & in cap. cum ad Sedem, de restit. spol. cum multis aliis, quæ congerit Felinus in cap. Petrus. numer. 2. de homicid. Jason. in leg. 1. in princip. ff. ne quis eum, qui in jus voc. Curtius Junior in l. 1. post num. 13. Cod. de serv. fugit. Afflictis, decis. 82. num. 2. Alciat. de præsumpt. regul. 40. num. 2. Curcius senior, consil. 41. col. 1. Franc. Marcus decis. Delphin. 423. num. 11. & sequentibus, & decis. 425. 1. parte: Jul. Clarum, qui de communi testatur in praxi crimin. quæst. 86. versic. Hinc. infertur: Farinac. in eadem prax. 1. tom. quæst. 24. num. 48. & Alexand. Ambrosin. decis. Perus. 48. num. 25. 2. part.

Et licet † hoc secundùm ipsos, & alios, quos 107
suprà retulimus, limitari soleat in dominis, qui delicta mandant, aut rata habent, vel qui ministros viles, aut minus idoneos officiis, & negotiis gerendis tam togæ, quàm belli præficiunt. Satis † tamen constat, quantum hoc genus culpæ 108
à Catholicis Regibus nostris semper abfuerit, quibus, ut sæpè diximus, & probavimus, nihil carius, & antiquiùs fuit quam pias, & opportunas ejusmodi expeditionum leges edicere, idoneos earum executores diligenter inquirere, & flagitiosam transgredientium petulantiam severissimè coercere. Cui si aliquando sufficienter, atque efficaciter obviam iri non potuit; id sanè ingenti locorum distantiæ, militum avaritiæ, Indorum ruditati, & feritati, & aliis causis tribuendum est, quarum suprà meminimus.

Unde † succedit alia non minùs certa, & com- 109
munis Doctorum admonitio, quæ habet, dominum absentem, ignorantem, vel prohibentem nullatenus de suorum famulorum, ministrorum sive officialium delictis teneri, idemque esse, si eis plenè resistere, quamvis cuperet, non valuerit, ut constat ex traditis à Felino, Curtio, Senec. de Aflict. ubi suprà: Glos. in cap. 1. verb. Archidiac. de offic. Archidiac. Speculat. in titul. de legat. §. juxta, versic. Quid si amici: Baldo consil. 222. lib. 2. Castrens. in leg. videamus, ff. locati: Decio in l. 3. num. 8. Cod. de pact. Sylvest. in summa, verb. Dominus, num. 7. Calcan. consil. 64. num. 6. Ruin. consil. 21. num. 1. lib. 4. Grammat. decis. 47. num. 1. Anton. Gabriel. conclus. 8. num. 62. lib. 7. Farinac. dict. quæst. 24. ex num. 55. Ambros. dict. decis. 48. num. 26. & in nostra specie probat Joan. Boter. in dict. relat. univers. 4. part. lib. 3. pag. 59. & sequentibus: Joan. Matienz. in tractat. manuscripto de moderat. Reg. Peru, lib. 1. cap. 2. & 3. ubi se remittit ad ea, quæ latiùs dixerat in altero tractat. de stylo Cancellar. tit. 1. præminent. 17. casu. 20. declar. 9. & tangit Fr. Enman. Roder. in quæst. regular. 3. tom. quæst. 32. art. 4. vers. Ad contrar. Et in dubio † semper præsumi dominum 110
ignorare ea, quæ malitiosè, & flagitiosè à suis famulis, vel servis geruntur, docet text. in cap. quia præsulatus 12. quæst. 4. Alexand. cons. 43. num. 5. lib. 1. Boer. decis. 277. num. 7. Ripa in tract. de peste, tit. de remed. ad conservan. ubert. num. 131. & Ambrosin. suprà num. 25. Et in ipsis nostrorum Indorum terminis novissimus Freitas de justo Imper. Asiat. cap. 12. num. 12. ubi concludit, quod licèt per Ducum, & militum vim, & tyrannidem contra Pontificis, & Regum Hispaniæ mentem, voluntatem, ac ordinationes Indi bonis suis spoliati fuerint, Regemque Hispaniæ ut superiorem cognoverint; hoc tamen nihil justæ ejusdem Regis possessioni, retentioni, & administrationi nocere, ex traditis à Salmeron. tom. 12. tractat. 38. ad fin. Acosta lib. 2. de proc. Ind. salut. cap. 2. ad fin. & cap. 3. & Salon. in 2. 2. quæst. 65. art. 6. & controvers. 1. vers. Denique.

CAPUT VII.

Indos, & reliquos infideles, qui Fidei prædicandæ, & conservandæ causa Christianis Principibus subjiciuntur, naturali libertate privandos non esse: itaque summo semper studio à Catholicis nostris Regibus cautum.

SUMMARIUM.

1 *Indi Occidentales an servi capientium effici possent, olim dubitatum fuit.*
2 *Opinio erronea aliquorum, qui Indos servos effici posse putarunt, plurima damna generavit.*
3 *Libertas naturali jure inspecto omnibus hominibus competit.*
4 *Servitus communi omnium gentium jure ex justis bellis induci cœpit, Et quare.*
5 *Servi non tam à serviendo, quàm à servando dicuntur.*
6 *Servitutis diffinitio, & quid de ejus origine, cautis, & differentiis scripserint, Et num. 32.*
7 *Servitus non est contra aliquod expressum præceptum juris naturalis.*
8 *Bodini opinio damnatur, qui numquam servitutem licitam, vel utilem esse contendit.*
9 *Cyrus apud Xenophont. & Horatius quid de hominum captivitate sentiant.*
10 *Servi Græcè Socii dicuntur quasi servati.*
11 *Adagium, quot servi, tot hostes, qualiter invertat Festus Pompejus.*
12 *Captivitatem justam etiam ex injustis bellis oriri posse, putat Menchaca. Contrarium, num. 75.*
13 *Servus quis ejus fit, à quo superatur.*
14 *Servitutes hominum instar pecudum admittat, est locus D. August.*
15 *Bellum ex utraque parte justum reperiri, vix possibile est, Et. num. 76.*
16 *Militari usu etiam capti in bello injusto, ut servi detinentur.*
17 *Captivitas etiam citra belli causam exerceri posse videtur.*
18 Lex postliminii §. 1. ff. de captivis, expenditur, & declaratur.
Et num. 83.
19 *Romani qualiter captivitatis, & postliminii jus exercuerint.*
20 *Pet. Bellinus Indos Occidentales servos effici potuisse opinatur, Contrarium num. 89.*
21 *Infideles tunc hostes Christianorum, & etiam in Ecclesia capi possunt.*
22 *Hominibus quibusdam natura stannum dumtaxat infundit, Ex Platone.*
23 *Barbaros servos effici eorum, à quibus excoluntur, aliqui putant.*
24 *Æthiopum captivitas, qua ratione ab aliquibus defendatur, Et n. 27. & 108.*
25 *Fortuna multis parcit in pœnam, ex Plinio.*
26 *Indi rebellet, apostatæ, vel seipsos voluntariè vendentes, servi fieri possunt, Et n. 60.*
28 *Justitiam bellorum, quæ inter se Barbari, & Infideles gerunt, Christiani anxiè indagare non debent.*
29 *Infideles, & Barbari suis legibus tam in pace, quàm in bello reguntur, & nostrarum laqueis non innodantur.*
30 Cap. 1. dist. 7. & Excodi auctoritas cap. 12. *ponderatur.*
31 *Legit veteris auctoritates an, & quatenus possint à Christianis allegari ad decisionem causarum.*
32 *Vendere quis seipsum potest, ob pretium participandum.*
33 *Indos servos effici non posse, certior sententia est, & qui Auctores eam expressè sequantur, num. 53.*
34 *Dominatio quæ conceditur Principibus Christianis in Barbaros infideles ob fidei receptionem à coacta, & vili subjectione ac servitute aliena esse debet.*
35 *Suavitas multum conducit ad fidei receptionem.*
36 *Principes, qui populis recenter quæritis parum affecti sunt, D. Thom. reprehendit.*
37 *Victores cum victis qualiter se habere debeant.*
38 *Ammiani Marcellini elegans locus expenditur.*
39 Cap. noli 23. quæst. 1. *ponderatur, & illustratur.*
40 *Victo, vel capto misericordia debetur, in quo pacis perturbatio non timetur.*
41 *Infideles ubi convertuntur ad fidem, filii Dei, & liberi fiunt, unumque in Christo, & in Ecclesia cum cæteris fidelibus corpus constituunt, ex D. Paulo, & Clem. Alex.*
42 *Domini se mitiùs habere cum servis ad fidem convertis.*
43 *D. Matth. verba cap. 17. Ergo liberi sunt filii, explicantur.*
44 *Fidei susceptione mediante à quintuplici servitute liberamur.*
45 *Christiani quomodo servos possidere, eisque uti debeant, ex D. August.*
46 *Legem ferre summus Pontifex potest, & expedit, ut converti ad fidem ab omni humana servitute liberi fiant.*
Servos, si baptizentur, liberos fieri aliqui Romani Pontific. statuerunt, ibid.
47 *Judæis conversis multum favent Rom. Pontific.*
48 Extravag. 2. de Judæis, *inter communes explicatur.*
49 *Judæi, qui convertuntur, multæ injuriæ à tyrannis fiunt, & damna, quæ inde proveniunt.*
50 *Converti de novo ad Fidem miserabilium personarum numero habentur, & privilegiis utuntur.*
51 *Christiani à Christianis in bellis, quantumvis justis, capti ex generali consuetudine servi non fiunt.*
52 *Balduinus notatur, dum injustè damnat morem non efficiendi servos eos, qui in bellis Christianorum capiuntur.*
53 *Auctores comprobantes omnimodam libertatem Indorum recententur.*
54 *Pauli III. rescriptum pro libertate Indorum expenditur.*
55 *Clementis VIII. Indos, tamquam tenellos Fidei palmites, suavi mansuetudinis imbre rigari præcipit.*
56 *Regem Carlottei plurimas leges, & cautiones fecerunt pro Indorum omnimoda libertate asserenda, & tuenda.*
57 *Columbus graviter reprehensus fuit à Regibus Catholicis, quòd Indos quosdam tamquam servos in Hispaniam misit.*
58 *Caroli V. Imper. temporibus multis modis & pœnis Indorum libertati consultum fuit.*
59 *Indi rebelles, Caribes, Canibales, & alii nimis offerâti, etsi aliquando servi effici jurè fuerint, postea tamen hoc abrogatum fuit, Et quare, n. 61.*
60 *Indi nostris insidiantes servitutis jugo possunt comprimi.*
61 *Indos primis illis temporibus prasi ducere de militesque sub variis, & injustis coloribus capi solebant.*
62 *Granatensium rebellium filii parvuli propter dubium circa eorum servitutem exortum, liberi declarati sunt.*
63 *Æthiopes si quis gregatim mercatus sit, & dubitet de justa captivitate aliorum, & qui illi sint, distinguere nequeat, omnes liberos dimittere debet.*
64 *Libertas inæstimabilis, & favorabilis est, & pro ea in dubio pronuntiandum.*
65 *Libertatis datio pia, & meritoria censetur, ejusque favore multa contra communes juris regulas statuta sunt.*
66 *Libertate nihil gratius præstari potest, & ejus privatio omne supplicio gravior censetur, & morti comparatur.*
67 *Leges, & schedulæ Regiæ, quæ omnes Indos statim li-*

quibus, num. 15. de rescript. in 6. post Bald. in l. eam quam, circa princ. C. de fideicom. † omne agens
98 agit propter finem, & finis dicitur causa causarum, & ab eo denominantur omnia; quod sequuntur plurimi alii relati per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 45. & Molina de Hispan. primog. lib. 1. cap. 5. num. 15. ubi inquit, hoc esse, quod Philosophi dicere solent in omnibus rebus agendis finem principium esse.

99 Maximè, † quia in dictis principiis, & mediis, ut sæpè etiam diximus, & probavimus, multa recte, & salubriter non solùm instituta, sed operata sunt, & plures viri pii, & religiosi Apostolicam prædicandi formam tenuerunt, & suis virtutibus, miraculis, & martyriis hunc Novum Orbem illuminarunt. Unde † interventio aliorum,
100 qui aliter se habuerunt, nocere non debet. Nam
101 † & ministri Dei esse solent, etiam qui mali sunt, ut pluribus probat Gaspar Sanct. sup. Isai. c. 10. num. 3. Et semper † causa justior, & potentior
102 prævaler, inspiciendaque est, l. si quis neque causam, cum ibi notatis, ff. si cert. pet. Bald. in l. reos, col. 5. C. de accusat. Joan. Cephal. consil. 141. num. 5. vol. 1. Ripa in l. ex facto, num. 14 ff. de vulgar. Joan. Gutier. lib. 3. pract. q. 1. n. 11. & Molin. de pact. nuptial. lib. 1. cap. 15. num. 40.

Et quando † causa, quæ prodesse potest, con-
103 currit cum ea, quæ potest nocere, illa attendi debet, non hæc, maximè ubi utilior & favorabilior est, l. 3. si quis palam. ff. de jure fisci, l. multum interest; ubi Jas. notab. 2. ff. de verb. obligat. l. 2. si a pupillo, ff. de usucap. pro empt. idem Jas. num. 3. Aretin. & Dec. num. 11. in l. si Rufinus, Cod. de testament. Bartol. in Extravag. ad reprimendum, verb. Non obstantibus: Bald. in l. hac consultissima, in princip. num. 1. versic. in contrarium, C. de testam. cum aliis, quæ notat Joan. Garc. in tractat. de nobilit. glost. 12. n. 42. & Valenzuela, cons. 92. num. 222. & sequentib. Et magis in nostris terminis D. Augustin. epist. 49. quem refert, & explicat Alan. Cop. dialog. 5. cap. 23. pag. 720. ubi docet, † non esse spectan-
104 dum, quod fæx Christianorum, sed quid perfecti Christiani faciant, sic inquiens: Nolite consectari turbas imperitorum, qui vel in ipsa religione superstitiosi sunt, vel ita libidinibusediti, ut oblitì sint, quid promiserint, &c. & Joseph. Acosta dict. lib. 3. de procur. Ind. salut. cap. 11. in fine, ubi de ipsorum Indorum commendis loquens, sic ait: Verum vitia hominum non causa hoc fit. Neque verò pravorum perversitas bonis detrahere debet. Quod † etiam generalius ad reliquarum
105 rerum excessus, & abusus transtulit Seneca, lib. 5. nat. quæst. in fine, dum inquit: Si beneficia naturæ utentium pravitate perpendimus, nihil non nostro malo accepimus: Nihil invenies tam manifestæ utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa.

Neque his quicquam officit, quod de damnis Ducum, & militum nostris Regibus imputandis in eodem argumento prætexitur. Nam † verior, &
106 generalior juris traditio est, dominum regulariter de suorum famulorum delictis, & excessibus non teneri, ut probat text. in l. 1. §. dejecisse, & §. quoties, & in l. 3. ff. de vi & vi arm. l. 1. de eo per quem factum erit, l. 2. ff. de noxal. actio, & in cap. cum ad Sedem, de restit. spol. cum multis aliis, quæ congerit Felinus in cap. Petrus. numer. 2. de homicid. Jason. in leg. 1. in princip. ff. ne quis eum, qui in jus voc. Curtius Junior in l. 1. post num. 13. Cod. de serv. fugit. Afflictis, decis. 82. num. 2. Alciat. de præsumpt. regul. 40. num. 2. Curcius senior, consil. 41. col. 1. Franc. Marcus decis. Delphin. 423. num. 11. & sequentibus, & decis. 425. 1. parte: Jul. Clarum, qui de communi testatur in praxi crimin. quæst. 86. versic. Hinc. infertur: Farinac. in eadem prax. 1. tom. quæst. 24. num. 48. & Alexand. Ambrosin. decis. Perus. 48. num. 25. 2. part.

Et licet † hoc secundùm ipsos, & alios, quos 107
suprà retulimus, limitari soleat in dominis, qui delicta mandant, aut rata habent, vel qui ministros viles, aut minus idoneos officiis, & negotiis gerendis tam togæ, quàm belli præficiunt. Satis † tamen constat, quantum hoc genus culpæ 108
à Catholicis Regibus nostris semper abfuerit, quibus, ut sæpè diximus, & probavimus, nihil carius, & antiquiùs fuit quam pias, & opportunas ejusmodi expeditionum leges edicere, idoneos earum executores diligenter inquirere, & flagitiosam transgredientium petulantiam severissimè coercere. Cui si aliquando sufficienter, atque efficaciter obviam iri non potuit; id sanè ingenti locorum distantiæ, militum avaritiæ, Indorum ruditati, & feritati, & aliis causis tribuendum est, quarum suprà meminimus.

Unde † succedit alia non minùs certa, & com- 109
munis Doctorum admonitio, quæ habet, dominum absentem, ignorantem, vel prohibentem nullatenus de suorum famulorum, ministrorum sive officialium delictis teneri, idemque esse, si eis plenè resistere, quamvis cuperet, non valuerit, ut constat ex traditis à Felino, Curtio, Senec. de Aflict. ubi suprà: Glos. in cap. 1. verb. Archidiac. de offic. Archidiac. Speculat. in titul. de legat. §. juxta, versic. Quid si amici: Baldo consil. 222. lib. 2. Castrens. in leg. videamus, ff. locati: Decio in l. 3. num. 8. Cod. de pact. Sylvest. in summa, verb. Dominus, num. 7. Calcan. consil. 64. num. 6. Ruin. consil. 21. num. 1. lib. 4. Grammat. decis. 47. num. 1. Anton. Gabriel. conclus. 8. num. 62. lib. 7. Farinac. dict. quæst. 24. ex num. 55. Ambros. dict. decis. 48. num. 26. & in nostra specie probat Joan. Boter. in dict. relat. univers. 4. part. lib. 3. pag. 59. & sequentibus: Joan. Matienz. in tractat. manuscripto de moderat. Reg. Peru, lib. 1. cap. 2. & 3. ubi se remittit ad ea, quæ latiùs dixerat in altero tractat. de stylo Cancellar. tit. 1. præminent. 17. casu. 20. declar. 9. & tangit Fr. Enman. Roder. in quæst. regular. 3. tom. quæst. 32. art. 4. vers. Ad contrar. Et in dubio † semper præsumi dominum 110
ignorare ea, quæ malitiosè, & flagitiosè à suis famulis, vel servis geruntur, docet text. in cap. quia præsulatus 12. quæst. 4. Alexand. cons. 43. num. 5. lib. 1. Boer. decis. 277. num. 7. Ripa in tract. de peste, tit. de remed. ad conservan. ubert. num. 131. & Ambrosin. suprà num. 25. Et in ipsis nostrorum Indorum terminis novissimus Freitas de justo Imper. Asiat. cap. 12. num. 12. ubi concludit, quod licèt per Ducum, & militum vim, & tyrannidem contra Pontificis, & Regum Hispaniæ mentem, voluntatem, ac ordinationes Indi bonis suis spoliati fuerint, Regemque Hispaniæ ut superiorem cognoverint; hoc tamen nihil justæ ejusdem Regis possessioni, retentioni, & administrationi nocere, ex traditis à Salmeron. tom. 12. tractat. 38. ad fin. Acosta lib. 2. de proc. Ind. salut. cap. 2. ad fin. & cap. 3. & Salon. in 2. 2. quæst. 65. art. 6. & controvers. 1. vers. Denique.

CAPUT VII.

Indos, & reliquos infideles, qui Fidei prædicandæ, & conservandæ causa Christianis Principibus subjiciuntur, naturali libertate privandos non esse: itaque summo semper studio à Catholicis nostris Regibus cautum.

SUMMARIUM.

1 *Indi Occidentales an servi capientium effici possent, olim dubitatum fuit.*
2 *Opinio erronea aliquorum, qui Indos servos effici posse putarunt, plurima damna generavit.*
3 *Libertas naturali jure inspecto omnibus hominibus competit.*
4 *Servitus communi omnium gentium jure ex justis bellis induci cœpit, Et quare.*
5 *Servi non tam à serviendo, quàm à servando dicuntur.*
6 *Servitutis diffinitio, & quid de ejus origine, cautis, & differentiis scripserint, Et num. 32.*
7 *Servitus non est contra aliquod expressum præceptum juris naturalis.*
8 *Bodini opinio damnatur, qui numquam servitutem licitam, vel utilem esse contendit.*
9 *Cyrus apud Xenophont. & Horatius quid de hominum captivitate sentiant.*
10 *Servi Græcè Socii dicuntur quasi servati.*
11 *Adagium, quot servi, tot hostes, qualiter invertat Festus Pompejus.*
12 *Captivitatem justam etiam ex injustis bellis oriri posse, putat Menchaca. Contrarium, num. 75.*
13 *Servus quis ejus fit, à quo superatur.*
14 *Servitutes hominum instar pecudum admittat, est locus D. August.*
15 *Bellum ex utraque parte justum reperiri, vix possibile est, Et. num. 76.*
16 *Militari usu etiam capti in bello injusto, ut servi detinentur.*
17 *Captivitas etiam citra belli causam exerceri posse videtur.*
18 Lex postliminii §. 1. ff. de captivis, expenditur, & declaratur.
Et num. 83.
19 *Romani qualiter captivitatis, & postliminii jus exercuerint.*
20 *Pet. Bellinus Indos Occidentales servos effici potuisse opinatur, Contrarium num. 89.*
21 *Infideles tunc hostes Christianorum, & etiam in Ecclesia capi possunt.*
22 *Hominibus quibusdam natura stannum dumtaxat infundit, Ex Platone.*
23 *Barbaros servos effici eorum, à quibus excoluntur, aliqui putant.*
24 *Æthiopum captivitas, qua ratione ab aliquibus defendatur, Et n. 27. & 108.*
25 *Fortuna multis parcit in pœnam, ex Plinio.*
26 *Indi rebellet, apostatæ, vel seipsos voluntariè vendentes, servi fieri possunt, Et n. 60.*
28 *Justitiam bellorum, quæ inter se Barbari, & Infideles gerunt, Christiani anxiè indagare non debent.*
29 *Infideles, & Barbari suis legibus tam in pace, quàm in bello reguntur, & nostrarum laqueis non innodantur.*
30 Cap. 1. dist. 7. & Excodi auctoritas cap. 12. *ponderatur.*
31 *Legit veteris auctoritates an, & quatenus possint à Christianis allegari ad decisionem causarum.*
32 *Vendere quis seipsum potest, ob pretium participandum.*
33 *Indos servos effici non posse, certior sententia est, & qui Auctores eam expressè sequantur, num. 53.*
34 *Dominatio quæ conceditur Principibus Christianis in Barbaros infideles ob fidei receptionem à coacta, & vili subjectione ac servitute aliena esse debet.*
35 *Suavitas multum conducit ad fidei receptionem.*
36 *Principes, qui populis recenter quæritis parum affecti sunt, D. Thom. reprehendit.*
37 *Victores cum victis qualiter se habere debeant.*
38 *Ammiani Marcellini elegans locus expenditur.*
39 Cap. noli 23. quæst. 1. *ponderatur, & illustratur.*
40 *Victo, vel capto misericordia debetur, in quo pacis perturbatio non timetur.*
41 *Infideles ubi convertuntur ad fidem, filii Dei, & liberi fiunt, unumque in Christo, & in Ecclesia cum cæteris fidelibus corpus constituunt, ex D. Paulo, & Clem. Alex.*
42 *Domini se mitiùs habere cum servis ad fidem convertis.*
43 *D. Matth. verba cap. 17. Ergo liberi sunt filii, explicantur.*
44 *Fidei susceptione mediante à quintuplici servitute liberamur.*
45 *Christiani quomodo servos possidere, eisque uti debeant, ex D. August.*
46 *Legem ferre summus Pontifex potest, & expedit, ut converti ad fidem ab omni humana servitute liberi fiant.*
Servos, si baptizentur, liberos fieri aliqui Romani Pontific. statuerunt, ibid.
47 *Judæis conversis multum favent Rom. Pontific.*
48 Extravag. 2. de Judæis, *inter communes explicatur.*
49 *Judæi, qui convertuntur, multæ injuriæ à tyrannis fiunt, & damna, quæ inde proveniunt.*
50 *Converti de novo ad Fidem miserabilium personarum numero habentur, & privilegiis utuntur.*
51 *Christiani à Christianis in bellis, quantumvis justis, capti ex generali consuetudine servi non fiunt.*
52 *Balduinus notatur, dum injustè damnat morem non efficiendi servos eos, qui in bellis Christianorum capiuntur.*
53 *Auctores comprobantes omnimodam libertatem Indorum recententur.*
54 *Pauli III. rescriptum pro libertate Indorum expenditur.*
55 *Clementis VIII. Indos, tamquam tenellos Fidei palmites, suavi mansuetudinis imbre rigari præcipit.*
56 *Regem Carlottei plurimas leges, & cautiones fecerunt pro Indorum omnimoda libertate asserenda, & tuenda.*
57 *Columbus graviter reprehensus fuit à Regibus Catholicis, quòd Indos quosdam tamquam servos in Hispaniam misit.*
58 *Caroli V. Imper. temporibus multis modis & pœnis Indorum libertati consultum fuit.*
59 *Indi rebelles, Caribes, Canibales, & alii nimis offerâti, etsi aliquando servi effici jurè fuerint, postea tamen hoc abrogatum fuit, Et quare, n. 61.*
60 *Indi nostris insidiantes servitutis jugo possunt comprimi.*
61 *Indos primis illis temporibus prasi ducere de militesque sub variis, & injustis coloribus capi solebant.*
62 *Granatensium rebellium filii parvuli propter dubium circa eorum servitutem exortum, liberi declarati sunt.*
63 *Æthiopes si quis gregatim mercatus sit, & dubitet de justa captivitate aliorum, & qui illi sint, distinguere nequeat, omnes liberos dimittere debet.*
64 *Libertas inæstimabilis, & favorabilis est, & pro ea in dubio pronuntiandum.*
65 *Libertatis datio pia, & meritoria censetur, ejusque favore multa contra communes juris regulas statuta sunt.*
66 *Libertate nihil gratius præstari potest, & ejus privatio omne supplicio gravior censetur, & morti comparatur.*
67 *Leges, & schedulæ Regiæ, quæ omnes Indos statim li-*

liberos judicari jubent, & in possidentes probandæ legitimæ servitutis necessitatem transmittunt, qua ratione nitantur.

68 *Servitutis in possessione qui morantur, regulariter pro veré servis haberi debent, & quando hoc limitetur.*

69 *Possessio vitiosa non relevat quem ab onere probationis.*

70 Lex 5. titul. 14. part. 3. *& verba Gregor. Lopez ibidem ponderantur, & explicantur.*

71 *Liberi esse omnes homines præsumuntur, & in naturali statu manere.*

72 *Indi nunquam aut raro ea intentione, aut justificatione debellati sunt, ut servi effici potuerint.*

73 *Indi rebelles, quo pacto compescendi, & puniendi sint.*

74 *Bellum numquam potest esse justum, ubi nulla præcessit injuria.*

76 *Bellum licet non veré, probabiliter tamen ex utraque parte justum esse potest.*

77 *Bellum ut legitimum sit, non solùm justitiam causæ, sed etiam Principis licentiam & auctoritatem requirit.*

78 *Legis antiquæ, privata bella prohibentis, verba referuntur.*

79 *Majestatis lætæ tenentur, qui sine licentia Principis bella inferunt.*

80 *Indi ex bellis, sine licentia principis illatis, non magis servi effici potuerunt, quàm ii à Pyratis, vel latronibus capterentur.*

81 *Bella injusta* secundum Bald. *sunt manifesta latrocinia.*

82 *Belli justi, & legitimè indicti, si quis ordines excedat, ad restitutionem tenetur.*

83 *Ad prædictam legem* Postliminii 5. *responsio.*

84 *Extrancas gentes ob id solùm, quòd nobiscum fœdus non habeant, servas efficere non possumus, Et* num. 87.

85 *Hostes veri non sunt, quibus solemni modo bellum indictum non est.*

86 *Bella apud Romanos quibus cæremoniis denuntiarentur, remissivè.*

Lex mulier 6. ff. de captivis, *exponitur*, ibidem.

87 *Cognatio, quæ inter omnes homines naturæ constituit, servitutem excludit.*

88 *Indi alieno Orbe reperti non pertinent ad Pomponii responsum.*

89 *Hispanicæ leges vitam liberam præscribunt gremium Ecclesiæ ingredientibus.*

90 *Romani qualiter hospitii, & confœderationis jura cum provinciis inirent, remissivè.*

91 *Beneficia, quæ Barbaris in Fidei prædicatione impenduntur, servitutis irrogatione pensanda non sunt.*

92 *Servi per Fidei, & baptismi susceptionem liberi non fiant.*

93 *Baptismi Sacramentum homines liberos fortius in sua libertate confirmat.*

94 *Indi, & Æthiopes quales & quando servi effici potuerunt.*

95 *Bella ubi inferuntur, ob bonum, & defensionem alicujus, quid defendens sumere possit.*

96 *Indi Occidentales, exceptis Mexicanis, raro servitute bello captorum utebantur,* Et num. 103.

97 *Phœnices olim ultra alias divitiat Hispaniæ, Hispanos furabantur, & in aliis provinciis ut servos vendebant.*

98 *Tyrus, Phœnicum Metropolis, ditissima fuit.*

99 Togormæ, *sive* Togormæ *nomen apud Ezechiel,* cap. 27. *quid significet.*

100 *Ezechielis verba capit.* 27. *ibi* Thubal, & Moxoch, *de Hispania accipiuntur.*

101 *Plagiarii sunt, qui homines liberos rapiunt, & vendunt, & quibus pœnis subdantur.*

102 Lex ult. C. ad legem Flav. de plagiar. *remissivè explicatur.*

103 *Inter Indos Occidentales incognita Servitut.*

104 *Indi etiam si venditi dicantur ab aliis Indis, qui eos bello ceperunt, vel quia ipsi se vendiderint, servi esse non possunt.*

105 *Infidelitatis tempore, quæ quis illicitè habuit, ea etiam Christianus efficius restituere debet.*

106 *Infidelium malas leges vitare, vel emendare Christiani tenentur.*

107 *Latro est, qui à latronibus comparare vult.*

108 *Æthiopum servorum venditio, & negotiatio difficilis, & periculosa videtur Molinæ, & aliis.*

109 *Æthiopes servos qui emunt, quando in conscientia securi sint.*

110 *Servus quis ut in perpetuum effici possit, debet pretium servituti æquale esse.*

111 *Mancipia, quæ ex India Occidentali adducuntur, quando veré servire debeant, Et* num. 116.

112 *Servorum Indiæ Orientalis occasione plures lites in limano Senatu exortæ sunt, & variis, ac contrariis sententiis terminatæ, & de earum fundamentis.*

113 *Schedulæ Regiæ referuntur, quæ prohibent Indos Orientales in his Occidentalibus servos fieri, quamvis Mauri esse dicantur.*

114 *Indorum orientalium servitus, aut libertas non ex Regni Cartellæ, sed Lusitaniæ legibus, & ordinationibus judicanda videtur.*

115 *Auctor in dubio servitutis Indorum Orientalium, consulit D. D. Anton. à Morga Præsidem Quitensem, & quid ille responderit.*

116 *Sinæ, aut Japponienses servi effici non possunt, nisi ubi se, aut filios suos vendunt, & tunc temporaliter serviunt.*

HÆc, quæ adeò latè de titulis acquirendi, & retinendi hujus Novi Orbis in superioribus disputavimus, præludicio quodam ostendere possent, quid in ea quæstione probemus, quæ olim dilu, ac multum agitata comperitur. Utrum † scilicet Indi, qui prædictis modis Hispanorum Regum Imperio, & ditioni accesserunt, servi censendi sint, & servorum jure tractandi, vel potiùs in sua naturali libertate remaneant, ita ut à cæteris eorumdem Regum vassallis in nihilo differant? Sed quoniam gravis admodum, atque utilis est, & in his provinciis, primis illis temporibus, plures rixas, & contentiones excitavit, pluresque etiam Regii Senatus consultationes, ac declarationes extorsit, operæ pretium duxi, illam nunc specialius examinatam pro coronide hujus libri subtexere, ut veritas dilucidior appareat: cujus † ignorantia, vel pergiversatio tot olim Hispanos in periculum gehennæ deduxit, & tot Indorum millia miserabili strage consumpsit, quam passim multi pii, & docti viri suis scriptis deplorant, & præcipuè Episcopus Chiapens. in peculiari libello, cui destructionis Indiarum titulum fecit. 1 2

Et in primis, qui ejusmodi Indorum captivitatem, & servitutem tueri conantur, ea argumentatione ducuntur: quòd † etsi libertas res naturalis sit, & naturali jure inspecto omnibus, hominibus competat, *l. manumissiones 4. ff. de justitia & jure, l. libertas 4. ff. de statu hom. l. quod attinet 32. ff. de regul. juris, l. si id quod 64. ff. de condition. indeb. §. libertas instit. de jure person. l. 1. tit. 22. part. 4.* cum aliis, quæ erudité post Ciceron. *lib. 1. de offic.* tradit. Connan. *lib. 2. comment. cap. 1.* Alexand. *lib. 1. Genial. cap. 10.* ubi Tiraquel. idem Tiraquel. *de nobilitat. c. 6. n. 4.* & Vacon. *lib. 1. declarat. jur. cap. 10. & seqq.* Unde meritò dixit Quintilian. *lib. 3. cap. 10.* Liberos natura omnes, & iisdem constare elementis, & fortassis antiquis etiam nobilibus 3

bus ortos dici potest. Adhuc tamen cum Barbari, & infideles ob id solum quòd tales reperiantur, bello domari, & subjugari possint, ex doctrina Aristotel. Joan. Major. & aliorum, de qua latè egimus *sup. lib. 2. cap. 7. & 10. cum seqq.* & aliæ etiam causæ intervenerint, propter quas justis bellis puniri potuerunt, ut in eodem libro probavimus, non debet novum aut insolens judicari, si eos captivitatis, & servitutis legibus subjiciamus: cùm † ex communi omnium gentium jure descendat, ut naturalem illam libertatem amittant quicumque bello, & armis subacti sunt, & ut capti in potestatem & servitutem victorum redigantur, qui cùm eos occidere potuissent, justius multo eorumdem operis, & ministeriis uti, & ad hoc custodire, & servare potuerunt. Propter † quod servi, non tàm à serviendo quàm à servando, appellari cœperunt, & † ipsa servitus definitur, constitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur, *dict. l. manumissiones, vers. Sed posteaquam*, & *dict. libertas, vers. Servitus, l. pupill. 239. §. 1. ff. de verb. significat. §. jus autem gentium, instit. de jure natur. §. servitl. & §. servi autem, instit. de jure person. cap. si quis servum 1. & 2. 17. quæst. 4. dict. l. 1. tit. 21. part. 4.* 4 5 6

Circa quarum rationem, & interpretationem, & de origine, causis, & differentiis servitutis, & † quòd non sit contra aliquod expressum præceptum, aut prohibitionem juris naturalis, latè ultra ordinarios in his locis, scribit Div. Augustin. *lib. 19. de Civit. Dei, cap. 15. & sequentib.* D. Isidor. *lib. 5. Etymol. cap. 27.* Clemens Alex. & ejus additionator Gentian. Hervetus, *lib. 2. Stromat. cap. 8. & lib. 4. cap. 2.* Alexand. ab Alexand. *lib. 3. Genial. cap. 20.* ubi Tiraquel. idem Tiraquel. *de jure constit. limit. 30.* Covarr. *in regula peccatum, 2. part. §. 11. ex n. 2.* Sot. *lib. 4. de justitia & jure, quæst. 2. art. 4.* Menchaca *controvers. illust. cap. 9.* Forcar. *dialog. 26. & in rubr. ff. de servit. ex num. 4.* Corras. *in eadem rubr. ex num. 13.* Conna *dict. lib. 2. comm. cap. 1. 2. & 3.* Vacon. *dict. cap. 12.* Anton. Rosc. *lib. 2. memorab. jur. cap. 8. num. 80.* Claud. Coter. *lib. 2. de jure milit. cap. 24.* Petr. Gregor. *lib. 6. de Republ. cap. 12. & lib. 11. Syntagm. cap. 1. per tot.* Simanc. *in Cathol. instit. tit. 61. de servo.* Rœuard. *lib. 1. Var. cap. 9.* idem Rœuard. & Petr. Faber. *in l. quod attinet, & in l. libertas 122. ff. de regul. jur. & lib. 2. Semest. cap. 3. pag. 35. & lib. 3. cap. 16.* Hieron. Savar. *in notis ad carm. in Sidon. Apollin. pag. 36.* Joan. Funger. *in Etymol. ver. Servus, pag. 1069.* Bañ. & reliqui Theologi post Divum Thom. *in 2. 2. quæst. 40. art. 1.* Michael Salon. *in ead. 2. 2. quæst. 3. de domin. art. 1. per totum*, Cardinal. Bellarmin. *tom. 1. controvers. lib. 3. de laicis, cap. 7.* Navarr. *in cap. ita quorundam, de judæis, notabili 11. gloss. penult. num. 12.* Molina *de justitia & jure, tractat. 2. disput. 32. & 33.* Salas *de legib. disp. 2. sect. 5.* Lesius *in eodem tractat. lib. 2. cap. 5. dub. 4.* Rebell. *de obligat. just. lib. 1. quæst. 2. sect. 3. n. 16. & quæst. 9. & seqq.* Vasq. *in 1. 2. disp. 157. cap. 4.* & novissimè Ægid. Bened. *in 1. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, tom. 1. cap. 1. num. 6. & 8.* Mag. Mar- 7

quez *in Gubern. Christ. lib. 1. cap. 2.* ubi † adversus Bodinum, servitutem justis bellis inductam licitam & utilem esse eleganter ostendit. Et huc respiciens † Cyrus apud Xenoph. *lib. 3.* dicebat. Apud omnes homines peculiarem legem esse, ut capta hostium civitate, victoribus cedant & capita, & in civitate opes, & Horatius, *epistol. 16. in fine.* 8 9

Vendere cùm possit, captivum occidere noli,
Servet utiliter, sive pascat durus aretque,
Naviget ac mediis hiemet mercator in undis,
Annonæ prosit, portet frumenta, penuque.

Unde † Græcè servi *Sosiæ*, quasi servati, & liberati dicebantur, ut constat *ex notis ad Terent. in princip.* & Festus Pompejus *de verb. sign. pagin. 201.* adagium † illud: *Quot servi, tot hostes*, conversis verbis legendum esse, inquit: *Quot hostes, tot servi*, nimirum, quòd ad serviendum servarentur. 10 11

Secundò, ad eandem Indorum servituterm generaliter inducendam, expendi potest opinio Menchacæ *dict. l. 1. controvers. illust. cap. 9. num. 14. & seqq.* ubi communem Doctorum traditionem reprehendens, quæ solùm ex justis bellis captivitatis ac servitutis jura concedit, affirmare audet, † idem jus ex injustis etiam acquiri, cum leges, de hac re loquentes, nullum inter bellum justum, aut injustum discrimen constituant, & ubi ad prælium ventum est, victi victoribus ex communi omnium gentium consuetudine subjiciantur, ut duriora, atque immitiora damna vitarentur, nempè neces, cruentaque captivorum dilaniatio, quæ non minus in bello injusto, quàm justo timeri possent, si mancipia capientium non fierent. Ad quod probandum, ultra illud Cyri, quod suprà retulimus, considerari potest † generale illud axioma, quod habetur *1. Petr. 2.* & refertur à Salone *supr. column. 350. A quo quis superatur, ejus servus est*, & conducunt verba D. August. *lib. 3. de liber. arbitr. cap. 10.* ubi † servitutes hominum, ferè instar pecudum, admissas esse inquit æquitatique consonum putat, ut qui aliquem ceperit, ei dominetur, sic etenim habet: *Nam & illud appensum est æquitatis examine, ut nec ipsius diaboli potestati negaretur homo, quem sibi male suadendo subjecerat. Iniquum enim erat, ut ei, quem ceperat, non dominaretur.* Et † cùm bellum ex utraque parte justum invenire, vix possibile sit, ut advertit idem Menchaca, *sup. num. 15.* & disputat Sot. *lib. 5. de just. & jur. quæst. 1. art. 7.* Covarr. *in dict. reg. peccatum, 2. part. §. 10. numer. 6.* & alii, quos *infrà num. 76.* citamus, si suprà dictum discrimen admitteretur, ex nullo fere unquam bello capti ab uno ex victoribus, injustam causam fovente, servi effici † possent, quod nusquam militaris usus admisit, *l. 1. ff. de Senat.* ibi: *Quod nusquam relatum est, nec usquam receptum.* 12 13 14 15 16

Tertiò † facit, quia etiam citra belli causam servitutis jura exerceri posse videntur, quoties-cumque quis hominem capit, cum quo suis nulla sunt hospitii, neque amicitiæ fœdera, qualitercumque in ejus potestatem pervenerit, ut docet † Pomponius *in l. postliminii 5. §. 1. ff. de captivis*, cujus hæc sunt verba: *In pace quoque postli-* 17 18

minium datum est. Nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque fœdus amicitiæ causa factum habemus, hi hostes quidem non sunt, quòd autem ex nostro ad illos pervenit, illorum fit: & liber homo ab eis captus fit servus eorum. Idemque est, si ab illis ad nos aliquid perveniat. Hoc quoque igitur casu postliminium datum est.

Quem textum ita generaliter intelligit, & elegantem appellat Covart. *in dict. reg. peccatum*, 2. *part.* §. 11. *num.* 8. *vers. Imò & Romani*, di-19 cens, † Romanos jus captivitatis, & postliminii etiam cum iis observandum constituisse, qui nec latrones, nec pyratæ, nec hostes publici essent, modo cum eis nullam amicitiam, nullum hospitii jus contraxissent: & sequitur Petr. Gregor. 20 *lib.* 11. *de Republ. cap.* 15. *num.* 2. Et † ad Indos nostros, cum quibus nobis olim nulla neque amicitia, imo neque cognitio erat, speciatiter accommodat Petr. Bellin. *in tract. de bello, & re militari*, 2. *part. tit.* 12. *n.* 5. qui est *in tom.* 16. *tract.* ubi sic scriptum reliquit. Meritò igitur Hispani Indos illos Occidentales ab Orbe nostro divisos, & Græcis, ac Latinis incognitos, periculosa, atque audaci navigatione nostro ævo inventos, auspiciis quidem Hispanicis, & Ferdinandi, atque Isabellæ Regum, demumque Caroli V. hujus nominis Cæsaris, ac Regis, opera tamen, & labore Italici viri Christophori Colombi Januensis, meritò inquam Hispani Indos illos in servitutem trahebant, lege illa postliminii ita concedente. Maximè cum prædicti Indi infideles 21 essent, quos per † consequens Christianorum hostes esse constat *ex l. fin.* & ibi Bald. *C. de capt.* adeo ut in Ecclesia capi possint, ut per Oldrad. *consil.* 54. & per Franc. Aretin. *in authent. navigia*, *C. de furtis.*

Quartò, nonnulli ea consideratione moventur, quod cum Barbari isti ex illis hominibus essent, 22 quibus † naturam stannum dumraxat infudisse, nihil autem auri, argenti, tradit Plato *lib.* 3. *de Republ. col. penult.* relatus à Matienzo *in dialog. Relat.* 5. *part. cap.* 4. *num.* 10. cui convenit Aris-23 tot. *lib.* 1. *Polit. cap.* 3. *in fin.* Et à † Nostris excluti fuerint, & insigni eo beneficio affecti, ut in veri Dei cognitionem, Evangelii lucem venirent, non fuit multum, ut in præmium sibi eos servos 24 efficerent, quemadmodum † in Æthiopum captivitate contingit, quæ à Lusiranis frequentatur, quam hoc titulo & colore, à quibusdam defendi testatur Sot. *in 4. dist.* 5. *quæst. unic. art.* 10. *pag.* 270. Salon. *sup. col.* 352. *versic. Nec valet.* Molina qui se ita accepisse ab Æthiopum mercatoribus, inquit, *de just. & jure, tractat.* 2. *disput.* 34. *col.* 167. Marq. *in Gubern. Christ. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 10. & diximus *sup. lib.* 2. *cap.* 7. *nu-25 mer.* 69. & 70. Quibus † addo Plinium *lib.* 15. *cap.* 1. ubi de miserabili sorte loquens, qua gens Cauchorum in suis provinciis utitur, subdit. Et hæ gentes si vincantur hodiè à populo Romano, servire se dicunt. Ita est profecto, multis fortuna parcit, in pœnam: & Claudian. *carm.* 43. *in* 3.

Numquam libertas gratior ulla.
Est sub Rege Pio.

Præsertim cùm multi ex his infidelibus, qui in Nostrorum mancipium, & servitutem dedu-26 cebantur, in † eos rebellassent; apostatassent vel citra aliquam bellorum injuriam ab aliis Indis emerentur, ac permutarentur; qui cùm inter se intestinis, ut plurimùm, bellis arderent, quos ex hostibus capiebant, Hispanis vendebant, aut permutabant, vel se ipsos, ob pretium participandum, venumdari patiebantur. In quibus saltem, & in illis, qui ab his fuissent procreati, dubium non est, quin Nostri justum titulum jure gentium acquirerent, *Levit. cap.* 25. *Exod.* 21. *&* 22. *dict. l. ex hoc jure, dict.* §. *jus autem gentium, & dict.* §. *servitus, & §. servi, instit. de jure person.* cum similibus suprà relatis, juncta *l. alienatio* 67. *ff. de contrahend. empt. l. traditio*, cum aliis, *ff. de acquir. rer. dom.*

Qua etiam † ratione dictorum Æthiopum, & 27 Japponiorum venditio, servitus, ac commercium, quod iaternos usitatissimum est, à viris piis & doctis defendi, & excusari solet, ut constat ex Navarro *in Manuali, cap.* 23. *num.* 96. ubi ita inquit: *Quæritur autem hic nunc, an peccent, cum obligatione restituendi, ementes Æthiopes, Indos, vel alios delatos è suis terris in alias? Respondeo, quod non: si sciunt, aut probabiliter credunt, eos fuisse à se, vel ab aliis cum consensu eorum venditos, vel in bello justo captos, alias secus.*

Et idem in effectu sentit Molina *ubi supr. disput.* 33. *& seqq.* & Rebell. *dict. lib.* 1. *de obligat. just. quæst.* 9. *& sequentib.* & licèt sub dubio Fr. Thom. à Mercado *in summ. contract. cap.* 20. Non 28 † enim videtur, quòd Hispani dum ejusmodi servos emunt, teneantur, nimis anxiè inquirere, & indagare qualiter, aut quo jure in venditorum servitutem devenerint, cùm ipsi quantumvis Barbari suas leges, & consuetudines habeant, quibus † tàm in bello, quàm in pace reguntur, *l.* 29 *omnes populi, ff. de just. & jure*, & nostrarum legum auctoritate non censeantur, neque earum laqueis innodentur, ut post Bart. *num.* 24. docent communiter scribentes *in l. cunctos populos, C. de summ. Trinit.* & in nostris terminis, Indorum servitium defendens, quos *Tamaconas* vocamus, adversus Navarr. & Molinam *suprà* defendit Dom. Petr. Bejaranus Advocatus quondam facundissimus, & postea Argentinæ Cancellariæ Senator dignissimus in quodam manuscripto prædicti argumenti libello, circa finem.

Et manifestiùs probari potest † ex auctorita-30 te juris divini? quæ extat *Exod.* 12. & refertur à Gratiano *in cap.* 1. *dist.* 7. ubi videmus, non extraneos modo, verùm & ipsos Hebræos ab extraneis fortè captos, & postea aliis Hebræis venditos, justam servitutem servire, nec nisi post tempus ibi relatum manumitti posse. Qui locus potest optimè ad hujus rei confirmationem expendi: nam † & aliam similem legis veteris auctori-31 tatem in judicialibus allegat Roman. Pontifex *in cap.* 1. *de injuriis, & in cap. afferte, de præsumpt.* & alibi sæpe.

Et quod auctoritas Scripturæ possit allegari ad litium decisionem, tenet Abb. *n.* 4. *per text.* ibi, *in cap.* 1. *de offic. deleg.* eo tamen moderamine, & distinctione, quam doctè tradit Covarrub. *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 1. in his scilicet, quæ judicialia fuerunt, quatenus à lege positiva approbata sunt, & in moralibus, quatenus à Christo Domino in lege Evangelica, & à na-

natura instincta, non tamen ex auctoritate veteris legis, ut benè explicat Sotus *lib.* 2. *de just. & jure, art.* 4. *concl.* 2. Petr. de Aragon. *in* 2. 2. *quæst.* 87. *art.* 1. & Joan. de Salas *de legib. disput.* 23. *per totam*, ubi ponunt discrimen inter præcepta cæremonialia, & judicialia illius veteris legis, post D. Thom. 2. 2. *quæst.* 37. *art.* 1. *& in* 1. 2. *quæst.* 104. *art.* 3.

32 Et conducunt † alia, quæ de iis, qui se vendunt ad pretium participandum, & de aliis variis titulis servitutem legitimam inducentibus tradunt Juriscons. *in l.* 1. *& 4. ff. de liberali causa, l. non ideò, l. si ministerium, C. tod. l. & servorum, l. homo liber, ff. de stat. hom.* Justinian. *in §. penult. instit. de jure person.* D. Antonin. *in summ.* 3. *part. tit.* 8. §. 5. Sylvester, & Angelus *in summ. verb. Servitus*, & latè Ludov. Molina *dict. tom.* 1. *de just. & jure, tract.* 2. *disp.* 36. *vers. Tertius titulus, col.* 160. *& seq.*

33 Sed his † non obstantibus, contraria sententia ut verior, & longè securior amplectenda est. Nam cùm ratio, ob quam istis Barbaris, & infidelibus Christiani Principes dominari possint, 34 † eorum conversionem, ac meliorem gubernationem respiciat, ut constat ex his, quæ *lib.* 2. *cap.* 9. & alibi sæpè retulimus. Et hoc idem in concessione Alexandri VI. expressè, atque enixè cautum reperiatur, ubi Reges nostros piissimos, & per consequens vassallos ab eis missos hortatur, ut pro ipsorum Indorum conversione, & salute, omni conatu, studio, & diligentia invigilent, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo, apertè consequitur, in antiqua, & naturali sua libertate relinquendos esse: 35 nam † suavitas magis ad Fidei receptionem, & perfectionem conducit, ut latiùs probavi *d. lib.* 2. *cap.* 14. *ex num.* 39. *& cap.* 17. *num.* 88. *cum seqq.* & secundùm doctrinam Aristotel. D. Thomæ, & Augustini, & aliorum plurium, quam etiam adduxi *eodem lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 119. *& seqq. & cap.* 9. *num.* 22. prælatio, quæ inducitur ob majorem subditorum utilitatem, non tàm dominantium augmentum, quàm dominandorum commodum respicere debet.

Et idem eruditè observat Michael Salon. *in dict.* 2. 2. *q.* 3. *de dom. art.* 1. *col.* 348. & melius Covarr. *in d. reg. peccatum*, 2. *part.* §. 11. *n.* 5. *versic. Hæc tamen*, ubi ad hoc refert elegantissima verba Joann. Driedoni *de libert. Christian. lib.* 1. *pag.* 8. ubi docet prædictum dominium à coacta & vili subjectione, & servitute abesse debere, & cum gaudio, cordisque lætitia voluntariis obsequiis exercendum esse, quemadmodum & justi Præsides nunc imperant, non cupiditate dominandi, sed officio consulendi, & dirigendi.

36 Quo † fit ut idem D. Tom. *in* 1. 2. *q.* 105. *art.* 1. *ad* 2. meritò eos Principes notet qui populos ditioni suæ recenter adjectos, non tamquam filios amore paterno, sed tamquam privignos, & advenas vitricali, sive novercali odio 37 prosequi solent † Victores quippè cum victis (nisi contumaces & refractarii sint) clementer, & leniter agere debent, & ne victoriæ gloria, sævitiæ macula obfuscetur:

Una gerat bellum manus, pacem altera reddat.

Quia, ut præclarè inquit † Ammia, Marcel-38 lin. *Pernicioli isti ferociæ status mitigandi sunt omninòque cogitandum est, non illum vinci hostem solum, qui cadit in acie armis oppressus & viribus, sed multò tutius etiam tuba tacente, sub jugum mitti voluntarium, qui ipsa resensit, nec fortitudinem in rebelles nec lenitatem in supplices victori deesse.* Quem locum, & plura alia in hanc rem optimè expendit Simon. Majol. *in dieb. Canic. tom.* 3. *colloq.* 2. *de bellor. eventib. pag. mihi* 459. *& seqq.* Per. Fab. *d. l.* 2. *Semest. cap.* 3. *pag.* 24. & Pat. Franc. Suar. *in tract. de earit. disp.* 13. *sect.* 7. *ex num* 6. *& disp.* 5. *sect.* 5. *n.* 1. *& seqq.* ubi quòd ex præcepto caritatis teneamur, non odisse inimicos.

Et est videndus Div. August. ad Bonif. *epistol.* 207. relatus *in † cap. nol. i.* 23. *q.* 1. ubi bel-39 latores monet, ut sint etiam in bellando pacifici, utque eos, quos expugnant ad pacis utilitatem vincendo perducant & postea subdit: *Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas; sicut rebellanti, & resistenti violentia redditur; ita † victo, vel capto misericordia jam debe-*40 *tur: maximè in quo pacis perturbatio non timetur.* Quod præcipuè servandum est iis, qui Fidei, & Religionis Christianæ susceptæ, vel suscipiendæ causa nobis adjecti sunt: cum † hi statim ve- 41 lut filii, & vassalli legitimi fiant, juxta ea, quæ tradit Clem. Alexandrin. & ejus additionator *lib.* 1. *Stromat. cap. ult. pag.* 383. neque liceat ampliùs illis tamquam servis, aut jumentis uti, ut idem Clemens ostendit *lib.* 3. *Pædagogi, c.* 11. ex D. Paul. *ad Colossens.* 4. ubi ita dominis præcepit: *Domini, quod justum est, & æquum servis præstate, scientes quòd & vos Dominum habetis in cælo*: & certè, ut bene ibidem subjungit Gentian. Hervetus ex eod. D. Paul. *ad Colos.* 3. *& ad Galat.* 2. cùm ibi est novus homo, novus, *inquam*, qui in Baptismo veterem exuit hominem, non sit masculus & fœmina, Gentilis & Judæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, servus & liber: sed omnia, & in omnibus *Christus*, & omnes unum simus in *Christo*, † æquum est, ut domini se mitiùs non tantum 42 in subditos, verùm & in servos gerant, recordantes, quòd & servi, & domini unum, & eumdem habent Dominum. Atque hunc etiam † re- 43 ferri potest illud Matth. *c.* 17. *Ergo liberi sunt filii* quod latè explicans Lessius *lib.* 2. *de justitia & jure, c.* 2. *dub.* 5. inquit, quod † Fidei 44 susceptione mediante, à quintuplici servitute liberamur,

Primo à servitute, peccati. Secundò, à tyrannide diaboli, cui propter peccatum etiamus subjecti, Tertiò, à servitute concupiscentiæ, cui gratia destituti serviamus. Quartò, à servitute legis Moralis. Quintò à servitute legis veteris, præsertim cæremonialis, cujus jugum erat valdè grave, & quasi importabile, ut constat ex verbis D. Petr. Act. 15.

Quapropter D. August. *lib.* 1. *de sermone Domini in monte, c.* 19. relatus Mornacio *in l. justissimè, de ædil. edict. Non oportere*, inquit, *Christianum † sic possidere servum, quomodò* 45 *equum aut argentum, quamquam fieri possit, ut majore pretio valeat equus, quàm servus, & multò magis aliquod aurum, vel argentum, hominem enim*

enim homo tamquam semetipsum diligere debet. Et Pat. Ferdin. Rebell. *lib.* 18. *de oblig. just. quæst.* 23. *sect.* 5. utiliter resolvit, Romanorum
46 Pontificem † non solùm posse favore Fidei legem ferre, sed imò ut ferat expedire, ut quicumque ex infidelitate ad fidem *Christi* conversus, & baptizatus fuerit, omni humana servitute fiat liber.

47 Quod † pro Judæis à pluribus Romanis Pontificibus jam dudum sancitum esse, ostendimus *sup. lib.* 2. *cap.* 10. *ex num.* 73. *& cap.* 17. *n.* 3.
48 & satis † constat ex *Extravag.* 2. *de Judæis in communibus*, ubi Papa statuit, eos molestandos non esse, nec bonis privandos, præcipitque Rectoribus, & singulis officialibus, ne ullam illis molestiam inferant, nec ab aliis inferri permittant, sed ipsos ab injuriis & molestiis protegant, & defendant: ut sic de servitute ad libertatem transiisse percipiant, nec redire prætextu mendicitatis horribilis ad dimissam perfidiam compellantur, quæ allicere debent Judæos ad Fidem
49 Christianam sumendam. Quamvis † hoc parùm servari tradat, & justè doleat Petr. Surd. *in tract. de sententiis provision. art.* 3. *glos. ultima, vers. Decimoquarto.*

Quia ex usurpatione tyrannorum, & Principum, in quorum territoriis convertuntur, omnibus bonis spoliari solent, & multis injuriis, & ludibriis afficiì quod in causa esse inquit, ut
50 pauci convertantur, necnon etiam † ut qui de novo ad Fidem nostram conversi sunt, miserabilium personarum haberi soleant, eorumque privilegiis uti debeant, ex doctrina Innocent. *in cap. Judæi, de Judæis*, Barbat. *in cap. significantibus, de offic. deleg. in fine*, & Palac. Rub. *in cap. per vestras, notab.* 2. *num.* 11.

Et generaliter, quoscumque Servos, quos *Esclavos* dicimus, Romæ Baptismum suscipientes, & ad conservatores urbis pro petenda libertate confugientes, ea ex antiqua ejusdem urbis consuetudine donari solitos, aperte constat ex constitutionibus Pauli III. & aliis Rom. PP. quas refert Petr. Matth. *in sua summa, pag.* 536. ubi illam consuetudinem reintegrari, & observari jubent.

Quam sententiam juvat etiam, quòd cùm Indi subacti Christiani sint, imò & ad eum finem subligantur, ut Christianam Religionem recipiant, servi effici nullatenus possunt. Nam † re-
51 cepta jam, communi omnium Christianorum jure, consuetudo introduxit, ut Christiani à Christianis capti, servi non efficiantur: cùm omnes sub uno Crucis signo militent, unicamque Rempublicam constituant, & ejusdem Dei urbis cives, & participes sint, atque adeò inter eos legis Corneliæ postliminii fictiones non observatur, ut docent Bartol. & reliqui communiter scribentes *in l. hostes, ff. de captivis*, Abb. Panorm. & alii *in cap. sicut* 3. *de jur. jurand.* Joan. de Terrarubea, contra Rebell. *tract.* 1. *art.* 10. *versic. Decimaseptima conclusio, fol.* 93. *col.* 4. & plures alii, quos refert, & sequitur Covar. *in d. regul. peccatum* 2. *part.* §. 11. *n.* 6. Boër. *decis.* 178. Læl. Zechi. *de Princ. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 4 *pag.* 90. Per. Vinsfeld. *de injur. cap.* 8. *quæst.* 2. *conclus.* 10. *pag.* 550. Anton. Costan. *var. quæst. jur. cap.* 4. *ex num* 20. Petr. Matth. *ubi sup. pag.* 537. Salon. *dict. art.* 1. *col.* 350. *versic. Circa hanc ultimam*, Bannez *dict.* 2. 2. *q.* 40. *artic.* 1. *dub.* 12. *in princip.* Victoria *de jure belli, n.* 42. Pat. Franc. Suarez *in tract. de legib. lib.* 2. *cap.* 20 *num.* 8. *pag.* 115. *& in tract. de charit. disp.* 13. *sect.* 7. *ex num.* 13. Pat. Salas *in tract. de legib. dict.* 2. *sect.* 3. *num.* 22. *& disp.* 20. *sect.* 3. *num.* 12. P. Molina *de justitia & jure, tract.* 2. *disp.* 33. *col.* 158. *& disput.* 317. *col.* 461. Joseph. Gonzalez *var. quæst. cap.* 38. *num.* 40. Calist. Remir. *de lege Regia Arag.* §. 30. *n.* 56. Simon. Majolus *d. colloq.* 2. *de bellor. event. pag.* 28. *&* 430. Marq. *in dict. lib.* 1. *cap.* 2. & novissimè Ægid. Bened. *in l. ex hoc jure, de just. & jure, tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 7. *& sequenti*, quod in Gallia ita observatur, ut non solùm ibi nulli homines servi efficiantur, verùm ubi semel ejus finibus exteræ gentis servus pedem intulerit, ex peculiaribus ejus legibus, liber constituatur, ut docet Bodinus *lib.* 1. *de Republica, cap.* 5. Rebell. *de obligat. just. liber.* 1. *quæst.* 13. *num.* 7. & Anton. Mornac. *in l. vetus, quæst.* 75. *ff. de usufr.* Et † hunc morem
52 Christianos in servitute non detinendi, sed accepta interdum pecunia aliqua, quasi in capientium præmium, facilè dimittendi, justissimum & sanctissimum esse agnoscunt DD. *supra* citati, quamvis eum damnet Balduinus *in* §. *servi autem, num* 12. *&* 13. *inst. de jure person.*

Sed ne longè petitis argumentis, & emendicatis, quod ajunt, suffragiis uti videamur, in
53 † nostrorum Indorum specie, omnimodam eorum libertatem agnoscunt, & defendunt Episcop. Chiapens. *in tract. comprob. suprem. dom. Ind. fol.* 74. *& in tractat. de las Encomiendas, ratione* 11. Petr. Malferit. *in cons.* 769. apud Mandeli. *lib.* 4. *num.* 25. *&* 101. Victoria passim *in* 1. *relect.* 2. *num.* 6. *& ult.* Bannez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 10. *per totum*, & præcipuè *col.* 534. *vers. Ex his sequitur* Salon. *ubi suprà, col.* 351. *vers. Ex his sequitur*, Gregor. Lopez, *in l.* 5. *tit.* 14. *part.* 3. *verb. Que si el señor*, Molina *dict. tract.* 2. *disp.* 35. *&* 160. *in fine*, Rebell. *d. lib.* 18. *quæst.* 23. *sect.* 5. Joan. Matienzus *in l.* 12. *tit.* 19. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 1. *n.* 3. P. Emman. Roder. *in quæst. Regul.* 2. *tom. quæst.* 99. *art.* 4. Fr. Joan. *à Torquemad. in Monarchia Indiana, lib.* 5. *cap.* 14. *& lib.* 17. *c.* 19. Hieron. Benzo, & ejus additionat. *lib.* 2. *histor. Americæ, cap.* 17. *&* 18. Matienz. & Azeved. *in l.* 12. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop.* idem Azebed. *in l.* 8. *tit.* 9. *& lib.* 3. *Recop.* & elegantissimus Pat. Joseph. Acosta *de procurand. Ind. salute, lib.* 2. *cap.* 7. *pag.* 235. ubi ita concludit: *Atque illud tamquam totius actæ causæ firmamentum adjicimus, quod cùm in omnibus Regnis Indiarum tam multa prælia commissa sint, & tot nationes subactæ, nullum tamen genus Indorum servitutî subjecit Regia lex, quin potiùs Indos omnes & liberos esse, & suis rebus liberè uti declaravit, gravissimis pœnis propositis iis, qui veluti jure belli captos sibi manciparent.*

Quod etiam Nos aliud agentes, tetigimus & probavimus *supra lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 78. *& c.* 9. *num.* 17. *&* 74. ubi inter alia meminimus † piæ
54 illius, & elegantis Pauli III. R. P. decisionis, qua Indos omnes utriusque Indiæ, Orientalis scilicet, & Occidentalis veros homines esse, declaravit, & licet extra Christi Fidem existerent, libertate tamen ac rerum suarum dominio privatos, & privandos non esse, sed esse verè liberos, & non servos, & ad Fidem Christianam verbi Dei prædicatione, & exemplo bonæ vitæ invitandos esse, ac secus quidquid fieri contigerit, irritum & inane.

Quod ut melius impleri posset, & aliæ simul jussiones Regum nostrorum ad eumdem finem tendentes, hujus rei curam & executionem Illustriss. Cardinal. Tavera Archiep. Tolet. his pilssimis verbis injunxit: *Paulus Papa III. &c. Dilecte fili noster, salutem & Apostolicam benedictionem. Pastorale officium erga oves nobis cœlitus creditas, solerti studio exercentes, sicut earum perditione afligimur, ita promotione lætemur, & non solùm illorum bona opera laudamus, sed ut votivis perfruantur eventibus Apostolicæ meditationis curas diffusius interponimus. Ad nostrum siquidem pervenit auditum, quòd Carissimus in Christo filius noster Carolus Roman. Imperator semper Augustus, qui etiam Castellæ, & Legionis Rex existit, ad reprimendos eos qui cupiditate æstuantes; contra humanum genus inhumanum gerunt animum, publico edicto omnibus sibi subjectis prohibuit, ne quisquam Occidentales, aut Meridionales Indos in servitutem redigere, aut eos bonis suis privare præsumat. Nos igitur attendentes Indos ipsos, licèt extra gremium Ecclesiæ existant, non tamen sua libertate, aut rerum suarum dominio privatos, vel privandos esse, & cùm homines, ideoque fidei & salutis capaces sint, non servitute delendos sed prædicationibus, & exempli ad vitam invitandos fore ac propterea etiam Nos talium impiorum tam nefarios ausus reprimere; & ne injuriis, & damnis exasperati, ad Christi Fidem amplectendam duriores efficiantur, providere cupientes. Circumspectioni tuæ, de cujus rectitudine, providentia, pietate, & experientia in his, & aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium, seu alios præfatis Indis omnibus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, universis & singulis cujuscumque dignitatis, status, conditionis, gradus, & excellentiæ existentibus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, si secus fecerint, ipso facto incurrenda, à qua non nisi à Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, & satisfactione prævia absoluti nequeant, districtius inhibeas ne præfatos Indos quomodolibet in servitutem redigere, aut eos bonis suis spoliare, quoquo modo præsumant ac contra non parentes ad declarationem incursus excommunicationis hujusmodi ad ulteriora procedas, & alio in præmissis, ea necessaria, seu quomodolibet opportuna statuas, ordines, & disponas, prout prudentiæ probitati, & religioni tuæ videbitur expedire. Super quibus tibi plenam & liberam facultatem concedimus per præsentes, contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Pet. sub annulo Piscatoris die* 18. *Maii.* 1537. *Pontificatus nostri anno tertio. Blosius.*

55 Et idem sensisse, ac jussisse † videtur Clemens VIII. dum in alio Brevi Apostolico, ad has provincias misso, sic exorditur: *Nos igitur etiam ad partes à Curia Romana longo terrarum, ma-*
riumque intervallo distantes, aciem nostræ Majestatis reflectentes, ac Christi fideles illarum partium, tamquam teneros novæ plantationis palmites, sua mansuetudinis imbre irrigare volentes.

Sed in hoc dici vix † potest, quantum Re-56 gum Catholicorum cura, piusque & solicitus labor splendeat, cùm tam vivi, quàm morientes nihil prius, aut antiquius habuerit, quàm Indorum spirituali & temporali saluti consulere, & eorum audaciam compescere, qui illos in servitutem, quovis colore quæsito, ducere præsumebant. Quod satis ostendit clausula testamenti Elisabetnæ Reginæ Catholicæ, & enixæ jussiones, quas *in cap. præcedenti ex num.* 28. congessimus, & plurimæ aliquarum luculentam narrationem facit Ant. de Herrera *in dict. hist. gener. Ind. decad.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. 11. *&* 12. *& lib.* 7. *cap.* 12. *& decad.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. ex quibus constat, summo semper studio curasse, & omnibus Ducibus, Gubernatoribus, ac militibus sub gravissimis pœnis in mandatis & instructionibus præcepisse, ut Indos in sua naturali libertate relinquerent, eodemque jure, ac cæteros, ipsorum Regum vassallos censerent, serioque † & nimis asperè Christophori Columbi excessum 57 reprehendisse, quòd trecentos Indos ex insula Sancti Dominici in Hispaniam miserat, & inter amicos, tamquàm servos, per procuratores suos distribui mandaverat, eosque in patriam reduci & libertate donari sub mortis interminatione jussisse.

Posteà quoque, cùm † sub Imperatore, ac 58 Rege nostro Carolo V. petulantes aliqui milites quam plures Barbaros ex diversis insulis caperent, & in alias traductos, tamquam servos, imò verius tamquam pecudes venderent, & auro, margaritisque legendis, metallis fodiendis, & aliis laboriosis operibus mancipatos, absumerent: aliæ plurimæ, & severissimæ leges editæ sunt quibus omnes generaliter Indi suæ libertati restitui, in eaque tueri jubentur, causis, & rationibus, quæ in contrarium prætexebantur, insuper habitis. Quarum legum, & ordinationum curam ad pietatem merito referunt, & extollunt Acost. Molin. Rebell. & alii Auctores suprà relati, easque his commentariis inserere, non gravaret, nisi omnes ferè jam typis excusæ reperirentur *in* 4. *vol. sched. ex pag.* 361. *ad* 381. ubi etiam Indos Brasilienses, vel ex India Orientali ad has Occidentales adductos, aut Mauritum infectione perversos, eodem jure censendos esse præcipitur.

Historiam verò earumdem legum, & crebras ac singulis fermè diebus repetitas, ad eas ferendas, & efficacius exequendas consultationes, passim, ultra alios, in suis decadibus narrat, & colligit Anton. de Herrera *in d. histor. gener. Ind. decad.* 3. *lib.* 9. *cap.* 2. *& lib.* 10. *cap.* 10. *& decad.* 4. *lib.* 4. *cap.* 3. *&* 10. *lib.* 5. *cap.* 2. *lib.* 6. *cap.* 9. *lib.* 9. *cap.* 14. *lib.* 10. *cap.* 5. & alibi sæpè.

Et licèt † aliquando bellum geri, & servitutis jure uti permissum fuerit adversus nonnullos In-59 dos *Canibales, Caribes*, & *Colchimecas* vocatos, & adversus alios, qui nimis Barbari, & rebelles esse dicebantur, vel antropophagi, aut omni-

nino efferati, & inhospitales, & Regibus, Regisque Consiliariis, sinistris quibusdam relationibus deceptis, verius quàm informatis ut refert idem Herrera *decad. 1. lib. 6. cap. 10. lib. 8. cap. 12. lib. 9. cap. 13. lib. 10. c. 16. & decad. 2. lib. 1. cap. 8. lib. 2. cap. ultim. lib. 10. cap. 5. & decad. 3. lib. 8. cap. 10. & decad. 4. lib. 7. cap. 6.* Postmodum tamen securius, & congruentius visum fuit, ut prædictis permissionibus non obstantibus, hi quoque Indi naturali suæ libertati restituerentur, & suavioribus, quibus fieri possit, mediis ad Christi caulas, & voluntariam nostrorum Regum obedientiam adducerentur, ut constat *ex l. 21. Indiar.* quam refert, & laudat Matienzus *in lib. 12. titul. 10. lib. 5. Recop. glos. 1. num. 3.* & ex aliis plurimis, quæ habentur *in dict. 4. vol. schedul.*

60 Et enim, † etsi inficiendum non sit, aliquando Indos apostatas, contumaces, & nostris insidiantes, aut rebellantes, bello puniri, & servitutis jugo compesci posse, ut de Indis Chilensibus, & aliis diximus *supra hoc libro cap. 4. n. 6.*

61 *& sequentibus.* Cùm tamen † primis illis temporibus nimis à Ducibus & militibus in capiendis, & vendendis quovis colore Indis, excessum fuisser, ut probat, & plorat Episcop. Chiap. *in peculiari tract. de Indis, qui effecti sunt servi*, & Ant. de Herr. *decad. 1. lib. 8. cap. 9.* sanctè, & prudenter omnes indistinctè propter dubium libertate donari nostri Reg. statuerunt, ut bene considerat idem Episcop. Chiap. & Mol. *de just. & jure, dict. tr. 2. quæst. 35. in princ.* ubi adducit simile

62 † de filiis parvul. Granat. rebellium, qui à Philipp. II. liberi etiam declarati sunt propter opinionum varietatem, licèt eidem Auct. verè servos esse probabilius videatur, in quo eam dem historiam referens, contrariam sententiam, & sic dictos parvulos liberos esse, aliis relatis, probat, & sequitur Mag. Bannez *in 2. 2. q. 40. art. 1. dub. 12. col. 1122.*

Et licèt † quod in simili casu de mercatore 63 grecis Æthiopum, qui dubitat, an aliqui ex illis justè servi effecti sint, nec potest eos ab aliis distinguere, tradit Rebell. *de obligat. just. lib. 1. quæst. 10. sect. 1. num. 4. vers. Addunt aliqui.*

Est enim † libertas res inæstimabilis, ac propterea cunctis rebus favorabilior, & cui semper 64 in dubiis causis deferre reneniur, *l. libertas, l. quoties dubia, ff. de regul. jur. l. lege Julia, ff. de manum. testamen. l. inter pares. ff. de re jud. §. fin. instit. quibus ex caus. manum. licet, cap. licèt, de conjug. serv. cap. fin. de sent. & re jud.* Unde † libertatis favore multa contra communes juris 65 regulas statuta sunt, *§. fin. instit. de donat.* & ejus datio pia, & meritoria censetur, *l. 1. versic. Sin autem*, & ibi Bald. *C. de com. servorum* cum pluribus aliis, quæ congerit Tiraquel. *de privileg. pia causæ in præfat. versic. Limita quod dictum est, & privileg. 9. in fine*, Menchaca *de succes. progressu, lib. 3. §. 27. num. 18.* Nihil † gratius ea præstari potest, cum in quacumque 66 fortuna hominem beet, & ejus privatio mortalitati comparetur, *l. Paulus, §. 1. ff. de fidei comm. libert. l. servitutem, ff. de regul. jur.* ubi Petr. Faber, & Rævard. *l. qui mortui, ff. de verb. signif.* Lucas de Pena Quintiliani locum adducens *in l. 1. C. ne quis liber invitus, actum Reipub. gerere cogatur*, cui simile est aliud D. Ambros. *lib. 3. offic. cap. 14.* dum servitutem liberis omni supplicio graviorem esse inquit.

Quo † etiam ex fonte haurire, & defendere 67 facilè possumus, prædictarum legum, sive schedularum, & ordinationum Regiarum praxim, dum jubent, omnes generaliter Indos de plano, ac levato (quod ajunt) velo, seu breviter, & summariè in libertate constituendos esse, quamvis in figura, & quasi possessione servitutis reperiantur, si domini illico justo, & legitimo bello se eos habuisse non demonstraverint, quibus hoc in casu probationis onus injungitur. Si enim earum verba habent, & præcipue legis an. 1543. & epistolæ an. 1545. missæ ad Regiam Cancellariam insulæ Hispaniolæ, & alterius anni 1548. & schedulæ anni 1553. missæ ad Cancellariam Mexicanam, quæ extant *dict. 4. t. pag. 370. & seqq. Ordenamos y mandamos, que las Audiencias de las nuestras Indias, llamadas las partes, sin tela de juicio, sumaria y brevemente se la verdad sabida, pongan en libertad á los Indios que se hubieren hecho esclavos contra razon y derecho, y contra las provisiones, é instrucciones por Nos dadas, si las personas que los tuvieren por esclavos no mostraren titulo como los tienen, y posten legitimamente: y la orden que cerca de ello debeis tener, es que en lo que toca á los esclavos hechos por via de guerra, ante todas cosas: sin esperar mas probanza, ni haver otro mas titulo, sin embargo de qualquier posesion que haya servidumbre, ni que esten herrados, pronunciareis por libres todas las mugeres de qualquier edad, y todos los varones niños que eran de catorce años á baxo al tiempo que los tomaron, que sehayan tomado en qualquier guerra, entradas, ó rancherias que se havan hecho en tierra de Indios, amigos ó enemigos, por que estos no se pudie on hacer esclavos, aunque fuese por ocasion de rebelion. Y á los que se hubieren hecho esclavos en guerra, que no sean de los susodichos, si el poseedor no probare, que el Indio que tiene por esclavo fue havido en guerra justa, y que se guardo y cumplio en ella las diligencias forma dada por Nos, dar los heis por libres, aunque no se pruebe por Indios cosa alguna, por manera que carguels la probanza al poseedor, y no al Indio, aunque esten herrados, y tengan carta de compra, ó otros titulos de poseedores de ellos, porque estos tales por las presunciones que tienen de libertad en su favor, son libres, como vasallos &c.* Et idem serio, graviterque præcipitur in ordination. anni 1563. datis huic Regiæ Cancellariæ Limensi, & aliis, Indiarum, capitulo 70. ibi: *Procurando que los dichos Indios sean mui bien tratados, é instruidos en nuestra santa Fé Catholica, y como vasallos nuestros libres que este ha de ser su principal cuidado, y de lo que principalmente hemos de tomar cuenta, y en que mas nos han de servir.*

Etenim † licèt regulariter ii, qui in possessio- 68 ne, & statu servitutis morantur, servi judicari debeant, *l. moveor, C. de servis exportan.* Illisque ad libertatem proclamare volentibus, ejus probandæ necessitas incumbat *l. liberis 7. §. fin. ff. de liber. caus. l. non ideo in fine, C. eod, l. vis ejus, C. de probat. l. 27. titul. 24. p. 7.* cum aliis traditis ab Azone *in summa, C. ubi causa stat* ubi cum

hoc firmiter tenendum dicit. Ubi tamen qui ità possidentur, facto potiùs quàm jure, & per vim, ac dolum se in servitutem deductos, & detentos allegant, atque queruntur, possessor quoque, sive detentor suæ possessionis titulos & causas probare tenetur, ne aliàs fraudem suam fateri videatur, ut eisdem ill s juribus admonemur, quibus consonat text. *in l. filius in fine, l. circa eum, l. si quis, ff. de probat. & l. eum quæ, C. de liberali causa*: quia ut tradit Bartol. *in dict. l. liberis, §. fin.* post glos. ibi *verb. Dolo malo*, & Paul. de Castro *in l. ad probationem, la 2. C. de probat.*

69 possessio † visiola non relevat quem ab onere probationis, *l. sive possidetis, C. de probat.* optimus text. *in cap. ad decimas, de restitut. spoliat.* melior textus, & in quo hæc praxis magis quàm

70 in superioribus declaratur, † *in l. 5. titul. 14. part. 3.* ubi Gregor. Lupus *verb. Que si el señor*, ita in nostris terminis notabiliter inquit: *Et ex hoc patet justitia illius legis editæ contra tenentes Indos in possessione servitutis, quæ pronunciata fuit anno 1523. in oppido de Madrid, licèt prius data Burchinonæ anno proximo præcedenti.*

Et idem in similibus casibus resolvit Otalora *de nobil. cap. 2. 2. part. 3. partis principal. n. 4.* Fulv. Pacian. *de probation. lib. 2. cap. 19. à n. 1. & num. 9.* & Cevall. *practi. comm. tom. 4. q. 900. à num. 121.* Maximè quando contra possidentem

71 extat juris naturalis † constitutio, quæ omnes homines liberos, ut diximus, fecit, & nisi peculiari aliquo, & justo titulo in servitutem devenisse probetur, eos in primitivo illo, & naturali statu manere præsumit, ut pluribus probat Bursat. *cons. 8. num. 17. & cons. 46. num. 23. l. 1.* Tiber. D cian. *cons. 33. num. 50. & 53. vol. 1.* & latè Mascard. *de probation. vol. 2. conc. 977.*

Quibus ita suppositis, & probatis, parum aut nihil obstabunt argumenta, quæ in contrarium pro Indorum servitute perpendimus. Nam ad primum respondetur, fatendo quidem ex jus-

72 tis, & legitimis bellis servitutem induci, † Indos tamen numquam, aut rarò ea intentione, & justificatione impetitos fuisse, ut capti servitutis jugo submitti deberent, cum potiùs, ut sæpè diximus, & probavimus, pro eorum commodo, & utilitate Catholicorum Regum expeditiones ordinarentur, & eorum barbaries, aut hebetudo non sufficerent, ut in numero servorum civilium haberi possent, ut præter alios tradit Victor. *dict. relect. 1. de Indis, num. 23. in fine*, & *in 2. relect. num. ultim.* Neque etiam † aliquando in Hispanos irruisse, aut rebellasse

73 prætexatur. Tali enim in casu, ut inquit idem Victoria *in dict. 2. relect. num. 16.* licèret quidem Hispanis se defendere & servato moderamine inculpatæ tutelæ, agredientes, aut rebellantes compescere, non tamen alia belli jura in eos exercere, quæ diversa esse debent adversus homines verè noxios, & injurios & adversus innocentes, & ignorantes, & justo aliquo timore, vel terrore, sibi caventes. Sicut etiam aliter vitandum est scandalum Pharisæorum, aliter

74 pusillorum, & infirmorum. Et quia † nunquam potest justum esse bellum, ubi nulla eo digna præcessit injuria, ut docet S. Thom. 2. 2. *quæst. 4. art. 1.* & late Par. Suar. *in tract. de charit. tract. 3. disp. 13. sect. 4. à num. 1.*

Secundo † non obstat secundum argumen- 75 tum ex opinione Menchacæ deductum, qui etiam ex injusto bello justam captivitatem induci posse, contendit. Nam hæc sententia manifestè convincitur ex juribus, & auctoribus *supra num. 6.* citatis.

Nec eam juvat, quod Menchaca supponit, bellum scilicet ex utraque parte justum dari non posse. Nam † licèt in quoad veritatem pro- 76 cedat, opinione tamen hominum, & quæ ex propriis affectionibus suas injurias metitur, benè potest utrumque justis, vel saltem apparentibus rationibus decertari, ut præclarè docet Victor. *in relect. de jure belli, num. 32. & sequentibus*, Covarriuv. *dict. reg. peccatum. 2. part. §. 10. num. 6.* Sot. *libr. 5. de just. & jur. quæst. 1. articul. 7.* Gregor. de Valencia *tom. 3. Comment. Theol. disput. 3. quæst. 16. de bello, punct. 2. vers. Novo certum est*, & Pat. Suar. *ubi sup. sect. 6. ex num. 1.* & Mag. Marquez *in Gubernat. Christ. pag. 313.* Unde qui nullam veram, aut saltem verosimilem causam ex sua parte haber, justè bellare non poterit, & longè minus tali bello captos sibi servos efficere.

Præterquàm quod ut daremus simpliciter, ex quovis bello etiam injusto captivitatem induci posse, id † tamen procederet, si auctoritate 77 Principis, superiorem non recognoscentis, tale bellum indictum esset, & forma ab ipso tradita in bellando servata fuisset. Quod omnino in quovis bello inferendo desideratur, ut constat *ex l. 1. C. ut armor. usum l. 11. & quid culpatur 23. quæst. 8. num. 17. & con. 46. num. 23. l. 1.* Tiber. D cian. *cons. 33. num. 50. & 53. vol. 1.* & latè Mascard. *de probation. vol. 2. conc. 977.* Bart. *in l. hostes num. 9. ff. de captivis.* Doct. communiter, præcipuè Paul. Castrens. Jason. & Fortun. Garcia *in dict. l. manumissiones, & in l. ex hoc jure, ff. de just. & jure*, Andr. de Isernia *in tit. ul. quæ fuit prima causa benef. amitt. §. item si i ter cæteros*, Petr. Bellin. *in tract. de re militari 1. part. titul. 5. & 2. part. tit. 12.* Franc. Arias *in tract. de bello, & ejus justitia, num. 58. & seqq.* Covarr. *dict. reg. peccatum 2. part. §. 11. num. 8. vers. Ad hæc leges, eod.* Menchac. *dict. lib. 1. controvers. cap. 9. num. 15.* Castro *lib. 2. de justa hæret. punit. cap. 14.* Victoria *in relect. de jure belli, num. 53.* Bannez *in 2. 2. quæst. 40. art. 1. vers. Dubitatur quartò col. 1182.* optime Molina, qui allos allegat. *d. tract. 3. de just. & jure, disput. 100. & seqq.* Camill. Borell. *de præstan. Reg. Cathol. cap. 32. ex num. 3. & num. 98. & sequentib.* & novissimè D. Melchor. de Valencia *illust. tract. jur. tract. 2. cap. 5. num. 16.*

Unde † antiqua Augustali lege ita cavebatur: *Si quis privatim sine publico scito pacem bellumve fecerit capitale esto.* Reliquè † Majestatis 79 dicuntur, qui invito, aut inconsulto Principe, quovis modo audent bellum inferre, ut dixi *in cap. præcedenti num 9.*

Quapropter cùm ad debellandos Indos Principis auctoritas, & licentia regulariter non intervenerit, sed imò contrarium sæpèsæpius edixerint, ut passim probavimus, † non potuerunt ex 80 ejusmodi bellis in legitimam servitutem deduci, non magis, quàm si à pyratis, aut latrunculis caperentur, *l. postliminium, §. à pyratis, l. hostes. 24. l. latrones 27. ff. de captivis, l. hostes ff.*

de

de verb. sign. l. qui à latronibus, ff. de testam. cum aliis, quæ tradit Bellin. *dict. tit. 12. num. 6.* Covarr. *dict. num. 8. vers. Ipse denique* Gregor. Lop. Madera *lib. singula animad. cap. 18. n. 4.* Alber. Gentilis *tract. de legation. lib. 2. cap. 9.*

81 Et hinc † meritò dixit Bald. *in cap. 1.* hic finitur lex Conradi, *num. 6. in usib. feudor.* injusta bella esse manifesta latrocinia: & magis in terminis Pat. Molina *ubi suprà, disp. 101.* Quod

82 etiam ubi † bellum justum, & legitimum est, si tamen milites contra expressam, aut præsumptam voluntatem supremi Principis, qui bellum indixit, aut Ducum, à quibus reguntur, etiam dum sunt in ipso bello, aliquid excedunt, & audent, utique sine legitima auctoritate id efficere judicantur, ac proinde peccatum committunt, & ad restitutionem damnorum, quæ dederunt, tenentur, juxta distinctiones quas ibidem subjungit, apponens exemplum in excessu belli Lusitanici sub Albano Duce. Et idem in specie servitutis ipsorum Indorum, de quibus tractamus concludit Episcop. de Chiapia *in dict. tract. de Indis servis effectis, fol. 2.*

83 Ad tertium verò argumentum, † quod *ex l. postliminii 5. §. In pace, ff. de captivis*, & Petri Bellini opinione deduximus, facile respondetur, Pomponii verba, ad tuendam Indorum servitu-

84 tem, nullo modo conducere. Nam † quamvis citra bellum, & hostilem causam, extraneas gentes capi posse, & servos fieri tradat: Intelligi tamen debet de iis, qui nobis inimici erant, & semper ad nocendum parati, licèt actu adversus eos bel-

85 lum non exerceretur, † neque hostes verè appellari possent, quia non erat eis solemni more bellum indictum, juxta *dict. l. hostes 24. eodem tit. & l. hostes 118. & l. quos nos 234. ff. de verb.*

86 *signific. l. 7. tit. 33. part. 7.* Et ea † quæ de clarigatione, & belli apud Romanos indicendi forma tradunt Alciat. Brech. Forner. Rebuf. & Geddæus ibidem, Brisson. *lib. 2. select. cap. 6. & 7.* Alexand. ab Alexand. *lib. 1. genial. cap. 12.* & Petr. Gregor. *lib. 19. Syntagmat. cap. 12.* D. Valentia *ubi supr. num. 17. & 18.*

Et hoc est quod ad interpretationem ejusdem textus adnotare voluit Accursius ibidem, *verb. Hospitium*, quem sequuntur Odofred. Alberic. & alii, & idem Albericus post Joan. Fabr. *in l. cum cognatum, C. de ingen. manumissis.* Cæterum si Pomponio proponeretur gens aliqua, quæ nec usquam nobis infesta fuit, nec esse cogitabat, qualis hæc Indorum esse comperitur, dubitandum non est, quin contrarium respondisset.

87 Nam † sola ratio, quod gens illa extranea esset, & nullo nobis fœdere, aut amicitia conjuncta, sufficiens esse non poterat, ad capiendos, & servos efficiendos illos, qui ex ea natione ad nos securi, & pacifici bonâ fide adventassent, cum natura ipsa inter omnes homines cognationem, & necessitudinem quamdam constituat: & consequenter alios aliis insidiari nefas sit, *l. ut vim. de just. & jure*, cum aliis, quæ congessi *suprà lib. 2. cap. 13. num. 12. & 85.* Præsertim cum eodem naturali jure dictante, hominibus per regiones quantumvis extraneas & remotas peregrinandi jus sit, eoque citra injuriam privari non possint, ut plenè etiam observavi *eod. lib. 2. cap. 20. n. 34. & sequentib.*

Et eodem modo respondere possumus ad text. *in l. mulier. 6. ff. eodem titul. de captivis*, ubi mulierem à latrunculis exteræ gentis captam, & jure commercii venditam, verè servam effectam, & postliminii jus in ea observari Pomponius ostendit, quamvis aliter explicet Valentia *ubi sup. num. 12.*

Quibus adjicio, quòd quamvis admitteremus casu aliquo, verum, & justum esse posse illud Pomponii responsum, simpliciter, & absolutè prolatum: intelligendum planè esset in extero capto dum vadit ad extraneos: non † au- 88
tem in extraneis, alieno Orbe quæsitis, & in propriis laribus quietè, & securè degentibus, inopinatisque nostrorum classibus impetitis: quales fuisse constat hos Indos, de quibus tractamus: hi enim ob id tantùm quòd extranei essent, nullo jure, aut ratione servi effici possent: prout † tandem agnoscit Petr. Bellin. *dict. titu-* 89
lo 12. subjiciens, hac fortè de causa motos Reges Hispaniæ, pro Christiana pietate, quam summè colunt, jussisse, illas gentes, si Christo initiarentur, suis legibus liberas vivere. Quibus antea nobis, nec de nomine cognitis, nihil nec nos, nec Romani ipsi (si eorum tempore detegerentur) imputare possent, cur ad offerendam amicitiam, percutiendum fœdus, & jus hospitii ineundum non accessissent. Quæ † singula 90
qualiter à Romanis peragerentur, pulchrè ad interpretationem, & illustrationem illius textus (quem Accursius hac in parte non intellexit) observat Guillelmus Budæus *in annot. posterioribus ad Pandect. pag. mihi 194. & sequent.* Petr. Heiglus *miscell. q. 1. part. q. 11.* Renar. Choppin. *de doman. Franciæ, lib. 3. tit. 26. à num. 19.* & plures alii relati per Sebastian. Nævium *in sitemat. jur. ad eand. l. 5. & ad l. non dubito 7. eod. tit. de captivis*, & diximus aliqua *sup. lib. 2. cap. 15. num. 17.*

Denique † quarto argumento ex similitudine 91
Æthiopum servorum deducto, respondeo, magnum quidem bonum Barbaris istis in Fide, & aliarum rerum communicatione ab Hispanis collatum fuisse, hoc tamen servitutis irrogatione pensari non debere, quæ directo eidem bono repugnat. Nam † quamvis certum sit eos, qui 92
jure gentium verè sunt servi, per baptismi susceptionem jure civile, vel canonico inspecto, nequaquam liberos effici, *cap. si quis servum 1. & 2. 17. quæst. 4.* Cæsar. Ursilis *in addit. ad* Afflict. *decis. 151. num. 9.* Baeza *de inope debit. cap. 17. num. 31. & 32.* Brun. à Sole *in quæst. legalib. quæst. 17. num. 35. & quæst. 18. per tot.* Dec. *cons. 130. de pœna temporali* loquens, Tiraquel. *de pœn. temp. causa 25.* Pacian. *de probation. lib. 2. cap. 14. num. 20.* & Calist. Remirez *de lege Regia, §. 32. num. 14.* Eos † tamen qui natu- 93
ra sua liberi sunt, Sacramentum illud fortiùs in sua libertate confirmat. Quod Deus vult semper libere recipi, & suavibus, atque opportunis mediis, ac modis tractari, non verò per captivitatem, aut deceptionem, ut *sup. num. 35. & seqq.* latius consideravimus.

Unde meritò post Victoriam, Sotum, & alios, concludit Michael Salon. *in 2. 2. t. 1. quæst. 3. de domin. art. 1. col. 331. vers. Ex his sequitur, & col. seqq.* non aliter † Indos, & Æthiopes, 94
qui

qui à Lusitanis & Hispanis capiuntur, servos effici posse, quàm si volentibus Evangelium in illis regionibus prædicare, ipsi resistant, & ut resistentibus prædicationi Evangelicæ bellum inferatur: vel si ipsi existentes majores viginti quinque annorum, se ipsos sua sponte vendant, vel filios suos compulsi necessitate. Quod idem probat etiam Dominicus Bañez *in 2. 2. q. 10. articul. 10. col. 34. vers. Ex his sequitur*, ubi ne resistentiam quidem admittit, si postea Barbari resipiscant, quia hoc bellum cederet in scandalum Evangelii recipiendi. Et magis diserè Ludov. Molina *dict. tr. 2. disp. 106. in fide*, ubi

95 ait, † quòd quando bellum infertur, ad liberandum, & subveniendum innocentibus, ut in nostro casu, & ob bonum eorum, non autem ad recuperandum aliquid proprium, neque ad vindicandam propriam injuriam, non plus fas est bellantibus de bonis adversariorum sibi sumere, & usurpare, quàm expensas belli, & recompensationem injuriarum, & damnorum, si quæ ab adversariis inter bellandum acceperunt, reliqua verò debentur iis, in quorum gratiam pugnatur.

Neque magis hoc servitutis jus respectu illorum Indorum justificabitur, quos aliqui jure emptionis se possidere dicebant, eo quòd vel ipsi se vendidissent, vel ab aliis, qui eos beliis justis ceperant, venditi essent. Nam etsi verum sit, his modis legitimam servitutem induci, ut probant jura in argumento relata † in his tamen

96 Indiarum Occidentalium provinciale numquam, aut rarò ejusmodi bella, & jura servitutis exercebantur, ut benè probat Episcop. Chiapens. *in d. tract. de Indis servis effectis*, licèt Indorum mangones hos & alios colores prætexerent, ad eos capiendos, sive furandos, & servorum more vendendos, aut possidendos, atque ex aliis provinciis in alias transportandos. Quas cautelas, & damna ex illis sequuta sigillatim enumerat, & reprehendit Chiapens. *ubi sup.* Anton. de Herr. *in hist. gen. Ind. decad. 1. lib. 8. cap. 9.*

97 Estque † eis simile, quod de Phœnicibus in Hispaniæ nostræ historiis comperimus apud Florianum *lib. 2. cap. 11.* & Fr. Joan. à Ponte in conven. utriusque Monarch. *lib. 3. cap. 15. §. 5.* qui non solùm ab ea aurum, & argentum, &

98 pretiosa alia furati sunt † quibus Tyrus, ipsorum Phœnicum Metropolis, dirissima, & potentissima inter reliquas Orbis nationes eo tempore habita fuit, ut constat ex Isaia *cap. 23.* Ezechiel *cap. 26. & seqq. Oseæ cap. 9.* verum incautos quoque Hispanos, variis technis, & simulationibus furabantur, & in Phœniciam, aliasque provincias deductos tamquam servos vilissimos

99 distrahebant. Unde † à Tago, insigni, & aurifero Hispaniæ fluvio, *Tagorma*, sive *Thogormæ* nomen manasse, putat Dom. Gregor. Lop. Madera in Monarch. Hispan. *cap. 3. fol. 19.* cujus mentionem fecit Ezechiel. *dict. cap. 27.* dum inquit: *De domo Thogormæ equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum.* Sed quoniam *Thogormæ* nomen Hispaniæ non convenit, sed cuidam Phrygiæ Asiæ Minoris provinciæ, ut docent interpretes super *cap. 10.* Genes. Joseph. *lib. 1. antiquit. c. 6.* & Pontanus ubi suprà, congruentius, imò expressiùs de ea accipi poterunt

verba, † quæ idem Propheta statim subnectit: 100
Græcia, Tubal, & Moloch, ipsi institutores tui, mancia, & vasaærea adduxerunt populo tuo, certum est namque *Thubal*, appellationem, pro Hispania in sacris literis, & in aliis antiquis auctoribus usurpari, ut diximus *suprà libr. 1. capit. 15. num. 51.*

Porrò † qui ita homines liberos capiunt, aut 101
rapiunt, eorum justam servitutem non adipisci, sed gravissimum plagii crimen committere, ejusque pœnis teneri, apertè constat ex Deuter. *c. 24. l. 1. & per totum, ff. & Cod. ad leg Flav. de plagiariis, l. 22. tit. 14. part. 7. Alciato lib. 1. Parerg. cap. 13.* † Qui multum laborat in expo- 102
nendis verbis *l. ult. Cod. ad leg. Flav. de plagiar.* quæ sibi contraria esse videntur; sed rectè ex C. Theod. restituuntur à Duaren. *lib. 2. disp. cap. 20.* ubi aliqua de eodem delicto commemorat, & plura Jul. Clar. & Bajard. *in prax. crim. §. fin. q. 68. verb. Plagiarius*, Menoch. *de arbitrar. casu 536.* & Petr. Gregor. *lib. 36. Syntag. cap. 31.*

Et ut concederemus, aliqua bella, & servitutis jura inter hos Indos Occidentales cognita, & usitata † fuisse, ut inter Mexicanos usitari soli- 103
ta, tradit Chiapa *ubi suprà, fol. 10.* Ant. de Herrera *decad. 3. lib. 4. cap. 17.* in fine, & Fr. Joan. à Torquem. in Monarch. Indiana *lib. 14. cap. 15.* & sequentibus. Adhuc † tamen ut idem Chiapa 104
prosequitur, multum dubitari posset, an Indi à nostris hoc colore possessi, servi esse deberent, cùm sibi de illorum bellorum justificatione non satis constaret: maximè posquam omnes ad Fidem conversi sunt: † cùm ea restitui soleant, 105
quæ modo, vel tempore infidelitatis illicitè acquisita erant, ut dicimus in habente plures uxores, & in usurario, *capit. gaudemus de divortiis, cap. post miserabilem de usuris, cap. Judæi de conseer. dist. 4. capit. 1. & per tot. dist. 11. & 12.* & tractat optimè D. Augustin. *lib. 19. de Civit. Dei, cap. 17. & 19.* Tenemur † quippe Christia- 106
ni ex præcepto divino ad tollendas, & evitandas malas leges infidelium, vel saltem ad non operandum secundùm eas, ne videamur, illas approbare, ut inquit D. Paulus 1. ad Corinth. *cap. 8. & Rom. 10.* D. Thom. *2. 2. quæst. 124. art. 5. & quæst. 3. artic. 2.* Et † qui à latronibus com- 107
parasse soliti sunt, latrones judicari solent, *l. incivile. C. de sortiis* ibi: *Cavete igitur cautius negotiari, ne non tam in damna hujusmodi, sed & criminis suspitionum incidatis.*

Quibus etiam rationibus † difficilem, & cœ- 108
nosam, milleque scrupulis plenam reputat Lud. Molina *dict. tract. 2. disput. 35. & 36.* Æthiopum mancipiorum nundinationem, quæ à Lusitanis plurimum frequentatur, dicentibus, se illos ab aliis Æthiopibus emisse, qui inter se intestinis bellis digladiantur. Additque, paucos ex mangonibus visos esse, quibus hæc negotiatio profecerit, & plura infortunia non adduxerit, quamvis nimis quæstuosa videatur: † ementes 109
tamen ab illis in utroque foro securos esse, modo non sciant, vel dubitent, quod illi servi, qui sibi venduntur, sunt injustè, & illicitis modis quæsiti. Quod idem tamdem post longam disputationem resolvunt Sot. *lib. 4. de just. & jure, quæst. 2. articulo 2.* Ledesm. *in 2. 2. quæst. 18.*

articul. 1. dub. 11. post secundam conclusionem, & novissimè Augustin. Barbosa *in Pastorali, 1. part. titul. 3. cap. 2. num. 37.* Maximè si verùm est, ut fama fert, quod jocalibus ad naves usque pelliciuntur, & ad nos, velint nolint, exportantur, vel quod plurimi parvo pretio comparantur, quod etiam efficit servitutem injustam.

110 Nam ad hoc, † ut quis possit effici servus in perpetuum, debet pretium esse æquale servituti, ut per Navarr. *in Manuali capit. 23. num. 95.* & Molinam *disput. 33. column. 163.* Quibus consentit Mercar. *lib. 2. de contract. capite 29.* & Rebell. *de obligat. just. lib. 1. quæst. 10. sect. 1. & 2.* Ubi *ex n. 23.* cum Molina *d. disput. 35. con-*

111 *clus. 1. & 3.* de illis † mancipiis agere incipit, quæ ex India Orientali adducuntur; & concludit, justè ibi à mercatoribus, & ubique emi, si ex illis Regnis sint, quibus cum bellum justum Lusitani gerunt, & eodem belli tempore exportentur. Japponienses autem, aut Sinas servos effici non posse, idque sæpè Regiis Lusitaniæ ordinationibus cautum, nisi forte se ipsos, aut filios suos causa famis, vel urgentis necessitatis vendiderint, quo sæpè facere solent.

112 Quæ omnia notatu dignissima censeo, † propterea quod hisce ultimis annis plurimæ lites à dictis Orientalis Indiæ mancipiis ad libertatem proclamantibus in hoc Regio Limano Conventu institutæ sunt, & variantibus judicum sententiis terminatæ. Quidam enim eos statim liberos declarabant, illarum schedularum seriem ac tenorem sequuti, quarum *supra ex num. 56.* meminimus,

113 † & cujusdam epistolæ Caroli V. Imperat. anno 1550. ad Prætorium insulæ S. Dominici missæ, quæ habetur *in 4. tom. sched. impress. pagin.* 373. & expresse jubet, ne aliqui Indi servi in his Occidentalibus regionibus efficiantur, etiamsi ad eas ex Orientalibus asportentur, his verbis: *Nos tenemos mandado, que no se hagan esclavos ningunos Indios en sus tierras, y assi no havemos de permitir, ni dar lugar á que Indios algunos lo sean, sino libres, aunque sean de la demarcacion de el serenisimo Rey de Portugal.*

Et alterius anno 1570. ad Proregem Mexicanum, & Michaelem Legaspium Philippinarum gubernatorem directæ, *eod. tom. pag.* 374. Quæ etiam in Indis illis in regionibus Machometis perfidia deceptis, idem servandum esse, his verbis edicit: *Estarcis advertido, que si los tales Moros son de su nacion, & naturaleza Moros, y vinieren á dogmatizar su secta Mahometica, ó á hacer guerra á vosotros, ó á los Indios, que están á nos sujetos, ó á nuestro Real servicio, los podreis hacer esclavos: mas á los que fueren Indios, y huvieren tomado la secta de Mahoma, no los hareis esclavos, por ninguna via ni manera, que sea, sino procurareis de los convertir, y presuadir por buenos y lixitos medios á nuestra Santa Fé Catolica.*

114 Alii verò judices cum † viderent leges Castellani, & Lusitani Regni diversas esse, & utrumque propriis suis ordinationibus & consuetudinibus gubernari, licèt jam sub eodem Rege esse cœperit, non audebant facile pro Orientalium Indorum libertate sententiam ferre, si eorum possessores justos, & legitimos titulos exhiberent, juxta illarum regionum praxim, & consuetudinem Episcoporum, & Regiorum Auditorum auctoritate munitos. Neque prædictis schedulis horum servorum jus olim & nunc in Orientali India, & in Lusitania, & Nova Hispania servatum, temerè immutandum esse dicebant, *l. minimè, ff. de legibus, l. si quando, Cod. de inoff. testam.*

In quo opinionum, & argumentorum † con- 115
flictu, ego Imperatoris consilium sequutus, *in l. si aviam, Cod. de ingen. manum. Si cum peritioribus tractatum habuisses, facilè cognoscere*, per literas de hac quæstione consului præstantissimum, & eruditissimum virum Dom. D. Antonium de Morga, Quitensis nunc Senatus meritissimum Præsidem, qui in Philippinis insulis, & aliis adjacentibus, pluribus annis Gubernatoris officio functus, quæ ibidem cum his mancipiis Orientalibus servarentur, melius, & penitius intelligere poterat. Qui mihi, ultimæ opinioni adhærens, respondit; aliquas esse Orientalis Indiæ provincias Maurorum, ut plurimum colluvione, & insectione permixtas: *Javos* nempe, *Malajos*, *Bengalas*, *Maeazares*, *Buzarates*, *Endes*, & similes, cum quibus Lusitani justis, & legitimis bellis quotidie decertant. Et mancipia, quæ in illis capiuntur, Lusitanis Legibus, & Conciliorum Provincialium declarationibus capientibus cedere, & ab eis vendi, atque ab emptoribus ubique legitimè possideri, dummodò juste captivitatis titulus habeant, juxta formam ab eisdem Conciliis præscriptam; cum aliis verò Regnis, seu provinciis, Lusitanis fœdere junctis, illorumque, ut dicunt, in armis, sociis, ut pote Cambaya, Pegu, & quibusdam aliis, servitutis jura neutiquam exerceri; neque etiam cum Sinis, & Japponiensibus, nisi 116
fortè istorum aliqui se, aut filios suos propter famem, aut aliam urgentem necessitatem, ob pretium participandum voluntariè vendiderint, quod patrii eorum legibus, ac moribus licitum, & usitatum est: quo tamen in casu, perpetuæ servituti non mancipantur, sed temporali famulitio, eatenus duraturo, quatenus ad acceptum pretium compensandum, judicibus, qui de hoc inquirunt sufficiens esse videbitur.

CAPUT VIII. & ult.

In quo Auctor volumen alterum de peculiari Indiarum jure, sive de justa earum gubernatione promittit, & quid in eo tractare intendat, Laconica brevitate recenset. Et parenesim sive admonitionem subnectit adversus eos, qui miseros Indos injuriis, & molestiis afficiunt.

SUMMARIUM.

1 *Gubernationem Indiarum, quæ contingunt, Auctor in altero volumine edere parat.*
2 *Fax est opere in longo, somnum obrepere.*
3 *Gustus emptorem vocat.*
4 *Auctor tractatum gubernationis Indiarum quinque libris divisum habet, & quid in illis agere intendat, breviter aperit.*
5 *Auctoris parenetis, sive admonitio pro Indis diligenter in fide instruendis, & humaniter pertractandis.*
6 *Fidei propagatio in suavitate, non in atrocitate consistit, ut & patria potestas.*
7 *Conversorum primordia blandis refovenda sunt modis.*

Ju-

8 *Jugum Christi suave est, ex* D. Matth. cap. 11. *& Psalm. 33.*
9 *Indi si post Christianam Religionem susceptam gravius opprimantur, ejus suavitatem non credent.*
10 Deuteron. locus cap. 28. *pro Indorum querimoniis expenditur.*
11 *Indi hodie pejore conditione esse videntur, quàm Judæi olim in Ægypti captivitate.*
12 *Judæi in Ægypto graviter vexati fuerunt.*
13 *Judæorum captivitas in Ægypto 85. annis duravit, & in ea valdè multiplicati sunt.*
14 *Judæorum multiplicationem in mediis laboribus Ægypti in rubo Moysis Deus significavit.*
15 *Indi brevi tempore valdè diminuti reperiuntur & quid cum Daniele, & D. Paulo de suis miseriis dicere possint.*
16 *Jeremiæ verba* lament. 5. *ad Indorum ærumnas accommodantur.*
17 *Christiani labores & injuriat quæ Indis inferuntur, potiùs in se suscipere, quàm in illis permittere deberent.*
18 *Fidei meditatio quietum, & vacuum ab aliis curis animum desiderat.*
19 *Laborer, & onera, qui aliis imponunt, & ipsi ea non tangunt, in Evangelio reprehendantur.*
20 *Pax citra ullum scandalum promittitur diligentibus legem Dei,* Psalm. 118.
21 *D. Paulus multa in se passum dicit, pro lege Dei promulganda.*
22 *Regis gentium jura, & conditiones, quæ refert Scriptura 1. Reg. 8. ea, quæ cum Indis fiunt, demonstrare videntur.*
23 *Regis Tyranni effigies, & mores referuntur 1. Reg. 24. Boni autem & justi,* Deuter. 14. 17.
24 *Lignum fumigans, quod Deus* Isaiæ 42. *& Matth. 12. non extingui præcipit, Gentiles recenter conversos significat.*
25 *Indos detrectant multi, qui tractare deberent; & quid de illis cum Isaia, & Davide, & Christo Domino,* Matth. 23. *dicere possint.*
26 *Excertur, qui in Indos fiant, quibus potissimum debeant imputari.*
27 *Inferiorum ordinum culpæ ad deridos Rectores referuntur.*
28 *Prælati, & Magistratus monentur, ut pro Indorum defensione laborent.*
29 *Justitiæ in studio omnis Regum ac Magistratuum cura esse debet.*
30 *D. Bernard. in quo laudet quemdam Eborensem Archiepiscopum.*
31 *Pax, quæ erga Indos exercetur, non debet cum bello de crudelitate certare.*
32 *Legum humanarum pœnas si fortè effugiant ii, qui Indos affligunt, Dei oculum & supplicium non effugient.*
33 *Deus omnia vigilanter attendit, & humilium injurias vidit, & punit.*
34 *Injuriæ, Indis factæ, Deus miraculosè aliquandò vindicavit.*
35 *Divitiæ injustè Indorum sudore partæ, dominis exitio fuerunt.*
36 *Adagia*, Aurum Tolosanum, & Equus Sejanus, *quid significent.*
37 *Proverb. locus* 10. 27. *&* 13. 11. *de divitiis injustè partis, expenditur.*
38 *Peccata injuriæ humilibus factæ, non solùm privatorum, verùm & multorum Regnorum eisdem attulerunt.*
39 *Hispaniæ regnum ob peccata aliquoties punitum legitur.*
40 *Regnorum felicitas ut duret, requiritur eadem virtus, & prudentia in conservando, quæ in acquirendo,* ex Polybio.
41 *Deum Auctor precatur, ut nobis misereatur, Hispanorum, & Indorum Rempub. juvet, & servet.*

HÆc hactenus habui, quæ de Indiarum justa inquisitione, acquisitione, & retentione dissererem. Nunc † autem ex ordine ad eam, quæ 2
earumdem gubernationem concernunt, transitum facere, nostra properabat oratio. † Sed quoniam 2
fas est in longo opere somnum obrepere, hujusque voluminis moles nimis excrevit, & amphora exiit urceolus, quem initio mente conceperam: opportunum duxi, hic paulisper calamum continere, & † quæ in illo clauduntur disputationes, 3
priùs quasi gustandas dare, juxta illud Ulyssis apud Euripidem in Cyclope, qui cum Syleno vinum venditurus esset, ita eum alloquitur:

Vinum tu prius gustare quid vini feram?
Cui Silenus:
Ita convenit; nam guttum emptorem vocat.

Ac posteà renovatis viribus arduas, & non minus utiles, quàm peculiares ejusdem: Indiarum juris quæstiones, separato volumine (si Deus nobis hæc otia fecerit) in lucem emittere. Quod nunc in privatis † schedis quinque libris divisum habe- 4
mus.

In quorum primo de statu, & conditione Indorum agere destinamus, & an, & quatenus oneribus, & servitiis, adstringi possint, quæ vicissim subire coguntur in Hispanorum famulatu, ædificiis publicis, agrorum cultura, pascendis, & custodiendis pecudum & armentorum gregibus, gynæciis, sive textrinis, & lanificiis, vulgo, *Obrajes*, angariis, & parangariis cursu publico, veredis, & paraveredis, metallis, & eorum effossione & operatione, & quæ tributa præstare teneantur, & qualiter ea dividantur, taxentur, & exigantur. Et demum quantum oporteat, eos in certa municipia, & politicam, ac sociabilem vivendi formam reducere; idololatriæ, ebrietati, & aliis eorum vitiis occurrere; bonis gubernatoribus, vulgò, *Curacas*, *ó Caciques*, providere. Et quæ sit istorum potestas, & qualis successio; & de privilegiis, quibus Indi, tam quam rustici, aut minores, & omni respectu miserabiles personæ fruuntur.

Secundò verò libro de commendis, sive feudis Indorum exactam, & peculiarem tractationem inimus; earum nomen, originem, & rationem tradentes: & quid juris in illis acquirant Patroni, sive Commendatarii, & de pensionibus, quæ super eis constitui solent.

Quis commendas, & sub quibus legibus, & conditionibus possit conferre: quibusve personis conferri valeant, & qui in illis præferri debeant, si de anterioritate schedularum, vel de meritis certent, vel alter à Rege provisus cum altero prius à Prorege investito concurrat. An pluribus eadem commenda assignari possit, & in ea jus accrescendi, vel non decrescendi admittatur. An commendæ à possessoribus vendi, alienari, permutari, vel renuntiari possint. Et an pater gaudeat usufructu commendæ, quæ filio, in ejus sacris constituto, conceditur.

Quando, & quomodò in commendis Indorum jus successionis inductum fuerit, & in quibus conveniat, vel differat cum successione primogeniorum. An filii illegitimi, vel legitimati, filiæ, uxores, sponsæ, mariti in eisdem succedant: & de tertia, vel quarta vita, quæ in Nova Hispania conceditur, & de prohibita plurium commenda-

articul. 1. dub. 11. post secundam conclusionem, & novissimè Augustin. Barbosa *in Pastorali, 1. part. titul. 3. cap. 2. num. 37.* Maximè si verùm est, ut fama fert, quod jocalibus ad naves usque pelliciuntur, & ad nos, velint nolint, exportantur, vel quod plurimi parvo pretio comparantur, quod etiam efficit servitutem injustam.

110 Nam ad hoc, † ut quis possit effici servus in perpetuum, debet pretium esse æquale servituti, ut per Navarr. *in Manuali capit. 23. num. 95.* & Molinam *disput. 33. column. 163.* Quibus consentit Mercar. *lib. 2. de contract. capite 29.* & Rebell. *de obligat. just. lib. 1. quæst. 10. sect. 1. & 2.* Ubi *ex n. 23.* cum Molina *d. disput. 35. con-*

111 *clus. 1. & 3.* de illis † mancipiis agere incipit, quæ ex India Orientali adducuntur; & concludit, justè ibi à mercatoribus, & ubique emi, si ex illis Regnis sint, quibus cum bellum justum Lusitani gerunt, & eodem belli tempore exportentur. Japponienses autem, aut Sinas servos effici non posse, idque sæpè Regiis Lusitaniæ ordinationibus cautum, nisi forte se ipsos, aut filios suos causa famis, vel urgentis necessitatis vendiderint, quo sæpè facere solent.

112 Quæ omnia notatu dignissima censeo, † propterea quod hisce ultimis annis plurimæ lites à dictis Orientalis Indiæ mancipiis ad libertatem proclamantibus in hoc Regio Limano Conventu institutæ sunt, & variantibus judicum sententiis terminatæ. Quidam enim eos statim liberos declarabant, illarum schedularum seriem ac tenorem sequuti, quarum *supra ex num. 56.* meminimus,

113 † & cujusdam epistolæ Caroli V. Imperat. anno 1550. ad Prætorium insulæ S. Dominici missæ, quæ habetur *in 4. tom. sched. impress. pagin.* 373. & expresse jubet, ne aliqui Indi servi in his Occidentalibus regionibus efficiantur, etiamsi ad eas ex Orientalibus asportentur, his verbis: *Nos tenemos mandado, que no se hagan esclavos ningunos Indios en sus tierras, y assi no havemos de permitir, ni dar lugar á que Indios algunos lo sean, sino libres, aunque sean de la demarcacion de el serenisimo Rey de Portugal.*

Et alterius anno 1570. ad Proregem Mexicanum, & Michaelem Legaspium Philippinarum gubernatorem directæ, *eod. tom. pag.* 374. Quæ etiam in Indis illis in regionibus Machometis perfidia deceptis, idem servandum esse, his verbis edicit: *Estarcis advertido, que si los tales Moros son de su nacion, & naturaleza Moros, y vinieren á dogmatizar su secta Mahometica, ó á hacer guerra á vosotros, ó á los Indios, que están á nos sujetos, ó á nuestro Real servicio, los podreis hacer esclavos: mas á los que fueren Indios, y huvieren tomado la secta de Mahoma, no los hareis esclavos, por ninguna via ni manera, que sea, sino procurareis de los convertir, y presuadir por buenos y lixitos medios á nuestra Santa Fé Catolica.*

114 Alii verò judices cum † viderent leges Castellani, & Lusitani Regni diversas esse, & utrumque propriis suis ordinationibus & consuetudinibus gubernari, licèt jam sub eodem Rege esse cœperit, non audebant facile pro Orientalium Indorum libertate sententiam ferre, si eorum possessores justos, & legitimos titulos exhiberent, juxta illarum regionum praxim, & consuetudinem Episcoporum, & Regiorum Auditorum auctoritate munitos. Neque prædictis schedulis horum servorum jus olim & nunc in Orientali India, & in Lusitania, & Nova Hispania servatum, temerè immutandum esse dicebant, *l. minimè, ff. de legibus, l. si quando, Cod. de inoff. testam.*

In quo opinionum, & argumentorum † con- 115
flictu, ego Imperatoris consilium sequutus, *in l. si aviam, Cod. de ingen. manum. Si cum peritioribus tractatum habuisses, facilè cognoscere*, per literas de hac quæstione consului præstantissimum, & eruditissimum virum Dom. D. Antonium de Morga, Quitensis nunc Senatus meritissimum Præsidem, qui in Philippinis insulis, & aliis adjacentibus, pluribus annis Gubernatoris officio functus, quæ ibidem cum his mancipiis Orientalibus servarentur, melius, & penitius intelligere poterat. Qui mihi, ultimæ opinioni adhærens, respondit; aliquas esse Orientalis Indiæ provincias Maurorum, ut plurimum colluvione, & insectione permixtas: *Javos* nempe, *Malajos*, *Bengalas*, *Maeazares*, *Buzarates*, *Endes*, & similes, cum quibus Lusitani justis, & legitimis bellis quotidie decertant. Et mancipia, quæ in illis capiuntur, Lusitanis Legibus, & Conciliorum Provincialium declarationibus capientibus cedere, & ab eis vendi, atque ab emptoribus ubique legitimè possideri, dummodò juste captivitatis titulus habeant, juxta formam ab eisdem Conciliis præscriptam; cum aliis verò Regnis, seu provinciis, Lusitanis fœdere junctis, illorumque, ut dicunt, in armis, sociis, ut pote Cambaya, Pegu, & quibusdam aliis, servitutis jura neutiquam exerceri; neque etiam cum Sinis, & Japponiensibus, nisi 116
fortè istorum aliqui se, aut filios suos propter famem, aut aliam urgentem necessitatem, ob pretium participandum voluntariè vendiderint, quod patrii eorum legibus, ac moribus licitum, & usitatum est: quo tamen in casu, perpetuæ servituti non mancipantur, sed temporali famulitio, eatenus duraturo, quatenus ad acceptum pretium compensandum, judicibus, qui de hoc inquirunt sufficiens esse videbitur.

CAPUT VIII. & ult.

In quo Auctor volumen alterum de peculiari Indiarum jure, sive de justa earum gubernatione promittit, & quid in eo tractare intendat, Laconica brevitate recenset. Et parenesim sive admonitionem subnectit adversus eos, qui miseros Indos injuriis, & molestiis afficiunt.

SUMMARIUM.

1 *Gubernationem Indiarum, quæ contingunt, Auctor in altero volumine edere parat.*
2 *Fax est opere in longo, somnum obrepere.*
3 *Gustus emptorem vocat.*
4 *Auctor tractatum gubernationis Indiarum quinque libris divisum habet, & quid in illis agere intendat, breviter aperit.*
5 *Auctoris parenetis, sive admonitio pro Indis diligenter in fide instruendis, & humaniter pertractandis.*
6 *Fidei propagatio in suavitate, non in atrocitate consistit, ut & patria potestas.*
7 *Conversorum primordia blandis refovenda sunt modis.*

Ju-

8 *Jugum Christi suave est, ex* D. Matth. cap. 11. *& Psalm. 33.*
9 *Indi si post Christianam Religionem susceptam gravius opprimantur, ejus suavitatem non credent.*
10 Deuteron. locus cap. 28. *pro Indorum querimoniis expenditur.*
11 *Indi hodie pejore conditione esse videntur, quàm Judæi olim in Ægypti captivitate.*
12 *Judæi in Ægypto graviter vexati fuerunt.*
13 *Judæorum captivitas in Ægypto 85. annis duravit, & in ea valdè multiplicati sunt.*
14 *Judæorum multiplicationem in mediis laboribus Ægypti in rubo Moysis Deus significavit.*
15 *Indi brevi tempore valdè diminuti reperiuntur & quid cum Daniele, & D. Paulo de suis miseriis dicere possint.*
16 *Jeremiæ verba* lament. 5. *ad Indorum ærumnas accommodantur.*
17 *Christiani labores & injuriat quæ Indis inferuntur, potiùs in se suscipere, quàm in illis permittere deberent.*
18 *Fidei meditatio quietum, & vacuum ab aliis curis animum desiderat.*
19 *Laborer, & onera, qui aliis imponunt, & ipsi ea non tangunt, in Evangelio reprehendantur.*
20 *Pax citra ullum scandalum promittitur diligentibus legem Dei,* Psalm. 118.
21 *D. Paulus multa in se passum dicit, pro lege Dei promulganda.*
22 *Regis gentium jura, & conditiones, quæ refert Scriptura 1. Reg. 8. ea, quæ cum Indis fiunt, demonstrare videntur.*
23 *Regis Tyranni effigies, & mores referuntur 1. Reg. 24. Boni autem & justi,* Deuter. 14. 17.
24 *Lignum fumigans, quod Deus* Isaiæ 42. *& Matth. 12. non extingui præcipit, Gentiles recenter conversos significat.*
25 *Indos detrectant multi, qui tractare deberent; & quid de illis cum Isaia, & Davide, & Christo Domino,* Matth. 23. *dicere possint.*
26 *Excertur, qui in Indos fiant, quibus potissimum debeant imputari.*
27 *Inferiorum ordinum culpæ ad deridos Rectores referuntur.*
28 *Prælati, & Magistratus monentur, ut pro Indorum defensione laborent.*
29 *Justitiæ in studio omnis Regum ac Magistratuum cura esse debet.*
30 *D. Bernard. in quo laudet quemdam Eborensem Archiepiscopum.*
31 *Pax, quæ erga Indos exercetur, non debet cum bello de crudelitate certare.*
32 *Legum humanarum pœnas si fortè effugiant ii, qui Indos affligunt, Dei oculum & supplicium non effugient.*
33 *Deus omnia vigilanter attendit, & humilium injurias vidit, & punit.*
34 *Injuriæ, Indis factæ, Deus miraculosè aliquandò vindicavit.*
35 *Divitiæ injustè Indorum sudore partæ, dominis exitio fuerunt.*
36 *Adagia*, Aurum Tolosanum, & Equus Sejanus, *quid significent.*
37 *Proverb. locus* 10. 27. *&* 13. 11. *de divitiis injustè partis, expenditur.*
38 *Peccata injuriæ humilibus factæ, non solùm privatorum, verùm & multorum Regnorum eisdem attulerunt.*
39 *Hispaniæ regnum ob peccata aliquoties punitum legitur.*
40 *Regnorum felicitas ut duret, requiritur eadem virtus, & prudentia in conservando, quæ in acquirendo,* ex Polybio.
41 *Deum Auctor precatur, ut nobis misereatur, Hispanorum, & Indorum Rempub. juvet, & servet.*

HÆc hactenus habui, quæ de Indiarum justa inquisitione, acquisitione, & retentione dissererem. Nunc † autem ex ordine ad eam, quæ 2
earumdem gubernationem concernunt, transitum facere, nostra properabat oratio. † Sed quoniam 2
fas est in longo opere somnum obrepere, hujusque voluminis moles nimis excrevit, & amphora exiit urceolus, quem initio mente conceperam: opportunum duxi, hic paulisper calamum continere, & † quæ in illo clauduntur disputationes, 3
priùs quasi gustandas dare, juxta illud Ulyssis apud Euripidem in Cyclope, qui cum Syleno vinum venditurus esset, ita eum alloquitur:

Vinum tu prius gustare quid vini feram?
Cui Silenus:
Ita convenit; nam guttum emptorem vocat.

Ac posteà renovatis viribus arduas, & non minus utiles, quàm peculiares ejusdem: Indiarum juris quæstiones, separato volumine (si Deus nobis hæc otia fecerit) in lucem emittere. Quod nunc in privatis † schedis quinque libris divisum habe- 4
mus.

In quorum primo de statu, & conditione Indorum agere destinamus, & an, & quatenus oneribus, & servitiis, adstringi possint, quæ vicissim subire coguntur in Hispanorum famulatu, ædificiis publicis, agrorum cultura, pascendis, & custodiendis pecudum & armentorum gregibus, gynæciis, sive textrinis, & lanificiis, vulgo, *Obrajes*, angariis, & parangariis cursu publico, veredis, & paraveredis, metallis, & eorum effossione & operatione, & quæ tributa præstare teneantur, & qualiter ea dividantur, taxentur, & exigantur. Et demum quantum oporteat, eos in certa municipia, & politicam, ac sociabilem vivendi formam reducere; idololatriæ, ebrietati, & aliis eorum vitiis occurrere; bonis gubernatoribus, vulgò, *Curacas*, *ó Caciques*, providere. Et quæ sit istorum potestas, & qualis successio; & de privilegiis, quibus Indi, tam quam rustici, aut minores, & omni respectu miserabiles personæ fruuntur.

Secundò verò libro de commendis, sive feudis Indorum exactam, & peculiarem tractationem inimus; earum nomen, originem, & rationem tradentes: & quid juris in illis acquirant Patroni, sive Commendatarii, & de pensionibus, quæ super eis constitui solent.

Quis commendas, & sub quibus legibus, & conditionibus possit conferre: quibusve personis conferri valeant, & qui in illis præferri debeant, si de anterioritate schedularum, vel de meritis certent, vel alter à Rege provisus cum altero prius à Prorege investito concurrat. An pluribus eadem commenda assignari possit, & in ea jus accrescendi, vel non decrescendi admittatur. An commendæ à possessoribus vendi, alienari, permutari, vel renuntiari possint. Et an pater gaudeat usufructu commendæ, quæ filio, in ejus sacris constituto, conceditur.

Quando, & quomodò in commendis Indorum jus successionis inductum fuerit, & in quibus conveniat, vel differat cum successione primogeniorum. An filii illegitimi, vel legitimati, filiæ, uxores, sponsæ, mariti in eisdem succedant: & de tertia, vel quarta vita, quæ in Nova Hispania conceditur, & de prohibita plurium commenda-

rum cumulatione. De oneribus, quæ commendatarii subire tenentur, juramento, militia, & residentia, quam facere debent; & quando ab iis excusentur: & qualis eorum solicitudo esse debeat in spirituali, & temporali Indorum sibi commendatorum salute curanda.

Et denique de earumdem commendarum extinctione, & ad Regium coronam devolutione: & an eas deinceps in perpetuum dari convenit. Et de litibus & quæstionibus, quæ tam super commendarum possessione, & spoliis, quàm proprietate oriri solent? & apud quos sint judices agitandæ, & de meritorum, sive servitiorum informatione, & consultatione, quæ ad eas, & alia ecclesiastica, vel civilia harum regionum commoda, Regiis ordinationibus fieri jubetur.

Tertius verò liber de rebus ecclesiasticis, & earum gubernatione, Regioque patronatu tractabit, & quibus is rationibus fulciatur; quanti à nostris Regibus æstimetur ac commendetur: & quo jure, & onere decimas hujus Novi Orbis sibi præsumant. Quam enixa, & assidua eorum cura fuerit in Ecclesiis Indiarum erigendis, dotandis, & promovendis. Qualiter Archiepiscopos, Episcopos, & alios Præbendarios præsentent, beneficiarios & alios Hispanorum, aut Indorum seculares, vel regulares: & de aliquibus dubiis quæ in eorum receptione, & novorum Episcoparuum divisione contigere solent.

An hodie expediens sit, *doctrinas* Indorum regularibus adimi: & quatenus ii jurisdictioni, & visitationi Prælatorum secularium subjiciantur. De dignioribus & indigenis, atque in idiomate Indorum magis peritis anteferendis. De jurisdictione Episcoporum, & Archiepiscoporum in subditos: & de Brevi Gregorii XIII. quo nova prosequendis appellationibus forma præscribitur. De Ecclesiis ædificandis & reparandis, & quibus expensis id faciendum sit. De decimis, & primitiis & usu, & jure quartæ Canonicæ & funeralis, & aliarum oblationum. De Inquisitorum & Commissariorum Bullæ Cruciatæ tribunali, ac jurisdictione, & aliarum Bullarum retentione. De Religiosorum Vicariis generalibus, Visitatoribus, & conservatoribus. Et an, & quando seculares Magistratus Clericos, vel Religiosos seditiosos ab his provinciis expellere possint?

Liber quartus de gubernatione seculari tractabit, & specialiter Prætorum Gubernatorum Fiscalium criminum quæstorum, Auditorum Cancellariarum, Pro-regum, supremi Consilii Indiarum, & omnium denique tam majorum, quàm minorum Magistratuum officium, potestatem, & jurisdictionem prosequetur, qui eidem gubernationi præpositi sunt, & multas utiles quæstiones subjunget, quæ in eorum recusatione, visitatione & rerum gerendarum expeditione occurrere solent. Et peculiariter in judice aget, qui colligendis defunctorum intestatorum bonis designatur: & de schedulis, quæ districtè prohibent Regios Auditores, ministros, & illorum liberos in suis provinciis negotiari, vel matrimonia contrahere. Ac tandem de proprio, & veluti municipali jure, quo res Indicæ gubernantur; & per Regias schedulas, provisiones ordinationes, & epistolas expeditur: & quando rescriptum Principis, ad unam provinciam missum, in aliis servandum sit.

Quintus denique liber de Regalibus, sive Regio Indiarum fisco, & ejus juribus, & reditibus sermonem instituet. In quo sigillatim de hujus Novi Orbis divitiis agemus: De tributis, & vectigalibus, & duobus decimarum novenis, quæ in eo Regi penduntur. De pœnis Camaræ, & commissis mercium prohibitarum, vel in registris non professarum ad fiscum spectantibus. De auro, & argento aliisque metallis, smaragdis, margaritis, salinis, argento vivo, thesauris, & monumentis, & quota horum pars ad fiscum pertineat. De mercatura, & mercatoribus Indiarum, eorumque judicibus, sive consulibus, & variis quæstionibus, quæ circa eorum jurisdictionem, & mercatorum stylum quotidie nascuntur. De alio rei dominicæ membro, quod ex venditionibus & renuntiationibus officiorum colligitur. Circa quod plurimæ, utilissimæque quæstiones excitantur, & resolvuntur. Et de judicibus, sive officiariis Regiis, qui in his partibus rei dominicæ exigendæ, & administrandæ præficiuntur, eorumque munere, potestate, jurisdictione, & rationum redditione. Et ultimò de aliis majoribus Computatoribus, sive Rationalibus noviter constitutis, & de eorum tribunali, officio & jurisdictione.

Interim † vero dum hæc ultimam manum recipiunt, & exoptatam lucem respiciunt, non potui non Regem nostrum Potentissimum, & Christianissimum summis votis, ac precibus exorare, ut qua solet cura, & pietate Indorum conversioni, & conservationi provideat, paternis hac in re, & avitis ac proavitis vestigiis insistens, idoneosque & fideles tanti operis administros in spiritualibus & temporalibus eligens, quos etiam, & reliquos pariter Hispanos, aut alienigenas qui in his regionibus commorantur, moneo, atque obtestor, ut se cum eisdem Indis humanè, & suaviter gerant, & ab injuriis, molestiis, & vexationibus, quæ miseris illis inferri solent, abstineant, prædicationis, ac propagationis Fidei ministerium super omnes divitias attendentes, & procurantes; quam † certum est non in atrocitate, sed in suavitate, & pietate consistere, ut de patria potestate loquens dixit J. C. *in l. Divus, ff. ad leg. Pomp. de parricid.* & Nos pluribus *supra lib. 2. cap. 17. & cap. 9. num. 21. & 22.* 6

Primordia † enim conversionum, ut D. Isidor. inquit *lib. 2. sentent. cap. 8.* & D. Gregor. *lib. 24. moral. cap. 7.* blandis refovenda sunt modis, ne si ab asperitate incipiant, exterriti ad priores lapsus recurrant. Qui enim conversum sine lenitate erudit, exasperare potiùs quàm corrigere novit. † Jugum quippe Christi suave est, & onus ejus leve, ut habetur Matth. *cap. 11. in fine* eaque propter ibidem subjungitur: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.* Et *Psal. 33. & 1. Petri 2. Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus: Beatus vir, qui sperat in eo.* 7 8

Quod † Indi haud quaquam credere poterunt, si post susceptam Christianam Religionem, majoribus ac gravioribus oneribus, & laboribus, quàm olim sub infidelibus dominis opprimantur. Quin potiùs vereri possumus, ne in se ipsis experiri, & in nos contorquere valeant, † verba illa *Deuteron. cap. 28: Servies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria, & ponet jugum ferreum super cervicem tuam, donec te conterat. Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremæ terræ finibus in similitudinem Aquilæ volantis cum impetu: cujus linguam intelligere non possis gentem procacissimam, quæ non deferat seni nec misereatur parvuli.* 9 10

Etenim † pejori hodie, & duriore conditione Indi ab injustis aliquibus, & sævis hominibus tractari reperiuntur, quam olim Judæi, dum in Ægypto captivi fuerunt, de quibus inquit Philo. *lib. 1. de vita Moysis*: † *Quasi belli jure captivos, emptos de lapide cogebat eos ad opera servilia.* Et strictius Scriptura *Exod. cap. 1. Ad amaritudinem perducebant eos operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur: oderant que filios Israel Ægyptii, & affligebant illudentes eis, &c.* Nam † in Judæis videmus, non obstantibus laboribus, & miseriis illius captivitatis, quæ octuaginta quinque annis durasse dicitur, ut probat Perer. *in comment. sup. Exod. cap. 5. disp. 6.* suprà modum auctos, & multiplicatos fuisse: Unde dicit Scriptura Exodi *dict. cap. 1. Quantaque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant*, ita ut sexcenta millia hominum exierint de Ægypto præter pueros, & fœminas. Et hoc est quod † Deus inter alia voluit significare in rubo, ubi Moysi apparuit, qui ardebat, & non consumebatur, ut communiter DD. exponunt *Exodi 3.* & Joseph. *lib. 2. antiquit. Judaic. cap. 12.* Indi † vero, eodem ferme tempore, ut plurimum deleti, & extincti sunt, ita ut Deo possint dicere, quod Danielis 3. *Judæorum* nomine legitur: *Domine, imminuti sumus pluriquam omnes gentes: sumusque humiles in universa terra hodiè.* 11 12 13 14 15

Et illud Martialis *in Dictichis.*

Dente timetur aper, defendunt cornua cervum:
Imbelles damæ, quid nisi præda sumus?

Vel cum D. Paulo 2. *Corinth. 1. Supra modum gravati sumus, supra virtutem, ita ut oderat nos etiam vivere.* † Aut cum Jerem. lamentat. 5. *Recordare Domine, quid acciderit nobis, intuere, & respice opprobrium nostrum, hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos, pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio comparavimus, cervicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies.* 16

Quæ omnia † Christiani, qui se Evangelii ministros, & præcones vocant, non solum ab Indis, quantum possibile sibi esset, arcere, verùm & in se ipsis potiùs suscipere ferventi caritate debuissent, ne quod illis scandalum in Fidei susceptione, aut impedimentum in ejus progressu & meditatione generaretur: quæ † corporis requiem, & vacuum ab aliis curis, & anxietatibus animum, absque dubio desiderat, juxta illud *Psal. 45. Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus* quod ita exponit D. Augustin. *in Psalm. 70. fol. 210. col. 2. tom. 8.* Et ne illud inciderent, † quod Matth. *cap. 23.* reprehenditur: *Alligant autem onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeris hominum, digito autem suo nolunt ea movere.* Sed potiùs omnes ore uno † Davidicum carmen occinere possent, *Psalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.* Vel † cum D. Paul. 2. *Corinth. 11. 29. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* 17 18 19 20 21

Certè enim idem Paul. 1. *Corinth. 4.* se prædicationis causa non aliis labores intulisse, sed in se ipso gravissimè passum, his verbis ostendit: *Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus: tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc.*

Et licet 1. *Reg. cap. 8.* cum Israëlitæ à Samuele Regem sibi dari petiissent, qui more gentium, & nationum sibi imperaret, hoc jus illius futurum Scriptura recenseat. Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, messores segetum, & fabros armorum, & curruum suorum. Filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoque vestros, & vineas, & olivara optima tollet, & dabit servis suis, sed & segetes vestras, & vinearum reditus addecimabit, ut det Eunuchis & famulis suis. Servos etiam vestros, & ancillas, & juvenes optimos, & asinos auferet & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi, & clamabitis in die illa à facie Regis vestri, quem legistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiistis vobis Regem. Quæ omnia similia iis esse videntur, quæ à malis Christianis in passim cum Indis pauperibus fiunt. 22

Eo † tamen in loco de Rege Tyranno & iniquo tractatur, ejusque mores effigiantur, ut boni, & justi Principes quid vitare debeant, animadvertunt. Quorum exemplum, ubi non à populo, sed à Deo electi sunt prædictis in omnibus contrarium, apponitur *in eod. Deuter. cap. 17. num. 14. & sequent.* ut præclarè admonuit D. Gregor. *lib. 4. cap. 1. in 1. Reg. cap. 8.* Isernia *in proœm. feud. tit. de Capit. qui curiam vend.* Chasan. *in Catal. glor. mund. 1. part. consider. 24. regal. 162. & seq. & consider. 35. vers. Qui † autem*, Petr. Greg. *lib. 7. de Repub. c. 19. pag. 491.* Basil. Pont. *var. disp. 1. part. relect. 1. de mutatione monetæ, pag. 506.* & Mag. Marq. *in Gubern. Christian. lib. 1. cap. 16. pag. 87.* 23

Væ igitur illis, per quos ejusmodi injuriæ, & scandala Indis irrogantur. Et † lignum fumigans, quod juxta verbum Isaiæ *cap. 24.* & Matth. *c. 12.* posuit Dominus in manibus eorum, ne extingueretur, in cinere converterunt. Lignum namque illud D. Hieron. *in quæst. Aglaiæ, quæst. 2. circa fin.* populum de gentibus congregatum exponit, qui extincto legis naturalis ardore, fumi amaris- 24

rissimi, & qui novus oculis est, tenebrosæque caliginis involvebatur erroribus, quem Deus non extingui voluit, sed de parva scintilla, & penè morientè, maxima suscitari incendia, ita ut arderet igne Domini Salvatoris, quem venit mittere super terram, & in omnibus ardere desiderat.

Quod, † videant multi, an cum Indis sua ex
25 parte curaverint? vel potius de illis sint, de quibus inquit Isaias *cap. 48. n. 17. Venerunt structores tui, destruente*, avaritia nimirum, & sævitia sua Indos ita prementes, ut justè miseri illi dicere possint illud *Psal. 98. in princ. & Exod. 9. num. 25. & 31. Intraverunt aquæ usque ad animam meam, & tempestas demersit me, & grando comfregit lignum, cum jam folliculos germinaret.* Et ut occasio exteris gentibus præbeatur, nostrum in convertendis infidelibus zelum calumniandi, ut diximus *sup. lib. 1. cap. 16. num. 94. & sequent. & lib. 2. cap. 17. num. 76. & hoc lib. 3. cap. 6. ex num. 5.* & illud Christi Dom. apud Matth. *cap. 23.* objicienti: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus, facitis, eum filium gehennæ duplo quàm vos.*

26 In Quibus planè † acriter, & exactè non corrigendis, emendandis, atque puniendis, licèt omnes in culpa simus; illi tamen præcipuè, qui Ecclesiastici sunt & Prælati, & Indorum curæ ac
27 protectioni præpositi. Et enim † ut bene cum D. Leon. *in epistol. 86. ad Nicetam*, quæ habetur *in cap. Inferioribus, 86. dist.* advertit Joseph. Acosta *lib. 3. de procur. Ind. salut. cap. 16.* inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides, negligentesque Rectores, qui maltam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam. Nullumque remedium sperare licebit, cum inde pernicies proficiscitur, unde salus maximè petebatur.

28 Quo circa † eos iterum moneo, ut super commissum sibi gregem diligenter invigilent, & prædictis injuriis, dolis, ac sceleribus, quibus Indi turbantur, & afliguntur, providenter occurrant, quo loco virus insideat pervestigantes, ferroque resecantes, imò & igni, si opus esse censuerint, cùm in lethali, profundoque ulcere severiora medicamenta turbora sint, & in hac cura præcipua Regum, ac Magistratuum vis, auctoritasque consistat, † ut præclarè docet Ossorius
29 *lib. 4. de Reg. inst. In studium* (inquiens) *justitiæ omnis Regis cura, & cogitationes, omnes labores, atque vigiliæ, omnia denique studia consumenda sunt.*

Et de quodam Eborensi Archiepiscopo † scri-
30 bit & laudat B. Bernardus *epist. 95.* sic inquiens: *Maximè claruit zelus justitiæ, eminuit, & invaluit Sacerdotis vigor, in defensionibus videlicet pauperum, & pauperum, quibus non erat adjutor.*

Caveant igitur omnes, & Indorum conditionem miserti, eos deinceps humanè & suaviter
31 tractent, ne † pax, quæ erga illos exercetur, cum bello de crudelitate certare, & vincere videatur, ut aliud agens dixit D. Augustin. *lib. 3. de civit. Dei cap. 28.*

Quod si † fortè leges, ac pœnas à Regibus 32
nostris circa hoc piè, & prudenter latas, & severè statutas, parùm verentur, vel per locorum distantiam, aut Magistratuum incuriam effugerint: sciant tamen pervigilem, atque insomnem Dei Omnipotentis oculum, cui nihil non, quantumlibet occultum sit, patere potest, effugere non posse, ut aliàs dicitur in illa condemnatoria sententia in judices ab Imperatore Leone, & Alexand. pronuntiata, quam Constant. Harmenop. in initio sui promptuarii, & Menach. *tract. de arbitrar.* præfixerunt. Is enim, ersi ab insipientibus circa cœli cardines perambulare nec nostra considerari credatur, ut habetur *Psalm. 13. & Job. 2. 14.* Omnia † vigilanter attendit, & in- 33
jurias humilibus, atque imbecillis illatas, certa semper, quamvis interdum sera, punitione compescit.

Unde *in Eccles. 4.* scriptum reliquit: *Vidi calumnias, quæ sub cælo geruntur, & lachrymas innocentum, & neminem consolatorem, neque posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxiliis destitutos: & laudavi magis mortuos, quam viventes, & fœliciores utroque judicavi, necdum natus est.*

Et Exod. *cap. 3. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto & clamorem ejus audivi, propter duritiam eorum, qui præsunt operibus: & sciens dolorem ejus descendi, ut liberem eum.*

Et aptissimè ad institutum, de quo agimus, *Genes. 15. Subjicient eos servituti & affligent quadringentis annis: verumtamen gentem, cui servituti sunt, ego judicabo.*

Quod † sæpè factum his in Regnis videmus, 34
cùm gravissimis ac miraculosis suppliciis à Deo plures puniri legantur, qui Indis damnosi, & injurii fuerunt, ut constat ex historiis relatis à Josepho Acosta *lib. 3. de proc. Ind. salut. cap. 9.* & Fr. Augustin. Davila *in histor. Mexican. lib. 1. cap. 102. pag. 363.*

Et † vel ipsæ divitiæ, quas injusto Indorum 35
sudore, & aliis malis artibus acquirunt, eis exitio fuerint, ac brevi tempore evanuerint, † ut ipse 36
Acosta ibidem notavit, & de Auro Tolosano, & Equo Sejano, quorum possesio dominis exitialis fuit, antiqui per proverbium dixerunt, ut refert Aul. Gellius *lib. 3. noct. Attic. cap. 9.* Erasm. sive Ald. Manutius *in adagiis*, & Martin. Delrio *in adag. sacr. tom. 2. adag. 187. pag. 190.* ubi eodem sensu exponit illud † *Proverb. 12. 27. Non* 37
inveniet frandulentus lucrum, & substantia hominis erit auri pretium. Quasi dicat per fraudem comparata, priùs peribunt, quàm qui comparavit, partis utifrui queat: si utatur, erunt illi damno, & *cap. 13. vers. 11. Substantia festinata minuetur.* Ubi Septuaginta, & Caldæa Paraphrasis: *Opulentiam iniquitate possessoris acquisitam*, interpretantur.

Circa quod plura ex Græcis Poëtis congerit Stob. *sermon. 8. 92. & 95.* P. Justus Gallardus *de instit. histor. cap. 1.* & Idem Martin. Delrio *ubi sup.* Et nos multa congessimus *sup. lib. 2. capit. 13. num. 51. & sequent.* non solùm † de priva- 38
torum hominum, verùm etiam de magnorum Regnorum punitione, subversione, vel translatione ob similia peccata, & injustitias, quæ cum Indis communis in his regionibus frequentantur. In qua-

quarum mutationem exemplis referendis, multus est Salvianus in libris *de providentia Dei, ubi*
39 *lib. 7.* de † vitiis Hispanorum agit, ob quæ Wandalorum cladem meruerunt: & est videndus Rodericus Archiep. Toletanus *lib. 3. cap. 16.* ubi de Arabum invasione pertractans, sic inquit: *Tanta igitur temporibus facinorum alluvio inundavit, ut ferè Gothorum strenuitas, quæ consueverat Regnis, & gentibus imperare, in vitiorum altitudine jam submersa, omnibus abominationibus subjaceret. Et quoniam humani generis inimicus, humano generi non desinit invidere, seminavit in potestate superbiam, in Religione accidiam, in pace discordiam, in abundantia luxuriam, in solertia ignaviam, adeò, ut sicut populus, sic & Sacerdos, sicut impii, sic & Præceps. Alluvione ergo voluptatum in tota Hispania inundante. Uvitiza Principe majestatis oculos provocante, repleta est terra iniquitate. Omnis quippe caro corruperat viam suam, & qui optimus quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe:* & Polybius *lib. 1. histor.* ubi quærens, quare Hispaniæ amissæ fuerint
40 à Carthaginensibus, inquit: † *At verò illud clarum, testatumque exemplis est, quod homines adsequantur fœlicitatem benignitate in alios, & bona de se opinione, iidem cum adepti, quæ voluerant ad injurias, & impotentiam in imperiis delabuntur, fit meritissimè, ut una cum imperantium mutatione, ipsi subditi se, & affectus mutent.*

Neque omitti debent plura alia quæ de eisdem supplicibus & murationibus, solita elegantia scripsit Just. Lips. *lib. 1. de constantia cap. 16. & lib. 2. cap. 13. cum seqq.* ubi *cap. 22.* graviter plorat ingentes Indorum vastationes in vasto hoc & attrito altero Orbe, primis illis temporibus factas: *Quem vidisse* (inquit) *magnum sit, non dicam vidisse*: de quarum relatione & excusatione egimus etiam *supra hoc lib. cap. 6. num. 20. & sequentib.*

Sed † Deus hoc à nobis omen avertat, & His- 41
panorum pariter ac Indorum causam, & sortem misertus utramque Rempublicam juvet, & societ, atque à peccatis, injuriis, & scandalis liberam, in sua sancta Fide, & Religione conservet ut secundùm D. Paulum *Ephes. 4.* in Ecclesia Catholica sint unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati sunt in una spe vocationis. Amen.

IN-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

INDEX

RERUM, SENTENTIARUM, LEGUM, Capitulorum, & locorum Sacræ Scripturæ, quæ in hoc primo Tomo de Jure Indiarum continentur, explicantur, aut illustrantur.

Prior numerus librum, secundus caput, tertiusque marginal. numerum signat.

A

Abacuch.

ABacuch per aerea ab Angelo ductus, & etiam Philipus Diaconus, lib. 1. cap. 14. num. 44.

Abasia.

Abasia, & Abyssinorum imperium hodie est in Africa; & an olim in Asia, & intra Indiam fuerit, 1. 2. 36.

Abdiar.

Abdias Babylonius quis, & quando vixerit, & de fide historiæ Apostolorum, quæ ejus nomine circumfertur. ibid. 38.

Abdiæ Prophetæ vaticinium obscurum exponitur, & ad conversionem Novi Orbis per Hispanos factam accommodatur, 1. 15. 29.

Abortus.

Abortum qui violenter facit, lege Cornelia punitur, 1. 12. 88.

Abraham.

Abraham dum Isaac filium sacrificare voluit qualiter excusetur? 2. 12. 80.

Abraham in liberationem Loth justè quinque Reges Amorrhæos percussit, 2. 15. 10.

Abraham pro vindicando Rege Salem, & aliis suis confœderatis, rectè pugnasse dicitur, 3. 4. 28.

Abraham dum fuit hospes in Ægypto, viros, & Sara fœminas in lege Dei instituit, 2. 20. 48.

Abrahamum aliquando idololatram fuisse, aliqui tradunt, qui ab aliis probantur, remissivè, 2. 14. 117.

Abrahamum cur Deus peregrinum esse voluerit? 1. 16. 25.

Abundans.

Abundans cautela non solet nocere, 3. 1. 60.

Abyssini.

Abyssinorum de rebus qui scribunt, 1. 3. 49.

Abyssinorum Regis ad Pontificem Romanum, & Lusitaniæ Regem legatio, ibid. 43.

Accursius.

Accursius in juris glossis pauca de suo habet, 2. 1. 14.

Achaz.

Achaz Hebræorum Rex filium immolavit idolo inimicorum suorum, 2. 14. 85.

Acquisitio.

Acquisitio Novi Orbis si justa est, justior erit retentio, 2. 1. 1.

Peru, vel Piru nominis variæ causæ, sive etymologiæ referuntur, 1. 13. 47. 49. 50. 51. & 52.
Peru, vel Piru nomen novum est in his regionibus Occidentalibus, & quas comprehendat, ibid. 46.
Peru in regno piura nomina reperiuntur affinia nomini Ophir, ibid. 10.
Peru, vel Piru vox, multis videtur eadem cum *Ophir*, aut certè maximè cum illa colludere, ibid. 7.
Peruana in regione non repetiuntur ea, quæ ex Ophira ad Salomonem adsportabantur, ibid. 24.
Peruani Indi, etiam post Incarum imperium utebantur sacrificiis hominum, virginum, & infantium, præsertim in Regum inauguratione, aut sepultura, 2. 12. 59.
Peruani regni descriptio, & longitudo, 1. 6. 12.
Peruani Indi omnes se Regum nostrorum dominationi subjacere velle, publicis instrumentis testati sunt, 3. 4. 34.
Peruani regni planities, vulgò *Los llanos del Peru*, olim erant mare, 1. 4. 21.
Peruani chordis versicoloribus multis nodis distinctis pro literis utebantur, & Arithmeticam suo modo peritissimè callebant, 2. 8. 97.
Peruano in regno multa vaticinia, prodigia, & ostenta, Hispanorum adventum, & dominationem prænuntiarunt, & quæ illa, 2. 2. 65.

Petitio.

Petitio sola gratiæ, aut privilegii non inducit proprii juris renuntiationem, 3. 1. 63.

Petrus.

Petrus Malferitus securè defendit Rom. Pontificem posse pleno jure Christianis concedere terram infidelium, ibid. 76.
Petrus Malferitus scripsit responsum Apologeticum pro justitia debellationis Indorum, 2. 1. 31.
Petrus Candia unus ex sociis Francisci Pibarri Crucis signo Tumbecinorum insidias & ferocissimum leonem, & tigrim superavit, 2. 4. 57.
Petrus Alvarez Capralis ingentem classem in Indiam ducit, 1. 3. 31.
Petrus Fernandez de Quiros scripsit latissima commentaria de suis navigationibus in insulas Salomonis, & peregrinationibus, quæ Auctori communicavit ejus filius D. Francisc. de Quiros insignis Mathematicus, & Cosmographus, 1. 6. 67.
Lic. Petrus Ruiz Bejaranus Regius Senator in Argentina Cancellaria laudatur, 1. 9. 73.
Lic. Petrus Fernand. Navarrete Regius Secretarius citatur, & laudatur, 2. 19. 93. & alibi.
Petrus Gilkenius Menchacæ opinionem ex professo impugnat, & damnat. 3. 3. 17.
B. Fr. Petrus à Corduba qualiter dæmonem apud Cumanenses convicerit, & ejecerit, 2. 4. 91.
B. Fr. Petrus à Corduba, & ejus socius miraculosè ab Indorum insidiis liberantur, & mare crucibus munita trajiciunt, 2. 5. 31.
Excellentissim. Dom. D. Petrus à Toleto Villæ-Francæ Marchio laudatur, & magnanimum ejus factum, & dictum coram Rege Galliæ super Navarræ obtentione, & defensione refertur, 2. 20. 69.
D. Petrus Chrysolog. omnem Christi potestatem & dominationem in Ecclesiam translatam fatetur, 2. 23. 110.
D. Petrus qualiter miserit Martialem, & socios ad prædicandum in Germaniam, & D. Greg. Metitum, Augustinum, & Joannem in Angliam, 2. 17. 54.
Petrus Bellinus, Indos Occidentales servos effici potuisse, opinatur, 3. 7. 20.
Contrarium, 3. 7. 89.
D. Petr. Pantoja de Ayala citatur, & laudatur, 2. 13. 41. & 81.
Petr. Martyris verba de laude, & utilitate inventionis Novi Orbis expenduntur, 1. 16. 38.
Petr. Biesiensis insignis locus pro excellentia Romanæ Sedis in utroque gladio consideratur, 2. 23. 83.

Pharon.

Pharon insula qualiter à mari relicta, 1. 4. 22.

Phez.

Phez Regnum apud Arabes unde dictum, 1. 13. 42.

Philastrius.

Philastrius appellat hæreticos eos, qui terræ motus adscribunt causis naturalibus, & non peculiari Dei jussioni, & indignationi, 1. 7. 62.

Philippinæ.

Philippinarum insularum descriptio, & Cancellaria, 1. 6. 64.
Philippi II. Catholici piissimum dictum circa conversionem Indorum, 1. 16. 106.
Philippi IV. Regis, ac Domini nostri zelus, & pietas commendatur, & qualiter initio regnandi treugas cum rebellibus solverit, 2. 25. 83.
Philippus III. Rex noster piissimus, & invictissimus laudatur, ob expulsas à suis regnis Maurorum reliquias, 2. 19. 92.
Philip. Pulcher Galliæ Rex imprudentes contentiones habuit cum Bonifacio VIII. eum in temporalibus recognoscere nolens, 2. 22. 15.
Philippi Pulchri superbia per Extravag. *Unam sanctam*, correcta fuit, ibid. 28.

Philosophica.

Philosophicis argumentis non est deferendum plus, quàm oculis, 1. 11. 42.

Phinees.

Phinees cùm Zambri interfecit, non peccavit, & quare, 2. 3. 15.

Phœnices.

Phœnices olim, ultra alias divitias Hispaniæ, Hispanos furabantur, & in aliis provinciis ut servos vendebant, 3. 7. 97.

Index Rerum,

Photius.

Photius reprehendit D. Clementem, quod putavit terram reperiri ultra Oceanum, & Phœnicem avem veram esse, 1. 11. 21.

Phryges.

Phryges per Antonomasiam barbari dicti fuerunt, 2. 8. 37.

Phrygiones.

Phrygiones dicti, qui vestibus auro in textis utebantur, ibid. 41.

Phut.

Phut tertiogenitus Cham quales liberos genuerit, 1. 10. 51.

Piacularis.

Piacularis, piatrix, vel expiatrix hostia quæ esset, 2. 12. 90.

Piaculi nomen variè sumitur, sed proprius refertur ad infantum crudelissimæ sacrificia, ibid. 89.

Picus.

Picus Mirandulanus publicæ Romæ defendit Zonam Torridam inhabitabilem esse, 2. 11. 40.

Pietas.

Pietas in Deum, & Ecclesiam est præcipuum regnorum fundamentum, 2. 22. 33.

Pietati, & gloriæ Hispanorum Regum non derrahit, quod divitiis in Novo Orbe utantur, 1. 16. 109.

Pilatus.

Pilatum, tamquam Præsidem Imperatoris Romani, legitimam judicandi Christum potestatem habuisse, Anton. de Rosellis affirmat, sed malè, 2. 21. 28.

Pineda.

Pineda Franciscanus non satis justè à Fr. Joan. à Ponte notatus, 1. 13. 22.

Piscari.

Piscandi, & venandi jus an, & qualiter in locis jure gentium communibus quæri possit, & aliis prohiberi, 3. 3. 68.

Pius V. statuit, ut omnes Indi ad legem naturalem servandam compellerentur, 2. 13. 5.

Plagiarius.

Plagiarii sunt, qui homines liberos rapiunt, & vendunt, & quibus pœnis subdantur, 3. 7. 101.

Plato.

Plato sex causas dominandi aliis eleganter constituit, & inter eas ignorantiam subjectorum respectu prudentiorum constituit, 2. 9. 29.

Plato dicebat, tunc Respublicas beatas esse futuras, cùm à sapientibus regerentur, ibid. 37.

Plato quo sensu dixerit, Deos singulatim Orbis regiones sortitos fuisse, 1. 9. 10.

Platonis narrationem de insula Atlantica multi veram esse opinantur, 1. 4. 15.

Plautus.

Plauti versorium aliqui acum magneticam fuisse putant, 1. 12. 32. & 46.

Plinius.

Plinius qualiter aperiat ineffabilem rationem, qua elementa inter se colligata sunt, 1. 11. 18.

Plini, & Boetii gravis reprehensio adversus eos, qui pro hujus exigui mundi occupatione laborant, 1. 6. 2.

Pluret.

Pluribus remediis, defensionibus, aut actionibus quando quis uti possit, 3. 1. 65.

Plutarcus.

Plutarchi, & Luciani narrationes, quibus videntur Orbem Novum denotare, fabulosæ sunt, 1. 12. 71.

Pluvia.

Pluviæ nullæ in planis regni Peru, & quare, 1. 7. 43.

Pluere.

Pluit numquam in montibus Hyrcaniæ, & in aliis regionibus, 1. 7. 45.

Pontifex.

Pontifex Romanus de omnibus regnis, etiam ab infidelibus possessis, ex justa causa disponere potest, 2. 23. 51.

Pontifex Romanus habet potestatem in infideles peccantes contra naturam, 2. 13. 5.

Pontifex Romanus ex sententia Divi Bernardi se in temporalibus Principum secularium negotiis immiscere non debet, 2. 14. 16.

Pontifex Romanus supremam universalem in spiritualibus & temporalibus jurisdictionem & dominationem habet ex multorum sententia, 2. 22. 17.

Pontifex Summus ubi aliquid magnum, & insolitum facit, admirari potiùs, quàm notare debemus, 2. 24. 54.

Pontifex Summus dubia, & ardua negotia numquam expedire solet sine consilio Cardinalium, & aliarum peritissimorum virorum, ibid. 92.

Pontifex Summus per se ipsum provincias Novi Orbis conquirere & convertere non potuit, nec debuit, & quare, 2. 25. 3.

Pontifex Summus an sit totius mundi supremus Monarcha in spiritualibus, & temporalibus ardua est, & antiqua quæstio, 2. 22. 2.

Pontifex non solùm infideles, verùm neque fideles debellare potest propter peccata legi naturali contraria, 2. 14. 33.

Pontifex appellatur totius mundi Dominus, 2. 22. 20.

Pontifex, exigente fine supernaturali, Imperatores, Reges, & Principes gladio etiam temporali coercere potest, qui tunc veriùs ratione finis, spiritualis appellari poterit, ibid. 43.

Pontifex ex Dei Vicarius, vel Deus vivus in terris, 2. 23. 71.

Pontifex Romanus repræsentat personam Noe & Christi, qui habuerunt possessionem & dominium maris, 3. 3. 33.

Pontifex potest infidelium conversionem, & conquisitionem Principibus secularibus non solùm committere, sed & præcipere, 2. 25. 8.

Pontifex potest in dubiis opinionibus declarare quæ sit verior, & sequenda, 2. 24. 40.

Pontifex gladium materialem habet nutu, Imperator jussu, miles usu, ex D. Bernard. ibid. 7.

Pontifex an possit de Provinciis infidelium disponere, iterum in disputationem adducitur, 2. 23. 1.

Pontificis Romani eligendi, & Sedis Apostolicæ ordinandæ auctoritas qualiter data fuerit Carolo Magno, 2. 22. 35.

Pontificis Romani decretorum certitudinem qualiter expresserit Salomon, 2. 24. 96.

Pontificis Romani eligendi potestas aliquando Imperatori commissa dicitur, 2. 22. 14. & 35.

Pontificis auctoritas, & potestas non potest esse major quàm Christi, cujus Vicarius est, 2. 23. 23.

Pontificis auctoritate bellum justè moveri potest adversus infideles, & in eo capta licitè retinentur, 2. 23. 129.

Pontificis concessione multum innixi fuerunt Reges Catholici ad occupanda, & possidenda regna Indiarum, ibid. 30.

Pontificis prohibitione interveniente non est licitum in alienis terris prædicare, 2. 25. 62.

Pontificis universalis potestas in temporalibus multis juribus comprobatur, 2. 23. 113.

Pontificis temporalis potestas qualiter à Catholicis auctoribus accipiatur, 2. 24. 1.

Pontificis temporalem potestatem nullo certo testimonio niti, falsum est, 2. 23. 138.

Pontificem Tertullianus Regem seculis appellat, & Ecclesia omnia mundi regna ei tradita canit, 2. 23. 79.

Pontificem Romanum esse verum caput universalis Ecclesiæ, ex ejusdem communi observatione colligitur, 2. 24. 77.

Pontifices Romani sæpesæpius concessisse reperiuntur terras infidelium Principibus Christianis cum onere conversionis, ibid. 25.

Pontifices Romani, olim sub Ethnicis Imperatoribus constituti, potestate sua plenè non utebantur, 2. 16. 89.

Pontifices Summi sæpè gladio temporali adversus seculares Principes uti reperiuntur, 2. 22. 54.

Pontifices Summi qualiter olim jusjurandum præstarent, de petendo in rebus arduis Cardinalium consilio, 2. 24. 94.

Pontifices ipsi spiritualem potestatem à temporali sæpè secernunt, & illam tantùm sibi competere tradunt, 2. 23. 42.

Pontifices, & Principes superiores omnia jura in scrinio pectoris habere dicuntur propter consilia peritorum, quos semper secum habere solent, 2. 24. 97.

Pontifices, etsi haberent temporalem jurisdictionem, ea uti non deberent, 2. 23. 73.

Pontifices sacri apud omnes ferè gentes etiam temporalia gubernarunt, ibid. 87.

Pontificum Romanorum dexteritatem, & certitudinem, in declarandis rebus dubiis, multis probat, & extollit Thomas Bozius, 2. 24. 98.

Pontificia.

Pontificia dignitas reliquas supereminet, 2. 24. 49.

Pontificiæ concessionis titulus in quæstionem deducitur, 2. 22. 1.

Pontificiæ concessionis titulum hæretici in dubium vocare nituntur, 3. 6. 72.

Pontifex: Vide alia *verb. Papa, & verb. Romanus Pontifex.*

Pontus.

Pontus Euxinus olim Axenos, id est, inhospitalis dictus, posteà se navigantibus hospitalem, & placidum præbuit, 2. 4. 32.

Populus.

Populus, qui habet facultatem Magistratus sibi creandi, debet illa privari, si malè ea uti cœperit, 2. 9. 59.

Populi, qui se alicui Principi superiori in clientelam vel protectionem dant liberi esse non desinunt, nisi aliter convenerint, 3. 1. 37.

Populis semper præficiendi sunt Rectores sapientes, & cur, 2. 7. 63.

Portugalia.

Portugaliæ regnum quo jure, & modo consolidatum fuerit cum regno Castellæ, cujus feudum olim fuerat, 1. 6. 76.

Portugaliæ regnum Castellæ jungi maximè conveniens fuit, ut cessarent contentiones de terminis Indiarum, ibid. 74.

Possessio.

Possessio vitiosa non relevat quem ab onere probationis, 3. 7. 69.

Possessio subsequens est titulorum interpretativa, & declarat, quid venit in concessione, 3. 1. 23.

Possessione ex antiqua alicujus territorii, vel castri quidquid intra illud est terrarum, vel locorum, ad castri dominium pertinere videtur, 2. 6. 91.

Possessor in dubio potius debet sibi ipsi favere quàm dissuadere, 3. 3. 81

Potentia.

Potentia nulla, scelere quæsita, potest esse diuturna, 2. 12. 18.

Potestas.

Potestas, ad quam pertinet finis, potest etiam curare, & disponere de mediis, 2. 16. 52.

Potestas temporalis à Christo in Ecclesiam translata, non fuit nuda & inefficax, 2. 23. 155.

Potestas Ecclesiastica quòd sit una in universo Orbe, non sequitur idem dicendum de temporali, & quare, 2. 21. 41.

Potosi.

Potosi montis argentei divitias Hispanis à Deo servatas, vox cœlitus emissa prædixit, 2. 2. 67.

Potosi mons argenti fodinis celeberrimus, & oppidum ingens juxta illum, 1. 6. 56.

Praxis.

Praxis est vera legum interpres; 2. 24. 83.

Praxis, & experientia quotidiana ostendit, Apostolicum prædicandi modum inter Indos exactè servari non posse, 2. 18. 2. & seqq.

Præda.

Præda quælibet post exitum belli capta publicari solet, 2. 6. 37.

Præda capti Atahualpæ quanta fuerit, & inter quos distributa, 1. 5. 46.

Prædarum dividendarum varii modi, & mores remissivè, 2. 6. 39.

Prædicatio.

Prædicandi per totum Orbem præceptum, quod Ecclesiæ Christus injunxit, inutile esset, si non posset ad audiendum infideles compellere, 2. 20. 9.

Prædicationem, quæ minis, & verberibus fit, novam, & inauditam vocat D. Gregor. 2. 17. 50.

Prædicationis munus injungere, & provincias ad illud obeundum assignare, propriè ad Romani Pontif. pertinet, 3. 1. 49.

Prædicationis Christi Domini, & D. Joannis Baptistæ propositum, quod fuerit, 2. 14. 36.

Prædicationis Evangelicæ munus per se habet annexam curam, & protectionem Indorum absque alia concessione Pontificis, 3. 1. 14.

Prædicator Indorum an licitè possit majorem sanctimoniam, quàm revera habeat, simulare, ut eos melius convertat, 2. 18. 68.

Prædicatores Apostolici quibus virtutibus emineré debeant, remissivè, 2. 17. 97.

Prædicatores fidei quantum moveant ad bene viven-dum ex D. Petr. Paul. Hieron. Chrysost. & aliis, qui referuntur, ibid. 96.

Prædicatores Indorum ut ornatiori cultu incedant, & musicis instrumentis utantur, Regiæ schedulæ monent, 2. 18. 64.

Prædicatores, qui non procedunt more, manuerudine, & humilitate Apostolorum, qualiter reprehendat D. Chrysost. Ambros. 2. 17. 51.

Prædicatores sunt legati Christi Domini, ex D. Paulo 2. *Cor.* 5. & *ab Ephes.* 5. 2. 20. 24.

Prædicatores nostri temporis, cur in virtutibus, & miraculis non sint paris potentiæ cum antiquis, 2. 16. 83.

Prædicatores ut sint tuti inter Barbaros, de quorum conversione agunt, benè secum aliquos milites ducere, & arces munitas extruere possunt ex sententia Joan. Majoris & aliorum, 2. 18. 11.

Prædicatorum bona & exemplaris vita plus movet infideles ad fidem amplectendam, quamvis & metus armorum, 2. 17. 94.

Prædicatoribus fidei certissimum auxilium Deus *Isai.* 65. & *Psalm.* 67. promittit, 2. 19. 24.

Præceptum.

Præcepta naturalia primæ classis non admittunt ignorantiæ excusationem, 2. 15. 33.
Præceptum annuntiandi, & propagandi Evangelium semper, & ubique pro viribus impleri debet, 2. 18. 3.
Præceptum de prædicanda fide non obligat ad transgrediendum aliud, quo insontes puniri, & debellari vetantur, 2. 19. 11.
Præceptum Divinum curandi animarum conversionem, præfertur aliis, quæ jure gentium dimanant, 2. 25. 65.

Præfatio.

Præfationes inutiles, & verbosos commentarios facere, stultum est, 1. 1. 2.
Præfationum utilium necessitas, & laudatio, ibid. 6.

Prælatio.

Prælatio quæ inducitur ob utilitatem subditorum, magis his, quàm illis utilis, & proficua esse debet, cum D. Thom. & August. 2. 9. 22.
Prælati, & Magistratus monentur, vt pro Indorum defensione laborent, 3. 8. 28.
Prælatus quomodo possit venire adversus contractum, quem ipse fecit suæ Ecclesiæ damnosum, 2. 21. 13.

Præoccupatio.

Præoccupatio loci communis per Principem facta, ei dominium tribuit, 3. 3. 61.

Præscriptio.

Præscriptio quando, & quatenus impium præsidium, & improba temporis allegatio vocetur, 3. 2. 51.
Præscriptio 30. vel 40. annorum titulum non requirit, 3. 2. 62.
Præscriptio longi, vel longissimi temporis bona fide perfecta, omnem repetitionem excludit, 2. 3. 50. & 53.
Præscriptione completa, res præscripta ampliùs aliena dici non potest, ibid. 54.
Præscriptio aliquando sumitur pro usucapione, & retentione, 3. 3. 1. & 2.
Præscriptionis variæ definitiones remissivè, 3. 3. 3.
Præscriptio non est contra æquitatem naturalem, ibid. 6.
Præscriptionem de jure civili esse, & ideò inter supremos Principes locum habere non posse opinatur Menchaca, qui reprobatur, ibid. 10.
Præscriptio juris gentium hodie dici potest, cùm omnes nationes ea vtantur, ibid. 14. & 17.
Præscriptio attenta materia juris gentium est, & ideò jus per eam quæsitum à Principe tolli non potest, ibid. 16.
Præscriptionem contra & inter supremos Principes dari posse plura jura demonstrant, 3. 3. 18.
Præscriptio habet vim pacti, & privilegii, & constituti, & habetur pro veritate, & operatur plures alios effectus, ibid. 20. & 76.
Præscriptionis jura & effectus inter nullos magis observari convenit, quàm inter supremos Principes, & quare, ibid. 21. & 23.
Præscriptio longi temporis sufficiens videtur ad obtinenda loca jure gentium publica vel communia, ibid. 62.
Præscriptio 30. vel 40. annorum cum titulo concessionis Pontificiæ sufficit ad quærendum jus maris Indici, ibid. 71.
Præscriptio Imperii & navigationis Indiarum non solùm est quadragenaria, sed plus quàm centenaria, & immemorialis, ibid. 72.
Præscriptio immemorialis est sufficiens ad acquirendum non solùm usum, sed & dominium maris, & litorum publicorum, 3. 3. 74.
Præscriptio immemorialis numquam censetur exclusa, ibid. 77.

Præsumere.

Præsumendum est pro iis, quæ diu in Ecclesia Dei agitata sunt, 2. 24. 79.

Primus.

Primò invenientes, & occupantes res aliquas mobiles, vel immobiles naturali jure earum domini fiunt, 2. 6. 13.
Primum locum in scribendo qui assequi non potest, non ideò intenti sui proventum continere debet, ex Cicer. 2. 1. 47.

Princeps.

Princeps nullus, etiam Papa & Imperator, in alienis regnis temporalem jurisdictionem exercere potest, 2. 14. 7. & 18.
Princeps non potest in perpetuum alienare Regale jus sibi competens in bonis, quæ bello capiuntur, 2. 6. 42.
Princeps supremus ultra immobilia debet habere quintam partem moventium prædarum, & semoventium, quæ bello capiuntur, ibid. 40.
Princeps omnis potest, & debet subditos suos defendere, 3. 4. 4.
Princeps non punitur, ubi timetur de scandalo, 2. 17. 64.
Princeps rectus, & justus magis subditorum commodis, quàm propriis studet, & qualiter à tyranno differat, 2. 12. 11.
Princeps quilibet potestatem habet in eos, qui sibi politicè subsunt, ut quæ sibi expedire videbitur, custodiant, etiam si diversæ religionis sint, 2. 19. 73.
Princeps non peccat, qui secutus consilium sapientium aliquid facit lege humana prohibitum, vel etiam injustum, 3. 2. 35.
Princeps infidelium etiam sibi subditorum bona sine causa auferre non potest, 2. 10. 45.
Princeps graviter punire debet milites, qui absque ejus licentia bella, vel damna inferunt, 3. 6. 89.
Princeps fidelis respectu infidelis sibi non subditi perinde se habet, ac privatus cum alitro privato, 2. 14. 47.
Princeps quilibet Christianus data sibi opportunitate, potest compellere infideles ad servanda naturæ præcepta, 2. 13. 6.
Princeps concesso castro, concedere videtur jus, quod habet in mari, & in aquis, ex doctrina Innocentii, 3. 3. 40.
Principis omnia esse, qualiter intelligendum sit, 2. 21. 65.
Principis auctoritate, qui contrahunt, vel aliquid recipiunt, decipi non debent, 2. 24. 47.
Principes quia graviùs quàm subditi peccant, gravius puniendi sunt, 3. 5. 23.
Principes omnes Christiani curare debent Fidei propagationem, 2. 25. 37.
Principes Christiani Dei, & Ecclesiæ ministri sunt, ibid. 5.
Principes sunt ministri, & vindices Dei contra eos, qui malè agunt, vel ejus nomen, & Fidem recipere nolunt, 2. 16. 24.
Principes licèt sint Divinæ legis, & Fidei custodes, illam tamen debitis modis tueri debent, non autem illicitis, & violentis, 2. 19. 14.
Principes, qui populis recenter quæsitis parum affecti sunt, D. Thom. reprehendit, 3. 7. 36.
Excellentissimus Dominus Princeps Esquillacensis Peruanus Prorex laudatur, 3. 4. 12.
Principes supremi non ligantur jure civili, sed tantùm naturali, aut gentium, 3. 3. 11.
Principes suis pactis ligantur, & eorum contractus habent vim legis, 3. 3. 17.
Principes melius faciunt, ubi ratione potiùs, & jure quàm

quàm armis & bellis suas lites componunt, ibid. 26.
Principes supremi possunt exercere Imperium, & collectas, & vectigalia imponere in mari, & portubus sui territorii, 3. 3. 35.
Principes supremi interdictis non indigent ad jura sua retinenda vel recuperanda, cùm ipsi sibi jus dicant 3. 3. 64.
Principum peccata perniciosissima sunt, præsertim in materia Fidei, 3. 5. 22.
Principum auctoritas, & exemplum, multum inter infideles barbaros prodest ad eorum faciliorem conversionem, 2. 18. 61.

Principium.

Principium dimidium totius, 1. 1. 7.
Principia in omni negotio longè absunt à perfectione, 3. 6. 93.
Principia finita sæpè ad fœlices exitus perveniunt, ibid. 95.

Privilegium.

Privilegia notabilis, & exemptionis, quæ Imperator ut Imperator concedit, ultra terras Imperii non extenduntur, 2. 21. 76.

Problematicè.

Problematicè disputari potest in quæstione de infidelibus ob solam infidelitatem debellandis, 2. 11. 1.

Procopius.

Procopius Gazæus quasi contra Fidem esse inquit Antipodes dari, 1. 11. 31.
Procopii Gazæi notabilis locus terram in aquis subsistere, & infra nos nullam esse putantis, ibid. 20.
Procopii elegans locus expenditur de excessibus militum Romanorum, 3. 6. 52.
S. Procopii, Fœlicis, & aliorum plurium insignia miracula in subvertendis idolis infidelium referuntur, 2. 20. 97.

Procurator.

Procuratores vel executores si duo, aut plures insolidum fuerint nominati, qui præoccupaverit solus agit, 3. 3. 59.

Prodigium.

Prodigia, & ostenta plura notanda, quæ Mexicani habuerunt de adventu, & dominatione Hispanorum, & Auctores, qui de illis scribunt, 2. 2. 51.
Prohiberi quis potest, ne accedat ad locum in quo timetur, quòd injuriosus vel tumultuosus existet, 2. 25. 69.

Promissio.

Promissio, *Levit. cap.* 26. in Hispanis in Novo Orbe præliantibus impleta fuit, 2. 4. 44.

Promontorium.

Promontorium sacrum, id est, *el Cabo de San Vicente*, Orbis ultimum dicitur Straboni, 1. 11. 62.
Promontorium Ganariæ quando superatum, & cur Tormentosum, & Bona Spei dictum, 1. 3. 26.

Prophetia.

Prophetiæ procedunt ex inspiratione Divina, & absque ea etiam aperiri non possunt, 1. 15. 8.
Prophetarum vaticinia licèt sub magna verborum obscuritate, omnia includunt, quæ ad futuræ Ecclesiæ historiam pertinent, & antequam eveniant, à nobis intelligi nequeunt, ibid. 6.

Prorex.

Prorex Peruanus per plus mille leucas suam gubernationem extendit, 1. 6. 47.

Tom. I. de Indiar. Jure.

Prosper.

Prosperi Aquitanici elegantissima carmina de cognitione Dei, 2. 13. 79.

Protectio.

Protectio in Regibus significat, sive importat jurisdictionem, 3. 1. 38.

Protestatio.

Protestatio facta à Columbo, & aliis ubi primum nova provincias occupabant, 2. 6. 31.
Protestatio, seu requisitio, quæ ordinata fuit ad Indos ad fidem suadendos, & quòd ejus auctor fuit Doct. de Palacios Rubios, 2. 16. 10.

Proverbium.

Proverb. locus 12. 27. & 13. 11. de divitiis injustè partis exponitur, 3. 8. 37.
Proverb. locus *cap.* 24. *Erue eos, qui dicuntur ad mortem, &c.* explicatur, 2. 13. 18.
Proverb. locus *cap.* 26. exponitur cum D. Ambros. 2. 9. 69.
Proverb. locus *cap.* 8. ibi: *Tyranni per me tenent terram*, explicatur, 2. 11. 19.
Proverb. locus de consiliis bellorum exponitur, 3. 2. 18.
Proverbium, *Ad agnatos deducatur*, unde originem sumpserit, 2. 9. 52.

Provincia.

Provincia unaquæque abundat in sensu suo, & habet peculiares conditiones & affectiones, 2. 25. 54.
Provinciæ *de Santa Cruz de la Sierra*, *Tucumam*, & *Paraguay*, describuntur, 1. 6. 58.
Provinciæ noviter repertæ, aut subactæ à Duce, aut exploratore nomen sumere solent, 1. 4. 42.
Provinciæ, & loca aliqua Novi Orbis deserta reperta sunt ab Hispanis, 2. 6. 81.

Prudentia.

Prudentia caret, qui quod cœlesti virute vacuum est, humanis consiliis explere intendit, 2. 19. 26.
Prudentii carmina expenduntur, 1. 14. 29. & 51.

Prutrir.

Prussis Boleslaüs pepercit sub conditione, ut fidem acciperent, 2. 18. 33.

Psalmus.

Psalm. 2. versus expenditur, 2. 10. 62.
Psalm. 2. 23. & 28. pro dominio temporali Christi expenduntur, 2. 23. 95.
Psalm. 3. expositio, & illustratio de conversione Novi Orbis, ex verbis D. Hilar. 1. 15. 25.
Psalm. 8. in illis verbis: *Oves, & boves, &c.* expositio, 2. 10. 15.
Psalm. 59. versus expenditur, 2. 2. 45.
Psalm. 18. versus, & D. Pauli locus *ad Rom.* 10. exponitur: & illustratur, 1. 14. 8.
Psalm. 64. verba notanter expenduntur pro vaticinio conversionis Novi Orbis, 1. 15. 57.
Psalm. 64. versus, qui de gentibus signis Dei turbandis loquitur, de Indis Novi Orbis accipitur, 2. 2. 68.
Psalm. 71. verba expenduntur, & ad Novi Orbis conversionem, & subjugationem per Hispaniæ Reges faciendam trahuntur, 1. 15. 9.
Psalm. 77. & 79. versus exponitur, 2. 23. 145.
Psalm. 81. *Eccl. cap.* 17. & *Job.* 29. verba expenduntur, de oppressorum liberatione tractantia, 2. 13. 20.
Psalm. 33. ver. 12. exponitur, 2. 17. 15.
Psalm. 32. & *Isai. c.* 27. ad ignominias, & angustias, quas Judæi hodie ubique patiuntur, respiciunt, 2. 18. 49.

Index Rerum,

Ptolomæus.

Ptolemæus Ægypti Rex qualiter ab Indo naufrago navigationem Indiæ Orientalis edoctus fuerit, 1. 5. 59.

Pulvis.

Pulvis pyrius, sive tormentarius, vulgò *Polvora*, reperitur à natura creatus in provincia Quatemalam, 1. 7. 40.

Pulveris pedum jactatio adversus aliquam civitatem erat signum bellum indicentis, & ejus eversionem minantis, 2. 20. 23.

Punire.

Puniri aliquando quis, & re sua privari potest sine culpa sua, non tamen sine causa, 2. 11. 32.

Pupilli.

Pupillorum, furiosorum, minorum, aut prodigorum tutellam, vel curam suscipere inter præcipua opera charitatis connumeratur, 2. 9. 47.

Purpura.

Purpuræ inventio cum Cassiod. 1. 12. 22.

Pyrata.

Pyratæ ex ore Pontificis quotanis excommunicantur, 2. 25. 82.

Pyratæ sunt, qui suis navigiis maria, vel litora Novi Orbis infestant, & prædis pyratarum, ibid. 81.

Pyramides.

Pyramides, & Mauseola Ægyptiorum, & lateres à populo Israelitico facti tyrannidem & crudelitatem jubentium, & eximium laborem ædificantium ostendunt, 2. 12. 8.

Pythagoras non solùm ab humanis, verùm ab allorum animalium carnibus, abstinendum esse docebant, 2. 12. 44.

Q

Quicalcoati.

Quicalcoati vir prudens Novæ Hispaniæ incolis priscis temporibus Hispanorum adventum, & dominationem prædixit, 2. 2. 58.

Quintiliani.

Quintiliani elegans locus expenditur in detestationem humanorum sacrificiorum, 2. 12. 70.

Quitensis.

Quitantis urbs & provincia describitur, 1. 6. 43.

R

Ratio.

Ratione qui excellunt, dominatione excellere debent, 2. 9. 28. & 35.

Rationis forma in vi appetitiva solet imprimi ex actibus voluntariis, 2. 16. 105.

Ratum qui habet delictum, vel excessum ab aliis commissum, qualiter tenetur, 3. 6. 86.

Regale.

Regale jus est habere quintam partem mobilium & semoventium bello captorum, 2. 6. 41.

Regere.

Regere qui se ipsos non valent, alios regere non debent, 2. 7. 85.

Regina.

Regina Saba ex relatione, & vocibus avium habuit notitiam Salomonis, 1. 14. 45.

Regio.

Regio, in qua juxta Æthiopiam, Asia, & Africa jungebantur, & alia Narbonensis Polybii tempore lustratæ non erant, 1. 10. 29.

Regio quædam est ultra Lapones perpetua caligine oppresa, ubi Pygmæi reperiuntur, 1. 1. 70.

Regiones plurimæ admodum temperatæ, & habitabiles reperiuntur sub linea Æquinoctiali, contra veterum opinionem, 1. 6. 9.

Regnum.

Regna terrena Deus etiam impiis concedere solet, 2. 10. 69.

Regna transferri ob injustitiam, & peccata, pluribus Scripturæ locis probatur, quorum præcipua perpenduntur, 2. 13. 52. & 54.

Regna quà de causa introducta fuerint, 2. 9. 40.

Regna, & Imperia eò magis augentur, quo magis Sedi Apostolicæ subjiciuntur, 2. 22. 61.

Regna omnia, & Imperia mediatè ab Ecclesia derivari, plurimi docent, 2. 22. 18.

Regna sine virtutibus instabilia tradit Seneca, 2. 13. 56.

Regna suas ætates habent, sicut homines, & internas causas pereundi, 2. 2. 14.

Regna, & Imperia omnia cur Deus caduca, & instabilia esse voluerit, ibid. 8.

Regna, & Imperia omnia immediatè à Deo proveniunt, & pendent, & plurima jura, & Auctores, qui de hoc tractant, ibid. 4.

Regni, aut Imperii hæreditarii, vel alio modo quæsiti gubernationi si non sit aptus is, qui illud habere cœpit, qualiter provideri debeat, 2. 9. 58.

Regni ad legitimam occupationem sufficit, quod plures, vel præcipuæ ejus provinciæ justo aliquo titulo occupari possint, 344. 48.

Regni Var incolæ, navigantes à ferendo testimonio repellunt, 1. 16. 16.

Regnorum mutationes, & declinationes non proveniunt ex vi Astrorum, sed peccatorum, 2. 13. 59.

Regnorum jamdiu constitutorum origo repetenda, & discutienda non est, 2. 6. 46. & 3. 2. 44.

Regnorum fœlicitas ut duret, requiritur eadem virtus, & prudentia in conservando, quæ in acquirendo, ex Polybio, 3. 8. 40.

Regnorum innumeri casus, & mutationes remissivè adducuntur, & plurimi Auctores, qui de hoc agunt, latissimè recensentur, 2. 2. 10.

Regnorum calamitates, & mutationes solet semper Deus prodigiis, & portentis ostendere, quod plurimis exemplis, & Auctoribus remissivè probatur, 2. 2. 42.

Et quæ sit causa, ibid. 43.

Regnum Siciliæ olim fuit de patrimonio Ecclesiæ, & postea variis Principibus in feudum dari cœpit, 3. 1. 69.

Regnum unum, etiam injustè occupatum, restitui non debet cum notabili aliorum regnorum, & statuum jactura, 3. 5. 26.

Regnum suum non esse de hoc mundo, quo sensu Christus Pilato responderit, 2. 23. 148. & 160. & ibid. 28. 33. & 41.

Regnum gentium apud Aggæum Prophetam *cap.* 2. de Romano intelligit, 2. 21. 27.

Regnum temporale Christi non solùm inter Hebræos, sed generale totius Orbis fuit, 2. 23. 98.

Regnum nullum reperitur, quo tot provincias patefecerit, et lustraverit, ac Hispanum, 1. 16. 34.

Regnum nullum fuit ab initio mundi, quod cum hodierna Hispaniæ Monarchia comparari possit, ibid. 43.

Regnum Navarræ restitui numquam Reges nostri suis testamentis jusserunt, ut perperam Mornacius affirmat, 2. 20. 67.

Regnum à gente in gentem potest tranferre Deus cum causa, & sine causa, 2. 2. 9.

Regnum, vel provincia, quæ accessoriè alteri annitur, & incorporatur, eisdem juribus, & privilegis gaudet, eisdemque legibus gubernatur, 3. 1. 46.

Regula.

Regula juris gentium, quæ primò invenientibus, & occupantibus dominia rerum concedit, qualiter sit accipienda, 2. 6. 62.

Regula de concessione antecedentis ad positionem consequentis fallit, quando hoc sine illo exerceri potest, 2. 19. 30.

Reguli cujusdam insulæ Cubæ notabilis, & miraculosa historia & victoria ob solam, invocationem Virginis Mariæ, 2. 5. 33.

Relativum.

Relativum quis vel qui, aliquando restrictivè, aliquandò declarativè, & generaliter ponitur, 2. 19. 39.

Religio.

Religio imperari non potest, quia voluntaria esse debet, & nemo cogitur, ut credat invitus, ex Lact. Cassiod. & aliis, 2. 17. 13.

Religio Christiana quàm potens sit ad hominum barbariem, feritatem, & vitia tollenda, 2. 14. 41.

Religio vera ut plantetur inter Indos, multum expedit eis priùs idola tollere, 2. 20. 93.

Religionem propriam defendere, & pro ea contra alias bella suscipere, communis omnium gentium natura, & conditio esse videtur Ciceroni, cujus verba referuntur, 2. 16. 74.

Religionem, & pietatem servare est fulcrum Imperiorum, 2. 13. 60.

Religionis vanæ prætextu multoties gravia peccata fiunt, 2. 14. 95.

Religionis conservandæ ratio multum præponderat, 3. 5. 37.

Religionis favor, & ampliatio est causa causarum, & omnibus rebus præponitur, 2. 11. 33.

Religionis negotium non est omnibus temporibus & locis eodem modo tractandum, 2. 16. 47.

Religionis observatio, & amplificatio, est summum hominum bonum, & regnorum fulcrum, & præcipua Regum, & Imperatorum cura, 2. 16. 59.

Remedia.

Remediis severioribus uti non debet Princeps, nisi plus alia tentaverit, ex Seneca, & aliis, 2. 15. 7.

Remediis severioribus nemo uti debet priùs quàm mitiora experiatur, 2. 16. 13.

Repetere.

Repetere, aut transcribere, quæ ab aliis benè tractata sunt, otiosum est, 1. 7. 1.

Repetitionis, & prolixitatis vitium fugiendum, 2. 2. 32.

Requisitio.

Requisitionis, sive protestationis forma refertur, quæ Indis olim intimari jubebatur, 2. 24. 32.

Res.

Res imperiosa est timor, 2. 19. 68.

Res, & personæ minorum, & furiosorum multis periculis, & captionibus expositæ sunt, 2. 9. 48.

Res eisdem modis amittuntur, quibus acquiruntur, 2. 6. 98.

Res omnes suas mutationes habent, & quæ cecidere resurgunt, secundùm Horatium, 1. 12. 9.

Res suas qui pro derelicto habent, eas primò occupanti donare videtur, 2. 6. 97.

Rerum suarum dominio abutens, ipso privari meretur, 2. 9. 60.

Rebus arduis & strenuis immortale nomen debetur, 2. 16. 6.

Rem suam potest quilibet ad alium transferre, 2. 2. 24.

Rem alterius etiam si quis à prædone capiat, legitimus ejus dominus non efficitur, 3. 6. 11.

Respublica.

Respublica una non acquirit potestatem in aliam sibi non subditam ratione scelerum, quæ in ea committuntur, 2. 14. 9.

Respublica quælibet benè constituta debet omnia cum consilio sapientum expedire, 3. 2. 13.

Respublica aliqua si vergat ad idololatriam vel innocentes afficiat injuria, quilibet ei adversari potest, 2. 13. 8.

Restitutio.

Restitutionis in materia multa tolerantur, quæ corrigi non possunt, 3. 5. 31.

Restitutionem rerum alienarum quando excuset necessitas, vel difficultas, ibid. 27.

Retentio.

Retentio Novi Orbis hodie secundùm omnes sine scrupulo, & difficultate procedit, 3. 5. 1.

Retentionis, & conservationis causa favorabilis est, 3. 1. 6.

Revelatio.

Revelatione, aut inspiratione Divina mediante quæ fiunt, non subjacent regulis ordinariis, 2. 3. 3. & 12.

Rex.

Rex, qui semel justitiam belli exactè discussit, justè retinet, quæ in ea cœpit, 3. 2. 20.

Rex, qui simul est Dux, consideratur in his, quæ facit ratione Ducatus, tamquam Dux, & non ut Rex, 2. 21. 13.

Rex insipiens perdet populum suum, & qualis ille, tales populi ejus, 2. 9. 3.

Rex insulæ de Tydore voluntariè Imperium suum Hispanis reliquit, se ita à Deo monitum dicens, 2. 2. 64.

Rex fundat suam intentionem in omnibus terris, quæ in suo regno desertæ, & incultæ reperiuntur, 2. 6. 93.

Regis dignitas consistit multitudine, potentia, & divitiis gentium, quibus dominatur, 1. 16. 46.

Regis fisco, aut dominio cedunt terræ omnes, quæ à vassallis bello quæruntur, etiam si bella vassallorum expensis fiant, 2. 6. 34.

Regis gentium jura, & conditiones, quas refert Scriptura, 1. *Reg.* 8. ea quæ cum Indis fuisse demonstrare videntur, 3. 8. 22.

Regis tyranni effigies, & mores referuntur, 1. *Reg.* 24. Boni autem, & justi *Deuter.* ibid. 23.

Reges, & Principes supremi licèt personaliter bellis non intersint, quæ à suis vassallis geruntur, eorum tamen terrarum, quæ ab illis conquiruntur, dominium acquirunt, 2. 6. 29.

Reges liberi in suis regnis potentius, & antiquius jus habent, quàm Imperator in Imperio, 2. 21. 73.

Reges pastores populorum sæpè appellantur, 2. 23. 144.

Reges potentes potenter Fidem introducere debent, 2. 16. 66.

Reges Divinæ potentiæ famulari debent, ad Dei cultum maximè dilatandum, ex Valerio, & August. ibid. 72.

Reges infideles ut plurimùm tyrannicè dominantur, 2. 12. 11.

Reges omnes, & Imperatores cùr in suis titulis scribant, se Dei gratia regnare, 2. 2. 5.

Reges Indorum præsertim Peruani, & Mexicani quàm tyrannicè, & crudeliter vassallos suos vexarent, & gubernarent, 2. 12. 5.

Reges Siciliæ ex concessione Pontificis spiritualium cognitionem tamquam Sedis Apostolicæ legatos se habere prætendunt, 3. 1. 75.

Index Rerum,

Reges Galliæ, & Angliæ habere dicuntur virtutem curandi strumas, 2. 25. 31.
Reges Galliæ, & Angliæ cur á Deo vocati non fuerint ad Novi Orbis conquisitionem, & conversionem, ibid. 14.
Reges Castellæ, & Lusitaniæ ob conquisitionem Indiarum plures simultates habuerunt, ibid. 48.
Reges Catholici Ferdin. & Elizabeth Judæos, & Mauros ab Hispania expellentes justissimis rationibus moti sunt, & eis vim directam non intulerunt, 2. 16. 86. & 90.
Reges Catholici Ferdin. & Elizabeth Divina inspiratione, & affatu temasse detectionem Novi Orbis, plures Auctores tradunt, 2. 3. 18. & 29.
Reges Catholici Hispaniæ Ferdinad. & Elizabeth, & Emmanuel Lusitaniæ qualiter Judæos, & Mauros á suis regnis ejecerint, 2. 16. 116.
Reges Catholici per conversionem Novi Orbis plus Ecclesiæ dederunt, quàm Hæretici adimere conati sunt, 1. 16. 80.
Reges Catholici quo tempore Columbum miserunt ad quærendum Novum Orbem, divinarum, quæ in eo repertæ sunt, notitiam non habebant, ibid. 108.
Reges Catholici plurimas leges, & cautiones fecerunt, pro Indorum omnimoda libertate asseranda, & tuenda, 3. 7. 56.
Reges Catholici, si divitiarum amore in Indicis expeditionibus adducerentur, intrà ipsa Hispaniæ regna non minores thesauros invenire possent, 1. 16. 103.
Reges Catholici justiùs, quàm Neptunus se maris Oceani dominos vocare possent, & quare, 3. 3. 56.
Reges Catholici obligati erant ad recipiendam gubernationem Indorum, 2. 9. 55.
Reges Catholici summo studio curarunt, & curant, ut Indi priùs moneantur, quam puniantur, 2. 16. 9.
Regibus Catholicis potiùs quàm aliis conversio & conquisitio Novi Orbis ab Ecclesia committi debuit, & quare, 2. 25. 9. & 11.
Regum Catholicorum in audiendo, & juvando Columbo mansuetudo, & liberalitas miraculosa videtur, 2. 4. 29.
Reges Catholici Hispaniæ non tantum ex charitate, sed ex obligatione justitiæ tenentur, Fidem inter Indos pro viribus propagare, & conservare, 2. 16. 42.
Reges Catholici Hispaniæ gaudent virtute expellendi dæmones à corporibus obsessorum, 2. 25. 30.
Reges Catholicos Hispaniæ videri electos, & vocatos á Deo ad reducendos, & gubernandos populos Indorum, sicut olim Moysen ad reducendum, & gubernandum populum Israëliticum, Camill. Borell. apertè testatur, 137. 38.
Reges Catholicos Hispaniæ semper piè, ac providè ea omnia ordinasse, quæ ad bonam conversionem, & tractationem Indorum conveniebant, multis ostenditur, 3. 6. 27.
Reges nostri ad modum Architecti omnia necessaria ad Indorum melliorem conversionem disposuerunt, 2. 16. 58.
Reges nostri numquam permiserunt Indos secundæ classis debellari, vel servos fieri, 2. 9. 17.
Reges nostri semper bonam fidem habuerunt in Novi Orbis acquisitione, etiam si aliqui ejus causas postea in dubium revocaverint, 3. 2. 59.
Reges nostri non solùm potuerunt, sed omnino debuerunt, Barbarorum á se detectorum, & conversorum gubernationem accipere, 2. 9. 72.
Reges nostri, & supremum Indiarum Consilium semper ea media fovent, & amplexantur, quæ Indis favorabiliora, & mitiora videntur, 3. 4. 10.
Reges nostri ad conquisitionem Indiarum faciendam Summum Pontificem consuluerunt, 3. 2. 24.
Reges nostri hodie ex sententia multorum non solùm justè retinere possunt Indias Occidentales, verùm & rebellantes denuò subjugare, 3. 5. 29.
Reges nostri semper optimos Duces, ac probatos ministros ad Novum Orbem mittere procurarunt, 3. 6. 108.
Reges nostri absque ullo scrupulo retinent provincias Novi Orbis, cùm ad eas conquirendas tot consilia exquisierint, 3. 2. 29.
Reges nostri aliquid semper sanxerint, & cupierint in debellationibus Indorum, 2. 15. 25.
Reges nostros ab injuriis Indis illatis plures Auctores excusant, 3. 6. 36.
Regibus nostris Catholicis non solùm cura conversionis Indorum, sed plena eorum dominatio ab Alexandro Sexto concessa fuit, 3. 1. 13.
Regum nostrorum justitia à calumniis hæreticorum facilè vindicatur, 3. 6. 93.
Reges Hispaniæ res arduas non nisi maximo consilio adhibito aggrediuntur, 3. 2. 2.
Reges Hispaniæ nunquam ullum feudum Ecclesiæ ratione Indiarum persolverunt, neque Ecclesia exegit. 3. 1. 47.
Reges Hispaniæ, licèt eis subjaceat omne quod volunt, voluntatem tamen suam semper legi & rationi submittunt, 3. 2. 3.
Reges Hispaniæ non præjudicarunt juri suo, Pontificem adeundo, 3. 1. 53.
Reges Hispaniæ cur Sedis Apostolicæ benedictionem, aut concessionem, ad Novum Orbem conquirendum, expostulaverint, 3. 1. 50.
Reges Hispaniæ omnes alios in suis consiliariis exhibendis, & remunerandis excedunt, 3. 2. 8.
Reges Hispaniæ, & alii, qui liberi dicuntur, minus dependent ab Ecclesia, quàm Imperator, 3. 1. 86.
Reges Hispaniæ propria auctoritate possunt bellum indicere, sed rarò id faciunt inconsulto Pontifice Romano, 3. 2. 21.
Reges Hispaniæ si (quod absit) Hæretici fuerint, ex lege in Concilio Toletano lata, deponi jubentur, 3. 1. 91.
Reges Hispaniæ in bellis, quæ gerunt à Deo jubantur, & quare, 3. 2. 22.
Reges Hispaniæ non tenentur præstare speciale fidelitatis juramentum Romano Pontifici, licèt tempore coronationis jurent, se Ecclesiam pro virili defensuros, 3. 1. 89.
Reges Hispaniæ per legatos obedientiam piè præstare solent Pontificibus noviter creatis, ibid. 90.
Reges Hispaniæ, data voluntaria Indorum electione, Indias Occidentales legitimè retinent, 3. 4. 37.
Reges Hispaniæ Indos omnes, etiam impensè barbaros, summâ charitate prosequuti sunt, & liberos esse jusserunt, 2. 9. 75.
Reges Hispaniæ jus navigationis maris Oceani cum aliorum prohibitione legitimè præscriptum habent, 3. 4. 70.
Reges nostri semper bonam fidem habuerunt in conquisitione, & retentione Imperii Indiarum, ibid. 79.
Reges Hispaniæ etiam nolentes invitandi essent ab Ecclesia ad Novi Orbis conversionem, 2. 25. 24.
Reges Hispaniæ, & alii in temporalibus superiorem non recognoscunt, 2. 22. 49.
Reges Hispaniæ sacro oleo tempore coronationis jungi solent, 2. 23. 34.
Reges Hispaniæ etiam habent virtutem curandi strumas, ut Reges Galliæ, & Angliæ, ibid. 33.
Reges Hispaniæ in bellis inundis, & rebus Religionis tractandis maximo consilio ducuntur, 3. 2. 17. & 20.
Reges Hispaniæ jàm pridem Christianissimorum nomine gaudent, 2. 25. 25.
Reges Hispaniæ, & alii quilibet, qui superiorem non recognoscunt, in suo Regno sunt Monarchæ & Imperatores, 2. 21. 72.
Reges Hispaniæ quoad Indiarum Occidentalium Regna esse feudatarios Ecclesiæ Bodinus & Marta testantur, qui reprobantur, 3. 1. 40.
Reges Hispaniæ curam conversionis Indorum sibi à Sede Apostolica demandatam, qualiter exercere debeant, 2. 19. 17.

Re-

Sententiarum, &c.

Reges Hispaniæ non possunt facilè scribere, aut numerare omnes titulos suorum regnorum, aut provinciarum, 1. 16. 64.
Reges Hispaniæ, & eorum vassalli magnam laudem merentur, ob curam dilatandæ fidei Catholicæ per Novum Orbem, 2. 16. 23.
Reges Hispaniæ appellantur Orthodoxi, & defensores fidei, 2. 25. 29.
Reges Hispaniæ quot regna, & provincias in utroque Orbe possideant, remissivè, 1. 16. 51.
Reges Hispaniæ semper ardentissimè Indorum conversionem curarunt, & omni lucro præposuerunt, 1. 16. 100. & 104.
Reges Hispaniæ ad Novum Orbem inquirendum, & subjugandum, Divino impulsu, & revelatione ducti videntur, 2. 3. 1. & 16.
Regibus Hispaniæ inter aliquos primus locus debetur, & quare; & qui Auctores de hoc tractent, 1. 16. 45. & 48.
Regum Hispaniæ Imperium majus est quàm Sinense, & Romanorum, ibid. 52.
Regum Hispaniæ præcipua gloria ex cura conversionis Novi Orbis, ibid. 68.
Regum Hispaniæ dignitas, & majestas ob Indiarum acquisitionem, temerè ab aliquibus calumniatur, 2. 1. 8.
Regum Hispaniæ Majestas, & potentia valde aucta ex concesione Novi Orbis, 1. 16. 42.
Regum Hispaniæ: Vide alia *suprà verb. Hispaniæ Reges.*
Regum creandorum præcipua causa quæ fuerit, 2. 21. 59.
Regibus qui non parent, nec politicè vivunt, sordidi esse censentur, & Bella in sacris Literis appellantur, 2. 9. 67.
Regibus Indorum gubernatio relinqui non potuit, cùm eisdem vitiis, quibus Indi cæteri laborarent, 2. 9. 57.
Regum eligendorum inter varias formas illa usitatior fuit, ut ex prudentioribus, & sapientioribus eligeretur, 2. 9. 32.
Regum Christianorum summam fœlicitatem in dilatatione, & exaltatione cultus Divini colocat D. August. 2. 16. 41.
Regum exemptio, & libertas in temporalibus qualiter intelligi debeat, 2. 22. 50.
Regum, & Ducum mos antiquus fuit ex provinciis subactis titulos, & nomina sumere, 1. 16. 62.

Rhodor.

Rhodos, & Delos insulæ repentè è marinis fluctibus emerserunt, 1. 4. 19.

Richardus.

Richardi Achivi Angli expeditio ad fretum Magallanicum, & qualiter captus fuerit, 1. 8. 39.

Ripheot.

Riphæos & Hiperboreos montes incolentium mira fœlicitas, & salubritas, 1. 11. 61.

Ritus

Ritus infidelium non esse ab Ecclesia tolerandos doctrina D. Thom. qualiter accipiendum sit, 2. 14. 29.
Ritus infidelium aliquando tolerat Ecclesia majoris mali, vel scandali vitandi causa, 2. 17. 66.

Rodericus.

Rodericus Sanctius Episcopus Zamorensis apertè tribuit Papæ universalem potestatem in spiritualibus, & temporalibus, & eam pluribus Scripturæ locis confirmat, 2. 23. 61.

Roma.

Roma communis sedes, & patria omnium gentium sæpè appellatur, 2. 21. 23.
Roma latiùs multò extendit Imperium suum religione Divina, quàm dominatione terrena, 2. 21. 48.
Romanam urbem ob reliquias idololatriæ tot cladibus fuisse punitam, plurimi tradunt, 2. 13. 32.
Romanæ urbis in excidio sub Alarico multa contigisse narrat Sozomenus, Indorum vastationi similia, 3. 6. 69.
Romanæ urbis, & Orbis appellatio synonyma erant, & quare, 2. 21. 21.
Romanæ Sedis cura quanta esse debeat in procuranda Indorum conversione, & fidei dilatatione, 2. 8. 72.
Romani qualiter captivitatis, & postliminii jus exercuerint, 3. 2. 19.
Romani qualiter hospitii, & confœderationis jura cum provinciis inirent: remissivè, 3. 7. 90.
Romani cùr finxerunt currum Cybeles à leonibus trahi, 1. 16. 30.
Romani erant valdè hospitales, & qualiter Jovem Genium sive Hospitalem colerent, 2. 20. 43.
Romani qualiter disponebant notitiam utriusque Imperii, 1. 7. 18.
Romani, & alii crediderunt à Deucalione lapides in homines versos. 1. 9. 22.
Romani milites non solùm hostibus, verùm sociis ac confœderatis multa damna, & injurias inferebant, 3. 6. 51.
Romani etiam olim hominum immolationes exercebant, 2. 14. 77.
Romani qualiter consilia exquirerent, & Deum Consum, sive Consiliarium celebrarent, 3. 2. 14.
Romani antiqui maximè idololatræ fuerunt, & plusquàm 30. Deorum, sive dæmoniorum millia coluerunt, 2. 14. 97.
Romani maximas turpitudines in suis Deis, & eorum festis admittebant, ibid. 65.
Romani frequenter se ipsos occidebant, vel occidendos vendebant, ibid. 87.
Romani fœdera, & conventiones etiam cum hostibus initas religiosissimè observabant, 2. 16. 70.
Romani adversæ fortunæ, pallori, febri & rubigini peculiaria templa, & sacrificia erexerunt, 2. 14. 105.
Romani multum laudantur ob gentes barbaras, & efferas, quas bellis domuerunt, & politicas rediderunt, 2. 7. 72.
Romani, tempore mortis Christi Domini, per totum orbem dominabantur, & ita fuit facilior ejus prædicatio, 1. 14. 28.
Romani ob curam, & cultum religionis ad summum tanti Imperii fastigium pervenisse dicuntur, 2. 16. 62.
Romani Imperium suum dilatarunt, socios, & fœderatos juvando, & alias provincias aliarum provinciarum robore subigendo, 3. 4. 32.
Romani sui Imperii augmentum ob bonos mores, & leges, quibus subditos gubernabant & excolebant, meruisse dicuntur, 2. 7. 73.
Romani Imperii variæ mutationes, & translationes referuntur, 2. 21. 29.
Romanii Imperii, per totum Orbem dominatio pluribus Scripturæ locis probatur, & præcipuè Luc. 2. & 20. Matth. 22. Marc. 12. & Joan. 19. 2. 21. 26.
Romanorum Imperium legitimum, & Dei permissione quæsitum, & ab Ecclesia aprobatum fuisse, plures affirmant, 2. 7. 74.
Romanorum Monarchia fuit amplissima omnium, & tamen viginti, & pluribus partibus ab Hispania hodie superatur, 1. 16. 53.
Romanorum Monarchia, sicut aliæ, cecidit, quamvis se æternam futuram jactaret, 2. 2. 12.
Romanorum mos in bellis per Feciales indicendis, & denuntiandis, 2. 15. 17.
Romanorum bella, & Imperium vi, & injuria magis, quàm jure, & ratione constitisse, plurimi tradunt, 2. 8. 129.
Romanos omnem ferè Orbem subjugasse Polybius scribit, 2. 21. 24.
Qui notatur, ibid. 46.

Ro-

Index Rerum,

Romani Imperatores triunphantes corpora minio illinire solebant, 2. 8. 114.
Romanos Imperatores, etiam hodiè, Imperio ad Germanos translato, multi totius Orbis Dominos, aut saltem universales moderatores appellant, 2. 21. 30.
Romanus Pontifex est velut Comestabilis exercitus Dei, & Prædicatorum Verbi Divini, 2. 8. 76.
Romanus Pontifex benè potest concedere plenum jus ad terras infidelium, 3. 1. 15.
Romani Pontifices in electione, quæ formæ & solemnia servari soleant, remissivè, 2. 3. 11.
Romani Pontifices qualiter concesserint Lusitaniæ Regibus exquisitionem, & acquisitionem Orientalium Indiarum, 1. 3. 22.
Romanus Pontifex. Vide alia sup. verb. *Papa*, & verb. *Pontifex*.

Rusticitas.

Rusticitatis excusatio non admittitur in his, quæ naturali ratione suadentur, 2. 13. 73.

Rutilius.

Rutilius Benzonius, & alii referuntur, qui plenum dominium Novi Orbis agnoscunt, 3. 1. 19.
Rutilii Benzonii verba gravissima expenduntur, quibus latè probavit, Divini consilii, & impulsus argumenta in detectione, & conversione Novi Orbis, 2. 3. 27.

S

Saba.

SAbæa regio cur dicatur finis terræ, 1. 1. 63.

Sacerdos.

Sacerdos Summus Hebræorum terram Promissionis partiebatur: & quid mundi effigies in ejus super humerali contexta significaret, 2. 23. 88.
Sacerdos quidam solus baptizavit septies centena Indorum millia, 2. 4. 21.
Sacerdotes Indorum qualiter olim jejunabant, & suis idolis sacrificabant, 2. 12. 105.
Sacerdotes in Indiis maximè ab incolis reverentur, & quare, 2. 4. 89.

Sacra Scriptura.

Sacræ Scripturæ exempla, quæ à communibus Theologiæ regulis exorbitant, veneranda sunt, non imitanda, 2. 19. 62.

Sacrificium.

Sacrificia hominum non Christianis tantùm, verùm Ethnicis execrabilia videbantur, 2. 12. 63.
Sacrificia humanarum victimarum, non videntur naturali jure prohibita, cùm eis olim omnes ferè mundi nationes usæ reperiantur, 2. 14. 74.
Sacrificia varia, & hominum mactationes horrendæ ab Indis exercebantur, 2. 12. 54.

Sacrilegium.

